SACRÆ ROTÆ
ROMANÆ
DECISIONUM
RECENTIORUM
A PAULO RUBEO J. C. ROMANO
Selectarum,

PARTIS QUINTÆ
Tomus Primus.

Ab Anno M.DC.XXVI. usque ad Annum M.DC.XXX.

Cum Decisionibus anteà resecatis, suis locis nunc restitutis;

NECNON ARGUMENTIS, SUMMARIIS, ET INDICIBUS Necessariis.

VENETIIS, M.DC.XCVII.
Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

INDEX DECISIONVM
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,
Quæ in hoc Primo Tomo Partis Quintæ Recentiorum continentur, Alphabetico ordine per Diœceses dispositus.

A

B

Fir-

N

O

P

Sa-

Tomi I. Partis V. Recentiorum.

S

T

V

INDEX DECISIONVM

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

Quæ in hoc Primo Tomo Partis Quintæ Recentiorum continentur, Alphabetica ſerie per Materias digeſtus.

A

B

Re-

Pla-

E

F

Bo-

Ro-

Ro-

R

S

Cæ-

T

V

F I N I S.

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONVM RECENTIORVM
A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO
SELECTARVM,
Partis Quintæ Tomus Primus.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Romana Nullitatis Obligationis.

Die Veneris 16. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM.

Minorum contractus celebrati sine solemnitatibus à Statut. Vrb. lib. 1. c. 151. requisitis, sunt nulli, & quare d. solemnitates fuerunt inuentæ, & quid si in supradictis contractibus interuenerit iuramentum, & an hoc casu minor remaneat naturaliter obligatus. Minor volens dicere contractum esse nullum, quid agere debeat, vide distinctionem.

SVMMARIVM.

1 *Minoris contractus celebratus sine solemnitatibus requisitis à Stat. Vrb. lib. 1. c. 151. nullus est.*

2 *Papa potest iuramenta remittere, illaque interpretari, & dispensare.*

3 *Solemnitates requisitæ in contractibus minorum, de quibus in Stat. Vrb. lib. 1. cap. 151. tendunt ad euitandas captiosas circumuentionum disceptiones.*
Quæ contra minores fraudibus obnoxios per versutos, & tenellæ iuuentutis voraces, machinari solent. num. 3.

4 *Causa finalis statuti probatur ex proemio.*

5 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 151. principaliter respicit publicam vtilitatem.*

6 *Contractus, quando ob publicam vtilitatem per legem, aut statutum annullantur, tunc nihil in eis operatur interpositum iuramentum.*

7 *Contractus minorum, in quibus per statutum certa solemnitas requiritur ad fraudes euitandas, non validantur per iuramentum.*

8 *Statut. Vrb. lib. 1. c. 151. non solum annullat contractus ibi expressos, sed etiam omnes alios contractus, per quos minor lædi potest.*

9 *Fideiussio de sui natura est læsiua.*
Fideiubere est notoriè male vti substantia sua. num. 9.

10 *Minor, ex contractu celebrato sine solemnitatibus requisitis, nec in foro conscientiæ obligatur ad restitutionem, dum locupletior factus non fuerit.*

11 *Lex ciuilis, quando aliquid statuit, tale statutum, etiam in animæ iudicio est seruandum, & excusat conscientiam à peccato.*

12 *Statuta Vrbis sunt Pontificis auctoritate roborata.*

13 *Argumentum de foro exteriori ad forum interius, & è conuerso, validum est.*

14 *Actus, quando valet de iure gentium, licet non sit seruata forma inducta à iure positiuo, obligat in conscientia.*

15 *Soluendum est necessariò, quod naturaliter debetur.*

16 *Natura, quos non obligat, conscientia non ligat.*

17 *Statutum, quando resistit contractui, impedit etiam oriri naturalem obligationem.*

18 *Mulier si sine solemnitatibus à statuto requisitis contrahat, nec ciuilis, nec naturalis obligatio oritur, eò quod lex ei resistit.*

19 *Statutum, quoties aliquid exprimit circa actum conficiendum, aliter quàm à Iure Ciuili fuerit dispositum, censetur inducta noua forma.*

20 *Ex actu, qui peccat in forma nec ciuilis, nec naturalis obligatio oritur.*

21 *Obligatus naturaliter, obligatur ad antidora.*

22 *Obligatio antidoralis non obligat conscientiam ad peccatum.*
Adeo quod nec ex illa potest quis denunciari denunciatione euangelica. num. 22.

23 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 151. in dolo præsumpto aduersarij fundatur, & num. 39.*

24 *Obligatio antidoralis non potest, considerari erga eum, qui aliquem defraudare, aut decipere nitebatur.*

25 *Parochi fides, cum insertione partitæ libri baptizatorum probat ætatem.*

26 *Decretum, quando est nullum, reuocandum est.*

27 *Scriptura, quando fuit producta, & pars non opposuit de recognitione, tunc non est necessaria.*

28 *Iudex, parte non opponente, potest adhibere fidem Scripturis etiam informibus.*

29 *Minor in terminis Statut. lib. 1. cap. 151. debet petere absolutionem à iuramento ad effectum agendi.*

30 *Reus inuitus trahitur ad iudicium.*

31 *Minor, qui vult dicere contractum esse nullum, aut implorat beneficium restitutionis in integrum, debet restituere quicquid ex illo contractu accepit.*

32 *Sed intellige, quando minor eſt factus locupletior.*
33 *Minor recipiens pecuniam, ſatis ex hoc dicitur probata verſio in eius vtilitatem, quod intellige, quando contrahit, cum ſolemnitatibus requiſitis. num. 34.*
35 *Minor, quando nulliter contrahit, tunc is, qui contraxit cum eo, tenetur probare verſionem in illius vtilitatem.*
36 *Verſio contractus in vtilitatem minoris contrahentis probatur ex eo, quod habet pecuniam ſaluam vel aliquid ex ea emptum, vel ſibi emerit res neceſſarias, licet modo non extent.*
37 *Minor iurans, ſe eſſe maiorem, hoc iuramentum aſſertorium excludit minoritatem.*
38 *Minor iurans ſe eſſe maiorem, tale iuramentum non excludit minorem à beneficio nullitatis prouenientis ex defectu ſolemnitatis alicuius ſtatuti.*
40 *Text. in l. ſi alterius C. ſi min. ſe maior. quando ceſſet.*
41 *Mandati exequutio non impeditur propter reſtitutionem in integrum.*
42 *Minor petens reſtitutionem in integrum, probare debet ſe eſſe læſum. vide. num. 43.*

DECISIO I.

FVIT ab A. C. relaxatum mandatum contra Bartholomæum Bonadies pro ſcutis mille ſoluendis Alphonſo Vidaſco vigore inſtrumenti ſocietatis officij initæ ſuper officio Curſoratus Andreæ Scalmati, cui dictus Bartholomæus, & Ioſephus de Cuppis, ambo minores, vti fideiuſſores principaliter, & inſolidum acceſſerunt ad fauorem eiuſdem Alphonſi; ſed quia fuit appellatum, & appellationis cauſa commiſſa R. P. D. Merlino, cum clauſula ſi quid exequen. vt ipſi propter infirmitatem domi detento morem gererem dubitaui, an dictum mandatum eſſet exequen. vel potius reuocandum, & Domini reuocandum fore cenſuerunt.
Cum enim ſocietas cum Bartholomæo minore, ſine præſentia, & conſenſu duorum propinquorum, & alijs ſolemnitatibus per Vrbis ſtatutum requiſitis cap. 151. lib. 1.
1 fuerit † nulliter contracta, nullum etiam fuit iuramentum in ea appoſitum, tanquam dolo, & metu extortum, vt in fine dicti Statuti expreſsè cauetur, de cuius validitate non poteſt dubitari, cum ſit Pontificis auctoritate con-
2 firmatum, qui iuramenta † remittere illaque interpretari, ac diſpenſare poteſt, *capit. quanto, & capit. petitio. extr. de iur. iur. & in puncto* Ludou. Rom. *conſ. 12. numer. 3.*

Quod etſi in d. Statuto non fuiſſet expreſſum, id ipſum cauſa finalis dictarum ſolemnitatum ſuaderet, quia cum
3 tendant ad euitandas captioſas † circumuentionum deceptiones, quæ contra minores fraudibus obnoxios, per verſutos, & tenellæ iuuentutis voraces machinari ſolent *arg. text. in l. transactionem cum ibi notat C. de transact.* &
4 habetur in proœmio † dicti ſtatuti, quo probatur cauſa finalis, *l. fin. ibi* Bart. *ff. de hered. instituen.* procul dubio
5 dictum ſtatutum † dicitur reſpicere principaliter publicam vtilitatem, Bald. *in cap. 1. §. ſi quis per triginta num. 9. ſi de feud. fuer. controu. in Dom & Agn. Vaſſall.* Corn. *conſ. 135. num. 24. lib. 1.* quando autem, vt hic, contra-
6 ctus ob publicam vtilitatem † per legem, aut ſtatutum annullantur, tunc nihil operatur in illis interpoſitum iuramentum, Bart. *in l. ſi quis pro eo, nu. 8. ff. de fideiuſſ.* Bald. *conſ. 250. num. 24.* Bellug. *in ſpec. Princip. rub. 12. §. quædam* quam ſententiam veriſſimam, & communem dicit Suar. *in l. 1. tit. de las arras, num. 24. & 25.* & in ter-
7 minis, quod contractus, minorum, † in quibus per ſtatutum certa deſideratur ſolemnitas ad fraudes obuiandas, & ſic principaliter ob publicam vtilitatem non validentur per iuramentum, tenent, Barthol. *in l. omnes populi, numer. 25. ff. de iuſt. & iur.* Bald. *in auth. ſacramento puberum. numer. 5. C. ſi aduer. vend. & ibi* Paul. *numer. 11.* Salic. & Iaſ. *num. 84.* qui de communi atteſtantur Alex. *conſ. 58. num. 4. & 8. lib. 1.* vbi Barth. opinionem communem dicit & in iudicando ſequendam, Curt. ſen. *conſ. 43. num. 35.* Carol. Ruin. *conſ. 51. num. 22. & ſeq. libr. 1.* Moder. Roma. *ad d. ſtatutum. gloſ. 23. numer. 5. cum ſeq.*

Quæ publicæ vtilitatis ratio nempe euitatio doli, & fraudum, ad quam primariò reſpicit dictum ſtatutum, cum generalis ſit, & fauorabilis, non ſolum annullat pacta de non petendo, donationes, quietationes, & alios
contractus in eo expreſſos, † ſed etiam omnes alios con- 8
tractus, per quos minor lædi poteſt ſicut contractum ſocietatis, de quo agitur, in quibus eadem militat ratio, Put. *decif. 58. l. 1. in nouiter impreſſ.* Creſcent. *decif. 3. de conſtit.* Rot. *decif. 592. numer. 1. par. 1. recent. & coram Greg. XV. decif. 164. num. 4. cum relat. ibid. per adden. numer. 11. & decif. 6. in impreſſ. per* Moder. *ad d. ſtatutum*, & quia
fideiuſſio eſt de ſui † natura læſiua, cum fideiubere ſit 9
notoriè malè vti ſubſtantia ſua, vt notant, Iaſ. *& alij in l. in perſona §. 1. ff. de pact.* multo magis fideiuſſoria obligatio Bartholomæi minoris nulla fuit, quàm obligatio principalis.

Quæ adeò vrgere dicebantur, vt ob eandem publicæ
vtilitatis rationem, nec Bartholomæus † dum locuple- 10
tior effectus non fuit, remanſerit in foro conſcientiæ ad reſtitutionem obligatus per id, quod egregiè notat Bald. *in conſ. 285. verſ. nec aliter, vol. 3.* vbi quod quando lex
† ciuilis aliquid ſtatuit, tale ſtatutum etiam in animæ 11
iudicio eſt ſeruandum, & excuſat conſcientiam à peccato; alioquin enim Vrbis ſtatutum eſſet vitioſum, & multorum animas illaquearet, quod non eſt dicendum,
præſertim cum † ſit Pontificis auctoritate roboratum, & 12
Bald. *ſequuntur* Iaſ. *in l. nemo poteſt num. 105. de leg. 1. vbi atteſtatur de communi*, Abb. Felin. & Dec. *in c. 1. de conſtit. quos refert* Couar. *in c. cum eſſet, numer. 6. de teſtam.* Suar. *in l. quoniam in prioribus in declarat leg. Reg. circa princ. num. 8. C. de inoff. teſt.* Sanch. *de matr. libr. 1. quæſt. 33. num. 2. & dixi in meo tract. de condit. & mod. impoſſ. & iur. probib. 3. par. c. 1. num. 3. in fin.* eſt enim in iure vulga-
re, & tritum † argumentum de foro exteriori ad forum 13
interius, & è conuerſo, *gloſ. in c. fin. verb. permittimus, de pœnit. & remiſſ. & in c. inolita 11. quæſt. 1.* Sot. *in 4. diſtinct. 20. q. art. 2. & lib. 4. de iuſtitia, & iur. qu. 5. art. 3. verſ. quinto arguitur, & nouiſſime* Io. Valer. *de differ. int. vtrumque forum, lib. 1. immediatè poſt præludia verb. Regula.*

Neque obſtat quod tradit. Innoc. *in c. quia propter de elect. & c. ſi celebret. de cler. excom.* vbi quòd quando actus
† valet de iure gentium, quia habet voluntatem, & 14
conſenſum partium, licet non ſit ſeruata forma inducta à iure poſitiuo, obligat in foro conſcientiæ, quem ſequitur Panor. *in c. 1. fin. de reſtit. in integ.* Ioan. Valer. *vbi ſup.*
ad præludia numer. 24. cum ſeq. Neceſſariò enim † ſoluen- 15
dum eſt, quod naturaliter debetur, Bart. *in conſtit. ad reprimendum verb. denunciatio. numer. 9.* Couar. *vbi ſup.*

Quia ſtante publicæ vtilitatis ratione ſupradicta, ac cauſa finali dicti Statuti Bartholomæus, nec ciuiliter, nec naturaliter remanſit obligatus, & propterea ſucce-
dit vulgaris Bart. traditio, vbi ſupra, quos † natura non 16
obligat, conſcientia non ligat. Nauarr *conſ. 9. de empt. & vend. num. 6. & 7. lib. 3. vol. 1.* Ioan. Valer. *vbi proxime num. 25.* Quod Bartholomæus non remanſerit naturaliter obligatus, dum non probatur locupletior effectus,
conſtat, ex quo Vrbis ſtatutum † reſiſtit cotractui, & obli- 17
gationi dictæ ſocietatis, ſicque impedit etiam naturalem obligationem oriri *l. cum lex. vbi* Bart. *nu. 6. ff. de fideiuſſ.* Couar. *in cap. quamuis pactum in 2. par. §. quarto numer. 6.*
de pact. in 6. vbi quod ſi † mulier ſine ſolemnitate per ſta- 18
tutum requiſita contraxerit, nec ciuilis, nec naturalis oritur obligatio, eo quod lex ei reſiſtit, & in puncto. Lud. Rom. *conſ. 437. &* Nauar. *vbi ſup.*

His accedit, quod quoties ſtatutum † aliquid expri- 19
mit circa actum conficiendum aliter quàm à iure communi ſit diſpoſitum cenſetur inducta certa forma; Aret. *in l. ff. de liber. & poſthum.* Fel. *in cap. cum dilecta, num. 34. de reſcript.* Anch. *conſ. 36.* Dec. *conſ. 331. num. 1. & conſ.*
532. Attamen † ex actu, qui peccat in forma, præſer- 20
tim quando, vt hic, introducta eſt cauſa publicæ vtilitatis, nec ciuilis, nec naturalis oritur obligatio, vt in puncto Rom. *d. conſ. 12. num. 4.* Moder. Rom *ad d. ſtatutum gloſ. 11. num. 8.* Crot. *in l. 1. §. ſi quis ita numer. 25. de verbor. obligat.* Laurent. de Pin. *conſ. 71.*

Et quamuis dubitari poſſet, quod Bartholomæus remanſit naturaliter obligatus, ea naturali obligatione,
† quæ ex honeſtate naturali deducitur, vt eſt illa reci- 21
pientis beneficium, qua quis tenetur ad antidora, de qua
in

in l. sed et si lege §. consulait, *ff. de petit. hered. & D. Th. 3. 2. q. 106.* Cou. *in c. cum in officijs numer. 9. de test.* (licet vt
supradictum est non teneatur naturali obligatione, quæ
ex consensu proficiscitur, de qua in *l. 1. ff. de pact.*) tamen
22 obligatio antidoralis † non obligat conscientiam ad pecca-
tum adeò quod nec ex illa potest quis denunciari denuncia-
tione Euangelica, Couar. *in d. cap. cum esses, nu. 10. post princ. & Ian. Valer. vbi supra num. 25. in fin.* vbi exemplifi-
cat in obligatione facta per pupillum sine tutoris auctori-
23 tate. Et quidquid sit cum Vrbis statutum fundetur † in
dolo præsumpto aduersarij, vix videtur, quod in casu
nostro considerari possit in minore antidoralis obligatio
24 erga eum, qui † illum fraudare, ac decipere nitebatur.
Ex quibus claré infertur Bartholomæum non adhibita
statuti solemnitate nullo modo, nullaque ratione reman-
sisse Alphonso obligatum, cum de eius minori ætate de
25 tempore obligationis constet ex fide Parochi, † cum in-
sertione partitæ libri baptizatorum, quæ probat ætatem,
Verall. *decis. 314. num. 1. par. 1.* Seraph. *decis. 1138. num. 2.* Rot. *decis. 592. num. 2. p. 1. recent. & decis. 15. numer. 2. par. 2. & coram R. P. D. meo Verospio in Vrbeuetana bonorum 27. Martij 1615. & alibi sæpius & probat Concil. Trid. sess. 24. de reform. matrim. c. 1. in fin. vt ponderat Genua de rescript. priuat. lib. 5. tit. de lib. pleban. quæst. 1. num. 3. &*
& consequenter mandatum A. C. fuisse nullum, & sic
26 † reuocandum, solumque superesse, vt obiectis in con-
trarium adductis sigillatim respondeatur.
Non obstat primo quod dicta partita extracta ex libro
baptismi non fuerit recognita, & quod extracta fuerit lite
pendente in Rota sine citatione, quia cum tempore pro-
27 ductionis † non fuerit de hoc oppositum, recognitio non
fuit necessaria, Rot. *decis. 195. numer. 1. post 2. vol. cons.*
28 Farin. & iudex parte non opponente potest † adhibere fi-
dem scriptutis, etiam informibus, cum possint quando-
cunq; recognosci, Soccin. *in auth. si quis in aliquo n. 18.* Dec. *ibidem, n. 27. vers. si verò Iudex C. de edea.* Acchil. *de. 2. n. 7. de off. deleg.* Put. *dec. 405. l. 1.* Rot. *decis. 487. par. 1. recent.*
Non obstat rursus, quod Bartholomæus dicatur periu-
29 rus, cum etiam in terminis statuti, de † quo agitur, mi-
nor debeat petere absolutionem à iuramento ad effectum
agendi, Moder. Rom. *ad d. statutum glos. 23. num. 18.* quia
iam constat obtinuisse dictam absolutionem, ex fide, quæ
mihi data fuit. Et vt Domini dicebant, sufficit quod fue-
rit obtenta ante moram litem ciuilem, licet non ante cri-
minalem, quia in criminali Bartholomæus erat Reus, &
sic inuitus ad iudicium trahebatur, *l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verbor. oblig.* in ciuili verò erat actor.
31 Non obstat præterea quod minor, qui vult dicere †
contractum nullum, aut implorat beneficium restitutio-
nis in integrum, debeat restituere quod ex illo contractu
accipit, *l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor. l. cum te sandum, C. de pact. l. 1. & ibi* Paul. de Castr. *C. de re-*
32 *pat. quæ fiant in iud. rest. in int.* quia hoc † non procedit,
quando, vt hic, minor non est factus locupletior, *l. prædioram, vbi* Bart. *& alii, C. de pred. minor.*
33 Non obstat vlterius, quod eo ipso † quod probatur Bar-
tholomæum recepisse pæcuniam, satis dicitur probata
versio, in cuius vtilitatem, *glos. in d. l. prædioram*, quia
34 verum est, quando minor † validé contraxit, scilicet cum
solemnitatibus dicti statuti, tunc enim minor tenetur
probare pretium: quod recepit, esse à se deperditum, &
malè consumptum, vt in *d. glos.* si verò vt in casu nostro
35 nulliter contrahit, † tunc ei, qui contraxit cum minore,
& sic Alphonsii incumbit onus probandi versionem *l. prædium, C. de præd. min.* & ita distinxit *glos. vbi sup.* quem
ibi sequuntur Bart. Bal. & Salic. Ias. *in l. nam postea, §. si minor. ff. de iur. iur. n. 21.* Menoch. *de præsump. lib. 6. præs. 27. in fin.* Rot. *in puncto dec. 678. n. 7. par. 1. recent.* Moder. Rom.
36 *vbi supra glos. 9. n. 4.* Probatur autem † versio constito, quod
minor habet pecuniam saluam, vel aliquid ex ea emptum,
vel si emerit res sibi necessarias licèt modo non extent, *glos. in l. fin. C. de vsucap. pro empt. & ibi Doct. & in l. verum, §. sciendum ff. de minor.* de quibus ex aduerso non docetur.
37 Non obstat etiam quod Bartholomæus † iurauerit se
maiorem esse, quo casu dictum assertorium iuramentum
excludit minorem, *vt est text. expressus in l. si alterius, C. si minor se maior dix.* quia quidquid si in beneficio restitutio-
nis in integrum, de quo loquitur *text. in d. l. si alterius*, hoc
vnum certum est assertorium iuramentum non excludere
38 † minorem à beneficio nullitatis prouenientis ex defectu
solemnitatis d. Statuti, Crem. *sing. 163.* Hipp. *sing. 299.* Ro-
man. *post* Ioan. Andr. *in d. cons. 12. nu. 5.* Gramm *decis. 12.* Moder. Rom. *vbi supra glos. 7. n. 193.* Rot. *decis. 54. n. 1. par. 1. recent. & coram R. P. D. meo Merlino 31. Ianuarij 1625.* in
decisione in hac causa facta, super eo, an causa ciuilis, de
quo agitur, esset præiudicialis criminali, quinimò stante
dolo † præsumpto per statutum, nec d. assertorium iura- 39
mentum excluderet Bartholomæum à beneficio restitutio-
nis in integrum, quia hoc casu † receditur à dispositione d. 40
legis, *si alterius*, vt ibi notant, *Doct. Afflict. decis. 293. n. 12.* Maurit. *de rest. in integr. cap. 171.* Gutier. *in rept. auth. sacramento puberum num. 57.*
Non obstat tandem quod exequutio † mandati A. C. nō 41
impediatur per restitutionem in integrum, *Addit. ad specul. incipit quid si statutum in nou. tit. de restit. in integr.* Me-
noch. *præsump. 48. nu. 43. lib. 2.* Suar. *in l. post rem iudicatam in 2. par. declar. leg. Regn. nu. 44. vers. sed pro euidentia*, ac ideò
quod idem dicendum sit de benef. nullitatis, quia immò di-
uersa versatur ratio, cum minor † in restitutione in integrū 42
debeat probare se læsum *l. verum, §. sciendum ff. minor* Odd. *de restit. in integr. p. 1. q. 4 art. 2.* exceptio autem nullitatis,
de qua hic, oritur ex aduerso statuto eo ipso, quod in ventre
instrumenti † non apparet de solemnitatibus per illum re- 43
quisitis, & sic probatione non indiget. Et remouetur omnis
difficultas, ex quo iam decisum est, quod causa ciuilis de
qua agitur est præiudicialis criminali.
Ex ita decisum vtraque parte informante, &c.

Qualiter, & quo casu intelligēda veniat presens decisio, vi- ¶
deatur in causa Romana Merciū Veneris 19. Ianuar. 1639.
coram R. P. D. Verospio quæ decisio erit infra in par. 4.

R. P. D. REMBOLDO.
Brixiensis Archipresbyteratus.

Die Veneris 30. Ianuarij 1626.

ARGVMENTVM.

Enunciatiua quando non probet. Confirmatio cui det robur. Confirmatio emanata ex causa erronea redditur subreptitia. Status vltimus in beneficialibus attenditur, quod declara.

SVMMARIVM.

1 *Enunciatiua non probat, quando principaliter agitur de enunciato.*
2 *Confirmatio dat robur confirmato, quo ad ius, non verò quo ad factum.*
3 *Et hoc maximè procedit, quando confirmatio est in forma communi, & sine causæ cognitione.*
4 *Enunciatiua reputatur erronea si adsint probationes in contrarium; & si illius vigore aliquid fueris confirmatum, subreptitia erit confirmatio.*
5 *Quod amplia etiamsi rescriptum sit ex certa scientia.*
6 *Ordinariorum prouisiones non possunt mutare statum Ecclesiæ ex defectu potestatis.*
7 *Status vltimus in beneficialibus attenditur.*
8 *Status vltimus in beneficialibus attenditur, quando non constat de anteriori contrario, & quando de isto constat, secus est.*
9 *Status vltimus in beneficialibus attenditur, etiamsi constat de anteriori, si iste vltimus sit præscriptus, vel aliàs legitimè inductus.*
10 *Confessio emanata in alio iudicio, non nocet confitenti detecto errore in diuerso iudicio.*

DECISIO II.

Contra gratiam obtentam à Palatiolo, quam Domini dixerunt esse iustificatam, fuerunt exhibitæ in calculo ferendæ sententiæ nonnulla Iura pro parte Bartholomæi, & Aloysij, ideoque vt perfectè omnia discuterentur dedi dubium vtrum dicta Iura, aliaque contra d. gratiam allegata releuarent, quo proposito, dictum fuit deducta contra d. gratiam non releuate.

Quo enim ad concordiam inter Clericos Ecclesiæ, & Communitatem initam Anno 1612. non probatur ex ea, quod Ecclesia, de qua agitur, non sit Collegialis, quinimò potiùs eadem concordia deseruit ad comprobandum statum Collegialitatis d. Ecclesiæ, & si quid in contrarium disponeretur in d. concordia, id non releuaret,

quia transigentes non potuerunt mutare statum d. Eccle-
siæ, qui fuit Collegialis, vt in alijs decisionibus in hac
causa factis fuit firmatum.

Nec obstat, quod in d. concordia dicitur, quod d. Ec-
clesia fuit reducta à S. Carolo ad Collegialitatem, quia
1 ista † enunciatiua non probat, quando principaliter agi-
tur de enunciato, Alex. *cons.* 136. *num.* 11. *lib.* 1. Dec. *cons.*
348. *in fin* Paris. *cons.* 94. *num.* 19. *lib.* 1. Put. *decis.* 371. *in
fin. lib.* 1. Card. Seraph. *decis.* 1278. *num.* 2.

2 Nec obstat, quod dicta concordia fuit à Sede † Aposto-
lica confirmata, quia confirmatio dat robur confirmato
3 quoad Ius, non verò quoad factum, maximè quando †
est, vt in casu isto in forma communi, & facta sine causæ
cognitione, Dec. *in rub. de confirm. vtil. vel. inutil.* Anchar.
cons. 382. *nu.* 3. Card. Seraph. *decis.* 981. *num.* 5. Rot. *decis.*
329. *numer.* 11. *par.* 2. *in recent.* atque ita cum ex Iuribus in
decisione facta die 21. April. præteriti plenè probetur,
quod d. Ecclesia longe ante d. tempus erat Collegialis, non
destruitur illa probatio per enunciatiuam, de qua in d.
4 concordia sit à Sede Apost. confirmata, sed † potius d.
enunciatiua reputatur erronea, & confirmatio desuper
emanata subreptitia, Abb. *in c. inter dilectos sub num.* 8. *de
fid. instr.* Menoch. *cons.* 978. *numer.* 15. Card. Seraph. *decis.*
965. *num.* 11. *&* 972. *num.* 17. *&* 981. *numer.* 1. vbi dicit hoc
5 etiam procedere, vbi † fuisset rescriptum ex certa scien-
tia.

Secundò non obstant duæ collationes factæ ab Ordina-
rijs, tanquam de Parochiali, quia omissis alijs responsio-
nibus adductis per informantes pro Palatiolo, ea est veris-
6 sima, quod per dictas prouisiones non † potuit muta-
ri status d. Ecclesiæ, ex defectu nempe potestatis quatenus
etiam adfuisset voluntas de qua tamen constat, vt latè
fuit firmatum in *Perusina de Beneuentatis* 13. *Martij* 1588.
& 19. *Maii* 1589. *coram bon. mem. Card. Pamphilio.*

7 Nec obstat, quod in beneficialibus † attenditur vltimus
status, quia hoc procedit ad effectum iustificationis gratiæ,
8 ita vt gratia non censeatur subreptitia, quando † autem
constat de statu anteriori contrario, tunc ille attenditur,
9 nisi vltimus sit † præscriptus, aut aliàs legitimè inductus,
iuxta *not. in c. cum de beneficio de præben. in* 6. Dec. *cons.*
126. *num.* 3. *in fin. &* *numer.* 4. Rot. *decis.* 2. *de præb. in nou.*
& fuit dictum in Ferrarien. *Prioratus coram bo. mem. Pe-
nia, quæ est decis.* 163. *num.* 3. *& seq. par.* 1. *recent*

Tertiò non obstat confessio Palatioli, quia præterquam
quod illa potius cōcludere videtur, quod d. Ecclesia sit Col-
10 giata habitu, in omnem etiam euentum cum † d. confes-
sio facta sit in alio iudicio, non nocet Palatiolo detecto er-
rore in isto. *Purpur. in l.* 2. *num.* 142 *ff de verb oblig.* Alex.
in l. 2. *num.* 27. *C. de edendo*, Rot. *decis.* 4. *de confess. in an-
tiq.* Bisignet. *decis.* 2. Bellam. *decis.* 3. *sub num.* 1. *vers. nisi
huiusmodi confessionem eod. tit.*

REVERENDISSIMO COCCINO.

Cæsaraugustana Synodi.

Die Veneris 13. *Februarij* 1626.

ARGVMENTVM.

Capitulum Ecclesiæ Cathedralis debet præcedere Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ, cum illius caput sit Episcopus, & turpe est separare membra à suo capite.

SVMMARIVM.

1 *Cathedralis Ecclesia est cæteris dignior.*
2 *Canonicis Ecclesiæ Cathedralis sublimior est assignandus locus.*
3 *Canonici Ecclesiæ Cathedralis dicuntur fratres Episcopi.*
4 *Episcopus est caput Capituli.*
Membra non debent à capite separari numer. 4. *& num.* 15.
5 *Vicarius non potest se interponi inter Episcopum, & Capitulum. & num.* 7.
6 *Inter Episcopum, & Capitulum nulla potest dari intermedia persona hoc prohibente iure naturali, ne membra separentur à suo capite.*
8 *Sententia, quod non dicit, non suffragatur.*
9 *Obseruantia plurimi ponderis est.*
10 *Possidens habens iuris assistentiam pro se, ista possessio extenditur ad omnes actus, in quibus Aduersarius non habet specialem dispositionem ad sui fauorem, & num.* 14.
11 *Episcopus, nec in Synodo potest facere Constitutiones contra ius.*
12 *Confirmatio Apostolica non præsumitur ex cursu temporis, nisi adsit obseruantia.*
13 *Constitutio synodalis, non præsumitur vsu recepta, licet reperiatur impressa inter alias Constitutiones, si à sui principio detegatur vitiosa.*

DECISIO III.

CVM causa super negotio principali inter Ecclesiam
S. Saluatoris Cathedralem Metropolitanam, & Ec-
clesiam B. Virginis del Pilar Collegiatam, quæ antiquitus
prætendit fuisse Cathedralem pendeat in Rota; * placuit
Sac. Congreg. Concilij reijcere ad Rotam discutiendum
hoc dubium. Quis scilicet locus debeat assignari in Sy-
nodo Diœcesana Capitolo Cathedralis, & Capitulo B.
Virginis del Pilar; & per me proposito dubio, Do-
mini censuerunt locum digniorem assignandum esse
Capitulo Ecclesiæ S. Saluatoris, quia † cum tan- 1
quam Cathedralis sit dignior, *c. venerabili in fine, vbi
glos. in princ. de verb. signif. capit. cum Canonicis, & ibi*
Abb. *in primo notab. de censib. & in capit. ex parte il* 2. *num.*
1. *de rescript.* meritò sublimior † locus ei assignandus est, 2
cap. statuimus de maior. & obed. l. 1. *ff. de alb. scriben. l. fin.
C. vt dignitat. ordin.* Setu. Felin. *in cap. Pastoralis, numer.*
4. *vers. fallit.* 4. *de rescription.* Gemin. *in cap. quamuis, §.
quanquam numer.* 3. *de præben. in* 6. Boer. *de author. mag.
consil. numer.* 78. *& in puncto*, quod Capitulum Eccle-
siæ Cathedralis in Synodo debeat precedere, dicunt
Henr. Botter. *de Synod. par.* 3. *num.* 27. Ioan. Franc.
Leon. *in Thesaur. for. Eccles. part.* 1. *de Synod. cap.*
9. *num.* 4.

Et hæc sententia fundatur optima ratione, quia † Ca- 3
nonici Ecclesia Cathedralis dicuntur Fratres Episcopi Ab-
bat. *in cap. nouit. de his, quæ fiunt à Præl.* & cum Episco-
pus † sit caput Capituli, membra non debent à capite se- 4
parari, *cap.* 1. *distinct.* 12. Felin. *in cap. Pastoralis, numer.*
10. *de off. delegat. sanct. mem. Greg. decis.* 284. *numer.* 2. *&*
3. *& ibi* Adden. *hinc consuluit* Menoch. *cons.* 51. *per tot. &
cons.* 257. quod Vicarius † non potest interponi inter 5
Episcopum, & Capitulum ea ratione, quia inter
Episcopum, & Canonicos nulla potest dari interme-
dia † persona, hoc prohibente iure naturali; nè membra 6
separentur à capite per tex. clarum, *in c. nouit. de his, quæ
fiunt à Prælat. sine consensu Capituli* Monach. *in c. Roma-
na, numer.* 9. *de sent. excom. in* 6. Quæ ratio est verissima,
& quicquid sit † an applicetur, quando Vicarius interpo- 7
nitur inter Episcopum, & Capitulum, certè bene ap-
plicatur, quando alius se vult interponere, vt in casu, de
quo agitur.

Et vltra prædictam iuris assistentiam Capitulum Ca-
thedralis iuuatur ex laudo lato de ann. 1523. per Archie-
piscopum Alphonsum de Aragonia postea etiam emolo-
gato, in quo die 24. Octobris omnimoda præcedentia de-
claratur pro Ecclesia S. Saluatoris, vt pater ibi *Ecclesiam
Beatæ Mariæ de Pilar teneri, & obligatam fore ad reco-
gnoscendum, habendum, & tenendum Ecclesiam Cathedra-
lem S. Saluatoris in matrem, superiorem, & magistram,
honorem, & reuerentiam eidem (prout de iure tenetur,
& obligatur) præstando, &c.* Et rursus die 30. No-
uembris eiusdem anni assumendo alias pensiones declara-
tur circa præcedentiam Prioris vtriusque Ecclesiæ in Cho-
ro Ecclesiæ S. Saluatoris, & eius Processionibus seruan-
das esse sententias Sanctij, & Dalmatij Episcoporum: in
alijs autem casibus extra illos omninò præferri Priorem
Cathedralis: ibi, *in alijs verò Congregationibus, & acti-
bus, & extra casus sententiarum Sanctij, & Dalma-
tii tàm Ecclesiasticis, quàm secularibus, in quibus præ-
dicti Priores suarum nomine Dignitatum interuenerint,
seu vocati fuerint Prior sedis tamquam maior, & pri-
ma Dignitas post Pontificalem præcedat priorem del Pilar,
& hono-*

& bonorabiliorem locum teneat, &c. & propterea cum agatur de Synodo, istud laudum fauet Capitulo Cathedralis S. Saluatoris, cum sententia Sanctij de anno 1221. & sententia Dalmatij de anno 1448. loquaotur tantum de præcedentia io Choro, & Processionibus, quando in certis festiuitatibus Ecclesia del Pilar ad processiones accedit;
8 & propterea cum non loquatur de Synodo, † exceptuatio
in laudo quoad contenta in dictis sententijs respectu Syoodi non suffragatur, Bart. *in l. quæsitum*, §. *denique ff. de fund. instruct.* Alex. *in l. fin. numer. 4. ff. quod quis iur.* Aret. *cons. 30. num. 9.* & cum seotentia Vicarij Archiepiscopi lata de anno 1535. contineat idem, quod continent sententiæ Sanctij, & Dalmatij circa illam non est immorandum.

Prætereà subsequuta obseruantia laudum hoc comprobauit, cum tam in comitijs Regni Aragonum, Cortes nuncupatis fuerit datus dignior locus Capitulo S. Saluatoris, vt patet ex decis. sanct. mem. Greg. 284. quàm etiã io Concilijs Prouincialibus; ex actis enim anni 1565. apparet, Procuratores Capituli Ecclesiæ S. Saluatoris primum locum tenuisse, vt constat ex notula extracta, prout etiam in Concilio Prouinciali nouissimè celebrato de
9 anno 1615. quæ obseruantia † plurimi ponderis est, quia
cum Capitulum S. Saluatoris habeat iuris assistentiam pro
10 se, vt dictum est: † ista possessio extenditur ad omnes
actus, io quibus Capitulum B. Mariæ del Pilar non habet specialem dispositionem ad sui fauorem, Oldrad. *cons. 287. num. 10.* Aym. *cons. 55. num. 1. vers. sed respondeo, & de aatiquit. temp. par. 4. vers. licet primò, numer. 57. & seq.* Rota *decis. 17. num. 3. par. 2. diuers.*

Non aduersatur Constitutio Synodalis de aono 1520. in qua per hæc verba disponitur. *In eisdem autem publicis sessionibus sedeant primo Abbates, & post eos promiscuè ad vtrumque latus nostrum Priores, Canonici, & alii in dignitate constituti Ecclesiæ nostræ Cathedralis, & B. Mariæ del Pilar ordine quo in Choro sedere, & in processionibus incedere consueuerunt.* Nam fuit responsum quod Archie-
11 piscopus † etiam in Synodo non potuit facere prædictam
constitutionem, cum sit contra ius, *c. cum inferior, & c. super his, vbi* Abb *num. 1.* Felin. *nu. 2. de maior. et obedient.* Anchar. *cons. 18. aamer. 3.* Calder. *cons. 5. de const.* Henriq. Bott. *de Synod. p. 3. art. 1. concl. 7. numer. 26.* Nec
12 potest allegari præsumpta confirmatio † Apostolica ex
cursu temporis, cum tempus non sufficiat, nisi adsit obseruantia, Abb. *in c. Albericus sub numer. 6. et* Adden. *ad* Felio. *ibid. num. 3. de testib.* Alex. *cons. 12. numer. 7. et cons. 17. num. 9. lib. 4. et cons. 218. num. 10. lib. 6.* Quæ obseruantia tantum abest, quod adsit, vt potiùs constet de contraria iuxtà laudum Archiepiscopi Alphonsi de Aragonia de anno 1513. vt supra deduximus. Imò in d. Concilio Prouinciali de anno 1565. per sententiam diffioitiuam fuit declaratum Capitula Collegiatarum, & monasteriorum noo esse vocanda ad prædicta Concilia, non obstante, quod in dicta constitutione contrarium fuerit dispositum, & in Concilio vltimo de anno 1615. fuit diffinitum non potuisse prædictam constitutionem Synodalem derogare iuri competenti Decano Ecclesiæ Cathedralis S. Saluatori: nec ex
13 eo d. Constitutio † Synodalis debet præsumi vsu recepta,
ex quo reperiatur impressa ioter alias constitutiones, cum à sui principio detegatur vitiosa, Rot. *decis. 775. numer. 1. par. 1. diuers.*

Non refragatur mandatum concessum à Rota vsque de anno 1557. Quia non agitor de ordine in choro sedendi, aut io processionibus, in quibus terminis loquitur man-
14 datum; cumqoe Capitulum del Pilar non habeat † assi-
stentiam iuris, & sic titulum vniuersalem: possessio quoad reliqua oon suffragatur, Felin *in c. auditis, nu. 10. & 19.* Abb. *aum. 9. de præscript.* & fuit in simili resolutum in causa *Tolosana iurisdictionis 17. Decemb. 1617. coram Reuerendiss. Attrebaten. & ia causa Calcien. iuris conferendi 6. Martij 1617. coram R. P. D. meo Verospio. & coram me ia causa Maioricen. Sacristiæ 18. Maii 1622. & ia Cremonen. Canonicatus 9. Decembris 1624.* Nec allegetur quod in d. mandato de manutenendo subdatur; Et alijs quibuscunque actibus, quia sufficit respondere, quod postmodum dictum mandatum fuit declaratum, & in declaratione non leguntur prædicta verba, & alijs quibuscunque actibus; sed declaratio est restricta ad chorum, & processiones solùm, qoia in illis tantùm constitit de prædicta quasi possessione, vt in eadem declaratione dicitur, quæ fuit facta præuia propositione in Rota sub die 9. Decemb. 1558.

vbi pro Ecclesia Cathedrali allegabatur, quòd Ecclesia del Pilar non probabat quasi possessionem, oisi in duobus tantùm actibus, & nihilominus Notarius expediuerat mandatum generaliter, quòd Rota corrigendum mandauit, vt habetur adnotatum in libris D. de Rubeis, qui erat causæ Ponens, per hæc formalia verba: *Domini dixerunt mandatum esse corrigendum, vel reformandum quateaus opus sit, nec aon, & declarandum quatenus non sit conforme dictis testium, & ideò ego volui, quod disputaretur particulariter de omnibus capitibus dicti mandati.*

Nec releuaot testes pro parte Capituli del Pilar examinati, & illud, quod dicitur hanc Ecclesiam antiquitus fuisse Cathedralem. Quicquid enim asserant testes, circa Synodum nihil deponuot, & quod antiquitus Cathedralis prærogatiua gauderet, non adhuc liquet. Et tamen obtinuit remissoriam à Rota, vt suam intentionem probaret. Et licet etiam hoc probaretur, oon deberet ioferri præiudicium Ecclesiæ, quæ hodie est Cathedralis ex rationibus supra deductis, † cum membra non sint à capite 15
se iungenda.

Et ita conclosum vtraqoe parte informante, &c.

Decisa fuit ista controuersia parte vtraque accerrimè informante sub die 1. Martij 1630. coram eodem bon. mem. Reuerendiss. Coccino, quæ decisio insignis est, & habetur infra in ordine 353. In hac parte.

REVERENDISSIMO COCCINO.

Viterbien. Castrorum.

Die Mercurii 11. Martij 1626.

A R G V M E N T V M.

Hæredis scientia, an sit necessaria ad effectum præiudicij resultantis ex aditione hæreditis sine beneficio legis, & inuentarij, & plura circa hanc materiam.

S V M M A R I V M.

1 *Testator potest legare rem hæredis, sicuti rem propriam & num. 2.*
3 *Hæres per aditionem hæreditatis remanet obligatus actione personali ad legatorum præstationem.*
4 *Hypoteca legalis competit pro legato.*
5 *Hypoteca pro consequendo legato non datur in bonis hæredis, & num. 32.*
6 *Scientia non requiritur ad effectum validitatis aditionis hæreditatis.*
7 *Hæres adeundo hæreditatem simpliciter sine beneficio inuentarij obligatur actione personali ad seruandam voluntatem Testatoris, etiamsi dispositio facta sit de re propria hæredis.*
8 *Hæres dispositioni testatoris minime contrauenire potest.*
9 *Scientia requiritur ad effectum præiudicij.*
10 *Scientia non requiritur ad effectum præiudicij resultantis ex aditione hæreditatis sine beneficio inuentarij, vbi legatum seu fideicommissum est particulare. & num. 36.*
11 *Hæres, qui est dubius, adeundo hæreditatem sine inuentario, sibi præiudicat, & tenetur de proprio ad fauorem legatariorum particularium. & n. 40.*
12 *Dubietas excludit scientiam.*
Dubius, & ignorans æquiparantur. num. 12. & num. 13.
14 *Text. in l. de his ff. de transact. declaratur.*
15 *Text. in l. de his ff. de transact. procedit in illis actibus, qui directè inferunt præiudicium.*
Non autem in his, in qaibus præiudicium resultat de natura actus in necessariam consequentiam. num. 15.
16 *Agens in omnibus cautè, nihil potest damnificari.*
17 *Contra hæredem non conficientem inuentarium, quasi in pœnam præsumpti delicti occultationis*

bonorum, fuit inducta illa obligatio, vt ignoranter etiam de proprio teneatur, & num. 25.

18 *Ignorantia non excusat à pœna legali.*

19 *Ignorantia non excusat, quando quis sciebat, vel scire debebat.*

20 *Scire, & scire debere paria sunt, & num. 27. in fin.*

21 *Pupillus adeundo hæreditatem sine inuentario, licet in eo cadat ignorantia, tamen obligatur ad onera hæreditaria.*

22 *Sexus non excusat in his, quæ sunt inducta ad iuris rigorem seruandum.*

23 *Restitutio datur stante læsione.*

24 *Aditionis hæreditatis actum qui facit, censetur se voluisse obligare legibus de illo acta loquentibus.*

26 *Hæreditarius titulus de sui natura est lucratiuus, etiam si ex illo resultet damnum.*

27 *Renunciationis, seu repudiationis fundamentum est scientia.*

28 *Rain. in consil. 117. num. 21. lib. 2. declaratur.*

29 *Menoch. in consil. 707. explicatur.*

30 *Testamenti ignorantia solum in filio præsumitur.*

31 *Dominium verum, & irreuocabiliter, vt acquiratur, quid sit necessarium.*

33 *Dominium bonorum defuncti remanet in eius hæreditate vsquequo sit adita.*

34 *Per aditionem hæreditatis, quando actiones reales, & personales confundantur, & num. 35.*

37 *Text. in l. prima. C. comm. de legat. concedit legatario hypotecam in bonis, quæ à Testatore transiuerant in hæredem.*

38 *Hæres semel non potest desinere esse hæres post aditam hæreditatem.*

39 *Hæres, post quam adiuit hæreditatem, non potest variare, & tollere ius quæsitam fideicommissarijs per aditionem hæreditatis.*

D E C I S I O IV.

CVm Georgius de Sancta Cruce instituisset hæredes
vniuersales Honuphrium, & Paulum eius filios, &
Honuphrio prælegasset bona, quæ pro magna parte erant
sibi debita post mortem patris ex fideicommisso Auito,
super quibus illum grauauit onere particularis fideicom-
missi ad fauorem primogeniti de familia, & Honuphrius
adiuerit hæreditatem paternam sine beneficio inuentarij,
Rota *sub die 7. Aprilis 1617. coram bon. mem. Card. Sacra-
to resoluit, vt in decis. 11. in fascicul. decis. in hac causa im-
press. numer. 4.* potuisse grauari in istis bonis proprijs cum
1 † Testator legare possit rem hæredis vt propriam *l. vnam
ex familia §. si rem ff. de legat. 1. §. non solum inst. eod. tit.* &
in his terminis Decian. *cons. 57. num. 9. & 22. lib. 1.* cum
alijs in d. dec. allegatis, & abundè fuit etiam deductum in
decis. facta coram me 10. Maij 1624. Pro quo legato seu par-
2 ticulari † fideicommisso fuit per quatuor resolutiones
nempe *sub die 11. Martij 1622. in d. fascicul. decis. 17. nu.
6. & 11. sub die 10. Iunii 1622. decis. 18. num. 15. sub die 12.
Iunii 1623. decis. 19 num. 27. & d. decis. 10. Maii 1624. co-
ram me* firmatum competere hypothecariam, & Saluia-
num, cum per aditionem hæreditatis Honuphrius re-
3 manserit obligatus † actione personali ad illius præstatio-
nem, & ex persona Georgij vltimi domini, & possesso-
ris stante dicta aditione bona ista transiuissent in eundem
4 Honuphrium hæredem, ita vt † intret hypotheca legalis
ex dispositione, *l. prima C. com de lega.* vt patet ex DD.
cumulatis in *d. decis. 10. Maij 1624 sub num. 36.* in qua vl-
tra opinionem Rotæ, enumerantur vltra 21. DD. hanc
opinionem secuti; sed quia in alia huius causæ propositio-
ne dicebatur Honuphrium de tempore aditæ hæreditatis
ignorasse fideicommissum Auitum, & propterea sibi ex
dicta aditione minime præiudicasse in acceptatione oneris
adiecti in prælegato & consequenter nec dari hypotheca-
5 riam, quæ non datur in † bonis hæredis, prout præten-
debatur, quod esset ista: cum dominium bonorum ipso
Iure transiuisse in eum etiam ignorantem mortuo patre
ex d. fideicommisso Auito *l. cum pater §. surdo. ff. de legat.
2.* propterea *in d. decis. 10. Maii 1624.* fuit reseruatum vt
videretur, An dicta scientia esset necessaria ad vtrumque
effectum. Vnde suppositis decisionibus, in quibus fuit fir-
matum, non † requiri scientiam ad effectum validitatis 6
aditionis, & quod legatum supradictum ad fauorem pri-
mogeniti de familia per Georgium factum, sit particula-
re, dedi dubium, An requiratur scientia Honuphrij de fi-
deicommisso Auito in aditione hæreditatis patris ad effe-
ctum præiudicij, & hypothecæ legalis ita vt sit standum,
vel recedendum à decisis, & ter proposita causa, tan-
dem fuit resolutum, non requiri scientiam ad effectum
præiudicij, & hypothecæ legalis, & sic standum in de-
cisis.

Quantum enim ad præiudicium certa est iuris conclu-
sio, quod cum Testator possit legando disponere de rebus
hæredis prout de proprijs, † hæres adeundo hæreditatem 7
simpliciter sine beneficiu inuentarij obligatur actione per-
sonali ex quasi contractu d. aditionis ad obseruantiam di-
ctæ dispositionis testatoris factæ † de re propria: cui mini- 8
me contrauenire potest Tiber. Decian. *d. cons. 57. num. 22.
& seqq.* Soccin. iunior. qui loquitur in eo, qui fuit hæres,
& prælegatarius *cons. 107. num. 51. cum pluribus seqq. lib. 3.*
Roland. *cons. 30. num. 29. cum seq. lib. 4.* Alba *cons. 73. in 1.
dub.* Menoch. *cons. 89. num. 29. cum pluribus seq. lib. 1.* Pha-
nuc. *de Inuent. p. 7. & 137. & 138.* Surd. *cons. 108. num. 30.
& 31.* qui alios cumulat.

Et quamuis regulariter ad effectum præiudicij † requi- 9
ratur scientia iuris, super quo infert quis sibi præiudicium,
tamen id non procedit in præiudicio resultante ex aditione
† hæreditatis sine beneficio Inuentarij vbi legatum, seu fi- 10
deicommissum est particulare *l. fin. in princ. vers. sin autem
dubius C. de Iure deliber. iuncto tex. in Auth. de hæred. &
falcid. §. si vero non fecerit.* Socc. Iun. *d. cons. 57. num. 58.*
considerans id multò magis procedere in præiudicio resul-
tante ex dispositione Testatoris facta in eodem Testamen-
to, ex quo hæreditatem adiuit, si enim hæres, † qui est 11
dubius adeundo hæreditatem sine Inuentario, sibi præiu-
dicat, & tenetur de proprio ad fauorem legatariorum par-
ticularium, sequitur quod non requiritur scientia, cum
† dubietas excludat scientiam; dubius enim, & ignorans 12
æquiparantur, prout ex *d. §. sin autem dubius arguit* Ias.
l. 1. num. 25. ff. de cond. indeb. quia repugnat quod Honu-
phrius sit hæres Georgij patris, & bona sibi obuenta ex in-
stitutione, & prælegato retineat, & emolumentum sen-
tiat, & tamen eiusdem dispositionem impugnet, vt pro-
bat *Text. in l. cum pater. ff. de legat. 2.* & † facit regula ex 13
eo *de reg. Iuris in 6.*

Non obstat quod videatur necessaria scientia ex † *de his* 14
ff. de transact. quia videtur habere locum in omnibus dispo-
sitionibus ex adductis per Menoch. *in cons. 707. cum simul*
quia fuit responsum illum Textum procedere in illis acti-
bus, qui directè inferunt præiudicium † non autem in ijs, 15
in quibus præiudicium resultat de natura actus in necessa-
riam consequentiam, vt fuit responsum in *decis. 1. Februa-
rii 1619. coram Card. Sacrato decis. 13. nu. 14. & 11. Mar-
tii 1622. decis. 17. coram me num. 10.* vt deducitur ex *Tex. in
§. si vero non fecerit auth. de hæred. & falcid. ibi*, sed dabit
pœnam ei exactio suæ malignitatis, cum transcenderit le-
ges ex quibus cautè † omnia agens nihil poterat damnifi- 16
cari, & propterea *in l. fin. C. de Iure delib. iuncta d. Auth.*
ob suspicionem subtractionis bonorum contra hæredem
non † conficientem inuentarium quasi in pœnam præsum- 17
pti criminis occultationis bonorum fuit inducta hæc obli-
gatio, quod teneatur ignoranter etiam de proprio, quia
lex præsumit æqualem compensationem ex re hæreditaria
potuisse deducere, & propterea ista est pœna † legalis à 18
quo non excusat ignorantia. Bald. *cons. 67. lib. 4.* Angel. *l.
1. §. stipulatum num. 5. ff. si cui plusquam per legem falcidiam*
Alexand. *in rubr. ff. de acq. hæred. numer. 5. vers. item lex
præsum.* Nat. *cons. 199. numer. 12.* Rot. *p. 1. recent. decis.
301. num. 23.*

Prout etiam ignorantia † non excusat, quia vel scie- 19
bat, vel scire debebat, quod non conficiendo inuentarium,
tenebatur subire pœnam, vt ex proprio posset astringi ad
seruandam voluntatem Georgij patris, vt considerat Pa-
ris. *cons. 2. n. 29. & seq. lib. 3. qui nu. 40. ponderat Text. in
l. si duo ff. de acq. hære.* vbi quod in istis terminis paria sunt
scire, & scire debere, & quamuis ista videatur quæ-
dam tacita renunciatio proprij iuris competens ex fidei- 20
commisso eidem Honuphrio, tamen vt dictum est non
prouenit principaliter, sed in consequentiam ex natu-
ra actus ipsius aditionis sine inuentario, & in pœnam non
conficientis illud, ideo pupillus † adeundo hæreditatem 21
sine

fine inuentario; licet in eo cadat ignorantia, tamen obligatur ad onera hæreditaria, ergo ignorantia non attenditur §. *pupillus Auth. de hæred. & falcid.* Menoch. *d. conf.* 89. *num.* 38. Phanu. *de Inuent. p.* 2. *num.* 20. *&* 24. assignans
22 rationem quod in his quæ sunt inducta ad Iuris rigorem † conseruandum sexus non excusat, ergo multo magis maior ignorans fideicommissum sibi debitum super re particulariter legata, obligatur ad illius præstationem & pro-
23 pterea necessaria est restitutio † vbi concurrunt enormis læsio, & alia requisita pro illa obtinenda Phanuc. *vbi supra cum alijs per* Odd. *de restit. quæst.* 62. *numer.* 13. *&* *nu.* 133. Rota *coram Greg. decis.* 181.
25 Qui enim facit actum aditionis, censetur † voluisse se obligare legibus de illo actu loquentibus etiam quoad ignoret. Bald. *d. l. si duo num.* 1. Castr. *num.* 2. Aretin. *n.* 1. Cuman. *num.* 2. Surd *conf.* 198. *nu.* 10. *&* 11. *lib.* 2. Et ista
25 est ignorantia iuris, si negatur ignorari effectum † resultatem ex aditione hæreditatis sine inuentario, quæ sicuti obligat ad solutionem solidi legati de proprio relicti à Testatore, ita & obligat ad non petendum legatum sibi debitum, ex qua obligatione consecutiua resultat potius illius non acquisitio, quàm renunciatio, cum id fiat in limine acquisitionis veri dominij, & propterea tenent DD.
26 *in d. l. si duo*, quod cum Titulus † hæreditarius sui natura iudicetur lucratiuus, etiam si ex illo resultet damnum, tamen quando damnum incipit à lucro, ignorantia non excusat, vt post *glos. ibi verbo scire* Bart. *in princ.* Paul. de Castr. *num.* 3. qui bene id declarat. Cuman. *num.* 2. *vers. à lucro* Imol. *nu.* 2. *&* 3. Aretin. *num.* 3. *super glos. in verb. scire*; Vnde non licet arguere ab expressa repudiatione,
27 vel renunciatione, quæ pro eorum † fundamento requirunt scientiam iuris de lati a tacita resultante ex actu positiuo qui sui natura ignorantem obligat, quia tunc intrat supradicta regula quod scire, & scire debere est idem, prout etiam in istis terminis probat Roman. insra allegandus.
28 Neque contrarium dicit † Ruin. *conf.* 117. *num.* 21. *lib.* 2. quia non loquitur in eo, qui adiuit hæreditatem, vt expressè se declarat, sed in agnitione fideicommissi vniuersalis, quòd multum differt à casu, de quo agitur, vbi versamur in eo qui fuit hæres, & adeundo hæreditatem, agnouit d. fideicommissum particulare continens etiam bona propria Georgij, quæ agnitio incipit à lucro, meritò obligatur sine scientia ex supradictis, prout nec officiunt
29 deducta per † Menoch. *d. conf.* 707. quia loquitur de aditione inualida ob defectum scientiæ, quod non est in isto casu, & præsupponit, quod in casu suo ageretur de hæreditate multum onerosa Phanunc. *verò de inuent. part.* 7. *num.* 139. in substantia videtur velle hæredem, qui fuit Honuphrius, teneri probare ignorantiam; Vndè non applicatur, & dictum suum, nec ratione, nec auctoritate
30 probat cum Alciat. *conf.* 33. *num.* 23. *lib.* 9. dicat solum † quod in filio præsumitur ignorantia Testamenti, & Soccin. *conf.* 18. *lib.* 4. loquatur de approbatione Testamenti, & legati non viso testamento, & quicquid dicant Ruin. Menoch. & Phanuc. visæ sunt DD. magis præponderare rationes supra deductæ, quàm auctoritates dd. Doctorum.

Quo verò ad effectum hypothecæ legalis minus requiritur scientia, cum ista non essent bona Honuphrij hæredis, sed Georgij testatoris tempore testamenti, cuius hæreditatem ipse non repudiauit, prout tunc illa acquisiuisset ex fideicommisso Auito, sed illam adeundo vt supra fuit dictum, bona ista accepit ex testamento patris, & sic de Georgio transiuerunt in Honuphrium, quod licet ignoranter fecerit, tamen sufficit ad illum effectum, quod non agnouerit fideicommissum Auitum, quæ cognitio
31 † est necessaria, vt acquiratur verum dominium, & irreuocabiliter Ferdinand. Vasquez *p.* 2. *de succes. progress. in præfatio lib* 1. *num.* 98. *vers. simillimum est*, *lib.* 3. §. 27. *nu.* 5. *conf.* 25. Soccin. *iun. lib.* 1. *num.* 407. *cum seqq. de legat.* 1. Surd. *conf.* 300. *n* 16. *nouissimè* Peregr. *consil.* 86 *n.* 26. *lib.* 6.

Non potest igitur dici quod statim mortuo Georgio ista essent bona Honuphrij ex fideicommisso Auito non agnito, sed ignorato, ita ut obstet *d. l. commu. delegat.* In ea
32 dum prohibet dari hypotecam † in bonis hæredis, cum dominium rei legatæ, quod transit in legatarium ignorantem, sit nudum, & tanquam non quæsitum, vt inquit *glos. in l. si quis ita hæreditatem*, *in verb. acquiri. ff. condit. instit.* Nam huic motiuo fuit plenissimè satisfactum *in decis. facta* 11. *Maij* 1624. *num.* 34. *cum seqq.* nihilominus ex
33 abundanti fuit responsum, quod dominium † verum remanet in hæreditate testatoris vsquequo sit adita hæreditas, & agnitum legatum, per quam aditionem tantum abest quod Honuphrius acquisiuit illud dominium, vt immò adeundo ipsemet hæreditatem Georgij cum acceptatione dicti prælegati, vt supra fuit dictum illam habuit ex testamento patris, quandoenim fideicommissarius adiuit hæreditatem hæredis grauati, tunc non capit fideicommissum à fideicommittente, sed bona de grauatu transeunt in ipsum fideicommissarium, vt eleganter declarat Ruin. *conf.* 113. *num.* 6. *lib.* 2. assignans rationem quod per istam † adi- 34
tionem actiones reales, & personales confunduntur, & propterea de Testatore grauato transeunt in ipsum fideicommissarium hæredem grauati Menoch. *conf.* 89. *numer.* 155. *lib.* 1. Alba *conf.* 17. *in princ.* Afflict. *decis.* 237. *num.* 3. *vsque ad fin.* Thesaur. *lib.* 3. *quæst. forens. cap.* 44. *num.* 3. Vincent. Franc. *decis.* 80. *n.* 5. *&* 6. Gratian. *lib.* 2. *discept. c.* 204. *nu.* 26. *cum seqq.* & si aliqua † actio forsan non con- 35
funditur remanet inefficax ad agendum, quod est idem Alba *conf.* 247. *num.* 13. *& conf.* 365. *nu.* 3. Menoc. *d. conf.* 89. *num.* 153. Vinc. Franc. *d. decis.* 80. *num.* 7.

Cum igitur totum id proueniat ex illa aditione hæreditatis, quæ, vt supra fuit dictum, obligauit † Honu- 36
phrium ignorantem, sequitur quod ista non erant bona Honuphrij ex fideicommisso Auito non agnito, sed de Georgio Testatore transiuerunt in Honuphrium eius hæredem, vt per Ruin. *vbi supra*, & ideo intret altera pars *d. l. primæ*, quæ concedit † hypothecam in bonis quæ à 37
Testatore transiuerunt in hæredem, & licet dudum postea Honuphrius agnouerit fideicommissum, tamen quidquid sit An ista posterior agnitio potuerit sibi prodesse, nihilominus non substulit effectum iam causatum est præcedenti aditione hæreditatis Georgij, quamuis ignoranter facta, quia semel hæres † non potest desinere esse hæres, 38
& post acceptatam hæreditatem paternam, & prælegatum habens onus fideicommissi particularis: ex qua aditione, & acceptatione fuit acquisita actio personalis, & hypothecaria vocatis ex d. fideicommisso non potuit † 39
variare, & tollere Ius quæsitum eiusdem fideicommissarijs per aditionem hæreditatis *l. fin. ff. de pactis*, & bene in proposito Roman. *conf.* 125. *nu* 1. *&* 2. vbi ad id pondera, *Text. supra alleg. in l. si duo. ff. de acquir. hæred.* & propterea concludit non obstante ignorantia † sibi præ- 40
iudicasse, dum adiuit hæreditatem ex vno modo succedendi. Soccin. Iun. *conf.* 122. *num.* 9. & *seqq. & num.* 16. *lib.* 1. Molin. *de primogenit. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 37.

Ad alia non fuit responsum, quia sunt sublata ex alijs decisionibus, & sic vtraque parte informante fuit decisum, &c.

In hac eadem causa habentur infra plures aliæ decisiones, idest sub diebus 29. Iunij 1626. & 23. Ianuarij 1627. & 21. Iunij 1628. coram eodem Reuerendiss. bon. mem. Coccino, quæ decisiones in ordine sunt 19. 31. & 194. Et infra in part. 5. non dum impressa aderunt aliæ decisiones in hac causa idest sub diebus 19. Aprilis 1619. & 9. Decembris 1620. coram bon. mem. Card. Sacrato, & 24. Maij 1621. & 12. Iunij 1623. & 23. Maij 1635. coram bon. mem. Coccino, quæ vltima decisio non minus celebris est, quam prolixa. ¶

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Ianuen. Parochialis.

Die Veneris 13. Martij 1626.

A R G V M E N T V M.

Patroni, quando dicantur foueri bonū ius ad effectum iuris eligendi, seu præsentandi.

S V M M A R I V M.

1 *Præsentandi quasi possessio ad effectū manutentionis probatur ex quasi possessione iuris eligēdi seu præsentādi.*
2 *Præsentationis quasi possessio bene dicitur constare ex pluribus nominationibus factis, & effectum sortitis.*
3 *Præsentationis effectuatio eò ipso probatur, si post vnius obitum, alter fuerit prouisus.*
4 *Libris visitationum statur in his, quæ spectant ad officium visitantis.*

5 *Visitatoris assertioni quo ad statum Ecclesiæ multum deferendum est.*

6 *Patroni bonum ius ex quibus actibus possessorijs probetur ad effectum confirmationis illius, qui iam est electus, & nominatus.*

7 *Præsentandi quasi possessio acquiritur ex vnico actu etiam contra prouisum ab Ordinario.*

8 *Præsentandi quasi possessio, quæ non suffragetur.*

9 *Actuum multiplicationes excludunt præsumptionem gratiæ.*

10 *Appellatio, quando numquam fuit prosequuta, dicitur constare de re iudicata.*

11 *Per prouisionis modum, ea, quæ fiunt non immutant statum præcedentem & num. 18.*

12 *Spolio agens præsupponit reum conuentum possidere.*

13 *Petitio est species confessionis, & ideo debet interpretari ad fauorem confitentis.*

14 *Reintegrationem petens non censetur habere se pro spoliato respectu ciuilis possessionis.*

15 *Possessionis ciuilis retentio pendet ab animo possidentis.*

Et ideo id totum est arbitrandum iuxta circumstantias elicitas ex factis, & verbis præcedentibus, & etiam ex post gestis.

16 *Ius proprium nemo præsumitur voluisse abijcere.*

17 *Reintegrationis actus, cum sit ordinatus ad acquirendum, non debet contrarium operari.*

19 *Præsentatio, quæ dedit causam liti non est attendenda.*

20 *Assistentia Iuris non suffragatur ad effectum manutentionis, quando alius est in possessione temporis considerabilis.*

21 *Assistentia Iuris non suffragatur pro manutentione, quando redditur turbida.*

22 *Vicarij, seu Curati nominatio quando sumus in Ecclesia Monialium, ad eas Moniales spectat.*

23 *Monasteria non dantur sine Ecclesijs.*

24 *Dominium, quando deducitur incidenter, & non principaliter probatur ex sola possessione.*

D E C I S I O V.

VAcante Ecclesia Parochiali Sancti Andreæ Ciuitatis
Ianuen. Moniales S. Andræ de Porta nuncupatæ,
quæ ad eas spectare Ius nominandi, seu eligendi, ac illius
possessione, seù quasi existere prætendebant, nominauerunt
ad eam Andream Malaspinam Presbyterum; sed
quia Illustriss. D. Modernus Archiepiscopus nominatione,
seù electione Monialium non admissa, dictam Ecclesiam,
tanquam vacantem per obitum Ioannis Baptistæ
Barrilarij (qui, vt dicebatur, fuerat ab Ordinario prouisus)
contulit præuio concursu Aloysio Albertono, & illum
in possessionem immisit; Moniales præfatæ causam
appellationis per eas interpositæ committi obtinuerunt
Ordinario Sauonen. qui pronunciauit Moniales esse reintegrandas
ad pristinam earum possessionem eligendi, seù
nominandi Vicarium, & consequenter Andream fore, &
esse confirmandum, & instituendum; tandem causa ad
Rotam deuoluta, & commissa D. meo Vbaldo, fuit proposita
die 17. Iunij anni 1624. super manutentione; Domini
verò ordinarunt, vt videretur de bono Iure; super
quod hodie per me proposito dubio loco d. D. mei aduersa
valetudine impediti, fuit resolutum satis ad effectum manutentionis,
de qua agebatur, constare de bono Iure Mo-
1 nialium, eo ipso, quod constat de † earum possessione,
seù quasi dicti Iuris eligendi, seù præsentandi Vicarium:
Cap. quærelam de elect. c. consultationibus de iure pat. Calderin.
cons. 23. de præb. Gonzal. *ad reg. 8. glos. 45. §. 2. nu.*
4. Garz. *de benef. p. 5. c. 5. num. 1.* Rota *decis. 167. numer. 8.*
par. 2. diuers. & decis. 435. n. 1. par. 1. recent.
2 De possessione autem Monialium † visum fuit constare
ex pluribus nominationib. seù electionibus per eas factis,
& effectum sortitis vsque de anno 1554. *c. cum Ecclesia* Sutrin.
de caus. pos. & propr. Rot. *decis. 17. p. 2. diu.*

Quia in primis vacante hac Ecclesia de dicto anno 1554.
fuit ad eam præsentatus per Moniales Lazarus de Cassana,
qui ad requisitionem earum, & præuia informatione
de illius sufficientia fuit institutus per Archiepiscopum
Ianuen. & cum iste obierit, fuit per easdem nominatus,
seu electus Bartholomæus Scanilia de anno 1573. quæ nominatio,
quamuis facta ad Gratam loquutorij d. Monasterij,
attamen quia de alia deputatione per Archiepiscopum
non constat, & postea per mortem dicti Scaniliæ de
anno 1594. fuit per easdem nominatus, & electus Bartholomæus
Facciottus, satis probata † videtur illius effectua- 3
tio eo ipso, quod vnus per obitum alterius fuit prouisus
iuxta *cons.* Oldr. 229. *communiter receptum*, Lamber. *de
iurep. lib. 2. par. 1. quæst. 10. art. 7.* Rot. *decis. 545. num. 2.
& decis. 598. num. 9. part. 1. diuers. & alibi sæpius.*

Quæ adminiculantur ex requisitione, seù præcepto per
Archiepiscopum Ianuen. dictis Monialibus facto de anno
1594. vbi † asseritur vacatio d. Ecclesiæ per obitum Scani- 4
liæ; Et multò magis ex visitatione Apostolica de anno
1582. In qua fit mentio de institutione d. Scaniliæ per Archiepiscopum
ad electionem Monialium: Verall. *decis.
158. par. 2.* Rot. *decis. 573. num. 4. part. 2. recent.* Visitatoris
enim assertioni, † quo ad statum Ecclesiæ multum de- 5
ferendum est, Rot. *decis. 371. num. 2. part. 1. recent. & in
Mediolanen. decimarum 15. Decembris 1628. coram bo. mem.
Andrea.*

Et propterea ob eandem rationem probatur effectuata
nominatio, seù præsentatio per Moniales facta de Bartholomæo
Facciotto, ex quo Archiepiscopus per modum
prouisionis de anno 1609. deputauit Baptistam Barrilarium
ad curam d. Ecclesiæ, sub narratiua, quod vacabat
per obitum d. Facciotti; qui (vt dictum est) fuerat per
Moniales præsentatus per obitum Scaniliæ, & præsertim
stantibus litteris Sacræ Congregationis Illustrissimorum
Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum directis, &
præsentatis Vicario Generali Archiepiscopi Ianuen. de anno
1595. & sic paulò post nominationem per Moniales factam
de persona Facciotti, quibus cauebatur per Sac. Congreg.
fuisse declaratum Ius nominandi, de quo agitur, ad
Moniales, approbationē verò ad Archiepiscopum spectare.

6 Ex quibus actibus † possessorijs satis videtur probari 6
bonum ius Monialium pro confirmatione Malaspinæ per
eas electi, & nominati, Rota in puncto apud Gregor.
XV. *decis. 370. num. 2* cum etiam ex vnico tantùm actu
acquiratur † quasi possessio, etiam contra prouisum ab Or- 7
dinario, vt latè Garz. *de benef. part. 5. c. 5. num. 59.* Rota
in Ilerden. Parochialis, 13. Iunij 1558. coram Caputaquen.
inserta apud eundem Garz. *vbi supra num. 60.*

Non obstat, quod supradictæ nominationes, & ele-
ctiones Monialium, in quibus fundatur † earum posses- 8
sessio, prætendantur admissæ ad gratificandum ipsis Monialibus
de persona eis benè visa, Ferret *cons. 33. num. 4.
lib. 1.* quia idem Ferret. paulò infrà subiungit, quod quando
electiones, vt hic, sunt factæ, tanquam spectantes
ad nominantem, seu eligentem, quod non censentur admissæ,
tanquam ex gratia, sed ex iustitia; Et multò magis,
quando non vnica, sed plures sunt, quia multiplicatio
† excludit præsumptionem gratiæ: Rip. *in d. c. cum Ec- 9
clesia Sutrina n. 55. de caus. pos. & prop.* Seraph. *dec. 212. n. 2.*

Non obstat præterea, quod Monialibus requisitis de
anno 1594. de mandato Vicarij Archiepiscopi ad dicendum,
& allegandum, quare Archiepiscopus non posset
liberè conferre d. Ecclesiam: comparuit Procurator, qui
Iura Monialium allegauit, & nihilominus Bartholomæus
Facciottus fuit prouisus ab Ordinario, & quod cum
per Facciotti mortem fuerit deputatus ab eodem Ordinario
Barrilarius, & Moniales se opposuerint, & appellauerint,
fuit appellatio reiecta, & nunquam per illas prosecuta,
sicque † videtur constare de re iudicata super posses- 10
sorio ad fauorem Archiepiscopi; Quia fuit responsum,
quòd non propterea Ordinarius acquisiuit libertatem conferendi,
nisi concurrant adminicula ad arguendum Moniales
animo dimisisse possessionem: Rota ponens in terminis
hanc distinctionem in Lucana Maiusculatus 1. Iulij
1587. coram Orano, & facit. *Textus optimus in l. si id, quod
§ quod autem ff de acq. pos.* Et tantum abest, quod adminicula
ex aduerso probentur, quod imò prouisio de dicto
Facciotto, stante nominatione Monialium, & declaratione
S. Congr. potius censetur facta pro continuanda earum
possessione, & dicta Ordinarij deputatio postea facta
de Barrilario fuit per † modum prouisionis, quæ non 11
mutat statum præcedentem, Rebuf *de sentent. prouis. in
præfat. num. 35. cum seq. & fuit dictum in Ciuitatis Castelli*
legi-

legitimæ 24. *Nouembr.* 1621. *coram R. P. D. meo Piroaana.*

Non obstat prætensa confessio Monialium ad fauorem
possessionis Archiepiscopi, quæ resultare videtur ex sen-
tentia, & processu desuper facto coram Episcopo Sauo-
nen. vigore Breuis Apostolici, dum obtinuerunt reintegra-
12 ri ad possessionem Iuris nominandi, quando † quidem-
qui agit spolio, præsupponit Reum conuentum possidere,
Seraph. *decis.* 1417. *num.* 3. quia fuit benè responsum,
quod reintegrationis petitio fuit æquiuoca, & sic debet
referri ad solam naturalem possessionem, & turbationem
de facto: Rot. *decis.* 160. *num.* 3. *par.* 1. & 649 *nu.* 10. *par.*
13 2. *recent.* & ratio est, quia d. † petitio est species confes-
sionis, ideoque debet interpretari ad fauorem confitentis,
l. si quis intentione, & ff. de Iudic. Rom. *cons.* 455. *num.* 4.
14 *&* 6. ac propterea † ciuilis possessio semper remansit pe-
nes Moniales, Rot. *decis* 561. *num.* 5. *par.* 1. *recent.*. Addit.
ad Greg. XV. *decis.* 555. Cum enim retentio possessionis
15 ciuilis † pendeat ex animo possidentis, *l. licet, C. de acq.*
pos. Id totum arbitrandum est iuxta circumstantias elicitas
ex factis, & verbis præcedentibus, & etiam ex post gestis;
Rota *decis.* 644. *sub nu.* 6. *par.* 1. *recent.* In præsenti autem
ex ante, & post gestis potius adsunt circumstantiæ, ex qui-
bus eliditur, quod Moniales semper voluerunt animo re-
tinere ciuilem possessionem, Tum quia non est creden-
16 dum † quod voluerint abijcere proprium ius, *l. cum de in-*
debito, ff. de probat, & quia cum actus iudicialis reinte-
17 grationis † si ordinatus ad acquirendum non debet contra-
rium operari: *l. legatu inutiliter, & ff. de alimen. legat. &* in
puncto Rota *decis.* 561. *n.* 7. Tum etiam ex præsentatione
Facciotti, & ex recursu ad S. Congreg. & appellatione in-
terposita, & ex nominatione Malaspinæ, & demum ex
manutentione per eas petita de qua nunc agitur.

Non obstant prouisiones factæ per Illustriss. Archiepi-
scopum de Barrilario anno 1609. & de Albertono anno
18 1622. Non prima, † quia facta fuit permodum prouisio-
nis, Rebuff. *vbi supr.* Secunda verò de Albertono dedit
19 causam liti, & ideò non † est attendenda, Rota coram
Greg. XV. *decis.* 417. *num.* 4. *& in recent. decis.* 30. *num.* 1.
par. 2. *& in Callien. Iuris conferendi* 27. *Maii* 1616. *coram*
R. P. D. meo Verospio.

Minus obstat allegata deputatio Figarolij de anno 1688.
quia fuit facta per Vice Curato, videlicet loco d. Scaniliç
Curati ab ipsis Monialibus electi, ex quo cura anima-
rum est valdè numerosa, vt manifestè probari videbatur,
tàm ex libro matrimoniorum, in quo prædictus Scanilia
de dicto tempore ante, & post Curatus nominatur, & di-
ctus Figarolius vocatur simplex Presbyter, quàm etiam
ex supradicta visitatione Apostolica, in qua asseritur d.
Scanillam tunc fuisse Curatum, & quia multo post, nem-
pè de anno 1594. dicta Cura, seu Vicaria (vt dictum est)
vocauit per obitum Scaniliæ, non autem d. Figarolij; &
demum non apparet, quod ipsæ æquè principaliter ad mi-
nistrauerit cum Scanilia Curato.

20 Non etiam releuat iuris assistentia Archiepiscopi, † tùm
quia non suffragatur, quando alius, vt hic, est in posses-
sione temporis considerabilis, Rota *decis.* 685. *sub num.* 2.
vers. & præterea par. 1. *recent.* & fuit dictum in *Aquila-*
na Iurisdictionis 1607. *coram Illustriss. Patriarcha Antio-*
cheno impress. penes Marches. de Commiss. *tom.* 1. *fol.* 980.
Greg. XV. *decis.* 312. & ibi latè Additio: tùm etiam quia
21 redditur † turbida, tàm ex supradictis, quam etiam
attenta iuris communis dispositione; cum potius, quoad
dictum Ius nominandi, iuris assistentia videatur esse pro
22 Monialibus, quia † cum agatur de Ecclesia Monialium,
nominatio Vicarij, seu Curati de iure potius ad illas spe-
ctare videtur; *c.* 1. *de Capel. Monac.* Concil. Trident. *sess.*
25. *cap.* 11. *de regul.* & tradunt Doct. *in cap. cum venera-*
bilis, vbi Felyn. *num.* 36. *de except.* Rota *decis.* 21. *de præ-*
ben. in antiquior. & quia ita pro Monialibus censuit Sacr.
Congregatio Concilij.

Vt quod Ecclesia sit Monasterij, videtur non posse du-
23 bitari, quia vltra quod Monasteria † non dantur sine Ec-
clesijs, & quod ad effectum manutentionis, de qua agitur
sufficit probatio ex sola possessione, ex quo dominium Ec-
24 clesiæ non deducitur † principaliter in Iudicium, sed in-
cidenter, Bart. *in l. quidam in suo num.* 4. *ff. de Conditio.*
instit. Calderin. *cons.* 23. *de præben.* Rota *decis.* 24. *n.* 20.
par. 2. *diuers.* Dicebant Domini satis probari ex adiudica-
tione illis facta de dicto Monasterio cum possessione inde
secuta vsque de anno 1509. tàm Conuentus, quàm
Ecclesiæ cum confectione inuentarij rerum Ecclesiæ, in
quo fuerunt descripta vasa sacra, libri baptizatorum,
& alia ad exercitium Sacramentorum, & curæ spectan-
tia, ac etiam ex visitationibus Apostolicis, & per Ar-
chiepiscopos factis, alijsque pluribus pro parte Monia-
lium deductis, & cumulatis, &c.

Et ita vtraque parte, &c.

Adsunt infra in hac causa duæ aliæ decisiones sub diebus 9
19. Aprilis 1627. & 3. pariter Aprilis 1628. coram eo-
dem Reuerendissimo Vrgellen. sunt in ordine Decisio-
nes 53. & 165.

R. P. D. MERLINO.

Bononien. Fideicommissi de Desiderijs.

Die Veneris 20. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Religio Patrum Capuccinorum est incapax cuiuscumque acquisitionis, & ideo si in ea emittat professionem ille, cuius morte erat purificaturum aliquod fideicommissum, fit illi locus, perinde ac si naturaliter obijsset. Societas Officij an dicatur extincta, si ille in cuius vita inita fuit, professionem emittat in ordine Capuccinorum. Filiorum appellatione, quando veniant nepotes, & quando non, latè declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Religio Fratrum Capuccinorum est incapax successionis bonorum, & cuiuscunque acquisitionis.*

2 *Monachus emittens professionem, perinde est, ac si naturaliter obijsset, adeò vt non expectato obitu apertum dicitur fideicommissum (si quid ad sit) substitutis.*

3 *Rot. decis. 543. par. 2. in recent. declaratur.*

4 *Societas officij non dicitur extincta ob professionem in Religione Capuccinorum illius, in cuius vita societas inita fuit.*

5 *In societate Officij ille, in cuius caput ea inita fuit, nihil penitus præstat, & nihil ei acquiritur.*

Sed solum ab illius vita, & obitu naturali regulatur societas, vt duret, vel extinguatur, num. 5.

6 *Professus bona retinere non potest ob votum paupertatis emissum.*

7 *Bona in suspenso manere non debent.*

8 *Fideicommissum filijs alicuius relictum an, & quando comprehendat illius nepotes, & alios vlterioris gradus descendentes.*

9 *Sententia negatiua est crebrior, & validioribus innixa rationibus.*

10 *Filij aliter vocantur, & aliter nepotes, & ideo sub stricta iuris interpretatione appellatione filiorum non veniunt nepotes amplia. num. 11.*

12 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quoties voluntas fideicommittentis id disponit, vel æquitas, vel verisimilitudo.*

13 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quoties adest causa recedendi ab eius stricta iuris interpretatione.*

14 *Verbum, descendentes, habet implicitum tractum temporis successiuum, & omnes gradus amplectitur.*

15 *Linea est verbum collectiuum multorum graduum.*

16 *Substitutio, quando est facta filijs alicuius, & est collata in tempus remotissimum, tunc ne ista substitutio reddatur elusoria, dicendum est sub appellatione filiorum venire nepotes, pronepotes, &c.*

17 *Rot. decis. 507. par. 2. in recent. & alij DD. declarantur.*

18 *Filio-*

18 *Filiorum appellatione, quando meritò veniant nepotes.*
20 *Descendentium appellatione veniunt nepotes, pronepotes, trinepotes, & alij vlteriores.*
21 *Lineæ verbum adaptari non potest ad eum, qui non est de linea, sed lineis originem præstat.*
22 *Linea incipit in filijs primi gradus.*
23 *Verbum, per, denotat tractum, & cursum, & continuationem de persona in personam.*
24 *Inæqualitas non est danda erga descendentes fratrum, & num. 27.*
25 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quoties absonus, & iniquus intellectus sequeretur.*
26 *Magon. decis. Lucen. 82. num. 26. declaratur.*
28 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes secundum strictam Iuris interpretationem.*
29 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, lato sumpto vocabulo, & secundum latam significationem, nu. 30.*
31 *Rot. decis. 667. nu. 11. par. 2. in recen. declaratur.*
32 *Coniecturæ simul iungi debent, & ita iunctæ sunt ponderandæ, non autem separatim.*
33 *Ex testamenti vna parte, potest etiam inferri ad aliam.*
34 *Filij, quando vocantur, opus est de patre facere mentionem, vt intelligatur de illis filijs, de quibus fit mentio. Limita, num. 35.*
36 *Coniecturæ vrgentiores, & efficaciores tollunt infirmiores.*
37 *Filiorum appellatione, quando veniunt nepotes, idem intelligitur de pronepotibus, trinepotibus, & alis vlterioribus descendentibus.*
38 *Substitutio, quando est dilata in remotissimum tempus, in quibus debeat verificari.*

DECISIO VI.

Hieronymus de Desiderijs institutis, hæredibus Ioanne, Alexandro, Bartholomeo, & Ioanne Baptista filijs, inuicemque substitutis, & deinde vocatis filijs filiorum, & descendentibus, postremò ibi finita esset eius, & filiorum linea masculina, substituit Bernardinum fratrem germanum, Bonifacium, & Franciscum ex fratribus pariter germanis nepotes, & his non extantibus, eorum filios legitimos, & naturales masculos, & per lineam masculinam; defuncto autem Hieronymo, & postquam Alexander iunior pronepos, & vltimus ex descendentibus, ex linea Testatoris ingressus est, & professionem emisit in Religione S. Francisci Ordinis Capuccinorum, Stephanus, & Æneas pronepotes Bernardini petierunt declarari, bona Hieronymi fideicommittentis ad ipsos spectare, Huiusmodique causa in gradu appellationis introducta coram me, hodie proposui dubium, An constaret de fideicommisso purificato ad fauorem D. Stephani, & Domini in omnibus affirmatiuè responderunt, nempè Primò constare de fideicommisso: Secundò quod euenerit illius casus: Tertio quo euenerit in fauorem Stephani, & fratris.

De fideicommissi enim existentia non controuertebatur, nec controuerti poterat, quia apertè Testator in supra relatis verbis fideicommissum constituit nedum in fauorem descendentium, sed etiam collateralium, scilicet Bernardini fratris, & Bonifatij, & Francisci nepotum, & eorum filiorum, & per lineam masculinam.

Quod autem defecerit linea masculina descensiua Hieronymi Testatoris, quam effectiuam Doctores appellant, hinc inde à patribus præsupponebatur, & existentia Alexandri Iunioris non visa est considerabilis, quia statim ac
1 Regioni † Patrum Capuccinorum, (quæ successionis
bonorum, & cuiuscunque acquisitionis, tàm in particulari, quàm in communi est incapax) iuxta *Clementinam exiui de Paradiso, de verborum signific.* Et in specie de Religione Patrum Capuccinorum, cautum est à Sacro Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 3.* ipse Alexander nomen de-
2 dit, & professionem emisit † perindè est ac si naturaliter
obijsset, adeò vt non expectato obitu apertum dicatur fideicommissum substitutis, & vocatis post illius mortem: ita Bart. *in l. cum pater § hæreditatem il primo ff. de legat. 2.* vbi etiam Bald. *num. 3.* Abbas *in c. in præsentia num. 98. & seqq. de probat.* Dec. *cons. 259 & 419. num. 1.* Clar. *in § Testamentum quæst. 28. num. 4.* Graff. *de success. ex testamento § testamentum quæst. 37. nu. 7.* Gutierez *quæst. canon. lib. 2. cap. 1. nu. 18. 45. 51.* Molin. *de primogen. Hisp. cap. 13. nu. 69.* Surd. *consil. 90. n. 7. & cons. 557. num. 10.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 28. nu. 63.* Rusticuc. *in l. cum auus lib. 5. cap. 7. num. 1. 2. & 19.* Castill. *quotid. contro. lib. 3. cap. 22 num. 83. & melius num. 93. 94. 95. & seqq.* pleno Honded. *consil. 62. num. 16. & seqq. per tot. lib. 1.* qui Castill. & Honded. loquuntur de professo in hac eadem Religione Capuccinorum, & in ijsdem *terminis*. Sanchez *supra decalog. par. 2. lib. 7. c. 3. num. 69.* qui alios quam plures recensent, ac de veriori, & communiori attestantur, & fundamentis contrariæ opinionis benè respondent.

Neque huic opinioni aduersatur *decis. 543. part. 2. re- 3*
cent. quia loquitur in societate officiorum, & huiusmodi
societatem non dici extinctam ob professionem in Reli-
gione Capuccinorum † illius, in cuius vitam tertius so- 4
cietatem inierat, & dispar est ratio, quia ille, in cuius
caput societas inita fuit, nihil penitus præstat, & nihil
ei acquiritur † sed solum ab illius vita, & obitu natu- 5
rali regulatur societas, vt duret, seu extinguatur. Vn-
de nil mirum si per professionem eiusdem non extinguitur
Ius sociorum, quia ex professione nihil immutatur, quòd
secus est in fideicommisso, ipse enim † professus bona re- 6
tinere non potest ob votum paupertatis emissum, nec mo-
nasterium ob omnimodam incapacitatem, nec hæredes il-
lius ab intestato, seù ex testamento, cum extet dispositio
fideicommittentis, Vnde ne bona, † stent in suspenso, 7
statim post professionem non expectata etiam morte naturali dicitur purificatum fideicommissum in fauorem substitutorum, vt tradunt supra citati Doct quæ ratio cessat in societate, quia non obstante professione, lucra continuant in eadem persona, quæ in caput alterius contraxit societatem, licet ingressus fuerit religionem omninò incapacem.

Quod verò casus fideicommissi euenerit in fauorem Stephani, & sic ipse sit compræhensus in fideicommisso, constare dixerunt Domini ex eo, quod per testes probatur, Stephanum descendere à dicto Bernardino fratre Hieronymi fideicommittentis, in cuius Bernardini, & eiusdem filiorum fauorem, casu, de quo deficeret linea descendentium Testatoris, facta fuit substitutio, & quamuis anceps, & nodosa sit apud Doctores controuersia; An
& † quando fideicommissum filijs alicuius relictum con- 8
prehendat illius nepotes, & alios vlterioris gradus de-
scendentes, & crebrior sit sententia negatiua, † & va- 9
lidioribus nixa rationibus, quod absolutè ex proprietate
sermonis, & stricta Iuris interpretatione nepotes non
veniant, quia † aliter filij, aliter nepotes appellan- 10
tur. *l. quid si nepotes, ff. de Testam. tutel. l. filium habeo, ff. ad Maced.* & hanc vti communiorem, & veriorem sequuti sunt post alios, Dec. *cons. 95. num. 6. vers. & in ista, & nu. 9.* Soccin. Sen. *cons. 104. in princ. lib. 8.* & Iuo. *cons. 30. num. 26. lib. 3.* Odd. *cons. 90. num. 2. & 3.* Menoch. *cons. 215. num. 95. & 97.* Rimin. Iunior. *cons. 358. num. 228. & seqq.* Gaspar Thesaur. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 91. num. 8.* Ludou. Cassad. *consil. 34. num. 8.* Rustic. *in d. l. cum auus lib. 6. cap. 14. num. 19. ff. de condit. & demonstr.* Cuiac. *in comment. ad l. 2. ff. de excus. tut.* Ioseph. Sess. *decis. Aragon. 64. num. 83. vers. Atque opus*, & pluries sequuta est Rota, sed præcipuè coram bon. mem. Cardinal. Seraphino *decis. 1486. num. 9. & in Romana fideicommiss. 21. Aprilis 1603. coram Illustriss. D. Cardin. Millino, & in Anconitana fideicommissi 10. Decembris eiusdem anni coram Reuerendissimo Atrebaten. & in Ariminen. fideicommiss. 17. Ianuarij 1614. coram R. P. D. meo Verospio*, quæ est *decis. 507. par. 2. recent. in alia Ariminen. 23. Martii 1615. coram Reuerendissimo Domino meo Seleucien.* quæ est *667. eadem. par. 2. recent.* & nuper dixit etiam Rota *in Romana seu Prænestina fideicommissi de Columna 31. Martii 1523. & confirmata 2. Maii 1625. coram bon. mem. D. Vbaldo*. Præ-
sertim vbi † agitur de vocatione transuersalium, & 11
quando resultat grauamen filiorum, & descendentium,
vt per Doctores prædictos.

Nihilominus quoties contrarium suadent † voluntatis 12
fideicommittentis coniecturæ, vel æquitas, & verisimilitudo, ab illa propria verbi, *filiorum*, significatione, & stricta Iuris interpretatione recedimus, & iustam nempè præsumptæ menti Testatoris consonam,
& latam amplectimur, ita vt *filiorum* † appellatione ve- 13
niant

niant nepotes *l. iusta. ff. de verb. signific. l. senatusconsulto. ff. de Rit. nupt.* & in terminis fideicommissi dixerunt Crauet. *cons.* 155. *nu.* 4. Soccin. Iun. *cons.* 30. *num.* 26. *lib.* 4. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 8. *n.* 1. & 2. & 12. Rustic. *loco praeallegato cap.* 11. *num.* 45. egregiè Fachin. *controu. lib.* 5. *cap.* 18. Peregr. *de fideicom. art.* 22. *num.* 10. & 12. Menoch. *de praesum. lib.* 4. *praesump.* 94. *nu.* 23. *vers. Receditur* Modern. Brixien. *de substit. quaest.* 320. *num.* 10. & Rota coram Card. Seraph *d. decis.* 1486. *num.* 6. & 8. & praesupponitur etiam in dictis decisionibus 507. *num.* 6. & 667. *num.* 4. *par.* 2. *recent.*

In hoc verò secundo casu, nos versari Domini censuerunt ex pluribus, & vrgentibus coniecturis suadentibus Testatorem in substitutione facta de trãsuersalibus sensisse nedum de filijs primi gradus Bernardini fratris, sed etiam de nepotibus, & alijs vlterioris gradus descendentibus eiusdem Bernardini.

Prima autem erat coniectura, quia Testator constituit amplum, & reciprocum fideicommissum inter suos filios, & descendentes, dum vocauit *suos filios, nec non filiorum filios, & descendentes, & lineam masculinam*, & dubium non est, quin omnes à Testatore descendentes in infinitum essent vocati, id enim important tum verba illa *filiis filiorum, & descendentibus* quod verbum, *descen-*
14 *dentibus*, † habet implicitum tractum temporis in perpetuum, & omnes gradus amplectitur §. 1. *Authen. de haered. venient ab intestato l. fin. C. de suis, & legit.* Paris. *cons.* 11. *num.* 27. *lib.* 3. Peregr. *de fideicom. art.* 19. *num.* 17. & 33. qui alios cumulat, & *cons.* 35. *num.* 5. *lib.* 3. & *cons.* 44. *num.* 3. & 6. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 1012. *num.* 1. Modern. Brixien. *de substit. quaest.* 327. *nu.* 1. Tum etiam illa verba. *Finita linea masculina Testatoris, & dictorum eius filiorum*, quae comprehendebant quoscumque descendentes à Testatore, & eius
15 filijs, cum id importet verbum, *linea*, † quod est collectiuum multorum graduum Doctores *in l. Gallus §. quidam rectè ff. de lib. & posthum.* Menoch. *cons.* 497. *num.* 1. Peregr. *dicto art.* 19. *num.* 33. Surdus *cons.* 344. *num.* 14. & propterea si post tot personas, & tot gradus vocauit filios Bernardini, & ita nedùm in incertum, sed & in remotissimum tempus contulit substitutionem filiorum Bernardini, quo tempore verisimiliter non erant extituri
16 filij primi gradus dicti Bernardini, ne elusoria, † & inanis euadat huiusmodi substitutio, dicendum videtur, sub vocatione *filiorum* intellexisse de filijs secundi, tertij, & vlterioris gradus, ita Bald. *in l. Gallus, §. instituens, ff. de liber. & posthum.* & Alex. *ibidem num.* 70. Imol. *num* 48. Roman. *cons.* 438. *num.* 15. Aretin. *cons.* 145. Rub. Alex. *consil.* 144. *num.* 4. Menoch. *cons.* 530. *num.* 24. Odd. *cons.* 39. *num.* 52 Pereg. *de fideicom. art.* 22. *nu.* 50. & *cons.* 31. *n.* 15. *lib.* 2. & *cons.* 59. *num.* 3. *vers. Attamen lib.* 5 plenè qui innumeros congerunt Modern. Brixien. *de substit. dicta q.* 320. *num.* 15 & 17. Sessa *decis. Aragon.* 64. *nu.* 108. & sequuta est Rota coram Put. *decis.* 256. *num.* 5. *lib.* 2. apud Cardin. Seraph. *decis.* 409. *nu.* 11. & *in Romana fideicommissi de Serlupis* 23. *Februarii* 1601. *coram bon. mem. Iusto, quae est decis.* 426. *n.* 4. *p.* 4. *diuers. in Romana Casalis Palazzetti* 19. *Iunii* 1615. *coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Manzanedo, quae est decis.* 718. *par.* 2. *recent. & confirmata* 11. *Decembris eiusdem anni*, vbi fuit etiam neglectum, quod fideicommissum esset in fauorem transuersalium, & in *Tusculana Fideicommissi* 19. *Aprilis* 1619. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

17 Nec obstant *decis.* 507. *par.* 2. *recent.* † *num.* 14. & Doctor. cumulati à Modern. Brixien. *loco praeallegato num.* 16. *in princ.* qui huiusmodi coniecturam improbant, quoniam vel horum opinio est contra communem, prout testatur Rust. *in d. l. cum auus lib.* 6. *cap.* 12. *nu.* 10. 11. 12. & 13. & *nu.* 63. Galuan. *cons.* 48. *nu.* 63. vel fortasse admittenda videtur quoties in futurum solummodo tempus reijcitur substitutio filiorum, in quibus terminis loquitur dicta decis. 507. & vbi non concurrunt aliae coniecturae efficaces pro vocatione nepotum, secus autem si & in remotissimum tempus fuit collata substitutio, vel in infinitum, facta fuit prima vocatio descendentium Testatoris, quia in his casibus, cùm Testator potuerit probabiliter cogitare,
18 tunc non extituros filios primi gradus, meritò † *filiorum* appellatione, veniunt Nepotes, vt per dictos Modern. Brixien. *praeallegata quaest.* 320. *num.* 16. & Rot. *in Tusculana Fideicommissi* 15. *Aprilis* 1619. *coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Nec obstat, quod Testator post tot gradus, & personas substituerit etiam Bernardinum, qui multò minus erat extiturus illo remotissimo tempore, quoniam aduertendum est Testatorem dum suis descendentibus, & lineę substituit Bernardinum fratrem, & *illos filios*, & *per lineam masculinam*, amplexum fuisse plura tempora; nempè tempus propinquum, in quo poterant praemori eius filij, & superuiuere Bernardinus, nec non remotum, in quo deficere poterant filij filiorum Testatoris, & tunc successissent filij Bernardini, qui superuiuere potuissent; & tempus etiam remotissimum, quo deficerent vlteriores descendentes Testatoris, & tunc necessariò sub nomine filiorum Bernardini, debent intelligi vocati vlteriores descendentes eiusdem Bernardini, qui secundum mentem Testatoris, illo remotissimo tempore superuixissent, &c. & sic semper verum est dicere, Testatorem considerasse etiam tempus remotissimum, quo casu, vt supra fuit firmatum, appellatione † *filiorum*, veniunt nepotes, & alij 19
vlteriores; & vocatio Bernardini non quidem refertur ad illud tempus remotissimum, sed ad congruum tempus singula singulis congruè referendo.

Secunda erat coniectura quia Testator in substitutione de transuersalibus non solum vocauit Bernardinum fratrem, & Bartholomei *filios, nec non illorum filios*, sed etiam addidit, & *per lineam masculinam*, Vnde videtur addendum, verbum, *Descendentes*, quia aliàs imperfecta, & manca esset oratio; Horum autem descendentium
† appellatione, vt dictum fuit in prima coniectura ve- 20
niunt nepotes, Pronepotes, Trinepotes, & alij vlteriores, nisi recipiamus hanc interpretationem, Pronepotes, illis verbis, & *per lineam masculinam*, comprehendantur nepotes, consequens erit, illa verba omninò esse otiosa, quia si solum filios Bernardini, Bonifacij, & Francisci substituisset Testator, non opus erat illa clausula, & *per lineam masculinam*, quia verbis desertis erant prius vocata ibi, & *ipsis non exstantibus eorum, & cuiuslibet eorum filios legitimos, & naturales*: Vnde aliquid operentur verba, *per lineam masculinam*, dicendum videtur, substitutionem trahi ad nepotes, & alios descendentes, Immò nec verbum; *lineae*, † poterit adaptari ad Bernardinum, nec ad 21
Bonifacium, & Franciscum, quia ipsi non sunt de linea, sed lineis originem praestant, Soccin. Senen. *cons.* 81. *num.* 1. & *seqq. lib.* 4. Peregr. *de fideicom. art.* 22. *num.* 24. *vers. non tamen.* Nec etiam ad eorum filios primi † gradus, 22
quia in ipsis incipit quidem linea, vt per Peregr. & alios *vbi supra*, sed haec linea protrahenda est ad alios descendentes, tùm quia alioquin haec linea coarctaretur in punctum, si in ijsdem filijs primi gradus inciperet, & in ijsdem etiam desinere, tum quia Testator non solum exordium lineae, sed illius tractum considerauit, ibi & *per lineam masculinam*, quod verbum, † *Per* denotat tractum, & 23
cursum, & continuationem de persona in personam, & de gradu in gradum ad Bald. *in l. super longi in addit. nu.* 2. *C. de praescript. long. temp.* Castrens. *cons.* 91. *colum. fin. vers. filius verò lib.* 2. Soccin. Sen. *cons.* 42. *num.* 3. *lib.* 1. Rebuff. *in l. vrbana §. pernoctare vers. notandum ff. de verb. obligat.* & propterea nedum filios primi gradus tanquam principium lineae, sed & nepotes, & alios vlteriores, vti medium, & tractũ eiusdem lineae vocasse Testatorem credendũ est.

Tertia coniectura desumebatur, quia substituit Bernardinum fratrem, & cum eo Bonifatium ex Bartholomaeo, & Franciscum ex Romanino fratribus nepotes, & deinde subdit, & *eorum, & cuiuslibet filios masculos, &c.* Vnde si ad huiusmodi substitutionem fuerunt vocati nepotes ex Bartholomaeo, & Romanino fratribus, pariter etiam ne
detur † inaequalitas erga descendentes fratrum, conie- 24
ctura assequimur, vocatos fuisse itidem nepotes ex Bernardino, quemadmodum fuerunt vocati Nepotes Bartholomaei, & Romanini fratrum Testatoris ita in hoc articulo huiusmodi coniecturam perpenderunt Alex *cons.* 5. *nu.* 6. & 7. *lib.* 3. Eugen. *cons.* 94. *num.* 10. *lib.* 1. Becc. *cons.* 221. *num.* 13. *lib.* 2. & Galuan. *cons.* 48. *num.* 64. *vers. Tertia se nobis*, & *cons.* 39. *num.* 12. *vers. Item non solum.* Et de aequali charitate Testatoris tam erga filios fratrum, quàm nepotes, satis constare videtur, dum in substitutione vocauit Bernardinum fratrem, & eius filios, nec non Bonifatium, & Franciscum nepotes ex fratribus praemortuis, & aequaliter deinde etiam vocauit tam filios ipsius Bernardini qui Testatori erant nepotes, quàm filios dictorum Bonifatij, & Francisci, qui Testatori erant nepotes, quod si *filiorum* appellatione non comprehenderentur nepo-

tes Ber-

tes Bernardini , ipsi conqueri possent se immeritò postpo-
sitos fuisse alijs nepotibus Bartholomæi, & Romanini fra-
trum Testatoris . Et tamen in hoc articulo monent Doct.
25 faciendam esse interprætationem pro vocatione † nepo-
tum sub nomine filiorum quatenus alioquin , absonus
& iniquus intellectus sequeretur Cinus Rayner. *de forolia.*
Bald. & alij *in l. Gallus §. Instituens ,ff. de liber. & posthum.*
Peregr. *art. 22. num. 48.* Surd. *cons. 83. num. 28.* Menoch.
cons. 613. num. 21.

26 Neque vrgent rationes allegatæ † à Magon. *decis. Lu-
cen 82 nu. 26.* qui hanc coniecturam improbat , & refe-
runt Modern. Brixien. *dicta qu. 120. num. 73.* quia illius
opinione retenta licet non sequatur inæqualitas respectu
27 stipitum, sequeretur tamen respectum graduum , † si
nepotes ex vno fratre succederent, & alij ex alio fratre ex-
cluderentur ; Et dum amplectimur hanc interprætatio-
nem quod *filiorum*, appellatione veniant nepotes , non
torquetur verbum , *filiorum* , nec extraneus sensus illi ap-
plicatur , sed tantum neglecta stricta significatione , secun-
28 dum † quam nepotes non veniunt , eligimus latam , &
iustam significationem ; in confesso est enim apud omnes
29 Doctores , quod † appellatione *filiorum* veniunt nepotes
saltem lato sumpto vocabulo, vt per Bart. Bald. Castrens.
& alios *in l. librorum . ff. de verb. signif. & in dicta l. Gallus ,
§. instituens , ff. de liber. & posthum. & post dictum* Brixien.
*dicta q. 319. nu. 22. & quæst. 320. nu 32. vers. respondetur
enim .*

Quarta coniectura est, quia Testator nedum prohibuit
alienationem bonorum immobilium , sed bis etiam decla-
rauit, se velle, vt bona conseruentur in sua familia , &
propterea ne huic voluntati aduersentur congruum etiam
videtur eam amplecti opinionem , quæ dum fauet nepo-
tibus, fauet etiam conseruationi bonorum in familia , nec
30 inde † tamen fit extensio exorbitans , sed verbum *filio-
rum* , vt dictum est , recipitur in lata significatione , hanc
coniecturam in hoc articulo approbarunt multi congesti à
Rustic. *in dicta l. cum auus , lib. 6. cap. 12. num. 44* Becc.
cons. 221. num. 7. & 8. Brixien. *d. q. 320. num 31. 32. & 33.*
Galuan. *d. cons. 38. num. 65. & 66.* vbi istam opinionem
à Menoch. & alijs contrarium sentientibus vindicant ; &
quamuis testator huic præcepto de non alienando , & con-
seruationi bonorum in familia addiderit verba , vt *in insti-
tutionibus supra factis* hæc tamen verba non impediunt ,
quin semper dicta prohibitio alienationis, & votum con-
seruandi bona in agnatione suadeant , vt potius lata , ac
benigna significatio verbi *filiorum* , recipiatur , quàm stri-
cta , & arcta eiusdem verbi , *filiorum* significatio , &c. Ro-
31 ta autem, † & si in *Ariminen. coram Reuerendissimo D. meo
Seleucien. quæ est decis. 667. num. 11. part. 2. recent.* respue-
rit hanc coniecturam , attamen id euenit , quia ibi non
constabat de voluntate Testatoris, vt dicitur in decisio-
ne sub num. 10. prout nec constabat in casu Card. Seraph.
decis. 1486. nu. 12. hic autem de voluntate Testatoris con-
seruandi bona in familia ambigi non potest , quia verbis
expræssis legitur, nec in dicta decisione 667. aderant tot
aliæ coniecturæ , prout in præsenti casu concurrunt , quæ
32 † simul iungi debent , & ita iunctæ sunt ponderandæ, non
autem separatim , & vnaquæque de per se discutienda est ,
huiusmodi enim coniecturæ ad inuicem fulciuntur, & vna
corroborat alteram Bero. *cons. 104 num. 12. in fin. lib. 2.*
Cephal. *cons. 251. num 87.* Rota coram san. mem. Gregor.
XV. *decis. 315. num. 9. & ibi addent. num. 19*

Nec Dominis obstare visæ sunt coniecturæ ponderatæ
contra nepotes ; Nam illa quod in alia parte Testamenti
fuerint distinctè , & discretiuè vocati *filij , & nepotes , &
descendentes* , & propterea dum Testator postea in alia
parte simpliciter vocauit filios Bernardini non præsumatur
intellexisse de nepotibus, quos in specie sub nomine nepo-
tum consueuit appellare , non videbatur concludens , cum
33 immò ab vna parte Testamenti , † possit etiam inferri ad
aliam . Et hæc coniectura elidatur ex alia coniectura su-
perius ponderata pro Nepotibus, si enim Testator vocauit
propter filios , nepotes , descendentes , & lineam mascu-
linam , & hac deficiente , substituit filios Bernardini , &
sic contulit substitutionem in tempus remotissimum , quo
non erant extituti filij primi gradus Bernardini , conse-
quenter , ratio suadet, quod Testator intellexerit de nepo-
tibus , pronepotibus , & alijs vlterioribus descenpentibus
Bernardini , qui extarent tempore quo linea descensiua
Testatoris deficeret , vt supra in prima coniectura .

Minus etiam arridebat alia , quod Testator vocauerit
taxatiuè filios Bernardini , ibi , *& eorum filios* , quia vo-
cando filios Bernardini , non dicitur restrictiuè loquutum
fuisse , sed potius demonstratiuè, dum enim vocantur filij ,
† opus est de Patre mentionem facere, vt intelligatur , de 34
quibus filijs sit sermo , & tunc restrictiuè dicerentur facta
substitutio si fuisset † dictum , *filios prædictos* , vel alio 35
modo demonstraretur de filijs precisè primi gradus sensisse
Testatorem Bart *in d. l. Gallus , §. instituens n. 3. ff. de liber.
& posthum. dictus* Modern Brixien. *d. q. 321. n. 28.* vbi *ve-
riorem* dicunt Rota *in illa Tusculana fideicommissi, 15. Apri-
lis 1619. & 23. Martii 1620. coram Reuerendiss. D. meo De-
cano* , & in his terminis loquitur *dicta decis. 667. n. 19. p. 2.
recent.* & dixit etiam in illa *Romana , seu Prænestina fidei-
commissi de Columna , 31. Martii 1623. coram bon. mem. D.
Vbaldo* . Et demum hæ , & aliæ coniecturæ eliduntur ex
supra relatis coniecturis pro vocatione nepotum , quæ Do-
minis visæ sunt vrgentiores , & efficaciores , & ideo bene
alias coniecturas † contra nepotes tamquam debiliores 36
tollunt , *l. diuus , ff. de integr. restit.* Menoch. *de præsumpt.
lib. 1. quæst. 9.* cum alijs .

Neque obstat , quod Stephanus non sit nepos , sed vlte-
riori gradu distet à Bernardino stipite ; Quoniam in hac
materia quoties † asseritur appellatione *filiorum* venire 37
nepotes , idem intelligitur de Pronepotibus, Trinepotibus,
& alijs vlterioribus descendentibus Bart. *in l. 1. §. sed & si
quis ff. de suis , & legitim.* Molin. *de primog Hisp. lib. 1. c.
6. n. 29.* Peregr. *de fideicom. art. 22. n. 45. & ar. 28. nu. 32.*
Modern. Brixien. *d. qu. 320 n. 1. & 2.* quod præsertim di-
cendum videtur in præsenti casu , vbi substitutio filiorum
Bernardini dilata est in remotissimum tempus , quo ne
dum filijs , sed neque nepotes verisimiliter erãt extituti .

Et ita vtraque parte informante , &c.

In hac causa habentur infra plures decisiones sub diebus ¶
26. Iunij 1626. & 5. Martij 1627. & 14. Iunij eiusdem anni
& 3. Decembris pariter 1627 & 24 Martij 1628. & 20. De-
cemb. eiusdem anni , & 14. Martij , & 7. Maij, & 14. Maii,
& 25. Iunij, & 19. Nouemb. 1629. coram eodem R. P. D.
Merlino sunt in ordine decisiones 21. 42. 87. 118. 160. 226.
258. 279. 286. 313. & 320.

REVERENDISSIMO COCCINO.

Alerien. Pensionis.

Die Veneris 20. Martij 1626.

A R G V M E N T V M.

Pensionis translatio, quando dicatur valida . Bigamia , licet exuat clericum omni priuilegio clercali , non tamen per eam deleatur character clericatus . Dispensatio aliqua , quando fit , an sit facienda derogatio Concilijs generalibus obstantibus . Gratia secunda , quando substineatur , non facta mentione primæ .

S V M M A R I V M.

1 *Pensionem exigens per spatium 30. annorum liberatur ab onere iustificationis .*
2 *Bigamus est exutus omni priuilegio clericali .*
3 *Character Clericatus non deletur per Bigamiam .*
4 *Bigamus , quando dispensatur , an sit opus derogari Concilijs generalibus .*
5 *Text. in c. 1. de Bigam. in 6. continet Constitutionem Conciliarem .*
6 *Abb. in c. 1. nu. 5. despons. Rota non sequitur , dum constituit differentiam inter constitutionem conciliarem , & constitutionem Papæ .*
7 *Clausula non obstantibus , derogat etiam quo ad concilia generalia .*
8 *Dispensatio facta , cum clausula , non obstantibus amouet omne impedimentum .*
9 *Dispensare , pro soluere dicitur .*
10 *Bigamus , quando fuit dispensatus ad effectum obtinendi pensionem , de ista dispensatione non est*

facien-

facienda mentio in translatione pensionis.

11 *Gratia secunda, quando idem continet, quàm prima, tunc ob eius taciturnitatem non vitiatur secunda.*

12 *Gratia secunda, quando plus continet, quàm prima, tunc ob eius taciturnitatem causatur subreptio, & num. 14.*

13 *Gratia secunda, quando non valet, non propterea tollitur prima, sed remanet in suo robore.*

15 *Pensionis translatio, si fiat per viam extinctionis primæ, & creationis, seu reseruationis nouæ pensionis, pensio translata respectu translatarij non dicitur noua pensio.*

16 *In gratia non sunt narranda ea quæ omninò sunt ab ea diuersa, & num. 17.*

DECISIO VII.

FOelicis recordationis Gregorius XIV. Motu proprio
Kal. Augusti anni 1591. reseruauit pensionem scut.
1000. super fructibus mensæ Episcopalis Alerien. ad fa-
uorem bon. mem. Cardinalis Sauli, quam San. me. Gre-
gorius XV. Non. Martii anni 1621. ab Incarnatione, quæ
est à Natiuitate annus 1622. Pontificatus sui Anno II.
transtulit in D. Antonium familiarem eiusdem Cardina-
lis, qui quidem Cardinalis præstitit consensum; quare du-
bitaui, an constaret de valida translatione, & Domini af-
firmatiuè responderunt, cum constet de voluntate Papæ,
& Cardinalis, & de clericatu D. Antonii ex literis paten-
tibus, nec alia iustificatio reseruationis primæ pensionis
est necessaria, tùm quia fuit reseruata Motu proprio, tum
1 etiam † quia per xxx. annos fuit exacta, vnde præd. D.
Antonius liberatur ab onere iustificandi Rota *decis.* 122.
num. 4. *par.* 1. *in recent.* san. mem. Gregorius XV. *decis.*
57. *vbi addent.*

Neque obstat, quod pensio fuit translata in D. Anto-
nium tamquàm clericum ibi dilecto filio, &c. clerico con-
2 iugato, & tamen cum esset bigamus † erat exutus omni
priuilegio clericali. *cap.* 1. *de Bigam. in* 6. latè Garz. *de be-
nef. c.* 6. *n.* 2. Paris. *de Resign. lib.* 4. *q.* 4. *nu.* 18. Quia hoc
est verum, sed non facit, quia cum Papa sciret ipsum esse
bigamum, vt patet ex eadem translatione, illa verba stant
demonstratiuè, non limitatiuè, cum non obstante bigamia
3 non esset delatus † character clericatus, sed solum ipse
D. Antonius denudatus omni priuilegio clericali, Butr.
in cap. Ioannes num. 18. Imol. *pariter num.* 18. *in fin. de cle-
rical. coniug.* & fuit resolutum coram bon. mem. Cardinal.
Lancellotto *in causa Veronen. Pensionis* 23. *Februarii* 1600.
& in alia *Cesaraugustana Pensionis* 1. *Iunii* 1610. & postmo-
dum in eadem coram san. mem. Gregorio, *quæ est decis.*
516. *num.* 8. *& seqq.* quæ optimè declarat hunc punctum,
& bene Ioan. de Montaign. *de Bigam ff.* 3. *num.* 11.

Non obstat, quod in ipsa translatione D. Antonius fuit
4 dispensatus † super bigamia, & tamen non fuit deroga-
tum Conciliis generalibus, & sic nec *c.* 1. *de Bigam. in* 6.
5 quod † continet Constitutionem Conciliarem. Rota
enim non admittit distinctionem Abbatis, qui constituit
6 differentiã † inter Constitutionem Conciliarẽ, & Consti-
tutionẽ Papæ ex Concil. *in c.* 1. *n.* 5. *de spons. vt in dec.* 123. *p.*
1. *diuers.* Nam fuit responsum, quicquid sit, an in dispensa-
tione de qua in dictis literis translationis fuerit sufficienter
derogatum Conciliis generalibus; quod ipse habet suffi-
7 cientem derogationem, vt sit † capax pensionis non ob-
stante bigamia, cum illa gratia contineat derogationem
ad Concilia generalia, Prob. ad Monach. *in c. in tua n.* 24.
de consuet. in 6. Dec. *cons* 341. *n.* 10. Couar. *in epit. de spons.
p.* 2. *c.* 8. §. 9. *n.* 7. *vers. quibus ego adde*, Garz. *de benef. p.*
4. *c.* 5. *n.* 38. *& seqq.* quæ quidem dispensatio sustulit om-
8 ne impedimentum ad effectum capacitatis pensionis, Co-
uar. *de Matrim.* 2 *p. c.* 6 §. 9. *n.* 1. *vers. dispensare*. post me-
9 dium ibi, nos verò † passim dispensare pro soluere dici-
mus, & *n.* 2. *vers. dispensat. verò* Suarez *de legib. lib.* 6. *c.*
11. *n.* 1. *ad fin. vers. frequentius verò*. Sanchez *de Matrim.
lib* 8. *disp.* 1. *n.* 1. *versic. dispensare*. Neque de ista dispen-
10 satione erat facienda mentio in ipsa † translatione pensio-
nis, quia sufficit quod esset habilitatus, & dispensatus,
Ioan. Andr. *in cap.* 2. *num.* 2. *de fil. presbyt. in* 6. & ibi An-
char. *notab.* 3. Gemin. *n.* 7. Franc. *nu.* 5. Abb. *in c. veniens,
n.* 14. *de prescrip.* Rebuff. *in prax. titu. de dispens. in fin. &
in Concord. in form. mand. Apost. super ver. dispensationum,*
Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 22. *num.* 1. *ante fin.*

Neque obstat, quod in secunda dispensatione non fuit
facta mentio † primæ, quia, aut secunda de iure sustine- 11
tur, quia sufficienter fuit derogatum Concilijs generali-
bus, & cum nil plus contineat, quàm prima, non propte-
rea ex taciturnitate primæ in hoc casu, in † quo nihil plus 12
continetur, quàm in prima causatur subreptio, licet secus
esset, si contineretur, vt sentiunt omnes Doctores, quos cu-
mulat Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 22. *n.* 2. & ità in spe-
cie dicunt Dec. *cons.* 55. *n.* 7. *vers.* 4. *& vltimo*, Gozad. *cons.*
92. *n.* 10. *ad fin. vers. quinta conclusio*. Eugen. *cons.* 57. *n* 64.
lib. 1. Aut non valuit, † & non propterea tollitur prima 13
sed remanet in suo robore, Innoc. *in c. veniens. num.* 5. *de
præscrip.* & ibi Host. *nu.* 12. Ioan. Andr. *num.* 16. Bald. *n.*
13. Bellamera, *n.* 6. Sanchez *d. lib.* 8. *disput.* 22. *num.* 15.

Neque obstat, quod prima dispensatio continet, vt Do-
minus Antonius posset consequi, & retinere pensiones re-
seruandas, non autem vt etiam in eum possent transferri
pensiones, & sic secunda dispensatio visa fuit necessaria,
quare non sustinetur, † non facta mentione primæ. Quia 14
contrarium visum fuit sine difficultate verius, cum trans-
latio pensionis fiat per viam extinctionis primæ, & creatio-
nis, seu reseruationis nouæ pensionis, & pensio translata,
(quicquid sit respectu titulari) respectu translatarij est no-
ua pensio, ideò comprehenditur sub dispensatione retinen-
di † pensiones reseruandas, vt in puncto est *decis.* san. 15
me. Greg. 18. *n.* 3. & fuit dictum in causa *Romana Pensio-
nis* 17. *Iunii* 1622. *coram R. P. D. meo Buratto*, & nouissi-
mè in causa *Ferrarien. Pensionis* 14. *Iunii præteriti coram
R. P. D. meo Remboldo*, circa quem articulum Domini nul-
lam habuerunt difficultatem.

Neque obstat, quod in dispensatione non fuerit facta
mentio de alia dispensatione obtenta à san. mem. Paulo V.
vt posset contrahere matrimonium cum sibi coniuncta.
Quia hoc poterat † omitti cum illa dispensatio fuerit su- 16
per re omninò diuersa, & ideo de illa non erat facienda mẽ-
tio, Abb. *in c. veniens, nu.* 13. *&* 14. *de præscrip.* Anchar.
cons. 131. *in fin.* cum alijs per Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *disp.*
22. *n.* 5. Et cessat omnis difficultas, quia quatenus illud im-
pedimentum affinitatis egerit dispensatione, etiam ad effe-
ctum, de quo agitur, quod omninò negatur, satis adest di-
spensatio in literis translationis, in quibus etiam dispensa-
tur super bigamia, quæ dispensatio etiam si in illis literis
concessa non suffragaretur; suffragaretur tamen dispensa-
tio obtenta super affinitate, & respectu bigamiæ suffraga-
retur prima dispensatio, vt dictum est, & vtraque sustine-
retur, non facta mentione de altera, † cum sint super re 17
omninò diuersa ex supra deductis, sed veritas est, quod D.
Antonius non eget hac dispensatione.

Quæ dicta fuere circa interesse Illustriss. & Reueren-
diss. D. mei Cardinalis Burghesij non sunt præsentis inspe-
ctionis, quia hodie cum eo non agitur, sed cum Titulari.

Et ita conclusum, &c.

In eadem causa habetur alia decisio sub die Mercurij 7. Iu- ¶
nij 1634. coram R. P. D. Verospio, quæ decisio erit infra
in par. 5.

R. P. D. REMBOLDO.

Oriana Voti.

Die Veneris 27. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Manutentio in incorporibus vt concedatur quid sufficiat probare. Canonici soli, licet sint de Capitulo, tamen alij Presbyteri possunt etiam acquirere tale ius essendi de Capitulo.

SVMMARIVM.

1 *In incorporalibus attenditur quasi possessio ad effectum manutentionis.*

2 *Quasi possessio in incorporalibus acquiritur per vnicum actum.*

3 *Canonici soli de Iure communi sunt de Capitulo.*

4 *Presbyteri possunt acquirere, priuilegio, consuetudine, aut statuto facultatem essendi in Capitulo.*

5 *De possessione sola est docendum, quando agitur de conce-*

concedenda manutentione , & non est discutiendum an sit iusta , nec ae.
6 *Actus , qui dederant causam liti non attenduntur .*
7 *Contradictio facta post actum perfectum , & consummatum , non impedit , quin minus censeatur per d. actum pacificè gestum , acquisita possessio .*
8 *Testis vnus depositio sufficit in iudicio possessorio .*
9 *Manutenendus , quis est in sua possessione .*
10 *Illatio non fit ex diuersis .*

DECISIO VIII.

DOmini dixerunt mandatum de manutenendo dandum esse Presbyteris in actibus, in quibus interuenerunt . Constat enim dd. Presbyteros tam ante erectionẽ Ecclesiæ S. Mariæ de Fontana Terræ Francauillæ in Collegiatam, quàm etiam post erectionem interuenisse in pluribus actibus capitularibus . Vndè ipsis debetur manuten-
1 tio; ad hunc † enim effectum attenditur quasi possessio,
Bald. *in l. Ordinarii Iuris, n. 9. C. de rei vend.* Innoc. *in c. bonæ il 2. n. 4. de postul. prælat.* Couar. *pract. quæst. c. 17.* Ro-
2 ta *coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 490. n. 1.* † Eaque in incorporalibus acquiritur etiam per vnicum actum, *c. cum Eccles. Sutrina*, vbi Abb. *n. 22. & 23.* Rip. *n. 52. & seqq. de caus. possess. & propriet.* Rot. *decis. 17. nu. 1. par. 2. diuers. & decis. 286. nu. 5. & 354. nu. 9. coram Reuerendissimo D. meo Decano .*
3 Nec obstat , quòd iure communi inspecto soli † Canonici sunt de Capitulo, quia quicquid sit de iure , certum est, quod etiam alij Presbyteri possunt acquirere priuile-
4 gio, † consuetudine, aut Statuto facultatem essendi in Capitulo; Rot. *decis. 4. num. 5. par. 2. diuers. & decis. 296. num. 3. par. 1. & 708. num. 3. part. 2. in recens.*

Nec obstat, quòd ex parte dd. Presbyterorum non ostendatur priuilegium , minusuè doceatur de aliquo statuto , aut consuetudine, quia ad effectum , de quo agitur, suffi-
5 cit , quod doceatur de sola possessione, neque in hoc † iudicio inquiritur , An d. possessio sit iusta , vel iniusta , sed ista discussio reijcitur ad petitorium . Ferrett. *cons. 7. n. 3. & 4.* Rota coram san. mem. Gregor. XV. *decis. 107. n. 5. & decis. 375. num. 11.*

Quòd autem dd. Presbyteri sint in quasi possessione tàm ante erectionem dictæ Ecclesiæ in Collegiatam, quàm etiam post erectionem interueniendi in pluribus actibus in Capitulo, patet ex actibus datis in summario dd. Presbyterorum n. 1. & seqq. ex illis enim apparet, quòd interuenerunt in Capitulis, in quibus actum fuit de Constitutionibus Procuratorum, & de alijs negocijs spectantibus ad vtilitatem Capituli, & in dd. actibus vocantur dd. Præsbyteri de gremio, & Capitulares, vt legitur in conclusionibus, vt vocant datis in 2. summario dd. Præsbyterorum num. 1. Vnde apparet ipsos fuisse admissos tanquam de gremio, & Capitulares, atq; ità eò magis debetur eis manutentio.

Non obstat, quod non probatur ex dd. actibus , quod dd. Presbyteri dederint votum in Capitulo , licet ex illis probaretur interessentia, quia quòd etiam votum dederint , apparet ex actis datis primo summario nu. 5. & 6. ex dd. actibus apparet etiam , quòd dederunt votum decisiuum , & non consultiuum , vel adhæsiuum.

Nec obstat , quòd actus , qui datur d. summario , num.
6 6. fuit † contractus , & dedit causam liti , quia præter quàm quòd sufficit actus , qui datur d. summario nu. 5. ex super allegatis; non constat etiam quoad actum d. summario nu. 6. de aliqua contradictione in ipso actu , sed antea sed dicti Presbyteri fuerunt pacificè admissi , & con-
7 tradictio † fuit facta post actum perfectum , & consummatum, eaque propterea non impedit, quò minùs censeatur per d. actum pacificè gestum , acquisita possessio *l. fin. a sit* , & ibi Bald. & Imola *n. 1. ff. de leg. 1.* Rip. *in l. 1. n. 88. ff. solut. matrim.* & cum dd. actibus concurrit etiam depositio
8 † vnius testis, qui etiam in hoc iudicio solus sufficeret , Gabr. *qui plura cumul. in tract. de testib. concl. 1. n. 22.* Rota coram san. mem. Gregor. XV. *decis. 438. n. 2.* & *addit. ad decis. 160. n. 3 & fuit dictum in Mediolanen. Decimarum coram R. P. D meo Pirouano , quæ est decis. 291. num. 20. in recol.* per Farin. *post 2. vol. cons.*

Ac plurimum faciunt literæ erectionis d. Ecclesiæ in Collegiatam , in quibus dicitur , quòd Canonici habeant vocem in Capitulo ante omnes simplices Sacerdotes eiusdem Ecclesiæ , hinc namque colligitur , quòd etiam simplices Sacerdotes habebant vocem in Capitulo , in qua propterea † debent manuteneri . 9

Nec obstat decretũ factum in visitatione Ecclesię Oritanæ, qua disponitur, quòd nullus ex Presbyteris habeat vocem eligendi, sed adhærendi tantum votis dignitatum , & Canonicorum , quia istud decretum fuit factum in visitatione Ecclesiæ Cathedralis , & loquitur de Presbyteris existentibus in dicta Ecclesia Cathedrali . Ideoquè non afficit Presbyteros Ecclesiæ Collegiatæ , cùm illatio † non fiat 10
ex diuersis, *l. Papinianus exul.* & ibi Doct *de minor.* Surd. *cons. 150. num. 94. lib. 1. &c.*

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Romana Beneficiatus S. Petri.

Die Lunæ 30. Martij 1626.

A R G V M E N T V M.

Reseruatio beneficiorum, de quo in cap. præsenti §. sane de præben. in 6. vt intret, quid requiratur . Animi depositio circa Curialitatem iam acceptam, deserendam , ex quibus probetur.

S V M M A R I V M.

1 *Reseruationis fundamentum de qua in c. præsenti §. sane de præben. in 6. est curialitas de tempore obitus.*
2 *Text. in cap. præsenti §. sanè de præben. in 6. duo copulatiuè requirit , scilicet quod quis antea sit curialis , & quod de tempore obitus habitaret in curia occasione Curiæ .*
3 *Curialitatis solius ratione , quis non potest dici effectus domiciliarius Vrbis .*
4 *Ciuis alicuius loci, quis efficitur per assecutionẽ Beneficij.*
6 *Curialitas , vt assequatur , requiritur , & animus , & factum qualificatum per aliquod exercitium.*
7 *Curialitatis continuatio pendet ab animo .*
8 *Possessio, vt acquiratur, requiritur animus, & factum .*
9 *Possessio , quando dimittitur , sufficit animus absque alio facto .*
10 *Curialitas si semel fuerit acquisita , præsumitur continuata vsque ad obitum , nisi mutata probetur .*
11 *Curialitatis depositio probari debet per actus differentes .*
12 *Curialibus plura priuilegia concessa sunt .*
13 *Renunciatio non præsumitur per actus indifferentes .*
14 *Renunciatam non præsumitur iuri proprio per actus non inferentes ad renunciationem .*
15 *Possessor semel præsumitur vsque ad obitum continuasse possessionem .*
16 *Possessor non præsumitur continuasse possessionem vsque ad obitum , quando contrariæ præsumptiones concurrunt .*
17 *Probatio , vbi requiritur plena , & concludens , non sufficit præsumptiua .*

DECISIO IX.

TErtio loco causa proposita, placuit Dominis, mutando sententiã recedere à decisis sub die 20. Nouemb. 1624. *
Visum enim fuit omnibus iunctis , & rursum ponderatis probari Bernardinum Tonum , per cuius obitum vocauit Beneficium , de quo agitur , desijsse esse curialem de
tempore sui obitus , & per † consequens deficere huius re- 1
seruationis fundamentum desumptum *ex cap. præsenti §. sanè de præben. in 6.* duo copulatiuè requirente , quod an-
tea esset curialis , † & quod de tempore obitus habitaret 2
occasione curiæ , vt expresè ponderant , Anchar. Archidiac. Monac. Butr. *in dicto §. sanè* , & Rota *decis. 616. n. 1. par. 4. diuers.* nam verum est , nec controuertitur Bernardinum ante assecutionem beneficij contraxisse curialitatem; exinde autem obtinuisse beneficium residentiale in
Vrbe : vnde cum ratione solius † curialitatis non dicere- 3
tur factus domiciliarius Vrbis Paris. *consil. 53. numer. 89. lib. 3.* & post assequutum beneficium obligans ad resi-
dentiam acquisierit domicilium , † & effectus fuerit 4
Ciuis

Ciuis Romanus Surd. *conf.* 301. *num.* 7. Rota *decis.* 731.
num. 15. *part.* 1. *diuers.* benè potest præsumi habitatio ista
subsequens continuata magis ex præambula causa acqui-
siti domicilij, quàm ex curialitate domicilio carente, quæ
præsumptio ex vehementius stringit ex subsequutis post
obtentum beneficium, quod contigit de anno 1602. quia
idem Bernardinus recepit se ad habitandum in via ascen-
sus ad Sanctum Honuphrium, vt dicunt testes dati, nem-
5 pè Secundus, Tertius, & Quartus, quæ est regio † à ne-
gotijs curialium multum distans, & proxima residentiæ
sui beneficij, cui se totum dedisse profitebatur, vt depo-
nunt alij testes dati Summatio Petri Pauli *num.* 2. quibus
accedunt aliæ testium depositiones eodem *num.* 2. super de-
testatione negotiorum curialium ab eodem Bernardino fa-
cta, & ab eisdem auersione, & protestationibus de non se
ingerendo in negotijs curialibus, & signanter primus iux-
ta quartum respondit ab eodem Bernardino audiuisse,
quod si à Paulo V. vocatus fuisset, ei non inseruisset etiam
cum mercede scut. 10. pro quolibet die, & hoc quia illi
displicebant negotia curialia, & Secundus super Tertio,
& Quarto, quod aliud non curabat, quàm seruire suo
beneficio, nec alia negotia gerere: quia in totum se alie-
nauerat à Curia; Quartus super Tertio quod volebat tan-
tummodo inseruire suo beneficio, nec ad alia se applicare,
& sextus super Tertio referens eumdem Bernardinum di-
centem se contentum esse sui status, nec illud curare præ-
ter seruitium suæ Ecclesiæ, & quod totaliter se alienaue-
rat à Curia, quæ detestationes, auersiones, & protesta-
tiones subordinatæ ad domicilij acquisitionem per assecu-
tionem prædicti beneficij residentialis, visæ fuerunt suffi-
cientes ad probationem depositi animi circa curialitatem
6 iam inductam, pro qua assequenda, etsi † requiratur &
animus, & factum qualificatum per aliquod exercitium,
vt in d. §. sanè, & declarat Rota *decis.* 616. *num.* 2. *par.* 4.
7 *diuers.* ad illius tamen dimissionem sufficit animus, † à
quo pendet curialitatis continuatio Mandos. *super reg.* 5.
quæst. 4. *num.* 7. *&* 8. Mant. *decis.* 313. *&* 323. & prout di-
8 citur de possessione, † quę in acquisitione illius requirit
9 animum, & factum; in dimissione autem sufficit animus
l. 3. *§. in amittenda. ff. de acquir. possess.* Rota coram PP.
Gregor. XV. *decis.* 307. *num.* 9.

10 Non obstat consequentia semel acquisita † curialita-
tis, vt eadem continuata censeatur vsque ad obitum, nisi
mutata probetur Mandos. *super eadem reg.* 5. *quæst.* 4. *num.*
6. *vers. ad illud.* Sarnen. *in simili de familiaritate super
reg. de Impetr. benef. per obitum famil. quæst.* 13. *versic.
prædicta tamen*, & de ciuilitate Bartho *in l. assumptio §.
vltimo, ff. de manicip.* Menoch. *præsumpt.* 25. *num.* 3. *&
præsumpt.* 42. *num.* 12. *lib.* 6. quia iam ex prædictis Domi-
ni existimant probari mutatam esse voluntatem essendi
curialem.

11 Non obstat, quod hæc animi depositio circa † curiali-
tatem deserendam, non probetur per actus differentes,
prout necessarium esset; vnde dicebatur in decisione, quæ
reuidetur, domicilium acquisitum per assecutionem bene-
ficij residentialis non esse qualitatem repugnantem curiali-
tati; similiter detestationes, auersiones, protestationes
non radicare statum ipsius Bernardini curialem; sed ver-
sari circa exercitium negotiorum curialium, à quibus se
alienauerat Bernardinus acquiescendo fortunæ suæ, quæ
omnia se compatiuntur cum retentione curialitatis iam
12 impressæ, & pro qua competunt multa † priuilegia,
nempè exemptionis à spolijs, iuris prælationis in collatio-
nibus beneficiorum, & priuilegijs Eugenianæ, de quibus
per Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 4. *num.* 15. quibus non præsu-
13 mitur Bernardinus † voluisse renunciare per actus indif-
ferentes, & necessariò non inferentes ad renunciationem
14 prout † debent esse ad concludendam proprijs iuris renun-
ciationem Calderin. *conf.* 5. *in fine de præben.* Decian. *conf.*
52. *num.* 23. *lib.* 1. Rota *decis.* 471. *num.* 5. *par.* 1. *recent.*

Quia vltra quod actus prædicti videntur sufficere ad
probationem desertæ curialitatis, fuit etiam responsum
sufficere, quod præsumptiuè vrgeant contra statum curia-
lem, vt inde tollatur altera præsumptio continuationis
status curialitatis vsque ad obitum Bernardini, vt dicitur
15 de possessore, † qui præsumitur vsque ad obitum conti-
nuasse in possessione, nisi contrarium probetur Alciat.
tractat. de præsum. reg. 2. *præsumpt.* 21. *num.* 1. Rota *decis.*
4. *de probat. in nouis*, & *decis.* 106. *num.* 3. *in recent. par.*
16 2. etsi contrariæ præsumptiones concurrant, † cessat illa
præsumpta continuatio, vt declarat idem. Alciat. *dicta
præsumpt.* 21. *num.* 12. *&* 13. & latius prosequitur Me-
noch. *præsumpt.* 64. *num.* 65. *lib.* 4. quæ maximè procedunt
vbi agitur de probanda reseruatione, vt hic, vbi non suf-
ficit præsumptiua probatio, sed requiritur plena, & con- 17
cludens Ægid. *decis.* 612. Gomez *super reg. per obitum fa-
mil. quæst.* 13. *vers. nec obstat ratio.* Rota *decis.* 53. *par.* 2.
diuers.

Demum non obstant testes per Molariam inducti ad probandum, quod Bernardinus operam dabat aliquibus negotijs, & litibus, & quod obsequeretur nonnullis Cardinalibus: quia quoad lites, & negotia, idem testes dicunt, quod per alios expediebat, quo verò ad obsequium Cardinalium testes non concludunt tale fuisse, vt inde inferri possit ad qualitatem curiali inhærentem.

Et Ita, &c.

Habetur ista decisio infra in Additione prout in Indice in eius fine posito. Vbi etiam adest altera decis. in eadem causa sub die 8. Aprilis 1622. coram eodem Reuerendiss. Pirouano Decano.

R. P. D. REMBOLDO.

Vrbeuetana Castri Titignani.

Die Veneris 24. Aprilis 1626.

ARGVMENTVM.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, licet non substineatur, tamen quando fuit reseruatus vsusfructus dictorum bonorum valet, & ad hunc effectum quid sit necessarium.

SVMMARIVM.

1 *Fraternitas, qualiter probetur.*
2 *Immissio ad hoc, vt concedatur, quæ sint eius requisita.*
3 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum inualida est, declara, num. 6.*
4 *Hæres non potest venire contra factum defuncti.*
5 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum valet facta reseruatione vsusfructus.*
7 *Donatio omnium bonorum cum reseruatione vsusfructus, vt substineatur, necesse est, vt quod vsusfructus sit talis, vt detractis alimentis superesse possit aliquid ad testandum.*
8 *Donatio præsumitur valida stante longissima obseruantia.*
9 *Fundamentum suæ intentionis quilibet tenetur probare.*
10 *Donatio pura inter viuos non habet respectum ad mortem viuentis, sed statim suum effectum operatur, nec propterea est improbata à iure.*
11 *Contractus nullus ex defecta solemnitatum ab illo tantum potest impugnari, ad cuius fauorem dictæ solemnitates requirantur.*

DECISIO X.

DOmini dixerunt Hectori, & Francisco dandam esse
immissionem in Bonis, & Castro Titignani vigore
Primogenituræ constitutæ ab Hectore eorum Auo per
viam Donationis consentientibus tunc Francisco, Ale-
xandro, Farulpho, Guidone, & Leone filijs dicti Hecto-
ris senioris, quia dicti fratres Hector iunior, & Franci-
scus probant euenisse casum dictæ Primogenituræ ad eo-
rum fauorem, quia scilicet dicti Franciscus, Alexander,
Farulphus, & Guido decesserunt sine filijs, atque ita per
eorum obitum delata fuit successio filijs Leonis, † qui 1
sunt dicti fratres, vt constat ex fide Baptismatis iunctis te-
stibus deponentibus de communi repetitione, & fama Dec.
conf. 272. nec de identitate bonorum dictæ Primogenitu-
ræ dubitatur, & per † consequens constat de requisitis 2
ad effectum immissionis.

Nec obstat quod videatur dicta donatio inualida, cum † 3
sit do-

ſit donatio omnium bonorum præſentium, & futuro-
rum; quia omiſſo quod videtur DD. de Zeffiris non poſſe
dare de nullitate dictæ Donationis, cum ipſi ſint hæredes
4 † Alexandri, qui dictam Donationem approbauit *vulg. l.
cum à matre vbi gloſ.* & DD. *C. de rei vendic.* dicta etiam
5 donatio facta eſt cum expreſſa † reſeruatione vſusfru-
ctus, quo caſus valet iuxta magis veram, & communem
opinionem Alex. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta*, vbi
quod ita conſuleret, & iudicaret, *ff. de verb. oblig.* Bald.
conſ. 377. l. 5. & conſil. 270. lib. 2. Gabr. *conſ. 137. num. 37.
lib. 1.* Rolan. *conſ. 65. num. 5. lib. 1.* Natt. *conſ. 146. num. 1.*
Soccin. Inn. *conſil. 65. num. 47. lib. 1.* Couarr. *var. reſol. lib.
3. c. 12. num. 1. verſ. ex contrario quod donatio, &c.* & in
6 contrarium allegata procedunt † in donatione ſimplici
omnium bonorum, in qua donans ſibi nec vſumfructum,
nec aliud quidquam reſeruauit.

7 Nec obſtat quod adhoc vt † donatio omnium bono-
rum cum reſeruatione vſusfructus ſuſtineatur, neceſſe eſt
quod vſusfructus ſit talis, vt detractis alimentis ſupereſſe
poſſit aliquid ad teſtandum, Dec. *in l. pactum quod dotali
C. de pact.* Abb. *conſ. 102. col. 3. in princip. verſ. ratio ta-
men lib. 2. cum allegatis*, quia in iſto caſu agitur de vſufru-
ctu bonorum valoris vltra 40. mill. ſcut. & dicta donatio
8 fuit obſeruata per annos 65. Vnde † præſumitur valida,
& per conſequens onus probandi quod dictus vſusfructus
non ſit ſufficiens ad ſuſtinendam donationem incumbit di-
9 centi dictam donationem † eſſe nullam ex dicto defectu
ad l. quinquaginta 12. ff. de probat. l. in except. ff. de prob.
Aym. *conſ. 226. num.* 8. Rota *deciſ. 522. num. 3. & 4. part.
1. diuerſ.* Et tamen in caſu iſto non probatur quod dictus
vſusfructus non eſſet ſufficiens, quin potius probatur con-
trarium, quia ſcilicet probant fructus Caſtri Titignani
dictæ Primogenituræ ſuppoſiti aſcendere ad valorem ſcut.
1200. & vltra, atque ita conſtat dictos fructus eſſe ſatis pin-
gues, & ſufficientes ad effectum de quo agitur.

Non obſtat quod dicta Primogenitura continet pa-
ctum futuræ ſucceſſionis, quia Donatio concepta eſt ver-
bis directis, videlicet tradidit, ceſſit, donauit, & ſimili-
bus, neque in dicta donatione adeſt pactum de ſucceden-
10 do, ſed eſt donatio † pura inter viuos, quæ non habet re-
ſpectum ad mortem viuentis, ſed ſtatim ſuum effectum
operatur, nec propterea eſt improbata à iure Gabr. *conſ.
137. num. 2. lib. 1.* Peregr. *de fideicom. art. 51. num.* 32. cum
alijs per Card. Mantic. *de tacit. lib. 13. tit. 32. num. 5.*

Obiectum quod Conſenſus dictorum filiorum Hecto-
ris, & Comitiſſæ Sigiſmundæ ſit nullus ex defectu ſolẽni-
tatum requiſitarum à Conſtit. Marchiæ ceſſat ex facto, &
11 dicta donatio nunquam fuit à dictis filijs † & Comitiſſa
impugnata, ſed ſemper per ſpatium pluſquam 40. & 50.
annorum obſeruata, ſicque non poteſt ea amplius à dictis
de Zeffiris impugnari. Rota *deciſ. 133. n. 2. par. 2. diu. &c.*

R. P. D. MERLINO.

Romana Vineæ.

Die Lunæ 4. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum Minorum, quando di-
catur validè facta.

SVMMARIVM.

1 *Bona minorum ſine cauſa neceſſaria alienari ne-
queunt.*

2 *Alienatio bonorum pupilli facta cum decreto Iudi-
cis, facit præſumi cauſam in ea expreſſam fuiſ-
ſe verificatam.*

3 *Cauſam expreſſam in alienatione bonorum minorum
facta cum decreto Iudicis aſſerens non fuiſſe veri-
ficatam, onus probandi ei incumbit.*

4 *Minori exiſtenti in pupillari ætate, vt valide con-
trahere poſſit, non Curator, ſed Tutor dan-
dus eſt.*

5 *Pupillus ſi non habeat Tutorem, quando contrahit,
loco Tutoris interuenire poteſt Curator datus à
Iudice, & num. 6.*

7 *Minor læſus in minoritate, factus maior, poteſt
petere reſtitutionem intra quatuor annos.*

8 *Minor læſus, ſi poſt quam factus eſt maior intra
quatuor annos non petit reſtitutionem in inte-
grum, amplius nequit agere de nullitate.*

9 *In contractibus minorum geſtis cum debitis ſolemni-
tatibus, & præſente pecunia, non poteſt con-
ſiderari dolus.*

10 *In præſcriptione longi temporis quælibet cauſa co-
lorata excuſat à mala fide, & conſtituit in bona.*

DECISIO XI.

DOmini perſtiterunt in reſolutis coram Reuerendiſ-
ſimo D. meo Seleucien. ſuper eo, quod nullum ius
competat Bernardinæ in Vinea, de qua agitur, ex benè
deductis in deciſione ſub die 14. Martij 1625. *

Nec obſtare cenſuerunt allegatum defectum cauſæ
† neceſſariæ ſine qua res minorum nequeunt aliena- 1
ri; Ommiſſo enim quod forte ſufficiens alienandi cau-
ſa fuit inducta ex deliberata voluntate aliorum, ad
quos maior pars dictæ Vineæ pertinebat, cum ipſa Ber-
nardina dumtaxat minimam, nempe ſextam habe-
ret, obiectum viſum eſt tolli, eo quia prædicta † 2
alienatio fuit facta cum Iudicis decreto, quod facit
præſumi cauſam expreſſam tunc fuiſſe verificatam,
Abb. *conſ. 41. n. 2. lib. 1.* Alex. *conſ. 80. nu. 5. lib. 5.* Me-
noch. *de præſumpt. 75. nu. 5.* Gabr. *de ſenten. concl. 5.
num. 1.* Put. *deciſ. 205. num. 2. lib. 3.* Rota *recent. deciſ.
619. num. 5. in fin. part. 2. & in impreſſ. poſt* Pacific.
de Saluian. *deciſ. 227. num. 2. & in Romana nullitatis
obligationis 28. Maii 1618. coram bon. mem. Vbaldo*
& contrarium aſſerenti incumbit † onus probandi, 3
Rota poſt Pacific. *vbi ſupra num. 2. & in Romana nul-
litatis cenſus* 8. *Aprilis 1616. coram R. P. D. meo Pi-
rouano.*

Nec etiam habuerunt pro releuantis defectum ſolem-
nitatis deductum, ex, quod nomine Bernardinæ
Curator aſſenſerit prædictæ alienationi, non autem
Tutor, cum tamen eidem tunc in pupilari exiſtenti † 4
ætate non Curato, ſed tutor, vt validè poſſet contra-
here, dari debuiſſet; Quoniam hæc oppoſitio bene di-
luitur ex deciſione, vbi dicitur loco Tutoris interueniſ-
ſe † Curatorem datum à Iudice, necnon Procurato- 5
rem deputatum à Congregatione Monaſterij Sanctæ Ca-
tharinæ: in quo ipſa Bernardina denegabat, & horum
vtrumque etiam de per ſe in locum † Tutoris ſucceſ- 6
ſiſſe, & potuiſſe illius vices ſupplere ex plene ib al-
legatis.

Vltra quod ex abbundanti adeſt obſeruantia contr actus
ſubſequuta per ſpatium 45. annorum à die ſcilicet ſequu-
tæ alienationis de menſe Maij 1576: vſque ad diem motæ
litis de Menſe Ianuarij 1621. Ex quo temporis lapſum re-
ſultat præſcriptio etiam demptis anni minoris ætatis dictæ
Bernardinæ, & alijs † annis à iure aſſignantis in fauorem 7
minorum pro reſtitutione. Etenim cum Bernardina tem-
pore contractus eſſet ætatis annorum 11. & ſic anno 1585.
perueniſſet ad annos 20. & anno poſtea 1589. lapſi fuiſ-
ſent quatuor anni, intra quos poterat reſtitutionem pete-
re, ab inde citra incæpit currere præſcriptio, quæ de anno
1621. decurſis annis 31. & vltra † fuit pluſquam comple- 8
ta, & obſtat Bernardinæ, itaut hodie nequeat agere de nul-
litate, *l. fin. C. de præſcript. 30. annorum* Roland. *conſ. 72.
num. 19. & ſeqq. lib. 2.* Rota *apud Card. Seraph. deciſ.
1360. num. 3. & in Ariminen. domus 11. Decembris 1620.
coram R. P. D. meo Remboldo.*

Nec huiuſmodi præſcriptio valet infringi ex allegata
doli præſumptione in emptore, quia hæc præſumptio nul-
lis fulcitur probationibus, nec † vllus dolus in contra- 9
ctu huiuſmodi geſto adhibitis ſolemnitatibus, & præ-
ſente pecunia videtur rectè poſſe conſiderari, & in om-
nem euentum quælibet cauſa † colorata excuſat in præ- 10
ſcriptione longi temporis à mala fide.

Et ita, &c.

* Vide infra in Additione hanc deciſionem prout in In-
dice in eius fine poſito.

R. P. D.

R. P. D. REMBOLDO.

Ferrarien. Pensionis.

Die Veneris 15. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Tractatur, an translatio pensionis, de qua hic agitur, facta à claræ me. Cardinale Montalto in D. Principem Perettum, vigore indulti sibi concessi à fel. recor. Six. V. sit valida, stantibus deductis in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Pensiones, quandu dicuntur validè translatæ.*

2 *Ecclesiastica persona, vt quis dicatur, debet esse de foru Ecclesiæ.*

3 *Text. in cua. duo sunt generu. 12. q. 1. declarutur.*

4 *Personarum duu sunt generu, vnum clericorum, & aliud laicorum.*

5 *Ecclesiastica persona, vt quis ostendatur esse, sufficis docere, quod non sit purus laicus, & num. 18. 20. & 21.*

6 *Ecclesiasticæ personæ illæ dicuntur, quæ sunt Clericali charactere insignitæ.*

7 *Clericus quis potest esse, & tamen propter aliqued impedimentum non gaudere priuilegijs Clericorum.*

8 *Ecclesiastica persuna, vt quis dicatur, requiritur vt sit talis saltem in potentiu, ad hoc, vt gaudere possit effectibus Clericatus, & 9. & 10.*

11 *Ecclesiastica persona, vt quis dicatur, non requiritur potentia talis, quæ pendeat à mera illius voluntate, sed sufficit, quod habeat impressum characterem clericalem.*

12 *Ecclesiastica persona, quando quis dicutur large mode.*

13 *Dispensatiu ad effectum dispensatum abstrahit, & eradicat omnem inhabilitatem, pro vt ab initio numquam fuisset incursa.*

14 *Ecclesiasticæ personæ dicuntur illæ, quæ gaudent priuilegiu Clericorum.*

15 *Clericus gaudens aliquo priuilegio clericatus, quandu dicatur verus Clericus.*

16 *Vxoratus est persona ecclesiastica, si Clericali charactere sit insignitus.*

17 *Vxoratus, vt dicatur persona Ecclesiastica, debent cuncurrere requisita de qua in cap. vnic. de cler. coniug. in 6.*

19 *Pensionum sunt capaces etiam illi, qui solo charactere clericali sunt insignitietiam quod non gaudeant priuilegio feri, & num. 20.*

22 *Indultum concessum Motu proprio, & cum clausulis amplissimis, largè interpretari debet.*

23 *Gratiæ Apostolicæ recipiuntur interpretationem à Stylo Curiæ, & vsu patris familias.*

24 *Clericum per Bigamiam denudatur omni priuilegio Clericali, & num. 31.*

25 *Bigamia non extinguit characterem semel clericu impressum, & num. 30.*

26 *Bigamus regulariter efficitur incapax pensionum Ecclesiasticarum.*

27 *Pensionum Ecclesiasticarum quis efficitur incapax, per contractum simplicis matrimonij.*

28 *Bigamus mediante dispensatione Apostolica potest obtinere, vt sit capax pensionum Ecclesiasticarum, num. 29. 30. & 43.*

32 *Papa, quando dispensat Bigamum ad effectum retinendi pensiones Ecclesiasticas, censetur eum dispensare etiam ad retinendum priuilegium clericatus ad dictum effectum.*

33 *Dispensatio trahitur ad connexu, & necessaria consequutiua.*

34 *Bigamus, si dispensetur, antequam incurrat in bigamiam, præseruatur ab illius pœna.*

35 *Bigamus, quandu dispensatur, quis sit effectus dispensationis.*

37 *Indultum concessum umplius clausulis, absurdum est, quod nihil uperetur.*

38 *Laicis non assignantur pensiones Ecclesiasticæ.*

39 *Pensiones Ecclesiasticæ, quando dantur alicui vt laico, tunc si sit bigamus, non eget alia dispensatione.*

40 *Ex correspectiuitate ratione temporis, censetur vnum propter aliud factum.*

41 *Personæ alicui coniecturæ, præsumuntur ei gratæ.*

42 *Pensiones Ecclesiasticas obtinens vltra summam præscriptam à constit. Sixti V. tenetur habitum, & tonsuram Clericalem deferre.*

DECISIO XII.

DOmini steterunt in decisis 14. Iunij 1624. quod trans-
latio pensionis facta à claræ mem. Cardinale Mon-
talto in D. Principem Perettum, sit valida, † quia sci- 1
licet constat de sufficienti facultate dicti D. Cardinalis
transferendi dictam pensionem, ac etiam quod D. Prin-
ceps tempore dictæ translationis erat capax pensionum,
in ipsum vigore facultatum dicti D. Cardinalis transfe-
rendarum, vt latè fuit in alia decisione deductum.

Nec obstat, quod primum Indultum concessum D.
Cardinali à fel. record. Sixto V. est restrictum ad personas
Ecclesiasticas, qualis non erat D. Princeps tempore dictæ
translationis, cum † tunc non esset de foro Ecclesiæ, 2
prout requiritur ad hoc, vt quis dicatur persona Ecclesia-
stica Canon. duo sunt genera 12. qu. 1. Dec *in c. Ecclesia
Sanctæ Mariæ nu 25. de constit.* quia solutio huius obiecti
benè colligitur ex dicto Can. duo sunt, nam in dicto Can.
non dicitur † quod illæ tantum censentur personæ Eccle- 3
siasticæ, quæ sunt de foro Ecclesiæ, sed dicitur, quod duo
sunt genera † personarum, vnum Clericorum, & aliud 4
Laicorum; vnde ad effectum, vt doceatur D. Principem
fuisse personam Ecclesiasticam tempore dictæ translatio-
nis sufficit ostendere, † quod ipse tunc non erat purus 5
laicus, sed Clericali charactere insignitus, ad differen-
tiam enim Laici, etiam illæ † personæ dicuntur Eccle- 6
siasticæ, quæ sunt Clericali charactere insignitæ Lap. *al-
legat. 138. nu. 12. versic. tamen istud credo*, neque ad hunc
effectum requiritur quod sint de foro Ecclesiæ, potest
enim stare insimul quod quis sit Clericus, † & propter 7
aliquod impedimentum non gaudeat priuilegijs Clerico-
rum, nec propterea desinit esse Clericus, Abb. *in cap. 1.
num. 6. de vit. & honest. Clericorum.*

Nec obstat, quod ad effectum, † vt quis dicatur per- 8
sona Ecclesiastica requiritur quod saltem in potentia sit
talis, vt possit gaudere priuilegio fori, & alijs priuilegijs,
seu effectibus Clericatus, quia in primis pro responsione
est aduertendum, quod non requiritur ad hoc, † vt quis 9
dicatur persona Ecclesiastica, quod in potentia sit talis,
vt possit gaudere omnibus Priuilegijs Clericorum, sed
sufficit, quod possit gaudere etiam aliquo priuilegio, ad
illum enim † effectum dicitur persona Ecclesiastica 10
(quidquid sit quoad alios effectus) quia concurrit in eo
Clericatus, & potentia gaudendi aliquo priuilegio Cle-
ricatus, & sic ad illum effectum non potest dici Laicus.

Secundò etiam aduerti debet, † quod non requiritur 11
potentia talis, quæ pendeat à mera illius voluntatem, sed
sufficit quod habeat impressum characterem clericalem,
ita vt sublato impedimento, vel de facto vel mediante su-
perioris dispensatione possit gaudere priuilegijs Clerico-
rum, quia etiam tunc antequam tollatur huiusmodi im-
pedimentum dicitur persona † Ecclesiastica largo tamen 12
modo, & ad differentiam laici, quia scilicet habet impres-
sum characterem Clericalem, & sine noua susceptione
characteris potest sublato impedimento vel de facto, vel
mediante, vt dictum est, superioris dispensatione gaudere
priuilegio Clericorum, & si quidem impedimentum omni-
nò tollatur, tunc gaudebit omnibus priuilegijs Clericorũ,
si verò omninò non tollatur, sed ad certos tãtum effectus,
tunc gaudebit priuilegio Clericorum quoad illos effectus,
& quoad illos effectus erit, & reputabitur persona Ec-
clesiastica etiam quod quoad alios effectus habeatur

13 pro Laico; quia dispensatio † ad effectum dispensatum abstrahit, & eradicat omnem inhabilitatem, prout si ab initio nunquam esset incursa, Io. Andr. *in cap. in generali. 82. sub num. 3. vers. quadragesimus septimus de reg. iur. in 6.* Oldrad. *cons. 215. num. 5.* Miles. *in verb. dispensatus non est idem.* Dec. *in c. etsi Cleric. §. de adulteriis num. 168. de Iud.*

Hæc igitur applicando ad casum nostrum, constat D. Principem fuisse tempore dictæ translationis, & multo antè clericali charactere insignitum, & tunc gaudere in potentia priuilegio Clericorum, quia scilicet sublato impedimento absque noua susceptione characteris Clericalis poterat frui priuilegijs Clericorum, quin etiam non solum in potentia, sed etiam actu ipso gaudebat aliquo priuilegio Clericorum, quia scilicet, mediante Apostolica dispensatione erat effectus capax pensionum Ecclesiasticarum, quod est priuilegium Clericorum, vt infra clarius demonstrabitur, atque ita en magis erat persona
14 Ecclesiastica, quia personæ † Ecclesiasticæ dicuntur illæ, quæ gaudent priuilegio Clericorum, vt expressis verbis dicit *gloss. in cap. quis quis 17. quæst 4. in verbo Ecclesiasticis*, ad quam se refert Dec. *in d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ sub num. 35. vers. & quæ* vbi quod notat *d. glos. in c. quis quis 17. qu. 4.* quæ personæ sint Ecclesiasticæ.

Nec obstat, quod Dominus Princeps tunc non gaudebat omnibus priuilegijs Clericorum, quia sufficit, quod
15 gauderet aliquo priuilegio, ad illum enim † effectum erat verus Clericus, & per consequens ad illum effectum erat persona Ecclesiastica, & sic potuit in eum, tanquam in Clericum, & personam Ecclesiasticam ad dictum effectum transferri dicta pensio, vt in fortioribus terminis tenuit aliàs Rota *in causa Veronen Pensionis 23. Februarii* 1600. coram bon. mem Cardinali Lancellotto, in qua disputato dubio particulari, An D. Marchio Benellus, qui tunc erar Vxoratus, nec gaudebat aliquo priuilegio Clericatus esset persona Ecclesiastica, fuit firmatum
16 quod † erat persona Ecclesiastica, qui erat insignitus Clericali charactere, & in decisione tunc extensa dicitur,
17 quod licet in eo † non concurrant requisita *in c. vnico de Cleric. coniug. lib. 6.* itaut priuilegiis gaudere non possit, & esset in statu laicalitatis vt inquit *glos. in c. quisquis in*
18 *verb. duxerit 84. dist* tamen non † propterea erat putus laicus, Ideoque continebatur appellatiune Clericorum, quod sufficir vt censeatur persona Ecclesiastica ad certos tamen effectus, etiam quod in alijs habearur pro laico, & sic ad effectum pensionis ex intentione Papæ iuxta stylum Curiæ.

Non obstat, quod verba indulti concessi bo. me. Cardinali Montalto intelligi debent de persona Ecclesiastica quoad omnes effectus, quia imò intelligi debent de persona Ecclesiastica iuxta subiectam materiam, & stylum curiæ, ac propterea cum simus in materia pensionis, quæ tempore, quo fuit concessum dictum induitum passim retinebatur etiam à clericis non incedentibus in habitu, benè possunt dicta verba intelligi de personis solo characte-
19 re † Clericali insignitis etiam quod tales personæ non gaudeant priuilegio fori, dummodo alias sint capaces pensionum, vt in puncto fuit firmatum in dicta *Veronen. Pensionis*, in qua agebatur de interpretatione similis indulti concessi à san me. Pio Quinto bo. me. Cardinali Alexandrino transferendi pensiones in personas Ecclesiasticas, li-
20 cet etiam tunc opponeretur quod huiusmodi † indulta sunt odiosa, & strictè interpretanda, quodque intelligi debent de persona Ecclesiastica, quæ verè sit talis, & non largo modo, vt est videre ex scripruris, & positione tunc data, nihilominus his non obstantibus, fuit resolutum, Dominum Marchionem poste dici ad dictum effectum
21 largo † modo personam Ecclesiasticam, etiam quod non gauderet aliquo priuilegio clericatus, vt supra dictum est.

Quod eò magis in casu isto procedit, quia versamur in indulto concesso Motu proprio, & cum clausulis prægnan-
22 tissimis † illudque propterea largè interpretari debet, itaut censeatur, Papam voluisse concedere facultatem dicto Cardinali transferendi Pensiones sibi reseruatas, non quidem in personas laicas, sed in personas Ecclesiasticas, hoc est de stylo, & consuetudine Curiæ capaces.

Nec est verisimile quod Papa voluerit, quod personæ, in quas transferri debebant pensiones per D. Cardinalem haberent maiores qualitates quàm quæ de Iure, & stylo
23 Curiæ requirebantur, cum † gratiæ Apostolicæ recipiant interpretationem à stylo curiæ, & vsu patris familias, Felin. *in cap. super litteris num. 8. vers. prima regula de rescript.* Cassad. *decis. 12. num. 14. de præben.* Put. *decis. 181. num. 6. lib. 1.*

Et tollitur omnis prorsus difficultas, quia idemmet Pontifex dictum Iodultum ampliando concessit per aliàs litteras eidem Cardinali facultatem transferendi dictas pensiones, etiam in personas merè laicas, cum clausula *ex nunc, prout ex tunc*, & postquam clericali charactere insigniti fuerint; ex hoc enim secundo indulto apertè colligitur, quod Papa contentus fuir, quod Cardinalis posset transferre pensiones in personas solo clericali charactera insignitas, ac propterea, vel dicendum erit, quod appellatione personarum Ecclesiasticatum in primo Indulto voluerir comprehendere personas Clericali charactere insignitas, & capaces pensionum, etiam si tales personæ non essent de foro Ecclesiæ, vel certè negari non poterit, quin tales personę sint in dicto secundo Indulto comprehensæ, quia scilicet, vt dictum est, Papa in dicto secundo Indulto fuit contemptus quod dictæ personæ essent solo charactere clericali insignitæ, nec vlterius requisiuit, quod dictæ personæ insignitæ clericali charactere essent de foro Ecclesiæ, nec quod essent personæ Ecclesiasticæ.

Nec obstat si dicatur quod Papa in secundo Indulto dedit facultatem transferendi pensiones in laicos dummodo infra duos menses se faciant insigniri Clericali charactere, non autem dedit facultatem transferendi pensiones in personas, quæ tēpore translationis essent solo charactere clericali insignitæ, quia hoc frustra dicitur; nā si Papa voluit posse transferri dictas pensiones in laicos cū dicta clausula, *ex nunc, prout ex tunc* & postquam clericali charactere insigniti fuerint, vtque fatendum erit multo magis voluisse easdem pensiones posse transferri in iam insignitos clericali charactere, atque ita concludi oportet, quod ad effectum, vt D. Princeps doceat, quod in eo concurrat qualitas requisita in dictis indultis sufficit, quod doceat se fuisse longe ante clericali charactere insignitum, dummodo ei aliud legitimum impedimentum non obstet.

Nec obstat, quod D. Princeps tempore dictæ transla-
tionis erat bigamus, † & per dictam bigamiam omni pri- 24
uilegio Clericali denudatus per tex. *in c. 1. de Bigamis in 6.*
quia vt in alia decisione fuit ostensum per dictam † Biga- 25
miam non fuit extinctus character semel Domino Principi impressus, Ideoque nec dictus D. Princeps desiit esse
Clericus, & licet per † Bigamiam regulariter quis ef- 26
ficiatur incapax pensionum Ecclesiasticatum, prout
etiam per contractum simplicis † matrimonij, vt fuit 27
dictum in *Cæsaraugustana Pensionis* 1610. coram bon. mem Cardinale Lancellotto, & aliàs sæpius, tamen
dubium non est quin etiam Bigamus, † mediante Apo- 28
stolica dispensatione possit obtinere, vt sit capax Pensionum Ecclesiasticarum, ac propterea, cum D. Princeps sit amplissimè dispensatus, vt etiam si contingeret eum cum vna, vel pluribus matrimonium contrahere, possit retinere, & consequi pensiones, non potest dicto D. Principi obstare, nec defectus dictæ qualitatis, quod sit Clericus, nec etiam prætensa incapacitas, cum ipse tempore
translationis verè esset Clericus, & etiam † capax Pen- 29
sionum, mediante dispensatione.

Nec obstat, quod D. Princeps non fuit dispensatus super Bigamia, hoc est, quod non obstante Bigamia remanear Clericus, seù retineat priuilegium Clericale quod habebat ante Bigamiam obtinendi Pensiones, quia preterquam quod quocunque modo fuerit dispensatus D. Princeps semper erit verum dicere, quod ipse erat tempore translationis Clericus, & capax Pensionum, quo sufficit ad effectum, de quo agitur.

Cessat etiam difficultas ex latè deductis in alia decisione, in qua per plura fundamenta fuit firmatum, quod D. Princeps fuit in effectu dispensatus ad retinendum priuilegium Clericale quoad Pensiones per eum obtinendas,
quia scilicet, stante † dicta dispensatione ei poterant con- 30
ferri, seu assignari Pensiones, tanquam Clerico, licet
quoad alios effectus esset laicus, & omni alio priuilegio † 31
Clericorum denudatus, prout passim videmus, quod sub eadem, vel simili forma dispensatis assignantur Pensiones tanquam Clericis, neque vnquam fit mentio retentionis dicti Priuilegij, quia scilicet eo ipso quod Summus Pontifex dispensat Clericos sic denudatos ad retinendum,
seu obtinendū Pensiones, censetur † ipsos dispensare tan- 32

quàm

quàm in necessarium antecedens (attento stylo, & consuetudine Curiæ) ad retinendum priuilegium Clericatus ad dictum effectum, cum sine eo non possent (attento dicto stylo, & consuetudine) retinere, seu consequi di-
33 ctas Pensiones; dispensatio † enim trahitur ad connexa, & necessaria consequutiua, Felin. *in cap. 3. num. 6. de constit. & in cap. at si Clerici, §. de adulteriis num. 16. versic. fallit de iudic.* Sanchez *de matrim. lib. 8. disput. 1. num. 19.*

Quæ eo facilius in casu isto procedunt, quia D. Princeps fuit dispensatus ante contractam Bigamiam, & sic antequam fuisset per eum incursa pœna dictæ Bigamiæ.
34 Vnde mediante † dicta dispensatione fuit à dicta pœna præseruatus, Ideoque nunquam, fuit ad effectum super quo fuit dispensatus, priuilegio, quod acquisiuit per impressionem Clericalis characteris denudatus, licet etiamsi fuisset subsecuta dispensatio censeretur ad statum, in quo prius erat, reintegratus perinde ac si non fuisset dicto pri-
35 uilegio † denudatus, hic enim est effectus dictæ dispensationis, prout vltra supradictos plenè per Sanchez *lib. 7. disput. 1. num. 1. vers. & dispensatio.* Molin. *de iust. & iur. tom. 1. tract. 2. disput. 108. vers. quoniam eo ipso*, Suarez *de leg. lib. 6. cap. 11. vers. vnius effectus legis est, & vers. seq.*

Atque ita semper erit verum dicere, quod Dominus Princeps tempore dictæ translationis erat Clericus, quia
36 scilicet per Bigamiam † non fuit deletus character prius ei impressus, & erat vti Clericus (stante dicta dispensatione) capax Pensionis, & sic gaudebat priuilegio Clericatus quoad dictum effectum, Ita ut in eum potuerit, tanquam in Clericum transferri dicta Pensio, attento stylo Cutiæ.

Nec contrarium affirmari posse videtur, quia quatenus diceretur, quod in D. Principem sic dispensatum non potuisset ttansferri Pensio tanquam in Clericum sed tanquàm in laicum tantùm, vltra pluta alia absurda, quæ ex supra deductis, & fusius in alia decisione ponderatis colligi possunt, maximum sequeretur, quod dicta dispensa-
37 tio † tam amplis clausulis concepta (quidquid esset dicendum quoad effectum retinendi Pensiones, quæ forsan iam erant tempore dictę dispensationis ad fauorē eiusdē D. Principis reseruatæ, de quibus tamen non constat) ad effectum certè obtinendi alias Pensiones in futurum, & sic ad effectum vt possent in futurum transferri pensiones in D. Principem, ad quem effectum principaliter emanauit dicta dispensatio, nihil dicto D. Principi profuisset, quia sci-
38 licet † laicis non assignantur pensiones, nec alicui datur facultas tranferendi pensiones in laicos, & si cui fuisset concessa talis facultas potuisset eas transferre in D. Principem etiam absque eo, quod D. Princeps obtinuisset di-
39 ctam dispensationem, quando enim alicui † assignatur pensio vti laico, tunc non indiget alia dispensatione ratione bigamiæ, aut alterius similis defectus, atque ita frustra fuisset dispensatus D. Princeps vti laicus, nec per consequens dici potest, quod Papa voluerit quod D. Princeps non posset consequi, & retinere pensiones vti Clericus mediante dicta dispensatione, sed vti purus, & merus laicus tantum, maximè verò quia ex multis apparet, quod Papa concessit dictam dispensationem D. Principi, vt D. Cardinalis posset in eum transferre suas pensiones, atque hoc inter alia eti m demonstrat quod eadem die datæ apparent Indultum D. Cardinalis tranferrendi dictas suas pensiones, & etiam dicta Domini Principis dispensatio,
40 ex † qua correspectiuitate ratione temporis censetur vnum concessum propter aliud, maximè cum ambo es-
41 sent pronepotes eiusdem Pontificis, & † sic personæ illi gratæ, ad quorum fauorem fit lata interpretatio, vt dixit Rota coram me in alia *Firmana Pensionis* pro translatarijs eiusdem Cardinalis.

Non obstat alia Sixti Quinti constitutio emanata post
42 dictam dispensationem, qua sanciuit quod pensiones, † vltra summam ibi præscriptam percipientes teneantur habitum, & tonsuram Clericales deferre alioquin pensiones eo ipso extinctæ essent, quia postmodum idem D. Princeps fuit per san. mem. Clementem Octauum dispensatus, quod vita sua durante vestes talares, aut alium habitum, & tonsuras Clericales gestare minime teneretur, & nihilominus pensiones ipsi vigore prædictæ dispensationis à Sixto V. concessæ reseruandas percipere, & retinere valeret. Vnde apparet, quod potuit in eum trans-
43 ferri d. pensio tanquam † in Clericum Bigamum dispensatum quoad priuilegium obtinendi pensiones, non obstante dicta Sixti Quinti Constitutione cum super eadem fuerit à san. mem. Clemente Octauo dispensatus.

Non obstat, quod fuit dispensatus per dictas litteras Clementis, vt posset retinere dictas pensiones tanquam purus laicus, quia in dictis litteris dicitur, vt possit eas retinere in quocunque statu, & sic etiam in statu Clericali, & fit mentio pensionum reseruandarum vigore dictę dispensationis, pensiones autem reseruandæ vigore dictæ dispensationis poterant, & debebant reseruari tanquam Clerico, quia vt supra dictum est, D. Princeps fuit dispensatus tanquàm Clericus, ergo D. Princeps fuit dispensatus retinendi dictas pensiones vt Clericus etiam quod non incederet in habitu.

Alijs fuit in alia decisione satisfactum.

Habetur hæc decisio infra in Additione pro vt in indice in eius fine posito. Et infra pariter in hac parte adest altera decisio in hac causa sub die 21. Martij 1627. coram bonæ memoriæ Cardinali Virili. Est in ordine decisio 50.

REVERENDISSIMO VRGELLEN.

Perusina Pecuniaria de Balleonibus.

Die Veneris 22. Maij 1626.

A R G V M E N T V M.

Venditori debentur fructus pretij non soluti rei emptæ, nè scilicet empor cum eius iactura retineat rem, & pretium, & vtrum isti fructus possint à principio taxari.

S V M M A R I V M.

1 *Emptor, si habuerit rem, & non tradiderit prætium, tenetur ad fructus conuentos.*
2 *Emptor rem, & pretium cum venditoris iactura retinere non debet.*
3 *Emptor retinere non debet rem, & pretium, quod procedit etiam pro rata pretij non soluti, sicut pro toto.*
4 *Emptor non debet retinere pretium rei emptæ, etiamsi venditor ex d. pretio statim sibi soluto nihil sit lucraturus.*
5 *Cum solum attendatur fructuum perceptio non est habenda ratio lucri, sed solum quod emptor fructus perceperit.*
6 *Fructus pretij rei emptæ debentur, quamuis emptor non fuerit in mora soluendi pretium.*
7 *Fructus pretij rei emptæ non sunt propriè vsuræ, sed potius reparatio damni.*
Fructus pretij rei emptæ non debentur, vt vsuræ, sed vt res propria, ex æquitate iustitiæ commutatiuæ, num. 7.
8 *Fructus pretij rei emptæ debentur, quamuis statim dominium rei venditæ transierit in emptorem, & si ex re propria fructus perceperit, & num. 9.*
10 *Emptori, quando est concessa dilatio ad soluendum, non debetur interesse compensatiuum.*
11 *Conuentio illa valet, nempe vt dilatione pendente fructus pretij rei emptæ debeantur, & num. 12.*
13 *Fructus pretij rei emptæ licitè ab initio potest taxari ad rationem quatuor pro centenario.*
14 *Vsuræ, in omnibus casibus, in quibus sunt permissæ, & debitæ, potest etiam ab initio deduci certa quantitas, quæ appareat esse verum interesse.*
Fructus pretij rei venditæ non debetur, quando d. res remanet penes ipsum venditorem, num. 14.
15 *Possessionis realis traditio non probatur instrumento.*
16 *Text. in l. curabit. C. de act. empt. non latrat, quando res vendita remansit penes venditorem.*
17 *Constituens se nomine alterius possidere, satis ex hoc*

videtur probari illum fuisse in possessione.

18 *Possidens, si asserat minus pacificè possedisse aliquam partem rei, admittit se alias partes pacificè possedisse.*

19 *Regula sext. in l. cum prætor. ff. de iudic. semper procedit, quando casus expressus non includitur alia via, aut iure in casus expresso.*

20 *Possessio actualis probatur ex vsu rei.*

21 *Possessionis veræ nulla est certior regula, quàm illa, quæ ex fructuum perceptione desumitur, & nu. 22.*

23 *Interesse pretij rei venditæ non debetur pendente dilatione ad soluendum d. pretium.*

24 *Emptori quando certa dilatio data est ad soluendum pretium, importat, vt pro eo tempore certo fructibus renunciatum censeatur, & vide, n. 27. & 28.*

25 *Emptori, si detur dilatio ad soluendum pretium, ista dilatio est augumentum rei, quæ fuit ideo maioris empta.*

26 *Conditio, si in Capitolium ascenderit, sic accipienda est, vt cum primum poterit Capitolium ascenderit.*

29 *Fructus pretij rei venditæ debeatur ex æquitate l. curabit C. de action. empt. periade ac si venditio ab initio fuisset purè concepta.*

31 *Venditor, si dederit fideiussores, quos emptori de euictione promisit, nihilominus ob dilatam pretij solutionē tenebitur venditori soluere interesse, & n. 30.*

32 *Emptori, quando est concessa dilatio ad soluendum pretium, & est adiecta solum executioni, & non obligationi, quid operetur.*

33 *Emptori, quando fuit concessa dilatio ad soluendum fructus pretij non soluti vsque ad certum tempus, ex hoc non censetur remisisse dictos fructos venditor.*

34 *Tempus non est modus tollendi vel inducendi obligationem.*

35 *Solutio promissa sub conditione, non potest peti ante quam non purificetur conditio.*

36 *Emptor non potest agere ad interesse pretij soluti contra venditorem qui rem venditam retinuit.*

37 *Venditor fructus pro rata pretij non soluti cum effecta petere, & exigere potest, & num. 34.*

38 *Ius suum cedens alicui, si agat sine actione agit.*

39 *Ius suum cedens alicui, vt excludatur ab actione, quid requiratur.*

40 *Cessio alicuius iuris facta à debitore creditori, quando importet tantum simplex mandatum, & num. 41.*

42 *Actorum transportatio, quando non sit necessaria.*

DECISIO XIII.

BRachius de Balleonibus nomine proprio, Caroli fratris, & Galeotti patrui de anno 1603. vendidit Annibali Velliæ Castrum Turris Andreæ pretio scutorum sexdecimmille, ex quibus solutis scutis vndecim mille, conuentum fuit, vt alia scuta quinque millia remanerent penes Annibalem pro redemptione cuiusdam Turris Clausinæ nuncupatæ, & quod Carolus, & Galeottus tenerentur d. venditionem ratificare, circa verò fructus recompensatiuos fuit conuentus his verbis. *Che mentre d. Signor Annibale riterrà in mano li cinque milla scudi da impiegarsi, come di sopra, detti Signori Baglioni, nè altra persona passa pretendere cosa alcuna sotto nome de frutti, danni, ne sotto qualsiuolglia altro nome per il tempo, e termine di doi anni da computarsi dal dì, che saranno seguite le dette ratificationi, & hauuto il pacifico, vacuo, & real possesso di tutte le Terre, & giurisditioni vendute nel modo, & forma detti di sopra, e non prima ma passati detti doi anni sia tenuto esso Signor Annibale pagare à detti Signori Galeotto, Bracio, & Carlo di detta somma di cinque milla scudi à ragione di scudi quattro per cento l'anno.* Cum autem Annibal, & habentes causam ab eo, retinuerint prædicta scuta quinque millia residui pretij, & nunquam soluerint dictos fructus, immò contendebant ad eos non teneri, nisi à die sequutæ ratificationis, & perfecti adimplementi; prætendentes contrarium Domina Constantia, & eius Sorores de Balleonibus actrices, vt hæredes dd. fratrum venditorum. Propterea causa mihi commissa, Dubitaui, An prædicti fructus debeantur, & ad quam summam, & post binas propositiones factas die 4. Iunij 1625. & 3. Ianuarij 1626. fuit hodie resolutum fructus deberi † ad dictam rationem con- 1
uentam quatuor pro centenario, ex æquitate, *l. Iulianus, §. ex venditio ff. de act. empt. & l. curabit, & ibi omnes C. eod. tit.* quæ in eo fundata est, ne interim emptor † habeat 2
rem, & pretium cum venditoris iactura, Couar. *var. resolut. lib. 3. cap. 4. num. 2.* Rota *in Romana Casaletti 20. Iunii 1611. coram Illustriss. Cardinali Sacrata*, quæ propterea locum † habet pro rata pretij non soluti, sicut pro 3
toto, *l. fin. §. fin. de fund. dot.* Corn. *cons. 145. num. 14. lib. 2.* Surd. *cons. 101. num. 15.* & etiam si venditor ex pretio † statim sibi soluto nihil esset lucraturus, *l. fin. ff.* 4
de peric. & commod. rei vend. cum enim attendatur sola fructuum perceptio, † non est habenda lucri ratio, sed so- 5
lum quod emptor fructus perceperit. Couar. *vbi supra nu. 2. vers. 2. deducitur*: quo etiam fit, vt debeantur, † 6
quamuis emptor non fuerit in mora soluendi pretium Bald. *in l. si traditio nu. 19. C. de act. empt.* Salicet. *in d. l. curabit in fin.* Alexan. *cons. 121. num. 2. lib. 4.* Gabr. *cons. 57. per tot.* Honded *cons. 30. num. 17. cum seqq. lib. 1.* etenim cum † illi fructus non sint propriè vsuræ, sed potius 7
reparatio damni, Surd. *d. cons. 101. nu. 20.* non debentur vt vsuræ, sed vt res propria ex æquitate iustitiæ commutatiuæ. Couar. *vbi supra, n. 1.* Honded. *cons. 44. lib. 1.* & ideò non mora, sed sola dicta æquitatis ratio est attendenda.

Et inde etiam sequitur deberi dictos fructus, † quam- 8
uis statim dominium rei venditæ transierit in Annibalem, & sic ex re propria fructus perceperit, vt contra Abb. *cons. 66. lib. 1.* Dec. *cons. 119.* & alios resoluit Couar. *ibid. nu. 4.* & de communi attestatur. Io. Bap. Lup. *in d. l. curabit comment. 1. §. 7. n. 141.* Rot. *in d. Romana Casaletti, vers. nec facit.* Si enim Balleonibus à principio fuit licitum non transferre dominium in Annibalem, nisi donec pretium integrè solueret, & interim exigere fructus recompensatiuos pretij non soluti, nihil est, quare etiam illis non licuerit statim in eum transferre dominium, & nihilominus ab eodem dictos fructus exigere, quasi ministerio legis dominium cum d. onere translatum fuerit. Alioquin liceret, emptori retorquere beneficium, quod ei dedit venditor contra ipsum † ad *l. cum in fundo, & l. cum extraneus* 9
ff. de iur. dot. nec attenderetur sola fructuum exceptio, aut æquitas, de qua supra, sed dominij translatio contra verum sensum *d. l. curabit.*

Sicut, & ob eandem rationem, quamuis dilatione ad soluendum emptori concessa interim non debeatur interesse recompensatiuum, tamen iuxta † magis receptam, & 10
veriorem sententiam contra Couar. *cons. 189. n. 7. cum seq.* valet † conuentio, vt dilatione pendente fructus debean- 11
tur, quia hoc casu non dicitur dilatio data simpliciter, sed secundum quid, & cum eo onere, Dec. *in c. cum venerabilis, n. 63. de except.* Couar. *vbi supra n. 5.* Viu. *dec. 424. n. 12. lib. 3.* Roder. *de ann. reddit. lib. 3. quæst. 8. n. 15. vt enim inquit* Nauar. *cons. 21. num. 4. de vsur. lib. 5.* interesse non censetur † promissum propter dilationem, sed propter 12
fructus, quos venditor interim percipere poterat.

Et, si non data dilatione fructus debentur, nihil etiam est, cur ea concessa non possit in pactum deduci, vt debeantur, ne dilationis beneficium datum emptori contra venditorem, qui illud dedit, retorqueatur.

Vnde etiam benè sequitur fructus in hoc casu licitè ab initio potuisse taxari ad rationem † quatuor pro centena- 13
rio, cum quantitas ista sit commensurabilis quantitati, quæ iuxta verisimiles coniecturas ex fructibus in futurum percipi potuisset, vt plures allegans resoluit Couar. *vbi supra n. 5. versic. 7. eadem* inspectio, quandoquidem, & in omnibus casibus, in quibus vsuræ sunt permissæ, † & debitæ, 14
potest etiam à principio in pactum deduci certa quantitas, quæ appareat esse verum interesse, Bald. *in l. rogasti, §. si tibi ff. si cert. petat. & in l. 1. C. de distract. pignor.* Alex. *cons. 31. n. 13. lib. 6.* Viu. *decis. 424. n. 4.* Medin. *de contract. quæst. 38.* Paris. *cons. 60. n. 31. lib. 1.* Ioan. Bapt. Lup. *in d. l. curabit, comment. 1. §. 6. n. 126.* Sot. *de iust. & iur. lib. 6. qu. 1. art. 3.* Menoch. *cons. 110. num. 53. cum seq.*

Neque obstat, si dicatur rem venditam non fuisse traditam, sed penes Balleones venditores remansisse, prout videbatur inferri eo ipso, quod fuit conuentum nihil fructuum nomine exigi posse ante biennium à die sequutæ traditionis, quo casu ex constituto, de quo in d. venditionis Instrumento † non probatur realis possessionis 15
tradi-

traditio, Surd. *decis.* 157. *nu.* 5. Modern. *de salu. interd in-*
spect. 3. *c.* 2. *num.* 1016. & Rota *decis.* 169. *nu.* 7. *in impress.*
apud eosdem Modern. & inde cessare fructuum perceptio-
16 nem, & † consequenter æquitatem dictæ *l. curabit*, Ca-
gnol. *ibi num.* 26. Rota *decis.* 564. *n.* 1. *p.* 1. *recent.* & apud
Gregor. XV. *decis.* 347. *n.* 1. *vbi etiam adden.* & ad istam
difficultatem fuerat præcipuè difficultas restricta. Nam
fuit benè responsum, quod quidquid sit, an stantibus su-
pradictis ex solo constituto probetur possessio translata in
Annibalem, constare tamen eum fuisse in actuali posses-
sione ex alio instrumento de anno 1609. in quo permissa
narratiua venditionis sibi antea factę per Dominos de Bal-
leonibus idem Castrum cum omnibus suis iuribus vendi-
17 dit Marchioni Lanti constituens † se eius nomine possi-
dere, vnde satis videtur probari eum fuisse in possessione
etiam in præiudicium suorum hæredum, Gratian. *consil.*
42. *num.* 2. *& in* 13. *lib.* 6. Tiraq. *de iur. constit. par.* 3. *limit.*
1. *n.* 20. Præterea in eodem instrumento Annibal reserua-
uit sibi actiones contra Dominos de Balleonibus, quia, vt
ipse dixit, non fuit sibi tradita possessio cuiusdam domus
18 de pertinentijs d. Castri. Cum ergo de possessione minus †
pacifica locutus se restrinxerit discretiuè ad d. domum, ad-
misit se alia pacificè possedisse ex reg. *l. cum prætor*, *ff. de*
iud. quæ semper procedit, quando, vt hic, casus non ex-
19 pressus non † includitur alia via, aut iure in casu expres-
so, nec in eo militat eadem ratio, Osasc. *decis.* 85. *nu.* 12.
Surd. *cons.* 339. *n.* 3. Vlterius ibidem apparet Annibalem
fecisse in d. Castro multa melioramenta, & recepisse à d.
Marchione scut. 477. quæ in illis faciendis erogauerat, vn-
20 de bene probatur † visus rei, & inde actualis possessio,
Menoch. *de retinen. rem.* 3. *n.* 576. Bertaz. *decis.* 47. *nu.* 11.
Fuit etiam conuentum, vt fructus iam collecti spectarent
ad Annibalem, pendentes verò recolligerentur eiusdem
sumptibus, quorum retenta sibi medietate tenerentur
aliam medietatem liberam ab omni expensarum contri-
21 butione Marchioni consignare nulla autem veræ † pos-
sessionis certior regula, quam illa; quæ ex fructuum per-
ceptione desumitur, *l. Titia ff. de solu.* Ludou. Gomez. *in*
reg. de ann. quæst. 47. *n* 1. *&* 2. Cæs. de Grass. *decis.* 10. *n.*
3. *de caus. poss. & propr.* Rot. *decis.* 508. *n.* 1. *par.* 2. *recen.*
Et demum cessabat omnis difficultas ex duobus testibus de
possessione Annibalis concludenter deponentibus.

Ex quibus omnibus, maxime stante tit. præcedenti, &
constituto, de quibus in d. instrumento venditionis Anni-
bali factæ per Balleones de anno 1603. satis superque visa
22 fuit Dominis † probata eius possessio etiam vsque ab ini-
tio Salic. *in l. ex persona C. de probat.* Menoch. *de præsum.*
lib. 6. *præsumpt.* 5. *n.* 4. Berett. *cons.* 89. *num.* 29.

Non obstat, quòd Annibali, quoad fructus, de quibus
nunc agitur, fuit data dilatio vsque post biennium compu-
tandum à die sequutæ ratificationis, itaut interim dum
non fuit ratificatum, & transacti duo anni, non debean-
23 tur, sed tantum ab inde post, sicut etiam nec debentur †
pendente dilatione ad soluend. pretium Bero *in c.* 1. *n.* 125.
de vsur. Gabr. *de empt. & vend. concl.* 4. *num.* 21. *& notant*
omnes in d. l. curabit. Quia fuit non minus optime respon-
sum in casu isto, quoad dictos fructus duas considerari di-
lationes prima certi, & determinati temporis, idest duo-
rum annorum à die ratificationis, & pacificæ possessionis,
qua pendente fructus non debentur etiam si id non fuisset
24 expresse dictum quasi † dilationis certæ natura idem im-
portet, vt pro eo certo tempore fructibus renunciatum vi-
deatur eo ipso quod fuit cogitatum vt certum tempus in-
tercederet, & interim ab emptore fructus perciperentur,
Bero, *vbi supra*. Couar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 5. *an-*
te med. vers. proprio consensu, & Rota in *d. decis. Rom. Ca-*
25 *saletti*, censetur enim d. † dilatio augumentum rei, quæ
fuit ideò maioris empta, Paris. *cons.* 81. *nu.* 30. *lib.* 2. Dec.
cons. 307. *nu.* 3. & Menoch. *cons.* 1111. *num.* 15. Altera ve-
rò dilatio continet tempus incertum, idest quousque se-
quuta fuit ratificatio, & traditio, quæ dilatio nullum se-
cum affert tempus considerabile, ex quo potuit, & debuit
quanto citius adimpleri argu. tex. *in l. hæc conditio si in*
Capitolium 29. *ff. de condit. & demonstr.* ibi, *hæc conditio*
26 † *si in Capitolium ascenderis sic accipienda est*, *si cum*
primum potuerit Capitolium ascenderit; & id ipsum tacitè
inerat, *l. Iulianus*, *§. offerri*, *ff. de action. emptione*, *& in*
puncto Nauar. *cons.* 21. *nu.* 8. *d. vsur. lib.* 5. & propterea,
quia non fuit cogitatum, quod intercederet tempus, vel
27 decurrerent fructus, non potest inde colligi tacita † eo-
rum renunciatio sed perinde habetur, ac si nulla data fue-
rit dilatio, Crauet. *consil.* 92. *nu.* 17. non enim credandum
est, † quod venditor sub incerto voluerit fructus con- 28
donare pro precio, quod illos non caperet; nec in eo propter
incertitudinem, & temporis, & fructuum potuit certa
de illis haberi ratio, qui ideò debentur ex † æquitate *d. l.* 29
curabit, ac si venditio ab initio fuisset purè concepta, ita in
puncto Gabr. *cons.* 57. *num.* 5. *lib.* 1. Paris. *cons.* 60. *num.* 21.
& seqq. lib. 1. Honded. *d. cons.* 30. *nu.* 28. *cum seq. & cons.*
44. *per tot. lib.* 1. Nauar. *vbi supra*, Ioseph. Ludou. *decis.*
Perus. 53. *num.* 5. Rota in *d. Romana Casaletti* 20 *Iunii*, *&*
16. *Decembris* 1611.

His accedit, quod ex defectu ratificationis, & sic imple-
menti per tot annos non fuit impedita fructuum perce-
ptio, nec Annibali aliquod sequutum damnum, ergo † 30
non potest de eo obijci ad effectum lucrandi fructus inte-
rim perceptos, Surd. *cons.* 101. *num.* 24. Cagn. *in d. l. cura-*
bit, *num.* 28. Paris. *d. cons.* 60. *num.* 18. Couar. *vbi sup. nu.*
6. *versic. duodecimo hinc deducitur* Honded. *d. cons.* 44.
num. 21. vbi quod si venditor non † dederit fideiussores, 31
quos emptori pro euictione promisit, nihilominus ob di-
latam pretij solutionem tenebitur venditori soluere inte-
resse, si interim fructus percepit, Rota *in Romana Societa-*
tis officii 10. *Nouembris* 1627. *coram me*.

Non obstat, quod hic fuit claris verbis conuentum, vt
Balleones non possent quicquam prætendere nomine fru-
ctuum, nisi post biennium à die sequutæ ratificationis, &
proindè quod nō versamur in præsumptione, quod non fuit
de fructibus cogitatum aut illis renunciatum; Quia fuit
etiam optimè satisfactum pactum illud quoad dilationem
incertam non fuisse adiectum obligationi, sed solùm
executioni, † itaut interim fructum currant, suspensa 32
tamen eorum executione in tempus post duos annos à
die ratificationis computandos, Honded. *d. cons.* 44. *num.*
15. quasi actum videatur, vt interim retineantur ab em-
ptore pro sua securitate per modum cuiusdam pignoris
eodem modo, quo suspenditur solutio pretij, interim
dum dantur fideiussores pro euictione promissi *d. §. offer-*
ri, Nauarr. *d. cons.* 21. *num.* 8. Rota *in d. Romana Casaletti*
16. *Decembris*, & quod illa fuerit mens contrahentium cla-
rè conspicitur ex verbis, quibus pactum fuit conceptum,
non enim fuit dictum, quod interim dum non fuit ratifi-
catum, fructus non debeantur, sed quod interim nihil no-
mine fructuum prætendi possit, † quæ verba potius 33
exequutionem, quàm obligationem attingunt, *l. obliga-*
tionum ferè in princip. *ff. de act. & oblig.* ibi, *ex die vel a-*
ti Calendis Martii dare spondes, cuius natura hæc est vt
ante diem non exigatur, & ratio assignatur *in §. placet*,
qui immediatè sequitur, scilicet, quia tempus non † est 34
modus tollendi, vel inducendi obligationem, vbi etiam
Bart. *& in l. fin. ff. rem ratam hab.*

Non obstat, quod sic intelligendo, vt mox dictum
fuit, superfluum fuisset pactum prædictum, cum etiam si
hoc non fuisset expressum, non possent Balleones fructus
petere † cum effectu ante adimplemētum etiam decursos de 35
tempore ante *d. §. offerri*, Quia quamuis omnes conue-
niant, quod emptor non possit agere ad interesse † pretij 36
soluti contra venditorem, qui rem venditam retinuit, &
ex illis fructus percipit, interim dum ipse non adimpleuit,
in quibus terminis loquitur *tex. in d. §. offerri* in venditio-
ne tamen, qui rem tradidit multi tenent non solum deberi
illi fructus ante adimplementum pro rata pretij non solu-
ti, sed etiam † quod interim ab eo cum effectu peti, & exigi 37
possunt, vt multis rationibus assignans differentiæ causam
probat Surd. *in d. cons.* 101. *n.* 26. Vnde ad tollendum om-
ne dubium vtile fuit expresse pacisci, vt fructus decursi, &
debiti pendente ratificatione non possent per Balleones
exigi ante ratificationem, & post illam sequutam, ante
duos annos ab ea computandos.

Sed quod magis est, dicebat vnus ex DD. quod si bene
pacti verba perpendantur, nihil videntur concludere de
fructibus perceptis, interim dum non fuit sequuta ratifi-
catio, sed solum de perceptis infra duos annos post secutam
ratificationem, ibi, *& li detti Signori Baglioni*, *ne altra*
persona non possa pretendere cosa alcuna sotto nome de
frutti per il tempo di due anni però solamente da computarsi
dal dì, che saranno seguite le ratificationi, quasi anteà per-
cepti videantur tacitè promissi, aut sub iuris communis dis-
positione relicti, collata tamen eorum solutione,
& exactione post lapsos dd. duos annos ex verbis pacti
ibi, *ma passati detti due anni sia tenuto detto Signor Anni-*
bale pagare, &c. Quæ verba sunt apta comprehendere tam

fructus decursos aote, quàm decurrendos post dd. duos an-
nos, qui sensus rationi, & iuri, ac verisimili contrahen-
tium menti, iuxta superius dicta magis congruere vi-
detur.

Non obstat, quod Carolus cesserit istos fructus Septimio
38 Eugenio in † satisfactionem cuiusdam debiti, & quod
ideò nunc agat sine actione, quandoquidem d. cessio fuit
simplex, & facta tantum ad commodū cedeotis, & Euge-
39 nius eā nō acceptauit absolutè † sed tentis prioribus actio-
nibus, nec interuenit vnū de tribus requisitis *l. 3. C. de nouat.*
40 quo casu cessio non habetur loco solutionis, † sed simplex
mandatum tantum importat, *l. si mandauero, §. interdum, ff. mand. glos. in l. legaui, in glos. magna ad fin. ff. de vsu-
fruct. legat.* quo fit vt apud Balleones semper remanse-
41 rit directæ actiones efficaces, itaut Annibal non † pos-
sit de cessione opponere, vt in puncto resoluit Bart. *in l.
pacta §. si hæres ff. ad trebell.* Guidop. *decis. 576. num. 3. &
latissimè* Osasc. *decis. 62. per totam.*

Demum non obstant defectus ratificationis illorum de
Montacutis, & integræ transportationis, ac beneplaciti
Pontificis, quia nullibi legitur, quod dicta ratificatio fue-
rit permissa per dd. de Balleonibus, vltra quod in vendi-
tione interuenit illorum procurator, qui promisit dicto
Annibali de rato, & exhibere intra mensem ratificatio-
nis instrumentum nec trasportatio actorum fuit necessa-
ria, quia iam non fuit deuoluta ad Rotam per appella-
42 tionem, sed tanquam in prima † de consensu vtriusque
partis, & demum defectus beneplaciti, quicquid de eo
sit, non impediuit fructum perceptionem, in qua sola
fundatur æquitas *d. l. curabit.*

Ex quibus, cum in actis iam constiterit de ratificatione
dictorum de Balleonibus fuit per Dominos resolutum illis
43 deberi fructus recompensatiuos pro † rata dicti pretij
non soluti ad dictam rationem conuentam quatuor pro
centenario post duos annos, qui duo anni debeant compu-
tari non à die qua facta fuit ratificatio, sed à die, qua mo-
raliter intelligendo fieri poterat iuxta *text. in l. si ita sti-
pulatus essem 14. & l. continuus 137. § cum ita, ff. de
verborum oblig.* vsque ad actualem dicti pretij solutio-
nem. Quantum autem debet esse illud tempus, reser-
uarunt Domini, vt particulariter videatur.

Et ita, &c. vtraque, &c.

REVERENDISSIMO COCCINO.

Romana redditionis rationis.

Die Lunæ 25. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum pupilli, ad fauorem Matris tutricis, pro restitutione eius dotis, donatione propter nuptias, & fructibus dotalibus, vt valeat, quid sit necessarium. Fructus dotis soluto matrimonio, quando mulieri debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum pupilli, quando fit ad fauorem Tutoris, ad hunc effectū requiritur datio alterius Tutoris.*

2 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 113. declaratur.*

3 *Minor contrahens cum Tutore, vel curatore, requiritur interuētus alterius Curatoris à Iure requisitus.*

4 *Casus omissus à statuto remanet in dispositione Iuris communis.*

5 *Minor contrahens cum Tutore, vel Curatore, si deficiant duo proximiores, debent interuenire duo Curatores, vnus ex dispositione Iuris communis, & alter vigore statuti. Vrb lib. 1. c. 113.*

6 *Alienationes bonorum pupilli, quando sunt necessariæ, non intrant solemnitates requisitæ in eorum contractibus à statutis, declara num. 7.*

8 *Matri tutrici, quando dos est restituenda, non potest opponi exceptio administrationis.*

9 *Sed ista conclusio non procedit, quando ad manus mulieris peruenit pingue patrimonium, ex cuius fructibus potuit satisfieri.*

10 *Alienationes bonorum minoris, quando non sunt absolutè necessariæ, & in eis requiritur causæ cognitio, sunt in eis seruandæ solemnitates statutorum.*

11 *Decretum corruit, stante falsa causa.*

12 *Dotis fructus soluto matrimonio amplius non debentur, cum illius titulus sit extinctus.*

13 *Dotis fructus soluto matrimonio tunc demum debentur, quando mulier fecerit diligentias pro dote habenda, & non habet vnde aliunde se alat.*

14 *Mulieri petenti fructus dotis ex eo quod non habeat vnde se alat, incumbit onus illud probadi.*

15 *Mulier, quando fuit relicta vsufructuaria à marito, dictum legatum restringitur ad alimenta, secundum consuetudinem Bulgari.*

DECISIO XIV.

FVit resolutum assignationem locorum montium pro
dote, donatione propter nuptias, fructibus dotalibus,
& alijs factam de mense Septembris 1617. non sustineri,
quia cum alienatio fuerit facta ad fauorem matris tutricis,
requirebatur ad hunc effectum datio † alterius tutoris, 1
seu curatoris, vt illa datio posset sustineri, quòd cùm non
fuerit factum, conctus corruit, Bald. *cons. 200. incip. vo-
bis spectabili in fin. vers. tamen considerandum, lib. 3.* Ang.
cons. 96. n. 2. vers. & ibi emeret Rom. *consil. 413. n. 14. &
15. vers. quoad sextum.*

Neque suffragatur, quod Curator fuerit datus, quia
est aduertendum, quòd Statuto Vrbis 113. *lib. 1.* † quod 2
agit de alienationibus rerum minoris, requiritur io tali-
bus alienationibus authoritas Tutoris, seu Curatoris,
quod est conforme dispositioni iuris communis ex allegatis
per Simoncell. *de decret. lib. 1. tit. 1.* & insuper requirit
interuentum duorum proximiorum, & illis deficienti-
bus intetuentum alterius legitimi Curatoris, quare cùm
non intetuenerint dicti proximiores, Curator fuit datus
loco ipsorum; Vnde vlterius † requirebatur interuentus 3
alterius Curatoris de iure requisitus, cum minot contra-
heret cum tutrice, vt fuit resolutum bis apud Rotam, vt
in *decis. 49. num. 8. & decis. 59. num. 3. vers. quicquid sit
apud Picum super statuto. Vrbis, & 3. decis. est repetita
par. 1. in recent. decis. 153. num. 4.*

Et prædicta probantur optima ratione, quia statutum
requirit authoritatem tutoris, & curatoris, ac duorum
proximiorum, & in eorum defectum alterius curatoris;
Vnde si minor contrahit cum tutore, aut curatore, nihil
† disponit statutum; sed casus remanet io dispositione iu- 4
ris communis, *l. commodissimè. ff. de lib. & posthum.* ergò
debet dari Curator, vel Tutor per supradicta, in reliquis
firmo remanente statuto, quod debeaot interuenire duo
proximiores, & illis deficientibus debeat dari Curator, vel
Tutor, quare in casu isto duo Curatores debuissent dari,
vnus ex dispositione † iuris communis ex quo minor con- 5
trahebat cum Tutrice, alter vigore statuti, ex quo non
aderant proximiores, & ideo erat locus Curatori.

Neque dicatur quod † restitutio dotis, & donationis 6
propter nuptias, nec non, & solutio fructuum erant debi-
ta necessaria, & ideò non intrabat statutum, Caputaquen.
decis 199. in fin. lib. 3. Roman. *cons. 394. num. 3.* vsque
ad finem, nam fuit responsum, quod prædicta proceduot
in obligatione pro † re necessaria, & si intrarent, si age- 7
retur iuxta formam statuti *lib. 1. c. 151.* & propterea quic-
quid dicendum sit, an habeant locū quando agitur de alie-
natione, & sic iuxta terminos *d. c. 113.* fuit responsū præ-
dicta non applicari ad casum, de quo agitur. Nam etsi
quando agitur de dote † restituenda, exceptio administra- 8
tionis non possit opponi, Negus. *de pignor. in 1. membr. 5.
par. num. 36. & seqq.* tamen hæc conclusio non † proce- 9
dit, quando ad manus mulieris peruenit pingue patrimo-
nium prout in casu isto, ex cuius fructibus potuit satisfie-
ri, *l. si damnum. §. præterea,* vbi Ang. *in §. peculium, nu.
3. ff. de peculio,* Afflict. *decis. 13. num. 16. & 18.* & fuit di-
ctum *in causa Romana hæreditatis de Beuilaqua 13. Maii
1591. coram Orano,* & in alia causa *Romana administratio-
nis tutelæ 2. Aprilis, & 1. Iunij 1590. coram bo. me. Penia,*
Seraph. *decis. 1455. n. 5.* & fuit etiam dictum in causa *Bon.
dotis 20. Iunii 1614. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha
Antioc.* quæ si procedunt respectu dotis, eo magis debent
procedere respectu donationis propter nuptias, & fructuū
dotalium, quare debitum † non erat absolutè necessarium, 10
sed pen-

ſed pendebat ex eo , an ex adminiſtratione mulier præ-
ſumeretur ſatisfacta, quod requirebat cauſę cognitionē , &
ideò erant ſeruandæ ſolemnitates ſtatuti .

11 Præterea fuit conſideratum, quòd † reſpectu fructuum
dotalium , decretum corruit ex falſa cauſa , quia ſoluto
matrimonio non debentur amplius fructus dotis , cum
12 illius titulus ſit extinctus , Doct. *in c. ſalubriter de vſur.*
& tunc demum debentur , quando duo concurrunt , ſcili-
13 cet , quod mulier fecerit diligentias † pro dote habenda ,
& non habeat , vnde aliunde ſe alat , Afflict. *deciſ.* 284. *nu.*
4. Theſaur. *deciſ.* 43. & fuit reſolutum in cauſa *Spoletana*
vſusfructus 18. *Maii* 1599. *coram bon. mem. Card. Mantica* ,
& in cauſa *Ceſenaten fructuum dotis* 15. *Iunii* 1603. *&* 16.
Ianuarii 1606. *coram bon. mem. Litta* , in qua fuit dictum ,
14 quod onus † probandi quando non habuerit aliunde in-
cumbit mulieri , Pontan. *de alimen. cap.* 15. *num.* 13.

Hic autem non docetur de aliqua diligentia , & tantum
abſit quod probetur , quod mulier non haberet aliundè ;
15 Imò clarè conſtat de contrario , ex quo iſta mulier † fuit
relicta vſufructuaria à marito quod legatum licet reſtrin-
gatur ad alimenta iuxta conſuetudinem Bulgari , non re-
fert , cum nihilominus haberet alimenta , & ſic vltra do-
tem vnde ſe aleret .

Et ita concluſum vtraque parte informante , &c.

¶ Infra in eadem cauſa adeſt altera deciſio ſub die 10. Maij
1626. coram eodem bon. men. Reuerendiſſimo Coccino ,
eſt in ordine deciſio 25.

R. P. D. MERLINO.

Burgi Sancti Sepulchri Beneficij .

Die Lunæ 25. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Iuris patronatus beneficium , vt præſentato adiudicandum veniat , neceſſariò quid ſit probandum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium Iuriſpatronatus , vt alicui ſit adiudican-
dum , quid probare debeat .*
2 *Patroni laici habent tempus quadrimeſtre ad præſen-
tandum , & num.* 11.
3 *Beneficium vacat , quando illud habens , contrahit ma-
trimonium .*
4 *Matrimonium fuiſſe contractum , bene probatur ex fide
Parochi teſtibus munita , & extracta à libro matri-
moniali .*
5 *Probatio melior dari non poteſt , quàm propria confeſſio.*
6 *Poſſeſſio ſemel acquiſita præſumitur continuata .*
7 *Poſſeſſio probatur ex locationibus effectuatis per plures
perceptiones fructuum , & affictum .*
8 *Clericatus probatur ex literis patentibus deſuper ema-
natis ab Ordinario.*
9 *Status vltimus in beneficialibus attenditur .*
10 *Iuriſpatronatus probatio leuior ſufficit , quando Or-
dinarius non eſt in cauſa nec alius prouiſus de be-
neficio tanquam libero .*
12 *Tempus quadrimeſtre datum patronis ad præſentan-
dum non currit , niſi à die ſcientiæ veræ .*
13 *Probatio per famam non ſufficit , quando requiri-
tur certa ſcientia .*

DECISIO XV.

RESoluto in hac cauſa ſub die 4. Iulij præteriti * be-
neficium , de quo eſſe adiudicandum D. Buſali-
no & reſetuato , vt videretur , An eſſet aiudican-
dum D. Octauio , cum hodie ſuper reſetuatione præ-
dicta dubium propoſuerim , Domini reſponderunt ad
1 fauorem Octauij ; ſcilicet illi adiu † dicandum eſſe d.
beneficium , quia docet de vacatione beneficij , exi-
ſtentia iuriſpatronatus , ſui qui ad illud fuit præſenta-
tus habilitate , ac de præſentatione à Patronis facta in

tempore † quatuor menſium coram Ordinario , quibus 2
concurrentibus præſentato debetur inſtitutio *cap. decerni-
mus , & c. Monaſterium 16. quæſt. 7. cap. cum . Bertoldus* ,
& ibi Abb. *num.* 12. *de re iudic. cap. dilectus vbi gloſ. in verb.*
plus Iuris de offic. legat. Rota *recent. deciſ.* 337. *nu.*
1. *par.* 2.

Et quoad vacationem , ſufficienter ea probari viſa eſt
per contractum † matrimonij , initum à Cęſare Don- 3
dello vltimo poſſeſſore beneficij *ad ca.* 1. *de Cleric. coniug.*
vbi Gloſ. & Doct. Couar. *in epito. deſponſ. par.* 2. *cap.* 6.
§. 3. *num.* 4. Rebuff. *in prax. tit. requiſit. ad collat. benefic.*
num. 54. & fuit dictum *in Lucana Cappellaniæ* 23. *Februa-
rii* 1609. *coram bon. mem. Penia* de quo matrimonij contra-
ctu bene conſtat † ex fide Parochi teſtibus munita , & 4
extracta à libro matrimoniali , Rota *diuerſ.* 340. *num.* 2.
par. 2. *& poſt ſecundum vol. conſil.* Farinac. *deciſ.* 322.
num. 2. *& deciſ.* 337. *num.* 1. Ac etiam ex confeſſione ip-
ſius Buſalini , venientis ex impetratione ob eandem va-
catione , qua † confeſſione non poteſt dari meliori proba- 5
tio , vt fuit dictum *in Aſculana Plebaniæ* 12. *Ianuarii* 1624.
& in Vrbinaten. beneficii 20. *Decembris eiuſdem anni co-
ram me .*

Poſſeſſio d. Cęſaris vſque ad diem celebrati matrimonij
fuit comprobata in prima deciſione huiuſmodi cauſæ , &
plenè iuſtificatur , nedum ex inſtrumento adeptionis ſe-
quutæ ex ſimili titulo præſentationis , quæ † poſſeſſio 6
præſumitur continuata iuſta *l. licet . C. de acqur. poſſ.* Al-
ciat. *in reg.* 2. *præſum.* 21. Rota *deciſ.* 62. *num.* 1. *par.* 2.
& in Illerden. beneficii 17. *Octobris* 1684. *coram Penia* , &
ſæpè in alijs , ſed etiam ex locationibus effectuatis per † 7
plures perceptione affictuum , & fructuum , & ex ſecu-
tis ſolutionibus onerum beneficij perdictum Cęſarem vſ-
que ad tempus prædictum , ad tradita per Gabr. *tit. de loc.*
concl. 4. *num.* 2. *& ſequentibus lib.* 3. Rota apud San. me.
Gregor. XV. *deciſ.* 200. *num.* 1.

Clericatus Octauij benè † probatur ex litteris patenti- 8
bus deſuper emanatis à Reuerendiſſimo D. Vice gerente ,
quibus plena fides conſueuit adhiberi . *cap.* 2. & ibi Abb. *in
primo not. de Cleric. peregr.* Felin. *in c. poſt ceſſionem num.*
3. *&* 15. *de probat.* Rota *deciſ.* 715. *num.* 3. *in fin. par.* 1.
& deciſ. 455. *num.* 7. *par.* 2. *recent. & in Ripana Beneficii*
27. *Iunii* 1622. *& in Leodien. Canonicatus* 6. *Nouembris*
1623. *coram me .*

Exiſtentia Iuriſpatronatus inter partes non controuer-
titur , & de pertinentia ſatis DD. cenſuerunt apparere
ex vltimo ſtatu , & quaſi poſſeſſione præſentandi , cum
ijdem de Boſulcis , & Dondolellis , qui de anno 1622. pręe-
ſentauerunt d. Cæſarem vltimum poſſeſſorem , præſen-
tauerint quoque Octauium iuncto præcipuè , quod pro-
batur dictos de Boſulcis , & Dondolellis præſtitiſſe con-
ſenſum vti patronos in prouiſione apoſtolica Io. Baptiſtæ
de Sabellis anteceſſoris d. Cæſaris ſequuta anni 1569. ob
vocationem in Curia , cum narratiua iuriſpatronatus , &
eiuſdem derogatione pro illa vice , cum tamen † vltimus 9
ſtatus ad effectum , de quo agitur , benè ſufficiat *cap. con-
ſultationibus de Iurepatr.* Rip. *in cap. cum Eccleſia Sutrina
num.* 53. *&* 90. *de cauſ. poſſ. prop.* Calder. *conſ. vlt. de
Iurepatr.* Rota *deciſ.* 174. *num.* 2. *& ſequent. par.* 2.
recent. plene addent ad ſan. mem. Gregor. XV. *deciſ.* 73.
num. 12. Præſertim quia Ordinarius non eſt in cauſa ,
nec alius prouiſus tanquam de libero , ſed lis † eſt inter 10
præſentatos , in quo caſu admittuntur etiam leuiores pro-
bationes , Caſſad. *deciſ.* 1. *num.* 7. *de probat.* Rota
apud Card. Mantic. *deciſ.* 244. *num.* 5. *& apud Sanctæ
memoriæ Gregorium XV. d. deciſ.* 452. *num.* 3. Gozalez
ſuper reg. 8. *gloſ.* 18. *num.* 59.

Ac demum præſentatio viſa eſt etiam in tempore facta
non obſtante quod Octauius illam acceptauerit per qua-
tuor dies poſt elapſum tempus † à iure datum patronis 11
ad præſentandum . Quia prædictum tempus non currit ,
itaut fiat locus † deuolutioni , niſi à die ſcientiæ veræ pa- 12
tronorum , & non interpretationis beneficij Garz. *de benef.*
par. 10. *num.* 37. vbi plures refert deciſiones cum alis cu-
mulatis in *Pratea. beneficii* 24. *Februarii* 1620. *coram
R. P. D. meo Buratto* , Et ſuper hac ſcientia nullæ
adſunt : probationes , quæ in omnem euentum afferri
deberent à D. Buſalino plenæ , & concludentes , nec ſuf-
ficeret probatio † per famam vti non releuans , quando 13
requiritur certa ſcientia , vt in his terminis fuit reſolu-
tum *in d. Praten. coram. D. meo Buratto .*

Et ita , &c.

Habetur præsens decisio infra in Additione pro vt in Indice in eius fine posito, vbi etiam vide alias decisiones in hac causa, & infra adest altera decisio sub die 24. Ianuarij 1628. coram eodem R. P. D. Merlino est in ordine decisio 132.

REVERENDISSIMO COCCINO.

Parmen. Status.

Die Lunæ 8. Iunij 1626.

A R G V M E N T V M.

Filij, ad hoc, vt probetur, quod sint in quasi possessione legitimitatis, quid sufficiat.

A R G V M E N T V M.

1 *Matrimonium vbi est legitimum, ibi filij legitimi nascuntur, etiam quod concubinatus præcesserit.*

2 *Filij iusti appellantur, qui post concubinæ nuptias sunt procreati.*

3 *Legitimitatis quasi possessio, bene probatur per testem deponentem de vera scientia, concurrentibus duobus alijs testibus deponentibus de publica voce, & fama.*

4 *Testis vnus cum fama plenè probat.*

5 *Testis deponit de publica, voce, & fama, si dicat quod publicè dicebatur.*

6 *Testis, si deponat, quod aliquid fuit communiter dictum, & reputatum, etiam quod non dicat audiuisse communiter dici probat famam.*

7 *Testis de auditu, licet non probet, facit tamen adminiculum.*

8 *Testes examinatus inter diuersas partes præbet adminiculum.*

9 *Testis vnicus plenè probat etiam in criminalibus iuncta fama.*

10 *Legitimitas ex sola fama concurrentibus adminiculis, vnà cum communi reputatione probatur.*

11 *Matrimonium præsumitur contractum secundum leges, & pro vt est licitum.*

12 *Contrahentes præsumuntur in dubio se conformasse dispositioni Iuris communi.*

13 *Matrimonium non præsumitur contractum per illicitum, & inconcessum modum.*

14 *Homo, quando est iratus, in eius verbis non est faciendum fundamentum.*

15 *Raptus non impediebat matrimonium ante Concil. Tridentinum.*

16 *Testes examinati ad instantiam alterius personæ faciunt aliquod adminiculum.*

17 *Testes, qui deponant explicitè, debent declarare, & supplere alios testes, qui deponunt implicitè.*

18 *Filij legitimi, & naturales secundum communem vsum loquendi, & vulgari intelligentiam vocantur illi, qui sunt nati ex legitimo matrimonio.*

19 *Patris confessio multum prodest ad probandam legitimitatem filiorum.*

20 *Immemor salutis æternæ nemo præsumitur.*

21 *Institutionis actus est valde proportionabilis filijs.*

22 *Enunciatiuæ emanatæ de tempore non suspecto probant.*

23 *Legitimitatis quasi possessio benè probatur, si filij sint admissi ad feudum, ad quod solum filij legitimi, & naturales succedere debent.*

24 *In legitimitatis quasi possessione, vt quis probetur esse, requiritur, quod sit in quasi possessione filiationis, quod possideat bona paterna, & quod sit natus ex, quæ vxor credebatur.*

Sed ista opinio glos. in l. lator in verb. probare, qui fil. sint legitit. reiecta est, cum vnumquodque istorum alternatiuè sufficiat, num. 24.

25 *Confessio emanata in commissione probat contra confitentem.*

26 *Testes deponentes de fama, illi præferuntur, qui deponant de bona.*

27 *Legitimitatis quasi possessio suffragatur ad effectum successionis, ita vt contrarium dicenti incumbit onus probandi.*

28 *Probationes illius partis præualent, pro cuius fauore adsunt plures resolutiones.*

29 *Legitimitas, quando non agitur de fœdere matrimonij, sed ad effectum successioni probatur leuioribus probationibus, & num. 30. & 31.*

32 *Testes, qui conuincuntur ab alijs testibus, non attenduntur.*

D E C I S I O XVI.

FVit resolutum DD. Alexandrum, & Cyrum ex persona Pallauicioi Aui, & Sigismundi patrui magni esse in sufficienti quasi possessione legitimitatis requisitæ à Ioanne Francisco Marchione Pallauicino fideicommittente, hoc est tanquam procreatorum, & natorum de legitimo matrimonio verè, & non fictè. Ratio DD. fuit, quia probatur natiuitas dd. Pallauicini, & Sigismundi post matrimonium inter Bernardinum, & Catharinam, de quo constare iam Rota ter censuit, licet sine coarctatione temporis; vbi enim est matrimonium, † ibi 1
filij legitimi nascuntur, etiam quod concubinatus præcesserit, *l. cum quis §. 1. C. de natur. liber.* vbi appellantur † Iusti filij, qui post concubinæ nuptias sunt procreati, a
Bertaz. *consil. ciuil. 52. num. 6.*

Quod autem procreatio, & natiuitas dictorum probetur post matrimnnium, satis constat, cum presbyter Baptista testis Rangonorum examinatus in Curia de anno 1533. qui fuit præsens matrimonin, vt ipse deponit ad 17. interrogatorium, prout sæpe Rota firmauit, deponat quòd Bernardinus, & Catharina per plures annos steterunt simul reputantes se pro legitimis coniugibus, & procrearunt articulatos filios, videlicet inter alios præfatum Pallauicinum, & Sigismundum, & quòd plures reputabant eos pro veris, & legitimis coniugibus, & sic iste testis deponit de vera scientia de procreatione dd. Pallauicini, & Sigismundi, cum quo, cum duo alij testes de publica voce, & fama concurrant, nedùm circa matrimonium, sed etiam circa procreationem post ipsum, satis † proba- 3
tur quasi possessio legitimitatis requisitæ, cum hic non agatur io concursu cum altern matrimonin Bernardini legitimè probato, aut cum alijs filijs ex eodem natis. Abb. *in cap. 2. num. 6. vers. sed hod dictum*, Butr. *num. 9. Præpos. num. 4. vers. quærit hic Vincentius, de clandestin. desponf.* Et ratio est, quia vnus † testis cum fama plenè pro- 4
bat, *glos. in cap. 1. in verb. fama, de appell. & in cap. veniens il 1. in verb. illorum, & ibi* Innoc. *de test.* Bart. *in l. de minore §. plurimum. num. 30. ff. de quæst.* Verall. *decis. 300. par. 3.*

Famam verò satis probat Bernardinus de Franzosijs testis DD. de Rangonibus examinatus Cræmonæ de anno 1531. super interrogatorio incipiente, *si sciunt, &c.* qui etiam distinguit filios natos ante, & post matrimonium, & in hoc concordat cum assertione Bernardini facta in ipsius testamentis, de qua inferius dicetur, inquit enim, quòd publicè † dicebatur (& sic deponit de publica voce, 5
& fama, *iuxta decis. verall. 7. par. 2.*) In loco Zibelli, Bernardinum desponsasse Catharinam, & eam in vxorem acceptasse, & ab inde citrà Bernardinum ex ea suscepisse Vbertum, Pallauicinum, Sigismundum, Io. Franciscum, Iacobam, Isabellam, &c. Vnde si suscepit post matrimonium Vbertum, negari non potest, quin procreauerit, & susceperit etiam predictos Pallauicinum, & Sigismundum, qui successiuè sunt nati. Et quamuis in decisinne facta 27. Aprilis 1622. æquiuocando fuerit iste testis etiam ponderatus super alio interrogat. tamen illum ponderando super hoc interrogat. negari non potest quin probet famam, vt dictum est.

Eandem famam probat Ioannes de Magistris pariter testis DD. de Rangonibus examinatus Parmæ de anno 1544. qui super 13. interrogat. deponit, quòd Bernardinus ex Catharina antequam esset eius vxor, habuit vnum filium nominatum Federicum, & postquam fuit nupta, habuit Vbertum, Pallauicinum, Sigismundum, Io. Franciscum, Iacobam, &c. Et ita dici audiuit, & intellexit, ac vidit ipsum D. Bernardinum, ac Catharinam ipsos filios, & filias pro talibus sic natis habere, tenere, & repu-

& reputare, ac nominare, & ab alijs teneri, haberi, & reputari palam, & publicè in Terra Zibelli. Vndè si publicè, & palam tenebantur, habebantur, & reputabantur pro natis post matrimonium, vtique dicendum est, etiam hunc testem probare famam. Alex. *cons.* 101. *num.*
6 19. *vers. non obstat, lib.* 7. Vbi quod † si testis deponat, quod aliquid fuit communiter dictum, & reputatum, etiam quod non dicat audiuisse communiter dici, probat famam, secundum magis communem opinionem Doctorum.

Et prædictis depositionibus potest addi depositio Baroccij de Burgo testis pariter Rangonorum examinati Parmæ de anno 1544. qui super 13. interrogat. dicit quod Bernardinus ex Catharina, vt dici audiuit, suscepit in figura veri matrimonij Vbertum, Sigismundum, & nonnullos
7 alios filios, & filias, qui testis † licet deponat de auditu, negari tamen non potest, quin faciat aliquod admiculum; & de auditu pariter etiam deponit Raymundus del Pizzo examinatus Cremonæ de anno 1531. qui eo magis præstat adminiculum, quia distinguit filios natos ante, & post matrimonium, & in hoc concordat cum Bernardino de Franzosijs, & cum assertione præfati Bernardini, quam fecit in testamentis.

Adminiculum præbet etiam depositio Damiani Cornazzani examinati pro DD. de Pallauicinis contra Fiscum de anno 1537. qui expressè deponit, quod ex Bernardino, & ex vxore sua legitima nati sunt Vbertus, Palla-
8 uicinus, Sigismundus, & Ioan Franciscus; & hic † testis optime deponit, & plenè probat, si esset examinatus inter easdem partes.

Ex quibus, vt dictum est, cum adsit vnus testis qui fuit præsens matrimonio, & sic deponat de vera scientia Pallauicinum, & Sigismundum natos, & procreatos post matrimonium, & alij sint qui probant famam, inficiari non potest, quin habeatur plena, probatio, maxime cum
9 alia adminicula concurrant, † quæ operantur, vt etiam in criminalibus vnicus testis cum fama plenè probet, & sic in fortioribus terminis. Verai. *decis.* 288. *part.* 3. Immò
10 ex sola fama, cum communi reputatione, † concurrentibus adminiculis, probatur legitimitas, Abb. *in capit. transmissæ, num.* 10. *qui fil. sint legit.* Dec. *in c. per tuas. numer.* 8. *de probat. & cons.* 54. *num.* 1. Paris. *cons.* 13. *num.* 9. *lib* 2. & dixit Rot. *in causa Cesaraugustana Status de Morata 7. Iunij 1585. coram Bubalo.* Quæ quidem fama, & communis reputatio hic adsunt; Nam de fama satis dictum est superius; Communem vero reputationem, quod dd. Pallauicinus, & Sigismundus essent nati post matrimonium, expressè probat dictus Ioannes de Magistris supra relatus, vt patet ex clara illius depositione supra relata, & idem deponit presbyter Baptista, qui fuit præsens matrimonio, dum dicit, quod post ipsum matrimonium prædicti procreati fuerunt. Et plures reputabant eos pro legitimis coniugibus, Et licet subdat; Et etiam aliqui dicebant, quod inter eos non potuit esse matrimonium; Attamen de istis non est curandum, cum non negent, matrimonium, sed dicant non potuisse esse, & sic præsuppo-
11 nebant impedimenta, de quibus cum non constet, † matrimonium præsumitur contractum secundum leges, & prout licitum est, *cap ad audientiam, de præscript.* Ias. *post* Bald. *in l.* 1. *nu.* 24. *C. de seru. fugit.* Alciat. *reg.* 2. *præ-*
12 *sumpt.* 1. *num.* 2. & 3. & in dubio contrahentes † præsumuntur se conformasse dispositioni Iuris communis, *l. si dno, vbi* Bald. Cast. *& alij, ff. de acquirend. hæredit. l. hæ-*
13 *redes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* Non autem per † illicitum, & concessum modum, Soccin. *consil.* 19. *numer.* 6. *vol.* 1. Corn. *cons.* 190. *in princ. vol.* 3. Rot. *decis.* 434. *nu.* 5. *part.* 1 *recent.*

Et hæc communis reputatio coadiuuatur ex depositione aliorum duorum testium DD. de Rangonibus examinatorum Cremonæ de anno 1531. super interrogatorijs 9. cap. adscriptis, videlicet Stephani de Caballis, qui postquam deposuit, quòd Bernardinus, & Catherina reputabant prædictos filios pro legitimis & naturalibus, Subdit, quòd ita etiam reputabantur à Vassallis, & subditis, & quòd Rolandus eos pro nepotibus nominabat, tenebat, & reputabat, & quod ita tenti, & reputati fuerunt post obitum Bernardini. Et Raymundus del Pizzo, qui idem deponit, & subdit, vidente, sciente, patiente, & non contradicente Rolando, qui testis licet subdat, quòd cum aliquando Rolandus irasceretur cum dictis filijs, quia ab eis non honorabatur prout volebat, dixisse: *L'animo mio è di torgli ciò che hanno, perche sono bastardi, che sua madre è stata rapita:* Attamen in istis † verbis ab homine ira- 14
to prolatis non potest fieri fundamentum, Ias. *in l. si filiam suam, num.* 5. *ff. de inoff. test.* Et cessat omnis difficultas, quia cum agatur de matrimonio contracto † ante Conci- 15
lium Tridentinum, raptus non dirimebat matrimonium, *cap. fin. de rapt.* Sanch. *de matrim. lib* 7 *disp.* 12. *num.* 41. *in fin.* Sed istud impedimentum fuit inductum per Concilium Tridentinum. *sess.* 24. *cap.* 6. *de reformat.*

Concurrunt etiam in ista probatione communis reputationis tres testes D. Eufrosinæ examinati contra DD. de Rangonibus de anno 1558. qui licet † sint examinati ad 16
istantiam alterius personæ, negari tamen non potest, quin faciant aliquod adminiculum.

Et quamuis etiam replicaretur, quod isti vltimi testes deponunt de communi reputatione, quod Vbertus, qui est maior natu Pallauicini, & Sigismundi, esset filius legitimus, & naturalis, quæ probatio concludit etiam ad legitimatos per subsequens matrimonium, quos respuit testator, cum vocauerit natos, & procreatos ex legitimo matrimonio verè, & non fictè, vt fuit semper admissum in hac causa; Attamen cum duo testes supra ponderati probent de communi reputatione, tanquam de natis, & procreatis de legitimo matrimonio, & vnus ex dictis testibus fuerit præsens matrimonio, isti † testes debent de- 17
clarare, & supplere alios, qui implicitè deponunt, Bald. *in l.* 2. *num.* 5. *C. de bon. poss. secund. tab.* Verall. *decis.* 206. *num.* 5. *par.* 2. Vltrà quod prædicti testes dicunt dd. filios esse legitimos, & naturales, vnde cum secundum commune vsum † loquendi, & vulgi intelligentiam tales vocen- 18
tur illi, qui sunt procreati, & nati ex legitimo matrimonio, ita in istis terminis debent illorum dicta intelligi, non autem secundum subtilitatem, vt pulchrè tradit Felin. *cons.* 2. *num.* 36. Alex. *cons.* 82. *num.* 1. *lib.* 1. Rom. *cons.* 301. *numer.* 14. 15. & 16. *vbi etiam Apost illa adducit concordantes.*

Adminicula verò in hac facti specie fortissima sunt visa. Et primò mandatum de dispensando, quod fuit obtentum de anno 1508. & (vt prætendunt DD. Rangoni) procurata executio petita de mense Ianuarij anni 1510. Et ideò cum colligatur ex duobus Instrumentis anni 1526. & 1530. quinimò etiam ex depositione Raphaelis de Ferrarijs testis Rangonorum examinati de anno 1533. Pallauicinum, & Sigismundum successiuè natos fuisse anno 1511. & 1512. respectiuè, concurrit euidens adminiculum, quod sint nati post matrimonium. Concurrit insuper testamentum Bernardini conditum 6. Decemb. d. anni 1511. in quo diuidendo filios natos ante, & post matrimonium, inter natos post matrimonium connumerat Pallauicinum, nulla facta mentione Sigismundi, qui tunc non erat natus, quæ
† confessio patris multum prodest *Auth. si quis liberos in* 19
ver. sine testamento, C. de natur. liber. & notant Bald. *& doct. communiter. in l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alien.* Iur. Lanfranc. *in cap. quoniam, ver. confessiones, in fin. de probat. glos. in l.* 1. *§. Iulianus, in verb. pro filio, ff. de lib. agnos. bene* Soccin Iun. *in cons.* 89. *nu* 9. *lib.* 2. Mandell. *cons.* 180. *num.* 2. Et præsertim cum agatur ad effectum legitimitatis, Mohed. *decis.* 3. *in fin. qui fil. sint legit. & fuit dictum in causa Papien. matrimonij 1. Iunij 1594. coram Illustr. Millino.* Eoque magis hæc confessio prodest, cum fuerit facta † in vltima voluntate, nemo enim præsumitur 20
esse immemor salutis æternæ, *l. sancimus 6. in fin. C. ad l.* Iul. *repet.* Hippol. de Marsil. *in repet. rubr. de fideiuss. numer.* 44.

Insuper ista confessio tantò magis est attendenda, quia idem Bernardinus, cum superuixisset, de anno 1519. aliud condidit testamentum, & cum tunc esset mortuus Ioann. Franciscus, illegitimus, & natus ex matrimonio Sigismundus, & Io. Franciscus, illos pro legitimis nominauit, & hæredes vniuersales instituit, vnà cum Vberto & Pallauicino, & mentionē fecit de solo Federico illegitimo tunc superstite, cui certa bona, prout in primo testamento reliquit. Et valde prædicta corroborantur, cum dicta confessio fuerit facta in actu institutionis, qui est proportionabilis filio, 21
Rot. *decis.* 472. *numer.* 8. *part.* 1. *in recentior.* quæ loquitur in puncto.

Concurrit etiam, quod in Instrumento quietantiæ celebrato 9. Iunij 1510. in Terra Varani, cuius erat Dominus Marchio Bernardinus, à Notario Vassallo, & coram tribus testibus vassallis, inter quos presbyter Baptista de quo supra, qui erat Parochus, Catherina enunciatur

vxor

vxor in secundo matrimonio Bernardini Marchionis Pallauicini, prout etiam enunciatur in alio instrumento mādati procuræ 9. Martij 1512. & appellatur Illustr. & Marchion. Pallauicina, & idem habetur in alio Instrumento quietantiæ anni 1513. 16. Ianuarij . Vnde cum ex supra deductis constet Pallauicinum, & Sigismundum successiuè fuisse natos anno 1511. & 1512. & Catharina fuerit enunciata vxor 9. Iunij 1510. & successiuè in sequenribus annis etiam talis fuerit enunciata, sequitur euidentissima coniectura, quod Pallauicinus, & Sigismundus sint pro-
22 creati post dictum matrimonium , & cum † istæ enunciatiuæ emanauerint viuentæ Bernardino , & sic tempore non suspecto, multum faciunt, *cap. super eo, de eo qui cognou. consanguin. vxor suæ, vbi* Abb. *num. 5. vers. 2. casu, Roman. sing. 620. num. 2.* Curt. Iun. *cons. 27. numer. 2. lib. 1. & dixit* Rot. *in hac causa in decis. 247. numer. 16. coram S. M. Greg. XV. & decis. 1000. coram bon. mem. Card. Seraphina.*

Potest præterea considerari successio dd fratrum in Castris, & Iurisdictionibus fideicommisso subiectis, de qua deponunt ijdemmet testes DD. de Rangonibus nempè Stephanus de Caballis, & Raymundus del Pizzo , tàm in Castro Zibelli, quàm alijs locis , in quibus Bernardinus pater iurisdictionem exercebat, per quam successionem, ad quam non fuissent admissi, nisi habuissent qua-
23 litates requisitas à testatore, † indubitanter probatur quasi possessio legitimitatis requisitę à testatore Rot. *decis. 434. num. 7. par. 1. in recent. & fuit dictum in causa Vrbeuetana Fideicommissi de Carbaria 5. nouembr. 1603. coram bon. mem.*
24 *Card. Pamphilio.* Et dicitur indubitanter , quia † licet *glos. in cap. lator, in verb. probare, qui fil. sint legit.* copulatiuè requirat tria ad probandam istam quasi possessionem, videlicet, quodquis sit in possessione filiationis, quod posideat bona paterna , & quod sit natus ex ea, quæ vxor credebatur , tamen verius est quod vnumquodque alternatiuè sufficit, Paleot. *de noth. & spur. cap. 22. num. 2. vers. dicemus.*

Tandem plurimum suffragatur relatio , quam Cardinalis Simonetta fecit Paulo III. continens ex actis sibi constitisse istos DD. Pallauicinos legitimos , & ad paternam hæreditatem successibiles, & capaces, vt in confessione
25 DD. de Rangonibus, de qua † in commissione, *ad l. cum precum, C. de liber. caus.* Accedunt insuper attestatio Potestatis Parmæ, sententiæ latæ in partibus , & alia huiusmodi per priùs ponderata.

Neque obstant testes, qui deponunt super illegitimita-
26 te, quia cum & ipsi deponant de fama , magis sunt † attendendi testes deponentes de bona , quàm de mala fama. Put. *decis. 2. lib. 3.* Eòque magis in hoc articulo, cum aga-
27 tur de quasi possessione † legitimitatis, quæ suffragatur ad effectum successionis , itaut dicenti contrarium incumbat onus probandi, *cap. lator, vbi glos. in verb. probare, qui fil. sint legit.* Dec. *d. cons. 54. num. 3. vbi de commun.* Felin. *in cap. per tuas, in fin. de probat.* Abb. *in cap. transmissæ, num. 4. qui fil. sint legit.* Paleot. *de noth. & spur. d. cap. 22.*
28 *num. 5.* Et inficiari non potest, quin probationes † pro hac parte præualeant , eoque magis cum ter fuerit resolutum constare de matrimonio, videlicet *coram Robusterio 2. Decemb. 1573. & coram bon. mem Card. Seraphina 23. Octobr. 1592. & coram S. M. Greg. XV. 10. Aprilis 1606.* quia cum non agatur de fœdere matrimonij , sed ad effectum succes-
29 sionis, sufficiunt † etiam leuiores probationes , Salyc. *in l. non nudis, num. 6. C. de probat.* Gemin. *cons. 27. num. 8.* Paris. *consil 57. nu. 41.* Et quamuis Bald. *quem refert* Dec. *in d. consil. 54. in princ.* teneat contrarium , illum tamen reprobat , & de communi in contrarium testatur idem Dec. *in d. consil. 54. in princ.* teneat contrarium, illum tamen reprobat,& de communi in contrarium testatur idem Dec. *in d. cons. 54. num. 3.* Ferret. *cons. 49. numer. 1.* Alciat.
30 *præsumpt. 38. nu. 5. cum seqq. in vltim. par.* Et hanc † conclusionem pluties tenuit Rota *apud Cæsarem de grassis decis. 18. num. 9. de probat. & decis. 34. num. 19. par. 2. & decis. 79. numer. 2. & decis. 357. numer. 1. part. 1. diuers. Et in causa Neapolitana legitimitatis 14. Aprilis 1598. coram bon. mem. Penia, & coram eodem in causa Veneta legitimitatis 3. Decembris 1599. & alia Veneta. 31. Ianuarij 1606.* & aliàs sæpissimè, & in terminis similis fideicommissi, in quo vo-
31 cabantur † procreati, & nati de legitimo matrimonio verè, & non fictè, dixit Rota *in causa Mediolanen. legitimitatis 2. Maij, & 28 Nouembris 1558. coram bon. mem. D. de Rubeis relata apud Cottam decis. 22.*

Nec inficiari potest, quin ista probatio matrimonij optimè conferat , quia licet fuerit admissa sine coarctatione temporis, nihil facit, quoniam sat est, quod ex prædictis sufficienter constet ad effectum, de quo agitur, prædictos Pallauicinum, & Sigismundum fuisse procreatos , & natos post matrimonium.

Nec illa probatio elidit ur ex qun Bernardinus de anno 1626. in commissione Clementis VII. fateatur non extare probationes circa matrimonium, quia vltra alias responsiones, quæ ad eandem commissionem afferuntur, ibidem asseritur matrimonium, sed negatur probatio, quæ postea superuenit.

Neque obstant oppositiones aliàs factę contra personam Vberti, nam omissis alijs responsionibus in alijs decisionibus ponderatis, cessat omnis difficultas, quia non reuidentur hodie decisiones factæ circa illum articulum , sed agitur persona Pallauicini, & Sigismundi, circa quas non militant prædictæ exceptiones.

Alia verò verò deducta cum partim sint fundata in testibus per Rotam reiectis, partim † verò conuincantur 32
ex quatuor testibus DD. de Rangonibus deponentibus March. Bernardinum fuisse probum virum , ac bonum Dominum , fidelem Christianum , ideò per Dominos consultò fuerunt ommissa, &c.

Et ita conclusum, vtraque parte informante.

Infra in hac parte adsunt aliæ decisiones in præsenti causa, idest sub diebus 24. Martij 1628. & 26. Iunij eiusdem anni, & 30. Martij, & 14. Decembris 1629. coram eodem bon. mem. Reuerendiss. Coccino, sunt in ordine decis. 162. 201. 264. & 330.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Romana Dotis , siue Saluiani.

Die Mercurii 10. Iunij 1626.

A R G V M E N T V M.

Mater, si donet filio aliqua bona ad hoc , vt decentius nubere possit, cum prohibitione alienationis, nisi pro assecuratione, & restitutione dotis recipiendæ , si modo eueniat casus restitutionis dotis , vt detur immissio vxori in dictis bonis, quid sufficit, vt probet.

S V M M A R I V M.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
2 *Possessio ad effectum immissionis vigore saluiani interdicti benè probatur per testes deponentes de actibus positiuis.*
3 *Possessionis vera translatio inducitur ex clausula, constituti.*
4 *Possessio in Saluiano interdicto sufficit ex constituto, & num. 16.*
5 *Possessio in Saluiano probatur ex sustentatione litis.*
6 *Saluianum interdictum , quibus concurrentibus intret.*
7 *Possidere eamdem rem duo insolidum non possunt .*
8 *Possessio iure familiaritatis non releuat .*
9 *Filius catenus præsumitur possidere iure familiaritatis bona materna , quatenus fuerunt in matris dominio.*
10 *Titulus præcedens tolit præsumptionem possessionis iure familiaritatis.*
11 *Possessio iure familiaritatis præsumitur , quando non adest aliquis titulus , vt delictum excludatur.*
Alienum occupare videtur , qui titulum non habet. num. 11.
12 *Transferens remsuam in alienum , desinit esse Dominus & num. 13.*

14 *Testes,*

14 *Testes, qui non reddunt scientiæ causam, non probant.*
15 *Possidere vno, vel alio modo animi est.*
17 *Saluianum non datur sine hypoteca.*
Hypoteca, quando dicatur resoluta. num. 17. & vide num. 18.
19 *Bona donata reuertuntur cum sua causa.*
20 *Pignus, seu hypoteca constitui potest in re aliena ab initio Domini voluntate.*
21 *Pignus, seu hypothecam constituere potest Dominus in re propria reuocabiliter.*
22 *Hipoteca constituitur ex facultate, seu licentia vendendi. & num. 23.*
Hypoteca eo ipso censetur constituta (licet nihil de hypoteca fuerit dictum) si liceat mihi ingredi bona debitoris propria auctoritate. numer. 23. & num. 24.
25 *Pignus, seu hypoteca non cadit in re propria.*
26 *Pignus, seu hypoteca non cadit in re propria, quando dominium est commutabile, & tempore duraturum.*
27 *Donatio facta alicui, vt decentius nubere possit, de matrimonio in genere sensisse videtur.*
28 *Text. in l. si ita §. si pater. ff. de l. 2. & l. iam facta, ff. de condit. & demonstr. procedunt etiam in contractibus.*
29 *In donatione parentum facta filijs dicitur contemplatum certum matrimonium absque alia specificatione, quando præcesserunt sponsalia cum certa muliere.*
30 *Ex actu, licet nullo probatur voluntas.*
31 *Vir vxoratus non potest iterum vxorari, nisi soluto illo matrimonio.*
32 *Donatio patris, siue Matris siue præcedat siue subsequatur, vt filius decentius nubat, illa non potest à filijs minui, seu retractari in præiudicium vxorum.*
33 *Licentiam habens aliquid faciendi, cum in eius voluntate positum sit, debet constare, quod ea vsus fuerit.*
34 *Legatum relictum alicui si volet, ille debet suam voluntatem declarare.*
35 *Grauato hæreditatem restituere, si sine filijs decesserit, cui data fuerit facultas vendendi, & obligandi, debet intelligi si expressè, & specialiter disposuerit.*
36 *Hypoteca generalis omnium bonorum, an comprehendat etiam bona alienari prohibita.*
37 *Iurium appellatione venit etiam facultas aliquid faciendi, vel disponendi.*
38 *Fideicommissario si data sit facultas disponendi de mille, & decedat intestatus, aut nulla facta de illis dispositione eius legitimi hæredes, in quos transierunt vniuersa illius iura, poterunt illa retinere, num. 39.*
40 *Exceptioni prohibitiuæ adiectæ, quando non dicatur factus locus.*
41 *Dispositio generalis quandocorruit, omnia etiam eius accessoria deficiant.*
42 *Alienationis prohibitio in fine dispositionis posita, quando non referatur ad omnia præcedentia.*
43 *Causa dicitur anima, & spiritus dispositionis, ac ipsamet dispositio.*
44 *Dispositionis restrictio, vel ampliatio fieri debet ex diuersitate rationis, non verò ex figura, & ordine scripturæ.*
45 *Donantes decipi non debent.*
46 *Mater compelli non potest ad dandum aliquid filio propter nuptias pro dotis recipiendæ assecuratione.*
47 *Grauatus bona restituere, potest pendente conditione d. bona alienare.*
48 *Grauato viuente si fiat alienatio est nulla, & bona statim possunt vindicari.*
49 *Excussionis exceptio in Saluiano interdicto non admittitur.*
50 *Excussionis exceptio admittitur, quando est de natura obligationis.*
51 *Hypotecandi facultas cuius sit naturæ.*
52 *In Saluiano interdicto, quando excussio non admittatur.*
53 *Scriptura, vbi interuenire debet, non sufficit simplex consensus.*
54 *Donatio facta sub conditione, quæ iam de tempore donationis purificata erat, qualiter intelligatur facta ista donatio.*
55 *Licentia alicuius vbi requiritur, non est necessaria, quando adest eius consensus.*
56 *Licentia in scriptis; quando est de forma contractus, si illa respiciat certum finem, sufficit, quod per æquipollens adimpleatur.*
57 *Causa finalis formæ magis attenditur, quàm verba.*

DECISIO XVII.

DOmina Domitilla de Cæsijs vxor qu. Adriani Balleoni egit vtili Saluiano pro dote scutorum 24. mill. & alijs iuribus dotalibus contra D. Iuliam Balleonam Adriani matrem, pro obtinenda immissione in possessionem Castri Graffignani, & aliorum stabilium, quæ ipsa Iulia dederat prædicto Adriano, vt quamprimum, & decentius nuberet, & cum pacto, quod si præcederet sine descendentibus, bona donata liberè & integriter ad ipsam reuerterentur; verò cum illis, qui superuixerent donatrici, constituit primogenituram in eorum fauorem cum prohibitione alienationis, nisi pro assecuratione, & restitutione dotis prima vice recipiendæ. Quare causa commissa in Rot. bon. mem. Vbaldo, cui ego fui subrogatus fuit in ea dubitatum an sit danda immissio, & Domini affirmatiuè re-
soluerunt, † quia de credito dotali, cum hypoteca con- 1
stitit ex lectura publici instrumenti de anno 1618. quod facit probationem probatam Bal. *in l. Imperator numer. 12. ff. de stat. homin.* & in terminis Saluiani Honded. *consil. 17. numer. 19. libr. 2.* Rot. *apud Pacif. de Saluian. interd. decis. 13. & decis. 15 numer. 1. & in recent. decis. 456. numer. 4. & 457. num. 1. & 369. numer. 1. par. 2.* & apud Greg. XV. *decis. 491. num. 6. in fin.*
De possessione autem Adriani apparuit † tam ex testi- 2
bus deponentibus de actibus positiuis, qui propterea benè ad hunc effectum probant. Paul. de Castr. *cons. 168. num. 1. lib. 2. & Rot. in alleg. decis. 369. num 2.* quam ex clausula,
† Constituti, ex qua inducitur vera possessionis transla- 3
tio *l. quod meo vbi* Bart. *ff. de re acquir. poss. & in l. quæ mulier*, vbi etiam Bart. *ff. de rei vendic.* Tiraq *de iur. constit. par. 2. ampl. 1. num. 2.* Pariss. *cons. 128. numer. 2. & seqq.* &
in puncto quod in † Saluiano sufficiat possessio ex Consti- 4
tuto Mart. *de claus. 20. num. 4* Greg XV. *decis. 491.* & fuit dictum *in Sutrina bonorum 23. Octobr. 1595. coram Cardin.*
Pamphil. Et demum † possessio Iuliæ probatur ex litis sub- 5
stentatione Caputaq. *decis. 369 part. 2* Bart *decis. 20. nu.*
2. & decis. 26. num. 16. apud Pacif. quibus † concurrenti- 6
bus intrat Saluianum, Menoch. *de adipisc. rem. 3. quæst. 29. numer. 161. cum seqq.* Put. *decis. 201. libr. 1.* Rot. *decis. 324. num. 3. & decis. 456. numer. 1. part. 2. recent. & apud* Greg. XV. *vbi sup. num. 6.*

Solum igitur supererit in contrarium adductis respondere, quæ pro clariori, & faciliori intelligentia, & quia tot tantorumque hinc inde scribentium excitatæ difficultates id exposcunt particulariter discuti, & examinari oportet.

Primò dicebatur quod D. Iulia semper possedit Castrum, & alia bona, de quibus agitur tàm ante, quàm post matrimonium Adriani cum Domitilla, vt ex testi-
bus summar. 6 vnde cum † duo non possint eamdem rem 7
insolidum possidere, consequenter Adrianus nunquam possedit, & ideo testes deponentes de illius possessione de-
bere intelligi de † possessione iure familiaritatis, quæ non 8
releuat *l. quiaiure familiaritatis vbi* Bart. *ff de acquir. poss.* Menoch. *de arbitr. cas. 160. num. 13. cum seqq.*

Hoc

Hoc obiectum facile fuit sublatum, quia Adrianus ea-
9 tenus præsumitur possedisse bona † prædicta iure familia-
ritatis, quatenus fuerunt in matris dominio Alex. *in d. l.*
qui iure num. 3. vbi etiam Imol. *in princ. &* Castren. *num.* 4.
in ipsum autem translato dominio per donationem, cum
10 clausula, Constituti † cœpit possidere iure proprio ex titu-
lo præcedenti, etiam absque alia declatione Soccin. *sen.*
cons. 181. *num.* 5. *versic. & eo maximè libr.* 2. Purpur. *cons.*
298. *num.* 12. Bursat. *cons.* 9. *num.* 8. *lib.* 1. Rot. *apud* Greg.
XV. *decis.* 92. *num.* 3. & ibi additio & apud *R. P. D. meum*
11 *Decanum decis.* 239. *num.* 6 & ratio est quia † præsumitur
possessio iure familiaritatis, vt excludatur delictum, ne,
qui titulum non habet, videatur alienum occupare, quæ
12 cessat in Adriano, qui titulum habebat, † ergo cessare io
eo quoque debet præsumptio possessoris iure familiarita-
13 tis. Et ex aduerso D. Iulia, quæ translato † domioio in
Adrianum desioit esse Domina, *§. sic itaque discretis Inst.*
de act. ex tunc, vsque ad donationis resolutionem iure fa-
miliaritatis possedisse præsumitur iuxta tradita per Doct.
in d. l. qui iure, & Surd. *cons.* 94. *num.* 36. quo fit vt testes
D. Iuliæ deponentes de possessione Adriani iure familiari-
tatis & de possessione illius iure proprio, etiam post coo-
tractum matrimonium, noo sint io consideratione haben-
14 di; vltra quod † non reddunt scientiæ causam, quioimò
nec aliqua, quæ congrua sit, reddi potest, quia cum pos-
15 sidere † vno, vel alio modo animi sit *l. si quis vt §. diffe-*
rentia, ff. de acquiren. poss. non cadit sub sensu corporali;
Et io omnem casum sufficit Domitillæ ad obtinendum in
16 Saluiano, † possessio Adriani ex clausula, Constituti,
quamuis de ea per testes deponentes de actibus possessorijs
non constaret iuxta superius allegata.

Secundò opponebatur, quod donatio de his bonis fuit
resoluta per mortem Adriani, vigore pacti reuersiui in ea
adiecti, quod Adriano præcedente Iuliæ donatrici sine de-
scendentibus bona donata ad illam reuerterentur, & con-
sequenter fuit etiam resoluta hypoteca in fauorem Domi-
17 tillæ, † si quæ fuit, sine qua non datur Saluianum *l. si ex*
duobus §. sed hæc Marcellus ff. de in diem addit. l. lex vecti-
galis. ff. de pignor. Mantic. *de tacit. & lib.* 11. *tit.* 32. *num.*
67. *& seqq.* Rot. *apud* Seraph. *decis.* 693. *num.* 5.

Sed etiam hoc obiectum facilè tollitur ex facto, quia
quamuis donatio fuerit resoluta, in casu sequuto; tamen
in eadem fuit Adriano data libera facultas hypotecandi
bona donata pro restitutione dotis prima vice recipiendæ,
18 † quæ est ista, de qua nunc agitur: quæ facultas non fuit
resoluta Rota *apud Pacif. decis.* 150. *num.* 8. & sic resolutio
donationis noo operatur quoad hypotecam, sed ipsa re-
19 mansit pro dotis restitutione, & bona donata † reuertun-
tur cum sua causa, idest cum d. hypotheca ex consensu, &
voluntate donatricis *l. si quis ff. de vsufruct. legat. cap.* 1. *de*
feud. non haben. propr. natur Bart. *in l. in diem addicto num.*
1. *ff. de aqua pluuial. arcen.* Corbul *de emph. tit. de priu. ob*
non solut. canon. ampl. 34. *num.* 3. *post princ. vers. hoc verum*
nisi D. consenserit. Afflict. *decis.* 112. *numer.* 7. *&* 9. Gabr.
cons. 143. *num.* 6. *lib.* 1. Crescent. *decis.* 9. *nu.* 6. *de priuil. &*
Rot. *in Romana census* 9. *Martij* 1607. *coram bo. mem. Iusto*,
20 & ratio est, quia † sicut in re aliena potest ab initio Do-
mini voluotare pignus seu hypoteca constitui *l. aliena res*
ff. de pignor. act. & l. Pompon. §. item illud, vbi glos. ff. in
quibus causis pignor. ita & Dominus reuocabiliter potest
21 pignus, vel † hypothecam imponere in re propria, in ca-
sum, quo Dominus esse desierit, accedente tamen vt hic,
consensu, & voluntate illius, in quem dominium est re-
casurum, *arg. tex. in l. si rem, & l. existimo, ff. de verbor.*
oblig. ioter vtrumque enim casum, nulla versatur diffe-
rentiæ ratio.

Sed vnum est, ex quo penitus omnis tolli videbatur
scrupulus, qood si benè res perpendatur, nec Ius Adria-
no ex donatione competens fuit resolutum, quando qui-
22 dem fuit etiam sibi data licentia † vendendi bona donata
pro dotis restitutione, ex qua acquisiuit sibi Adriano in di-
cto casu hypothecam io bonis donatis ipso Iure, vt probat
text. singularis in l. 3. *§. fin. ff. qui potior.* ibi, *Inter fratres*
conuenit, vt si frater agri portionem pro indiuiso pignori
datam à Creditore suo, non liberasset, ex diuisione
quæsita partis partem dimidiam alter distraheret, pi-
gnus intelligi Constitutum existimauit, & ibi Bart. vbi per
23 illum *tex. quod ex † facultate vendendi constituitur hypo-*
theca, & facit singulare dictum Bald. *in l. Creditores in fin.*
C. de pignor. vbi ex d. §. quod si paciscor, vt si mihi pecu-
nia debita non soluatur; liceat mihi ingredi bona debitoris
propria auctoritate, eo ipso censentur hypotheca contra-
cta, licet nihil de hypotheca dictum fuerit, & Baldi dictum
commendat *Cremes. sing.* 2. quæ hypotheca resoluta dona-
tiooe per mortem Adriani, dubio procul remansit in illius
hæreditate, & ideò † venit sub illa hypoteca generali 24
omnium bonorum, & Iurium in fauorem Domitillæ *l.*
nomen. C. quæres pign. oblig. Neguf. *de pignor. in* 2. *memb.*
2. *par. num.* 8. *cum seqq.*

Neque obstat quod in re † propria non detur pignus, 25
aut hypotheca *l. neque pignus, ff. de reg. iur. quia* hæc regu-
la limitatur, quando Dominium est commutabile, &
tempore † duratutum, vt quia restitutioni subiacet, tunc 26
enim potest esse hypotheca ei, qui debet restituere, *l. ex*
sextante §. lat mus ff. de except. rei iudic. Bart. *in l. debitor,*
ff. ad Trebell. Bald. *cons.* 167. *num.* 2. *vers. non obstat lib.* 1.
Ias. *in §. sic itaque discretis num.* 21. *instit. de act.* Neguf. *de*
pignor. in 4. *memb.* 5. *part. num.* 2. *vers. & non obstat.* Quod
verò Interesset Adriano bona donata esse etiam sibi hypo-
thecata in dicto casu, non eget discussione, cum enim
donatio ideo sibi à Iulia matre facta fuerit, vt nobilius,
ac decentius matrimooio collocaretur, tanto magis id con-
sequuturus erat, quaoto pleoiora iura in rebus ad hoc do-
natis acquisiuit.

Tertiò adducebatur quod matrimonium Adriani cum
Domitilla præcessit donationem; igitur † D. Iulia, quæ 27
ideò dedit, vt decentios Adrianus nuberet de alijs nuptijs
intellexisse visa fuit *l. si ita* 46. *§. si pater ff. de leg.* 2. ibi,
si enim hoc pater non ignorabat videtur de alijs nuptijs sen-
sisse, & l. iam facta. ff. de condit. & demonstr. ibi, *si iam fa-*
cta sunt, quæ conditionis loco ponuntur, & sciat testator
expectentur vt fiant, quorum iurium dispositionem proce-
dere † etiam in contractibus, & sic in donatione firmant, 28
Bart. *in l.* 2. *num.* 4. *ff. de con. dit. & demonstr.* Emanu. à Co-
sta. *lib.* 2. *select. cap.* 12. *num.* 1.

Non minus istud etiam ex facti contextura remoueba-
tur, quia ex ea clarè conspicitur donationem, & inde fa-
cultatem hypothecandi fuisse correspectiuas ad matrimo-
oium cum Domitilla. Primò *ex trad. per* Modern. *de*
pact. nupt. claus. 4. *glos.* 9. *num.* 5. *part.* 1. *vbi num.* 19. *cum*
seqq. quod in † donatione parentum facta filijs, dicitur 29
contemplatum certum matrimonium absque alia specifi-
catione, quando vt hic præcesserunt sponsalia cum certa
muliere. Secundò ex alia donatione, quæ præcesserat
matrimonium, cuius in hac secunda, de qua agitur, fuit
facta mentio, quæ quamuis fuit nulla † defectu solemni- 30
tatis, probat voluntatem *l. fin. ff de reb. eor. qui sub tut.*
Tertiò, quia licentia hypochecandi fuit pro assecuratione
restitutionis dotis, prima vice recipiendæ, & sic prioris
matrimonij, illius scilicet, quod Adrianus cum Domi-
tilla contraxit, cui Iulia in oomnibus consensit, ac inter-
uenit; quinimò, & dotem prædictam post dictam dona-
tionem recepit. Quartò, ex causa finali, seù impulsiua
donandi, vt Adriaous quam primum, & decentius ma-
trimonio collocaretur, cui plenè per matrimonium cum
Domitilla fuit satisfactom, tam quoad generis nobilita-
tem, quàm quoad dotis quantitatem, & iniquum vide-
retur quod D. Iulia Adrianum, tunc de recenti vxoratum
desiderasset, quàm primùm iterum vxorari, quod fieri
non † poterat nisi soluto illo matrimoolo. Et demum quia 31
de iure nihil interest, præcesserit, aut subsequuta fuerit
dicta facultas, vt probat *text. optimus in l. si autem plures,*
ff. de aqua pluuiali arcend. ibi, *& placet nihil interesse,*
vtrum præcedat Domini volunt aquæ ductionem, an subse-
quatur, quia & posteriorem voluntatem Prætor tueri de-
bet, & in puncto Peregr. *cons.* 78. *num.* 10. *cum seqq. lib.* 3.
Vincent. de Franc. *decis.* 265. *per tot.* vbi quod siue præ-
cedat, siue subsequatur patris aut matris † donatio, vt fi- 32
lius decentius oubat, illa non potest à filijs diminui seu re-
tractari in præiudicium vxorum, quod vtique posset, si
vxori non esset illicò Ius quæsitum.

Quartò, contendebatur, quod vtcumque sit de facul-
tate hypotecandi, & sic de Adriani potestate, non tamen
constat quod ille hypothecare voluerit, cum enim id to-
tum vigore dictæ licentiæ in eius † voluntate positum esse 33
videatur iuxta doctrinam Bart. *in l. centesimas §. vlt. ff. de*
verb. oblig. debuit constare, quod ea facultate vsus fuerit,
& non constat eo Ipso, quod ille velle non declarauit *l. si ita*
legatum §. illi si voles ff. de legat. 1. vbi si alicui † legetur, si 34
volet, debet suam voluntatem declarare, & ferè in ter-
minis Laurent. Siluan. *cons.* 14. *per tot.* vbi quod filio gra-
uato hæreditatem restituere, si sine † filijs decesserit, cui 35
data

data fuerit facultas vendendi, & obligandi, debet intelligi si expresse, & specialiter disposuerit, & non aliter, quod fortius in casu nostro dicendum videbatur, ex quo bona donata fuerunt in eadem donatione prohibita alienari.

Huic difficultati fuit responsum, quod stante facultate hypotecandi, generalis hypotheca bonorum & Iurium
36 Adriani in † fauorem Domitillæ, comprehendit etiam absque alia espressione bona donata, quamuis alioquin obligari prohibita Neguf. *de pign. 2. memb. 2. par. num.* 28. 43. & 44. Crauett. *cons.* 256. *num.* 5. & *cons.* 303. *numer.* 4. Curt. iun. *cons.* 226. *numer.* 8. Bursat. *cons.* 32. *numer.* 10. *ad fin. lib.* 1. Tiraq. *in l. si vnquam in verbo bona, numer.* 14. *& seqq. C. de reuocand. donat.* Rot. *decis.* 149. *numer.* 9. *& decis.* 150. *num.* 2. *apud Pacif.* & ratio est, quia vt vnus
37 ex Dominis aduertit appellatione † Iurium venit etiam & facultas aliquid faciendi, & disponendi *l. qui in potestate, ff. de testam.* Dec. in *l. emancipata in 2. lectur. numer.* 11. *C. qui admitti,* & puncto Menoch. *cons.* 210. *num.* 32. vt in
38 simili si data sit facultas fideicommissario † disponendi de mille, & decedat intestatus, aut nulla facta de illis dispositione, eius legitimi hæredes in quos transierunt vniuersa illius Iura *l. nihil aliud ff. de verb. signif.* poterunt illa retinere Natt. *cons.* 217. *num.* 10. Menoch. *d. cons.* 210. *nu.* 50. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. libr. 7. tit. 7. numer.* 14. Vincent. de Franc. *decis.* 45. *per tot.* Supra verò in contra-
39 rium adducta procedunt in facultate † conditionali, cum nos versemur in facultate pura, licet restricta pro dote prioris matrimonij, quod vt dictum est, iam præcesserat, quo modo distinguit. Rot. *in supr. allegat. decis.* 149. *num.* 9. *apud Pacif.* & ad Sillian. bene respondet Menoch. *in d. cons.* 210. *num.* 69.

Quintò, illud acriter in contentionem veniebat quod quidquid sit de hypothecandi licentia iuxta superius resoluta, illa tamen non videbatur trahenda ad casum, qui euenit, nempe ad casum præmorientiæ Adriani sine descendentibus, cum in eo simpliciter, & absolutè dictum fuerit, vt bona donata integrè ad Iuliam redirent, sed tantum ad secundum casum, nempè quando ipsa donatrix præmoreretur, quo casu apposuit prohibitionem, de non alienando, etiam latè sumpto vocabulo in fauorem primogenituræ, quam constituit, nisi pro assecuratione, & restitutione dotis, &c. Vnde quemadmodum, non fuit factus locus prohibitioni de non alienando, quia casus
40 iste non euenit, ita † nec etiam locus exceptioni dictæ prohibitioni adiectæ *ad l. nam quod §. fin. ff. de pœn. leg.* Surd. *cons.* 227 *numer.* 20. *cum seqq.* erat enim d. exceptio conse-
41 quutiua, & famulatiua prohibitioni † de non alienando, igitur ista resoluta, etiam illa resoluta fuit ad *trad. per* Dec. *cons.* 636. *numer.* 8. *cum seqq.* Rot. *apud* Seraph. *decis.* 883. *& in recent. decis.* 100 *num.* 7. *par.* 1.

Fuit etiam optime responsum, quod quando facultas alienandi esset consequutiua ad alienationis prohibitionem, & cum ea resolueretur, quia tamen alienationis prohibitio respicit tantum donationem, & sic vtrumque
42 casum † ex quo stat de per se, & in clausula separata habente suam orationem perfectam, ibi, *& ad hoc vt huiusmodi sua donatio, & dispositio suum sortiatur effectum &c.* iuxta doctrinam Bar. *in l. fin ff. de reb. dub.* Pereg *de fideic. art.* 16. *numer* 102. Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt.* 181. *num.* 2. Rot. *decis.* 709 *numer. 7. par. 1. recent.* pariter etiam exceptio, ibi, *nisi pro assecuratione & restitutione dotis, &c.* ad totam donationem referri oportet, & sic exceptio sit de regula.

Rursus post clausulas in quibus habentur prædicti duo casus, & illam, in qua fit alienationis prohibitio, mediat alia clausula, qua disponitur, vt quæ dicta fuerunt de morte naturali, intelligantur etiam dicta de morte ciuili, quæ certè tam ad casum præmorientiæ Adriani sine descendentibus primo loco scriptum, quàm ad secundum, quo cum illis decederet referenda est, quamuis secundum formam verborum restricta videatur ad casum primogenituræ, aliter sequeretur quod Iulia voluit quod in casu præmorientiæ Adriani morte ciuili, bona ad ipsam non essent reuersura, sed esset confiscationi locus, quod profectò dicendum non est, ergo à fortiori dicere conuenit, quod clausula prohibitionis alienationis inferius posita respicit vtrumque casum, cum eadem prorsus ratio militet *ad trad.* Peregr. *vbi supra num.* 38.

Præterea accedit causa donandi in exordio donationis,
43 ibi, *vbi quamprimum, & decentius nubere possit,* causa †
etenim dicitur anima, & spiritus dispositionis, ac ipsamet dispositio vt dixit Bald. *in l. si quis seruo n. 7. C. de furt.* Tiraq. *in d. l. si vmquam ver. libertis num.* 38. & ideo quamuis alienandi, & hypothecandi facultas apposita videatur consequutiuè ad prohibitionem alienationis, quæ respicit perpetuitatem fideicommissi, quia tamen facultas prædicta respicit aliud longè diuersum, nempè fauorem vxoris dotem soluentis, consequenter ex diuersitate rationis de-
bet fieri † restrictio, aut ampliatio, non verò ex figura, 44
& ordine scripturæ, *l. cum pater §. dulcissimis ff. de leg.* 2. Molin. *de Hispan. primog. lib.* 11. *cap.* 5. *num.* 9. & maximè stante correspectiuitate adhuc matrimonium tanquam tunc tractatum, & conclusum iuxta superius ponderata in responsione ad tertium obiectum, quo casu dubitan-
dum non est, quin dicta facultas debeat simpliciter † in- 45
telligi, ne dotantes decipiantur ad tradita per Modern. *vbi supra claus. 4. glos.* 1. 2. 26. *cum seq.*

Demum Domini considerabant, quod hæc obligandi facultas processit à matre in donatione facta vnico filio habili ad matrimonium contrahendum, quæ licet iuris ne-
cessitate compelli † non poterat ad dandum filio propter 46
nuptias pro dotis recipiendæ assecuratione, tamen tenebatur necessitate naturæ ad id impellente Paul. de Castr. *in l. quoniam nouell. num. 2. vers. sed tertio C. de inoff. test.* Becc. *cons.* 20. *num.* 3. *lib.* 1. Peregr. *cons.* 78. *num.* 13. *libr.* 3. ergo credendum est ita absolutè fecisse, cum absolutè necessitate naturæ teneretur.

Non obstat quod D. Iulia in casu præmorientiæ Adriani eam virtualiter prohibuit alienationem, dum in eadem clausula prouidet, quod tunc bona donata ad eam integraliter reuerterentur, & propterea quod expressa prohibitio inferius facta in clausula separata ad secundum dumtaxat casum referri debeat; quia etiam prædicta expressa prohibitio ad casum præmorientiæ viriliter refertur, quia illa cessante non obstante virtuali, & tacita prohibitione,
Adrianus † eius vita durante potuisset bona donata alie- 47
nare *l. si seruo legato §. 1. de leg. 1. l. cum pater §. libertis vbi gl. verb. alienauerit, ff. de leg.* 2. Bart. *in l. si §. sin autem vbi communiter Doctor. C. comm. elegat.* Surd. *cons.* 299. *num.* 26. Rot. *apud* Seraph. *decis.* 783. *numer.* 6. *& diuers. decis.* 110. *num.* 34. *par.* 2. sicque bona in alium translata non tàm citò ad Iuliam redirent, & forte difficilius & deteriorata,
secus autem est stante expressa prohibitione, quia † tunc 48
etiam viuente grauato alienatio est nulla, & bona statim possunt vindicari *d. §. libertis l. peto. §. fratre ff. de leg.* 2. Molin. *de Hisp. primog. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 33. Peregr. *de fideic. art.* 4. *num.* 4. & Rot. *vbi sup.* & proinde non sine misterio in d. donatione causa expressæ prohibitionis fuit latissimè concepta, vt vtrumque posset comprehendere casum ibi, *& ad hoc, vt huiusmodi sua donatio, & dispositio semper & omni tempore integrum effectum sortiatur, &c.*

Sextò obijciebatur, quod debuit prius fieri excussio con-
tra bona Adriani, quia quamuis in Saluiano † excussio- 49
nis exceptio non admittatur ad tradita per *Pacif. de Salu. inspect. 2. c. 2. num 72 cum seqq.* Surd *cons.* 4. *num.* 36. ad-
mittitur tamen quando est de † natura obligationis Stracc. 50
de assecur. in præfat. num. 54. Cum igitur hic facultas hypothecandi fuerit concessa pro assecuratione dotis, & asse-
curationis natura sit, vt veniat † accessoriè ad obligatio- 51
nem principalem, Stracc. *vbi sup.* Molin. *de Hisp. primog. lib. 4. c. 7. num. 1. cum. seqq.* consequenter etiam excussioni locus esse videtur.

Sed Dominis visum fuit hoc obiectum in contrarium retorquerì, quia Adrianus fuit pro dote principaliter obligatus, & illi à Iulia matre facta donatio de præsenti, quo
casu † in Saluiano non admittitur excussio ad late tradita 52
per *Pacif vbi supra,* & facultas hypotecandi non solum cantat pro assecuratione, sed etiam pro dotis restitutione; aliter enim non sequeretur effectus causæ impulsiuæ, vt quàm primum, & decentius nuberet, quia nullus esset qui impelletur ad dotandum, si dicta facultas in subsidium esset intelligenda, & ita in puncto facultatis hypothecandi pro assecuratione dotis, Moder. Rom. *discept. forens. cap.* 996. *per tot.* Et in omnem casum esset exhibenda excussionis exceptio ratione propriæ hypothecæ Adriano quæsitæ iuxta superius dicta in responsione ad secundum in fin.

Postremò, ac tandem fuit allegatum, qood donatio facta fuit quatenus Adrianus vxorem duceret de consensu in scriptis D. Iuliæ, & quod aliàs resolueretur; & ideo non

fat

sat esset quod licentia, vtrumq; probetur dum præcisè de illa scriptis Bertazz. *conf. e im. 8. nu.* 11. *lib.* 1. & ex regula
53 quod vbi † debet interuenire scriptura, non sufficit simplex consensus, Put. *decis.* 43. *lib.* 3. & Rot. *diuers. decis.* 377. *num* 6. *par.* 1.

Verùm ex supra traditis patet solutio, cum enim vt di-
54 ctum fuit ante matrimonium cum Domitilla † præcessetit alia donatio ad illud correspectiua, licentia, quæ fuit subsecuta, de qua in secunda donatione, aut debet intelligi de alio matrimonio *iux. tex. in d. l. si iam facta*, *ff. de condit. & demonstr.* aut manifestè fuit per errorem adscrip-
55 ta, quia cum iam præcesserit hoc matrimonium cum † consensu D. Iuliæ, frustrà in ordine ad illud licentia in scriptis erat requirenda, vt in simili Rota *decis.* 797. *num.* 12. *par.* 1. *diuers.* & in omnem casum quando licentia in
55 scriptis † esset de forma, quia tamen illa respicit certum finem, videlicet vt filium non nubat sine donatricis consensu, & voluntate sufficit quod per æquipollens adimpleatur, prout tunc adimpleta fuit *l. si mater C. de instit. & substit.* & ratio est, quia magis attenditur finalis causa
57 formæ, quàm verba præcisa, vt dicit Bald. *in cap. quoniam col.* 2. *de offic. deleg.* Vant. *de nullit. sent. ex defect. citat. num.* 14 Paris. *cons.* 32. *num.* 34. *lib.* 2. Crauet. *cons.* 77. *numer.* 4. *lib.* 1. Afflict. *decis.* 378. *numer.* 5. Sarnen. *in reg. de public. quæst.* 11. *num.* 2. Rot. *decis.* 33. *numer.* 4. *par.* 2. *diuers.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

Infra in hac parte habentur aliæ decisiones in hac causa sub diebus 7. Aprilis 1628. coram eodem Reuerendissimo Vrgellen. & 7. Iunij, & 20. Decembris 1630. coram R. P. D. Queipo sunt in ordine decisiones 167. 383. & 416. & in sequenti parte adsunt duæ aliæ videlicet sub diebus 24. Ianuarij 1631. coram eodem R. P. D. Queipo, & 10. Decembris 1632. coram Reuerendis. P. D. Pirouano Decano, sunt in Ordine decisiones 8. & 161. Et infra in par. 5. aderit alia decisio, & quidem Magistralis sub die 4. Iulij 1035. coram eodem Reuerendiss. Decano.

REV.MO P. D PIROVANO DECANO.

Toletana Habitus.

Die Mercurij 10. *Iunij* 1626.

ARGVMENTVM.

Appellans, vel appellatus, si intendat prosequi ad vlteriora, debet acta transportare, & hoc tam vigore Concil. Trident. quàm Iuris communis, & quando ab ista transportatione excusetur.

SVMMARIVM.

1 *Acta debent transportari tam vigore Conc. Trid. quàm etiam ex dispositione Iuris communis.*
2 *Iudicium ferri non debet, non visis actis.*
3 *Appellans, vel appellatus ad vlteriora procedere volens, liberatur ab obligatione transportandi acta, si præstitum fuerit impedimentum, ne ea transportentur.*
4 *Impedimentum, quando dicatur præstitum, nè acta transportentur vide num.* 6.
5 *Compulsum non datur sine originalibus.*
7 *Religio Hierosolymitana obsequens semper fuit Sedi Apost. & illius mandatis, & literis paret.*
8 *Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 20. *non arctat appellantem quærere acta transportando ab alio, quàm à Notario Iudicis à quo.*

DECISIO XVIII.

Quæsitum fuit, an constet de sufficienti actorum transportatione, ita vt sit procedendum ad vlteriora, & affirmatiuè fuit resolutum.
1 Nam, si & acta debeant † transportari tam vigore Concilij Trid. *Sess.* 24. *cap.* 20. *de reformat.* quàm etiam ex dispositione Iuris communis, ne feratur iudicium, † non a
visis actis contra *l.* 2. *C. de eden.* & de actis coram quocunque Iudice Ecclesiastico sit intelligendum; prout hæc omnia latissimè fuerunt firmata *in Leodien. fideicommissi de Steuar coram Domino meo Decano* 3. *Iulii* 1623. & *dictum fuit in Maiorieen. Pœnitentiariæ* 21. *Iunii* 1591. *coram bon. mem. Cardin. Blanchetto, & in Placentina Administrationis Sacramentorum prima Decembris* 1567. *coram Card. Lancellotto Seniore.* Attamen vera est etiam huius conclusionis limitatio appellantem, † vel appellatum ad vlterio- 3
ra procedere volentem liberari à predicta obligatione, si præstitum fuerit impedimentum, ne acta transportare possit. Bald. *in cap. quoniam frequenter §. porrò num.* 2. *vt lit. non contest.* Seraph. *decis.* 1305. *num.* 7. Rot. *in Tullen. Coadiutoriæ* 17. *Februarii*, & *in Abulen. Parrochialis* 14. *Aprilis* 1614. *coram bonæ mem. Card. Sacrato*, & *in Panormitana Archidiaconatus* 15. *Iunii coram Domino meo Buratto de dicto anno* 1614 *coram Papa Greg. XV. decis.* 341. *num.* 2. vbi adden. alias decisiones referunt.

Impedimentum autem Antonio præstitum transporta-
tioni † actorum visum fuit concludenter probari ex eo, 4
quod ex processu appareat literas compulsoriales fuisse expeditas, & præsentatas in partibus coram Sebastiano Godouer in Iudicem assumpto, & exinde Didacus de Congera, & Raphael Ortiz exequutores cuiusdam mandati de transportando acta præsentis causæ ad curiam Militen. per supremum Magistratum relaxati, accesserunt ad domum Raphaelis Rufini Secretarii, penes quem acta originalia extabant, & illa non obstantibus & iurisdictione Iudicis Compulsoris asportarunt, & eis sublatis nullibi dubium, quod impedimentum ineuitabile remaneat:
Quia sine † originalibus non datur compulsum, & quod 5
fuerit etiam daula immediata propter quam minimè præstitum fuerit, quod præstare debebat optimè probatur, quia alio remedio Antonio succursum non erat, quàm per literas compulsatoriales, quorum effectus; cum per Antonium omni meliori modo, etiam per censuras fuerit tentatus dubitari non potest de diligentia in præstando
quod præstare debebat, atque ita semper intrat † impos- 6
sibilitas remouendi impedimentum, & diligentia ad illud remouendum, quæ sunt precipua requisita ad hunc effectum pondetata per Menoch. *de arbitr. Iud. cas.* 118. *nu.* 7. & recepta per Rotam in dicta decisione Tullen. Coadiutoriæ 17. Februarij 1614. coram bon. mem. Card. Sacrato.

Non obstat quòd impedimentum possit remoueri ex
quo Religio † Hierosolymitana obsequens semper fuit 7
Sedi Apost. & illius mandati, & literis pareat, vt propterea acta à Curia Melitensi debeant transportari.
Quia Concilium *sess.* 24. *cap.* 20. † non arctat appel- 8
lantem quærere acta transportanda ab alio, quàm à Notario iudicis à quo, cui si impedimentum probatur præstitum ad remotiora remedia, non erit recurrendum in odium occupantium acta, ne tamen Religioni aliquod inferatur præiudicium si forsan parata esset exhibere acta asportata. Domini ordinarunt, vt Oratori eiusdem Religionis, dum pendent vacationes generales communicarem Rotæ resolutionem; prout feci.

Et ita, &c.

REVERENDISSIMO COCCINO.

Viterbien. Castrorum.

Die Veneris 19. *Iunij* 1626.

ARGVMENTVM.

Hæres adeundo hæreditatem sine beneficio legis, & Inuentarij, grauatur quoad legata, & fideicommissa particularia vltra vires hæreditarias, & de suo proprio, & alia de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Testator potest disponere de rebus hæredis, sicuti de rebus propriis, & num. 8. in fin.*
2 *Oneratus in quantitate non potest vltra grauari, quàm sit quantitas, & eius vsuræ.*

3 *Gra-*

3 *Grauatus, si simpliciter adeat hæreditatem, & non conficiat inuentarium, tenetur ad illud grauamea, etiam quod suo plus valeat.*

4 *Hæres grauatus in tota, vel quota hæreditatis, in qua prius fuit honoratus, si non conficiat inuentarium, tenetur restituere solum, quoad quantitatem relicti.*

5 *Inuentarij omissio ex iure nouo, non grauat hæredem adeuntem vltra dispositionem iuris antiqui.*

6 *Hæres, quando adiuit hæreditatem sine beneficio l. & inuentarij, ius nouum eum grauat quoad legata, & fideicommissaria particularia vltra vires hæreditarias, & num. 19.*

7 *Legata, & fideicommissa singularia relicta non fiunt de ipsa hæreditate, sed de alijs bonis.*

8 *Hæres grauatus restituere rem propriam, cum cæteris bonis fideicommisso subiectis, adeundo hæreditatem sine inuentario, videtur onus impositum acceptasse.*

9 *Hæres, quando adit hæreditatem, eius patrimonium vnà cum defuncti efficitur vnicum, & quasi contrahit cum legatarijs, & fideicommissarijs.*

10 *Hæres grauatus fideicommisso particulari de re sua, & fideicommisso vniuersali de bonis testatoris, nisi ex fructibus bonorum d. fideicommissi vniuersalis perceperit tot fructus, qui æquiualeant æstimationi legati particularis, illud potest retinere.*

11 *Possessio, vt transferatur, quando est restituenda, non sufficit restitutio verbalis.*

12 *Compensationis exceptio requirens altiorem indaginem, non est admittenda ad impediendam immissionem in Saluiano.*

13 *Tex. in l. cum pater §. Titio ff. de leg. 2. & alij declarantur.*

14 *Bellon. in cons. 99. num. 15. declaratur, & num. 24. & 25.*

15 *Vxori secundum ius antiquum non habenti solidi capacitatem, licebat legare vsufructum tertiæ partis bonorum, & si liberos habuerit, eiusdem partis proprietatem.*

16 *Debitor, si hæredem instituerit creditorem, per hoc videtur velle, quod debitum compensetur, & num. 17.*

18 *Hæres acceptando hæreditatem sine inuentario sibi præiudicat.*

20 *Text. in l. ita tamen 22. §. fin. ff. ad Trebell. declaratur, & num. 23.*

21 *Prælegati pretium ex bonis hæredis potest retineri.*

22 *Seruo existenti ante libertatem datam hæreditas dari non potest.*

27 *Hæredi à seipso, neque legatum, nec fideicommissum relinqui potest.*

28 *Fideicommissarius capit bona de manu hæredis.*

DECISIO XIX.

GEorgius Testator fecit fideicommissum particulare ad fauorem Honuphrij iunioris filij, & omnium primogenitorum de familia, in quo magna ex parte supposuit bona subiecta fideicommisso Honuphrij senioris Aui facti ad fauorem ipsius Honuphrij iunioris, quod potuisse facere fuit latè probatum in decisione facta coram me 10 Maij 1624. & hoc non controuertitur, fecit etiam in eodem testamento fideicommissum vniuersale ad fauorem omnium descendentium, & cum venerit casus, quod vtrumque fideicommissum euentualiter deuolutum fuerit ad D. Valerium, & ipse petierit vtrumque, & quater fuerit resolutum posse agere Saluiano ad dictum fideicommissum particulare contra Excellentiss. Ducem Brachiani, qui possidet vtrumque fideicommissum; Dubitaui, an dicta petitio vniuersalis fideicommissi facta per D. Valerium ei obstaret in casu, & ad effectum, de quo agitur, qui est, quod Excellentiss. D. Dux successor dicti Honuphrij iunioris prætendebat posse detrahere dicta bona subiecta fideicommisso Honuphrij senioris, vel saltem illa retinere donec discutiatur: An ex dicto fideicommisso vniuersali Georgij, & illius fructibus possit prouideri ipsi Excelleo. D. Duci pro æstimatione dd. bonorum fideicommissi Honuphrij senioris in fideicommisso particulari contentorum ex adductis per Bellon. iuniorem *in cons. 99. nu. 22. & 28* Et DD. causa bis proposita negatiuè resoluerunt, quia testator † potuit disponere de re ipsius Honu- 1
phrij hæredis, *l. vnum ex familia 69. §. si rem, l. cum pater 79. §. cum pater, ff. de leg. 2. latè* Gomez. *var. resol. libr. 1. cap. 12. numer. 14.* Et quamuis regula sit quod oneratus in a
quantitate, non potest vltra grauari, quàm sit quantitas, & eius vsuræ, *l. si cui 7. ff. de fideicom. libert.* hoc tamen est verum, quando grauatur in re aliena secus autem quando grauatur in re propria, quia si grauatus † simpli- 3
citer acceptat legatum, prout in casu isto, quia Honuphrius adiuit hæreditatem, & non fecit inuentarium vtique tenetur, etiam quod suum plus valeat, vt sunt iura clara, *in l. Imperat. 27. in princ. vers. si centum legatis, ibi num. verò &c. ff. de leg. 2. & est bonus textus in l. gener. 24. §. si quis alienam & in l. si debitor 45. in princ. & §. in fideicommissar. ff. de fideicom. libert.* & hanc distinctionem agnoscit, & sequitur Greg. Lopez *partita 6. tit. 9. l. 3. gl. 5.* & sic ista iura loquuntur in prioprijs terminis, quando testator disponit de re hæredis.

Non obstat, quod omnia prædicta procedunt ad effectum, quod Honuphrius debeat acquiescere dispositioni patris etiam quod in plus fuerit grauatus, non autem ad effectum, quod non possit retinere ex fideicommisso generali quantum importat particulare; Quia fuit responsum hoc regulariter procedere, non autem in casu isto, in quo Testator, vt dictum est, duo fideicommissa fecit, vnum vniuersale, quod hæredes Honuphrij absque dubio tenentur restituere, & aliud particulare ex magna parte ex bonis, & Castris subiectis fideicommisso ad fauorem ipsius Honuphrij, quod etiam pariter debet restitui, etiam quod excedat valorem hæreditatis, cum Honuphrius non fecerit inuentarium, quia, etsi verum sit, quod hæres † grauatus in tota, vel quota hæreditatis, in qua prius 4
fuit honoratus, si non conficiat inuentarium, tenetur restituere solum ad quantitatem relicti, habendo rationem ad fructus perceptos, & cum fiat de ipsa hæreditate non potest fieri vltra vires hæreditatis, & ex iure nouo omissio inuentarij † non grauat hæredem adeuntem vltra dispo- 5
sitionem iuris antiqui. Attamen in casu isto cum agatur de fideicommisso particulari, vt pluries fuit firmatum, & Honuphrius adiuerit hæreditatem sine † beneficio l. & in- 6
uentarij ius nouum, *de quo in l. fin. C. de iur. de lib. & auth. de hæred. & falc. §. hinc nobis, vers. si verò non fecerit Inuentarium*, grauat hæredem quoad legata & fideicommissa particularia vltra vires hæreditarias, & de proprio cum singularia † relicta non fiant de ipsa hæreditate, sed de alijs 7
bonis, *l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupil. l. arrogat. ff. de adopt.* & hanc distinctionem facit Castren. *in l. ab omnibus, §. fin. num. 2. ff. de leg. 2. & in l. ita tamen, §. si ex Treb. num. 2. ad Trebell.* cum allegatis in decisione facta in hac eadem causa 10. *Maij 1624.* quibus postea addi, *gl. in d. l. fin. §. si verò post quam, in vers. censueruat, C. de iur. delib.* Soc. Iun. *cons. 7. num. 15. vol. 4* Boer. *cons. 53. nu. 3.* Franc. Marc. *decis. 433. in 2. p. 1.* Magon. *decis. Florent. 130. num. 4. & decis. Lucan. 6. num. 40.* Menoch. *cons. 207. num. 17. & cons. 272. numer 6.* Laderch. *cons. 141. numer. 5.* Valasch. *decis. 52. num. 15.* Pereg. *de fideicom. art. 33. n. 13. & cons. 64 num. 28 vol. 3.* Surd. *cons. 459. num. 16.* & benè in proprijs terminis Gaspar. Ant. Thes. *q. 66. nu. 3 & seq. lib. 2.* dum dicit, quod quando hæres † grauatur restituere 8
rem propriam cum cæteris bonis fidecommisso suppositis, & sine inuentario acceptauit hæreditatem, videtur simul onus impositum acceptasse, & non detrahit ea ratione, quia petitur ex iuris principijs, quibus cauetur testatorem liberam habere facultatem legandi res hęredis vti proprias, etiamsi putaret hæredis esse, & essent propriæ, & subdit num. 4. quod quando † hæres adit, efficitur vnicum patri- 9
monium, & quasi contrahit cum fideicommissarijs agnoscendo, & acceptando grauamen, qui etiam in fine quæstionis refert Ludouicum Morotium Senatorem fuisse huius opinionis, qui vt notum est, non est Doctor vulgaris existimationis.

Non

10 Non obstat quod hæres grauatus fideicommisso † parti-
culari de re sua, & fideicommisso vniuersali de bonis te-
statoris, nisi ex fructibus bonorum d. fideicommissi vni-
uersalis perceperit tot fructus qui æquiualeant æstimatio-
ni legati particularis, illud possit retinere, & sibi de di-
cta æstimatione pro rata satisfacere *ad textum in d. l. cum
pater 79. §. Titio ff. de leg. 2. l. quod de bonis 15. §. quod auus
ff. ad l. falcid. l. ita tamen 27. §. hæres ex asse ff. ad Treb.* quæ
iure considerat Bellon. iun. *in cons. 99. num. 15.* nam omis-
so, quod in dictis iuribus præsupponitur perceptio fru-
ctuum, quæ hic non adest, cum ad hunc effectum requi-
11 ratur restitutio facti per quam etiam possessio † transfera-
tur, nec sufficiat restitutio verbalis Peregr. *de fideic. art. 2.
num. 54.* & propterea ex hoc capite Excellentiss. Dux Bra-
chiani non potest retinere legatum particulare, aut illud
pro rata diminuere. Immò cum huiusmodi exceptio pen-
deat à calculo perceptorum ex d. fideicommisso vniuersali,
quod non potest fieri nisi in actu restitutionis dicti fidei-
12 commissi vniuersalis ista exceptio † compensationis vtpo-
te requirens altiorem indaginem, non est admittenda ad
impediendam immissionem vigore Saluiani in fideicom-
missum particulare Castren. *in l. fin. in princ. C. de compen-
sat.* & fuit resolutum in causa *Romana Saluiani interdicti
17. Ianuarij* 1603. & in *Bononien. Dotis 3. Iunij eiusdem anni
13 coram bon. mem. Litta*, cessat difficultas, quia illa † iura
loquuntur, quando quis fuit grauatus in quota hæredita-
tis, & tunc computatis fructibus perceptis non potest gra-
uari vltra valorem quotæ, qui non est casus noster, cum
agatur de legato rei singularis, non autem quotæ hæredi-
tatis, nec est verum quod idem sit, quando quis grauatur
in restitutione rei singularis *ex text. in l. Lucius 78. §. mari-
tus ff. ad Trebell.* quem ponderat Bellon. *loco citato*, vbi
14 maritus † instituta vxore ex triente, & pluribus ei fidei-
commissis datis dotem quoque prælegauit, & iussit, vt
partem hæreditatis relictam, & quæcumque ei legasset
filio restitueret, & dicitur quod in restitutione non venit
dos, nisi fuerit approbatum, quod Testator etiam de do-
te restituenda senserit, & ita demum si vxor tantum ex
hæreditate Testatoris percepit quantitatem æquiualen-
tem nomine falcidiæ, quantum est ipsa dos, hoc est Tre-
bellianicæ, vt ibi exponunt Viul. Bart. Odofr. *& alij*,
circa quem text. dicit Cuiac. *obseru. lib. 18. cap. 16. in fine*,
15 obseruandum esse vestigium iuris antiqui quo vxori † non
habenti solidi capacitatem licebat legare vsumfructum
tertiæ partis bonorum, & cum liberos habuerit eius-
dem parti proprietatem Vulpia *libr. regul. tit. de de-
cimis*.

Ad intelligentiam istius textus, qui nihil facit ad casum
16 nostrum, est notandum quod si Creditorem † instituit de-
bitor, per hoc videtur velle quod debitum compensetur
l. quod de bonis 15. §. quod auus ff. ad l. falcidiam & declarat
Gregorio Lopez *partita 6. titul. 9. l. 3. glos. supra in fine*, si
verò Testator id quod debet legauit, aut expressè dixerit
17 compensationem † fieri, illa fit vsque ad quantitatem
Falcidiæ, vel Trebellianicæ, vt in *d. § maritus*, & sic
in terminis *d. §. maritus*, cum fuisset legatum debitum
proprium, intrabat compensatio cum Trebellianica, &
optime hoc declarat *text. in l. cum quis 3. ff. de dot. prælat.*
& possent allegari alia iura, quæ adducit Gregor. Lopez
loco supra allegato, qui dicit illa procedere, quando agi-
tur de compensatione, sed hic non agitur de compensatio-
ne, sed de re hæredis, de qua disposuit Testator, & cum
18 Honuphrius acceptauerit sine † beneficio legis, & Inuen-
tarij, sibi præiudicauit, nec est locus compensationi cum
fideicommisso vniuersali ex rationibus supra deductis,
quod quidem fideicommissum vniuersale, nec tangitur
in terminis *d. §. maritus*, sed solum habetur ratio Trebel-
lianicæ ad sustentandam substitutionem factam de credito
hæredis videlicet de dote, & in hoc casu nulla est habenda
ratio Trebellianicæ pro substentatione fideicommissi par-
19 ticularis de bonis grauati, cum Honuphrius † hæres, &
prælegatarius non confecerit Inuentarium, sed simplici-
ter tenetur restituere dictum fideicommissum particulare,
vt supra dictum est.

20 Non obstat etiam † *text. in d. l. ita tamen 22. §. fin. ff. ad
Trebell.* vbi qui seruos suos rogatus est manumittere, &
eisdem hæreditatem restituere, detracto pretio seruorum
hæreditatem restituere debet, ex quo inducitur, quod
21 pretium † prælegati ex bonis hæredis possit retineri, quia
fuit responsum quod in casu *d. §. fin.* detrahitur prius pre-
tium seruorum, tamquam æs alienum, quia onus intrin-
secum, nempe fideicommissum relictum seruis impeditur
per extrinsecum seruitutis, cum hæreditas † ante liberta- 22
tem datam seruo existenti non posset dari, nec fundus, nec
hæreditas restitui, *l. si cui pure 31. ff. ad Trebell.* & notat
Goffred. *in d. § fin. num. 3. & 4.* & propterea cum in casu
illius textus agatur de simplici fideicommissaria, quæ non
potest habere locum nisi serui manumittantur, ideo pre-
tium seruorum detrahitur tamquàm æs alienum hæredi-
tatis, quod non est in casu isto, vltra quod Bart. ibidem
dicit, quod in casu illius † Textus, quis fuit rogatus ser- 23
uos manumittere, & eis restituere hæreditatem deducto
pretio seruorum, & subdit hoc fuisse expressum, quod
dictum si esset verum, tolleret omnem difficultatem.

Non obstat tandem quod dictus † Bellon. *num. 24.* videa- 24
tur dicere quod ius antiquum non est correctum etiam
quoad fideicommissa particularia, nam est aduertendum
quod quatenus hoc diceret, loqueretur contra iura expres-
sa, nec Peregrin. *de fideicom. art. 33. numer. 48.* per ipsum
allegatus hoc dicit, sed solum facit distinctionem, quod
aut agitur de hæreditate, vel quota, & Iura antiqua non
sunt correcta, aut verò agitur de fideicommissis particula-
ribus, & Iura antiqua sunt correcta, ita ut hæres non con-
ficiendo Inuentarium teneatur de proprio, sed coniungen-
da sunt dicta per ipsum num. 33. & 34. cum seqq. Vbi fir-
mat, quod quando idem † est hæres, & legatarius, fidei- 25
commissum particulare quod relinquitur eidem fideicom-
missario vniuersali, non habet naturam aliorum fideicom-
missorum particularium, sed potius naturam fideicom-
missi vniuersalis, vnde cardo difficultatis consistit in eo,
An hoc sit verum, mouetur ex eo Bellonus, quia hæredi
† à semetipso neque legatum, neque fideicommissum par- 26
ticulare relinqui potest *l. legatum 119 §. 5. ff. de leg. 1.* ne
idem remaneat sibi obligatus contra *l. cum filio familias 11.
ff. de leg. 1.* Ex quibus infert quod neque à semetipso fidei-
commissario vniuersali potest relinqui, † qui loco hære- 27
dis est, & quemadmodum quod hæredi à semetipso relin-
quitur, non capitur iure legati, & sic titulo particulari,
sed Iure hæreditario, & sic titulo vniuersali, ita etiam
particulare fideicommissum relictum fideicommissario
vniuersali non censetur capi iure fideicommissi particula-
ris, sed potius iure vniuersalis, & per consequens eodem
Iure censebitur, quo censetur vniuersale. Huic motiuo fuit
responsum verum esse quod legatum, & fideicommissum
particulare ab ipso hærede relinqui non potest, sed non va-
let consequentia quod à fideicommissario vniuersali à se-
metipso fideicommissum particulare relinquatur, quia
fideicommissarius † capit de manu hæredis, cui, & si à se- 28
metipso legari non possit, tamen bona prælegata rema-
nent apud ipsum hæredem cum onere suo Bald. *in terminis
cons. 158. num. 1. lib. 5.* Surd *decis. 269. num. 3.* Zanch. *in l.
hæredes mei §. cum ita par. 5. numer 8 ff. ad Trebell.* Soccin.
Iun. *cons. 8. num. 26. lib. 2.* & fuit dictum in hac causa 10.
Maij 1624. Et in puncto videtur *decis.* Bald. *in cons. 464. nu.
3. lib. 2.* Vbi quando fit locus substitutioni in hæreditate,
ad fauorem legatarij fideicommissum particulare non alte-
ratur, & formalis substitutio particularis non mutatur.

Et ita conclusum &c.

Supra in hac causa habetur alia decisio sub die 11. Martij 1626. coram eodem Reuerendiss. bon. mem. Coccino, est in ordine decisi 4. vbi etiam adsunt aliæ decisiones in hac causa.

R. P. D. MERLINO.

Romana Donationis de Incasatis.

Die Veneris 26. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Causa finalis in donatione, si non adimpleatur, irritatur donatio, secus verò si causa sit impulsiua. Donatio facta causa matrimonij, quandod causa dicatur finalis, & quando impulsiua. Sexagenarij contrahere possunt matrimonium, abrogata lege, quæ contrarium disponebat.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Donatum , si quid sit intuitu certæ causæ ; & causa illa non sequatur , donatio irritatur , & restituendum est donatum. & num. 20.*

2 *Et hoc intellige , quando causa est finalis , secus si sit impulsiua .*

3 *Donationi , quando est adiecta causa impulsiua , non efficit , quin adhuc donatio ipsa dicatur pura , & simplex .*

4 *Donatum debetur etiamsi causa impulsiua donationis non verificetur . & num. 11.*

5 *Donatio facta causa matrimonij in dubio ea causa non censetur finalis , sed tantum impulsiua & num. 10.*

Donatio facta causa matrimonij , si non sit concepta cum verbis conditionalibus , & hoc non potest colligi , quod aliter donans non esset donaturus .

6 *Matrimonium contemplatum in donatione , referendum est potius in causam impulsiuam , quàm in finalem .*

7 *Donatio facta causa matrimonij sanguine coniuncto , donator primariò censetur motus ad donandum ex sanguinis necessitudine tamquam naturali motiuo , non autem ex motiuo matrimonij , quia hoc est accidentale .*

8 *Donatio facta liberè , & ex mera liberalitate , excluditur , quod sit conditionalis , & cum aliquo onere .*

12 *Donatio facta causa matrimonij , si non fuerit contemplatum certum , & determinatum matrimonium , cum aliqua muliere , causa donationis tunc dicitur impulsiua , & finalis.*

13 *Causa finalis colligitur ex proemio .*

14 *Donatio facta causa matrimonij cum expressa ratione conseruandæ agnationis , ista ratio non efficit quod donatio non dicatur pura .*

15 *Causæ plures vbi concurrunt , vna cessante , non corruit dispositio .*

16 *Roland. in cons. 44. lib. 4. declaratur.*

17 *Molin. de rit. nupt. lib. 3. c. 12. declaratur.*

Pater dotans filiam , non potest præsumi in eo liberalitas . num. 17.

Frater dotans sororem , potest in eo præsumi liberalitas. num. 17.

18 *Natt. in consil. 609. declaratur .*

19 *Decis. in causa Bononien. de Luparis coram bon. mem. Remboldo .*

21 *Matrimonium , quis non prohibetur contrahere , licet agat sexagesimum annum .*

22 *Sexagenarij à connubijs contrahendis arcebantur secundum rigorem antiquæ legis Papiæ Popeæ sub Tiberio .*

23 *Sed hanc legem sustulit primò Claudius non quidem edicto , vt aliqui opinantur , sed Senatus consulto .*

Et deinde Seuerus illam etiam antiquauit , qui & vanissimam illam appellauit . num. 23.

24 *Postremò verò Iustinianus crudelissimæ sanctionis nota illam appellauit , & abrogauit .*

25 *Senes etiam decrepiti capaces sunt matrimonii , si nullo alio impedimento laborent.*

26 *Sexagenarii non carent facultate generandi .*

27 *Causæ donationis , quando quis potest satisfacere , non rectè agitur ad donationis resolutionem .*

D E C I S I O XX.

Cosmus vsque de Anno 1582. donauit inter viuos Marco Antonio fratri germano omnia sua bona reseruatis sub scutis 500. ad testandum , & facta obligatione per eundem Marcum Antonium de soluendo scuta 22. singulis mensibus ipsi donanti . Verum quia in procemio Instrumenti d. donationis huiusmodi verba habebantur ; *Qui* (nempe Marcus Antonius) *eam pro conseruatione domus , & familiæ eorundem sit animi , & intentionis ducendi vxorem , & d. D. Cosmae ad finem , & effectum vt prædictus D. M. Antonius possit optimam conditionem inuenire , & honorificè habere , suamque vxorem* , & *familiam condecentius , & commodius sustentare , ac ex ijs & alijs , &c. donauit &c.* & quoniam hucusque D. Marcus Antonius, qui iam sexagesimum agit annum, matrimonium non contraxit , Cosmus prætendebat , donationem ob dictum matrimonium non contractum fuisse resolutum, super quo dubium proposui, & Domini responderunt donationem non fuisse resolutam , & moti sunt, quia, licèt vera sit conclusio , quod si quid dona-
tum † est intuitu certæ causæ , & causa illa non sequatur , 1
donatio irritetur , & restituendum sit donatum iuxta *not. in l. 1. & in l. cum ancillam C. de condict. ob causam , & in l. 1. C. de donation. quæ sub mod* attamen id iure obtinet, quoties causa ea est , quæ principaliter , & primariò mouit do-
nantem , & † sic si fuerit causa finalis , secus autem si fuis- 2
set impulsiua , vt quia tantum occasionem præstitisset ad donandum , nec intrinseca ratio motiua donantis illa extitisset , & quia alioquin etiam fuisset donaturus , est *text. l. a. §. fin. ff. de donation. & ibi glos.* Bart. *& alij in glos. in d. l. cum ancillam in verbo non sequuta* Alber. *in l. si vnquam col. 2. vers. in contrarium C. de reuocand. donatio* : Tiraq. *in tract. cess. caus. limit. 1. num 1.* Ceph. *consil. 81. num. 8.* Rota *decis. 587. num 6. par. 1. recent.* huiusmodi enim causa impulsiua
donationi adiecta † non efficit, quin adhuc donatio ipsa di- 3
catur pura, & simplex Oldrad. *cons. 5. num. 1.* Socc. Sen. *cons. 53. num. 1. ad fin. lib. 1.* Becc. *cons. 20. num 9 lib. 1.* Bero. *cons. 65. num. 15. lib. 1.* Monter. *decis. Aragon. 10. num. 15 & 27. & seq. lib. 1.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 1. num. 50. 53. &*
seqq. & quin donatum † debeatur etiam si talis causa im- 4
pulsiua non verificetur, vt per DD. alleg.

Quod autem dictum matrimonium contrahendum non fuerit causa finalis , sed tantum impulsiua, deprehende-
bant DD. quia talis in dubio censetur præsertim † cum 5
verbis conditionalibus non fuerit concepta, nec colligi possit , quod aliter non fuisset Cosmus donaturus Bart. *in d. l. a. §. fin. ff. de donat.* Ceph. *d. cons. 81. num. 9.* & in terminis
quod matrimonium contemplatum † in donatione , refe- 6
ren. sit potius in causam impulsiuam quàm in finalem dixit originaliter Oldrad. *in dict. cons. 5. num. 1.* Dec. *cons. 239. num. 2.* Soccin. Sen. *cons. 53. num. 2. versic. nec obstat lib. 1.* Crauet. *cons. 86. num. 2. & 114. num. 17.* Monter. *dict. decis. 10. num. 6.* Negus. Iun. *quæst. 501. num. 14. qui dicit veriorem , & communiorem* Surd. *decis. 320. num. 84.* Cardin. Mantic. *de tacit. lib. 13. tit. 4. num. 11. & in eisdem terminis* Rota *in Romana donationis de Cupis. 5. Iunii 1602. coram bon. mem. Cardin. Pamph. quæ est. post.* Pic. *ad fint. Vrbis decis. 22. numer. 8. & in Interamnea. donationis 21. Maii 1625. coram R. P. D. meo Baratto* , quoniam hic concurrebat coniunctio sanguinis, nempè fraternitas inter do-
nantem , & donatarium , † quæ sanguinis necessitudine 7
tanquam naturali motiuo censetur primariò motus ad donandum , non autem ex motiuo matrimonij , quia hoc est accidentale Dec. *consil. 120. num. 4.* Cephal. *d. cons. 81. num. 12.* Monter. *d. decis. 10. num. 7. & 14. & 22.* Sued. *cons. 361. num. 15. & 16.* Negus. Iun. *q. 501. num. 2. & seqq.* & in instrumento dicitur fieri dictam donationem sponte , & ob amorem , & beneuolentiam , quæ inter eos intercedebat & ob puram , & meram liberalitatem , quæ verba ex-
cludunt † donationem fuisse aliquo onere , & conditione 8
vinculatam præter eam obligationem iniunctam M. Antonio donatario , vt scilicet quolibet mense præstationes suppeteret Cosmo , & etiam excludunt ipsum donantem alia ratione motum ad donandum, quàm ob suam liberalitatem, vt per Sued. *d. cons. 361. num. 17. qui loquitur de illa verbo sponte , & de verbis ob amorem , & beneuolentiam* Negus. *dicta quæst. 501. num. 13.*

Quæ eò certiora videbantur, tum quia in procemio multæ rationes donationis recensentur , quæ beneficium dumtaxat donatarij , non autem donantis respiciunt, nempè vt commodius se M. Antonius sustentare , & conde-
centiorem dotem recipere valeat , † & proinde huius- 10
modi causæ omninò pro impulsiuis , & non finalibus sunt habendæ Crauet. *dict. consil. 85. num. 2.* Corn. *cons. 101. num. 2. vers. tamen finalis lib. 1.* Dec. *con. 238. num. 6.* Sudr. *cons.*

361. *num.* 19. Cephal. *toties relat. conf.* 8t. *num.* 9. Gabr. *conf.*
57. *num.* 11. *lib.* 2. Io. Franc. à Ponte. *conf.* 25. *num.* 12. Mon-
ter. *d. decif.* 10. *num* 7. Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 39.
11 quæ propterea etiam si deficiant † adhuc tamen donatum,
seu relictum debetur Corn. *conf.* 101. *col. vlt. lib.* 1. *& conf.*
45. *col.* 3. *lib.* 3. Ang. *conf.* 124. Dec. *dict. conf.* 238. *num.* 6. Ca-
still. *de vsufruct. cap.* 30. *num.* 15. *&* Surd. *dict. conf.* 361. *nu.* 19.
& in his terminis Gabr. *d. conf.* 57. *num.* 8. *lib.* 2. *& sequitur.*
Barz. *dec. Bonon.* 25. *num.* 82.

Tum etiam quia non fuit contemplatum particulare,
& determinatum matrimonium cum certa aliqua mulie-
re, sed in genere matrimonium per ipsum M. Antonium
12 contrahendum, † quod propterea impulsiuæ causæ, non
autem finali adscribendum monent in hoc articulo Mon-
ter. *d. decis.* 10. *nu.* 11. *& seqq.* Fontanell. *de pact. nupt. clauf.*
4. *glof.* 1. *num* 16. 17. 18. Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *cap.* 12. *nu.* 22.
vers. at vero Moder. Rom. *disceps. forens. cap.* 984. *num.* 22.
& seqq.

13 Nec obstare visum fuit donationem processisse ex † fa-
uore, & desiderio agnationis conseruandæ mediante dicto
matrimonio vt in proœmio instrumenti & sic dici ob illam
causam *iuxta trad. per* Moder. Roman. *discept. forens.*
cap. 924. *num.* 31. *qui alios allegat.* Quoniam huiusmodi
causa non visa fuit æquipollens, & proportionata, vt Cos-
mus frater donaret omnia bona, & ita magis agnationi,
quàm sibi prospexerit, sed vrgentius, & congruentius vi-
debatur motiuum, quod ex fraterno amore, & correspe-
ctiua præstatione facienda singulis mensibus eidem Cos-
mo donanti desumitur, mentioque illa conseruandæ fa-
miliæ apposita fuit potius ad colorandam donationem,
& ne videretur Cosmus super matrimonio mercaturam
cum fratre exercere, quàm quod re vera plus consulere
voluerit nepotibus ex fratre, quàm sibi, & ità in puncto
14 respondent, & affirmant, † non obstante hac ratione con-
seruandæ agnationis expressa, adhuc donationem esse pu-
ram, & non ob causam, Monter. *præallег. decis.* 20. *num.*
10. *& melius* Rota *in d. Romana donationis de Cupis coram*
bon. memor. Card. Pamphilio, quod eo magis videtur dicen-
dum in præsenti facti specie, vbi apparet non solum con-
seruationem agnationis, sed & alias causas, & motiua fuis-
15 se considerata à donatore; vnde licet cessaret † huiusmodi
causa conseruationis agnationis mediante matrimonio,
non propterea resolueretur donatio, cum aliæ causæ veri-
ficentur. *iuxta tradita in proposito per* Surd. *conf.* 361. *num.*
20. *&* Barz. *d. decis.* 25. *num.* 86. *& dixit* Rota *in dict. Intera-*
mnen. donationis coram R. P. D. meo Buratto.

16 Nec obstant auctoritates in contrarium allegatæ, † quia
Roland. *conf.* 44. *lib.* 4. consuluit in donatione, in qua erant
verba ex causa matrimonij futuri, & ob causam dicti ma-
trimonij, vt ibi num. 9. & constabat in illo casu, quòd se-
moto matrimonio non donasset, quod secus est in præsen-
ti, quia dicitur ob merum amorem, & ob liberalitatem, &
quia reciproca adest obligatio.

17 Molin. *de rit. nupt lib.* 3. *cap.* 12. † loquitur in patre, qui
cum teneatur dotare, non potest præsumi liberalitas, quod
secus est in fratre, vt post Ias. *consil.* 161. *num.* 12. *distin-*
guebat Rota *in dicta Romana de Cupis coram Card. Pam-*
philio, & idem Molina admittit distinctionem, de qua
supra inter matrimonium in genere, & matrimonium
particulare.

18 Natt. *consil.* 609. † consuluit in casu, in quo pater do-
nauerat, vt filius cum quadam Bartholomea matrimo-
nium contraheret, & sic certum & particulare matrimo-
nium consideratum fuerat, & in ijsdem terminis, & causa
loquitur Becc. *consil.* 20.

19 Nec † *decis. Bononiensi de Luparis.* 10. *Iunij.* 1622. co-
ram R. P. D. meo Remboldo applicatur, quia ibi nimis ef-
ficacia erant verba, quod donatio fiebat ob causam omni-
nò matrimonij, & non ob aliam causam, & sunt verba
præcisa illius Instrumenti, & pacto erat expressum etiam
quod si matrimonium non sequeretur, donatio esset re-
soluta.

Veruntamen dato etiam, sine veri præiudicio, quod
20 dictum matrimonium fuerit causa finalis, & sic † quod
donatio, eo non secuto, resoluatur, attamen nimis pro-
perè, & intempestiuè visum fuit agi hodie ad illius resolu-
21 tionem; quia licet M. Antonius † sexagesimum agat
annum, non inde propterea impeditur matrimonium
contrahere, nec spe suscipiendæ ex eo prolis omnino de-
22 stitutus est; quamuis † enim ex rigore antiquæ legis Pa-
piæ Popeæ sub Tiberio ampliatæ sexagenarij à connubijs
contrahendis arcerentur, de qua meminit post Senec. La-
ctan. Firmian. *de fals. relig. lib.* 1. *cap.* 16. huiusmodi ta-
men legem † sustulit primò Claudius, non quidem edicto, 23
vt refert Suetonius Tranquil. *in eius vita cap.* 23. sed Se-
natus consulto, prout verbis disertis testatur Vulpian. *in*
fragm. titu. 16. *de sol. capac. int. vir. & vxor.* & animaduer-
tunt Lips. *ad lib.* 2. *Annal. Corn. Tacit. & Causab. ad Suet.*
d. cap. 23. & deindè Seuerus teste Tertulliano in Apologe-
tico *cap.* 4. *vers. nonnè & nos* qui & vanissimam appella-
uit, & illam demum † Iustinianus crudelissimæ sanctio- 24
nis nota reprehendit, & abrogauit *in l. Sancimus la* 2. *&*
in l. si libertas C. de nupt. & obseruant Alciat. *disp. lib.* 3.
cap. 3. Petr. Greg. *Sintagm. Iur. lib.* 9. *cap.* 6. Menoch. *de*
arbitr. Iud. cas. 89. *num.* 57. & iure Canonico sancitum est:
senes † etiam decrepitos capaces esse matrimonij, si nullo 25
alio impedimento præter senectutem laborent, vt plenè
post Theologos, & Canonistas explicat Sanchez *de ma-*
trim. lib. 7. *disput.* 92. *num.* 19. *&* 20. & sexagenarium non † 26
carere facultate generandi testatur Arist. *lib.* 5. *de animal.*
hist. cap. 14. *& lib.* 7. *polit. cap.* 16. *& alij relati per* Tiraq.
de leg. connub. in lib. 6. *num.* 47. *&* Menoch. *loco præallega-*
to, quod maximè dicen. videtur in M. Antonio, qui viui-
dæ adhuc est valetudinis, & virium constantiæ, & propte-
rea † cum adhuc spes vigeat, & ipse possit satisfacere cau- 27
sæ, ob quam prætenditur donatum fuisse, non rectè agitur
ad donationis resolutionem, vt in simili dixit Rota *in Ro-*
mana legati 4. *Maij* 1607. *Coram Iusto.*

Et ita vtraque parte informante.

Infrà in eadem causa habetur altera decisio sub die 12. Fe- ¶
bruarij 1629. coram eodem R. P. D. Merlino, & est de-
cisio 451.

REVERENDISS. P. D. MERLINO.

Bononien. Fideicommissi de Desiderijs.

Die Veneris 26. *Iunij* 1626.

ARGVMENTVM.

Filiorum appellatione, licet non veniant nepotes, & præsertim in fideicommissis, tamen quando hoc non procedat; Substitutio quando dicatur collata in longissimum, & remotissimum tempus. Lineæ vocatio facta per testatorem, quid importet. Alienationis prohibitio quando inducat absolutum fideicommissum.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione præsertim in fideicommissis non veniunt nepotes, aut alij vlteriores descendentes.*

2 *Filiorum appellatione etiam in fideicommissis veniunt nepotes, & alij descendentes, quando ad hoc vigent coniecturæ, & verisimilis mens defuncti.*

3 *Substitutio filiorum, quando in remotissimum tempus est collata, nepotes etiam comprehendit.*

4 *Substitutiones, vt plurimum conferuntur in tempus futurum, & incertum & num.* 5.

6 *Imol. opinio in l. Gallus §. instituens num.* 64. *ff. de lib. & posthum. quando procedat.*

7 *Substitutio dicitur collata in infinitum, quando testator vocauit filios proprios, filiorum filios & descendentes omnes. & num.* 10.

8 *Viuere, quis non præsumitur vltra centum annos.*

9 *Menoch. consil.* 215. *num.* 104. *declaratur.*

11 *Doctor. allegat. in decis. hic relatis declarantur.*

12 *Substitutio dicitur collata in longissimum tempus, si alicuius linea sit vocata, & deinde filij alterius sint substituti.*

13 *Verbum, quandoque, ex sui proprietate significat infinitatem temporis.*

14 *Testator, quando vocauit descendentes, sub huius-*
modi

modi vocatione veniunt omnes gradus in infinitum.

15 *Lineæ vocatin, quid importet.*

16 *Decis. in causa Romana Palazzetti declaratur.*

17 *Interpretatio pro vocatione nepotam facilius admittitur in descendentibus, quàm in collateralibus.*

18 *Oratio, quando est imperfecta, supplenda est, quando dicta suppletio rectè congruit ex antecedenti constructione.*

19 *Vocatio descendentium per lineam masculinam, superflua esset, nisi operaretur vocationem nepotum.*

20 *Filijs primi grudus rectè non congruunt verba, per lineam masculinam.*

Linea à filijs incipit. num. 20.

21 *Linea est collectio plurium personarum gradus continens, & numeros distinguens.*

22 *Linea incipit in primo puncto.*

23 *Punctus non est linea, nisi addito secundo puncto.*

24 *Dictio, per continuationem, & fluxum de persona in personam, & de gradu in gradum importat.*

25 *Verbum filij, quando accipiatur pro verbo liberorum.*

26 *Coniecturæ singulæ per se separatim non sunt ponderandæ, sed simul iunctæ, quia corroborantur ad inuicem.*

27 *In coniecturis discutiendis non ita rigidè est procedendum, nec anxiè exquirendum, vt ad oculum concludant, alias enim non coniecturæ, sed demonstrationes essent.*

28 *Coniecturæ sunt, quæ non à necessarijs sed à probabilibus deducuntur.*

29 *Filiorum appellatione in sui lata significatione veniunt etiam nepotes.*

30 *Alienationis prohibitio, & votum conseruandi bona in familia, quando est amplè, & enixè conceptum inducit absolutum fideicommissum in fauorem omnium agnatorum etiam transuersalium, & numer. 33.*

31 *Dec. in consil. 636. declaratur.*

32 *Alienationis prohibitio, & causa, vt bona conseruentur in agnatione, non extendunt fideicommissum antecedens, sed intelliguntur iuxta terminos expressæ dispositionis.*

34 *Prohibitio alienationis, & causa conseruandi bona in familia, quando non famulentur, nec sint posita consecutiuè ad prius expressum fideicommissum.*

35 *Verbum, insuper quid operetur.*

DECISIO XXI.

INformantes pro Sangeorgijs nitebantur euertere resolutionem emanatam sub die 20. Martij præteriti * in ea dumtaxat parte, in qua fuerat dictum, Stephanum esse comprehensum tanquam descendentem ex Bernardino fratre Hieronymi fideicommittentis. Verumtamen dubio iterum, & tertiò proposito. Domini steterunt in de-
1 cisis. Quoniam licet regula sit negatiua, quod † appellatione filiorum, præsertim in fideicommissis, non veniunt nepotes, & alij vlteriores descendentes; nihilominus secus est, quoties pro vocatione nepotum vrgent conjectu-
2 ræ, † & verisimilis voluntas defuncti, vt iam in decisione fuit firmatum, huiusmodi autem coniecturas, ac congruas non deficere in præsenti casu censuit Rota, & illas potissimum approbauit, quæ in alia decisione adductæ fuerunt.

Et quidem prima etiam hodie placuit Dominis coniectura, quod nempè Hieronymus prius vocauerit filios proprios, necnon filiorum filios, & demum omnes descendentes, & lineam, & sic in infinitum processerit ad vocationem suorum descendentium, ponderatis illis verbis, *& dictis eius filijs, siue filiorum filijs, & descendentibus, quandocumque decedentibus, & sic linea ipsius Testatoris, & dd. eius filiorum quandocumque, &c.* & postea substituerit filios Bernardini, vnde hæc substitutio filiorum Bernardini, nedum in incertum futurum, sed in remotissimum tempus collata, quod & nepotes comprehendat, † ratio ipsa, & voluntas Testatoris suadet, vt do- 3
cuit Imol. *in l. Gallus, §. instituens, num. 64. ff. de lib. & posthum.* & ante eum Bald. idem sensit in *d. §. instituens, num. 6.* in vltimis verbis, prout ita Baldum intelligunt Alex. *ibidem num. 7.* & clarius Ruin. *num. 9. vers. & ideo credo, &* Imolam postea sequuti sunt Alex. *eodem num. 7.* Roman. *cons. 438. num. 15.* sentire idem visus est Iason, & Gozzadin. licet contrarium putent Addent *ibi littera E, &* Imolam sequuti sunt etiam Peregr. *de fideicomm. art. 22. num. 50. & consil. 31. num. 31 num. 15. lib. 2. & consil. 59. num. 3. versic. Attamen, lib. 5.* & latius, *consil. 39 num. 9. & consil. 40. num. 25. & 26. lib 6.* Galuan. Rustic. & alij Doctores in prima decisione allegati, & Rota *coram Putea, Seraphino, Iusto, & Reuerendiss. DD. Patriarca Manzanedo, & Decano* in causis relatis in eadem decisione, quibus addi possunt Bertaz. *cons. 30. num. 14. in ciuilibus,* Becc. *cons. 221. num. 11. lib. 2.* vbi reprobat, Menoch. & plenius *num. 22.* qui tamen Menoch. *in cons. 1072.* hanc Imolæ tenent opinionem, Cephal. *consil. 194. num. 21. Crass. §. fideicommissum, quæst. 10. num. 6.* vbi dicit, istam opinionem crebriorem, & omninò indubitatam, Surd. *cons. 336. nu. 9. 10. & 11.* vbi quod transit de plano, *& de aliment. tit. 9. quæst. 36. num. 35.* Simon *de Præt. de interpr. vlt. vol. lib 3. interpret. 3. dub. 4. fol 1. num. 57. fol. 328. secundum Venetam impressionem,* Bellon. Iun. *consil. 2. num. 33.* Modern. Bonon. *consil. 38. num 28. & 32.* Pappon. *cons. 2. num. 16.* Cels. Vgo *cons. 93. num. 11.* qui omnes testantur de veriori, & communiori. Et quamuis hæc coniectura à nonnullis improbetur, eo quod,
vt plurimum † substitutiones conferuntur in tempus futu- 4
rum, & incertum, nempè post mortem testatoris, & hæredes, ac fideicommissarij possunt præcedere ipsi testatori,
& consequenter testator potuit etiam præuidere, † substi- 5
tutionem sortiri posse effectum in filijs primi gradus, vt puta si linea effectiua testatoris deficeret in principio, nempè in suis filijs, vel ipse testator decederet sine filijs, &c. vt post Aretin. & alios obseruat Menoch. *cons. 215. num. 104.* Attamen, vel opinio Imolæ fortasse verior est, & communior. vt testantur Rustic. & Galuan. allegati in prima decisione, & alij superius congesti, & Moder. Brixien. *de subst. quæst. 320. num. 16. vers. placet mihi opinio Imolæ*, vel
quidquid esset de veritate † doctrinæ Imolæ in terminis, 6
in quibus loquitur, sanè in casu præsenti videtur omninò amplectanda, tum quia alijs coniecturis corroboratur: tum etiam quia substitutio in fauorem filiorum Bernardini prius nunquam habuit effectum, nec extant filij, vel descendentes Testatoris; tum quia non solùm collata fuit in incertum futurum euentum, prout omnes vltimæ voluntates conferuntur: sed testator prius vocauit filios proprios, filiorum filios, descendentes omnes, & postremò substituit
filios Bernardini, † & sic in remotissimum tempus, & im- 7
plicitè, ac virtualiter in infinitum contulit hanc substitutionem; Vnde si post tot gradus, & tot tempora testator substituendo filios Bernardini intellexisset tantummodo de filijs primi gradus, inanis, & elusoria fuisset huiusmodi
vocatio, † cum quis vltra centum annos non viuat Et post 8
trinepotes, & alios vlteriores descendentes Hieronymi non poterant extare filij primi gradus ipsius Bernardini & quod hoc casu opinio Imolæ sit indubitata, asserunt Moder Brixien. *dict. q. 320. num. 16. versic. Hæcque sententia, & num. 17.* & luculentius *quæst. 327. num. 12.*

Nec in præsenti casu applicatur ratio considerata † per 9
Menoch. *d. cons. 215. num. 104.* & aliorum, scilicet quod potuerit Hieronymus testator cogitare, quod tempore sui obitus non superuiuerent sui filij, vel quod sua descendentia dificeret in ipsis filijs, vel nepotibus, quo casu filij primi gradus Bernardini potuissent extare, & sic substitutio non fuisset sine effectu. Quoniam testator diuisim singulis gradibus suæ descendentiæ adiecit substitutionem in fauorem filiorum Bernardini ibi, *Et dictis eius filijs, siue filiorum filiis, & descendentibus, quandocumque decedentibus, & sic finita linea dicti Testatoris, & dictorum*
eius filiorum quandocumque. Vnde nedum filij † & nepo- 10
tes, sed & trinepotes, quatrinepotes & cæteri vlteriores descendentes Testatoris fuerunt singulatim vocati, & grauati, si autem isti quatrinepotes, & cæteri vlteriores fuerunt grauati in fauorem filiorum Bernardini, & illo tẽpore non

poterant superuiuere filij primi gradus Bernardini, necesse est, vt fateamur sub vocatione filiorum Bernardini nepotes, & alios comprehendisse testatorem, quia alioquin substitutio facta trinepotibus, quatrinepotibus, & cæteris singulis vlterioris, & cuiuscumque gradus elusoria, & superuacanea omninò extitisset.

11 Nec obstat, quod multi † ex doctoribus cumulati, &
decisiones in *Tusculana fideicommissi coram Reuerendiss. D. Decano*, *& in Romana Palazetti coram Reuerendiss. D Patriarcha Manzanedo*, *& decis. Card. Seraph. 409. num. 11.*
& aliæ videantur procedere in casibus, in quibus vocatio
habebat tractum successiuum cum verbis in infinitum, &
perpetuitatem denotantibus. Quoniam vltra quod alij
loquuntur, quando simpliciter dispositio concipitur in
aliquem euentum, qui tractum temporis habet successiuum, prout Imola loquitur, & alij, & Surd. *d. cons. 336. num. 10. & 11. necnon* Prætus *de vlt. volunt. d. fol. 328. nu. 57. versic. quintus est casus*, & Bellon. iun. *d. cons. 2. num. 33. & 34.* vbi in specie dicit sufficere si alicuius linea sit vo-
12 catà, & deinde filij alterius fiot substituti. Et tane, eadem est ratio, siue io longissimum tempus sit collata substitutio, siue habeat perpetuitatem, nam qua ratione
tempore infinito non poterant superuiuere filij primis gradus Bernardini, eadem ratione nec illo remotissimo, licet non infinito tempore nempè trecentorum annorum,
cui rationi innititur opinio *Imolæ* vt per Moder. Brixien. *d. q. 400. num. 16. vers. nec etiam vltra centum.*

Respondebant etiam Domini in casu præsenti ad esse
huiusmodi perpetuam vocationem in infinitum, tum explicitè, & virtualiter, Explicitè in illis verbis geminatis
quandocumque descendentibus decedentibus, & sic linea ma-
13 *sculina Testatoris, quandocumque finita*, quod verbum †
quandocumque ex sui proprietate significat infinitatem
temporis, *D. l. Centerio, ff. de vulg. & pupill.* Menoch.
cons. 151. num. 33. implicitè, ac virtualiter, quia testator
14 admisit ad successionem proprios filios filiorum filios, † &
descendentes, sub huiusmodi autem vocatione descendentium veniunt omnes gradus in infinitum, & continetur
implicitus tractus temporis in perpetuum *§. 1. auth. de hered. ab intest. venien. l. fin. C. de iur. & legit.* Menoch *cons.*
15 1012. *num.* 2. & idem † importat vocatio lineæ, vt post,
Peregr. Surd. & alios fuit firmatum in alia *decis. in 1. comedi.*

Minus etiam obstat, quod nonnulli ex allegatis Doctoribus loquantur in substitutione facta ad fauorem descendentium, non autem transuersalium, Quoniam, &
16 multi loquuntur in transuersalibus, & casus in † *Romana Palazzetti* versabatur circa substitutionem transuersalium, & tamen ibi censuit Rota, appellatione filiorum
venire nepotes, & huiusmodi distinctionem inter descendentes, & transuersales non esse tutam, monuit Peregr.
cons. 31 num. 17. lib. 2. Et sanè licet facilius inter descen-
17 dentes admittatur † interpretatio pro nepotibus, non tamen sequitur, quin si coniecturæ id suadeant, idem etiam
procedat in transuersalibus.

Secunda etiam coniectura multum mouit Dominos,
quia Testator non simpliciter vocauit filios Bernardini, &
Bartholomei, sed vlterius processit, subdens, *& per lineam masculinam*, Vnde adhuc putabant Domini supplendum esse verbum *Descendentes*, ne imperfecta reddatur
18 oratio, † quo casu suppletio est permissa, cum, & rectè
congruat, & ex antecedenti constructione deducatur Pereg. *de fideic. art. 11. num. 26. & 27.* Menoch. *cons. 379. nu. 21. & cons. 462. num. 12. & seq.* Quo posito sequitur testatorem sensisse, nedum de filijs primi gradus Bernardini, &
Bartholomei, sed de alijs etiam descendentibus, alioquin
non opus fuisset addere illa verba, *Per lineam masculinam*
19 *descendentes*, quæ † omnino esset superflua, nisi operarentur vocationem nepotum, vt considerabatur in *alia decisione* & in puncto perpendit Pappon *cons. 2. num 23. & 26.* Iuncto præsertim quod solis filijs primi gradus non re-
20 ctè congruunt verba. † *Per lineam masculinam*, linea
enim, licet à filijs incipiat, ad alios tamen protrahenda
est, non autem ad solos filios restringenda, quia hoc modo linea in primum punctum coarctaretur, & tamen linea
21 est collectio † plurium personarum, gradus continens, &
numeros distinguens, Anch. *cons. 95. numer. 7.* Bald. *cons. 334. num. 9. lib. 3.* Dec. *cons. 365 num. 7. versic. certe*. Et
22 linea, † quamuis incipiat à primo puncto nempe à filijs
23 non tamen linea est, nec dicitur, nisi addito † secundo
puncto, & sic nepotibus, vt benè post Mathematicos explicant Add. ad Alex. *cons. 53. litera B. lib. 6.* Rimin. Iun.
cons. 117. num 68. & cons. 744. num. 24. & 25. Quod eo magis verum est in præsenti casu, attenta natura illius dictionis, *Per* † quæ continuationem, & fluxum de perso- 24
na ad personam, & de gradu in gradum importat, & proinde intrat solos filios vnius gradus non potest restringi, sed
ad nepotes, & alios vlteriores transire debet, & illa verba, *Et per lineam masculinam* fuerunt posita tanquam inter diuersa à verbo filiorum, & proinde linea masculina
distinguitur à filijs, &c.

Nec obstant verba sequentia *Per lineam masculinam qualitatis, vt in prima Institutione*. Quia sensus germanus
illorum verborum videtur, quod filij, & descendentes
Bernardini, & Bartholomei sint vocati ad fideicommissum, quatenus deriuent à linea masculina, & legitima,
quia tales supra in institutione fuerunt vocati, legitimati
autem ac dispensati exclusi; & ideo qualitas legitimitatis
non tollit vocationem nepotum, & descendentium Bernardini & Bartholomei, sed copulatiuè requirit Testator,
& quod descendant ex linea filiorum Bernardini, quod sint
legitimi, verè, non autem dispensati, nec legitimati.

Tertiam quoque, & quartam approbarunt Domini in
causu præsenti coniecturam, illam fundatam in æqualitate seruanda, Hanc autem in expressa prohibitione alienationis cum causa vberrimè concepta, vt bona conseruarentur in familia: Quam postremam vltra allegatos magnifaciunt in proposito, & † verbum filios, intelligunt 25
pro verbo liberorum, Peregr. *cons. 52 num. 5. & 7. libr. 3.*
Bellon. *cons. 2. num. 22. & seqq.* Pappon *d. cons. 2. num. 20.*
Moder. Bononien. *cons. 75. num. 26. lib. & seqq.* Et quamuis à nonnullis reprobetur hæc coniectura, & Rota aliàs
etiam illam respuerit: nihilominus hodie fuit recepta,
quia verbis nimis profusis, & enixè testator expressit voluntatem conseruandi bona in familia, & quoniam hæc
coniectura tot alijs supra deductis fulcitur, Et † coniectu- 26
ræ singulæ de per se separatim non sunt ponderandæ, sed
simul iunctæ, quia corroborantur ad inuicem. Et in discutiendis coniecturis non ita rigidè † procedendum est, nec 27
anxiè exquirendum, vt ad oculum concludant, aliàs non
coniecturæ, sed demonstrationes essent. Et coniecturæ
sunt, quæ non à necessarijs, † sed à probabilibus dedu- 28
cuntur. Vt explicat Menoch. *de præsumption. lib. 1. q. 7. num. 25. & 26.* Neque agitur de peruertenda significatione verborum, sed vt ex iusta, & congrua interpretatione
illud verbum, † *filiorum* in sui lata significatione accipia- 29
tur secundum quam comprehenduntur nepotes, vt considerat Imol. *in d. § instituens, num. 64* Brixien. *d. qu. 320. num. 32 vers. Respondetur enim.*

Amplius aliqui ex Dominis existimabant, ita amplè,
& enixè conceptam fuisse prohibitionem alienationis, † 30
votum conseruandi bona in familia, vt hinc separatum,
& absolutum fideicommissum resultet in fauorem omnium agnatorum etiam transuersalium, licet extra casum
alienationis iuxta *decisionem 121. num. 2. part. 2. diuers. & in Perusina de Bigazzinis* 14. *Nouembris* 1605. *coram Litin*, *& in Spoletana fidei. ommissi 26. Iunij* 1618. *coram Illustriss. D. Card Caualierio*, *& in* Bononien *fideicomm. de Seccenderarijs* 11. *Decembris* 1623. *coram me*.

Neque obstare putabant doctrinam † Dec. *cons. 636.* 31
quam passim Rota sequitur, quod scilicet prohibitio alienationis & causa, vt bona conseruentur in agnatione. non
extendant † fideicommissum antecedens expressæ disposi- 32
tionis. Rot. *in decis. 300. numer. 20. & seqq. par. 1. recent.*
& aliàs sæpius fuit dictum. Quoniam vera est dicta theorica Decij, quoties prohibitio alienationis est apposita
consecutiuè ad præcedentem dispositionem, ita ut illi famuletur, secus autem quando prohibitio, & votum conseruandæ agnationis stant de per se per modum nouæ, &
separatæ dispositionis, & orationis, vt in casu nostro quia
tunc † etiam separatum, & absolutum fideicommissum 33
inducunt vt distinguebat Rota in *Foroliuien fideicommissi de Monsignanis 1586. coram fel. record. Clemente VIII. & in in illa Perusina de Bigazzinis coram Litin*, *& in d. Spoletana fideicommissi coram Illustriss. Caualerio*, & in alijs causis, quas recenset. Moder. Bonon. *cons. 39 num. 13. & seq. lib. 1.*

Quod autem † in præsenti casu dicta prohibitio aliena- 34
nationis, & causa conseruandi bona in familia non famulentur, nec posita sint consecutiuè ad prius expressum fideicommissum, patet, quia non solum dicta prohibitio,
& causa plus continet, quàm expressa substitutio, quæ, &
hae

hac clausula, vel indumento non indigebat, sed etiam
conceptæ sunt per nouum periodum, & separatam oratio-
nem, quemadmodum deprehenditur ex illis verbis. *In-*
35 *super prohibuit*, vt in poncto † illius verbi *Insuper* conside-
rat Bero. *cons.* 80. *num.* 4. *versic. præmissis*, & *num.* 5. *lib.* 2.
Modero. Bonon. *d. cons.* 19. *num.* 15. *in fine*.

Ex quibus, & alijs deductis in prima decisione, iterum discusso articulo, vt vtraque parte informante, Domini permanserunt in decisis &c.

Est decisio 6. supra in hac parte & infra adsunt plures aliæ decisiones in eadem causa, idest sub diebus 5. Martij, & 14. Iunij, & 3. Decembris 1627. & 24. Martij & 24. Decembris 1628. & 14. Martij, & 7. Maij, & 14. eiusdem, & 25. Iunij, & 19. Nouembris 1629. sunt in ordine decisiones 42. 87. 118. 160. 226. 258. 279. 286. 313. & 320.

REVERENDISS. P. D. VRGELEN.

Barbastren. Canonicatus.

Die Veneris 26. Iunij 1626.

A R G V M E N T V M.

Cantores Capellæ Pontificiæ, cum sint veri familiares Papæ nam adest destinatio ad certum seruitium, nec non mens, & dens, ideò in eorum absentia fructus præbendarum faciunt suos.

S V M M A R I V M.

1 *Cantores Cappellæ Pontificiæ sunt veri familiares Papæ.*

2 *Text. in cap. cum dilectus. de cleric. non resid. quando intret.*

3 *Familiares Episcopi dum inseruiunt Episcopo, faciunt fructus suos, scilicet Canonicatuum, præbendarum, &c.*

4 *Cantores Capellę Pontificiæ, non videntur esse veri familiares Papæ, cum vt tales censeantur.*

5 *Talis, quod aliquis sit aliud est, & aliud, quod habeatur pro tali.*

6 *Familiaritatis veræ requisita sunt destinatio ad certum seruitium, mens, & dens.*

7 *Cantores Cappellæ Pontificiæ sunt familiares Papæ non per fictionem sed veri, & indubitati.*

8 *Cantores Cappellæ Pontificiæ sunt familiares Papæ, licet recipiant salarium, cum hoc non excludat verum seruitium, & obsequium Papæ.*

9 *Cubicularij Papæ salarium recipiunt, & nihilominus fructus beneficiorum lucrantur in absentia.*

10 *Cap. dilectus. de cler. non resid. præter familiaritatem, requirit obsequium circa personam Principis.*

11 *Familiares Papæ ad effectum lucrandi fructus præbendarum, debent inseruire vniuersę Ecclesiæ.*

12 *Ecclesię vniuersali dicuntur inseruire illi, qui existunt in seruitio Papæ.*

13 *Text. in cap. dilectus. de cleric. non resid. videtur correctus per Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12.*

14 *Distributiones quotidianæ, vt lucrentur, non solum requiritur præsentia, sed etiam interessentia.*

15 *Familiares Papæ ad effectum lucrandi fructus præbendæ in eorum absentia solum reputantur pro præsentibus, & non pro interessentibus.*

DECISIO XXII.

Dominus Bartholomæus de la Cort. Canonicus Barbastren. vnus ex Cantoribus Cappellanis Sanctiss. D. N. prætendit coram Illustriss. Cardinali à Monte Cappellæ Pontificiæ Protectore contra Capitulum Barbastren. sibi in absentia actu tamen in dicta Cappella inseruienti deberi fructus Canonicatus, & præbendæ, ac distributiones quotidianas: quare cum fuerim à prædicto Illustris. Cardinali in Iudicem deputatus, hodie super hoc in Rota dubitaui, & Domini fuerunt concordes Bartholomæo
deberi fructus Canonicatus, & præbendæ, non autem di-
stributiones. Quoad fructus moti fuerunt, quia † Canto- 1
res Cappellæ Pontificiæ sunt veri familiares Papæ iuxta
constitutionem Sixti Quinti editam anno 1586. §. 3. *quæ*
habetur in nouo Bullario tom. 2. fol. 540. quæ fuit postea con-
firmata per Paulum V. quod & prius dixerat Rota, *apud*
Guidobon. *decis.* 183. *incip. Cantores Cappellæ*, vnde intrat
dispositio text. † *in cap. cum dilectus de Cleric. non resident.* 2
de percipiendis fructibus in absentia Zabarell. *consil.* 44.
Monet. *de distribution. quotidian. par.* 2. *q.* 9. *num.* 10. Garz.
de Benef. p. 3. *cap.* 2. *nu.* 383. & *idem resoluit S. Concilij Con-*
gregatio in substituto Diaconi, & Subdiaconi eiusdem Cap-
pellæ, & sic in casu magis dubitabili; & accedit quia aliàs
vt aduertit Oldrad, *cons.* 48. *versic.* & *ideò Honorius*, fami-
liares Episcopi † essent melioris conditionis, qui dum in- 3
seruiunt Episcopo, faciunt fructus suos *c. de cętero*, & *cap.*
ad audientiam Cleric. non resid.

Non obstat, quod Cantores prædicti non videantur es-
se † veri familiares, ex quo Constitutio Sixti V. dicit, 4
vt tales esse censeantur, & aliud est, quod quis sit verus
familiaris, aliud, † quod habeatur pro tali, *ad trad. per* 5
Gonzal. *in reg.* 8. *glos.* 43. *num.* 18. Rot. *decis.* 88. *nu.* 3. *par.* 1.
recent. quia immò in illis ad effectum, de quo agitur,
concurrunt requisita veræ familiaritatis, nempè destina-
tio † certum seruitium, mens, & dens; Rota *in recent.* 6
decis. 384. *n.* 3. *par.* 1. ex quo actu seruiunt Papæ in diuinis
officijs, & recipiunt portionem panis, & vini, & con-
currit quoque mens, vt ex verbis constitutionis prædictæ
clarè conspicitur, ibi *tam ipsi, quàm alij pro tempore existen-*
tes Cantores Capellan. sint & esse censeantur, prout hacte-
nus semper fuerunt, nostri, & pro tempore existentis Romani
Pontificis veri, & indubitati familiares, continui commensa-
les, ac solitam portionem panis, & vini, &c. ex quibus ver-
bis isti non sunt familiares per priuilegium, & fictionem,
sed veri, † & indubitati, & tollitur penitus omnis diffi- 7
cultas ex clausula *sublata* cum decreto irritanti, Rot. *decis.*
461. per totam partem 1. *recent.*

Non obstat, quod recipiunt † salarium, quia hoc non 8
excludit verum seruitium; & obsequium Papæ, cum
etiam alij familiares Pontificis, vt sunt Cubicularij illud
† recipiant, & nihilominus fructus in absentia lucrantur, 9
Garz. *vbi supra*.

Non obstat quod sic Prothonotarij non participantes, &
alij innumeri habentes officia in Romana Curia, in quo-
rum erectione disponitur, vt habeantur pro veris familia-
ribus, possent prætendere exemptionem à residentia ad ef-
fectum lucrandi fructus vigore dicti capit. cum dilectus,
quia ille tex. † præter familiaritatem requirit obsequium 10
circa personam Principis ibi *in nostro seruitio commorantes*,
& ibi, *qui circa nos se obsequiales exhibent &c.* quod in illis
non concurrit.

Non obstat quod in eodem textu requiratur, vt † fami- 11
liares Papæ ad effectum lucrandi fructus debeant inserui-
re vniuersæ Ecclesiæ, ibi *se obsequiales exhibent vniuersis*,
quia existentes † in seruitio Papæ, verè dicuntur vni- 12
uersali Ecclesiæ inseruire. Panormit. *ibid. num.* 2. *vers. no-*
ta 2.

Nec obstat, quod dispositio *d. tex.* † videatur correcta 13
per S. Conc. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 12. quia con-
trarium est verius, *vt in puncto* Nauar. *cons.* 1. & 2. *de*
Cleric. non resid. Garz. *vbi sup. nu.* 346. & ita resoluit di-
cta *S. Concilij Congregatio*, fuit in eadem sæpius resolu-
tum.

Quo verò ad distributiones moti fuerunt, quia vt illæ
lucrentur, † non solum requiritur præsentia, sed etiam 14
interessentia, ac ideò familiaribus Papæ, qui solum † 15
habentur pro præsentibus, non debentur, Abb. *in d. cap.*
cum dilectus, *num.* 5. Nauar. *d. cons.* 2 *in fin.* Garz. *de benef.*
vbi supra, *num.* 385. & Rot. *in Ilerden. distributionum.* 2.
Iunij 1598. *coram bon. mem. Gipsio*.

Et ita decisum vtraque parte, &c.

REVERENDIS. P. D. VRGELLEN.

Bergomen. Pensionis de Trescurio.

Die Veneris 13. Nouembris 1626.

A R G V M E N T V M.

Papa, si ad fauorem alicuius reseruet super aliquo beneficio pensionem annuam exemptam è quibusuis decimis, cum clausulis amplissimis, cui reseruationi consensit Titularis cum iuramento, & obligatione Camerali, an si eueniat casus solutionis decimarum, ad quam etiam pensionarij teneantur vigore indulti, in quo cauetur, quod pariter pensionarij teneantur contribuere, quamuis pensiones essent sub quauis ampla forma exemptæ, & cum clausula, quorum tenores, &c. vtrum hoc casu pensionarij teneantur contribuere.

S V M M A R I V M.

1 *Pensionis quasi possessio ad effectum manutentionis probatur per solutiones.*
2 *Clausula, quorum tenores, quid operetur.*
3 *Clausulæ non debent censeri inutiles, & superfluæ.*
4 *Pensionarij in casu contributionis tenentur contribuere pro rata.*
5 *Papa quando præsumatur velle derogare pactis, & conuentionibus partium.*
6 *Decis. 1348. nu. 2. coram Card. Seraph. & aliæ in quibus terminis loquantur.*
7 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
8 *Emphyteuta, si pactum inierit cum Domino directo, vt non ipse sed Dominus directus tributa ac censum Principi soluat, nihilominus emphyteuta tenetur perinde ac si nulla præcesserit conuentio, & num. 9.*
10 *Quod intellige, quoad præiudicium fisci solum nam quoad contrahentes conuentio est valida. & seruanda, numor. 11.*
12 *Veneta Respublica est firmissimum totius Italiæ propugnaculum.*
13 *Subuentio publica est omnium communis.*
14 *Concedentis voluntas non est vnde magis declaretur, quàm à præfatione.*
15 *Præfatio inducit causam finalem, & aperit mentem concedentis ita vt illa à præfatione, vti à causa finali reguletur, limitetur, aut extendatur.*
16 *Verba restringenda sunt ad rem, super qua exprimuntur.*
17 *Verba generalia, vltra causam expressam nihil operantur, sed debent restringi ad eam, quando salua ratione recti sermonis fieri potest d. restrictio.*
18 *In priuilegijs, & gratijs non tam verba sunt attendenda, quàm mens concedentis.*
19 *Derogatio est stricti iuri.*
20 *Derogatum tantum censetur, quantum est dictum, vel de necesse infertur.*
21 *Decimæ non de proprio, vt pensio, sed solum de fructibus sunt exigendę.*
22 *Concessio nulla Principis etiam cum clausulis derogatorijs tollit partium conuentiones, nisi sit eis adeò derogatum, vt nulla alia possit capi interprætatio.*
23 *Papa, quando imponit decimas beneficijs, & vult, quod etiam pensionarij teneantur contribuere non obstantibus quibusuis pactis inter ipsos, & Titulares qualiter hoc hoc intelligatur.*
24 *Clausulæ regulantur secundum naturam dispositionis, cui adijciuntur.*
25 *Dispositio principalis, quando non obstat, nec minus obstare debent clausulæ accessoriæ.*
26 *De concedentis mente quando constat, & de causa finali, & determinata, non est curandum de effectu clausularum.*
27 *Creditor, qui est prior in tempore, est potior in iure.*
28 *Debiti causa illa dicitur esse grauior, si vna habeat faciliorem exactionem, quam altera.*
29 *Principem, vbi apparet voluisse præiudicare iuri tertij, in dubio debet intelligi, quod voluit in modico, & non in magno præiudicare.*
30 *Princeps quando constat voluisse præiudicare Tertio, sufficit, quod rescriptum aliquid modicum operetur in illius præiudicium.*
31 *Decis. 161. part. 2. diuers. declaratur.*
32 *Obligatio, quæ ex persona, & facto alicuius originem traxit, illum solum afficere debet.*
33 *Decis. in causa Valentina subsidij coram Pegna declaratur.*
34 *Decis. in causa Asculana Pensionis coram Card. Pamphil. Sen. declaratur, & nu. 35.*

D E C I S I O XXIII.

PAulus Papa V. in resignatione, quam Ioannes Paulus Garlinus fecit Ecclesiæ de Trescurio reseruauit ei super fructibus eiusdem Ecclesiæ annuam pensionem scutorum 200. & eius nepotibus 60. exemptam, & immunem ab omni decima imposita, & ex quauis causa imponenda, & alio quocunque onere, etiamsi in impositionibus huiusmodi decimarum caueatur expressè, quod pensionarij pro rata pensionum suarum quantumuis exemptarum decimis contribuere teneantur, cui reseruationi Martinus resignatarius modo prædicto consensit, & pensionem cum iuramento, & obligatione Camerali etiam successorum nomine de suo, & eorum proprio soluere promisit absque spe aliquid vnquam postea repetendi, seu defalcandi, itaut omne quod propterea ipse, & sui successores in dicta Ecclesia soluerent, quod præfatam ratam pro tempore quomodolibet concerneret Ioanni Paulo resignanti, & nepotibus gratiosè donare, & remittere teneantur donatione pura & irreuocabili.

Sed postea Gregorius XV. Serenissimæ Reipublicæ Venetorum concessit certa decimas super fructibus omnium, & quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum sui dominij, ad quas etiam pensionarios teneri voluit, quamuis pensiones essent, vt supra exemptæ, & sub quibusuis obligationibus etiam in forma Cameræ, & iuramento, ac quibusuis cautelis, & decretis munitæ etiam per viam donationis, & generaliter sub quauis verborum forma, aut expressione conceptæ etiam quod ipsi, à quibus pensiones huiusmodi sunt soluendæ, iuri, & actioni petendæ, vel retinendæ portionis, aut ratæ, partis pensionarios tangentium iure iurando renunciauerint.

Cuius indulti prætextu Hieronymus Isabellus, qui Martino resignatario in dicta Ecclesia successit, prætendens, quod Ioannes Paulus pensionarius teneretur contribuere solutioni prædictarum decimarum integram pensionem soluere recusauit. Sed nihilominus cum fuerit conuentus coram A. C. obtinuit Ioannes Paulus manuteneri in possessione exigendi integram pensionem, Vnde causa appellationis mihi commissa sine retardatione solutionis arbitrio Rotæ, proposui hodie dubium: An intret arbitrium in cuius discussione fuit pro parte Hieronymi de tribus oppositum, nempè de inualiditate mandati A. C. quod quasi possessio non fuerit probata, & demum de iniustitia, sed validitas fuit visa clara, & quando fuisset turbida, cessabat difficultas, ex quo nunc ex integro poterat manutentio concedi; Quasi possessio † videbatur etiam benè probata, quia ad effectum manutentionis sufficiunt solutiones, de quibus in actis factæ per Martinum prædecessorem, Guido Papa *decis.* 629 sæpius per Rotam canonizata, Gig. *de pension. q.* 47. *nu.* 10. Menoch. *de recuper. remed.* 1. *nu.* 89. Put. *decis.* 151. *lib.* 3. Seraph. *decis.* 1147. *num.* 1. & fuit millies decisum. 1

Qua propter post binas huius dubij propositiones scilicet 29. Aprilis præteriti, & sexta huius mensis fuit difficultas restricta ad iustitiam, quæ in eo solum versatur: An per supradictum Indultum Gregorij XV. fuerit derogatum clausulis appositis in reseruatione pensionis, itaut obstet pensionatio in casu, & ad effectum, de quo agitur.

Et pro parte affirmatiua, & sic pro titulari videntur esse expressa verba dicti Indulti, vbi grauãtur pensionarij, & derogatur pactis inter pensionarium, & titularem conuentis, cum clausula, † quorum tenores, quæ operatur, vt omnia 2

cense-

censeantur expressa iuxta vulgare Consilium Butrij, ac
expressa derogatione regulæ de iure quæsito non tollendo,
& cum decreto irritanti, & clausula sublata, & in specie de-
rogatur obligationibus in forma Cameræ, qua titulatis erat
obligatus ad fauorem pensionarij, nec non donationibus,
& iuramento ad fauorem eiusdem. Quæ derogationes cum
non conueniant, nec adaptati valeant Reipublicæ, cui
clausulæ supradictæ non obstabant, vt patet ad sensum,
videtur necessariò dicendum, quod solum habent respe-
ctum ad titularem, itaut eius fauore dumtaxat appositæ
3 censeantur, † nealias inutiles sint, & superfluæ, & ni-
hil penitus operentur, vt in simili Men. *de præsumpt. lib. 3.*
præsumpt. 115. n. 63. & seq. Et tanto magis quia sic intelli-
4 gendo reducitur res ad ius commune, quo pensionarij † te-
nentur contribuere pro rata pensionis, Gig. *de pens. q. 59. nu.*
21.

Et fortius pro titulari stringebat, quod Rota sæpius in
puncto visa fuit sentire ad eius fauorem, scilicet quod per
huiusmodi derogationes exemptio, pacta, & conuentiones
5 † ad fauorem pensionarij in reseruatione appositæ fuerint
sublatæ ex mente, & voluntate Papæ, *vt part. 2. diuers. decis.*
161. *in princip. & n. 4. 6. & 13. & in Asculana pensionis 17. Fe-*
bruarij 1586. coram Cardinali Pamphilio, & in Valentina sub-
sidij 4. Maij 1611. coram bon. mem. Penia, in fin. versic. ad de-
cis. in causa Toletana.

Cœterum re maturè discussa, Domini contrarium resol-
uerunt videlicet Isabellum titularem teneri iuxta reserua-
tionem releuare Ioaonem Paulum, & eius nepotes pensio-
narios ab omni, & quacunque decima. Habent enim pen-
sionarij intentionem fundatam in literis reseruationis, cu-
ius verba sunt clara, vt supra in facto, & in pluribus decisio-
6 nibus Rotæ † in similibus terminis loquentibus, *vt apud* Se-
raphin. *decis. 1348. n. 2. in versic. nam cum agatur, & in ver-*
sic. non tamen tollit, & decis. 702. nu. 5 & 6. part. 2. recent.
& in dicta *Valentina subsidij 4. Maij 1611.* allegata etiam ex
aduerso, & clarius *in decis. 26. Nouembris eiusdem anni in* ea-
dem causa facta coram eodem bon. mem. Penia, & in *Peru-*
sina pensionis 13. Ianuarij 1614 Coram Cardinali Sacrato, &
in Ceneten. pensionis 7 Iunij 1621. coram bon mem. Remboldo
& in alijs adductis per Modern. *discept. foren. capit. 548. nu.*
26. cum seqq.

Ex quibus decisionibus iuxta mentem Rotæ declaratur
dictum Breue Gregorij XV. quo etiam pensionarij grauan-
tur, vt sit verum ad fauorem Reipublicæ, cui pensiona-
rij tenentur pro sua rata, non minus, quam titulares, itaut
prætextu quarumuis exemptionum, aut conuentionum
cum titularibus initatum non possint eximi à contributio-
ne decimarum, qui illis omnibus quoad Remp. fuit in dicto
Breui expressè derogatum, vt sic concessio decimarum, vt
inferius dicetur habeat faciliorem exitum, & effectum sed
propterea non fuit de mente Papæ velle præiudicare pen-
sionarijs quoad titulares, ad quorum fauorem non respe-
xit, nec illis in dicto Breui quicquam concessit, sed potius
fuit eius voluntas, vt, quoad illos, pacta, & conuentiones,
& clausulæ omnes in reseruatione ascriptæ remaneant in
suo robore, & firmitate Rota in prædicta decis. 1348. apud
Seraphin. in dicta *Valentin. subsidij*, & alijs supra allegatis.
Et hoc ipsum bene denotant verba induiti, ibi, *quoad hoc nul-*
latenus suffragari, idest respectu Reipublicæ, cui solum In-
7 dultum fuit concessum, & non pensionarijs, itaut † Rei-
publicæ inclusio sit titularium exclusio ad *l. cum Prætor. ff.*
de iudic. & in puncto dicta verba ad hoc expendit Rot. *in di-*
cta decis. Ceneten. co. bon. mem. Remboldo.

Qui intellectus ad dictum Breue tanto magis congruit,
& recipi debet, quanto est iuri communi conformis, eo
8 enim attento si emphiteuta † pactum inierit cum Domino
directo, vt non ipse, sed Dominus directus tributa, ac cen-
sum Principi soluat, nihilominus Emphiteuta tenetur pe-
rinde ac, si nulla præcesserit conuentio, *l. ius emphiteutici*
prædij, & ibi, Rebuff. *C. de fund. patrim. lib. 11.* vbi talis
9 † conuentio non confirmata à Principe dicitur nulla, & im-
probata, & facit *tex. in l fin. C. sine censu, & reliq.* Quod
10 tamen conuentio sit nulla, intelligi † debet quoad præiudi-
cium fisci dumtaxat, *l. inter debitorem, ff. de pact.* ibi *in-*
ter debitorem, & creditorem conuenerat vt creditor onus tri-
buti, prædij pignorati, non agnosceret, sed eius soluendi ne-
cessitas debitorem spectaret, talem conuentionem quantum ad
fisci rationem non esse seruandam respondi; Cœterum quo-
11 ad † ipsos contrahentes conuentio est valida, & seruan-
da, vt probat expressus *tex. in l. epistolam, §. pactum. ff.*
de pact. ibi, *pactum vt si quas summas propter tributiones præ-*
dij pignori nexi factas, creditor soluisset, à debitore recipe-
ret, & vt tributum eiusdem prædij debitor penderet iustum,
ideoque seruandum est, & ita declarant, *glos. in d. l. ius em-*
phiteutici, Ias. *in d. l. epistola*, Aluar. Valasc. *de iur. emphit.*
q. 17. n. 28. Francisc. Marc. *decis. 471. nu. 13. par. 1.* ergò
derogationes pactorum, & conuentionum contentæ in
Breui debent intelligi ex mente Papæ ad fauorem Reipu-
blicæ tantum, non autem titularis.

Quæ Pontificis mens, & voluntas inde magis vrget.
quod ille, vt legitur in præfatione Breuis, eo dumtaxat mo-
tus fuit ad conceden. has decimas, vt per eas subuentum sit
publicis Reipublicæ necessitatibus, quæ tot, tanquam mu-
nitissima præsidia sustinet ad fauces inimicorum, quorum
ipsa totius † Italiæ est firmissimum propugnaculum, ideo- 12
que ad eam semper verba induiti diriguntur, quæ ratio nec
indirectè conuenire post titularibus, cum quibus Indultum
non loquitur, licet enim † illa publica subuentio sit om- 13
nium communis tamen dum Respublica siue ab vno, siue
ab alio integras exigit decimas, quod postea pensionarius
iuxta pacta conuenta releuetur à titulari, aut non releue-
tur, prorsus dicit respectum ad priuatam vtilitatem titula-
ris, aut pensionarij, vt patet ad oculum, nihil † autem est; 14
vnde magis voluntas concedentis declaretur, quam à Præ-
fatione, *l. cum hi, in principio*, & ibi Bart. & Ias. *ff. de transact.*
Crauet. *cons. 221. n. 8. vers. septimo vero.* Cum enim † præ- 15
fatio inducat causam finalem, *l. fin. ff. de hæred. inst.* aperit
mentem concedentis, itaut illa à præfatione, vt à sua cau-
sa finali reguletur, limitetur, aut extendatur, *l. cum Pater,*
§. dulcissimis, ff. de leg. 3. l. si de certa, vbi Bart. *C. de transact.*
Bald. *in l. sub prætextu. n. 12. C. eod.* Paul. de Castr. *cons. 332.*
lib. 1. Crauet. *cons. 16. n. 5.* vbi quod verba † sunt restringen- 16
da ad rem, super qua exprimuntur, *l. si quis ità, ff. de test.*
tut. & Surd. *dec. 217. n. 6.* vbi quod quando exprimitur cer-
ta causa, verba generalia, vltra dictam causam † nihil ope- 17
rantur, sed debent restringi ad eam, quando salua ratione
recti sermonis restrictio fieri potest. Hic autē recti sermonis
ratio postulat, vt fiat d. restrictio, ne Pōtificis gratia, seu cō-
cessio trahatur ad eos, quibus non cōuenit ratio cōcessionis;
Vnde dixit Rota apud Mohed. *dec. 13. de præbend* quod in
† priuilegijs, & gratijs non tam verba sunt attendenda, 18
quàm mens consideranda.

Præterea etiam eadem Pontificis voluntas, & intentio
non minus elicitur combinando Indultum decimarum
cum pactis, & clausulis reseruationis, Etenim in his habe-
tur, quod titularis in subsidium promisit suo, & successo-
rum nomine de proprio soluere ratam decimarum spectan-
tem ad pensionarium, quam promissionem Pontifex ratam
habuit, illamque expressè confirmauit, & approbauit; In
indulto autem ad denotandum quod derogationes in eo
contentæ nullo modo attingunt interesse titularis, sed Rei-
publicæ, derogatur dumtaxat clausulis, quæ (iuxta mox
dicenda) possunt adaptari faciliori, aut difficiliori exactio-
ni ex fructibus beneficiorum, non autem derogatur clau-
sulæ, vt in omnem casum titularis etiam de proprio solue-
re tendatur. Cum † enim derogatio sit stricti Iuris, Gemin. 19
consil. 35. nu. 2. tantum, & non plus est derogatum, † quan- 20
tum dictum, aut quantum de necessitate infertur, *l. sanci-*
mus, C. de testam. Crauet. *consil. 26. num. 7.* Rota *in d. Valen-*
tin. subsidij 4. Maij coram bo. mem. Penia, versic. quod vero ex
derogatione; Cur autem Papa, hoc vnum derogare omi-
serit, non autem alia, illa sola videtur esse ratio, quod
cum † decimæ non de proprio, vt pensio, sed solum de fru- 21
ctibus sint exigendæ, superfluum erat derogare huic clau-
sulæ, quæ non pertinet ad decimarum exactionem, sed so-
lum ad priuatum interesse titularis, & pensionarij, quod in-
teresse non fuit consideratum, sed omissum, quia nullo
modo, nullaque ratione mouit Papam ad conceden. Indul-
tum; ergò quoad illud, conuentiones, & clausulæ reser-
uationis remanserunt in suo pristino statu, & per conse-
quens iuramentum, & obligatio Cameralis, sub quibus
etiam facta fuit promissio soluendi de proprio, quæ consi-
deratio fuit de mente Rota *in d. Perusina pensionis, vers. mi-*
nus refragatur in fine, coram Cardinali Sacrato.

Tandem generaliter nulla Principis † concessio etiam 22
cum clausulis derogatorijs tollit partium conuentiones, ni-
si adeò clarè, & distinctè illis sit derogatum, vt alia non
possit capi interpretatio, *cap. ex multiplic.*, vbi, *gl. &* An-
char. *num. 4. de decim.* Felin. *in c. causam*, quæ, *nu. 10. de re-*
script. Put. *decis. 193. lib. 1. in non. impress.* Caputaq. *decis. 55.*
par. 2. & in puncto Rota in dicta *Valentina subsidii 4. Maij*
in versic. non obstant clausulæ derogatoriæ, ex quibus pa-

tet responsio ad contraria quæ ex aduerso adducebantur,
sed pro maiori satisfactione, & claritate illis singulariter
respondetur.

Non obstat primò, quod in Indulto Gregorij XV. pen-
sionarij in specie grauentur, & derogetur in eo pactis, &
conuentionibus inter pensionarium, & titularem, quia
grauamen, & derogationes intelliguntur quoad decimas
23 & sic quoad Rempublicam Venetorum, itaut † quoad
eam Conuentiones sint derogatæ, & nullæ iuxta *text. in
d. l. iater debitorem, & in d. l. ius emphiteutici*: remanent
tamen validæ, vt prius quoad contrahentes iuxta *text. in
dict. l. epistola §. pactum, ff. de pact.* & Rot. *decis.* 5. superius
allegatas.

Non obstat secundò clausula quorum tenores, decre-
tum irritans, & clausula sublata, quia intelliguntur eo-
dem themate retento, nempè quoad præiudicium Reipu-
24 blicæ, † quia cum regulentur secundum naturam disposi-
tionis, cui sunt adiectæ, Mart. *de clau. p. 1. clauf. 176. num.*
17. Cassad. *decis. 10. num. 4 ad reg.* Cancell. Caputaq. *decis.*
25 *121. p. 1.* si non obstat principalis † dispositio Breuis, mi-
nus obstare debent clausulæ accessoriæ ipsius Breuis *reg. ac-
cessorium de reg. iur. in 6.*

Non obstat tertiò, quod derogetur in Breue obligationi
Camerali, Iuramento, & regulæ de iure quæsito, &c.
quę taliter videntur adaptari ad fauorem titularis erga pen-
sionarium, vt nullo modo conueniant Reipublicæ, cui di-
26 ctæ clausulæ non obstabant. Quia vltra quod cum † con-
stet de mente Papæ, & de causa finali certa, & determi-
nata ad solum fauorem Reipublicę, non est curan. de effe-
ctu dictarum clausularum nisi si, & in quantum contenta
in illis possunt afferre commodum Reipublicæ, & non ali-
ter iuxta supradicta; Respondetur etiam satis esse, quod
derogationes illę operentur faciliorem decimarum exactio-
nem ad Fauorem Reipublicæ, vt dixit in Rota *in dicta Va-
lentina subsidij* 29. *Nouembris* 1611. *coram bon. memor. Pe-
nia.*

Facilior autem exactio ex derogatione prædictorũ potest
considerari tam contra titularem, quam etiam contra pen-
sionarium: contra titularem ne excuserur, quod Papa
prius illum grauauit sub Iuramento, & obligatione Came-
27 rali ad fauorem pensionarij, & sic quod illius † creditum
sit non solum prius, & sic potius, *l. qui prior de regulis iu-
ris*, sed etiam strictius propter iuramentum, & obligatio-
nem Cameralem, & ideò prius soluendum esse ad *l. 1. cum
seqq. & l. cum ex pluribus, ff. de solut.* Menoch. *de arbitr. cas.*
28 493. *num. 14. cum seqq.* vbi quod debiti † causa grauior alia
esse dicitur, si vna habet faciliorem exactionem, quàm
altera. Contra verò pensionarium, quia ob easdem cau-
sas fortè prætenderet prius sibi soluendam esse pensionem
ex fructibus, quàm Reipublicæ decimas; Vndè Sum-
mus Pontifex ad tollen. has difficultates gratia facilioris
exactinois decimarum apposuit dictas derogationes, itaut
solum quoad dictam faciliorem exactionem voluerit præ-
29 iudicare pensionarijs, vbi enim apparet † Principem vo-
luisse præiudicare Iuri tertij in dubio debet intelligi, quod
voluit in modico præiudicare, & non in magno, Parif. *cons.
6. nu. 16. volum. 2.* Bald. *in cap. 1. §. sacramenta de pact. iuram.
30 firman. in vsib feud.* vbi sat esse si rescriptum † aliquid mo-
dicum operetur in præiudicium tertij, Ias. *in l. quoties nu.
4. C. de precib. Imper. offer.* Dec. *in cap. quæ in Ecclesiarum.
numer. 26. de constit.* Aluar. Valas. *consult. 71. numer. 21. &
numer. 23. volum. 1.* Rota *in dicta Valentina subsidij 4. Maij
coram bon. mem Penia in versicul. nec est nouum.*

31 Non obstat, quartò, † *decis. 161. par. 2. diuers.* quia ibi
præcesserat concordia inter Clerum, & Regem Catholi-
cum, in qua totus Clerus se obligauerat soluere excusatum
non obstantibus quibuscumque exemptionibus, priuile-
gijs, & contractibus etiam iuratis, & in forma Cameræ,
&c. & Papa aliud non fecit, quàm concordiam confirma-
re; Vnde mirum non est, quod in casu illo fuerit resolutum
pensionarium teneri, & non esse releuandum à titulari,
32 quia † obligatio, quæ ex persona, & facto illius originem
traxit ipsum solum afficere debuit, & non titularem *l. quæ-
cunque gerimus ff. de action. & oblig. & in l. inter stipulantem,
ff. de verbor. oblig.* Vndè etiam derogatio iuramenti, &
obligationis Cameralis ad damnum pensionarij facta fuit,
33 & sic etiam † est intelligen. d. decisio Valentin. subsidij 4.
Maij *in versic. in Causa Toletana* dum loquitur de obligatio-
ne Camerali, quia decisio *in dicta causa Toletana est eadem-
met decisio 161. p. 2. diuers.* Hic autem versamur in simplici
Indulto Papæ nulla præcedente obligatione pensionarij,
sed concessio ea causa ita restricta ad Rempublicam, vt non
conueniat pensionario.

Demum decisiones † *in Causa Asculana Pensionis 17. Fe-* 34
br. 1586. coram Cardinali Pamphilio, & alija decisionibus
ex aduerso allegatis respondet eadem decisio *Valentina subsi-
dij* in illis difficultatem non fuisse restrictam ad terminos
huius disputationis, & in casu dictæ decisionis † *Asculanæ* 35
pensionis erant Pensionarius miles Hierosolymitanus, &
contributio erat in fauorem Religionis imposita per Ma-
gnum Magistrum, ideò causa nedum erat communis, sed
propria Pensionarij, & in omnem casum semper vrget illa
particularis exceptio, quod hic non fuit derogatum obliga-
tioni soluendi de proprio, cui accedunt etiam obligatio Ca-
meralis, Iuramentum, & alia vincula de quibus in litteris
reseruationis, &c.

Et ita vtraque.

REVERENDISS. P. D. MERLINO.

Mantuana Pensionis.

Die Veneris 4. Decembris 1616.

A R G V M E N T V M.

Pensionis translatio de persona, & vita transferentis ad personam, & vitam translatarij, quando valeat, & an ex hoc inferatur aliquod præiudicium Titulari. Gratia, quando non dicatur subreptitia, etiamsi expressum ius tertij.

S V M M A R I V M.

1 *Papa quando intellexerit præiudicare alicui, non cadit subreptio, nec est opus derogatione regulæ, de iure quæsit. non toll.*

2 *Papa, quando intelligit præiudicare alicui, non est opus, vt illum nominet, siue de iure communi, siue ex speciali dispositione ius ei competat.*

3 *Papa, quando facit actum præiudicialem de sui natura, virtualiter declarat afficere omnes personas, ad quas præiudicium spectare potest.*

4 *Subreptio eatenus vitiat gratiam, quatenus aliquid fuerit prætermissum in petitione illius gratiæ, quod si fuisset expressum, vel Princeps non concessisset.*

5 *Rector, qui præest curæ animarum substinet pondus æstus & diei.*

6 *Ius proueniens ex priuilegio, est longe debilius, quàm sit ius competens ex priuilegio.*

7 *Iuri prouenienti ex priuilegio facilius derogatur quàm iuri prouenienti ex iure communi.*

8 *Gratia, adhoc vt dicatur subreptitia ex eo, quod aliquid fuerit tacitum, hoc Iudex ex circumstantijs deligendis inquiret.*

9 *Subreptio vt euitetur, sufficit in genere, rem, quæ obstabat, fuisse cogitatam.*

10 *In Pensionis retentione, quæ datur in limine promotionis ad Episcopatum non requiritur expressio eorum, quæ fuissent exprimenda in ipsa reseruatione pensionis.*

11 *Pensionem transferendi facultas an dicatur noua gratia, & nouum contineat grauamen prorogando seruitutem beneficij*

12 *Pensionis translatio, licet facta in articulo mortis, non est nouum grauamen, nec noua dicitur pensio, sed solum, quædam mutatio personæ.*

13 *Pensio, quando mutatur de vita, & persona transferentis. & transfertur in vitam, & personam translatarij, ex hoc non resultat præiudicium considerabile, sed euentuale, & num. 21.*

Cum aliquando contingat translatarios etiam iuniores premori ipsis transferentibus, etiam senioribus nu. 13. & num. 24.

14 *In gratia non est facienda aliqua expressio, quando semouetur præiudicium.*

Subreptionis vitium non cadit, quando non adest præiudicium alterius, num. 14.

15 *In gratia non est facienda mentio de Iure alicuius incerto, & euentuali, quod potest esse, & non esse.*

16 *In*

16 *In pensionis reseruatione super beneficio, est faciem da mentio de regressu, quem quis habet ad illud beneficium & nu. 19.*
17 *Pensionis reseruatio non est subreptitia, si beneficij regressus non fuerit expressus.*
18 *Beneficium perueniens ad regressarium, quo iure perueniat.*
20 *Decis. Cassador. 1. de pension. declaratur.*
22 *Pensionis translatio id efficit, vt loco obitus transferentis, sit expectanda mors translatarij.*
23 *Pensionis translatio solum operatur mutationem personę, cui pensio est soluenda.*
25 *Decis. Put. 288. lib. 3. declaratur.*

DECISIO XXIV.

BErtazzolus erat reseruatarius omnium fructuum Pa-
rochialis Ecclesiæ S. Ceciliæ loci Liolæ Mantuanæ
Diœc. adempta solùm congrua pro rectore Vnde cum ad
illius fauorem bo. me. R. P. D. Stella senior resignasset
Canonicatum, & Præbendam Basilicæ Lateranen. fuit
eidem D. Stellæ reseruata pensio annua ducatorum 220.
super fructibus dictę Ecclesiæ S. Ceciliæ, decreto, & con-
ditione tamen adiecta, quòd si contingeret D. Stellam prę-
mori Bertazzolo, huiusmodi pensio accresceret non rectori
pro tempore, sed ipsi Bertazzolo reseruatario perinde, ac
si nunquam dicta pensio reseruata fuisset. Verùm cum
posteà idem à D. Stella obtinuisset à San. mem. Gregorio
XV. facultatem quandocumque etiam in articulo mortis
dictam pensionem transferendi, illamque transtulisset in
R. P. D. Stellam iuniorem nepotem. Dubitaui, an hu-
iusmodi translatio suffragaretur, & difficultatem faciebat,
quòd vitio subreptionis laborare videtur dicta facultas,
cum in ea mentio facta non fuerit de prædicto decreto in
fauorem Bertazzoli, ad cuius vtilitatem pensio extingue-
batur, nec illius præiudicium fortasse cogitauerit Papa,
causaque pluries super hoc discussa, hodiè tandem Domini
affirmatiuè responderunt, scilicet translationem sustineri;
Quoniam aut asserimus facultatem transferendi dictam
pensionem concessam D. Stellæ seniori esse actum de sui
natura præiudicialem, aut negamus esse præiudicialem
saltem præiudicio considerabili, & neutro casu intrat sub-
reptio prædicta.
1 Non primo casu, quia si Papa intellexit † præiudicare,
non cadit subreptio, nec opus est derogatione regulæ de iu-
re quæsito non tollendo Dec. *cons. 113. nu. 7. vers. non ob-
stat quod ex hoc* Card. Seraph. *decis.* 1445. *n.* 6. nihilque re-
2 fert quòd personas, quibus præiudicium † inferebatur,
non meminerit, siue huiusmodi personis ex iure commu-
ni, siuè ex speciali dispositione ius competeret Cass. *decis.
prima de priu. & plenè* Rot. *decis. 48. nu. 1. 2. 3. par. 1. recent.*
in qua ab alijs decisionibus recessum fuit, *& pars. 1. diuers.*
3 *decis. 240. nu. 21. & 22.* vbi etiam si Papa ius † illud igno-
raret, quia dùm facit actum præiudicialem de sui natura
virtualiter declarat afficere omnes personas, ad quas præ-
iudicium spectare potest.
4 Amplius si subreptio eatenus vitiat gratiam, † quate-
nus aliquid fuerit prætermissum in petitione illius gratiæ,
quod si fuisset expressum, vel Princeps non concessisset,
vel difficilius concessisset ex causa à iure approbata *c. super
literis, vbi* Felin. *nu. 8. de rescript. plenè* Sanchez *de matrim.
lib. 8. disput. 21. n. 11.* & 17. Cassad. *decis. 12. nu. 14. de præ-
ben.* Rota *decis. 418. num. 1. par. 1. recent & fusius in Cocben.
beneficij* 10. *Maij* 1610. *coram bon. mem. Cardinali Sacrato,
quæ est 288. post secundum vol. cons.* Farin. Sanè hæc ratio
non applicatur casui nostro, sed retorqueretur, quoniam
si fuisset narratum Pontifici quod extinctio pensionis ob
dictam conditionem, & decretum tendebat in beneficium
non Rectoris, sed ipsius reseruatarij, nedum hoc non tra-
xisset, vel difficiliorem reddidisset ipsum Pontificem, sed
imò prociiuiorem effecisset, dum enim Papa intellexit
5 præiudicare Rectori, † qui præest curæ animarum, &
sustinet pondus æstus, & diei, illiusque consensui dero-
ganit, multo magis credendum est, præiudicare voluisse
cuicumque alteri, & præsertim reseruatario, qui expecta-
bat extinctionem pensionis ex titulo lucratiuo suæ reser-
6 uationis, cuius ius proueniens † ex priuilegio est longè de-
bilius, quàm sit ius Rectoris competens de iure communi,
& ex debito ob seruitium quod præstat Altari; Et propte-
7 rea † huic iuri reseruatarij facilius fuisset derogatum *arg.
l. eis militis §. militiæ missus ff. de milit. testam.* Rom. *consil.*
327. *nu.* 6. Tiraq. *de retract. lib. 1. §. 35 glos. 4. nu. 42. in fin.*
& an aliquid, quod fuit tacitum, retraxisset Principem,
vel faciliorem illum † reddidisset coniecturis ex circum- 8
stantijs per iudicem deligendis inquirendum esse tradide-
runt Cassad. *dict. decis. 12. nu. 14. de præben. & alij congesti
à* Sanchez *dict. disp. 21. n. 19. lib. 8. de matrim.*
Vlterius Domini assequi posse existimabant, Papam
non penitus ignorasse prȩiudicium, quod prȩter Recto-
rem alteri inferebatur ex dicta facultate transferren. dùm
in fine addit clausulam, *quod dicta facultas non posset impu-
gnari ex eo, quòd dictam Parochialem tunc, & pro tempore
obtinens, nempe Rectores, aut alij quicumque interesse habentes
ad dictam gratiam non fuerint vocati*, quȩ verba, *& alij
quicunque interesse habentes*, rectè referri possunt, &
debent ad reseruatarium, & ad euitandam † subreptio- 9
nem, sufficit in genere fuisse cogitatum. Felin. *in c. nonnulli
nu. 18. de rescript.* Rot. *decis. 38. num. 3. & decis. 210. nu. 5.
par. 1. recent.*
Si verò negamus facultatem trasferendi fuisse actum
prȩiudicialem, tùm quia Bertazzolus reseruatarius ius non
habebat, nisi incertum, & pendens à futuro euentu, nem-
pè à purificatione illius conditionis, quatenus D. Stella
senior prȩmoreretur Bertazzolo, & sic translatio præuenit
antequam esset apertum ius ipsi reseruatario, & propterea
illius prȩiudicium non fuit considerabile, quemadmodum
in retentione, quȩ datur in limine promotionis ad Epis-
copatum † non requiritur expressio eorum, quȩ fuissent 10
exprimenda in ipsa reseruatione pensionis, nec indè infer-
tur prȩiudicium considerabile, vt sit necessaria noua ex-
pressio, Felin. *in tract. quand. lit. apost. limit. 5. versic. consi-
dera* Lambertin. *de iurepatr. part. 3. lib. 2. q. 9. art. 19.* Ro-
ta *d. decis. 240. num. 26 part. 1. diuers. & in Firmana pen-
sionis 2. Iunij 1593. coram Illustrissimo D. Cardinali Millino.
& in Terulen. pensionis 15. Decembris 1600. coram bon.
mem. Cardinali Sacrato;* Tum quia quicquid antiquitus
senserit Rota, an † facultas transferendi pensionem dica- 11
tur noua gratia, & nonnm contineat grauamen proro-
gando seruitutem beneficij, vt in *Eugubina pensionis 11.
Decembris 1561. coram Rubeo* & in alijs certè hodie con-
stant, & receptissima est sententia in hoc sacro Tribuna-
li, quod huiusmodi translatio † licet facta in articulo 12
mortis, cum & prius quandocumque fieri potuerit, non
sit nouum grauamen, nec noua dicatur pensio, sed
solum quȩdam mutatio personȩ, & vitȩ transferentis
in personam, & vitam translatarij, & delegatio solutio-
nis alteri faciendȩ; nec † inde resultare prȩiudicium 13
considerabile, sed euentuale dumtaxat, cum aliquan-
do contingat, translatarios etiam iuniores prȩmori ipsis
transferentibus, licet senioribus, ita Rota apud Cre-
scent. *decis. 1. num. 1. de reb. Eccles. non alien. in Veronen.
pensionis 14. Ianuarij 1613. coram R. P. D. meo Verospio,
& in Mediolanen. pensionis 17. Iunij 1613. coram Reue-
rendissimo D. meo Patriarcha Pamphilio*, quȩ est *decis.*
105. *num 4. par. 1. recent. in Romana pensionis 17. Iunij 1622.
coram R. P. D. meo Buratto in Regien. pensionis 9. Fe-
bruarij, & 17. Iunij 1624. coram R. P. D. meo Pirouano*,
& nuper in *Firmana pensionis 26. Februarij 1625. coram
bon. mem Remboldo vers. & licet translatio*, se moto
autem prȩiudicio non est opus † aliqua expressione, 14
nec cadit vitium subreptionis Crauet. *consil. 68. num.
12. versic. secus vbi*, & dicitur *in d. Firmana pensionis 2.
Iunij 1593. coram Illustrissimo Millino*; & de iure incer-
to, & euentuali, † quod potest esse, & non esse eo quod à 15
conditionis purificatione pendeat, mentionem non esse
faciendam, dixit Felin. *in cap. in nostra num. 15. de rescript.*
Paris. *cons. 5. num. 96. lib. 4.* Sanchez *d. disput 21. num. 26.
lib. 8. de matrim.* Rot *decis. 25. de rescript. in nou.* Cassad.
decis. 16. num. 2. de præbend. Caput. *decis. 337. num. 2. & 3.
part. 1.*
Nec obstat, quòd in reseruatione † pensionis super be- 16
neficio facien. fit mentio de regressu, quam quis haberet
ad illud beneficium Cassad. *decis. 1. de pension.* Put. *decis.
97. lib. 2.* Paris. *de resign. lib. 6. quæst. 5. numer. 56. & 72.*
Mohed. *decis. 7. & 10. de renunc.* Quoniam vltra quod
non propterea pensio est † subreptitia ob huiusmodi taci- 17
turnitatem regressus, sed quia Papa de consensu Titula-
ris, tunc reseruat pensionem soluendam ab ipso, & eius
successoribus, & proinde iure merito quando † benefi- 18
cium peruenit ad regressarium, cum ille non sit succes-
sor

fit Rectoris consentientis, sed capiat beneficium ex suo
primæuo Iure, quamuis pensio fuerit à principio valida;
attamen illa post purificatum regressum ipsi regressario
non præiudicat, non autem quod adsit subreptio, & ita
loquuntur Cassad. *d. decis.* 1. Gig. *de pens. quæst.* 79. *&*
Put. *d. decis.* 97 *lib.* 2. Respondebant Domini veram esse
20 decisionem † Cassad. in ipsa reseruatione pensionis, ob
quam tunc seruitus imponitur beneficio, & præiudicium
indubitabile infertur, secus autem in translatione, quæ
21 vt iam dictum fuit, præiudicium † non infert, vel nisi
euentuale, & sic non considerabile, per illam enim trans-
lationem solùm mutatur casus extinctionis de vna perso-
na in aliam, & fieri potest, quod mediante huiusmodi mu-
tatione citius libertatem assequatur beneficium, quàm si
non fuisset pensio translata.

Neque etiam obstat, quòd non solum reseruatario, in
cuius fauorem appositum fuit decretum, quòd pensio illi
accresceret, præiudicium videatur inferri, sed etiam
Ecclesiæ, hoc enim modo diutius pergrauabitur onere
soluendi pensionem, nec libertatem assequetur, nisi de-
functis duabus personis, pensionario scilicet, & reserua-
tario. Quoniam hoc incommodum, quòd & pensionarij,
& reseruatarij mors sit expectan. pro libertate Beneficij,
non translationi, sed ipsi reseruationi adscribendum est,
& idem erat etiam antequam pensio transferretur, hoc-
22 que solùm † efficit translatio, quod loco obitus D. Stel-
læ senioris expectandus sit obitus D. Stellæ iunioris, quia
23 vt dictum est, translatio † solùm operatur mutationem
personæ, cui pensio sit soluenda, & propter incertum
24 euentum † non est huiusmodi præiudicium considerabile;
licet translatio fiat in iuniorem, vt in dictis Decisionibus
Veronen. pensionis coram D. meo Verospio, & Romana pen-
sionis coram D. meo Buratto, & nuper in dicta *Regien. coram*
D. meo Pirouano fuit resolutum.

25 Nec ideò applicatur † *decis.* Put. 288. *lib.* 3. quia ibi non
agebatur de sola mutatione vnius personæ in aliam, quod
est merè euentuale, sed præiudicium ibi erat considerabi-
le, & quasi certum, dum ius habentis expectatiuam suf-
26 pendebatur quamdiù tres personæ viuerent, † quibus de-
functis probabiliter ille habens expectatiuam, non erat
superuicturus, & ita *d. decis.* Put. 288. *lib.* 3. explicant
Mandos. *super reg. de iur. quæsit non tollen. q.* 9. *&* Rot. *dec*
664. *nu.* 5. *par.* 2. *recent.*

Ad ea verò, quæ opponebantur de non expeditio-
ne literarum Apostolicarum placuerunt Dominis de-
ducta per informantes pro D. Stella, & gratia sena-
toria nuper obtenta à S. D. D. omnem visa est remouere
difficultatem.

Et ità quinquies examinato articulo, & vtraque par-
te informante pro validitate translationis responsum
fuit, &c.

REVERENDISSIMO COCCINO.

Romana Redditionis Rationis.

Die Mercurij 20. Decembris 1626.

A R G V M E N T V M.

Tutor, quando contrahit cum pupillo, an possit personam pupilli ad sui fauorem integrare. Tutor pupilli creditor an, & quando possit propria auctoritate sibi soluere, & quando secus.

S V M M A R I V M.

1 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 113. respectu illius, in quem fit alienatio, loquitur in rem, & nu. 9.*
2 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 113. comprehendit etiam casum, quando alienatio fit in tutorem, & in quemlibet alium, & num. 7.*
3 *Alienatio rerum pupilli, quando in tutorem fit, ipse tutor non potest authorare ad sui commodum.*
4 *Minor datur alius curator, quando contrahit cum tutore, vel curatore. & nu. 5.*
6 *Casus omissus à statuto debet remanere sub dispositione iuris communis.*
8 *In statut. Vrb. lib. 1. cap. 113. fuerunt positi illi quatuor casus, quia frequentius accidunt, non autem, quod statutum ad illos tantum voluerit se restringere.*
10 *Statutum, si quid non sit, perinde tamen ac si statutum esset, si verisimile sit statutum fuisse, si hoc fuisset quæsitum.*
11 *Verba cuiuscunque dispositionis sunt amplianda, & restringenda secundum mentem disponentis.*
12 *Quæ mens disponentis colligitur ex ratione expressa in dispositione, & idem est, si non sit expressa, dummodo possit rationabiliter coniecturari.*
13 *In contractibus minorum statutorum forma non est seruanda, si simus in obligatione necessaria.*
14 *Alienatio bonorum minoris pro dote restituenda, vel constituenda, quando fit, in d. alienatione forma statutorum est seruanda.*
15 *Statuta à iure communi passiuam recipiunt interpretationem.*
16 *Tutor creditor pupilli potest sibi soluere propria authoritate.*
17 *Tutor creditor pupilli tunc potest sibi propria authoritate soluere, si sit verus creditor patris pupilli, & quod sibi soluat de pecunia reperta in patrimonio illius.*
18 *Mater tutrix non potest sibi propria auctoritate satisfacere de bonis immobilibus pupilli pro dote, & quid ad hoc requiratur.*
19 *Text. in l. fistulas §. 1. ff. de contrab. emption. declaratur.*
20 *Tutor, quando est creditor pupilli in pecunia, non potest pretium propria authoritate capere pro quantitate.*
21 *Crass. in tit. de success. §. donatio causa mortis q. 3. nu. 2. in fin. declaratur.*
22 *Filius ad hoc, vt patri possit donare causa mortis sufficit authoritas Iudicis.*
23 *Tutoris authoritas an suffragetur ad integrandam personam pupilli ad sui fauorem.*
25 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 151. præsumit in illius casu iuramentum fuisse dolo exortum.*

D E C I S I O XXV.

VIsa per omnes Dominos ista causa sine discrepantia
fuit conclusum standum esse in decisis sub die
25. Maij præt. scilicet assignationem locorum montium
pro dote, donatione propter nuptias, fructibus dotali-
bus, & alijs factam de mense Septembris 1617. non sub-
stineri, ex quo interuenit vnus tantum curator loco pro-
ximiorum, & tamen debuisset etiam alius interuenire,
ex quo minor contrahebat cum tutrice, quia † cum Stat. 1
Vrb. cap. 113. lib. 1. respectu illius, in quem fit alienatio,
loquatur in rem, ibi, *si aliquam alienationem bonorum*
immobilium, seu iurium pupillorum, seu minorum per eos cum
authoritate tutorum, vel curatorum ipsorum, seù ab ijs-
dem tutoribus, vel curatoribus fieri contingat, † com- 2
prehendit etiam casum, quando alienatio fit in tuto-
rem & quemlibet alium, vt est casus in *l. hæc verba*, *vbi*
Bart. *num.* 1. *ff. ad l.* Iul. *de adult. l. si seruum §. Prætor ait.*
ff. de acquir. heredit. Bart. *in l. aut qui aliter, §. fin. num.* 3.
vers. nota distinctionem, ff. quod vi, aut clam. Et ideò dum
fiebat alienatio in tutorem, † qui non poterat authorare 3
ad sui commodum, *l.* 1. *l. pupillus, l. quod dicimus col. fin.*
ff. de auth. tutor. §. si inter tutorem instit. eod. titul. debuit
dari alius curator, † qui requiritur, quando minor con- 4
trahit cum tutore, vel curatore, *d. §. si inter tutorem,*
versic. sed curator, l. 3 *§. si pupillus, ff. de tutel. l.* 1. *C. de in*
lit. dan. tut. vel cur notatur in l. cum ipse, C. de contrab.
empt. in hac enim parte statutum à iure communi supple-
tur, Castr. *cons.* 106. *incipit. A secundo num.* 2. *vers. plus*
dico, lib 2. Tiraq. *post ll. connub. glos.* 8. *num.* 49. Montan.
de tut. & cur. cap. 33. *num.* 38. *& fuit dictum in causa Roma-*
na dotis 15. *Iunij præt. coram me*, & quod in hoc † casu de- 5
beat dari alius curator resoluit Rota *in decis.* 49 *n.* 8. *&* 59.
nu. 3. *vers. quicquid si apud.* Pic. *sup. stat. Vrb.* quæ fuerunt
allegatæ in alia decisione.

Non obstat, quod prædictus intellectus non possit sub-
sistere,

sistere, cum statutum loquatur de alienationibus pupillorum, & minorum factis cum authoritate tutorum, vel curatorum, seù de alienationibus factis ab ipsis tutoribus, 6 & curatoribus, & ideò iste casus, † tanquàm omissus à statuto debet remanere in dispositione iuris communis, *l. commodissime, ff. de lib. & posthum. cum vulg.* Vnde sufficit datio curatoris, & decretum Iudicis, Bald. *cons.* 200. *incip. Vobis spectabili, numer. 2. vers. itaquia lib.* 3. Roman. *cons.* 413. *num.* 14. *&* 15. *vers. quoad sextum.* Nam fuit responsum, omisso, quod fuit actum vigore statuti, non autem ex dispositione iuris communis; sta- 7 tutum comprehendit etiam † alienationes factas in ipsos tutores, & curatores, cum loquatur in rem, vt dictum est, & licet videatur restrictum ad dictas alienationes, hoc euenit, quia primi casus alienationis fre- 8 quentius contingunt, non autem † quòd statutum voluerit se restringere ad illos casus, Glos. *in l. 2. versic. filio præcedent. ibi*, sed hoc frequentius contingit, *ff. de vulg. & pupil.* & latissimè post alios Sylu. Aldobrand. *cons.* 9. *num.* 17. 18. *&* 19 *lib.* 1. Roland. *cons.* 39. *num.* 5. *volum.* 3. Bellon. *cons.* 52. *num.* 6. *& seq.* Tiraq. *de retract. lign.* §. 20. *gloss.* 2. *num.* 4. *& seq.* Mandos. *super reg.* 33. *q.* 6. *num.* 4. *cum seqq.*

Et hæc conclusio, quòd statutum censeatur posuisse casus, qui frequenter contingant, itaut non ideò intelligendum sit, quòd voluerit se ad illos solummodo restringere, procedit de plano in hac facti specie, cum statutum ex parte illius, in quem fit alienatio, loquatur in rem, 9 ideò, vt dictum est comprehendat omnem personam, in quam alienatio fiat; vnde à maioritate rationis comprehendit ipsum tutorem, & curatorem, *arg. l. si totas facultates, C. de inoff. don.* Glos. *fin. in l. tali pactum, ff. de pact.* dicens, item nota id esse de iure seruandum, licet 10 non † sit statutum, quod verisimile est statutum fuisse, si hoc fuisset quæsitum, hanc glossam pro notabili allegant, Rom. *cons.* 101. *num.* 2. *vers.* 2. *quia semper, & cons.* 392. *in fin. vers.* 3. *certum*, Angel. Aret. *in rubr. instit. de hæred. quæ ab intest. de fer. nu.* 3. *vers. præterea* Abb. *in cap. 2. requiritur, num. 2. de appellat.* vbi inquit *nota pri-* 11 *mò, verba cuiuscunque † dispositionis sunt amplianda, vel restringenda secundum mentem disponentis, quæ quidem* 12 *mens † colligitur ex ratione expressa in dispositione*, idem si non sit expressa dummodo possit rationabiliter coniecturari.

Non aduersatur, quod simus in obligatione necessa- 13 ria, scilicet pro restitutione dotis, † & ideò non erat seruanda forma illius statuti. Put. *decis.* 160. *lib.* 3. Nam fuit responsum, quod, aut agitur de simplici promissione pro dote, & non est seruanda forma statuti, & ita loquitur 14 Put. Aut agitur † de alienatione bonorum, dote restituenda, vel constituenda, & forma statuti est seruanda, lex, *quæ tutores, & ibi glos. in verb. vel dotem, &* DD. *C. de administr. tut. latè* Lamberteng. *de contract. glos.* 21. *num.* 11. Guttier. *de tutel. & cur. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 51. *& seq.* Quæ iura, & DD. licèt loquantur de iure communi, ta- 15 men ita intelligendum est dictum statutum, cum † à iure communi passiuam recipiat interpretationem, *l. 1. §. lex falcidia, ff. ad l. falc.* Bart. *in l. omnes populi, nu.* 60. *vers aut sunt decisi ff. de iust. & iur.*

16 Nec facit quod tutor creditor † pupilli possit sibi soluere propria authoritate, *l. quoties. §. sicut autem, ff. de administr. tut.* Quia fuit responsum hoc procedere duobus 17 concurrentibus. Primò, † quod tutor sit verus creditor patris pupilli. Secundò, quod sibi soluat de pecunia reperta in patrimonio illius, veluti ex aduerso dicitur sicut conditionaliter loquendo obseruat, Laurent. de Pinu. *cons.* 60. *num.* 14. *vers.* 1. *quia* Guttier. *de tut. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 18 48. Vnde sequitur matrem † tutricem non potuisse sibi propria authoritate satisfacere de bonis, immobilibus pupilli pro dote, sed necessariam fuisse authoritatem Iudicis, primum, & secundum decretum, & iudicialem causæ cognitionem, vt in puncto inquit Bald. *d. l. cum ipse num.* 14. *C. de contrab. empt. quem sequitur* Laur. de Pinu. *d. cons. num.* 14. *vers. item pecunia, cum seq.* Guttier. *loco cit. num.* 49.

19 Nec prædicto intellectui obstat † *text. in l. fistulas, §.* 5. *ff. de contrab. empt.* quia loquitur in tutore, qui à patre pupilli emerat fundum, & propterea potest exequi prædictam venditionem tradendo sibi fundum, ideò procedit in casu, quo res immobilis tutori debeatur, secus quan- 20 do ille est creditor pecuniæ, quia tunc † non potest precium propria authoritate capere pro quantitate, & ita declarant *d. text.* Bald. *loc. cit. num.* 14. *vers. non obstat*, & Laur. de Pin. *loc. alleg. num.* 20. *vers. cui minus obstat, & alij quos allegat* Guttier. *vbi supra numer.* 59. & vt inquit Bart. *in l. 2. sub numer. 6. vers. aut ex necessitate, ff. de stipul. ser. text. prædict.* procedit cum traditio fit ex necessitate præcedentis contractus, in quibus etiam terminis loquuntur allegata *per* Surd. *consil.* 283. *num.* 14. *lib.* 2.

Neque etiam obstat cautela relata † per Grass. *titul. de* 21 *success. §. donatio causa mortis, quæst. 3. numer. 2. in fine.* Quod ad hoc, vt filius possit patri donare causa mortis † sufficiat authoritas iudicis arguendo de patre ad matrem. 22 Quia omisso, an huiusmodi argumentum subsistat. Fuit responsum nos versari in terminis valde diuersis; in hoc enim casu agitur an authoritas tutoris suffragetur † ad in- 23 tegrandam personam pupilli ad sui fauorem, quod non est de iure permissum, vt paret ex supra deductis, & in puncto de matre tutrice est *decis. Rotæ* 492. *numer.* 9. *part. 1. in recent.* Casus autem Grassi continet simplicem permissionem, & consensum patris, & ideò sufficit decretum iudicis, vt agnoscit Bart. *in l. 1. sub num.* 4. *vers. & aduerte, ff. de authorit. tut.* ille enim potest à suspicione vindicari per authoritatem Iudicis, quia hæc vlterius non requiritur pro forma, & validitate actus, prout in nostris terminis.

Tandem non obstat iuramentum interpositum per minorem. Quia † Statutum cap. 151. lib. 1. præsumit iura- 24 mentum dolo extortum, per quod statutum dictum statutum cap. 151. suppletur, Rom. *cons.* 399. *num.* 7. & in puncto horum statutorum *fuit resolutum in causa Bononien. census 17. Martij 1608. coram bon. mem. Card. Marcomontio, quæ est decis. 153. num. 13. par. 1. recent.* vbi fuit dictum, quod Rota hoc motiuum non reiecit *in causa Romana fideicommissi de Sancta Cruce 3. Decembris 1607. coram bon. mem. Card. Sacrato*, & in puncto dixit etiam *Rota allegando Roman. in d. Romana dotis 20. Iunij præt. coram me.*

Et ita conclusum ex prædictis, & ex alio capite, quia videlicet decretum corruit respectu fructuum ex falsa causa, cum constante matrimonio non deberentur, vt latè fuit deductum in alia decisione.

Et decisio 14. supra in hac eadem part.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Panormitana Cambiorum.

Die Veneris 8. Ianuarij 1627.

A R G V M E N T V M.

Plura hic deducuntur circà difficilem materiam cambiorum. Interpretatio in dubio, quæ sit sumenda. Falsitatis & doli præsumptio tunc multò magis cessat, quando sumus in personis nobilibus.

S V M M A R I V M.

1 *Cambiorum materia perdifficilis est, & tota consistit in facto.*

2 *Literas Cambij soluere sub protestu, quid hoc significet.*

3 *Procurator non potest sine speciali mandato præiudicare Domino.*

4 *Obseruantia est apta declarare, & interpretari, quicquid contrahentes à principio intellexerint.*

5 *Interpretatio ea semper est facienda, quæ est minus damnosa parti.*

6 *Interpretatio ea est facienda, quæ est magis verisimilis secundum intentionem, & mentem contrahentium.*

7 *Interpretatio ea, est facienda, quæ magis congruit materiæ subiectæ.*

8 *Precedentia declarantur per ea, quæ sequuntur.*

9 *Con-*

9 *Contrahentium mens, & intentio, quando est clara, illa potius est attendenda, quàm verba.*

10 *Et ad hunc effectum sufficit, quod intentio sit etiam verisimilis.*

11 *Verba inseruire debent intentioni, ac menti contrahentium, non autem mens, & intentio verbis.*

12 *In litteris, de spacci secundum stylum Mercatorum potest variari, & immutari quidquid fuit scriptum in præcedentibus litteris, di Auuiso.*

12 *In litteris, de Auuiso, secundum stylum Mercatorum non potest fieri aliquod fundamentum, sed in literis, de spacci.*

13 *Tractantur multa, quæ non perficiuntur.*

14 *Expressio, quando fit in vno, de connexis affirmatiuè non intelligitur dictum negatiuum de alio, sed affirmatiuè, amplia. num. 15.*

16 *Inclusio vnius, quando non sit inclusio alterius.*
Inducta ad vnum finem, contrarium non debent operari. nu. 16.

17 *Complementarius rationis id, quod facit pro societate, socios obligat.*

18 *Stylus inter Mercatores est seruandus.*

19 *Falsitas, & fraus non præsumitur.*

20 *Falsitas, & fraus multo magis non presumitur in personis nobilibus.*

21 *Fraudem, & dolum allegans benè, & concludenter ea tenetur probare, & non sufficiunt coniecturę, nisi legales.*
Et nisi sint pręcipuæ, & luce meridiana clariores. num. 22.

23 *Literæ præsumuntur transmissæ, & acceptatæ in tempore.*

24 *Actore non probante, reus absoluitur.*

25 *Indebitum, vt quis possit repetere debet illud plenè, & concludenter probare.*

26 *Indebiti solutionem nemo præsumitur fecisse.*

27 *Text. in l. si me, & Titium ff. si cert. petat. quando procedat.*

DECISIO XXVI.

FVit hæc causa inter DD. de Magalottis, & Carauaschinis diù agitata in Rota coram bon. mem. Cardinali Seraphino, & coram bon. mem. Francisco Vbaldo Auunculo meo, coram quo emanauit vltimo loco decisio ad fauorem dd. de Carauaschinis, confirmatoria decisionis prius factæ coram Seraphino; sed quia ista resolutio habebas multas difficultates, stante præsertim decisione, quæ primo loco fuit facta coram eodem Seraphino ad fauorem DD. de Magalottis, ideò fuit dubium super ijsdem repropositum, & per quatuor vices numquàm resolutum, vt patet ex positionibus datis in Rota die 30. Ianuarij 1615. 30. Martij de eodem anno 14. Martij 1616. & 5. Iunij 1617. Vnde cum ipse ex mera benignitate Sanctissim. D. N. VRBANI VIII. fuerim in locum dicti Auunculi mei subrogatus, reassumptis omnibus scripturis pro vtraque parte in hac causa datis, & recollectis votis Dominorum, facto priùs verbo in Rota dicta die 8. Ianuarij, voluit per modum discursus extendere rationes hinc inde adductas ad hoc, vt videri possit, Dominos meos habuisse iustam causam toties differendi resolutionem
1 supradicti dubij; Et quia hæc materia † cambiorum perdifficilis tota consistit in facto, ideò illud breuiter recensendo sic se habet.

Foppæ, Arconati, & Leuizzari Mercatores Mediolanenses ordinarunt in Nundinis Placentiæ de mense Augusti 1580. Dominis Scarlattis, & Magalottis de Panormo, vt soluerent quibusdam alijs mercatoribus infrascriptam summam pecuniariam, nempè Foppæ ordinarunt, vt soluerent scuta 2025. Arconati, & Leuizzari scuta 3670. Sed quia illi Mediolanenses erant creditores in diuersis pecuniarum summis Dominorum de Carauaschinis Mercatorum in Vrbe, ordinarunt etiam dictis Scarlattis, & Magalottis, vt de supradicta summa soluta se reualerent à dictis Carauaschinis.

Sed cùm fortassis Panormitani dubitarent de subsistentia Carauaschinorum, pro honore Mediolanensium il-
2 lorum literas acceptarunt, sed sub protestu. † quod nihil aliud significat, nisi quod voluerint habere obligatos Mediolanenses scribentes, & mandantes, non autem Carauaschinos, vt declarat Rot. Ian. *decis.* 6. *numer.* 7. & 8. & *decis.* 19. *num.* 1. & *decis.* 23. *numer.* 4. cum alijs allegatis per Moder. Roman. *in tractat. de comer. & camb. glos.* 5 §. 2. *quest.* 14. *num.* 358. *vers. Tertius casus est*, & *num.* 365. vbi hanc materiam acceptationis literarum super protestu, hoc modo procedere clarissimè declarant.

Carauaschini viceuersa certiorati, quod Scarlatti, & Magalotti eorum fidem sequi nolebant, & cogitantes, quod si id in Nundinis ad notitiam aliorum Mercatorum peruenisset, potuisset sibi magnum afferre præiudicium in existimatione, curarunt, vt supradicta summa solueretur in Ciuitate Neapoli per DD. de Bissalis, & hoc modo securos reddere Panormitanos, quibus etiam scripserunt, quod si ante expeditionem literarum, quas vocant, spacci di fiera, pecuniæ Neapoli fuissent sibi solutæ, dignarentur scribere in fiera, quod liberè soluissent summam sibi ordinatam à dictis Mercatoribus Mediolanensibus, & quod in hac summa sequuti fuissent fidem ipsorum de Carauaschinis.

Summa fuit Neapoli soluta D. Camillo Magalotto Complementario Panormitanorum ante expeditionem literarum de Spacci Nundinarum Apparitionis anni 1581. Vnde difficultas reducitur ad illud. An Panormitani, stante dicta solutione, stornauerint partitas super protestu, iuxta ordinem datum à Carauaschinis; nam si illas stornarunt, & liberè soluerunt, in consequentiam voluerunt habere Carauaschinos pro debitoribus, si verò non stornarunt, voluerunt habere Mercatores Mediolanenses, inter quos, vt dixi, adsunt Foppæ, qui mandarunt solui summā scutorum 2025. & qui cum decoxerint, si remanserunt debitores Panormitanorum, Panormitani debent sentire damnum istius summæ, si verò non remanserunt debitores, quia Panormitani reuocarunt protestum, & agnouerunt in debitores Carauaschinos, Panormitani non sentient damnum istius decoctionis, quia fuit illis satisfactum ex summa soluta Neapoli de ordine dictorum de Carauaschinis, quia cum mediante reuocatione dicti protestus essent effecti debitores Panormitanorum, non possunt hanc summam amplius repetere, prout prætendunt, tamquàm indebitè, & sine causa solutam: Videndum est igitur, An in facto constet de supradicta reuocatione protestus: Et quidem pro parte DD. de Carauaschinis, ad ostendendum, quod protestus nec fuerit, nec potuerit reuocari, plura adducuntur.

Et primò quod Panormitani non habebant facultatem stornandi protestum, ex quo facultas sibi data per Carauaschinos continebat solummodò facultatem remittendi summas sibi tractas Neapoli ad Nundinas *all'incontro del debito* eorumdem Carauaschinorum, quæ verba important remissionem pecuniarum, & non stornationem, quæ propterea, vel non fuit facta, vel † si fuit facta sine mandato 3
dictorum de Carauaschinis, illis præiudicare non potest, Paris. *cons.* 86. *num.* 17. & *cons.* 108. *nu.* 98. *lib.* 4. Gregor. XV. *decis.* 75. *nu.* 1.

Secundò, quod etiam Panormitani ordinem, & mandatum Carauaschinorum hoc modo intellexerunt de remissione in Nundinis facienda, & hoc modo illud acceptarunt, & exequuti sunt idque comprobatur ex literis eorumdem et Panormitanorum ad Carauaschinos sub die 5. Decembris 1580. in summario Carauaschinorum num. 2. vbi habentur hæc præcisa verba. *Et visto, che desiderate, che si tragga per voi à Napoli la somma, che si è ricapitata fatto protesto, & per conto si torni à prouedere à Bisansone, per esecutione di che, per contro si andarà rimettendo à Bisansone al più auantaggio, come con altra sentirete*, & in literis subsequentibus sub die 10. Decembris, & 17. Decembris eiusdem anno 1580. in dicto summario num. 3. & 4. habetur, quod pecunia remittebatur à Bisansone, ibi, *In esecutione della vostra commissione vi si trasse à Napoli, & stamo appresso per far prouisione dell'appunto conforme al vostr' ordine, & in tanto si è fatto de scudi 1200. & si farà appresso del resto*, & in alijs literis, ibi, *Si conferma le tratte fatte per conto vostro à Napoli, & à rincontro si prouede de scudi 1200. à Bisansone*, & ista remissio in Bisansone confirmatur ex alijs litteris sub die 4. Februarij 1581. in eodem summariu num. 6. ibi, *Per ancora non vi è nuoua, come saranno state pagate le tratte fatte à Napoli per conto vostro, & se sarà seguito da vostri Olgiati di Napoli, sarà stato dato l'ordine à Bisansone per la prouisione del vostro auanzo, & subito, che si sappia, come*

sarà

furà passato il negotio , vi simondaranno le partite sulde , in & alijs literis 12. Februarij 1681. in dicto summario uum. 8 ijdem Panormitani scribunt Carauaschinis, & inter alia habetur mentio de remissione in Nundinis à Bisansone, & additur etiam mentio de prouisione, *à ta terzo per cento , once noue* ; Vnde ex istis omnibus literis apparet, vt dixi, semper Panormitanos intellexisse de hac remissione pecuniarum in Nundinis, & non de stornatione protestus, prout etiam euentus docuit, quod pecuniæ fuerunt in dictis Nundinis remissæ, vt patet ex supradi-
4 ctis literis, & sic obseruantia † subsequuta est apta interpretari supradictum mandatum DD. de Carauaschinis, & declarare, quod partes à principio ita sese intellexerunt, *l. sed Iulianus §. proinde ff. ad Macedon.* Surd. *cons. 124. num. 7. & decis. 134. num 9.*

Et quidem ex supradictis literis elicitur aliud fundamentum pro Carauaschinis, nempe, quod si de mense Februarij Panormitani ignorabant solutionem Neapoli factam, in cuius solutionis executionem prætenditur, quod esset facienda stornatio ab ijsdem Panormitanis, sequitur, quod non fuerit facta die 20. Ianuarij, de quo tempore nondum Panormitanis erat nota solutio Neapoli facta, & propterea semper dicendum sit, quod Panormitani intellexerint de remissione pecuniarum, & non de stornatione protestus vt supra.

Quibus tamen non obstantibus, Dominis, qui contrariam partem amplectebantur, ista vrgere minimè visa sunt.

Et in primis dicebant, esse fundatam intentionem DD. de Scarlattis, & Magalottis in literis Carauaschinorũ sub die 17. Nouembris 1580. datis in dicto summario num. 1. in quibus non solùm fuit data facultas remittendi pecuniam, sed in illis videtur alternatiuè datus ordo, vel remittendi in Nundinis, vel stornandi partitas, ibi, *Per quello imporiano dette tratte , facendene prouisione in fiera all'incontro del debito , & se auanti la speditione hauerete auuiso del pagamento di Napoli , vi preghiamo scriuere in fiera , hauer pagato liberamente , & intesocene con noi*, hæc enim secunda pars mandati, quod scriberent liberè soluisse, videtur importare stornationẽ protestus, qui protestus, vt supra, faciebat solutionẽ cõditionalem, nempè quod Panormitani volebant quidẽ soluere, sed nolebant recognoscere in debitores Carauaschinos, & ideo ipsi ad tollendam istam solutionem protestatam, quæ poterat illis præiudicium afferre, scripserunt hoc modu ad Panormitanos, illos rogando, vt dignarentur in Nundinis, scribere quòd liberè soluerant, *& che se n'erano intesi con Carauaschini* , quod nihil aliud significat, quàm quòd habuerunt Carauaschinos pro debitoribus, quod non erat stante protestu; & nisi istis verbis daretur huiusmodi intellectus, esset repugnantia clara, & aperta, quod staret protestus, & Carauaschini voluissent recognosci in debitores, & sic ex hoc mandato sensissent damnum, & non commodum, quia protestus vigore huius mandati non fuisset stornatus, prout id erat vtile Carauaschinis in existimatione, & tamen ipsi potuissent creari debitores Panormitanorum, quod nihil aliud esset dicere, quàm quòd Carauа-
5 schinis illorum mandatum esset sibi ab vtraque parte † damnosum, quod non est credendum, & semper ea fieri debet interpretatio, quæ sit minus damnosa parti, Aym. *cons. 33. num. 24.* Greg. XV. *decis. 311. num. 8.* & ea, quæ
6 est magis † verisimilis secundum intentionem, & mentem mandantis, Put. *decis. 21. in fin. lib. 3.* Crauett. *cons. 748. num 17 vers. Sexto respondetur* , & fuit dictum in *Oueten. Cuatoriæ 13. Maii 1619. coram Illustriss. Card. Ca-*
7 *ualerio*, & ea denique est facienda interpretatio, † quæ est magis congrua materiæ subiectæ *l. si vno in principio, ff. locat. l. si stipulatus ff. de vsur.* & dixit Rota *in Romana legati* 10. *Mart 1615. coram bon. me. D. meo Vbaldo*. Materia autem subiecta erat ista solutionis factæ super protestu in præiudicium crediti dd. de Carauaschinis, cui præiudicio ipsi voluerunt occurrere, rogando Panormitanos, vt dignarentur scribere in Nundinis, se liberè soluisse, *& che se n'erano intesi con loro* , & propterea benè fuit dictum in *decisione eorum Card. Seraphino* 700. quòd de potestare stornandi protestum non est dubitandum.

Et prædictus intellectus verborum comprobatur ex epistolis Carauaschinorum die 5. & 15. Ianuarij 1581. in dicto Summario num. 5. in quibus rogant Panormitanos ad reuocandum seù, vt dicunt, stornandum partitas; ea
8 enim quæ † sequuntur, declarant præcedentia, Surd. *decis. 8. num. 21.* Magon. *decis. Florent. 117. num. 27.* & istæ literæ solæ sufficerent ad hoc, vt Panormitani potuissent stornare protestum.

Quod verò Panormitani hanc secundam partem mandati acceptauerint, illamque fuerint exequuti, clarissimè apparet ex literis de Spacci Panormitanorum ad Mediolanenses sub die 20. Ianuarij 1581. in quibus habentur hęc præcisa verba, *che il trattoci per Carauaschini di Roma restò complito , & con loro ce ne siamo intesi* , quæ verba non possunt intelligi, nisi de stornatione protestus, cùm aliàs non possent adaptari subsequentia verba, *ce ne siamo intesi con li Carauaschini* nàm stante protestu, solutio ad ipsos non pertinuisset, sed ad Mercatores Mediolanenses, iuxtà *d. decis.* Rot. *Ioan.* 6. & alia superius allegata: Et hoc comprobatur ex eo, quod ijdemmet Carauaschini scribendo Panormitanis, illos per hæcmet præcisa verba rogarunt, vt in Nundinis scriberent, se liberè soluisse, *& che se n'erano intesi con loro* . Vnde cum ex supradictis appareat, fuisse hanc intelligentiam subsequutam, resultat euidens stornatio supradicti protestus, vt patet etiam ad sensum, hanc fuisse mentem Carauaschinorum, qui indigebant hac stornatione propter existimationem, & fuisse mentem etiam Panormitanorum, qui cupiebant rem gratam facere dd. Carauaschinis, patet ex illis verbis literarum Panormitanorum die 27. Ianuarij 1581. in dicto summario num. 7. *Al mandar de Spacci vi si dirà , come ci gouernaremo , desiderando sodisfarui , conforme che ci significaste , se à Napoli hauete dato buon'ordine* ; Vnde licet in dictis literis sub die 20. Ianuarij 1581. non fuerit facta expressa mentio de stornatione, satis tamen est, quòd verba non repugnent, & quòd sint talia, quod possint etiam stornationi ada-
ptari, quia cum habeamus † mentem, & intentionem 9
partium satis claram, quòd de stornatione protestus intellexerunt, illa debet attendi potius, quàm verba, cum
ad hunc † effectum sufficiat, quod intentio sit etiam ve- 10
risimilis, *c. Intelligentia. de verb. signif. l. scire §. illud. ff. de excus. tutor. l. 3 §. Conditio ff. de adim. legat. l. semper in stipulat. ff. de reg. iur.* Surd. *cons. 550. num. 12. lib. 4.*
Honded. *cons. 29. num. 72. lib. 1.* verba enim † deseruire 11
debent intentioni, & menti, non autem mens, & intentio verbis, *Hunaaæ uures uu. quæst. 5. & dixit* Rota *in Calaguritana Sanctorum Iacobi , & Andreæ 23. Februarii 1604. coram Litta* , & tamen in fortioribus terminis habemus verba, vt dixi, quæ de sui natura important supradictam stornationem, quam re vera fuisse sequutam, comprobatur ex validissimo fundamento considerato in *decis.* Card. Seraph. 700. *in vers. quod claro argumento apparet* , nempe quod vt firmatum fuit superius in facto, non solum Foppæ ordinarunt solutionem faciendam per Scarlattos, & Magalottos de Panormo, sed etiam Arconati, & Leuizzari, & Panormitani acceptarunt istorum literas sub protestu, & nolebant recognoscere Carauaschinos in debitores, qui propterea ad satisfaciendum tam partitæ ordinatæ per Foppas, quàm partitæ ordinatæ per Arconatos, & Leuizzaros, fecerunt prouisionem in Ciuitate Neapolitana; Vnde cum non dubitetur, fuisse per Panormitanos stornatam partitam Arconatorum, & Leuizzatorum, neque super hoc vlla sit controuersia, nec aliquid petant Carauaschini, idem videtur etiam dicendum de dicta partita Fopparum, quod ea etiam fuerit stornata, cum nulla possit assignari ratio diuersitatis, ex quo tam illa, quàm ista spectabat ad Carauaschinos, & literæ Mediolanensium, & Panormitanorum sint vniformes respectu vtriusque partitæ; Vnde dicendum est, quòd eodem tempore protestus fuit reuocatus eo modo, quo fuerat appositus respectu vtriusque partitæ, & nisi fuisset reuocatus etiam pro partita Fopparum, verisimiliter Carauaschini fuissent ab aliquo molestari, & in Nundinis verisimiliter comparuissent literæ super protestu, vel comparuisset aliqua remissio *all'incontro del debito de Carauaschini.* , quæ cum non appareant euenisse, multò facilius intrant superius dicta, quod fuerit iste protestus reuocatus.

Nec videbantur obstare literæ Panormitanorum pro parte DD. de Carauaschinis superius consideratæ sub die 5. 10. & 17. Decembris de anno 1580. in quibus fit mentio de remissione ad Nundinas, ex quibus prætendunt Carauaschini, fuisse exequutam primam partem mandati de remittendo ad Nundinas, & non secundam de stornando protestum, quia placebat responsio, quòd inter Mercatores

catores duo sunt genera literarum : Vnum, quod appellatur, *di auuiso* . Aliud, quod appellatut , *di spaccio* : In primis literis *di auuiso*, quæ solent præcedere per aliquod temporis spatium literas *di spaccio* solum fit mentio de assignatione, & destinatione, sed in illis nihil concluditur, & Mercatores conclusionem remittunt ad literas
12 *de spacci* , † in quibus secundum illorum stylum potest variari, & immutari quidquid fuit scriptum in præcedentibus literis de Auuiso, Ror. Ian. *d. decis. 6. per tot.* literæ autem, de quibus supra, erant *di auuiso* , *non di spaccio*, sic in illis non potest fieri aliquod fundamentum , sed solum tenor literarum *de spacci* est attendendus, qui tenor fuit, vt supra, quod liberè fuerat facta solutio , & quod sequuti fuerant fidem DD. de Carauaschinis : & quod re vera non fuerit facta remissio in Nundinis, constat ex confessione Carauaschinorum *in epistola sub die 14. Aprilis 1581. quæ datur in dicto Summario no. 11. A Scarlati di Palermo*, in qua dicunt, quod Capponi, & Nigrolli noluerunt soluere supradictam pecuniam, & propterea necesse est, quòd literæ *di spaccio* fuerint reformatæ , tam respectu dictorum de Arconatis, & Leuizzaris, quàm respectu illorum de Foppis nam aliàs verisimiliter fuissent Carauaschini pro dictis summis molestati, vt supra dixi , nec ipsi exhiberent literas per Panormitanos ad Nundinas descriptas, & directas Capponibus, & Nigrollis , vt soluerent dictis de Foppis.

Non obstat, quòd post dictas literas *de spaccio* sub die 20. Ianuarij 1581 emanuerint aliæ literæ Panormitanorū, sub die videlicet 27. Ianuarij 4. & 12. Febtuarij dicti anni 1581. in quibus videatur exclusa reuocatio protestus, cum in illis fiat mentio de remissione pecuniarum ad Nundinas, & non de reuocatione protestus, vt consideratut in decisione vltimo loco facta in hac causa , quia respondebatur, quod id totum ea de causa euenit, quia Scarlatti , & Magalotti Panormi degentes scripserunt literas , quas vocant *de spacci* sub dicta data 20. Ianuarij, & illas transmiserunt Neapolim ad subscriptum Camillum Magalottum Complementarium, cum ordine illas reformandi , si ibidem sulutio sequeretur, vnde cum solutio sequuta fuerit , Dominus Camillus literas reformauit , distornando protestum, easque propria manu scripsit sub eadem data Panormi , & sub eadem die 20. Ianuarij , licèt id fecerit Neapoli, & post multos dies, & ideo finxit stornationem fuisse factam Panormi eodem die, quo in dicta Ciuitate Panormi fiebant expedientes *per fiera*, & quo fuit sibi datus ordo à Scarlattis , & Magalottis sequuta solutione , quæ sequuta fuit , vt supra; Vnde non mirum, si Panormitani die 4. & 12. Februarij scripsetunt ad Carauaschinos de transmissione facta ad Nuodinas, quia cum ipsi propter distantiam locorum nondum potuissent habere notitiam de eo, quod sequutum fuisset Neapoli vigore literarum *de spacci* sub dicta Data 20. Ioanuarij, istæ literæ quamuis posteriores remanebant vti literæ *de auuiso*, in quibus non potest fundamentum , vt supra,
13 † cum sint tanquam tractatus, & multa tractentur , quæ non perficiuntur, vt tradunt Doct. *in l. si voluntate C. de rescind. vend.* Alex. *cons. 28. num. 2. lib. 1.* Rota *in recent. decis. 677. sub num. 3. par. 2.* Gregor. XV. *decis. 168. num 2.* Et hoc comprobatio ex eo, quod in dictis literis Panormitani se remittebant ad id, quod Neapoli gestum esset, & quod *nelli spacci ci era lasciato capo di dargli tutte le sodisfattioni*.

Deinde fuit etiam per Dominos consideratum , quod licèt supradictæ literæ Panormitanorum faciant mentionem de remissione pecuniarum ad Nundinas , non propterea inde sequitur, quod noluerint reuocare protestum,
14 quia cum expressio fuerit facta in vno † ex connexis affirmatiuè, non intelligitur dictum negatiuè de alio, sed affirmatiuè, *C. Translato de const.* Felin. *in cap. Non nè num.*
15 *2. de præsumpt.* Idque maximè procedit, † quia propositus sermo fuit affirmatiuus, & ideo aliud non videtur denegatum, Felin. *vbi supra num. 5 in 6.* Fallen. præsertim cum concurrant etiam mens verisimilis ambarum par-
16 tium, de qua supra , quo casu inclusio vnius † non est alterius exclusio, nè inducta ad vnum finem contrarium operentur Ias. *cons. 202. in fin. lib. 2.* Aym. *cons. 297. col. fin. vers. Octauo respondeo.* Menoch. *cons. 197. num. 83. vol. 2.* Vnde semper verum videtur, quod istis non obstantibus supradicta reuocatio protestus facta per D. Camillum Magalottum sustineatut. Et quidem benè potuit per ipsum fieri, cum esset Complementarius Rationis DD. de Scarlattis, & Magalottis, qui † propterea tenebaotut etiam 17
approbare, quidquid gestum fuerat per dictum Complementarium, cum istud esset negotium, quod pertinebat ad illorum rationem , Rota Ian. *decis. 14. & decis. 135. num. 1.*

Non obstat, quod dictus Camillus fecerit Datam Panormi sub die 20. Ianuarij, cum tamen sit facta in Ciuitate Neapoli , sub alia die, quia hoc fuit factum ad consulendum existimationi DD. de Carauaschinis , & vt haberetur fides à Mediolanensibus, qui erant obligati Panormi, & passim fieri solet inter Mercatores † de stylo , de 18
quo plures Mercatores Florentini, & Ianuenses fidem faciunt, & sulet attendi, Bald. *in Rubr. C. de const. pec.* Rot. Ian. *decis. 6. col. fin. in princ. & decis. 39. num. 8.*

Non obstat, quod Panormitani die 4. Februarij scripserint ad Carauaschinos , se transmissuros partitas , *subito che si sapesse, come fosse passato il negotio in Napoli* , & ideò cùm partitæ fuerint postea transmissæ die 12. eiusdem mensis, vt in literis, quæ dantur in d. Summario nu. 8. ex hoc satis appareat, Panormitanos habuisse notitiam negotij gesti in Ciuitate Neapoli, & tamen videantur persistere in remissione ad Nundinas, quia si attentè considerentur istæ literæ etiam data supradicta scientia Panormitanorum, nihil faciunt, quia non sunt contrariæ literis *di spaccio*, sed sunt ad alium effectum descriptæ , nempè vt soluerentur *per saldo ducati 78.* & hoc fuit factum , vt adequarentur computa, quæ adæquatio poterat esse necessaria, siuè pecuniæ fuissent remissæ ad Nundinas, siue fuisset distornatus protestus, vltra quòd verba illa in literis contenta, *Da nostri di Napoli sarà stato data l'ordine à Bisansone*, colligitur potius, quòd Panormitani nondum habuerant supradictam scientiam , quia si illam habuissent , potius affirmatiuè asseruissent , ordinem fuisse datum, & non dubitatiuè, *sarà stato dato*.

Non obstat, quòd in omnem casum parum prodesse possit Panormitanis, quòd ipsi in literis *de spacci* sub dicta die 20. Ianuarij reuocauerint protestum, nisi etiam doceant, huiusmodi literas fuisse transmissas ante decoctionem Fopparum, quia quòd fuerint conscriptæ , & transmissæ ante prædictam decoctionem id remanet satis probatum ex Data literarum, quæ fuit die 20. Ianuarij, & decoctio superuenit in sequentibus Nundinis Apparitionis, & istæ literæ fuerunt repertæ in Ciuitate Mediolani, & testis examinatis deponit illas reperijsse in fasciculo illarum literarum quas receperat Foppa in Nundinis de Apparitione, vnde istud negotium non potest tergiuersari ,
nisi allegando falsitatem, & fraudem dictorum Panormi- 19
tanorum, quæ præsumi non debet, *l. Maritò ff. pro soc.* Tiraq. *de retract. consang. §. 26. glos. 1. nu. 32.* Surd. *decis.*
299. *num. 8.* præsertim † in insignibus, & nobilib. Mer- 20
catoribus, vt erant dd. Panormitani , Seraph. *decis. 879. num. 7.* Farinac. *de falsit. quæst. 153. num. 147.* Vnde deberent Carauaschini hanc prætensam fraudem , & dolum
benè, & concludenter † probare, nec sufficerent conie- 21
cturæ, nisi legales, vt post Bald. *cons. 21. num. 2. in fin. lib. 4.* Aym *cons. 145. num. 2. in fin.* Caputaq. *decis. 163.*
num. 7. par. 3. & nisi essent † præcipuæ, & luce meri- 22
diana clariores Anchar *cons. 385. col. 2. nu. 5. vers. Item quia fructus est crimen.* Bald. *cons. 250. num. 1. vers. Item nemo lit. 1.* Aym. *cons. 21. num. 4. & d. cons. 145. num 2. ad fin.* quæ in isto casu non concurrunt, & constat de veritate istius facti ex superius dictis, & concurrit verisimilitudo, quod Panormitani non habuissent notitiam dictæ decoctionis propter distantiam locorum, & interim illis satis est, non posse dubitari, literas fuisse conscriptas transmis-
sas, & repertas penes eum, ad quem dirigebantur : nam † 23
præsumuntur transmissæ, & acceptatæ in tempore, & sic ante dictam decoctionem , iuxtà *decis.* Pur. 121. *lib. 3. & decis. 232. eod. lib. 3.* cum allijs allegatis per Informantes.

Quibus omnibus sic stantibus , vel ex supradictis constat de reuocatione protestus, vel probationes , quæ fuerunt adductę pro Carauaschinis , quòd fuissent pecuniæ solummodò ad Nundinas remissæ, redduntur valdè tur-
bidæ † quod videtur satis sufficere Panormitanis , cùm 24
fiat Rei, *l. qui accusare, C. de eden.* Ror. *decis. 6. de re iud. in nou.* Cassad. *decis. 3. num. 5. & decis. 4. num. 8. de restit. spoliat.* Cùm enim Carauaschini velint tanquam Aucto-
res repetere pecunias Neapoli solutas † Panormitanis , 25
tanquàm sine causa, & indebitè solutas, debent istud in-
debitum plenè, & concludenter probare, † cùm nemo 26
præsu-

præsumatur indebiti solutionem fecisse, *l. eum de indebito*, vbi Batt. *ff. de probat.* & est *text. in c. Is, qui coaqueritur, extra de solution* Rot. Ian. *decis.* 3. *num.* 2. *& decis.* 5. *num.* 4. *&* 6. Modern. Roman *discep. foren. cap.* 569. *num.* 28. & tamen tantum abest, quòd istud indebitum probent ad effectum repetitionis, vt fuerit etiam consideratum, in omnem euentum posse repetitionem excludi, siuè fuerit, siuè non fuerit effectuata reformatio supradictarum, quia si literæ fuerunt reformatæ, rescaret omni difficultate ad fauorem Panorminatorum, si verò non fuit facta reformatio, & cum constet, quòd Foppæ intuitu, & contemplatione Carauaschinorum direxerint literas Panormitanis, vt soluerent Mercatoribus in ei nominatis, prout soluerunt, & ex epistolis hinc inde conscriptis appareat, quòd negocium spectabat ad Carauaschinos, qui erant debitores dictorum de Foppis, sequitur, quòd pecuniæ exactę Neapoli non peruenerint ad manus Panormitanorum sine causa, prout prætendunt Carauaschini, sed essent exactæ ab ipsis Carauaschinis, tanquàm debitoribus Foppæ; Vnde cùm Carauaschini conseruentur indemnes ab isto debito Fopparum cùm illud fuerit solutum à Panormita-
27 nis, sequitur, † vt non sit locus prætensæ recuperationi pecuniarum ex æquitate. *l. si me, & Titium. ff. si cert. petat.* vt tradunt ibidem DD. & præcipuè Bart. *sub num.* 2. *vers. pro declaratione.* & Paul de Castr. *num.* 2. *in* 1. *casu* Alex. *cons.* 92. *num.* 6. *lib.* 1. Menoch. *de recuper. remed.* 5. *sub num.* 4. *vers. Declaratur quartò.* Surd. *cons.* 528. *sub num.* 19. *&* 20. Gregor. XV. *decis.* 216. *num.* 1. & ibi Adden.

Istæ, & aliæ similes rationes fuerunt hinc inde adductæ, quæ faciebant stare in suspenso mentem Dominorum, qui propterea, vt dixi, hanc resolutionem per quatuor vices distulerunt, considerando, negocium habere maximam difficultatem, & ideò benè fecerunt partes, illud concordando, vt audiui.

REVERENDISS. P. D. MERLINO.

Cæsenaten. Bonorum.

Die Lunæ 11. *Ianuarij* 1627.

A R G V M E N T V M.

Dos, quando est data filiæ, siue sit data in pecunia, siue etiam in tot iocalibus, semper imputatur in legitimam, & si illa petatur, perperam agitur.

S V M M A R I V M.

1 *Legitima debita est filijs, & ius illam petendi ad hæredem transit, quamuis extraneum.*
2 *Legitima si semel est habita frustra iterum petitur.*
3 *Dos filiæ data imputatur in legitimam, quod procedit, etiam si constat in pecunia, vel in iocalibus.*
4 *Filia recusare potest, accipere pecuniam datam ei in dotem, & instare pro traditione legitimæ in tot corporibus hæreditarijs.*
5 *Pater, si in testamento, relinquat dotem filiæ, & etiam eam hæredem instituat, non videtur, quod ne dos sit imputanda in legitimam, quod declara num. 6.*
7 *Filia, si sit instituta hæres, ei debetur legitima, non quia est hæres instituta, sed quia est filia.*
8 *Legitima onus, & grauamen non admittit.*
9 *Statutum, si dicat, quod dos habeatur pro legitima an tunc possit peti supplementum legitimæ.*
10 *Filius pro legitima trientem tantum prætendere potest.*
11 *Pia causa, quoties est substituta, Trebellianica non detrahitur.*
12 *Quod procedit, etiam si à principio incertum erat, an pia causa esset successura, necne, & num.* 13.
14 *Pia causa, quando certum est, quod succedit, non intrat distinctio, an sit mediatè, vel immediatè successura, adhoc, vt detrahatur Trebellianica.*
15 *Trebellianica detrahi potest, etiam si pia causa sit substituta, si de huiusmodi voluntate testatoris constaret.*
16 *Testator non præsumitur in præiudicium piæ causæ, velle diminuere fideicommissum, & permittere detractionem Trebellianicæ, quæ de iure non competeret.*

DECISIO XXVII.

INstabat D. Paulus Æmilius Dandinus hæres q. Iacobæ sibi decerni detractiones legitimæ, & trebellianicæ vti debitas eidem Iacobæ filiæ Hieronymi, & grauatæ per fideicommissum in fauorem locorum piorum Ciuitatis Cæsenæ, super quibus proposito dubio DD. resoluerunt non esse locum prædictis detractionibus.

Quo enim ad legitimam, licet illa † debita fuerit Ia- 1
cobæ tamquam filiæ, *l. parentibus, l. cum quæritur, ff. de inoff. testam. auth. nouissima, C. eod.* & ius illam petendi transierit in D. Paulum Æmilium, quamuis hæredem extraneum, Salic. *in l. scimus in princ. C. de inoff. test.*
Grauet. *cons.* 312. *num.* 5. Attamen cum semel † eam ha- 2
buerit, immeritò iterum petitur, fuit enim illi nedum legata, sed, & soluta dos scutorum quatuor mill. necnon
præstita iocalia, vasa argentea, & alia pro mundo mulie- 3
bri. In Iure autem certum est, † dotem filiæ datam imputari in legitimam, *l. quoniam nouella, l. omni modo. §. imputari. C. de inoff. testam.* Bartol. *in l. in quartam num.* 10. *ff. ad l. falcid.* & alij DD. etiam si dos consistat in pecunia, quia adhoc imputatur in legitimam Curt. Iun. *cons.* 180. *num.* 2. *&* 5. Gabr. *cons.* 132. *num.* 8. *lib.* 2. Honded. *cons.* 63. *num.* 129. *& seqq. lib.* 1. Surd. *decis.* 119. *num.* 1. *&* 2. Cucch. *de legitima, versic. Data inter viuos, num.* 26. & idem de iocalibus, quod imputentur, tradiderunt, Pic. *in d. l. in quartam num.* 182. & Soccin. Iun *num.* 123. Paris. *cons.* 1. *num.* 89. *lib.* 3. Rota coram san. mem. Greg. XV. *decis.* 568. *num.* 7. sibi enim hoc casu adscribat filia, quæ sciebat, necessaria esse huiusmodi imputationem, &
tamen pecuniam recepit, dum potuisset † recusare solu- 4
tionem, & instare pro traditione legitimæ in tot corporibus hæreditarijs, Pic. *vbi supra num.* 183. & alij.

Nec obstat, quod Pater in eodem testamento, & † do- 5
tem reliquerit, & hæredem instituerit eandem filiam, & ita hæc duo tanquam diuersa inter se debita distinxerit, nec propterea videatur esse locum imputationi, præsertim extraneo hærede vocato iuxta tradita per Berengar. Fernand. *in d. l. in quartam, art.* 3. *num.* 68. Crass. *§. legitima, qu.* 23. *num.* 5. *in fin.* & Moder. Foroliuien. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *qu.* 8. *num.* 7. *& seqq. & num.* 16. Quo-
niam huiusmodi conclusio † non applicatur casui nostro, 6
tum quia non extraneus, sed ipsa filia fuit hæres instituta; Tum etiam quia testator non legitimam reliquit, & dotem, in quibus terminis iuxta prædictorum opinionem vtraque scilicet, & legitima, & dos distinctim deberetur, sed prius legata dote instituit heredem eandem filiam in reliquis bonis, eique decenti sine filijs masculinis substituit piam causam. Vnde hæc institutio non tollit quin testator prius legando dotem voluerit implere propriam obligationem circa præstationem legitimæ, & dictam dotem referre ad debitum omninò necessarium. Nec ex eo quod fuit hæres instituta Iacoba, dicendum est, ei fuisse reli-
ctam legitimam, quoniam legitima † debetur eo, quod 7
sit filia, non autem quia instituta fuerit hæres.

Neque vrgens visa est coniectura pro excludenda huiusmodi imputatione, quod testator filiam grauauit fideicom-
misso, & proinde dotem non intellexerit pro legitima, † 8
cum hæc onus, & grauamen non admittat, vt arguebat Gabr. *cons.* 170. *num.* 9. *lib.* 2. Quia obiectum releuaret, si testator grauasset filiam in illis scutis 4000. pro dote legatis, in quibus terminis loquitur Gabr. sed grauamen fideic. fuit iniunctum in alijs bonis dempta quantitate dictæ dotis, ibi in alijs autem bonis, &c. Et quatenus onus esset iniunctum in illa dote, hoc magis suaderet voluntatem testatoris conseruandi bona pro fideicommisso, & sic pro imputatione, hoc enim modo minus diminuitur fideicommissum: & non euertitur iudicium defuncti semper tamen reiceretur dictum grauamen à legitima.

Neque Dominis obstare crediderunt, quæ dicebantur,
de supplemento, † eiusdem legitimæ. Quoniam quic- 9
quid sit, an statutum Cæsenæ exclusiuum fœminarum habeat dotem pro legitima, & intrat in præsenti casu, Respondebant, non solum non iustificari huiusmodi

dotem

dotem ſcutorum 4000. eſſe inofficioſam, & minorem le-
gititima, ſed ex calculo, & relatione data per peritum ab
vtraque parte electum apparere, dicta ſcuta 4000. iun-
ctis præſertim dd. iocalibus, & alijs à filia receptis excede-
10 re trientem hæreditatis Hieronymi, & tamen pro ſua †
legitima trientem tantum poterat prætendere *authen. no-
uiſſima C. de inoff. teſtam.*

Quo autem ad Trebellianicam nec illa detrahitur quo-
11 ties ſubſtituta eſt pia † cauſa DD. *in l. Marcellus. ff. ad
Sacr. Concil. Trebellian.* Gabriel. *de Trebell. concluſion.* 11.
num. 2. Tiraquell. *de priuil. piæ cauſ. priuileg.* 27. Car-
dinal. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 3. *num.* 4.
Rot. *deciſ.* 373 *num.* 6. *in fin. par.* 2. *recent.* Et in his ter-
minis quoties alicui decedenti ſine filijs fuit ſubſtitutus lo-
12 cus pius, & ſic etiam dum à principio erat † incertum,
an pia cauſa eſſet, necne ſucceſſura dixit Rota coram Re-
uerendiſſimo D. meo Decano *deciſ.* 210. *&* 271. & in eius
impreſſ. & nouiſſimè Bellon. Iun. *conſ.* 84. *num.* 35. *& ſeqq.*
quia ſufficit, quod tempore primæ reſtitutionis fideicom-
miſſi faciendæ (hoc enim tempore detrahitur trebellia-
nica) ſuccedat ipſa cauſa pia, licet ſecus ſit, ſi alteri
13 mediatè eſſet prius reſtitutio facienda, & debitum † eſ-
ſet an ſucceſſura foret pia cauſa, quia tunc detraheretur
quidem Trebellianica ſed tamen data cautione de illa
reſtituen. in caſu purificationis fideicommiſſi ad fauorem
piæ cauſæ, vt per Rot. & Bellon. *loco præallegato* & Rot.
etiam. deciſ. 373. *num.* 7. *par.* 2. *recent.* Quod ceſſat in præ-
ſenti, quia certum eſt hodie, piam cauſam eſſe admitten.
ad hæreditatem Hieronymi, & ſic non eſſe locum detra-
ctioni Trebellianicæ, vt in puncto Curt. Iun. *conſ.* 120.
14 *num.* 14. Et data hac certitudine quod ſuccedat † pia cau-
ſa non intrat diſtinctio an mediatè, vel immediatè, ſit
ſucceſſura pia cauſa. Alex. *conſ.* 20. *nu.* 14. *lib.* 3. & Soccin.
Sen. *conſ.* 144. *num.* 7. *lib.* 2.

15 Nec obſtat, Trebellianicam † detrahi, etiam ſubſtitu-
ta pia cauſa, ſi de huiuſmodi voluntate teſtatoris, ſcilicet
vt detraheretur, conſtaret Tiraq. *de priuil. piæ cauſ. pri-
uileg.* 26. *in fin.* hic autem deſumi huiuſmodi voluntatem
ex illis verbis, vbi teſtator, cum legaſſet Angelicæ Vxo-
ri vſumfructum, dixit tale legatum intelligi pro omni,
& quacumque legitima, Trebellianica, & omni alia ra-
tione, pro quibus dicta Angelica poſſet petere, & præ-
tendere, &c. Quoniam hæc potius verba retorquentur,
cum ex illis deprehendatur enixa voluntas teſtatoris con-
ſeruan. integra bona pro fideicommiſſu, & vt Vxor ſolo
vſufructu eſſet contenta: Et loquitur teſtator dubitatiuè
ponderatis illis verbis, Petere, & prætendere, &c. quo-
niam ibi agitur quoad Angelicam, ſi ſuperuiueret Iacobe;
vnde nō inde facienda eſt illatio ad Iacobam, vt in præiudi-
16 cium piæ cauſæ voluerit † teſtator fideicommiſſum dimi-
nuere, & detractionem, quæ de iure non competeret,
permittere; hac enim data interpretatione Hieronymus
modo conſeruationem ſuorum bonorum affectaſſet, modo
neglexiſſet, & ſic ſibi fuiſſet contrarius.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. MERLINO.

Bononien. Legati de Mareſcottis.

Die Veneris 15. Ianuarij 1627.

ARGVMENTVM.

Dotare filias eſt onus paternum, & hoc onus non ſolum ipſi patri inhæret, ſed & eius bonis, & ita illa bona tranſeunt ad quoſcunque, ac ſi fuiſſent præciſè obligata pro dote filiarum.

SVMMARIVM.

1 *Dotare filias eſt munus paternum, & quidem onus neceſſarium.*

2 *Et hoc debitum dotandi, & onus nedum ipſi perſonæ patris, ſed & eius bonis inhæret.*

3 *Dotandi filias hæc neceſſitas conſideratur, nedum reſpectu patris, ſed etiam illius hæredes.*

4 *Hæredis perſona non mutat conditionem obligationis principalis.*

Neceſſarium, vel voluntarium debitum dicitur, quod à principio habuit cauſam neceſſariam, vel voluntariam, num. 4.

5 *Hæres non præſumitur exercere liberalitatem, ſi ſe eximat ab obligatione ad quam tenebatur, vti hæres.*

6 *Frater legans dotem ſorori, intelligitur velle compenſare cum debito dotis relictæ à patre.*

7 *Compenſandi animus præſumitur, quoties legatur aliquid ex eadem cauſa, ob quam erat debitum, num.* 8. *&* 15.

9 *Teſtatoris voluntatis declaratio in legatis regulariter ad hæredem ſpectat.*

10 *Declarans nihil de nouo diſponit.*

11 *Legatum factum à debitore, animo compenſandi factum præſumitur, quando teſtator dixit, quod nihil aliud prætendere poſſet in hæreditate.*

12 *Donatio non dicitur, ſi animo compenſandi aliquid detur.*

Compenſatio vt excludatur, non eſt ſufficiens leuis coniectura, num. 12.

13 *Pater ſi hæredem inſtituat filium, & dotem incertam relinquat filiæ, tunc ſi filias in ſuo teſtamento declaret, quanta præciſè futura eſt illa dos à patre relicta, videtur feciſſe tale legatum, pro dirimendis diſſidijs, quæ poſſent oriri in liquidatione dotis, num.* 15.

16 *Exceſſus non præſumitur, & alleganti incumbit onus probandi.*

17 *Dos congrua ad cognoſcendum, quæ ſit, inſpicienda eſt dos, quæ anteactis temporibus fuit tradita puellis eiuſdem familiæ.*

18 *Dotium quantitates in dies augentur.*

19 *Dos congrua, vt liquidetur, attendendum eſt, tempus nuptiarum.*

20 *Dos, vt liquidetur, quando agitur, numerus filiorum dotandarum, exiſtentia maſculorum, ſtatus hæreditatis, & alia huiuſmodi obſeruanda ſunt.*

21 *Dotes ſunt augendæ, diminuto numero filiarum.*

22 *Dotes filiarum ſunt detrahendæ non ex bonis hæredis, ſed ex bonis patris, cum ipſe eas dotare teneatur.*

DECISIO XXVIII.

AGeſilaus, hæredibus inſtitutis vniuerſalibus Thideo,
Carolo, & Nicolao filijs legitimis, iuſſit ſuo tempore
congruè dotari Claudiam, Ferdinandam, Catarinam,
Lucretiam, & Chriſtianas filias; qua Ageſilao defuncto,
& iam tribus ex prædictis filiabus in monaſterio profeſſis,
ſuperſtiteque ſolum Nicolao (alij enim fratres prædeceſ-
ſerunt) contigit d. Nicolaum in teſtamento, cum quo &
pariter deceſſit, conſtituiſſe dotem prædictis ſororibus Lu-
cretiæ, & Chriſtianæ in ſcut. 11500. pro qualibet, & hinc
dubitatum fuit in cuius hæreditatis ſtatum ſint referendæ
huiuſmodi dotes an. ſ. Ageſilai patris, an verò Nicolai fra-
tris. Et DD. cenſuerunt eſſe referendas in hæreditatem pa-
ternam, & moti ſunt, quia dotare † filias eſt munus pa- 1
ternum, *l. qui liberos, ff. de rit. nupt. & l. fin. C. de dot. pro-
miſ.* Dec. *in auth. præterea nu.* 17. & ibi Cur. Iun. *nu.* 10. *C.
vnde vir. & vxor.* & quidem onus neceſſarium, Hond.
conſ. 50. *n.* 16. *lib.* 2. Rota Marcer. apud Grat. *deciſ.* 19. *nu.*
40. *verſ. quia reſpondent.* Hocque debitum † dotandi, & 2
onus, nedum ipſi perſonæ patris, ſed & eius bonis inhæret,
adeò ut illa bona tranſeant cum hoc onere ad quoſcunque,
ac ſi fuiſſent præciſè obligata pro dote filiarum, Caſtr. *conſ.*
80. *n.* 1. *lib.* 1. Rolan. *conſ.* 85. *n.* 36. *lib.* 1. Grat. *d. dec.* 19. *n.* 7.

Hæcque neceſſitas dotandi † filias conſideratur, ne- 3
dum reſpectu patris, ſed & illius hæredis, quia licèt ab hæ-
redibus voluntate pendeat, an velit necne adire hæredita-
tem, attamen adita remanet idem debitum, & quidem ne-
ceſſarium, vt prius erat in perſona defuncti, quia ex perſo-
na † hæredis non mutatur conditio obligationis principa- 4
lis, *l.* 2. *§. ex his, ff. de verb. oblig.* & dicitur neceſſarium,
vel voluntarium debitum, quod à principio habuit cauſam
neceſſariam, vel voluntariam *§. ſi pater, in l. ſi cum dotem,
ff. ſolut. matr.* & Doct. *in auth. præterea* Rimin. Iun. *conſ.*
344. *nu.*

344 *n.* 42. Barbos. *in l. si cum datem*, §. *si pater*, *num.* 4. *ff.*
solut. matrim. & Honded. *egregiè in conf.* 50. *num.* 14. *&*
seqq. lib 2. Gratian. *d. decis. num.* 41. *&* 42. Et propterea
ex his sequitur, quòd cum Nicolaus constituerit dotem,
5 præsumatur † id fecisse, non vt liberalitatem exerceret,
sed vt eximeret se obligatione, ad quam tenebatur, vti
hæres patris, & sic intrat præsumptio compensationis
cum debito necessario, *l. huiusmodi* 86. §. *si Sempro-*
nius, *& ibi glos. in verb. repelli*, *ff. de leg.* 1. Bald.
in fin. num. 12. *C. de dot. promiss. & in l. Nessennias*,
nu. 5. *de neg. gest. vbi etiam* Bart. *num.* 5. & Ang. Rimin.
Sen. *conf.* 230. *num.* 5. Castr. *conf.* 35. *lib.* 2. Ruin. *conf.*
223. *numer.* 2. *lib.* 1. *& conf.* 138. *numer.* 3. *lib.* 4.
Fanuc. *de lucr. dot. glos.* 8. *num.* 74. Surd. *conf.* 119. *num.*
12. 13. *&* 16. *vers. non obstat* Gratian. *d. loco*, *numer.* 13.
& Hond. *conf.* 50. *nu.* 17. *lib.* 2. Sim. de Præt. qui loquitur
6 de fratre † legante dotem sorori, quòd intelligatur com-
pensare cum debito dotis relictæ à patre, *conf.* 161. *numer.*
57 Menoch. *de arbitr. cas.* 88. *num.* 46. *lib.* 2. vbi repro-
bantur Abb. Corn. & alij, qui contrarium censue-
runt.

Quæ eò certiora videbantur, cum vltra disposi-
tionem, siuè præsumptionem iuris concurrant etiam
plura in casu præsenti, quæ huic iuris dispositioni vo-
luntatem etiam Nicolai fratris consonam fuisse, te-
stantur.

Primò, quia Nicolaus addidit causam legati nempè pro
dote, & sic cum tàm patris legatum, quàm fratris in vnam,
eandemque causam conspirent, & illam exprimant, le-
7 gatum fratris dicendum est fuisse pro † compensatione
debiti, & legati paterni, *d. l. huiusmodi*, §. *cum pater de*
iur. dot. & explican. Ruin. *in d. conf.* 223. *num.* 3. *vers.* 6. *&*
4. Menoch. *in his terminis lib.* 4. *præsumpt.* 110. *nu.* 48. Sim.
de Pret. *alleg. conf.* 161. *numer.* 51. *in fin.* Honded. *conf.* 50.
num. 20. *& seqq.* DD. Facchin. *controuers. lib.* 5.
cap. 33. *vers. quid igitur*, quia hac distinctione dis-
sensiones Coratij, & Duareni componit. Et in casu
præsenti, nedum in vtraque legato eadem causa ex-
primitur, sed idem tempus etiam præfigitur, vndè
magis apparet legatum fratris esse correspectiuum, &
8 intuitu prioris legati paterni, vndè resultat † animus
compensandi.

Secundò, quia Nicolaus dixit: *Perche nel testamento*
del Signor Agesilao patre, non fù specificata la dote,
però detto Signor Testatore lascia, *&c.* Ex quibus de-
prehenditur, hoc legatum processisse, & pendere ex præ-
cedenti causa, expressa nempè ex legato paterno; Castr.
conf. 19. *circa fin. versic. item non obstat lib.* 1. Abb. *conf.*
81. *in princ. lib.* 1. Rimin. *conf.* 151. *num.* 5. *lib.* 2. Et pro-
pterea non noua dispositio hæc est censenda, siuè noua con-
stitutio dotis, sed prioris constitutionis declaratio, seu quæ-
9 dam liquidatio cum, & regulariter declaratio † volunta-
tis defuncti in legatis ad hæredem spectet, *l. si quis à filio*,
§. *si quis plures in verbo hæres elegerit de leg.* 1. vbi Ale-
xand. *n.* 2. Ias. *n.* 4. *in* 3. *notab.* Ceph. *conf.* 183 *n.* 71. & con-
sequenter dotes sunt referendæ ad dispositionem paternã,
non autem ad declarationem fratris hæredis, cum decla-
10 rans † nihil de nouo disponat, *l. adeo*, §. *cum quis*, *ff. de*
acquir. rer. dom. l. hæredes palam, *ff. de test.* Oldrad *conf.*
224. *n.* 10. Anchar. *conf.* 10. *n.* 3. sed solum ostendat, quòd
relictum fuerit in præcedenti testamento patris, *l. ait præ-*
tor, §. *si iudex ff. de re iud.* Soccin. Sen. *conf.* 156. *num.*
17. *lib.* 2.

Tertiò accedit, quòd Nicolaus subdit, quòd stante d.
dote assignata, ipsa Lucretia, & Christina nil amplius
11 † prætendere possent in hæreditate paterna, & ma-
terna, vnde pro ijsdem bonis paternis, ac eodem de-
bito facta fuit huiusmodi constitutio, & liquidatio
certæ dotis, & animo compensandi, alioquin hæc pro-
hibitio non congrueret principali dispositioni, vt post
plures benè firmat Menoch. *d. præsumpt.* 110. *num.* 30. *&*
seqq.

Quibus & aliæ adnecti possent coniecturæ per in-
formantes ponderatæ, & quæ à prædictis Doctor. recen-
sentur.

Neque obstare visa sunt ea, quæ in contrarium adduce-
bantur, nam quòd iure legati reliquerit Nicolaus, & sic
iure cuiusdam donationis, prout est legatum, & quod do-
12 natio † non esset, si animo compensandi cum primo le-
gato hoc secundùm legatum interpretaretur, vt arguebat
Corn. *conf.* 292. *n.* 1. *lib.* 1. Tollitur tum quia huiusmodi
coniectura pro excludenda compensatione leuis appella-
tur, & reijcitur à Fanuc. *d. glos.* 8. *num.* 94. *versic. item*
si testator & Menoch. *d. præsumpt.* 110. *num.* 10. *&* 11. *lib.*
4. Honded. *dicto consil.* 50. *num.* 33. *lib.* 2. Tum etiam
quia hoc legatum Nicolai, etiamsi intelligatur factum
animo compensandi, cum legato paterno, itaut solum,
modò quædam liquidatio, seu declaratio dotis censeatur,
non tamen esse sine commodo ipsarum puellarum, quia
† cum dos ratione præcisæ quantitatis esset incerta, & su- 13
per hoc fortasse iudicium subire coactæ fuissent, propterea
ad liberandum eas ab hisce molestijs Nicolaus hæres de-
clarauit, quanta præcisè futura esset illa dos à patre
relicta.

Non obstat, quod Nicolaus apposuerit grauamen lega-
to, itaut ipsis puellis decedentibus sine filijs substituerit D.
Vincentium, quoniam obiectum esset releuans, si hoc
onus, & eadem substitutio pro eodem D. Vincentino non
legeretur in testamento etiam Agesilai patris, vnde potius
retorqueretur, quia apparet Nicolaum se conformare in
omnibus cum dispositione paterna, & proinde facilius in-
trat præsumptio † compensationis, & in puncto ita 14
retorquetur hoc argumentum, Hond. *conf.* 50. *num.*
34. *vers. neque etiam*.

Hac eadem responsione tollitur aliud obiectum desum-
ptum ex eo, quod legatum patris esset conditionale, quia
erat sub conditione nuptiarum, quoniam, & declaratio
certæ dotis facta à Nicolao recipit eadem dilationem,
quod censeatur præstanda puellis cum illæ nupserint, &
ita in hoc etiam legatum Nicolai concordat cum legato
patris.

Ad id verò, quòd Nicolaus iusserit prædictas puel-
las renunciare nedum bonis paternis, & maternis,
sed etiam proprijs ipsius Nicolai, respondebant DD.
huiusmodi renunciationem respectu suorum honorum
ad abundantiorem cautelam fuisse à Nicolao desidera-
tam, præsertim cum ex verbis supra in tertia conie-
ctura adductis, satis videatur † declarasse se solum 15
huiusmodi legatum fecisse pro dirimendis dissidijs, quæ
possent oriri in liquidanda dote.

Neque obstare visum fuit, quòd assignatio scuto-
rum 11500. pro dote cuiuslibet sit excessiua, & ideò
saltem in ea parte quæ excedit congruam dotem, hoc
referendum sit in hæreditate ipsis Nicolai excedentis
ad *text. in l. si libertus*, *ff. de oper. libert. l. plenum*
§. *æquiti*, *ff. de vsu*, *& habit.* & excessus videatur
pro ari ex relationibus consanguineorum data *in sum-*
mario num. 4. vbi dos declaratur congrua pro 23. m. li-
bris vnicuique assignandis, quoniam excessus † non 16
præsumitur, & allegant incumbit onus probandi,
Crau. *conf.* 77. *numer.* 4. Bald. *nouel. de dot. part.* 6.
priuil. 45. *num.* 2. *versic. & hoc nisi talis* Cardin. Se-
raph. *decis.* 1188. *num.* 2. Præsertim cum puellis eius-
dem familiæ Marescottæ, quæ est ex nobilibus Bo-
non. eadem dos, † & amplior ante actis temporibus 17
fuerit tradita, quod in hac materia ad dignoscen. quæ
sit dos congrua animaduerterunt, Decian. *conf.* 17.
num. 37. *lib.* 2. Menoch. *conf.* 251. *numer.* 10. quod eo
magis admitten. videtur cum, potius in dies dotium
† quantitates augeantur, Thesaur. *decis.* 192. *num.* 18
6. Menoch. *de arbitr. cas.* 149. *nu.* 39. *& seqq.* Grat. *d.*
decis. 19. *num.* 37.

Relatio autem dd. consanguineorum vltra exce-
ptiones, quas patitur, loquitur cum præsupposito,
quòd quinque filiæ sint dotandæ eadem dote, &
quòd tres masculi extent, &c. & tamen tempore nu-
ptiarum, quòd † tempus ad liquidan. congruam do- 19
tem, inspicien. est, *l. quæro*. *ff. de iur. dot.* Pere-
grin. *conf.* 14. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 2. Gratian. *decis.*
19. Rota apud Cardin. Seraphin. *decis.* 1417. *num.* 2.
nec prædictæ quinque filiæ erunt dotandæ eadem do-
te, tres enim sunt Religionem, exiguaque dote iux-
ta morem regionis fuerunt dotatæ, nec filij illi ma-
sculi extant, cum iam decesserint, vnde non rectè
infertur ab illo tempore, quo hæc concurrebant ad
hoc præsens, dum enim agitur de liquidanda † dote, 20
numerus filiarum dotandarum existentia masculorum
status hæreditatis; & alia huiusmodi obseruanda sunt,
Bald. *in auth. res*, *quæ numer.* 18. & ibi Salicet. *nu-*
mer. 2. *C. commun. de leg.* Odd. *de fideicom. quæst.* 43.
num. 85. *par.* 2. Menoch. *de arbitr. in d. casu* 149. *nu-*
mer. 36. *& seqq.* Card. Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 21.
num. 31.

num. 31. *&* 33. vbi post Soccin. Senior. moner filiorum di-
21 minuto numero filiatum augendas esse † dotes, Rota coram Gregor. XV. *decis.* 63 *num.* 11. & illæ dotes pro quinque puellis iuxta liquidationem factam à consanguineis simul coaceruatè excedunt summam declaratam à Nicolao, etiam additis dotibus assignatis monasterio pro alijs sororibus, & ita Nicolaus minus grauarit hæredem, quam fecerint consanguinei in relatione.

Viam ex Dominis animaduertebat, quod si admittimus dotes esse accepto ferendas Agesilao patri iubenti congruè filias dotari, & Nicolaum nil aliud voluisse, quàm exeqni mandatum patris, & declarare quanta esset dos à patre legata, non autem de proprio donare, nihil refert ad DD. Bernardinum, & Antonium Mariam, quod dicta assignatio sit excessiua, quæ si talis est, poterit agi ad reductionem iustæ quantitatis, illisque satis est consultum,
22 quod dotes, † vtcumque illæ sint non deducantur ex bonis Nicolai, sed ex bonis Agesilai patris, qui dotare tenebatur.

Et ita vtraque parte informante, &c.

¶ Infra in hac parte habentur aliæ decisiones in hac causa idest sub diebus 26. Aprilis 1627. & 14 Iunij eiusdem anni, & 30. Aprilis 1628. coram eodem R. P. D. Merlino, sunt decisiones 58. 88. & 272.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Ampurien. Domorum.

Die Veneris 15. *Ianuarij* 1627.

A R G V M E N T V M.

Possessori solet concedi manutentio, & ad hunc effectum, qualiter possessio probetur.

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio regulariter datur possessori.*
2 *Testes probant possessionem, si deponant de pluribus actibus possessorijs.*
3 *Locationes effectuatæ mediante perceptione pensionum, sufficiunt ad probandum possessionem.*
4 *Possessio sola sufficit ad effectum manutentionis.*
5 *Possessio, quando est titulata, eo facilius conceditur manutentio.*
6 *Possidens præcario non acquirit possessionem manutenibilem.*

D E C I S I O XXIX.

FVit responsum pro Domino Episcopo informante, quod ei sit concedendum mandatum de manutenen. in possessione domorum existentium in Cæmeterio Abbatiæ nuncup. S. MARIÆ de Chierico. Quia manutentio
1 † regulariter datur possessori, § *retinendæ. Instit. de interdict.* in hoc autem casu Episcopi possessio remanet suffi-
2 cienter probata ex testibus, † qui dantur in summario n. 3. deponentibus de pluribus actibus possessorijs, Cæs. de Graff. *decis.* 10. *num.* 3. *de caus. poss. & prop.* & dixit Rota *in Cæsenaten. domorum* 21. *Februarii* 1622. *coram bona mem. D. meo Vbaldo.* Et præsertim de locationibus
3 effectuatis mediante perceptione pensionum, † quod solum sufficeret ad hanc possessionem probandum, *l. qui vniuersitas*, §. *quod per Colonum*, vbi Glos. & Doctores *ff. de acquir. poss.* Gabr. *in tit. de locato conclus.* 4. *num.* 2. Seraph. *decis.* 896. *num.* 1. *& decis.* 1200. *num.* 1. *& sæpè fuit decisum in Romana census de Dezza* 16. *Martii* 1620. *coram bon. mem. D. meo Vbaldo*, Et quidem huiusmodi manutentionem eo facilius Domini dixerunt esse Episcopo concedendam, quia dd. testes nedum deponunt de possessione Episcopi, sed etiam de pertinentia, quod domus ab immemorabili tempore fuit Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Chierico, cui Ecclesiæ parum distant, & quod Episcopi pro tempore de illis domibus semper ad libitum disposuerunt concedendo illas ad habitandum personis sibi bene-
4 uisis. Vnde licet ad † effectum manutentionis sola possessio sufficiat, Bart. *in l. quod meo num.* 1. *ff. de acquiren. possess.* cum alijs per Rot. *decis.* 275. *nu.* 5. *par.* 1. *in recent. & decis.* 559. *num.* 11. *par.* 2. Quando tamen possessio † est etiam titulata, vbi dixi, eo facilius con- 5
ceditur manutentio, *cap. licet causam*, vbi Felin. *num.* 9. *de prob.* Caputaque *decis.* 336. *part.* 2.

Non obstat, quod prædictæ domus à multis annis à d. Domino Episcopo, & illius antecessoribus concedi consueuerint Vassallis Comitis de Oliua pro custodiendo Vexillo. Quia cum hoc precario factum fuerit dicunt testes in d. summario num. 5. non fuit illis acquisita aliqua possessio
† manutenibilis in præiudicium Episcoporum conce- 6
dentium, & Ecclesiæ, *l.* 1. *in princ. & in fin. ff. vti possid.* Rimin. *consil.* 341. *num.* 6. *lib.* 2. Menoch. *de retinen. remed.* 3. *num.* 19.

REVERENDISS. P. D. DVRANO. EPISCOPO VRGELLEN.

Firmana Pensionis.

Die Sabbathi 23. *Ianuarij* 1627.

In Romana Martiniana.

A R G V M E N T V M.

Literæ translationis pensionis habent paratam executionem, ita quod contra Translatarium pensionis non solet rescribi, nisi cum clausula, sine retardatione, reliqua in summarijs vide.

S V M M A R I V M.

1 *Arbitrium regulatur à iure.*
2 *Literæ translationis pensionis habent paratam executionem, itaut detur translatario via executiua pro executione suæ translationis, sicuti datur pensionario transferenti.*
3 *Contra Translatarium pensionis non solet rescribi, nisi cum clausula, sine retardatione.*
4 *Executiua via, quæ competit cedenti, competit etiam cessionario cum eisdem priuilegijs.*
5 *Arbitrium licet tribuat facultatem examinandi validitatem pensionis, tamen non retardat eius solutionem, quoties literæ Translationis sunt iustificatæ, aut non egent iustificatione*
6 *Clausula motu proprio operatur, vt quis non teneatur iustificare gratiam ei concessam.*
7 *Quasi possessio longissima transferendi pensiones, releuat translatarios ab onere iustificandi pensionem translatam.*
8 *Appellatio suspensiua non datur à decreto de exequendo instrumento guarentigio.*
9 *Exceptio litis prius pendentis, an debeat retardare executionem.*
Præuentio non impedit viam executiuam, num. 9.
10 *Actor, an reus quis dicatur regulandum est à causa originaria.*
11 *Obligatio Cameralis non extenditur, nisi iuxta expressa.*
12 *Literæ Apostolicæ ob earum reuerentiam, & auctoritatem habeat executionem paratam.*
13 *Instrumentum translationis pensionis habet in ventre reseruationem vigore facultatis.*
14 *Cassador. Rot. decisiones, & Vestr. declarantur.*
15 *Executiua via non datur, quando res est obscura.*
16 *Interpretatio iuris, quæ descendit ab exceptione, partis, & replicatione actoris, non autem ab actoris intentione non impedit viam executiuam.*
18 *Executio non impeditur, quando altior indago prouenit ab exceptione, sed reijcitur ad petitorium.*
19 *Reseruatarius omnium fructuum, eosque percipiens, habetur quoad onera realia vice, & loco Titularis.*
20 *In executiuis sine libello proceditur.*
Cessionarius in executiuis agere potest sine monitorio sicut cedens, num. 20.

21 *Libel-*

21 *Libellus non requiritur, quando proceditur summariè.*
22 *Dictio, etiam, non est restrictiua, sed potius ampliatiua.*
23 *Soluere cui ignorans, non tenetur soluere.*
24 *Notificatio, si desideretur solum ad effectum simplicis scientiæ, satis est, si quis aliundè sit certior factus.*
25 *Commissio in executiuis, & summarijs causis succedit loco libelli, & monitorij.*
26 *Commissio efficitur communis, per citationem ad dicen. contra.*
27 *In commissione, si adsit clausula, quam, & quas, quando est effecta communis, censetur omne ius partium iam à prima deductum.*
28 *Formula illa actionum nimis scrupulosa de qua l. 1. ff. de edit. postquam antiquata fuit, sufficit, quod ex prosequutis declaretur, qualis actio fuerit intentata.*
29 *Agens remedio l. diffamari C. de ing. man. non solum videtur velle se liberare à molestijs inferendis via ordinaria, sed & multo magis via executiua.*
30 *Clausula, quam, & quas deducit omne ius partium in iudicium, & potest ferri sententia super causa probata, licet non deducta.*
31 *Executio literarum Apostolicarum de stylo Curiæ, habet quatuor terminos ad docen. se paruisse.*
32 *Et de stylo Rotæ, isti quatuor termini procedunt, quando fuit actum per vi ammonitorij.*
33 *Pro executione literarum reseruationis Translationis pensionis in foro A. C. sufficit, quod seruentur quatuor terminis, etiam sine monitorio.*
34 *Garz. decis. Verall. & Card. Mantic. declarantur.*
35 *Clausula omni meliori modo, operatur, vt translatio pensionis substineatur pro vt est possibile substineri posse.*
36 *Pensionis translatio, an possit pro parte valere, & pro parte non valere.*
37 *Clausulæ, motu proprio, tanta est vis, & efficacia vt reddat dispositionem fauorabilem.*
Gratia concessa, cum clausula, motu proprio, assimilatur vltimæ voluntati, num. 37.
38 *Sententiæ verba debent intelligi in ea parte, quæ de iure venit exequenda.*
39 *Executiuè quando proceditur, potest quis vna via electa, ad aliam redire, & duplici via etiam simul vti, donec satisfactum sit.*
Et hoc fortius procedit, quando omne ius fuit deductum ex clausula quam, & quas, num. 39.
40 *Clausula (quam, & quas) operatur, vt quis absque refectione expensarum possit omissa vna via, aliam aggredi.*
41 *Iudicij natura, & substantia est attendenda, non autem figura verborum.*
42 *Sententia fertur per cedulam, quando agitur de executione Breuium, & literarum Apostolicarum, & sic practicatur quotidie.*
Et à d. sententia non datur appellatio suspensiua, num. 42.

DECISIO XXX.

CLaræ memoriæ Cardinalis Montaltus vigore facultatis transferendi motu proprio, & alijs amplissimis clausulis sibi datæ per sanctæ memoriæ Sixtum Quintum transtulit pensionem scutorum duorum mille auri sibi aliàs reseruatam super fructibus mensæ Archiepiscopalis Firmanæ. Cum autem Illustriss. D. Cardinalis Bandinus Reseruatarius fructuum dictæ mensæ prætenderet translationem fuisse nullam, & præueniendo iudicium, causam super iactionibus, & molestationibus in Rota cum facultatibus Auditoris Cameræ committi obtinuerit; præuij duabus decisionibus conformibus die 26. Februarij 1625. * & 23. Ianuarij 1626. * coram bon. mem. Remboldo fuit declaratum, literas reseruationis vnà cum instrumento translationis exequendas esse, ac mandata,
opportuna, & necessaria relaxanda. Vnde causa appellationis mihi commissa sine præiudicio legitimæ executionis arbitrio Rotæ, dubitaui, An intret arbitrium, & fuit resolutum non intrare ad impediendam viam executiuam,
quod arbitrium † regulatur à iure, Bart. *in extrauag.* 1
ad reprimendum in verb. videbitur, num. 4. Paris. *cons.* 8.
num. 21. *lib.* 4. Cæs. de Grass. *decis.* 8. *num.* 2. *de re iud.* &
Rota *decis.* 235. *n.* 1. *par.* 1. *recent. et* 587. *par.* 2. *et in Barchinon. fructuum* 16. *Iunij* 1625. *coram me.* Iure autem at-
tento literæ † translationis habent paratam executio- 2
nem, itaut detur translatio via executiua pro executione suæ translationis, sicut dabatur pensionario transferenti, Vestr. *in prax. lib.* 3. *c. fin. num.* 3. Cassad. *decis.* 10. *num.* 8. *de rescript.* & dixit Rota *in Bononien. Pensionis coram Illustriss. Cardin. Millino, et in Cremonen. Pensionis coram Illustriss. Card. Cauallerio impressis apud* Marches. *de commiss. p.* 1. *fol.* 558. *et seq. et in alijs relatis in decis. in hac causa facta* 26. *Februarij* 1625. *in princ. coram bo. me. Remboldo*
adeout contra † Translatarium non soleat rescribi, nisi 3
cum clausula sine retardatione vt post Gom. testatur Anton. Aug. *in epitom. tit. de translat. pens. num.* 80. Garz. *de benef. par.* 2. *c.* 5. *num.* 470. & Rota *in dicta Bononien.* apud Marches.
Et generaliter via † executiua, quæ competit cedenti, 4
datur etiam cessionario cum eisdem priuilegijs, Ioan. Andreas *in addition. ad speculat. in rubrica de cession.* Paul. de Castr. *cons.* 91. *num.* 3. *vol.* 1. Rom. *consil.* 38. & 142. Et communiter Doctores in *l. si sic legatum, §. si quis ita*, vbi Ias. *dicit communem, ff. de leg.* 1. Vnde in presenti appellatio non debuit impedire viam executiuam. Vestr. *vbi sup.*
Et quamuis arbitrium † tribuat facultatem exami- 5
nandi validitatem pensionis, tamen non retardat eius solutionem quoties literæ Translationis sunt iustificatæ, aut non indigent iustificatione, Mart. *de claus. claus.* 13. *n.* 13. *p.* 1. Rota *decis.* 567. *n.* 1. *par.* 2. *recent.* Hic autem vtrumque concurrit, quia literæ visæ fuerunt pro nunc satis iustificatæ ex latè deductis in prædictis duabus decisionibus, & non egent iustificatione, ex quo tam facultas transferendi, quàm pensio translata sunt motu pro-
pro, quæ clausula † liberat translatarium ab omni iu- 6
stificatione, Gabr. *de claus. conclus.* 2. *n.* 89. Seraph. *decis.* 1484. *num.* 10. & *decis.* 1498. *in princ.* & Rota *in hac causa in d. decis.* 26. *Februarij*: Et accedit longissima quasi
possessio Cardinalis transferenti, quæ etiam releuat † 7
translatarios ab onere iustificandi pensionem translatam, Garz. *vbi sup.* Rota *in d. Bononien.* & *in Brixien. pensionis* 23. *Maij* 1594. *coram Illustriss. Card. Millino apud eundem Marches. fol.* 654.
Ex quibus rectè fuit pronunciatum literas translationis esse exequendas, nec propterea dari appellationem su-
spensiuam, sicut nec datur à Decreto † de exequendo 8
instrumento guarentigio. Bart. *in l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re iud.* Menoch. *de adipisc. poss. remed.* 4. *num.* 827. Couar. *pract. cap.* 23. *numer.* 9. *versic. tertium exemplum*, Gutier. *in repet. leg. nemo potest num.* 447. *ff. de legat.* 1. Suar. *in l. post rem iudicatam in* 6. *quæst. ad declarat. leg. Reg.* Igitur superest solum ex aduerso pro retardatione adducti respondere.
Non obstat primo quod D. Cardinalis præuenerit in
iudicio nullitatis translationis, quasi exceptio † litis 9
prius petentis debeat executionem retardare, quia per præuentionem non impeditur via executiua, Bald. *cons.* 261. *num.* 2. *vol.* 1. vbi quod si tollitur exceptio, quia est parata executio, non impeditur via exequutiua, licet reus agendo præueniat Paul. de Castr. *consil.* 260. *vol.* 1. Petr. Bellug. *in speculo principum rubr.* 42. *§. leges Regni, n.* 47. Gall. *de form Camer. oblig. par.* 3. *in cap. de vi instrument. oblig. Camer.* & hoc recta ratione, quia alioquin esset in potestate debitoris præueniendo iudicium, eludere viam exequutiuam; & sic omnia iuris remedia pro expedita exactione ob bonum publicum inuenta.
Et tanto magis quia quamuis D. Cardinalis vtendo remedio, *l. diffamari*, translatarios ad iudicium prouocauerit, & sic quoad illam primam petitionem dicatur Actor. Roman. *cons.* 117. *in princ.* tamen † cum actor an Reus 10
qui dicatur regulandum sit à causa originaria, Craget. *cons.* 182. *nu.* 2. & non potuerit fieri declaratio super iactionibus, & molestijs, nisi illis præcedentibus, Innoc. *in c. Abbate de verb. sign.* Alex. *in l. ff. finita §. eleganter numer.* 26. *ff. de damno infect.* propterea translatarij in effectu

fuerunt veri actores, & D. Cardinalis reus. Bart. *in l. libe-*
ros ff. de in ius vocan. Couar. *var. lib. 1. cap. 18. num. 4.* Fab.
de Anna. cons. 38. num. 6. Translatarij ergo perinde haberi
debent, ac si ipsi præuenissent, & Dominus Cardinalis
fuisset præuentus.

Non obstat secundò, quod via executiua non datur ni-
si pro his quæ leguntur in instrumento, In indulto autem
transferendi, & instrumento translationis, ex quibus agi-
tur, nulla fiat mentio de pensionibus debitis per Cardina-
les, quia fortè procederet obiectum, si ageretur, ex obli-
11 gatione † Camerali propter confessionem debiti quæ
non extenditur nisi iuxta expressa, vt per Galles. *de obli-*
gatione Camer. quæst. 31. num. 15. & 16. quæ ratio non ap-
plicatur viæ executiuæ literarum Apostolicarum, quæ
non competit ob aliquam confessionem, cum pensio etiam
non requisito Titulari reseruetur, & transferatur, sed da-
12 tur ob earum † reuerentiam, & auctoritatem, Rota
decis. 506. num. 1. par. 1. recent. Ideo sufficit, constet quod
ille, contra quem agitur, etiam non nominatum, perci-
piat fructus, super quibus fuit pensio reseruata.

13 Et idem dicendum est de instrumento † translationis
quod habet in ventre reseruationem vigore facultatis, ita
vt hæc tria, literæ reseruationis, facultas transferendi, &
instrumentum Translationis, non sint distinctim, & de
per se consideranda, sed mixtim, & tanquam vnum in-
tegrale constituentia, *argumento textus in l. cum Delanio-*
nis §. asinam vers. quod si ff. de fund. instrum. vel instrumen-
to legat. Vnde distinctio translationum factarum per Pa-
pam mediante breui, seu literis ab alijs, quæ fiunt per
instrumenta, ex aduerso ponderata non adaptatur, nec
14 iure fundatur ad effectum de quo agitur, quinimò † Vestr.
Cassad. & Rotæ decisiones supra allegatæ indistinctè, &
generaliter loquuntur, dum translatarijs dant viam exe-
cutiuam, alioquin cum regulariter translatione fiant per
instrumentum, non autem per literas, rarò pensio tran-
slata haberet executionem paratam.

Vnde etiam non releuat, si dicatur quod D Cardina-
lis venit in indulto ex interpretatione, ita vt secunda de-
cisio in hac causa facta rem reduxerit ad coniecturas, &
15 propterea res sit obscura, quo casu non datur via † exe-
cutiua, quia vltra quod identitas pensionis translatæ,
quodque Dominus Cardinalis sit reseruatarius fructuum,
non sunt posita in coniecturis, & nunquam procederet
conclusio supra firmata, quod arbitrium dat facultatem
16 examinandi validitatem translationis, non autem impe-
dit viam executiuam quoties translatio est iustificata, vt
hic per duas decisiones conformes: cessat etiam difficultas
quoad personam D. Cardinalis, ex quo non versamur in
interpretatione extrinseca, & per viam actionis sed in-
trinseca, & per viam replicationis, etenim translatarij,
qui sunt actores, habent facultatem claram, & indubi-
tatam transferendi istam pensionem, & instrumentum
translationis, in quibus fundatur eorum intentio, ergo
dum per Dominum Cardinalem reum conuentum exci-
pitur in eis non comprehendi Cardinales, & translatarij
contrarium decidi obtinuerunt, intrat conclusio passim in
17 Rota obseruata, quod interpretatio † iuris quæ descen-
dit ab exceptione partis, & replicatione Actoris non au-
tem ab Actoris intentione, non impedit viam executi-
uam, Gratia. *discept. forens. cap. 852. numer. 40. & cap.*
671. num. 15. Modern. *de oblig. Camer. qu. 31. num. 15.* Rota
decis. 741. num. 12. par. 1. diuers. & decis. 131. num. 12. p. 2.
sicut in simili vbi altior indago prouenit ab exceptione,
18 non impedit † executionem, sed reijcitur ad petitorium,
Ripa *in d. l. 4. §. condemnatum nu. 15. cum seqq. de re iud.* Ca-
putaq. *decis. 321. par. 1. &* Mohed. *decis. 4. nu. 3. de fid. instrum.*

Ex quibus consequenter patet responsio ad illud, de
quo etiam excipiebatur, quod Cardinalis transferens non
fuit vsus facultate transferendi, dum grauauit Præsules,
& Administratores Ecclesiæ Firmanæ, non autem Illu-
strissimum Dominum Cardinalem, quia cum ipse sit re-
19 seruatarius † omnium fructuum, eosque percipiat, ha-
betur quoad onera realia prior, & loco Titularis, Rota
decis. 308. par. 2. recent. per totum, & latè in decisionibus,
in hac causa factis. Et cessat penitus, quia fuerunt etiam
20 quicunque alij expressè grauati, *ad latè tradita per* Cra-
uett. *cons. 204.*

Non obstat tertiò, quod fuerit processum sine moni-
20 torio, siue libello, quia † in executiuis sine libello pro-
ceditur. Marant. *de ord. iud. 4. par. dist. 9. num. 4.* Roman.
cons. 442. num. 2. vbi quod cessionarius in executiuis agere
potest sine monitorio, sicut cedens, & consequenter Tran-
slatarius, & ratio est, quia ex quo tunc proceditur summa-
riè, Marant. *vbi sup.* non requiritur † libellus, *clem. sæpe* 21
de verbor. signific. Vestr. *in prax lib. 5. c. 2. n. 2. vbi additio nu.*
10. quod absq; dubio procedit in casu nostro cum non fuerit
actum ad pœnam, aut incursum censurarum, quo casu fortè
esset monitoriũ reintegrandũ, Achill. *dec. 5. & 6. de sent. ex-*
com sed dumtaxat actum fuit ad simplicem pensionis solu-
tionem vigore literarum Apostolicarum, quę agendi facul-
tas non minus contineretur in literis, quàm facultas rela-
xandi censuras, quia cum hæc fuerit expressa per dictio-
nem etiam, † quæ non est restrictiua, sed potius amplia- 22
tiua supponit alium modum exequendi arbitrio actoris,
scilicet per captionem pignorum, aut aliàs, Bald. *cons. 209.*
num. 2. & 4. lib. 3. Seraph. *decis. 1384. nu. 1.*

Et licet videatur quod Translatarij tenebantur prius
D. Cardinali notificare eos esse Translatorios, quia dum
ignorabat cui † solueret, non tenebatur soluere, *ad tradita* 23
per Ias. *in l. vinum, n. 10. ff. si cert. petat.* Rodet. Suar. *in dicta*
l. post rem iudicatam in declaratione legis Regen. ampliat. 1. n.
10. *&* 11. tamen cum hæc notificatio † desideretur solum 24
ad effectum simplicis scientiæ, satis fuit quod D. Cardina-
lis aliunde esset certior factus, Bart. in *l. non solum §. morte*
n. 66. ff. de nou. oper. nunciat. cuius ignorantia non potuit al-
legari, tum ex suamet commissionem, tum etiam ex cita-
tione Translatatiorum primitus illi facta aliàs decerni, &
relaxari mandatum executiuum, & quando prætendatur
quod etiam debuit ei ostendi instrumentum translationis,
ita vt non sufficeret simplex scientia, *iuxta doctrina* Bart.
vbi supra n. 48. & Rota in *Romana societatis officij* 10. *No-*
uembr. 1625. coram me, tollitur etiam ex disputatione dubij,
an instrumentum translationis sit exequendum, quod fieri
non potuit nisi illo ostenso, & in actis producto.

Et in omnem casum commissio † in executiuis, & 25
summarijs succedit loco libelli, & sic monitorij, Dec. *cons.*
483. num. 7. Thesaur. *decis. 1. num. 4.* Vant. *de nullit. ex de-*
fectu processus num. 2. Salust. *in prax.* in *probæmio num. 4.*
quæ licèt obtenta per Dominum Cardinalem, suffraga-
tur etiam Translatarijs, quia per citationem, ad dicen- 26
dum contra, fuit effecta communis, Scacc. *in prax. par. 1*
cap. 64 numer. 26. Rota *decis. 317. par. 2. recent. additio ad*
Gregor. XV. decis. 552. num. 7.

Nec facit si dicatur, quod commissio succedit loco libelli
in expressis, vnde debuit pronunciari iuxta commissio-
nem, & sic super iactationibus, quod tamen factum non
fuit, quia cum in commissione † adsit clausula, quam, & 27
quas, cum primum illa fuit communis effecta, censetur
omne ius partium iam à principio deductum, Matesc *var*
resol. lib. 1. c. 20. num. 1. Achill. *decis. 14. de rescript.* Rota *di-*
uers. decis. 254. part. 1. Greg. XV. decis. 488. num. 1.

Non obstat quartò, quod debuit specificari talis actio,
quæ conueniret, & esset conformis sententiæ latæ, cum
tamen in actis nulla adsit declaratio, ex qua appareat
fuisse petitum exequi literas pensionis & instrumentum
translationis, quia satis videtur via executiua deducta ad
speciem ex prosequutis nempè ex productione iurium, ex
qua infertur necessariò ad solutionem pensionis, vnde
etiam de partium consensu emanauit disputatio dubij
postquam † enim antiquata iam fuit illa nimis scrupu- 28
losa actionum formula, *de qua in l. 1. in princ. ff. de eden.*
sufficit quod ex prosequutis declaretur, qualis actio fuerit
intentata, *vt pluribus relatis* Statil. de Saluian. interd.
insp. 1. cap. 3. n. 62. & seqq. Grat. *cons. 34. lib. 2.*

Et accedit quod Dominus Cardinalis vtendo dicto re- 29
medio leg. † diffamari, non solum intendit liberari à mo-
lestijs inferendis via ordinaria, sed etiam, & multo ma-
gis ab inferendis via executiua; vnde sicut ipse vigore com-
missionis absolui potuisset ab omnibus, & quibuscunque
molestijs, pariter, & illi vigore eiusdem commissionis com-
munis effectæ consequi potuerunt viam executiuam, *vt*
fuit resolutum in nullius de Carrectis 13. Nouembr. 1587. co-
ram Comitalo apud Marches. par. 1. fol. 231. & decis. 254. n.
1. p. 1. diuers.

Quibus etiam adnecti potest, quod eo ipso quod à prin-
cipio virtute † clausulæ, quàm, & quas, fuit omne ius 30
translatariorum deductum, potuit ferri sententia super
causa probata, licet non expressa, & formaliter deducta.
Surd. *cons. 24. num. 17. versic. posset tamen,* & Rota *decis.*
257. nu. 1. par. 1. recent.

Non obstat quintò, defectus terminorum substantia-
lium ad articulandum, quia cum versemur in executiuis,
suffici-

sufficit seruatos fuisse quatuor terminos ad docendum se
paruisse literis Apostolicis, Felyn. *in cap. ad probandum*
nu. 6. vers. ad quam Rota *præmittit de re iudic.* Cassador.
decis. 5. num. 16. de causa poss. & proprietatis, Acchill.
31 *decis. 5. de sentent. excommun.* & quod illi † termini de
stylo Curiæ seruentur in executione literarum Apostoli-
carum, Rota *decis. 791. par. 3. diuers. lib. 3. & decis. 64.*
num. 6. par. 2. recent. & in terminis pensionis. Mandos. *in*
tract. de monit. quæst. 11. & qu. 36. & in puncto pro trans-
latario admisit Rota *in Lucana pensionis* 28. *Iunii* 1617. *co-*
ram Archiepiscopo Seleucien.

Nec releuat si dicatur, quod supradicta de quatuor termi-
nis ad docendū se paruisse, procedunt de stylo Rotæ quan-
32 do fuit actum † per viam monitorij, Garz. *par. 1. cap.*
5. nu. 555. Caputaq. *decis. 251. par. 3.* & Mantic. *decis. 254.*
quia præter quàm quod videtur id non esse metiendum à
monitorio, sed à natura Iudicij executiui, in quo versa-
mur, & præsertim quia non fuit actum ad censuras, sed
ad alia remedia, tollitur, ex quo commissio emanauit
cum facultatibus Auditoris Cameræ, apud quē pro execu-
33 tione † literarum reseruationis Translationis pensionis
aliarumque literarum non illi, sed isti termini seruantur
etiam sine monitorio. Salust. *in pract. lib. 3. cap. 1. num.*
6. & cap. 7 num. 6. Et in omnem casum commissio succe-
dit loco libelli, & sic monitorij.

34 Nec quicquam faciunt Garz. † & præcitatæ desiones
apud Verallum, & Mantic. quia dum Garz. loquitur
de monitorio, solum enunciat practicam ordinariam;
quæ seruatur coram Audit. Cam. sed non dubitat, nec du-
bitari potest, quin commissio cum citatione ad soluen-
dum succedat loco monitorij, & Caputaquen. si benè eius
verba perpendantur, probat contrarium eius, ad quod
allegatur, dum dicit, quod si in negotio executiuo ser-
uantur termini substantiales, seruari soliti in negotio
principali, termini non dicuntur benè seruati, sed quod
reiterari vigore Innocentianæ sanantur, quia sanatione
opus non fuisset, si non illi, sed termini ad docendum de
paritione requisiti in Iudiciu executiuo fuissent seruati.
Decisio verò Mantic. non applicatur, quia ex ea non con-
stat super quo fuerit pronunciatum, aut super nullitate
pensionis, aut super illius executione, & ex alia decisione
in eadem causa facta coram eodem, quæ est decisio 286.
potius apparet fuisse sententiam latam super nulli-
tate.

Non obstat sextò, quod fuerit excessum, dum dici-
tur in sententia, instrumentum translationis esse exe-
quendum, vt propterea in ea detur translatarijs subro-
gatio quasi possessionis exigendi, quæ legitur in dicto In-
strumento, cum tamen indultum transferendi non det
talem facultatem quandoquidem principalis dispositio
nempè Translatio non ideò minus sustinetur perindè, ac
si subrogatio quasi possessionis non fuerit apposita, tum
35 ex clausula † omni meliori modo, quæ operatur, vt trans-
latio sustineatur prout est possibile sustineri posse, vt dixit
Rota *decis. 733. num. 9. par. 2. recent.* tum etiam quia
cum subrogatio ad quasi possessionem sit, quid distin-
ctum, & separatum à facultate transferendi, sustinetur
translatio in eo, in quo intrat facultas, à qua regulatur,
36 & annullatur † tantum in excessu periodè ac facta in
maiori summa, Rota apud Mantic. *decis. 153. & decis.*
173. par. 2. recent. decis. 733. num. 10.

Et tollitur omnis scrupulus, ex quo translatio fuit
facta vigore indulti motu proprio, quę clausula videtur in-
esse in translatione, cum vt dictum est, consideranda sit
mixtum, & tanquam vnum integrale propter correspe-
37 ctiuitatem, cuius clausulæ tanta † est virtus ac efficacia,
vt reddat dispositionem fauorabilem, Anchar. *cons. 296.*
in princ. adeò vt gratia sic concessa assimiletur vltimis
voluntatibus, *ca. quia cunctis, in fine, & cap. auctoritate*
Martini de concessione præbend. in 6. proindè non vitiatur
ex accidentali adiectione inutili seu impossibili, Dec. *cons.*
415. & in puncto Roman. *cons. 348.* & argumento textus
in cap. ex pluribus de præbendis in 6. sicut nec vltimæ di-
spositiones, *l. si mihi, & tibi, §. si quis seruos, ff. de leg. 1.*
l. si quis ille institutus, ff. de condit. instit.

38 Vnde sequitur quod verba † sententiæ, vt exequan-
tur literæ pensionis cum instrumento translationis debent
intelligi in ea parte, quæ de Iure venit exequenda pro su-
stinenda sententia, & sic quo ad translationem tantum,
& non quoad subrogationem, Crauett. *cons. 188. num. 8.*
Socc. *cons. 91. num. 12. lib. 4.* Rota *decis. 319 par. 1. recent.*
& decis. 450. nu. 9. par. 1. diuers. & in Clusina Postæ 18.
Iunii 1618. *coram R. P. D. meo Buratto*, quod etiam in ea-
dem sententia declaratur, dum relaxantur in ea mandata
opportuna, & necessaria, idest talia qualia de Iure veniunt
decernenda, & non alia, quæ interpretatio tanto magis
admitti debet ex quo in actis non apparet fuisse petitam
executionem subrogationis quasi possessionis.

Non obstat septimò prætensa variatio de Iudicio exe-
cutiuo ad Ordinarium sine refectione expensarum, quia
nullibi probatur variatio, sed potius prosecutio ex obser-
uantia terminorum, qui etiam seruari solent coram Aud.
Camer. pro executione literarum Apostolicarum, & si-
gnanter stante expressa protestatione Translatariorum
quod à via executiua nō intendebant recedere. Et quam-
uis procedi etiam potuisset nullis seruatis terminis cum so-
la citatione ad soluendum, alià relaxari mandatum exe-
quutiuum, tamen cum vterque procedendi modus sit exe-
cutiuus, & ad idem tendat, vno intentato non præiudica-
tur quoad alium, imò potest creditor † dimisso primo 39
ad alium recurrere, & vtroq; etiam simul vti, donec ei sa-
tisfactum sit, Bart. *in l. consentaneum, num. 17. vers. quæ-*
ro 2. C. quomod. & quand. Iud. Paul. de Castr. *in l. qui lega-*
ti, nu. 3. ff. vt in possess. legat. Ias. *in l. 5. num. 23. ff. si quis*
Ius dicenti non obtemp. & in l. nulli, num. 8. vers. sexto, &
vltimo cogitu, C. de Iudic. Caputaq. *decis. 50. nu. 5. part. 1.*
quod fortius procedit quando, vt hic fuit à princ. omne Ius
deductum ex clausula quàm, & quas, quo casu ex transi-
tu † de vna via ad aliam non intrat refectio expensarum, 40
Seraph. *decis. 630. num. 5.* Greg. XV. *decis. 270. num. 5 &*
decis. 488. num. 3.

Tandem non obstat, quod non per decretum, sed per ce-
dulam fuerit pronunciatum literas esse exequendas, quia
cum non figura verborum, sed natura, † & substantia 41
Iudicij sit attendenda, non ideò minus iudicium remansit
exequutiuum, Gabr. *de appellat. concl. 4. nu. 1. vers. con-*
trarium, Statil. de Saluian. *inspect. 4. cap. 2. nu. 57.* & pra-
cticatur quotidie in executione breuium, & literarum
Apostolicarum, in qua fertur sententia per cedulam, Sa-
lust. *in praxi lib. 2. cap. 2. num. 24.* & nihilominus à † di- 42
cta sententia non datur appellatio suspensiua, Statil. *vbi*
supra Gonzal. *in annotat. contra nullit. nu. 247.* Mohed. *de-*
cis. 13. vt lit. pend. Seraph. *decis. 357.*

Cætera quæ ex aduerso opponebantur, aut non indigent
responsione, aut pertinent ad iustitiam, quæ licet visa fue-
rit plenè discussa in prædictis duabus decisionibus coram
bo. me. Remboldo, si tamen D. Cardinalis cupit iterum
super ea audiri, DD. ordinarunt, quod audiatur ad pri-
mam post Cineres.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Habes has duas decisiones infra in hac parte in Additione
prout in Indice in eius fine posito.

REVERENDISSIMO P. D. COCCINO.

Viterbien. Castrorum.

Die Sabbati 23. Ianuarij. 1627. In Rota Martiniana.

A R G V M E N T V M.

Iudicium vniuersale quando pendet, silere
debet iudicium particulare, & quando
hoc procedat. Et aliqua circa hæredem,
quia adiuit hæreditatem sine beneficio le-
gis, & inuentarij.

S V M M A R I V M.

1 *Iudicio vniuersali pendente, silere debet iudicium particulare.*
2 *Quod intellige, quando ex illo iudicio particulari præiudicium inferretur iudicio vniuersali.*
3 *Prælegati petitio est iudicium particulare.*
4 *Hæres, qui non confecit inuentarium, si agatur de prælegato, & sic de fideicommisso particulari, tenetur vltra vires hæreditarias, licet secus esset, si fuisset grauatus in totu, vel quota hæreditatis, ampliu num. 5.*

6 *Hæres, qui adiuit hæreditatem sine beneficio legis, & inuentarij sibi præiudicat.*
7 *Fideicommissarius vniuersalis etiam si non conficiat inuentarium, nihilominus retinet sibi debitum.*
8 *Hæres institutus vniuersaliter, vel in quota, non potest grauari vltra valorem hæreditatis.*
9 *Prælegari non potest ab hærede in hæredem.*
10 *Legata regulariter ab instituto censentur repetita à substituto, & ab eo debentur, siue sit vulgaris, siue pupillaris siue etiam per fideicommissum substitutio facta sit, & nu. 11.*
12 *Bellon. cons. 99. num. 33. & 34. declarantur.*
13 *Hæredi à se ipso legari non potest.*
Fideicommissarius vniuersalis est loco heredis, & n. 13.
14 *Text. in l. cum pater §. Titio. ff. de legat. 2. & alij declarantur.*
15 *Text. in l. Lucius §. maritus ff. ad Trebell. loquitur, quando mulieri per maritum debitore fuit legata dos.*
16 *Debitum, quando legatur, censetur legatum animo compensandi.*
17 *Fideicommissi dominium transfertur in ipsum fideicommissarium.*
18 *Hypoteca competit ad hoc, vt consequatur res legata.*

DECISIO XXXI.

ITerum dubitaui, An petitio vniuersalis fideicommissi facta per D. Valerium ei obstet in casu, & ad effectum, de quo agitur, qui est. An d. petitio obstet d. Valerio; ita vt Excellentiss. D. Dux Brachiani successor Honuphrij iunioris possit detrahere bona subiecta fideicom. Honuphrij senioris, quæ continentur in prælegato facto per Georgium patrem prædicto Honuphrio iuniori, vel saltem illam retinere, donec discutiatur, An ex fideicomm. vniuersali Georgij, & illius fructibus possit prouideri d. Excellentiss. Duci, ex persona d. Honuphrij iuniori pro æstimatione dd. bonorum fideicommissi Honuphrij senioris in d. legato contentorum, & per omnes DD. visa causa, vno excepto, omnes negatiuè responderunt, & sic standum in decisis sub die 19. Iunij superioris anni: Nam
1 etsi verum sit, quod pendente † iudicio vniuersali debeat silere particulare iudicium *l. si quis libertatem, 7. ff. de petit. hæred. l. non distinguemus 37 §. si is ff. de recept. arbitr.* & latè Ossasc *decis. 74. num. 3.* & fuit dict. in Auenionen. fideicom. 19. Iunij 1617. coram R. P. D. meo Buratto Ni-
2 hilominus hæc conclusio procedit, quando † ex illo iudicio particulari infertur præiudicium vniuersale, vt expressè loquuntur prædicta iura, quod cessat in hoc casu, etiam quod D. Valerius petierit fideicom. vniuersale, & particulare, & ex prosequutione iudicij particularis nullum oritur præiudicium iudicio super fideicommisso vniuersali.

Nec ex effectu dubij supra ponderato aliquod præiudicium resultat iudicio vniuersali, quia in hac petitione præ-
3 legati, † & sic iudicij particularis discutiendus est d. effectus, cum causa pendeat coram vno Iudice, qui in hoc iudicio cognoscit prætensiones, quas Excellentiss. D. Dux posset habere in iudicio vniuersali, quæ pendent à resolutione prædicti effectus, eoquè inspecto, & consideratu Excellentiss. D. Dux nec potest detrahere bona subiecta fideicommisso particulari, nec illa retinere, donec discutiatur, An ex fideicommisso vniuersali, & illius fructibus ipsi possit prouideri, & ratio fuit: quia cum Honuphrius
4 Iunior non confecerit inuentarium, cum agatur † de prælegato, & sic de fideicommisso particulari tenetur vltra vires hæreditarias, licet secus esset si fuisset grauatus in tota, vel in quota hæreditatis, vt ex nouellis Iustin. *in distinguendo dicit* Castr. *in l. ita tamen 27. §. si ex trebelliano, num. 2. ff. ad senat. C. Trebell. & in cons. 77. numer. 1. vers. conclusio est ergo lib. 2.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. num 15.* Peregr. *de fideicomm. art. 33. nu. 47. & 48.* cum alijs pluribus congestis in hac causa 10. Maij 1624. & 10. Iulij superioris anni.
5 Et prædicta habent locum etiam in casu, † de quo agitur, in quo Georgius testator grauauit Honuphrium iuniorem filium quoad fideicommissum vniuersale ex bonis proprijs testatoris. Quo verò ad particulare ex bonis proprijs ipsius Honuphrij iunioris, hoc est illi debitis ex fideicommisso Honuphrij senioris, ita Paris. *cons. 2. lib. 3.* vt patet ex principio. Ex quo constat testatorem grauasse hæredem fideicommisso vniuersali super re ipsius testatoris, & fideicommisso particulari, super re ipsius hæredis, & *num. 15. vers. his tamen non obstan.* firmat hæredem teneri ad præstationem rei propriè legatæ, & *à nu. 29. vsque ad 50.* ponit rationes, quia hæres adiuit sine † beneficio legis, & 6
inuentarij, & tandem concludit quod hæres sic adeundo sibi præiudicauit cum constet, testatorem illum grauare voluisse, vt videre est *num. 60. versic. & cum ex prædictis, & nu. 61. iunct. num. 69. cum seqq.* idem tenet vltra Thesaur. *in alia decisione allegatum,* Dec. *cons. 252. nu. 2. vers. vltimo non obstat, & nu. 3. vers. præterea,* Aym. *cons. 144 nu 8.* Bellon. sen. *cons. 9. per tot.* Menoch. *præsumpt. 197. per totum lib. 4. & præsertim nu. 6.* Peregr. *de fideicomm. art. 35. nu. 4. & art. 6. nu. 8. & 9. iuncto num. 14. quem sequitur* Modern. Roman. *discept. 204. nu. 38. lib. 2.*

Neque obstat, quod fideicommissarius vniuersalis, † 7
etiam quod non conficiat inuentarium retinet sibi debitum, Gabr. *cons. 124. nu. 2. & 3. lib. 1.* Peregr. *de fideicomm. art. 33. nu. 48.* Hoc enim procedit, quia hæres † institutus 8
vniuersaliter, vel in quota non potest grauari vltra valorem hæred. sed iste non est casus noster quoniam non agitur de grauamine imposito hæreditatis, sed de prælegato facto, magna ex parte ex bonis subiectis fideicommisso ad fauorem Honuphrij, qui cum non fecerit inuentarium, tenetur etiam quod d. prælegatum excedat vires hæreditarias: & quamuis replicaretur, quod non potest prælegari
† ab hærede in hæredem, & ideò Honuphrius non habuit 9
iure prælegati, sed iure hæreditario, ex adductis per Paris. *in cons. 138. n. 1. lib 5.* Obiectum posset considerari si Honuphrio non fuisset datus substitutus, quia sibi à se ipso legare non potuit, secus autem cum fuerit datus substitutus, & simpliciter fuerit factum legatum, prout in casu isto, non autem nominatim ab hærede, tunc enim sustinentur legata tanquam à substituto relicta, nam regulariter † le- 10
gata ab instituto censentur repetita à substituto, & ab eo debentur, siue sit vulgaris, siue pupillaris, siue etiam per fideicommissum substitutio facta sit, *l. licet Imperator. ff. de leg. 1.* & elegantissimè considerat Surd. *cons. 257. n. 36. vers. 4. licet.* & abundè fuit dictum in decisione facta 10. Maij
1624 & d. legatum † remansit hoc modo cum suo onere 11
penès Honuphrium Iuniorem, Bald. *cons. 158. nu. 1. lib. 5. & cons. 464. nu 7. lib. 2.* Soccin. iun *cons. 8. nu. 26. lib. 2.* Zanch. *in l. hæredes mei §. cum ita parte 5. n. 8 ff. ad sen. consult. trebell.* & fuit bis in hac causa repetitum, & hoc modo respondetur
† ad cons. Bellon. 99. nu. 33. & 34. vbi infert, quod sicuti 12
hæredi à semetipso non † potest legari, ita neque fidei- 13
commissario vniuersali, qui loco hæredis est. Quia cum legatum simpliciter fuerit relictum D. Honuphrio, & ipse habeat substitutos, intrat responsio modo deducta.

Non obstant iura in contrarium allegata videlicet † in 14
l. cum pater 79. §. Titio, ff. de leg. 2. & in l. quod de bonis 15. §. quod Auus, ff. ad leg. Falcid. & in l. ita tamen 27. §. hæres ex asse, ff. ad sen. cons. trebell. Nam vt responsum fuit in alia decis. ista iura loquuntur, quando quis fuit grauatus in quota hæreditatis, qui non est casus noster, & nihil officit iuxta distinctionem Castren. *sup. relatam, & admittit.* Bellon iun. *d. cons. 99. n. 15. & seqq.* qui solum conatur probare, idem esse in legato rei singularis ex *l.* Lucius *7. §. maritus, ff. ad trebell.* qui text. † non facit cum loquatur 15
quando mulieri per maritum debitorē fuit legata dos, tunc enim cum mulier fuerit etiam instituta in triente, & in vtroque grauata restituere, non tenetur, ad restitutionem dotis, nisi ex hæreditate testatoris perceperit quantitatem æquiualentem nomine falcidiæ quantum est ipsa dos, & sic
quando legatur debitum, † quo casu censetur factum ani- 16
mo compensandi, *l. quod de bonis 15. §. quod vsat, ff. ad l. falcid. & declarat.* Greg. Lopez *par. 6. tit. 9. lib. 3. glos. 7. in fin.* vbi quod compensatio fit vsq; ad quantitatem falcidiæ, vt in *d. §. maritus,* qui certè non est casus noster, cum Georgius non legauerit Honuphrio filio creditum suum, sed bona ad ipsum spectantia ex fideicommisso Honuphrij senioris,
quia à die purificati † fideicommissi dominium ipsum 17
Honuphrium fideicommissarium transferebatur, *l. à Titio, ff. de furt. l. 1. §. in nouissimo, C. de caduc. toll. l. si seruus legatus, ff. de noxal. l. legatum ita. ff. de leg. 2.* Et quamuis hoc non obstante fuerit solutum competere D. Valerio
Saluianum ex † hypoteca legali de qua in *l. 1. C. comm.* 18
de leg. hoc tamen fuit firmatum, ex quo sufficit sola possessio defuncti, & ex alijs congestis in *decis.* 10. *Maij 1624 ad textum verò in l. ita tamen 22. §. fin. ff. ad Trebell.* abundè

fuit

fuit responsum in vltima decis. & omnes intellectus dati prædictis iuribus quicquid in contrarium dicatur, sunt germani.

Ex quibus conclusum standum esse in decisis sub die 19. Iunij superioris anni &c.

Hoc dubium fuit propositum sub die 19. Iunij 1626. coram eodem bon. me. Reuerendissimo Coccino: Est supra decisio 19. & vide ad decisionem 4. quæ est pariter in eadem causa vbi plures decisiones huius causæ annotaui.

REVERENDISS. P. D. MERLINO.

Romana Societatis Fundaci.

Die Sabbati 23. Ianuarij 1627.
In Rota Martiniana.

A R G V M E N T V M.

Societas, si sit dissoluta, tunc amplius non est facienda lucrorum communicatio, & societas mutuo consensum sociorum potest dissolui ante tempus conuentum. Societas semel dissoluta, vt tacitè renouetur, quid requiratur.

S V M M A R I V M.

1 *Societas potest mutuo consensu sociorum antea terminari, licet adsit pactum, quod vsque ad certum tempus esset duratura.*
2 *Societate sublata cessat communicatio lucrorum.*
3 *Capitalis restitutio est præcipuus actus distractiuus societatis.*
4 *Societas non potest esse sine communione.*
5 *Societas est quædam communio, & ideò ex renunciatione, vel contraria declaratione censetur sublata.*
6 *Qui omne dicit, nihil excludit.*
7 *Traditio aliud est, & aliud promissio de tradendo.*
8 *Patientia operatur effectuationem respectu possidentis.*
9 *Societas dissoluta an dicatur renouata ex eo, quod socius continuauit facere ea, quæ ante dissolutam societatem facere consueuerat.*
10 *Societas semel dissoluta, potest de nouo tacitè inducta censeri per actus qui tales sint, qui nequeant alio nomine, & iure fieri.*
11 *Consensum potissimum requiritur ad hoc, vt societas semel dissoluta, dicatur renouata.*

D E C I S I O XXXII.

FVerat de anno 1620. contracta societas fundaco inter Cosmum, & Stephanum pro certa rata capitalis, & cum assignatione tertię partis lucrorum ad fauorem Cosmi. Postea verò de mense Iulij 1621. d. Cosmus nuptui tradens Cleriam suam neptem d. Stephano cum dote scutorum 3. mill. renunciauerat in computum prædictæ dotis capitali, & lucro, quod habebat in d. fundaco, & è conuerso Stephanus illi pro bono egressu, vt dicunt, dederat scuta 500. ac eadem in partem dotis receperat; Qua renunciatione non obstãte adhuc Cosmus institit sibi pręstari tertiam partem lucrorum acquisitorum in fundaco per totum annum 1623 & cum huiusmodi præstationem Stephanus impugnaret, dubium in Rota proposui; An deberetur, & Domini responderunt, non deberi; quia licet ab initio fuisset conuentum societatem esse duraturam vsq; & per totum annum 1625. vt constat ex lectura apocæ matrimonialis, potuit
1 tamen eadem † societas mutuo Cosmi, & Stephani sociorum consensu etiam antea terminari, *l. verum. §. fin. l. actione, §. diximus, & §. renunciare, ff. pro socio*, Cephal. *cons. 475. n. 50.* Mantic. *de tac. & ambig. lib. 6. tit. 23. u. a. & seq. & u. 28.* Ioseph. Ludou. *concl. 53. col. 52. vers. primo modo.* vti videtur terminata in presenti ex d. apoca anni 1621. dum Cosmus occasione dotis prædictę scutorum 3. mill. promissę Stephano, vt supra, dedit scuta 1600. extrahenda ab effectibus fundaci, nempè scuta mille sui capitalis, & scuta 600.

pro vtilibus sic taxatis per totum annũ 1621. Et consequen-
ter † sublata societate cessat etiam communicatio lucrorũ: 2
& dantur actus, qui contradicunt societati: nempè restitu-
tio † capitalis, quæ est præcipuus eiusd. societatis actus di- 3
stractiuus, Bart. *in l. Titium, & Meuium, §. altero, u. 6. vers. idem ab eo tempore, ff. de admin. tut.* Bald. *cons. 448. u. 3. lib. 4.* Petr. de Vbald. *de duob. fratribus par. 11. q. 32. n. 102. post med. vers. si enim post actus contractiuos* Hect. Felin. *de Societ. cap. 41. nu. 35. & 36.* & compensatio facta de vtilibus, quorum
ratione fuit sublata † communio, sine qua societas dari non 4
potest, *l. 1. in fin. l. si id ff. pro soc.* Rom. *cons. 868. num. 3. latè* Gratian. *discept. foren. cap. 547. num. 29.*

Et præmissa confirmantur magis ex verbis ipsius apocæ, dum in eadem sit mentio, quod societas debebat durare per totum annum 1625. & quod spontè Cosmus renunciat omnia vtilia, quæ sibi pro futuro tempore potuissent in partem deuenire, declarando id verbis amplissimis scilicet, *Non ci hauer più che fare cosa alcuna, & tutto quello, che li potesse competere dona, & renuncia à d. Stephano in tutto, & per tutto;* quæ verba, vti continentia renunciationem de præsenti, omninò aduersantur societati: cum
† societas sit quædam communio, ac propterea ex renun- 5
ciatione, seù declaratione huiusmodi iure censeatur sublata, *l. actione, §. renunciare, ff. pro soc.* Bald. *cons. 385. lib. 4.* Anchar. *censur. 147. numer. 5. vers. super quinto.*

Neque obstat quòd cum societas duratura esset per totum annum 1625. & sic superessent quatuor anni, renunciatio fuerit facta tantum *per li tre anni che restano.* Vnde infertur, quod d. Cosmo debeantur saltim lucra vnius anni; Fuit enim responsum, quod dicta verba *per li tre anni che restano*, vel sunt erroneè scripta, vel abundè supplentur per alia verba subsequentia eiusdem apocæ supra ponderata, & signanter ibi *per il tempo, che resta*, quæ sunt indefinita, & ibi *io riuuncia in tutto, & per tutto, & dichiara non ci hauere più, che fare cosa alcuna, & tutto quello, che li potesse competere lo dona, & renuncia à d. Sign. Stefano*, per quæ comprehenditur totum reliquum tempus d.
societatis ex regula, qui † omne dicit, nihil excludit. Id- 6
que fortius confirmatur, dum è conuerso Stephanus donat d. Cosmo scuta 500 pro bono egressu, ibi *dall' altra banda d. Stefano dona à d. Signor Cosmo per ricompensa, & buon' vscita scudi 500. moneta.* Ex quibus omnibus resultat absoluta dissolutio societatis respectu totius temporis, ad *l. verum, §. fin. & d. l. actione in princ. & §. diximus, ff. pro socio.*

Neque visum fuit sufistere obiectum deductum ab informantibus pro Cosmo, quòd, licet scuta 1600. essent extrahenda ex capitali, & vtilibus societatis, non tamen constet sufficienter fuisse extracta, immò de contrario ex illis verbis apocæ insertis, ibi, *promette, &c. da darsegli nel
modo, che si dirà*, cum aliud sit traditio, aliud promissio 7
tradendi, nec proinde societas possit dici terminata *ex allegatis*: Etenim cum Stephanus esset conscius, & possessor illius societatis, ac ipse deberet habere dotem pro parte sibi assignata in effectibus eiusdem societatis, satis videtur fuisse ad effectum, de quo agitur: quod Cosmus, vt in apoca, cesserit, & renunciauerit: nec erat opus alia traditione, Rom. *cons. 86. nu. 7. versic. hoc autem*, Rot. *dec. 714. n. 2. par. 1. recent.* iunctis præsertim testibus deponentibus, Cosmum dixisse de sua persona, *Che non ci haueua più che far niente nel fondaco, ma staua per agiutare li giouani*, & dum loquebatur de Stephano, *Ecco quà il padrone;* Ex quibus
validè inferri videtur ad ipsius Cosmi patientiam, † quæ 8
operator effectuationem respectu possidentis, *l. qua ratione, §. interdum, ff. de acquir. rer. domin.* Menoch. *cons. 147. num. 9.*

Nec etiam obstat, quod dicitur societatem prædictam
saltem censeri † renouatam ex eo, quòd d. Cosmus conti- 9
nuauit assistere in fundaco quotidiè merces administrando, gubernando, scribendo, computa percipiendo, & alia faciendo, quæ etiam ante societatem dissolutam facere consueuerat. Quoniam præsumitur, se hoc modo ingressisse in administratione prędicta iure familiaritatis non autem vel socius, maximè concurrentibus præcedente renunciatione, ac recessu societate, subsequuta affinitate cum Stephano, iuxta tradita per Crauett. *cons. 26 nu. 5. ad med.* Dec. *cons. 21. nu. 1. & seqq. & latè in Romana dotis. sub* Salu. 10. *Iunij
1626. coram R. P. D. meo Durano* Nec societas † semel disso- 10
luta, potest de nouo tacitè inducta censeri, nisi per actus, qui tales sint, vt nequeant alio iure, vel nomine fieri, Dec.

conf. 548. *num.* 5. Castren. *conf.* 73. *nu.* 3. *& seq. lib.* 2. Coro. *conf.* 251. *post nu.* 1. *lib.* 4. Cephal. *conf.* 247. *nu.* 20. Decian. *conf.* 97. *nu.* 24. *lib.* 2. Ruin. *conf.* 91. *nu.* 9. *& 10. lib.* 1. Surd. *decis.* 267. *num.* 6.

Prout nec renouatio prædicta videtur probari ex partitis descriptis ad creditum, & nomine Cosmi, tanquam socij in libro magno administrationis fundaci; quia non sunt descriptæ per Stephanum, aut de consensu illius; immò tantum abest, quod consenserit, vt potius probetur dissensisse, & habita d. descriptionis notitia reclamasse, cum tamen ad effectum inducendæ præsumptionis, quod so-
11 cietas fuerit renouata, consensus † huiusmodi potissimum requiratur, Dec. *d. conf.* 21. *per tot.* & præcipuè *num.* 6. *vers. sed in quæstione*, & clarius idem probat Menoch. *conf.* 222. *num.* 46. *vsque ad fin.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

REVERENDISS. P.D. MERLINO.

Romana Scutorum 100. millium

Die Mercurij 27. Ianuarij 1627.

ARGVMENTVM.

Debitorum promissio tenet, & iuris dispositioni est conformis, si in cessione promittatur eos esse veros debitores, & pro talibus eos manutenere, non autem esse bonos, & exigibiles.

SVMMARIVM.

1 *Cessio debitorum valet, si promittatur, eos esse veros debitores, & pro talibus illos manutenere nu.* 9.

2 *Compensationem petens fatetur, se esse verum debitorem.*

3 *Et hoc potissimum procedit inter mercatores, qui constituunt debitorem, & creditorem.*

4 *Compensatio est species solutionis.*

5 *Partitarum contrapositio inducit compensationem.*

6 *Compensatio elidit, & extinguit obligationem.*

7 *Promittens soluere liberè cum iuramento, & obligatione Camerali, non potest compensare cum debitore, qui nec expressè soluere promisit, nec est cum iuramento, & in forma Cam. obligatus.*

8 *Obligatus in forma Cameræ potest vrgeri, & præcisè cogi ad soluendum, quod debet.*

DECISIO XXXIII.

CEnsuerunt Domini sententiam R. P. D. Melsij Locumtenentis A. C per quàm D. Bartholomeus Ruspolus fuit absolutus à petitis per D. Ioannem Rotulum, esse confirmandam, validitas enim in dubium non reuocabatur. De iustitia verò satis videbatur constare ex eo, quod vt periti in eorum relationibus attestantur, Sauonantius fuit repertus verus debitor in tribus partitis excedentibus summam scutorum 100000. in aliquibus libris, prout in bilancio fuerat assignatus, quod sufficit, nam quondam Alexander Ruspolus in instrumento cessionis, & renunciationis suæ rationis bancariæ factæ d. D. Rotulo, pro-
1 misit † debitores in d. bilancio describendos esse veros, & pro talibus illos manutenere, non autem esse bonos, & exigibiles, quod est etiam iuris dispositioni conforme, vt *text. in l. si nomen vbi* Bald. *ff. de hæred. vel act. vendit. &* tradit etiam idem Bald. *in conf.* 72. *lib.* 3. Cast. *conf.* 170. *n.* 3. *vers.* 2. *præmittendum lib.* 2. Alex. *conf.* 242. *ad fin. lib.* 6. Patis. *conf.* 88. *num.* 13. *& seq. lib.* 1. Becc. *conf.* 105. *num.* 14. *& seqq.* Surd. *conf.* 452. *num.* 16. *& decis.* 326. *nu.* 41. Vinc. de Franc. *decis.* 427. *num.* 4.

Nec obstat, quod Sauonantius conuentus à Rotulo pro d. summa scutorum 100000. & vltra solutionem negauerit se ad hoc teneri, & postea fuerit per sententiam condemnatus solum ad soluendum scuta 1272. 12. ÷ in reliquis verò absolutus, quàm sententiam vti iustam fuit coram me 15. Decembris 1625. resolutum esse confirmandam, & consequenter videatur Ruspolum non præstitisse, ac manutenuisse Sauonantium verum, ac legitimum debitorem in d. summa in bilancio expressa, & sic non adimpleuisse, quod promisit, ideoque iniustè fuisse, vt supra per A. C. absolutum. Nam fuit responsum Sauonantium negasse tantum se efficaciter teneri ad effectualem d. summæ petitæ solutionem, non quidem ex eo, quod non esset in ea verus, ac legitimus debitor, sed tantum ex eo, quod vice versa esset in alijs libris eiusdem rationis, & in eodem bilancio descriptus creditor in alia simili, aut paulò minori summa, vt ex eorundem librorum, & bilancij inspectione, ac peritorum relatione docuisse fuit iam firmatum in d. decisione coram me, & quod consequenter esset locus contra positioni, & compensationi, vnde apertè † fassus fuit se verum 2
debitorem petens enim compensari fatetur hinc inde debitum, Bald. *in l. cum Papin. n.* 8. *C. de sent.* Natt. *conf.* 134. *n.* 6. Surd. *dec.* 24. *n.* 5. 6. *&* 7. Rot. *dec.* 626. *n.* 7. *&* 8. *par.* 1. *diuers.* vbi quod hoc præsertim procedit inter † mercato- 3
tes, qui constituunt debitorem, & creditorem.

Immò Sauonantius non solum fassus fuit se verum, ac legitimum debitorem, sed etiam mediante contrapositione, & compensatione, vt supra opposita, & per iudicem admissa effectualiter soluit totum id, in quo fuerat in d. bilancio descriptus debitor, exceptis tantùm dictis scutis 1272. 12. ÷ ad quorum solutionem pro residuo fuit condemnatus compensatio † enim est species solutionis, & qui compen- 4
sat, soluere dicitur, *l. debitor ff. qui pot. in pign. hab. l. dedisset ff. de verb. signif. l. qui peculium §. ille ff. de stat. libert. l. si constat. C. de compensat.* Bart. *in l. aufertur §. qui compensationem ff. de iur. fisc.* Tiraq. *de retrat. lign.* 3 *glos.* 3. *nu.* 2. 3. *& seqq.* Rot. *decis.* 7. *nu.* 1. *par.* 2. *diu.* & consequenter Ruspolus præstando Sauonantium non solum verum debitorem summæ in bilancio descriptæ, sed etiam pro maiori saltem parte exigibilem, & cum effectu soluentem longè vltra quàm promiserat, impleuit.

Præterea Rotulus in eodem instrumento cessionis liberè, & absque vlla exceptione satisfacere promisit omnibus dictæ rationis bancariæ sibi cessæ creditoribus iuxta formam bilancij, & sic etiam Sauonantio, qui inter alias in eodem bilancio d. Summæ scutorum 100000. circiter creditor descriptus reperitur, vnde vel de tempore cessionis fuerat iam inducta compensatio † mediante partitarum debi- 5
ti, & crediti contrapositione iuxta tradita per Rot. *coram Sanctæ mem. Gregor. decis.* 366. *num.* 3. & perinde est ac si in bilancio Sauonantius fuisset solum descriptus debitor in d. summa scutor. 1272. 12. ÷ in qua ipse pro reliquatu verè, & cum effectu debitor remanebat, & ad cuius solutionem fuit iam per sententiam condemnatus; vel contrapositio re vera non aderat, ex quo Sauonantius fuerat descriptus creditor, & debitor in diuersis libris *vt per* Alex. *conf.* 85. *n. &* 3. *lib.* 3. Surd. *d. decis.* 117. *sub num.* 9. *&* 10. *& decis.* 186. *num.* 8. *&* 9. *cum alijs alleg. per* Addent. *ad dict. decis.* Greg. 366. *sub nu.* 8. *versic. notandum est*, *tamen* & tunc Rotulus non potest conqueri quòd per exceptionem compensationis postea oppositam, & admissam, Sauonantij debitum pro maiori parte remanserit extinctum, & exigi non potuerit, cum simul, & semel per compensationem † eli- 6
sa pariter, & extincta remanserit eiusdem Rotuli obligatio, cuius vigore ipse d. Sauonantio d. integram summam scutorum 100000. circiter, in qua ille fuit descriptus creditor, liberè, & absque vlla exceptione soluere debuisset nisi mediante d. compensationem remansisset liberatus.

Nec placuit quod pro parte Rotuli dicebatur ipsum promisisse soluere liberè, & sine vlla exceptione cum iuramento, & obligatione Camerali, & consequenter non potuisse † compensare cum debito Sauonantij, qui nec præ- 7
cisè soluere promiserat, nec erat cum iuramento, & forma Cameræ obligatus, ex *trad. per* Cæs. de Graff. *decis.* 3. *nu.* 14. *&* 15. *de solut. cum alijs alleg.* quia si contrapositio fuerat iam facta, & compensatio inducta quoad Sauonantium non intrabat obligatio Rotuli de soluendo, quia ipse non erat in antiquo illius debitor, sed tantùm creditor in dd. scut. 1272. 12. ÷ pro residuo: si verò compensatio facta non fuerat, Rotulus plus fuit consecutus, quàm sibi fuerat à Ruspolo promissum, & quàm ipse poterat prætendere, iuxtà formam d. Instrumenti cessionis, cum Sauonantius, qui vigore Camera-
ralis † obligationis illum vrgere, & ad præcisè, quod sibi de- 8
bebatur, soluendum cogere potuisset absque eo, quod compensare teneretur mitius agendo, suoque fauori renunciando, fuerit contentus compensationem fieri, eaque mediante Rotulum à d. rigorosa obligatione liberari.

Ne-

Neque etiam obstat quod asserebatur Rotulum post d. cessionem realiter, & cum effectu soluisse Sauonantio totum id, in quo ille fuerat descriptus creditor in dictis libris, & bilancio, quia de tali solutione doctum fuit, & potius de contrario constare videtur ex d. relatione peritorum, & sententia lata ad fauorem Sauonantij, & nihilominus cessat etiam difficultas, quia sufficit, quod de tempore cessionis Sauonantius esset verus, & legitimus debitor, & creditor, prout in bilancio continetur, & si verum est, quod Rotulus postea realiter, & cum effectu soluerit, vtique ipse adimpleuit, quod promisit iuxtà formam d. suæ obligationis & potest hodie petere effectualiter solui quod sibi vice versa debetur à Sauonantio, quem ex prædictis claré patet esse in summa in d. bilancio expressa, verum, ac legitimum debitorem, qualem tantum præ-
9 stare, ac manutenere promisit † Ruspolus iuxtà dispositionem *text. in d. l. si nomen vbi* Bald. *ff. de hæred. vel act. vend.* vt superius etiam fuit dict.

Et ex prædictis etiam patet non obstare conuentionem in d. instrumento factam, quod si debitores, & pecuniæ essent maioris quantitatis, quàm creditores d. rationis, Rotulus totum illud plus teneretur restituere Ruspolo, sin autem é contra, creditores essent maioris quantitatis, quàm debitores, & pecuniæ Ruspolus teneretur soluere Rotulo totum illud plus ad omnem eius requisitionem, quia de aliquo creditorum excessu doctum non fuit, immò quoad Sauonantium ex d. relatione peritorum constat potius de contrario, cum ille fuerit repertus in maiori quantitate debitor, quàm creditor.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Infra in eadem causa habetur alia decisio sub die 28. Ianuarij 1628. coram bon. mem. Eminentiss. & Reuer. Card. Virili, est decisio 137.

EMINENTISS. ET REVERNDISS. D. CARD. VBALDO.

Colonien. Canonicatus S. Vrsulæ.

Die Mercurij 27. Ianuarij 1627.

A R G V M E N T V M.

Beneficij immissio vigore subrogationis gratiosæ datur, si apparet illud esse reseruatum, iustificato solummodo clericatu, & possessione eius, in cuius locum fuit facta subrogatio.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficium si appareat esse reseruatum, datur immissio vigore subrogationis gratiosæ, & ad hoc quæ requirantur.*

2 *Beneficium resignatum in Curia, dicitur vacare in Curia, & cadit sub reseruatione clausa in corpore iuris.*

3 *Clericatus probatur per literas patentes Ordinari.*

4 *Probatio melior dari non potest, quàm propria confessio.*

5 *Possessio probatur per publicum instrumentum adeptę possessionis, & probat ad omnes iuris effectus, alio non existente in possessione.*

6 *Ebrietas non probatur per testes, dicendo, quod aliquis bibebat.*

7 *Sanæ mentis quilibet presumitur.*
Pro instrumento, & illius validitate stat presumptio. num. 7.

8 *Possessio beneficij dicitur tradita capitulariter, si totum Capitulum fuit intimatum ad interueniendum, licet non omnes vocati interuenerint, nam totum ius Capituli remanet in illis; qui interueniunt.*

9 *Ordinariè, & non executiuè per viam immissionis est procedendum inter habentes parem titulum.*

10 *Contradictor legitimus ad impediendam immissionem beneficij quis non dicatur.*

11 *Beneficij immissio vigore subrogationis gratiosæ non potest impediri per exceptiones, quæ respiciunt petitorium.*

DECISIO XXXIV.

Dominus Guilielmus Steijmuuech vsque ad anno 1617 resignauit in manibus Papæ Canonicatum S. Vrsulæ, de quo agitur, ad fauorem Domini Gasparis Pauli, qui eiusdem Canonicatus capta possessione, illum postea resignauit, & cessit ad fauorem D. Georgij Pauli Strauij: sed cum postmodum obierit prædictus Guilielmus, fuit de eodem Canonicatu, tamquam per obitum vacante, prouisus à Capitulo vigore precum imperialium Alexander Simonis, qui cum prætendat se esse in possessione, & causa fuerit in Rota introducta, dubitatum fuit, An D. Georgio esset danda immissio vigore subrogationis gratiosæ, quia ad partes expediuit, & per quam subrogatur in ius, & possessionem, tàm Guilielmi primi resignantis, quàm Gasparis secundi, & Domini vtraque parte informante affirmatiué responderunt.

Quia quotiescunque apparet, beneficium † esse reser- 1
uatum, datur immissio vigore subrogationis gratiosæ, iustificato solummodo Clericatu, & possessione eius, in cuius locum fuit facta subrogatio, Seraphin. *decis.* 5426. *num.* 1. Rota *decis.* 154. *par.* 1. *& decis.* 195. *par.* 2. *in recent.* & tenuit Rota *in Cæsaraugustana Parocchialis de Cosuenda* 13. *Nouembris* 1620. *coram R. P. D. Pirouano, & in alijs.*

In casu autem nostro omnia supradicta requisita fuerunt sufficienter iustificata: nam de reseruatione constat ex resignatione facta in Curia in manibus Papæ, tam per
Guilielmum, quàm per Gasparem, quo casu † beneficium 2
dicitur vacare in Curia, & ideò cadit sub reseruatione clausa in corpore iuris vigore *c.* 2. *de præben. in* 6. Rota *dec.* 5. *nu.* 4. *de rer. permut. in nou.* Put. *decis.* 38. *in fin. nu.* 2. *lib.* 2. *in nou.* Pasis. *de resignat. lib.* 9. *q.* 14. *n.* 1. & dixit Rota *in dicta Cæsaraugustana Parocchialis, & anteà in montis Falisci Cappellanię* 30. *Iunij* 1606. *coram bon. mem. Cardinal. Lancellotto.*

De Clericatu verò † non dubitatur, & de eo constat 3
per literas patentes Ordinarij, *glos. in ca. Inter quatuor de Cler. pereg.* Rot. *decis.* 16. *de probat. in antiq.* Rebuff. *in praxi* 1. *par. in for. liter, tonsur. nu.* 22.

De possessione pariter dubitari non potest, tàm respectu primi, quàm secundi resignantis; Nam possessio dicti Guilielmi probatur ex confessione alterius partis in commissione Rotali, vbi explicité fatetur pacificam possessionem Guilielmi de tempore resignationis, *vt in Sum.* 4. *n.* 6 qua confessione † nulla melior potest dari probatio, *cap. Per tuas de prob.* Aym *cons.* 61. *num.* 3. Rot. *decis.* 98. *n.* 2. *par.* 2. *diuers.*

Possessio verò D. Gasparis probatur per publicum † In- 5
strumentum adeptæ possessionis, quod datur in dicto Summario num. 7. & probat possessionem ad omnes iuris effectus, alio in possessione non existente, *l. Prædia, vbi* Bart. *ff. de acquir. poss. l. Non idcircò, vbi* Bald. *C. de fid. instrum.* Rot. *diuers. decis.* 202. *n.* 3. *par.* 5. *& decis.* 62. *n.* 1. *par.* 2. Cassad. *decis.* 20. *in fin. de preben.* Put. *decis.* 350 *num.* 4. *lib.* 5. *secundum nou. impress.* & fuit dictum in Augustan. Hospitalis 21. Februarij 1611. coram bon. mem. D. meo Vbaldo, & sæpè in alijs.

Neque visa sunt obstare ea, quæ fuerunt opposita contra supradictam reseruationem, & in primis, quod resignatio Guilielmi esset inualida ex defectu consensus eiusdem Guilielmi, sub prætextu quod fecerit supradictam resignationem, dum existebat in ebrietate, Quia DOMINI responderunt, hanc ebrietatem non esse aliquo modo
probatam, cum testes † deponant quidem, quòd Guiliel- 6
mus resignans, & Gaspar resignatarius biberent, non autem aliquid dicunt circa ebrietatem, & testes Instrumentarij, qui pro hac parte dantur in *Summario additionali. nu.* 1. deponunt de contrario, quòd dictus Guilielmus tempore resignationis non erat, & quod fuit facta ista resignatio li-
berè, sine dolo, & fraude, & quod ipse erat † sanæ mentis, 7
prout in dubio præsumitur, Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 2. *tit.* 5. *nu.* 2. prout pariter præsumptio stat pro Instrumento, & illius validitate, Bald. *in l. quoties, in fin. C. de iudic.* Rot. *decis.* 127. *n.* 2. *post* 2. *vol. cons.* Farin.

Non obstat, quod possessio Gasparis vltimi resignantis

non

no i fuerit capitulariter capta; tum quia prædictus Geor-
gius fuit vt dixi, subrogatus tam ad possessionem Guiliel-
mi, quàm Gasparis, & sic sufficeret constare possessione
dicti Guilielmi primi resignantis; tum quia licet in tra-
denda possessione dicto Gaspari non interfuetint nisi Ab-
8 batissa, & vnus Canonicus, tamen cum † fuerint factæ
monitiones de ordine Abbatissæ ad congregandum Capi-
tulum, & fuerint vocati omnes Canonici tunc existentes,
hoc videtur sufficere, nam si vocati noluerunt venire, to-
tum ius Capituli remansit in Abbatissa, & Canonico, qui
interuenit, & sic possessio per eos data Gaspari, fuit capi-
tulariter capta, Abb. *in cap. Cum omnes, col. fin num. 13. versic. Tamen vnam diuersitatem de constit.* Put. *decis. 283. lib. 3. in non.*

Non obstat, quòd Alexander habeat parem titulum vi-
gore precum imperialium, & sit in possessione, vndè in-
9 tret regula, quod inter habentes † parem titulum proce-
dendum sit ordinariè, & non exequutiuè per viam immis-
sionis. Quia cum dictus Alexaoder non veniat ex eadem
vocatione, per resignationem, sed diuersa, per obitum,
nec ex eodem fonte, scilicet, à Sede Apostolica,
nec habeat similem subrogationem, non habetur pro legi-
10 timu contradictore † ad impediendam immissionem, vt
fuit sæpissimè tentum in Rota, Caputaq. *decis. 329. par. 1. & fuit resolutum in Pampilonen. Parochialis de Arcoz. 4. Maij 1613. coram bo. me. D. meo Vbaldo, in Barbastren. Prioratus 11. Ianuarij 1616. coram R. P. D. Verospio, & in Ratisbonen. Canonicatus 17. Nouembris 1617. coram R. P. D. meo Pirouano, & in alijs.*

Non obstat defectus publicationis resignationis iuxtà formam Constitutionis Gregorij XIII. quia illud obiectum hodiè cessat ex facto, cum in Summario Georgij num. 5. detur Instrumentum publicationis, vbi Notarius coram testibus asserit, fuisse adimpleta omnia seruanda iuxta formam dictæ Constitutionis, vltra quod gratia Georgij capit etiam vacationem ob non publicationem.

Non obstat exceptio de assequutione alterius Canonica-
tus incompatibilis. Quia incompatibilitas non probatur,
& in omnem casum, tam ista exceptio, quàm alia proxi-
mè adducta respiciunt petitorium, & tanquam requiren-
11 tes altiorem indaginem non possunt impedire † immissio-
nem vigore supradictæ subrogationis gratiosæ, vt dixit
Rota in *Iacen Parochialis 23. Iunij 1603. coram bo. me. Cardinali Pamphilio, & in Veronen. Canonicatus 8. Decemb. 1604. coram Illustriss. Card. Millino relatis per* Modern. Bonon. *de acquir. poss. qu. 18. art. 1. sub nu. 29.*

Et ita decisum.

Infra in eadem causa habetur alia decisio sub die 1. Maij 1627. coram eodem Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Vbaldo, est decisio 66.

REVERENDIS. P. D. VRGELLEN.

Florentina subdecanatus.

Die Mercurij 27. Ianuarij 1627.

A R G V M E N T V M.

Iurispatronatus quasi possessio defuncti non transit in successorem, nec ex tali possessione potest concedi mandatum de manutenendo, sed requiritur, quod interueniat actualis præsentatio, quæ effectum sortita sit.

S V M M A R I V M.

1 *Præsentandi quasi possessio non acquiritur, absque actuali præsentatione, quæ effectum habuerit.*
2 *Quasi possessio defuncti non transit in successorem. Possessio, vt acquiratur, vel retineatur, requiritur animus nu. 2.*
3 *Animus defuncti ad successorem non transit.*
4 *Patris possessio non continuatur in filium, sed opus est noua apprehensione.*
5 *Possessio defuncti, sicuti non transit in successorem, vel hæredem vniuersalem sine noua apprehensione, ita nec in successorem singularem.*
6 *Possessio transferentis in exigendo pensionem, non transit in translatarium.*
7 *Legatarius debet capere rem legatam de manu hæredis, & non potest prius circa eam exercere actus habiles ad acquirendam possessionem.*
8 *Text. in l. cum hæredes, ff. de acquir. possess. procedit tam in rebus corporalibus, quàm incorporalibus.*
9 *Quasi possessio acquiri non potest, nisi per actum proprij exercitij, scilicet per vsum, & exercitium iuris incorporalis.*
10 *Quasi possessio in hæredem, vel successorem particularem non transit ante vsum, & exercitium illius iuris.*
11 *Possessio, quæ est penes defunctum, per eius mortem extinguitur, & illa possessio, quæ post capitur ab hærede, non potest dici eadem possessio, sed diuersa.*
12 *Iurispatronatus quasi possessio non transfertur in successorem siue vniuersalem, siue singularem, sed in eo opus est nouo vsu, & exercitio.*
13 *Statutum, quando extat, de continuanda possessione in successorem, illud nihil operatur, quoad quasi possessionem præsentandi.*
14 *Quasi possessio iurispatronatus versatur circa spiritualia, & ideo non subijcitur statutis Laicorum.*
15 *Successori non datur manutentio ex possessione defuncti.*
16 *Quasi possessio, & dari, & cedi potest, & si hoc potest fieri inter viuos, videtur quod etiam in vltima voluntate possit fieri.*
17 *Possessionis cessio in vita facta, ideo tenet, quia cedens possidet, & sic transfert, quod est, & ipse habet: sed secus est, si possessio legetur, & num. 19.*
18 *Testator, si legat rem, quæ sua morte est peritura, non tenet tale legatum.*
20 *Possessio si transferatur in vita post mortem, vt si quis constituat se post mortem sua nomine alterius possidere, tunc non transfertur possessio, nec clausula, constituti, aliquid operatur.*
21 *Testator si constituat, se in testamento possidere pro hærede, vel legatario non valet tale constitutum.*
22 *Possessio, si per legem, aut statutum absque noua apprehensione solo ministerio legis possit transferri, idem etiam fieri posse ex voluntate testatoris.*
23 *Lex sola est, quæ fingere potest, quod non est, non autem homo.*
24 *Iudex non potest facere, vt transferatur possessio sine actuali apprehensione.*
25 *Possessio in legatarium transfertur, si testator non solum per viam legati, sed etiam omni meliori modo eam reliquit, quod limita nu. 26.*
27 *Possessio non transfertur in absentem ex illius donatione, seu constituto inter viuos, si donans, vel constituens moriatur ante acceptationem.*
28 *Iuris patronatus possessio acquiritur, si sit capta possessio de castro legato, cui cohæreat ius patronatus.*
29 *Ex possessionis apprehensione vnius prędij, non infertur ad possessionem alterius.*

DECISIO XXXV.

VAcauit Subdecanatus Ecclesiæ Florentinæ, & contendentibus diuersis patronis, nec non ab eis respe- præsentatis super pertinentia iurispatronatus, D. Octauia Capponia vna ex prædictis assertis patronis, iosletit aote omnia dari dubium, qois eorum sit in quasi possessione præsentandi: Sed qoia alij nempè Baiulius, & fratres de Puccis, & D. Lucretia, & fratres de Venturis nihil adduxerunt, vnde iustificari posset, eos esse in dicta quasi possessione, fuit propterea solummodo disceptatum, an constaret de quasi possessione prædictæ D. Octauiæ, & fuit negatiuè resolutum; & proinde nemini patronorum dandum esse mandatum de manutenendo.

In

In primis enim D. Octauia non potest quasi possessio-
nem prætendere ex propria eius persona, ex quo nunquam
1 præsentauit, cum tamen quasi possessio † præsentandi non
quæratur absque actuali præsentatione, quæ effectum sit
sortita, Calder. de iure patronatus, cons. 12. Oldrad. cons.
229. num. 2. Racch. de Cur. in tract. de iure patronatus verb.
competens, num. 35. Gonzal. ad reg. 8. glos. 18. num. 76. Caputa-
quen. decis. 418. part. 2.

Nec etiam est in dicta quasi possessione ex persona Ro-
berti Pandulphi quandam sui mariti, qui ei dictum iuspa-
tronatus legauit, sequuta confirmatione Ordinarij; quia
2 quasi possessio † defuncti non transit in successorem, l. cum
hæredes ff. de acquirenda possessione l. si de eo §. vltimo ff. ad
exhib. Quando quidem ad acquirendam, & retinendam
possessionem requiritur animus, l. quemadmodum ff. de ac-
quirenda possessione & l. licet C. eodem. Animus autem de-
3 functi † ad successorem non transit, l. 4. ff. locat. l. sed si ita
legatum §. illi si volet ff. de legat. 1. Cephal. consil. 30. numer. 8.
lib. 1. Ioseph Ludou. decis. Perus. 69. num. 11. vnde ob ean-
4 dem rationem nec in suum hæredem patris † possessio con-
tinuatur sed opus est noua apprehensione, glos. in d. l. cum
hæredes verbor. pertinet, & ibi Bartol. & in l. suis, numer. 5.
ff. de liber. & posthum. Bald. in l. fin. numer. 2. C. de edict. diu.
Adr. tollen. Roder. Suar. in l. 8. tit. de las herencias libro 3. fori
num. 12 Gutier. in repet. text. in §. sui num. 66. instit. de hære-
ditate qualitate, & differ.

Et sicut in hæredem, seu successorem vniuersalem non
5 transit † defuncti possessio sine noua apprehensione, ita
nec in successorem singularem, glos. in l. cum duobus § idem
respondit il 2. in verb. dominium ff. pro socio, Alexand. in d. l.
cum hæredes, num. 2. Gomes. super regula de annal. quæst. 14.
& 15 Rota part. 1. recent. decis. 122. num. 3. & 11. coram Gre-
6 gor. XV. decis. 57. vbi quod possessio † transferentis in exi-
gendo pensionem non transit in translatarium: & multo
minus transfertur possessio in singularem successorem ti-
tulo legati, quia in eo vltra generalem rationem supra tra-
7 ditam, vrget etiam illa, quod cum debeat rem legatam † ca-
pere de manu hæredis, non potest prius circa eam exercere
actus naturales habiles ad acquirendam possessionem, &
sic incipere possidere, quàm ei res legata ab hærede trada-
tur, aut consignetur.

8 Et in vniuersum dispositio † textus in dict. l. cum hære-
des, indistinctè, & absolutè procedit non solum in rebus
corporalibus, sed etiam in incorporalibus, quatum quasi
9 possessio † acquiri non potest, nisi per actum proprij facti,
scilicet per vsum, & exercitium iuris incorporalis, l. quoties
20 ff. de seruit. l. 2. vbi DD. ff. de seruit. & acquiren. Bart. in
l. 1. §. huius autem interdicti ff. vti possid. Puteus decis. 269.
10 num. 3. igitur nec rei incorporalis quasi possessio † in hære-
dem, aut successorem particularem transit, ante vsum, &
exercitium illius iuris, Tiraquell. in tract. de mort. saisit in
4. part. declar. 7. & in præfat. d. tract. declar. 3. 4. & seqq. Ga-
br. cons. 185. num. 7. lib. 2.

Vnde necessariò sequitur, vt eo ipso quod possessio de-
functi non transfertur, quod postquam per nouum actum,
aut vsum rei est apprehensa per successorem non potest di-
11 ci † eadem possessio antecessoris, sed diuersa, itaut illa,
quæ fuit penes defunctum fuerit extincta, & alia noua in
hærede producta, d. l. cum hæredes §. 1. ibi, noua possessione
opus sit, l. is qui pro emptore §. si quis bona fide ff. de vsucap.
ibi, quia initium secundæ possessionis vitiosum est, quia
text. loquitur in singulari successore secundum Bart. & DD.
ibidem Anton. Gom. ad leg. 45. Tauri num. 118. & Molin. de
hispan. primog. lib. 3. cap. 12. num. 22.

Et tandem ad rem, de qua agitur accedendo, ex supra-
dictis emanat illa non minus vera, quàm recepta iuris
12 conclusio, quod quasi possessio iurispatronatus † non trans-
fertur in successorem siuè vniuersalem, siuè particularem,
sed in eo opus est nouo vsu, & exercitio illius iuris, Meno-
ch. de retin. rem. 3. num. 57. versic. extenditur, & in puncto
Gonz. glos. 34. num. 108. Garz. de benef. part. 5. cap. 5. num. 35.
cum sequentibus, & reprobato Lambertino qui contrarium,
tenuit Achil. decis. 5. de caus. possess. & propr. Caputaq. de-
cis. 426. part. 2. Mantic. decis. 88. num. 5. & Rot. decis. 260. nu.
4. & decis. 337. num. 3. par. 2. recent. & apud Reuerendissimum
Dominum meum Decanum decis. 464. num. 3.

Et est adeo vera dicta conclusio, vt procedat etiam in
13 fortioribus terminis, nempè quandò extat † statutum de
continuanda possessione in successorem, quia illud non in-
trat, nec aliquid operatur, quoad quasi possessionem iuris
præsentandi, vt reprobata dec. Caputaquen. 2. 1. par. 3. te-
nuit Rot. d. decis. 260. num. 4. part. 2. recent. & in Asculana
Iurispatronatus 18. Martis 1622. coram bon. mem. Buratto,
& in alijs adductis per Adden. ad decis. Gregor. XV. 222. &
ratio est, quia cum quasi † possessio iurispatronatus versa- 14
tur circa spiritualia, meritò non subijcitur similibus statu-
tis, ad text. in cap. 2. & 3. de Iudic.

Ex quibus clarè patet, quod nec D. Octauia iuxta iuris
regulas superius firmatas, potest tanquam legataria dicti
iurispatronatus prætendere, quod sit in quasi possessione
ex persona Roberti testatoris, cuius possessio eius morte
fuit extincta, quæ ideo non potuit in eam transferri, nec
ipsa ex ea iuuari ad effectum † manutentionis, Menoch. 15
de retin. remis. 3. num. 57. vbi quod successori ex persona
defuncti non datur interdictum retinendæ; vnde superest
solum adductis in contrarium respondere.

Et primò, non obstat quod nedum legauit Octauiæ
iuspatronatum, sed etiam quasi possessionem præsentan-
di, quæ propterea videtur in eam translata, cum quasi † 16
possessio, & dari, & cedi possit, Bald. cons. 4 6. num. 5.
vers. 4. præmittendum est volum. 3. quod si fieri potest inter
viuos, videtur quod etiam in vltima voluntate, l. 1. C. de
sacrosanct. Eccles.

Quia fuit bene responsum, quod cessio possessionis fa-
cta in vita, & possessionis legatum longè differunt: etenim
tempore quo fit cessio † cedens possidet, & sic transfert, 17
quod est, & ipse habet, cum autem legatum possessionis
sicut & testamentum, nec in vita testatoris, nec in pun-
cto mortis, quod vitæ, & non morti attribuitur, l. qui
diuus. 15. §. hæc verba ff. de manumis. testam. effectum ha-
beant, sed post mortem conferantur, impossibile est,
quod possessio per legatum transferri possit, non in vita,
seu morte testatoris, & sic dum ipse possidebat, quia eo
tempore, legatum quod post mortem confertur, non po-
terat habere effectum non etiam post mortem, quia mor-
te testatoris possessio extincta fuit, ideoque non valet le-
gatum de ea factum: sicut in simili, quando aliquis † 18
legat ius, quod habet in re morte sua periturum non te-
net legatum: vt si ab vsufructuario legetur vsusfructus,
l. quod in rerum §. 1. ff. de legat. 1. l. vxor patrui C. de legat.
Pereg. cons. 61. num. 10. vol. 1. & in puncto ob dictam ratio-
nem, quod legatum possessionis sit nullum, † & quod 19
per illud possessio non transferatur, clarè sentit Ias. in l. quo-
ties. 16. a. C. de rei vendic. & clarius in l. nemo potest num.
35. vers. secundò adde ff. de legat.

Et idem est quando in vita † transfertur possessio post 20
mortem, vt si alienatione, vel contractu, quis consti-
tuat se post mortem suam nomine alterius possidere, quia
tunc non transfertur possessio, nec clausula Constituti
aliquid operatur, ex quo Constitutum confertur in tem-
pus, in quo non fit possessio penes constituentem, immò
extincta sit per mortem eius, Bald. in cap. 1. de confirmat.
vtil. vel inutil. num. 13. Angel. Perus. in l. quamuis §. si con-
ductor num. 1. ff. de acquiren. possess. & ibi, Cuman num.
2. Alex. num. 7. & cons. 82. num. 11. Ias. in d. l. nemo potest nu.
35 vbi quod si † testator constituat se in testamento possi- 21
dere pro hærede, vel legatario non valet Constitutum,
Tiraq. de iur. constit. par. 3. limit. 3. & latè Anton. Gom. ad
l. 45. Tauri num 98. vers. 6. & singulariter.

Non obstat etiam si dicatur, quod si † per legem, aut 22
statutum potest transferri possessio sine noua apprehensio-
ne solo ministerio legis, idem etiam fieri posse ex volunta-
te testatoris ad text. in auth. de nupt. §. disponat, quia
adest magna disparitatis ratio; lex † enim sola est, quæ 23
fingere potest quod non est, non autem homo, l. si forte.
8. ff. de castr. pec. ideoque ipsa sola potest facere, quod
transferatur possessio iam extincta Alex. cons. 1. num. 8. vo-
lum. 1. Cassad. decis. 7 num. 18. de caus. poss. & prop. & Rot.
apud Greg XV. decis. 546 num. 10. vbi quod † iudex non 24
potest facere, vt transferatur possessio sine actuali ap-
prehensione: ex quibus etiam tollitur quod ex aduerso
pro Octauia dicebatur, translatam fuisse possessionem
per dictum legatum, ex quo fuit per Ordinarium confir-
matum.

Nec releuat si prætenderetur, quod legatum possessio-
nis continet virtualiter donationem inter viuos, dum te-
stator † non solum per viam legati, sed etiam omni alio 25
meliori modo possessionem Octauiæ reliquit, & dona-
uit, quo casu transfertur possessio in legatarium, Ias. in
d. l. quoties num. 16. quia vltra quòd, semper verum erit,
quod effectus fuit collatus post mortem testatoris, & sic
in tempus inhabile. Respondetur, quod etiam si testa-
tor

26 tor † simpliciter, & de præsenti possessionem dedisset, dum in eius vita non fuit sequuta acceptatio, possessio non fuit translata, ad tradita per Couar. *in rubr. de te-*
27 *stam. part. 5 num. 33.* & in puncto quod ex donatione † possessioni, seu constituto inter viuos non transferatur possessio in absentem, si donans, aut constituens moriatur ante acceptationem, Anton. Gom. *ad l. 25. Tauri num. 98. in fin.*

Non obstat tandem quod D. Octauia sit in quasi possessione, quoad alia in eodem legato comprehensa, quia iuris patronatus huius beneficij alijs rebus legati non cohæret, tanquam sub titulo vniuersali, prout si fuisset
28 legatum Castrum, † cui cohæret ius patronatus, *iuxta decis. 1. de iure patron. in nou.* Peregr. *de fideicomm. art. 48. num. 76.* sed habet suum titulum, & fundationem particularem, ideoque requiritur specialis apprehensio quasi possessionis respectu ipsius, sicut ex apprehensione
29 possessionis † vnius prædij non infertur ad possessionem alteris, *l. 1. §. veteres, & ibi glos. ff. de acqu. possess.* Ias. *in princip. l. 3. num. 30. ff. eod.* Pan. *in c. cum aliquibus num. 8. de sent. & re iud. & in fortioribus terminis* Couar. *var. resol. lib. 3. c. 16. num. fin.*

Et ita decisum vtraque &c.

☞ In eadem causa infra in hac parte habentur aliæ decisiones coram eodem Reuerendissimo Vrgellen. idest sub diebus 22. Maij 1628. & 20 Decembris eiusdem anni sunt decisiones 175. & 228. Et in part. 3. adest alia sub die 28. Aprilis 1636. coram Illustriss. D. Patriarcha Constantinopolitano est decisio 125.

REVERENDISSIMO COCCINO.

Sabinen. Castri Montis Rotundi.

Die Lunæ 8. Februarij 1627.

A R G V M E N T V M.

Licèt Leges, & Constitutiones respiciant futura negotia, tamen aliud est, si hoc sit expressum. Constitutio generaliter loquens, quando comprehendat minores, & alia de quibus in summario.

S V M M A R I V M.

1 *Leges, & Constitutiones futuris negotijs dant formam, non autem præteritis, sed fallit, si hoc sit expressum.*
2 *Lex semper loquitur.*
3 *Dictio (ipsorum) est relatiua præcedentium, & demonstratiua ad oculum personarum supra expressarum.*
4 *Dictio (quocumque) nihil excludit, sed comprehendit omnem significationem nominis, cui adijcitur, etiam si improprijssima, & num. 28.*
5 *Dictio (quocunque) videtur quodammodo effrenata, & nullo obice continetur, quominus omnia comprehendat.*
6 *Constitutio, si vtatur verbis, (& quouis modo, tenta, & possessa) non patitur restrictionem, & includit omnes modos tenendi, & possidendi.*
7 *Dictio (supradicti) est repetitiua præcedentium, ac idem importat, ac si omnia præcedentia specificè essent expressa.*
8 *Hæres in effectu intelligitur adita hæreditate.*
Hæres non dicitur, antequam testamentum aditione hæreditatis sit confirmatum. num. 8.
9 *Qui vult vnum, censetur etiam velle aliud, sine quo illud, quod vult, stare non potest.*
10 *Per verba (teneant, & possideant) respectu successorum consideratur tempus præsens, & futurum, & quare.*
11 *Constitutio, si vtatur dictionibus (ex alia quacumque causa) comprehendit nedum omnes casus supra enumeratos, sed alios quoscunque casus.*
Et amplia etiam si sint casus diuersi ab expressis, & includit omnia omissa in speciali enumeratione. num. 11.
12 *Dictio (similiter) inducit dispositionem similem præcedenti.*
13 *Lex, si generaliter loquitur, debet generaliter intelligi.*
14 *Statutum, si disponat, quod Iudex viso instrumento capi faciat debitorem, nec possit opponi contra instrumentum nisi exceptio quietationis, solutionis, & falsitatis, tunc illud statutum habet locum etiam in instrumentis ante statutum confectis.*
15 *Lex noua superueniens super actus executione disponens, trahitur ad actus habentes originem de præterito, & exequationem de futuro.*
16 *Proemium alicuius Constitutionis non facit ius, licet denotet causam finalem.*
17 *Constitutio generaliter si loquatur, & casus expressi non possint comprehendi sub ratione proemij, ratio proemii non dicitur finalis, sed impulsiua.*
18 *Constitutionis verba, quando sunt clara non recipiunt interpretationem proemio.*
19 *Nemo præsumitur velle sibi restringere suam liberam facultatem, quam habet.*
20 *Constitutionis verba, quando sunt clara, tunc veritas est attendenda, & non aliorum opinio.*
21 *Specialia duo non possunt concurrere in eodem subiecto.*
22 *Specialia dicuntur miracula, & ideo non concurrunt in eodem subiecto.*
23 *Lex respiciens præterita, nunquam tollit ius quæsitum, & hoc maximè, si admittantur alia specialia.*
24 *Specialia plura circa idem, quando sunt, sunt inducta à lege, possunt concurrere & admittuntur.*
25 *Dictio, quoscunque, in fine posita ad omnia refertur.*
26 *Successores sunt correlatiui ad antecessores.*
27 *Antecessorum nomen est generale, & ideo est aptum comprehendere nedum antecessores per lineam rectam, sed etiam transuersales.*
29 *Constitutio, si loquatur de personis, etiam quia de illis loquatur ratione rei, non debet esse realis.*
30 *Constitutio simpliciter, si loquatur, se extendit etiam ad minores.*
31 *Statutum deferens lucrum dotis, vxore præmoriente sine filijs, locum habet etiam in minore dante dotem seruatis solemnitatibus.*
32 *Statutum, si cogat affinem ad compromissum, comprehendit etiam minorem.*
33 *Statutum adimens robur instrumentis non registratis comprehendit etiam minores.*
34 *Constitutio, quæ loquitur in rem, comprehendit etiam minores, & amplia, num. 35.*
36 *Statutum, quando est correctorium iuris communis, vel ab eo exorbitans, non comprehendit personam minoris.*
37 *Surd. decis. 49. num. 9. declaratur.*
38 *Minor comprehenditur sub statuto iuris communis correctorio, si non sit in iure, neque in alia dispositione specialiter priuilegiatus.*
39 *Minor non comprehenditur sub statuto, vel lege, quando agitur, vt ipse teneatur ex aliquo facto extrinseco, per ipsum perpetrato, vide n. 40. & 41.*
42 *Statutum quotiescumque est irrationabile, non comprehendit minores.*

Statuta

Statuta generaliter si loquantur, quamuis exorbitent à à regulis iuris communis, comprehendunt minores. num. 42.

43 *Statuto faciunt ius municipale, & respectu loci, vbi vigent, habentur pro iure communi.*

44 *Fideicommisso erant incognita ante legem 12. tabularum, & illorum vsus incæpit temporibus Augusti Cæsaris.*

45 *Constitutio, si reducat aliquid ad terminos iuris antiqui, non potest dici irrationabilis, & odiosa.*

46 *Constitutio dicitur fauorabilis, si emanat principaliter ad fauorem creditorum, licet resultet in aliorum, damnum. & num. 48.*

47 *Constitutio, si loquatur de vulneribus, non extenditur ad verba iniuriosa.*

48 *Expressio falsa aliquid non vitiat, si contineat solum æquiuocum qualitatis extrinsecæ, & constet de voluntate.*

49 *Sed secus esset, si æquiuocum versaret circa causam finalem, super qua fundatum esset.*

50 *Subhastatio corruit, si non constat de debito.*

51 *Super exceptionibus oppositis à parte, an sit pronunciandum, vel sint expresse reijciendæ.*

52 *Iudex, si examinato exceptione, procedat ad vlteriora, valet processus, quamuis super illa exceptione expressè non pronunciauerit.*

53 *Iudex procedendo ad vlteriora; videtur pronunciare super exceptione, quæ si non esset tacitè reiecta, annullaret processum.*

54 *Iudex procedendo ad vlteriora, non pronunciando super exceptionibus. non videtur fecisse in contemptum legis, sed tacitè eas reprobasse causa cognita.*

55 *Et isto causæ cognitio interuenisse dicitur, quando Iudex, post aliquod tempus processit ad vlteriora.*

56 *Abundans cautela non nocet.*

57 *Citatio, vbi non est necessaria, si fiat nulliter, non propterea actus redditur nullus.*

58 *Clausulæ, summariæ, solo facti veritate inspecto, manu regia, &c. quid importent.*

59 *Clausula sine strepitu, & figura iudicij, operatur quod Iudex possit iubere rem capi, & distrahi.*

60 *Clausula non obstantibus, derogat omnibus, in contrarium facientibus. & num. 71.*

61 *Nullitates sunt introductæ de iure positiuo.*

62 *Papa in iis, quæ sunt iuris positiui, omnia potest, & illius voluntas habetur pro ratione.*

Et potest pro libito suæ voluntatis in totum ius quæsitum. tollere. num. 62.

63 *Papæ potestas est adeo ampla, quod de eo disputare, est ponere os in Cælum.*

64 *Papæ potestas est pro causa in iis, quæ sunt iuris positiui, & dubitans. de hoc, dubitat de fide.*

65 *In alienatione rerum minoris, requiritur causa, & multæ aliæ solemnitates.*

66 *Constitutio disponens, quod bona possint vendi iure creditoris pro debitis antecessorum, non potest minor sub prætextu, quod non sint seruatæ solemnitates d. alternationem reuocare.*

67 *Bald. in cons. 184. incip. Ad intelligentiam, lib. 1. declaratur. & num. 68.*

69 *Forma data in constitutione, sit illa sis seruata, non requiritur alia solemnitas.*

70 *Verbum superioris qui habet, non indiget verbo inferioris.*

Solemnitas omnis censetur remissa per commissionem, & Indulgentiam Papæ. num. 70.

71 *Clausula, quorum tenores, operatur expressionem illorum quæ possent obesse.*

73 *Minoris priuilegio clauso in corpore iuris, an possit derogari per clausulas generales positas in aliqua constitutione. & num. 75.*

74 *Papæ mens, quod velit derogare priuilegiis minorum potest constare tam ex clausulis positis in parte executiua, quàm dispositiua.*

76 *Speciale vnum, quando veniat subordinatè post alium.*

77 *Minoris bona, quando venduntur, incipiendum est à minus damnatis.*

78 *Restitutio in integrum aduersus sententiam non datur, quæ transitum fecit in iudicatum.*

DECISIO XXXVI.

OBijt de anno 1594. Valerius Vrsinus Dominus, & possessor medietatis Castri Montis rotundi, cui, vt prætenditur, ex fideicommisso maiorum successit D. Paulus Æmilius Vrsinus, & cum postmodum de anno 1596. superuenerit Constitutio Baronum san. mem. Clementis VIII. quæ est 41. in ordine, instituens Congregationem super Baronibus status Ecclesiastici, cum iurisdictione eorum Castra, & bona etiam fideicommissis, &c. subiecta, distrahendi pro satisfactione creditorum, & fuerint relaxata mandata contra bona hæreditaria D. Valerij, illaque præsentata Congregationi, insimul cum vno relaxato in vita ipsius Valerij prædicta Congregatio, iuxta formam Constitutionis, die 16. Iunij 1596 cæpit possessionem nomine Cameræ medietatis dicti Castri, & subsequentibus diebus aliorum bonorum ad commodum tamen creditorum prædicti Valerij, & post mensem apposuit edicta, & in tertio edicto, sub die 4. Nouembris 1596 vltra bona apposita in primis edictis, fuit dictum: *Item tutti li beni, & iure hereditaria del q. Signor Valerio sopro Monte Rotondo, & tali, quali sono*. Et die 4. Ianuarij 1597. fuerunt dicto D. Paulo Æmilio adiudicata omnia, & singula bona hæreditaria, ac iura, & actiones hæreditariæ dicti Valerij, de quibus in vltimo edicto, hac tamen lege, & conditione, vt dictus D Paulus Æmilius intra certum tempus satisfaceret omnibus creditoribus Valerij, aliàs Congregatio reseruauit sibi facultatem procedendi ad deliberationem ratæ Montis Rotundi, & ad recuperationem bonorum eidem D. Paulo Æmilio deliberatorum, ac ad alia remedia opportuna, Congregationi beneuisa, pro satisfactione creditorum. Et cum dictus D. Paulus Æmilius non modo non satisfecerit, sed dixerit obligationem suam nullam; Congregatio, præuijs edictis, de quibus infra dicetur in quarta inspectione, dictam medietatem Castri deliberauit ad fauorem D. Franciotti Vrsini, & D. Paulus Æmilius, prosequendo iudicium nullitatis suæ obligationis in Rota, obtinuit per san. mem. Gregorium XV. tunc Rotæ Auditorem super illa pronunciari.

Pendente causa fideicommissi coram me, interdictum D. Paulum Æmilium, & filios dicti Franciotti, die 15. Decembris 1621. dubitaui, An iste casus comprehenderetur in prædicta Bulla, quod dubium fuerat prius disputatum de ordine san. mem. Pauli V. coram bon. mem. Francisco Penia de anno 1606. & tunc nihil resolutum. Effectus autem dubii coram me erat, vt videretur, An dicto D. Paulo Æmilio competeret restitutio in integrum aduersus sententiam latam per Congregationem deputatam per san. mem. Paulum V. præuia decisione facta, & extensa per Reuerendiss. D. meum Patriarcham Antiochenum, & cum tunc solus D. Paulus Æmilius informauerit, & alia pars dilationem petierit, vt maturius procederetur, Domini remiserunt causam ad Reges, & quemadmodum par erat, ordinarunt, vt omnes Domini causam viderent; Cùmque ad alias disputationes progressum fuerit, hodie reassumptis per Dominos, qui tunc erant in Rota, scripturis datis pro parte D. Pauli Æmilij, & communicata copia aliis, proposui idem dubium, quod habet quinque inspectiones principales.

Prima est, vt viddatur, An Bulla habeat locum, cum Valerius debitor obierit, antequam dicta Constitutio emanauerit, & D. Paulus Æmilius iam successerat, & erat in possessione.

Secunda, An Bulla comprehendat etiam mandata relaxata pro debitis transuersalis, qualis erat Valerius respectu D. Pauli Æmilij.

Tertia, An Constitutio comprehendat etiam minores, qualis præsupponitur D. Paulus Æmilius tunc fuisse.

Quarta, An subhastatio fuerit facta pro debito eiusdem Pauli Æmilij, ita vt annullata ipsius obligatione, corruant quoque subhastatio, & inde sequuta.

Quinta, An in subhastatione, & deliberatione facta fuerit seruata forma Constitutionis.

Quantum artinet ad primam inspectionem, licèt regu-
lariter loquendo, leges, † & Constitutiones futuris ne- 1
gotijs dent formam, non autem ad facta præterita reuocentur, secus tamen est, quando nominatim de præterito, & adhuc pendentibus negotijs cautum sit, vt est *text. ad litteram in l. leges 2. C. de legib. cu. 2. & c. vl. de Const. vbi DD. glos. in c. 1. in ver. receperit de cler. non resid. in Sexto, & in Clem. 1. in ver. deputatis. de testam. & in Clem. 2. in posterum de ætate, & qualit.* Calt. *cons. 341. in princip. lib. 1.* Siluestr. *in ver. lex q. 23.* Azor. *instit. mor. tom. 1. cap. 16. q. 13. lib. 5.*

lib. 5. Ioan. de Salas *de leg. q.* 97. *tract.* 14. *dispat.* 21. *sect.* 7. *num.* 17. *&* 18. *cum seqq.* in proposito autem Constitutio in §. 2. incip. *Nos hisce malis*, deputat Congregationem, vt omnibus, & singulis creditoribus Baronum, aut ipsorum parentum, seu antecessorum, vel auctorum quorumcumque, qui de ipsorum creditis, per mandata executiua docuerint, ipsaque mandata exhibuerint (modis, & formis in Constitutione præscriptis) satisfieri curet, & mandet, & cum effectu faciat. Quamobrem, cum indubitatum sit, Constitutionem comprehendere debita Baronum non solum de tempore illius datæ existentium, sed etiam
a futurorum, & lex † semper loquatur, *l. Arriani C. de hæret.* vtique loquendo de debitis ipsorum parentum, seum antecessorum, vel auctorum quorumcunque, scilicet Baronum, comprehendit debita etiam parentum, antecessorum, & auctorum Baronum de tempore datæ Constitutionis, cum loquatur de debitis ipsorum paren-
3 tum, &c. quæ dictio † (ipsorum) est relatiua præcedentium, & demonstratiua ad oculum personarum supra expressarum, Bald. *cons.* 304. *num.* 1. *in fin. vol.* 5. Ias. *in l. filius familias §. diui in* 2. *lect. num.* 151. *ff. de leg.* 1. *latè* Surd. *cons.* 163. *num.* 15. *vol.* 2.

Et constitutio prædicta voluit comprehendere debita parentum, seù antecessorum, vel auctorum quorumcumque, etiam quod successores iam obtinuerint Castra, & bona, vt patet ex §. 3. incipiente, *Prædictorum Deputatorum Congregatio, &c.* vbi disponitur, quod exhibitis mandatis, Congregatio absque vitio spolij, possessionem capiat nomine Cameræ ad commoditatem creditorum, Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, &c. ad ipsos Barones, contra quos, vel eorum auctores, parentes, & quosuis antecessores, seù hæreditaria eorum bona, quæcunque mandata, ex quauis causa relaxata fuerint, & per eos quocunque titulo habita, & quouis modo tenta, & possessa.

Quamobrem negari non potest, quin Constitutio etiam in hoc loco non solùm loquatur in futurum, & in præteritum, itaut comprehendat debita contracta per Barones, parentes, & auctores quoscunque, post, & ante Constitutionem, sed etiam comprehendat casum, quando successor possidet, licèt ipse debita non contraxerit, sed illius parentes, aut antecessores, vel auctores, nec consideret qualitatem tituli possessoris, sed quemcunque titulum comprehendit, cum vtatur verbis, *Quocunque titulo habita*: & sic comprehendit omnem titulum ima-
4 ginabilem, cum illa † dictio (*quocunque*) nihil excludat, sed comprehendat omnem significationem nominis, cui adijcitur, etiam si impropriissima sit, *l. qui autem §. fin. ff. de const. pecun.* Bald. *in l.* 1. *q.* 34. *ff. de rer. diuis.* Dec. *cons.* 329. *num.* 2. *lib.* 2. *Tiber.* Decia. *cons.* 41. *num.* 48. *lib.* 2. *&*
5 *cons.* 35. *numer.* 23. *lib.* 3. illa enim † dictio videtur quodammodo effrænata, & nullo obice continetur, quo minus omnia comprehendat, idem Tiber. Decia. *in cons.* 44. *num.* 11. *vol.* 4. Tiraq. *de retract. lig. in §.* 1. *glos.* 7. *num.* 20. *& seqq.*

Nec consideret qualitatem possessionis, cum ibidem
6 Constitutio † dicat, *Et quouis modo tenta, & possessa*, quæ verba nullam patiuntur restrictionem, & includunt omnes modos tenendi, & possidendi, *glos. in Clemen. ne Romani in ver. quouis modo. de elect. cap. fin. versic. quouis forma de Sent. excommun. in Sexto*, Natt. *cons.* 435. *num.* 19. *tom.* 2. Quæ omnia comprobantur ex §. 8 d. Constitutionis incipiente: *Declaramus autem.* & ex §. incipiente, *Volumus autem*. In dicto enim §. 8. datur forma satisfaciendi creditoribus fructuum, censuum: & montium, & cogendi debitores ad implendum promissa occasione censuum, & montium & constitutio loquitur de Baronibus, vel eorum auctoribus, & prædecessoribus supradictis. Et secunda vice, de Baronibus, auctoribus, seù antecessoribus. Et in §. 9. disponitur, quòd Barones, seù illorum quicunque pro tempore successores subhastationem impugnare, impedire, vel retardare, &c. non possint, nec aduersus ea aliquo modo se tueri, aut pro illorum reuocatione quocunque tempore instare, etiam sub prætextu, quòd ipsi in Castris, & bonis prædictis sint hæredes cum beneficio legis, & inuentarij; & subditur: *Et non succedant illis, qui debita contraxerunt, sed quod loca, & bona ex antiquis inuestituris, concessionibus, fideicommissis, donationibus, vel ex contractibus etiam ex causa, dotium, vel ex alia quacunque causa de iure priuilegiata consequuti fuerint, vel ad ea vocati sint: Mandatuuè à Iudicibus fuerint tantummodo decreta, seu relaxata contra bona hæreditaria illorum qui huiusmodi debita contraxerunt, sed satis sit, & sufficiat, quòd ij, qui debitam contraxerunt, dicta bona, quouis modo, & titulo tenuerint, & possederint, seu quòd ipsi Barones, &c. simili modo illa teneant, & possideant.*

Ex prædictis enim satis, apertéque constat, quòd Constitutio nedum respiciat futura, sed etiam præterita, & etiam quòd iam sit ius quæsitum vocatis, & vtrumque comprobatur: Primum, dum Constitutio in d. §. 8. loquitur de Baronibus, vel auctoribus, & prædecessoribus su-
pradictis, quæ dictio † est repetitiua præcedentium, ac 7
idem importat, ac si omnia præcedentia nominatim, & specificè essent expressa, Ias. *cons.* 15. *num.* 4. *lib.* 1. Et clarius in §. 9. vult, quæ Barones non possint impugnare, aut retardare, vel impedire subhastationem &c. sub prætextu, quæ sint hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, & sic præsupponit testatorem defunctum, & aditam
hæreditatem, cum hæres † in effectu intelligatur adita 8
hæreditate, *l.* 3 *§. si quis ita ff. de hæred. inst.* vbi inquit, quòd hæres non dicitur antequam testamentum aditione hæreditatis sit confirmatum, Dec *cons.* 445. *num.* 53 *&* 54. & dum subsequitur; *Et quod non successerint illis, qui debita contraxerunt, nec etiam sub prætextu, quod mandata fuerint relaxata contra bona hæreditaria illorum, qui debita contraxerunt, sed sufficere, quòd illi, qui debita contraxerunt, quouis titulo possederit*; prædicta enim minimè possent applicari, si Constitutio non comprehenderet præterita.

Et ideò, cum Constitutio disponat circa consequentia ad titulum antiquorum, in necessariam consequentiam disponit etiam circa præterita, *l. illud, ff. de acquirend. hæred.* Anchar. *cons.* 261. *numer.* 2. *in princip.* quia qui
† vult vnum, censetur etiam velle aliud, sine quo illud, 9
quod vult, stare non potest, Castr. *Cons.* 306. *col.* 1. *vers. quod autem, lib.* 2. Abb. *cons.* 101. *col.* 2. *numer.* 3. *vers. moueor primo, l.* 2.

Et ista de plano procedunt, cum stent declaratiuè ad §. 3 in qua expressè habetur, quod hæc Constitutio comprehendat nedum futura, sed etiam præterita, vt modo relatum est. Secundum verò, quòd Constitutio habeat locum etiam post ius quæsitum vocatis ex quocunque titulo, negari non potest, dum vult, subhastationem non posse impediri per possessores sub prætextu, quòd non succedant illis, qui debita contraxerunt, sed quòd bona ex antiquis Inuestituris, concessionibus, fideicommissis, vel ex contractibus, etiam ex causa dotium, vel ex alia quacunque causa priuilegiata consecuti fuerint, quæ quidem verba; *consecuti fuerint*, sunt præteriti, & futuri temporis, & ideò comprehendunt casum, quo successores obtinuerint de preterito, vel obtinere possint in futurum bona parentum antecessorum, vel auctorum quorumcunque. Ang. Aret. post Bart. *quem allegat in cons.* 82. *num.* 20. *& seqq. vers. nec obstat* Et clarius hoc demonstratur ex sequentibus: *Sed satis sit, quod ij, qui debita contraxerunt, dicta bona quouis titulo, & modo tenuerint, & possederint, seù quòd ipsi Barones, &c. simili modo illa teneant, & possideant*: & sic duo notanda sunt: Alterum, quòd respectu illorum qui debita contraxerunt, consideratur tempus præteritum, quod possederint. Al-
terum, quòd respectu successorum † consideratur tem- 10
pus præsens, & futurum, per verba illa: *teneant, & possideant*. Quia sunt verba subiunctiui modi præsentis temporis, quæ etiam futurum optatiui modi importat, Signorol. *cons.* 151. *incip. in testamento Fuigosij in fi.*

Et in hoc etiā loco Constitutio clarissimis verbis comprehendit omnes titulos tàm antecessorum, quā successorum cum velit, quæ successores non possint impugnare, vel impedire, &c. subhastationem Castrorum, &c. aut pro reuocatione instare, &c. sub prætextu, quòd sint hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, vel non succedant illis, qui debita contraxerunt, sed quòd loca, & bona ex antiquis inuestituris, concessionibus, &c. vel alia quacunque causa de iure priuilegiata consecuti fuerint, vel ad ea vocati sint, vnde propter dictiones illas: *ex alia quacunque
causa*, constitutio † comprehendit nedum omnes casus, 11
supra numeratos, sed alios quoscunque casus, Specul. *in tit. de instrum. præsent. §. fin. vers. quod si quis. vbi* Ioan. Andr. *in addit.* Curt. Iun. *cons.* 38. *in fin.* Caputaq. *dec.* 296. *num.* 6. *par.* 2. Etiam quod sint casus diuersis ab expressis, *l. si sun-*

si fundum sub conditione, §. si libertus, ff. de leg. 1. Parif. conf.
79. nu. 21. lib. 2. Tiber. Decian. conf. 24. nu. 99. lib. 1. Dec. conf.
653. nu. 4. in fin. & includit omnia omissa in speciali enume-
ratione, DD. post glos. in auth. ex testamento in ver. quod-
cunque, C. de collat. c. solicitæ, de maior. & obed. l. Iulianus, ff.
de leg. 3. Corn. conf. 63. sub n. 8. vol. 1. & in eadem Constitu-
tione subditur. Sed satis sit, quod ij debita qui contraxerunt,
dicta bona quouis titulo, & modo tenuerunt, & possede-
rint; & sic Constitutio comprehendit omnem casum ima-
ginabilem dominij, & possessionis vt supra expositum
fuit. Et dum etiam subditur: Seù quòd ipsi Barones, &c.
12 simili modo illa teneant & possideant; id, quod † supra
dixit de titulis, & possessione parentum, ancessorum, &
auctorum repetit in successoribus, vt scilicet, Constitutio
habeat locum etiam, quòd successores similibus titulis te-
neant, & Possideant, Menoch. conf. 24. num. 60. Honded.
conf. 4. nu. 83. lib. 1. Surd. conf. 303. num. 34. & decis. 88. num.
15. Seraph. decis. 1384. num. 1. & prædicta omnia fuerunt
optimè considerata in voto san. mem. Gregorij XV. tunc
Rotæ Auditoris dum iste articulus proponeretur in Rota
de anno 1606. coram bo. me. Penia, cuius voti copia data
fuit.

Nec ambigi potest, quin Constitutio habeat locum tàm
in mandatis relaxatis post, quàm ante obitum parentum,
antecessorum, & auctorum: cum in §. 3. dicatur, exhibi-
tis mandatis, &c. & ibi: Mandata ex quauis causa relaxa-
13 xata fuerint, vnde cum generaliter loquatur, † debet ge-
neraliter intelligi, l. 1. ff. de leg. præst. benè Mandel. conf.
430 n. 2. vol. 3. Et quòd loquatur de mandatis relaxatis post
obitum, clarè patet, cum in §. 9. loquatur de mandatis
relaxatis contra bona hæreditaria, quæ mandata sic non
possunt relaxari, nisi sit secuta mors testatoris, & aditio
hæreditatis ex adductis per Dec. in d. conf. 445. num. 53. &
54. supra alleg. Alex. conf. 1. nu. 6. lib. 1. Ruin. conf. 103. nu.
3. lib. 3. Quod verò loquatur de mandatis relaxatis etiam
ante obitum parentum, antecessorum, & auctorum,
probatur vltra prædicta ex adductis per Io. Bapt. de S. Se-
14 uerino in l. omnes populi n. 152. ff. de inst. iur. vbi, quòd si †
statutum disponat, quòd Iudex viso instrumento capi fa-
ciat debitorem, nec possit opponi contra instrumentum,
nisi exceptio quietationis, solutionis, & falsitatis, istud
Statutum habet locum in instrumentis ante Statutum
confectis, in quantum capit litis ordinationem, & quod
debitor capiatur; in quantum verò respicit decisionem ex
eo, quod reo adimit exceptionem, tunc siquidem exce-
ptio cœpit competere post statutum, & tunc non adimit,
aliàs sic. In proposito autem, applicando prædicta, Con-
stitutio habet, quòd exhibitis mandatis, Congregatio
curet satisfierit creditoribus seruata forma ibi præscripta:
vndè certum est, quod comprehendit etiam mandata re-
laxata ante Constitutionem, secundum dictum. Io. Ba-
ptistæ de S. Seuerino, & clarius Gemin. in conf. 113. in fin.
15 versic. tertia conclusio vbi, quod lex † noua superueniens
super actus executione disponens, trahitur ad actus ha-
bentes originem de præterito, & exequutionem de futu-
ro, licèt etiam inferat præiudicium iuri alterius antea ac-
quisito. Quapropter non est hic agendum, An competat
aliqua exceptio, quia, si quę competerent ex fideicom-
misso, & similibus, satis superque fuit illis derogatum in
Constitutione, vt supra relatum est.

Nec vllius est momenti, quod Constitutio in proœmio
loquatur de Baronibus, non autem de parentibus, & an-
tecessoribus, vel auctoribus, & quod Congregatio habuit
hunc sensum, dum in edictis appositis, quando delibera-
tio fuit facta D. Paulo Æmilio, fuerunt descripta tantùm
bona hæreditaria Valerij. Nam ad primum fuit respon-
16 sum, quòd proœmium † non facit ius, sed illud, quod
sequitur, Bald. conf. 449. nu. 4. vers. adde quod proœmio lib. 2.
& licèt denotet causam finalem, l. fin. & ibi DD. ff. de hæ-
red. inst. tamen secus est in hoc casu, quia cum Constitu-
17 tio † generaliter loquatur, & casus expressi non possint
comprehendi sub ratione proœmij non dicitur finalis, sed
impulsiua, Ias. conf. 1. nu. 31. vers. & pro hoc non obstat lib. 1.
& plenius in auth. quas actiones num. 18. C. de sacros. Eccl.
Corn. conf. 177. num. 5. lib. 4. Apost. ad Alex. conf. 143. lib. 6.
18 versic. fin. & quando verba † Constitutionis sunt clara,
quòd non recipiant interpretationem à proœmio, Soccin.
in conf. 24. per tot. lib. 4. per glos. 2. in clem. 1. ad fin. de elect.
vbi Ioan. de Imol. num. 20. & seqq. versic. conclude quando-
que, Menoch. præs. 2. num. 13. lib. 6. Ad secundum verò fuit
responsum, quòd, vt dictum est, Congregatio cæpit posses-
sionē medietatis Castri, & aliorū bonorū nomine Cameræ,
& quod erat in illius facultate procedere ad subhastatio-
nem bonorum, quæ magis vellet, cum illius facultas non
reperiatur restricta. Vnde cum prima vice voluerit subha-
stare solùm bona hæreditaria, non ideò censetur sibi ligas-
se manus quominus etiam non posset subhastare medieta-
tem Castri, quatenus opus fuisset, sed solùm ille actus
operatur, quod medietas Castri sub illo non comprehen-
deretur, Bald. conf. 51. nu. 5. lib. 5. Non autem quòd Con-
gregatio † restringeret suam liberam facultatem, Dec.
conf. 8. num. 4. Surd. conf. 127. num. 81. Rota decis. 778. num. 5. 19
par. 1. in recent. 555. nu. 4. p. 1.

Et cessat omnis difficultas, quia in deliberatione facta
D. Paulo Æmilio, casu quo non adimpleret promissa,
Congregatio sibi reseruauit facultatem subhastandi me-
dietatem Castri Montis Rotundi, cuius etiam cœperat
possessionem, vt supra relatum est, & infra dicetur: &
in omnem euentum, cum Congregatio non haberet su-
per hoc facultatem disponendi, & verba Constitutionis
sint clara, † & veritas esset attendenda, & non opinio
Congregationis, l. 1. ff. de sust. & iur. ca. fin. in fin. de pro- 20
bat. Butr. conf. 27. num. 2. versic. hæc sunt, Socc. conf. 112. in
princ. lib. 1.

Denique non officit, quòd plura specialia non pos-
sunt † concurrere in eodem subiecto, prout eueniret
in casu isto admisso prædicto intellectu, quòd Consti- 21
tutio capiat præterita, & procedat etiam post ius quæsi-
tum successori, Castr. in alleg. ante conf. 341. incip. ve-
nio nunc. col. 1. in fin. & col. 2. in princip. lib. 1. vbi
quòd specialia † dicuntur miracula, ideò non concur-
runtur in eodem subiecto. Et propterea si princeps fa- 22
ciat legem respicientem præterita, certè illud est per fictio-
nem, vt illud, quod non erat, fingatur esse; & hoc est pri-
mum miraculum. Secundum autem miraculum esset,
quod etiam illud præteritum fictum tollat ius quæsitū ter-
tio, ideò lex † respiciens præterita nunquam tollat ius
quæsitum, eoque magis si admittantur alia specialia, 23
quod etiam bona subiecta fideicommisso comprehendan-
tur sub hac Constitutione, & pro debitis transuersalium,
& quòd etiam minores sub hac eadem Constitutione com-
prehendantur, vt benè ad propositum Cuman. in conf.
122. col. penu. in princip. vers. nec verum. Huic motiuo
fuit responsum, quòd quando plura † specialia circa idem
sunt inducta à iure, possunt concurrere, & admittuntur, 24
Bald. in l. 1. in fin. C. quand. lic. ab empt. disced. per text. in
l. si ita facta ff. de iniust. rupt. & irrit. test. quem refert, &
sequitur Ias. in l. quoniam in prioribus ante fin. vers. teneo
istud vltimum ff. de inoff. testam. Berengar. in l. naturaliter §.
nihil commune cap. 3. quæst. 3. num. 81. in fin. ff. de acquir.
possess. Neguf. de pignor. in 1. memb. quintæ partis num. 16.
Parif. conf. 80. num. 24. lib. 1. Hic autem, vt supra proba-
tum est, Constitutio claris verbis comprehendit præterita,
& procedit etiam quòd sit ius quæsitum successori, cum
hoc determinetur ab ipsa Constitutione, etiam quod sint
plura specialia debet concurrere. Et, vt modò demonstra-
bitur, prædicta constitutio comprehendit etiam debita an-
tecessorum transuersalium, vt ex sui natura, etiam quod
sit ius quæsitum minoribus.

Circa secundam inspectionem, An constitutio compre-
hendat debita Valerij Vrsini, qui erat transuersalis D.
Pauli Æmilij: cum illa locis præcitatis loquatur de man-
datis relaxatis contra Barones, parentes, seu antecesso-
res, vel auctores quoscunque: & rursus de mandatis rela-
xatis contra Barones, vel eorum auctores, parentes, &
quosuis antecessores, & repetat de Baronibus, eorumq; au-
ctoribus, & prædecessoribus prædictis, & tandem etiam,
quòd prædicti Barones sint hæredes cum beneficio legis, &
inuentarij, vel non succedant illis, qui debita contraxe-
runt, sed ex antiquis inuestituris, aut fideicommissis, &c.
& in §. 2. loquitur de mandatis relaxatis contra Barones,
parentes, seù antecessores quoscunque; intelligenda est
de quibuscunque antecessoribus, cum dictio illa, † quos-
cunque, in fine posita ad omnia referatur, l. 1. & ibi Ias. 25
nu. 4. & seqq. C. de liber. præter. Maximè cum non possit
afferri diuersitatis ratio, quare censuerit de quibuscunque
auctoribus, non autem de quibuscunque antecessoribus,
Roman. conf. 480. num. 2. vbi Adden. in verb. concurrit, &
considerat san. mem. Gregorius in suo voto; & quod hæc ve-
rissima sint, & sine difficultate procedant, patet in §. 3. in
quo constitutio loquitur de quibuscunque antecessoribus,
& in d. §. 9. de quibuscunque successoribus; cum † suc- 26
cessores

ceſſores ſint correlatiui ad anteceſſores, ſicuti Conſtitutio intellexit de quibuſcunque ſucceſſoribus,ita etiam intellexit de quibuſcunque anteceſſoribus. Aym. *de antiqui. temp. in 4. part. §. videamus, num. 29.* vt etiam conſiderauit *fau. mem. Gregorius in prædicto ſuo voto*; Nec poteſt fieri vis, quòd Conſtitutio loquatur de quibuſcunque ſucceſſoribus pro tempore, quia cum reſpectu iſtorum ſucceſſorum loquatur in futurum, opus fuit vti verbis *pro tempore*, vt omne tempus comprehendat, ac ſucceſſores, qui ſecundum tempus reperirentur: Caualc. *deciſ. 31. num. 7. lib. 5.* non autem, vt reſtringat qualitatem anteceſſorum.

27 Cum igitur nomen, † *anteceſſorum*, ſit generale, Archid. *in cap. fin. in ver. anteceſſoribus de pact. in 6.* & propterea aptum comprehendere nedum anteceſſores per lineam rectam, ſed etiam tranſuerſales, & alios, qui ſub hoc nomine comprehendi poſſunt, & Conſtitutio loquatur de quibuſcunque anteceſſoribus, vt ſæpius repetitum eſt, ſequitur quòd comprehendat etiam anteceſſores tranſ-
28 uerſales, cum dictio, *quibuſcunque*, † nihil excludat, ſed complectatur omnem ſignificationem verbi, cui adijcitur, etiamſi ſit improprijſſima, vt dictum eſt: & hæc potiſſimum vrgent, quia Conſtitutio reſpexit ad anteceſſores in bonis, non autem ad anteceſſores ſanguinis, & loquitur in rem, vt ſcilicet mandata exequantur ſuper bonis quorumcunque anteceſſorum, & ideo omnes anteceſſores in bonis etiam quod non ſint anteceſſores ſanguinis, directè comprehendit, *l. hæc verba 12. ff. ad leg. Iul. de adult. vbi* Bart. *num. 1. l. ſi ſeruum. 70. §. prætor ait ff. de acquir. hæred.* Bart. *in l. aut qui aliter §. fin. num. 3. verſ. nota diſtinctionem, ff. quod vi, aut clam.* Nec reſiſtit, quòd loquatur
29 de perſonis, † etiam, quia cum de illis loquatur ratione rei, non deſinit eſſe realis, Ceph. *conſ. 53. num. 43. & 46.* Soccin. Iun. *conſ. 251. numer. 152. lib. 3. vbi de communi* Surd. *conſ. 257. numer. 15. lib. 2 qui alios congerunt.*

Quantum attinet ad tertiam inſpectionem, An Conſtitutio comprehendat minores: affirmatiuè fuit reſolu-
30 tum: Primò, quia cum Conſtitutio † ſimpliciter loquatur, ſe extendit etiam ad minores, *l. ſi ſine §. lucius ff. de adminiſtr. tutor. capitulo conſtitutus de reſtitut. in integr.* Bald. *in l. 1. numer. 29. verſic. iuxta hoc quæro C. de confeſ.* Natt. *conſil. 340. numer. 2. lib. 3.* Hinc ſtatutum deferens
31 † lucrum dotis, vxore præmoriente ſine filijs, locum habet etiam in minore dante dotem ſeruatis ſolemnitatibus, Bald. *in l. 1. colum. 1. C. ſi aduerſ. dot. & ibidem etiam* Caſtr. *numer. 4. & ſeqq. & ſcribit* Cuman. *conſ. 109. in princip. verſ. ad Primum* Roman. *conſ. 314. numer. 1.* ſic etiam
32 ſub ſtatuto † cogente affinem ad compromiſſum, venit etiam minor, Bartol. Bald. *& cæteri in l. vltim. C. in quib.*
33 *caſ. reſt. non ſit neceſ.* & ſtatutum † adimens robur inſtrumentis non regiſtratis comprehendit quoque minores, Alexand. *conſil 119. num. 34. verſicul. 9. dictum lib. 6.* Natt. *conſil. 541. numer. 16. & 17. lib. 3.* Roman. *conſil. 166. num. 2 verſ. Nos autem loquimur, & conſil. 394. numer. 5. verſ. 2. ad idem* Dec. *in l. cum ſe in fin. C. de tranſact.* Marſil. *ſingul 481. numer. 1.* Secundò, quia vt dictum eſt, cum Con-
34 ſtitutio † loquatur in rem, vt ſcilicet, bona ſubhaſtentur, non excludit minores, *dicta l. ſi ſine 33. §. Lucius ff. de adminiſtr. tutor. & ibid.* Bartol. *numer. 1.* Bald. *in capit. vltimo colum. 3. verſicul. vltimo de materia de conſuet. idem* Bald. Salyc. Caſtr. & Alexan. *in l. vltima. C. de in integr. reſtitut.* Roland. *de luc. dot. quæſt. 44. num. 6. & 7.* Tiraqueli. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 13. numer. 3. verſ. Ex quo probatur*, & iſta eſt communis opinio, vt per Marſil. *dicto ſing. 481. numer. 1.* & habet locum, quamuis ſta-
35 tutum loquatur, † etiam de perſonis, ſi de illis loquatur ratione rei, vt per Cephal. Soccin. *& alios ſupra allegatos.*

36 Nec dicatur, quòd quando ſtatutum eſt † correctorium iuris communis, vel ab eo exorbitans, non comprehendit perſonam minoris, Roman. *ſingul. 816. incip. Tu vidiſti, qui mouetur, ex cap. 2. de dilect. puer. quem ſequitur* Iaſ. *in §. actiones autem num. 83. inſtit. de action.* Marſil. *dicto ſingul. 481. num. 4. & ſingul. 361. in fin.* Curt. iun. *in l. poſtquam liti in fin. C. de pact. & in conſ. 8. in fin.* Meuiz. *conſ. 17. num. 77. propè med.* Surd. *deciſ. 49. num. 9.* qui hiſce rationibus adductus aſſerit ſtatutum, quod diſponit, vt ſucceſſor teneatur ad debita anteceſſoris non comprehendere minorem: Nam huic motiuo fuit reſponſum:
37 Primò, quòd vt videre eſt, *num. 4.* Surdus † loquitur in caſu, quo minor, per poſterius ſtatutum erat ſpecialiter priuilegiatus, per quod quidem ſtatutum cenſebatur derogatum primo, vltra quod poteſt etiam dici: quòd minor per ſecundum ſtatutum reperiebatur ſpecialiter priuilegiatus, & ideò non comprehendebatur ſub alio ſtatuto generaliter loquente, Salyc. *in l. fin. num. 3 C. de iur. dot.* Tiraq. *loco mox allegando num. 103. & ſeq.* Put. *deciſ. 160. num. 1. verſic. tamen lib. 3.* At in caſu noſtro minor
† non eſt in iure neque in alia diſpoſitione ſpecialiter pri- 38
uilegiatus, ideò comprehenditur ſub dicta Conſtitutione, Tiraquel. *poſt cumulatos de retract. lignag. §. 1. gloſ. 14. num. 96. verſ. nam ſtatutum generale, & numer. 102.* firmat, concluſionem procedere etiam in odioſis, & mouetur per *text. in l. in fraudem §. vltimo, ibi: quia generalis eſt iſta determinatio, ff. de milit. teſtament.* Puteus *dicta deciſ. 160. lib. 3.* Bald. *conſil. 135. numer. 4. verſ. 5. quia, & numer. 5. lib. 3.* Eoque magis iſta procedunt, cum non adſit in terminis huius conſtitutionis diuerſitas rationis inter minorem, & maiorem, vt conſiderat. Bald. *l. c. n. 6.* Secundò, fuit reſponſum, quòd dum Surd. mouetur ex Roman & alijs allegatis in obiecto, neque ipſe, neque cæteri Doctores officiunt, quia vera eſt diſtinctio, quod aut agitur, vt quis teneatur ex aliquo facto extrinſeco,
per ipſum perpetrato, & tunc † minor non comprehen- 39
ditur ſub lege, aut ſtatuto, & ita procedit *text. in dicto c. 2. de delict. puer.* & in iſtis terminis poſſunt ſaluari dicta Doctorum, qui fuerunt allegati in obiecto; Aut verò
agitur, vt ex ſola lege, † vel ſtatuto reſultet præiudicium 40
minori, ſine aliquo ipſius facto extrinſeco, & tunc aut minor eſt habilis, & continetur, aut non eſt habilis, & nõ comprehenditur, Alexand. *poſt* Guliel. de Cuneo *conſ. 119. num. 8. verſ. ſexto adducitur lib. 6. & conſil. fin. in prin. iuncto nu. 7. in fin. verſ. non obſtat, num. 8. eod lib. & conſ. 62. nu. 18. verſic. accedit lib. 7.* Angel. de Peruſ. *in l. certi iuris n. 3. verſ. tamen Moderni tenent C. locat.* Bero. *conſ. 68. num. 68 num. 21. verſ. faciunt tradita, vbi de communi lib. 2.* Iaſ. *in l. ſi conſtante num. 210. vbi pariter de communi ff. ſolut. matr.*
& in iſtis terminis, quando † minor non eſt habilis lo- 41
quuntur *conſ. 148 num. 1. verſ. ſed. præſuppoſita validitate Conſtitutionis, &* Roman. *conſ. 120 nu. 1. & ſeqq.* qui propterea non officiunt in caſu noſtro, quia cum ad effectum, vt præſens Conſtitutio Bonorum intret, non requiritur aliquod factum extrinſecum minoris, ſed ex ſola Conſtitutione reſultet præiudicium minori, & minor ſit habilis ad patiendum dictum præiudicium, vtique minores per ſupradicta comprehenduntur in iſta conſtitutione.

Fuit præterea ex abundanti conſideratum, quod ſecun-
dùm terminos prædictos quotieſcunque ſtatutum † eſt ir- 42
rationabile, non comprehendit minores: In cæteris autem caſibus, in quibus ſtatuta generaliter diſponunt, quam exorbitent à regulis iuris communis, minores continentur, *d. l. ſi ſine. §.* Lutius *ff. de adminiſtr. tuto. cap. conſtitutus de reſt. in integrum.* ſtatuta enim † faciunt ius mu- 43
nicipale in loco, quod reſpectu loci debet haberi pro iure communi, ita Nat. *conſ. 341. nu. 15. & 16. lib. 3.* in hoc autem caſu Conſtitutio non eſt irrationabilis, imò maximè rationabilis, imò maximè rationabilis, imò maximè rationabilis, cum emanauerit, vt prouideret, primò, ne creditores Baronum defatigentur litibus propter eorundem Baronum potentiam, & ne litibus finitis contingat non reperiri oblatores propter metum ipſorum Baronum, & ideò vult procedi manu Regia, & non reperto oblatore admitti Cameram inter oblatores, vt apertè colligitur ex proœmio dictæ Bullæ, ibi: *Iuſtitiæ ratio poſtulat*. Secundò, ne creditores Baronum remaneant decepti ſub fide publica, vt probatur ex ſecunda parte proœmij, ibi, *& fidei publicæ cauſa poſtulat* conſiderando, quòd Barones publicè, & communiter reputantur, vel ſaltem ante dictam Bullam reputabantur fide, & facultatibus idonei, quæ omnia certiſſimum eſt reddere dictam conſtitutionem maximè rationabilem, præcipuè quia non obligat Succeſſores, vt non teneantur pro debitis anteceſſorum, prout loquitur Surd. *in deciſ. 49 num. 4.* ſed tollit obſtaculum fideicommiſſorum, quæ ante legem 12. *tab. non erant cognita, l. verbis, ff. de verb. ſignific.* Bart. *in l.* 44
1. num. 4. ff. de leg. 1. & illorum vſus incœpit temporibus Auguſti Cæſaris, *§. 1. ad fin. Inſtit. de fideicomm.* quod & prius ſcriptum reliquerat, Pompon. *in l. 2. §. poſt deindè, ff. de orig. iur.* Peregr *de fideicomm. art. 1. num. 6.* Quare, cum
conſtitutio † reducat iſtam materiam iuxta terminos iuris 45
antiqui non poteſt dici irrationabilis, neque odioſa *gloſ. in c. ſtatutum in verſ. numerandum de præb. in 6.* But. *in c. olim per*

illum

illum textum de verb. signif. Rip. *in l. si constante nu.* 61. post
Alex. & Ias. *quos refert ff. sol. Matr.* Felin. *in c. cum necessissent, col.* 2. *n.* 3. *de const.* Ofasch. *decis.* 147. *n.* 20. & benè
Alexand. *cons.* 227. *num.* 6. *lib.* 6.

Fuit denique consideratum, quod huiusmodi constitu-
46 tio † potest dici fauorabilis, ex quod principaliter emana-
uit ad fauorem creditorum, licèt in consequentiam resul-
tet ex ea damnum aliorum, *statuimus, de decim in* 6. ibi *eum
non sit dicendum, glos. in c. si propter, de rescr. in* 6. *in ver.
præiudicium* ibi in *fortioribus* de constitutione disponente,
quando successor teneatur ad debita antecessoris, vbi Gem.
n. 9. *vers. in fi. glos.* Franc. *n.* 6. cum alijs per Cou. *var. lib.*
3. *c.* 11. *n.* 5. *vers. solet enim adnotari*, & latissimè Sanch. *de
Matr. lib.* 1. *disp.* 1. *n.* 4. Salas *de legib. q.* 97. *tract.* 14. *disp.*
11. *sect.* 4. *nu.* 10. qui licèt post Couar. *loc. cit.* dicant, con-
clusionem esse veram, quando odium à fauore distingui ne-
quit, secùs tamen quando potest distingui, vt si constitutio
47 † loquatur de vulneribus nō sit extendenda ad verba iniu-
riosa, quia eo casu fauor ab odio distingui potest: Attamen
in casu nostro, cum non agatur de extensione, cumque, vt
supra ostensum fuit, constitutio satis clarè loquatur, non
datur casus, quo fauor ab odio distingui possit, & ideo de
48 plano procedit communis conclusio, istam scilicet † con-
stitutionem habendam esse pro fauorabili, cum principa-
liter sit facta fauore creditorum.

Circa quartam inspecionem, An subhastatio fuerit fa-
cta tamquā de debito D. Pauli Æmilij, negatiuè fuit reso-
lutum, quia post exhibitionem mandatorum per credito-
res Valerij die 16. Iulij 1596. fuit capta possessio medieta-
tis Castri Montis Rotundi, & subsequentibus diebus, alio-
rum bonorum in singulis locis existentium, & vt supra di-
ctum est, appositis edictis super alijs bonis, non autem su-
per Castro Montis Rotundi, Congregatio, præuia subha-
st
atione, deliberauit dicta bona ad fauorem Pauli Æmilij,
hac tamen conditione, vt dictus Paulus Æmilius satisfa-
ceret creditoribus Valerij, aliàs Congregatio reseruauit sibi
facultatem procedendi ad deliberationem ratæ Mōtis Ro-
tundi, & ad recuperationem bonorum eidem Paulo Æmi-
lio deliberatorum, &c. pro satisfactione creditorum: Qua-
re, cum dictus Paulus Æmilius non souerit debita prędicta
prout promiserat, Congregatio mandauit affigi edictum
super medietate Castri Montis Rotundi, & illius iuribus,
quod fuit affixum die 20. Nouembris 1599. in quo quidem
edicto licèt dicatur: *Si subhasta la metà di Monte Rotondo
con tutti i membri, e giurisditioni, &c. spettanti, e pertinen-
ti al Sig. Paolo Emilio Orsino, de quali n'è stato preso possesso
dalla Reuerenda Camera Apostolica à beneficio, e commodo
de suoi creditori.* Attamen, cum possessio dictæ medieta-
tis Castri fuerit capta, exhibitis mandatis contra bona hæ-
reditaria Valerij, dicta falsa expressio, *à commodo de'
suoi creditori*, scilicet Pauli Æmilij, non vitiat edictum, *l.
demonstratio falsa, ff. de condition. & demonstration.* cum
contineat solùm æquiuocum qualitatis extrinsecæ, & con-
stet de voluntate, & potestate Congregationis subhastandi,
& vendendi pro debitis Valerij, Gemin. *cons.* 52. *n.* 3. *vers.
secundo dic.* Et omnia, quæ deduci possent in contrarium,
49 procederent, si æquiuocum † esset circa causam finalem
super qua dispositio esset fundata, quia tunc vitiaret, aliàs
secùs, Anchar. *cons.* 207. *n.* 8. Et quòd causa, vt faciat cessa-
re actum, debeat esse talis, vt ex ea moueatur disponens ad
sic disponendum, aliàs actus non cesset, dicit idem Anchar.
cons. 163. *in fi.* vbi latè, & idē dicit *in cons.* 154. *n.* 4. In propo-
sito autem causa finalis apponendi edicta non fuerunt de-
60 bita Pauli Æmilij, itaut nisi constaret de debito, † cor-
rueret subhastatio, sed causa finalis fuerunt debita Valerij,
quę verè extant, & ideò licèt fuerit ęquiuocatum, illud
æquiuocum non vitiat, cum debita Valerii, quę fuerunt
causa finalis, existerent; Quæ veritas colligitur etiam ex
alio edicto sub die 20. Ianuarij 1601. in quo habetur, quod
die 1. Februarij 1601. fiet Congregatio, & deliberabitur
medietas Castri Rotundi cum omnibus bonis existentibus
in illo Castro, & in illius territorio, &c. aliàs possessa per
Valerium Vrsinum de tēpore sui obitus, qui quare volue-
rit emere, offerat cedulam banchariam, aliàs dicta die fiet
deliberatio, iuxta formam bullæ. Vndè clarè patet, subha-
stationem, & deliberationem fuisse factam pro debitis Va-
lerij, non autem Pauli Æmilij.

Et prædicta circa primum edictum comprobantur ex
protestatione facta per eumdemmet Dominum Paulum
Æmilium, sub die 4. Ianuarii 1601. in qua protestatur,
medietatem Castri ad se spectare vigore fideicommissi, &
sequuto obitu Valerij, illius possessionem se cæpisse, quod
& illius procurator inhærendo huic protestationi, iterum
fuit protestatus, quæ tamen protestationes fuissent super-
fluæ, si Congregatio non egisset pro debitis Valerij. Et in
subhastatione facta 1. Februarij 1601. semper fuit dictum
pro debitis Valerij, & in deliberatione facta 8. Februarij
eiusdem anni 1601. præmissa narratiua exhibitionis man-
datorum per creditores Valerii obtentorum, & narratiua
non adimplementi D. Pauli Æmilii, ac edictorum appo-
sitorum etiam præuio Chirographo sanct. mem. Clemen-
tis VIII. pro derogatione Bullæ Sixti Quinti, deliberatio
fuit facta Franciotto Vrsino vltimo ac maiori oblatori scu-
torum viginti septem millium. Quamobrem clarè patet
subhastationem, & venditionem fuisse factam pro debitis
Valerii, non autem pro obligatione D. Pauli Æmlii.

Nec videtur officere, quòd Congregatio † non pronun- 51
ciauerit super exceptionibus oppositis pro parte dicti Pau-
li Æmilij, nec illas expressè reiecerit; quia cùm Congre-
gatio, non obstantibus dictis exceptionibus, ad vlteriora
processerit, tacitè videtur super illis pronunciasse, itaut
in iudicio deduci nequeant, Bart. *in l. à præcedente* 4.
sub num. 3. *vers. quandoque Iudex cum seqq. C. de dilat.*
vbi dicit, quod si Iudex, examinata exceptione, pro- 52
cedit ad vlteriora, valet processus, quamuis expressè su-
per illa non pronunciauerit, procedendo enim ad vlterio-
ra tacitè pronunciat, exceptionem non obstare, veluti
pronunciando definitiuè, tacitè pronunciat super inciden-
ti, quod respicit merita causæ, & procedendo in causa su-
per emergenti, quod respicit processum, cuius verba refert,
& sequitur Felin. *in cap. suborta* 21. *de re iud. sub num* 4.
vers. Bald. *& supra n.* 3. *iuncto, n.* 4. *per tot. plura in banc
sententiam cumulat, & in vers. babes ex bit ex illo text. &
c. ex parte il secondo de appell.* firmat regulam generalem,
quod iudex † procedendo ad vlteriora videtur pronun- 53
ciare super exceptione, quæ si non esset tacitè reiecta an-
nullaret processum, Roman. *cons.* 410. *n.* 2. *in fin. versic.* 1.
quin Castr. *in l. fin. in princ. n.* 7. *versic. si verò opposita ff.
si cert. pet.* dicens valere processum ad vlteriora, qua † iu- 54
dex non videtur fecisse contemptum legis, sed exceptio-
nem tacitè reprobasse, causa cognita quæ cognitio interue-
nisse dicitur, quando Iudex, † post aliquod tempus in- 55
teruallum, processit ad vlteriora, Franc. *in d. c. ex parte,
sub num.* 10. *vers. si verò Iudex, de appellat.* Felin. *in d. c.
suborta, num.* 4. *circa fin. vers. sed in contrarium*, Corn.
cons 85. *sub num.* 23. *versic. si verò Iudex. vol.* 4. Gratian.
cons. 37. *nu.* 35. *in fin. & nu.* 36. *lib.* 1. *qui testatur de magis
communis*, Ruin *cons.* 117. *n.* 18. *vol.* 5. Menoch. *de recu-
per. remed.* 1. *n.* 171. Gabr. *de except. concl.* 1. *num.* 16.

Quo verò ad quintam, & vltimam inspectionem, an
in hac subhastatione fuerit seruata forma constitutionis,
fuit affirmatiuè resolutum, quia cum in §. 3. disponatur,
quòd mandatis relaxatis per Iudices, capiatur possessio
nomine Cameræ ad commodum creditorum, fuit serua-
tum hoc, & quicquid disponitur in §. 4. quòd scilicet, elap-
so mense Castra subhastanda proponantur præuia affixio-
ne vnius edicti per quindecim dies in locis publicis, quod
etiam ad vnguem seruatum fuit, vt supradictum est circa
edictum. Et quamuis vltimum edictum fuerit factum 20.
Ianuarij 1601. & dictum sit in eo die prima Februarij futu-
ram Congregationem, & deliberationem esse faciendam
plus offerenti, & sic non interuenerit tempus quindecim
dierum, vt edictum remaneret affixum; Attamen fuit
primò responsum, quòd cum primum edictum fuisset suf-
ficiens, vt supra probatum est, illud secundum tanquam † 56
abundans non nocet, vt benè ad propositum Marsil. *in l.
de vno quoque, nu.* 42. *vers. istud tamen, ff. de re iud.* Rom.
cons. 497. *nu.* 5. *& 6 versic. tertio etiam*, vbi plenè Appst.
in ver. non vitiat, quibus in locis habetur, quòd vbi non
est necessaria citatio, † si fiat nulliter, non propterea 57
actus redditur nullus: Secundò punctualiter fuit respon-
sum, quòd san. mem. Clemens VIII. per suum Chirogra-
phum motu proprio datum sub die 16. Iulij anni 1599.
prouidendo ad præterita gesta per Congregationem, ei-
dem in futurum concessit facultatem procedendi summa-
riè, manu Regia, sola veritate facti inspecta, absque pro-
cessu, tela iudiciaria, & absque aliquorum terminorum
etiam substantialium seruatione, omnibusque diebus, &
horis præterquam in honorem Dei feriatis, cum clausula,
non obstantibus præmissis constitutionibus, & ordinatio-
nibus Apostolicis, stylo Palatij, ac reg. de iur. quæs. non tol-
len. etiam quòd dict. Chirographum nō esset registratum,

cum alia clausula, non obstantibus alijs in contrarium
facientibus, etiam quòd deberent exprimi quibus pro hac
vice derogamus cum alia clausula, *Quorum tenores pro
expressis de verbo ad verbum habentes, & omni meliori
modo, &c.* Ex quibus videtur sufficere vltimum edictum,
etiam si emanauerit eo tempore, itaut ante subhasta-
tionem per quindecim dies non potuerit remanere affi-
xum, iuxta formam constitutionis. Vigore enim facul-
58 tatis concessæ, procedendi summariè, † sola facti verita-
te inspecta, manu Regia, & absque seruatione termino-
rum etiam substantialium, Congregatio potuit procedere
de facto, sine vllo iuris ordine, *vt per* Nat. *in clem. sæpè §.
non sic tamen, nu. 95. & seqq. de ver signif.* Marant. *in spec.
de ord. iud. par. 4. dist. 9. n 8.* Bart. *in extrau. ad reprimen.
in vers. & figura, in versic. idem puto*, vbi dicit, quòd, qui
59 habet facultatem procedendi sine strepitu, & figura iudi-
cij, potest iubere res capi, & distrahi, licèt hoc sit magis
de natura exequutionis, quàm condemnationis; quia
talia ante ios ciuile manu Regia expediebantur, & fuit
dictum in causa Miranden. pensionis 27. Martij 1613. co-
ram me, quæ est *decis. 446. par. 2. recent.* Et per dictam
60 clausulam † non obstantibus, &c. censetur satis derogatũ in
hac parte omnibus in contrarium facientibus, vt statim
dicetur. Tertiò fuit responsum, quòd admisso sine veri
præiudicio, quòd prædicta non subsisterent, tollitur om-
nis difficultas, quia sanct. mem Paulus Quintus per
suum motum proprium sub dat. 3. Kal. Februarij anno 13.
sui Pontificatus in quo dicitur, quòd sola signatura suf-
ficiat circa subhastationem, & adiudicationem medieta-
tis huius Castri, ratificauit omnia gesta per Congregatio-
nem Baronum, & per Congregationem ab ipso deputa-
tam, approbando sententiam ab ea latam, cum clau-
sula relectis, quatenus opus sit quibuscunque prædicto-
rum omnium, & singulorum nullitatibus, si quæ ex quo-
uis capite, etiam nullitatis, citationis, & mandati, for-
san etiam simul extarent, &c. sicque & non aliàs per quo-
scunque, &c. sublata, &c. iudicari debere, &c. irritumque
&c. decernimus, non obstan. iure quæs. non toll. alijsque
Cancellariæ nostræ regulis, quatenus illius, seù illarum de-
61 rogatione opus sit, &c. Vnde cum † nullitates sint intro-
ductæ de iure positiuo, ex adductis per Vant. *de nullit. cap.
1. num 14. cum seq.* Non est dubitandi de validitate sanatio-
nis nullitatis, si aliqua adfuisset, cum Summus Pontifex
62 possit omnia † in ijs, quæ sunt iuris positiui, & illius vo-
luntas habetur pro ratione, Gemin. *consil. 8. num. 6. & 7.*
quia pro libito suæ voluntatis potest tollere in totum ius
positiuum, idem Gemin. *cons. 53. in princ. versic. quædam
63 est potestas supra*, vbi etiam dicitur, quòd disputare † de
potestate Papæ est ponere os in cœlum, & Bald. *cons. 477.
lib. 1.* dicit, quòd in ijs, quæ sunt iuris positiui sola pote-
64 stas † est pro causa, & quòd dubitans de hoc, dubitat de fi-
de, & ideò nullum de iure positiuo potest haberi pro vali-
do, etiam in præiudicium iuris quæsiti tertio, & non po-
test tertius conqueri, Abb. *cons. 84. n. 3. & seqq. lib. 1.* Lap.
alleg. 130. n. 2. vers. similiter.

Rursus nihil vrget, quòd in omnem euentum in hac
alienatione rei minoris, nedum requirebatur causa, *l. ma-
gis puto §. si æs, & §. in primis*, sed multæ aliæ solemni-
tates non inueniuntur seruatæ. Quia fuit responsum,
66 quòd, cum † Constitutio disponat, quòd hæc bona pos-
sint vendi iure creditorum, pro debitis quorumcunque
antecessorum, non potest minor sub prætextu, quòd non
fuerint seruatæ solemnitates, dictam alienationem re-
uocare, vt dicit Bal. *cons. 183. n. 5. vers. proponitur etiam,
& benè ad propositum* Matthias Collerus *de processu exe-
quutiuo par. 2. capit. 3. nu. 217.* & quamuis idem Bald. di-
67 cat, † quòd hæc venditio seruatis solemnitatibus statuto-
rum potest fieri, ideòque videretur dicendum in hoc casu,
quòd vnà cum dispositione iuris communis debuissent so-
lemnitates statuti Vrbis seruari, Castr. *in cons. 106. incip.
in tertio num. 2. vers. plus dico lib. 2. quem sequitur* Tira-
quell. *post ll. connub. glos. 8 n. 49* Montan. *de tutel. & cur.
cap. 33. numero 38.* Tamen fuit consideratum, quod Bald.
68 † non loquitur de statuto dante certam formam in
alienationibus minorem, sed de statuto generaliter lo-
quente de alienationibus, quod propterea comprehende-
bat etiam illum casum, & quicquid sit de hoc cum in hoc
casu constitutio ipsa det certam formam, quæ fuit serua-
ta, hoc sufficit, quia alienatio censetur facta auctoritate
69 Papæ, & ideò cum fuerit seruata forma † data in consti-
tutione, non requirebatur alia solemnitas, *l. 2. C. quan-
do decret. op. non est*, vbi notat hoc Bald. dicens etiam le-
gem illam quotidiè practicari in Ecclesijs, & Hospitali-
bus impetrantibus à Papa alienationem alicuius rei, vt
enim ipse dicit, qui habet verbum † Superioris, non in- 70
diget verbo inferioris, & benè Abb. *in cons. 41. nu. 3. lib. 1.*
loquens de alienatione rerum Ecclesiæ, in qua etiam re-
quiritur solemnitas, & tenet, quòd omnis solemnitas,
censetur remissa per commissionem, & Indulgentiam Pa-
pæ, & quod satis est seruare verba rescripti.

Insuper fuit etiam ex abundanti consideratum, quòd,
aut in ista alienatione fuit seruata forma constitutionis
sanct. mem. Clementis, & hoc sufficit, ex quo in §. 6. *in-
cipit.* non obstantibus derogat quibuscumque constitutio-
nibus, & ordinationibus Apostolicis, ac legibus municipa-
libus Vrbis &c. cum alijs clausulis amplissimis; Ideòque
cum hæc constitutio comprehendat minores, & det certam
formam, seruata illa forma non fuit opus alijs solemni-
tatibus requisitis à iure, vel à statuto, cum illis cen-
seatur satis derogatum per dictam clausulam, † non 71
obstantibus Ias. *cons. 110. col. 4. in fin. versic. tertio moueor.
lib. 4.* Ber. *consil. 147. num. 28. vers. Et licèt, lib. 3.* stante
præsertim clausula. † (Quorum tenores) quæ operatur 72
expressionem illorum, quæ possent obstare, Butr. *cons. 2.
num. 4.* Gemin. *cons. 65. nu. 28.* Rot. *decis. 506. nu. 1. part.
1. in recent.* Quare, etsi quæstio sit, an sufficiant clausu-
læ generales † ad derogandum priuilegio minoris clauso 73
in corpore iuris, tamen secus est, quando constat de men-
te Papæ ex clausulis amplissimis, cum clausula,
quorum tenores, Alberic. *in l. vnic. in fine C. quam
Imper. inter. pup. & vid.* Rip. *in cap. 1. numer. 54. &
55. de rescript.* Gabr. *de reg. iur. concl. 9. numer. 7.* & est
decisio Signaturæ Iustitiæ in causa Bononien obligatio-
nis Cameralis 12. Maij 1594. extensa per bon. m. D. Ro-
busterium tunc votantem, & prius nostri Ordinis insi-
gnem Auditorem, in qua etiam dicitur, quòd de mente
Papæ potest † constare, tàm ex clausulis positis in parte 74
executiua, quàm dispositiua, ex Bald. *in l. ea quam num.
36. C. de fideicom. &* Felin. *in c. licet in corrigendis, col. pe-
nult de offi. ordin.* Aut verò non fuerunt seruatæ solemni-
tates Bullæ, sed congregatio fuit vsa facultate sibi conces-
sa in Chirographo sanct. me. Clementis VIII. & in hoc
etiam casu minus obstant exceptiones oppositæ, cum vt
supra relatum est, Chirographum habeat clausulas dero-
gatorias † amplissimas, & comprehendat etiam minores, 75
quia comprehenduntur in Bulla, etiam, quod admittere-
mus sine veri *præiudicio*, quod sic concurrerent duo specia-
lia, quòd scilicet cõstitutio comprehendat minores, & quòd
minores etiam comprehendatur sub Chirographo, cum isto
† vnum speciale veniat subordinatè post aliud, Neuiz. 76
cons. 2. Tiraq. *de iur. const. possess 3. part. limit. 5. num. 6. in
fin.* Surd. *de alim. tit. 9. q. 44. n. 37. & seqq.* At verò in hoc
casu adhibenda est sanatoria sanct. me. Pauli Quinti, &
ex modo ponderatis cessat omnis difficultas.

Denique non obstat, quòd quando venduntur † bona 77
minoris propter debita, incipiendum est à minus damno-
sis, *l. magis puto, §. non passim. ff. de reb. eor.* Et præsuppo-
natur adesse bona libera Valerij, attamen quicquid sit de
hoc, vt sæpius dictum est, constitutio dat facultatem libe-
rè vendendi Castra, & bona, etiam quod sint ex pacto, &
prouidentia, & fideicommisso subiecta, &c. Et solùm in
§. 11. *incip. Quod si forsan.* disponit, quòd si adsint alia bo-
na talibus oneribus non obnoxia, illa subijciantur in lo-
cum bonorum oneribus obnoxiorum pro debitis vendito-
rum, & sic, cum Constitutio comprehendat etiam pupil-
los, & habeat amplissimas derogationes, vt modo dictum
est, per illam derogatum est dispositioni dictæ *l. magis puto.*

Ex quibus, & ex alijs deductis in voto san. me. Gregorij
XV. & latiùs in dicta decisione congregationis deputatæ
per sanctæ mem. Paulum Quintum, extensa per Reue-
rendissimum D. meum Patriarcham Antiochenum, fuit
conclusum, negotio maturè discusso, vnanimi Domino-
rum consensu, casum D. Pauli Æmilij, admisso etiam,
sine veri præiudicio, quod constaret de fideicommisso ad
illius fauorem, comprehendi in Constitutione Baronum,
itaut nullatenus ei competat restitutio † in integrum ad- 78
uersus sententiam prædictæ Congregationis, quæ transi-
tum fecit in iudicatum, &c.

Infra in eadem causa adsunt aliæ decisiones idest sub ¶
diebus 25. Iunij 1627. & 5. Iulij eiusdem anni, et 3. Augusti
1629 coram eodem bon. mem. Reuerendissimo Coccino
sunt decisiones 93. 100. & 316.

R.P.

R. P. D. MERLINO.

Lunen. Sarzanen. Oblationum.

Die Lunæ 8. Februarij 1627.

ARGVMENTVM.

Oblationes, quæ fiunt ſacris imaginibus, ſpectant ad Parochum, & non ad Epiſcopum. Et quando tales oblationes fiunt ad certum vſum, tunc præciſè offerentium voluntas eſt ſeruanda, & harum adminiſtratio etiam ſpectat ad Parochum.

SVMMARIVM.

1 *Canonici de iure communi ſunt Parochi, & exerceat curam animarum.*

2 *Oblationes, quæ deferuntur ſacris Imaginibus, an debeantur Epiſcopo, vel Parocho.*

3 *Parochus habet intentionem fundatam ſuper omnibus obuentionibus contingentibus intra limites ſuæ Parochiæ.*

4 *Epiſcopo ſolum debentur oblationes, quæ offeruntur ſacris imaginib. quando ſunt extra omnem Parochiã.*

5 *Oblationes, quæ fiunt in Eccleſia Cathedrali ſpectant non ad Epiſcopum, ſed ad Archipresbyterum.*

6 *Parochus habet ius vniuerſale intra limites ſuæ Parochiæ.*

Parochus eſt medius inter Deum, & Populum. nu. 6.

Parochus, quemadmodum exhibet Populo quæ ſunt Dei, ita vice verſa exhibet Deo, quæ ſunt Populi. num. 6.

7 *Altari, qui ſeruiunt, de Altari participant.*

8 *Oblationes, quæ fiunt à fidelibus ad certum vſum, tunc voluntas eorum præciſè ſeruari debet.*

9 *Adminiſtratio oblationum, quæ fiunt à fidelibus ad Parochum, & n. 11. 12. & 18.*

10 *Parochus de oblationibus quæ fiunt à fidelibus ad certum vſum, debet fidelis adminiſtrator eſſe.*

Partim conuertendo in proprium vſum; partim erogando in concernentibus ad diuinum cultum, & partim ad pauperum inopiam ſubleuandam nu. 10.

13 *In oblationum materia, plurimum eſt attendenda conſuetudo.*

14 *Oblationum adminiſtratio, quatenus de Iure ſpectaret ad Epiſcopum, attamen poteſt ab ipſo committi Parocho.*

15 *Rebuff. reprobatur, dum ei videtur eſſe indecorum, quod Laici ſint adminiſtratores ſacrarum, oblationum.*

16 *Decretum interpoſitum ab aliquo tamquam Gubernatore, Notario, &c. non prohibetur numquam per ſona primum illud impugnare, declara. num. 17.*

19 *Epiſcopus regulariter eſt executor piarum voluntatum. Ius Epiſcopi eſt generale, ius Parochi eſt ſpeciale, n. 19.*

DECISIO XXXVII.

POſt relatum mandatum de manutenendo, ventum fuit ad diſputationem ſuper petitorio, & propoſitio dubio, Ad quem ſpectaret adminiſtratio oblationum, quæ Imagini Sanctiſſimi Crucifixi à fidelibus illuc religionis cauſa confluentibus, offeruntur, An ſcilicet ad Epiſcopum, vel ad Capitulum, Domini reſponderunt pro Capitulo, cui fauet diſpoſitio iuris communis, conſuetudo eiuſdem Eccleſiæ & particularis conuentio inter partes inita.

1 Iure inquam communi, quia Canonici † ſunt Parochi, & exercent curam animarum, & licèt antiquitus inter Doctores fuerit controuerſia, An oblationes, quæ ſacris Imaginibus deferuntur, debeantur
2 Epiſcopo † vel Parocho, & multi partes Epiſcoporum tueantur, vt Angel. *in diſput. incipien. In refulgenti. in 2. dub.* Maluet. *de oblation. in 4. dub. num. 14.* Petr. de Vbald. *Canon. port. cap. 4. quæſt. 16. & refert.*

Decian. *conſil. 16. ſub num. 7. lib. 2.* Attamen verior, &
receptiſſima eſt ſententia, quòd ſiuè in Eccleſia Parochiali
poſitæ ſint huiuſmodi Sacræ Imagines, ſiuè extra, intra tamen limites Parochiæ, habet fundatam in-
intentionem † Parochus ſuper omnibus obuentionibus 3
contingentibus intra limites ſuæ Parochiæ, & ad eum
ſpectant, vrgenſque eſt textus in *c. paſtoralis, & ibi Canoniſtæ de his, quæ fiunt a Prælat. ſine conſen. capit. & text. in cap. hanc. x. quæſt. prima, & in c. dilectus de offic. ordin. vbi.* Abb. *num. 4. qui ſubdit. verſic. quoad pri-*
mum, Epiſcopo † ſolum deberi oblationes, quando ſa- 4
cræ Imagines reperiuntur extra omnem Parochiam, Felin. *ibidem in princip. & num. 3. &* Abb. *in cap. quoniam num. 1. de decim.* vbi ſignanter, quòd ſpectant Parochum, non ad Epiſcopum Capel. Tholoſ. *deciſio 483.* Ferret. *conſ. 143. qui benè diſtinguit num. 2 3. 4.* Azor. *Inſtit. moral. par. prima libro 7 capit. 38. quæſt. 13.* Decian. qui fusè pro Parocho contra Epiſcopum in his oblationibus, quæ Iconi Sanctiſs. Crucifixi offerebantur conſuluit *d. conſil. 16 per tot. lib. 2.* Gutierez *Canon. qq lib. 2. cap. 21. nu. 162.* Modern Bonon. *var. reſol. libro 2. cap. 42. nu. 6. 7. &* Ricc. *deciſ. Neapol. 170. a. 7. par. 4.* & hanc eamdem opinionem videtur amplexus D. Tho. *in ſecunda ſecundæ quæſt. 86. art. 2.* præſertim in reſponſione ad ſecundum argumentum, & expreſsè ſequuta eſt, Rota *in Aquilana aulitutis erectionis 20. Decembris 1610. coram R. P. D. meo Pirouano, quæ eſt deciſ. 256. part. 1. recent. & in Beneuentana Spolij 2. Decembris 1585. & 2. Decembris 1587. coram*
Orano, vbi dictum fuit, oblationes † factas in Eccleſia 5
Cathedrali ſpectare non ad Epiſcopum, ſed ad Archiepresbyterum, qui curam animarum ibi exercebat, & idem reſpondit Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum interpretum Concilij Tridentini in vna Cauen Ius enim vni-
uerſale habet Parochus † intra limites ſuæ Parochiæ, me- 6
diuſque eſt inter Deum, & Populum, vndè quemadmodum dogmata, & Sacramenta, quæ proueniunt à Deo, exhibet Populo, Ita vice verſa exhibet Deo ea, quæ ſunt
Populi, nempe preces, & oblationes, & qui Altari † ſer- 7
uiunt, de Altari participant, vt egregiè ratiocinatur D. Thom. *dict. art. 2.*

Et quamuis hæc concluſio ſibi locum vendicet, niſi oblationes in certum vſum, ex piorum offerentium voluntate fuerint diſtinatę, in dubio enim ſolummodo ſpectant
ad Parochum; At quoties à fidelibus † præſtantur ad cer- 8
tum finem, vt in caſu noſtro pro Miſſis, & Fabrica, tunc ad Parochum nullo modo ſpectant, & voluntas eorum, qui eleemoſynam, ſeù oblationes dederunt præciſè ſeruari debet, vt præcitati DD. monent, & præſertim, Addent *ad Capell. Tholoſ. dict. deciſ. 483.* Modern. Bon. *dict. cap. 42. num. primo libro 2* Ricc. *dict. deciſ. 17. numero primo*, Rota *in Bracharen. oblationum 17. Decembris 1612. coram Reuerendiſſimo Patriarcha Pamphilio.*

Attamen aduerten eſt, quòd non habet quidem fundatam intentionem Parochus, ad effectum, vt hoc caſu oblationes conuertat in proprium vſum cum debeant in vſum à largientibus deſtinatum erogari; verùm admini-
ſtratio † harum oblationum etiam tali caſu ad Parochum 9
videtur ſpectare ex eodem iure Parochialitatis, & qua ratione oblationes ſpectat ad Parochum, niſi fuerint in determinatum vſum datæ, eadem immò, & maiori ratione ad eumdem Parochum ſpectat ſaltem adminiſtratio oblationum, quoties in certam cauſam ſunt erogandæ, cum
& regulariter de iſtis oblationibus † Parochus debeat eſſe 10
fidelis Adminiſtrator, ac diſpenſator, partim conuertendo in proprium vſum, partim erogando in ijs, quæ concernunt cultum diuinum, & partim ad pauperum inopiam ſubleuandam, vt per D. Thom *loc. præallegato*, & de harum oblationum diſtributione idem ſancitum fuit in *can. Valterunæ, & can. quatuor 12. quæſt. 2.* Et quòd huiuſmo-
di oblationum ſolus † Parochus habeat adminiſtratio- 11
nem dixit, Abb *in c. poſtulaſtis nu. 2. verſ. adminiſtrationem autem de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Capituli &* Ferret. *d. conſil. 143. num. 4. verſ. & quod*: Et conſequenter licèt Canonici non poſſint conuertere in
proprium vſum, non tamen indè excludi debent à iure † 12
adminiſtrandi, quod in vim Parochialitatis illis competit.

Canonicis etiam ſuffragatur nedum Priuilegium Nicolai V. verum etiam conſuetudo, quod ſemper huiuſmodi adminiſtrationem oblationum ipſi exercuerint, &
in hac materia † oblationum plurimum attendendam eſſe 13
conſuetudinem admittunt omnes vt per Marian. Socin.

de oblation. libel. 18. *nu.* 17. 18. 26. Maluet. *eod. tract. par.* 4.
n. 72. Ferret. *consf.* 178. Dec. *consf.* 16. *n.* 1. Ricc. *de dec.* 170.
nu. 2. *&* Modern. Rom. *disc ep. Forens. c.* 395. *nu.* 25. *& ex
Theologis admittit* Sot. *de iust. & Iur. lib* 2. *q.* 3. *ar.* 2. *vers.
quicquid*.
Demum multum mouit Dominos transactio inita in-
ter illos de Cataneis, & Canonicos, quæ & præsentia,
& decreto Episcopi munita fuit, & in ea conuentum ex-
presse, quod oblationes, quæ Sanctissimo Crucifixo præ-
starentur, per duos Canonicos singulis annis eligendos,
administrarentur, cum onere, vt in fine anni rationem
redderent Capitulo, cum præsentia Episcopi, & propte-
14 rea quatenus etiam hæc administratio † de iure spectasset
ad Episcopum, attamen potuit ab ipso committi Canoni-
cis, vt in dubitabilioribus etiam terminis dixit Felin. *in d.
c. dilectus in princ. versic. vnde valet* Dec. *consil.* 148. *num.* 3.
Ferret. *consil.* 278. *& Decium sequuta est* Rota *in Toleta-
na elemosynarum* 24. *Maij* 1619. *coram R. P. D. Pirouano*,
Ricc. *decis.* 102. *nu.* 2. *in prax & decis. Neapol. Cur. Episc.*
170. *par.* 4. Et quamuis Rebuffus dissentiat ab opinione
Decij, quia illi indecorum videtur, quod laici hisce sa-
cris oblationibus, quæ sunt de Sanctuario Dei, se inge-
rant, nihilominus hoc indecorum non est in Canonicis,
& in his, qui Sacramenta populo exhibent, & opinio Re-
15 buffi fuit per Rotam † reprobata, quoties laicus non con-
uertit in proprios vsus oblationes prædictas, & sequitur
Ric. *d. decis.* 270. *nu.* 11. *&* 12.
Nec obstat, quod Episcopus interfuerit transactioni,
& decretum interposuerit ad effectum sedandi controuer-
sias ortas inter Capitulum, & illos de Cataneis, & ideò
non sibi præiudicauerit, quominus administrationem ha-
beat in hisce oblationibus, iuxtà *doctrin. in l. Caias nume o
primo ff. de pignorat. act. & consil.* 423. *col* 2. *libro* 1. vbi
16 quòd si quis tamquam Gubernator interposuerit † decre-
tum; non prohibetur tamquam persona priuata etiam
impugnare illum actum, & idem de Notario, Tutore,
& alio, qui ratione sui officij consensum præstat notant
DD. *in l. cum quædam C. de admin. Tuto* Bar. *in l. sicut §.
non videtur ff. quibus mod. pig. vel hypothecaria soluat.* Ce-
ph. *consf.* 148. *n.* 23. Menoch. *consf.* 58. *num.* 7. *& latè* Surd.
decis. 153. *nu.* 17. *& consf.* 355. *num.* 21. *& seqq.* Quoniam
17 hæc theorica vera est quoties quis duplicem † representat
personam, & ideò Agenti tanquam priuatæ personæ non
obstat, quod fecit tanquam publica, & in his terminis
loquuntur præcitati DD. vt benè per Zacchard. *in l.* 1. *nu.*
118. *&* 119. *C. de pact.* Surd. *dict. decis.* & quando id egit,
ad quod cogi poterat, Verùm hoc non applicatur casui no-
stro, quia Episcopus, & in eo quod fecit in transactione,
& quod modo agit in hoc Iudicio, semper consideratur
tanquam idem Episcopus, non autem tanquam diuersa
persona, neque ad illud decretum constat; quod ratio-
ne officij cogi potuisset: Et cessat omnis difficultas, quia
etiam circumscripta dicta transactione, non tamen ius
aliquod competebat Episcopo in his oblationibus, vel in
18 † earũ administratione; sed id competebat Capitulo, cum
iure, ac vice Parochi fungatur, vt supra dictum fuit, &
sic non videtur, quod transactio nouum præiudicium in-
tulerit Episcopo.
19 Neque obstat, quod Episcopus regulariter sit executor †
piarum volnntatum, quia ius Episc. est generius autem
parochi, quod repræsentat Capitulum, est speciale, &
ideò hoc præualet, vt benè per Decian. *d. consf.* 16. *num.*
17. *& num.* 21. *vers. non obstat*; Et quoniam licet sit exe-
cutor, non tamen impedit, quin potuerit tale ministerium
alteri demandare, nec in totum à se abdicauit, quia Ca-
nonici tenentur singulis annis rationem reddere admini-
strationis Capitulo, præsente eodem Episcopo, vt in tran-
sactione cauetur, & propterea Episcopus poterit inuigi-
lare, ne voluntates eorum, qui oblationes dederunt,
defraudentur, & vt illæ oblationes prouidè pro Missis,
& fabrica erogentur.
Et ita vtraque parte informante, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.
D. CARD. VIRILLI.

Narnien. seu Romana fructuum Dotis.

Die Lunæ 8. *Februarij* 1627.

ARGVMENTVM.

Dotis fructus, an debeantur postquam solu-
tum est matrimonium. Arbitri, quando
possint se extraiudicialiter informare. So-
lutum indebitè, quando præcisè, & ple-
nè sit probandum.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis post obitum vxoris non debentur,
etiam superstitibus liberis.*
*Matrimonij onere remoto, non debentur fructus do-
tis, aliàs esset vsura, & hoc procedit etiam si
ad sit conuentio, num.* 1.
2 *Solutum indebitè, quando agitur ad effectum illud
probandi, & repetendi, requiritur præcisa, &
concludens probatio.*
3 *Compromissum factum cum facultate cognoscendi,
& procedendi de facto, sequitur quod arbitri
possint se extraiudicialiter informare.*
4 *Debitor, vt constituatur in mora, sufficit inter-
pellatio etiam extraiudicialis.*
5 *Interesse damni emergentis potest declarari ad ra-
tionem quatuor pro centenario.*
6 *Arbitro asserenti de rebus extraiudicialibus creditur,
si facultatem habet informandi se extraiudicialiter.*
7 *Decis. in causa Romana fructuum dotis.* 12. *Maij
1625. coram Reuerendiss. P. D. Decano. Coccino
declaratur.*

DECISIO XXXVIII.

POst solutiones factas ad rationem scutorum quatuor
pro centenario quodlibet anno vigore laudi R. P. D.
Varesij, & bon. me. Stephani Gratiani, Bernardinus Sco-
tus cæpit prætendere esse locum repetitioni, ex quo post
obitum vxoris bo. me. Theophili fructus † dotis non de- 1
bentur etiam superstitibus liberis, cum remoto onere ma-
trimonij esset vsura, nec conuentio suffragaretur, vt fuit
dictum *in Romana fructuum dotis* 12. *Maij* 1625. *coram
R. P. D. Decano*, & propterea coram bo. me. Buratto fuit
datum dubium, an esset locus repetitioni pecuniarũ post
obitum mulieris pro fructibus dotis, & pro sua summa,
& Domini pro nulla summa repetitioni locum esse decla-
rarunt. Moti fuerunt quia cum agatur ad effectum pro-
bandi, & repetendi † indebitè solutum, requiritur præ- 2
cisa, & concludens probatio, quod ex causa indebiti fue-
rit solutum, & sufficit per possibile excludere actorem
agentem Bart. *in l. cum de indebito nu.* 4. *ff. de probat* Alex.
consf. 83. *nu.* 1. & fuit dictum *in Romana sponsionum* 8. *De-
cembris, &* 29. *Nouembris* 1613. *coram bo. me. Baratto, &
in Romana repitionis indebiti* 29. *Aprilis* 1622. *coram R. P.
D. Merlino*.
In casu, de quo agitur, cùm fuerit factum compromis-
sum † cum facultate cognoscendi, & procedendi etiam de 3
facto, sequitur quod Arbitri poterunt se extraiudicialiter
informare absque eo quod probationes in actis appareant
Compostell. *in ca. si Capitulum n.* 25. Ioan. Andr. *nu.* 39. *de
rescript.* Ægid. *decis.* 568. *circa med.* Put. *decis.* 140. *nu.* 1.
& 2. *lib.* 2. *in correct.* & fuit dictum *in Vercellen Coadiuto-
riæ*. 28. *Ianuarij* 1608. *coram bo. me. Cardinali Lancellotto*.
Vnde extraiudicialiter Arbitri potuerunt, & præsumun-
tur informari non solum, quòd aderat interpellatio, &
mora, vel ex probatione extraiudiciali, vel ex propria
confessione Bernardini, & data † interpellatione etiam 4
extraiudiciali, debitor constituitur in tali mora, vt inte-
resse debeatur, tàm vigore statuti cap. 137. *lib.* 1. quàm de
iure communi *l. mora ff. de Vsur. l. Titia §. Vsuras de legat.*
2. *l. qui Romæ §. coheredes vbi* Soccin. *n.* 8. *de verbor. oblig.*
Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 220. *nu.* 25. *&* 26.
Sed etiam quod Teophilus ob retardatam solu-
tionem dotis maiora interusuria suis Creditoribus sol-
uebat, & sic ratione † damni emergentis Arbitri potue- 5
runt declarare interesse ad rationem quatuor procẽtena-
rio Paul. de Castr. *in l. certũ capuæ, ff. de eo quod cert. loc.* Ias.
in l.

in l. fin. ff. eod. Felin. *in cupit. cum venerabilis num. 7. de*
except. Rota Ianuen. *decis. 78. num. 11. in fin. & 12.* &
Gratiano vbi ex Arbitris ita asserenti *in appendice 427.* ob
6 facultatem informan. † se extraiudicialiter fides adhiben-
da videtur . Menoch. *cons. 384. num. 20.* Zancher. *cons.*
139. num. 7.

Tanto magis in hanc sententiam Domini Inclinatunt,
quia taxatio ad rationem quatuor pro centenario quolibet
anno visa fuit admodum æqua: & moderata, & propte-
rea non esse locum repetitioni ex supradictis.

Ex quibus apparet supra scriptam decisionem *R. P. D.*
Coccini Decani in Romana fructuum dotis 12. Maij 1625.
non applicari in isto casu repetitionis, in quo concurrit
præsumptio extraiudicialis informationis, tam interpel-
lationis, quàm damni emergentis.

Et ob mortem bon. mem. Buratti ista decisio iuxta DD.
Vota per me fuit extensa, &c.

REVERENDISSIMO P. D. VRGELLEN.

Romana Syluæ.

Die Veneris 26. Februarij 1627.

A R G V M E N T V M.

Agitur de materia spolij. Et an emptio rei
propriæ illud possit purgare.

S V M M A R I V M.

1 *Decretum, seu mandatum de adiudicando, non ha-*
bet vim actualis adiudicationis.
2 *Spolium eo magis intrat, quando possessio est capta*
propria auctoritate.
3 *Spolium, quando videntur ab initio purgatum, &*
remissum, & num. 9.
4 *Promittens de rato pro aliquo, nullum præiudicium*
illi affertur, nisi secuta eius ratificatione.
5 *Ratificatio non inducitur ex sola scientia, sine actu*
positiuo, ex quo inferatur, vel expressus, vel
necessarius consensus.
6 *Emptio rei propriæ siue sit facta scienter, vel igno-*
ranter, non tenet.
7 *Iudicis auctoritas, etiamsi erretur in iure, & cir-*
ca factum proprium, causat bona fidem.
8 *Emens rem propriam, in eo non est consensus emendi.*
10 *Decis. 768. par. 2. in recent. & DD. declarantur.*
11 *Spolij renunciatio, seu remissio, dicitur donatio.*
12 *Remissio est stricti iuris, & non comprehendit, nisi*
quod est expressum.

D E C I S I O XXXIX.

FVit in hac causa decisum die 3. Iunij præteriti intra-
re spolium ad fauorem Francisci, & fratrum de Fa-
bijs contra D. Antoninam de Fabijs, & D. Angelum Cla-
uarium eius auctorem, cuius decisionis fundamenta,
quæ Dominis placuerunt, eò tendunt, quod Index nul-
liter, & ioiustè de anno 1599. Syluam, de qua agitur
adiudicauerit prędicto Angelo: quibus nunc vnum non
minus releuans annectebatur, quod non constat fuisse
subsequutam actualem adiudicationem iuxta *text. in l. 1.*
1 *& tot. tit. ff. si in caus. indic.* sed solum † decretum, seu
mandatum de adiudicando, quod non habet vim actua-
lis adiucationis Modern. *lib. 3. discept. Forens. cap. 555. ex*
n. 32. Rot. *725. n. 3. par. 2. recent. & in Rom. pecudum 14.*
Nouembris 1611. coram Illustriss. D. Card. Caualerio, Vn-
2 de cum propria auctoritate possessio per Angelum † ca-
pta fuerit eo magis intrat spolium *l. si quis in tantum cum*
vulg. C. vnde vi.

Sed quia hodie dum reuidebatur dicta decisio constitit
ex nouiter productis, quod postea idem Angelus de anno
1601. cum narratiua dictæ adiudicationis sibi factæ retro-
uendidit eamdem syluam eodem prætio, quo sibi fuerat
adiudicata supradictis fratribus de Fabijs nempè Inno-
centio, & Honufrio præsentibus pro se ipsis, ac pro Hor-
tensio, Francisco, & Mario eorum fratribus absentibus,
quibus de rato promiserunt, videbatur quod quicquid sit
de spolio † ab ioitio illud fuit purgatum, & remissum per 3
dictam retrouenditionem *iuxt tex. in l. si aliquam rem vers.*
nam & si rem meam ff. de acquir. poss. Abb. & Bero. *in*
cap. 2. restit. spoliat. Paris. *cons. 11. per tot. lib. 4.* & Me-
noch. *de recup. rem. 1. num. 281.* Rota *decis. 768. num. 8.*
par. 2. recent.

Sed nihilominus Domini soluerunt durare adhuc spo-
lium, & sic standum esse in decisis, etiam quoad omnes
fratres, nam quoad absentes, nempè Franciscum, Ale-
xandrum, & Dominicum non sequuta eorum † ratifica- 4
tione res caret omni dubio, vt est in puncto *text. in l. fin.*
& ibi Bart. *ff. pro empt.* Benintend. *decis. 38.*

Neque obstat, quoad Franciscum quod ipse aliàs pro-
duxit in iudicio dictum instrumentum venditioois, quia
id fecit in alio iudicio, & procuratorio nomine dictæ An-
toninæ eius Matris, vnde ex sola † scientia sine actu 5
positiuo, ex quo inferatur, vel expressus, vel necessa-
rius consensus non inducitur ratificatio Rota *decis. 535.*
num. 12. par. 1. recent. Quò verò ad Alexandrum, & Do-
minicum non releuat, quod Hortensius, & Honufrius fue-
rint à Patre deputati administratores hæreditatis, quia
de hoc non constat, & quando probaretur non prodesset,
ex quo emptio non fuit facta nomine prædictorum Ale-
xandri, & Dominici. *ad text. in l. si ego, ff. rem. rat. habe.*

Quo verò ad alios nempè Innocentium, & Hortensium
emptores, & Honufrium, qui paulo post dictam venditio-
nem expressè ratificauit, & Marium, qui generaliter re-
nunciauit omnibus litibus, causis, & prætensionibus mo-
tis, & prætensis, & quæ prætendi posset super dicta sylua,
& accessit pro dicta D. Antonina cui dictus Angelus de an-
no 1611. vendidit dictam syluam, versatur maior difficul-
tas, sed fuit sublata, quia dicta venditio stante nullitate,
& iniustitia dictæ adiudicationis, & sic cum præsupposito
præcedentis spolij fuit nulla, quia fuit emptio † rei pro- 6
priæ, quæ siuè scienter, siuè ignoranter facta non tenet
l. suæ rei ff. de contrah. empt. cum vulg. adeò, vt non pos-
sit sustineri ratione possessionis *iuxt. tex. d. l. si aliquam rem,*
& l. si in emptione, §. rei suæ ff. de contrah. empt. quia dum
per actionem spolij possessio poterat auocari, nec quoad
possessionē emptio fuit valida, vt notat Bart. *in d. §. rei suæ.*

Non obstat si dicatur quod quamuis emptio fuit nulla,
quia tamen in ea facta fuit mentio de dicta adiudicatio-
ne, vnde spolium emanauit, fuit illud remissum, nam
imò indè clarè conspicitur, quod dicti fratres emptores cre-
debant d. adiudicationem fuisse validam, & ex ea domi-
nium syluæ in Angelum fuisse translatum, aut saltem il-
lam iustè possidere; cum enim adiudicatio facta fuerit iu-
dicis auctoritate, meritò fratres emptores crediderunt,
quod fuit valida; itaut ad effectum, de quo agitur, pro-
pter d. iudicis auctoritatem † debeat admitti eorum cre- 7
dulitas, quamuis fuerit error in iure, & circa proprium
factum Rota *decis. 447. num. 4. cum. seq. p. 1. diuers. &*
in dicta decis. 535. num. 12.

Vnde cum re vera sylua non esset Angeli, sed propria
emptorum, non adfuit in eis † consensus emendi, nisi 8
cum tacito, & vituali præsupposito validæ adiudicationis,
l. nihil consueui, §. non videtur, ff. de re iuris, & facit
text. opt. in l. & si consensum, §. 1. ff. de contrahend. empt.
ibi, si rem meam mihi ignoranti vendideris, & iussu meo alij
tradideris, non putat Pomponius dominium in eum transi-
re, non enim credendum est, nec cadit sub bono sensu,
quòd si fratres Fabij credidissent, & fuissent certiores fa-
cti de nullitate adiudicationis, & sic quòd non amiserunt
dominium syluæ, illam emissent, ideò enim emebant,
vt sua fieret, ergo putabant suam non esse, quòd clarè le-
gitur In d. instrumenro venditionis, dum Angelus vendi-
tor in illo sibi retinuit dominium syluæ interim dum Fa-
bij emptores soluerent pretium, & alia præmissa adimple-
rent, ergò credebatur per d. adiudicationem Angelum fuis-
se effectum dominum, & accedit quòd nullitas d. adiu-
dicationis non prouenerit ex proprio facto fratrum em-
ptorum, sed ex non facto iudicis, & Angeli venditoris,
ob non seruatas per eos solemnitates requisitas in adiudi-
catione.

Vnde ex d. venditione non fuit remissum † spolium, 9
quòd tunc nedum intentatum, sed nec detectum adhuc
erat, sed potius fratres spoliati iusto errore existimabant
eos tam à dominio, quàm à possessione cecidisse iuxta di-
stinctionem, quam facit *text. in l. si aliquam rem in princ. ff.*
de acquir. possess. Paris. *de resignat. lib. 13. quæst. 5. nu. 48.*
Honded. *cons. 66. n. 55. lib. 1.* Rot. *d. dec. 535. per tot. p. 1.*
recent.

recent. & decis. 662. num. 6. & seq. part. 2. Doctores au-
10 tem supra in contrarium citati, & *d. decis.* Rota 768. † *num. 8. par. 2. recent.* dum dicunt per contractum initum post spolium super re, in qua fuit commissum, loquuntur quando spolium erat iam intentatum, aut detectum.

11 Quibus etiam accedit, quòd renunciatio, † seù remissio spolij dicitur donatio, quæ in effectu regulariter non differunt. Dec. *in l. postquam liti, num. 11. C. de pact.* Rip. *in l. si vnquam, qu. 11. C. de reuoc. donat.* Couar. *lib. 3. variar. cap. 4. & 8.* quos refert, & sequitur Menoch. *de arbitr. iud. in addit. ad cas. 436 num* 10 igitur dum capi potest limitata voluntas emendi, cum præsupposito validæ adiudicationis, de qua contrahentes meminerunt, non debet præsumi scientia spolij, & sic voluntas renunciandi, seu donandi, *l. cum de indebito, ff. de probat.* maxi-
12 mè quia cum remissio † sit stricti iuris non comprehendit nisi id, quod expressum est, ita vt non extendatur ad alios casus, Dec. *cons. 379. nu. 3.* Alex. *cons. 18. lib. 2.* Viu. *decis. 316. & decis. 211. nu. 59.* Decian. *respons. 7. n. 55.* vbi quod hoc multo magis procedit in renunciatione tacita, quæ nunquam extendi debet, nisi quatenus necessariò ex ipso actu infertur, & plenius, Rota *in d. decis. 575. per tot.*

Ex quibus per renunciationem litium, & prætensionum factam per Marium, & d. accessionem pro Antonina non potest desumi in eo voluntas renunciandi spolio, tum quia factæ fuerunt sub conditione, quatenus ipse fuisset hæres Antoninæ matris suæ, & ei succederet in d. sylua, tum etiam quia fuerunt factæ cum præsupposito validæ adiudicationis, & validæ venditionis, vnde applicantur in eo omnia superius dicta.

Et ita vtraque, &c.

In eadem causa habetur infra alia decisio sub die 15. Aprilis 1628. coram R. P. D. Verospin, est decisio 172.

REVERENDISS. P. D. DVNOZET.

Florentina Fideicommissi de Cambijs.

Die Veneris 26. Februarij. 1627

A R G V M E N T V M.

Substitutio vna, quando est facta de aliqua parte bonorum, & postea in alijs bonis est facta altera substitutio, si in ista vltima adsit clausula, vt supra, operatur, vt in omnibus sit obseruandum, quicquid in prima substitutione est dispositum.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula, vt supra, est repetitiua præcedentium, sicut etiam verbum, similiter.*

2 *Succedendi ordo est proprius vinculorum, & fideicommissorum perpetuorum, & num. 3.*

4 *Masculinitatis qualitas semper repetita in substitutionibus suadet testatorem sub nomine filiorum voluisse etiam comprehendere nepotes.*

5 *Ex alienationis strictissima prohibitione facta à testatore, desumitur efficacissima coniectura perpetui fideicommissi.*

6 *Positi in conditione censentur vocati, quando post eos testator substituit agnatos, & illis deficientibus piam causam.*

7 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando eorum substitutio collata est in remotissimum tempus, & num. 15.*

8 *Coniecturæ plures simul iungi possunt adhoc, vt suffragentur.*

9 *Filiorum appellatione veniant nepotes, concurrentibus adminiculis.*

Quod procedit etiam, quando agitur de trasuersalibus testatoris, num. 9.

10 *Dictio, vt supra operatur, vt omnes conditiones factæ in prima dispositione, de nouo sint de verbo ad verbum expræssæ in secunda num. 11.*

12 *In substitutionibus, si plures sint vocati alternatiuè, intelligantur vocati ordine successiuo.*

13 *Decis. in causa Roman. fideicommissi de Bonadies coram bon. me. Cardinali Mellin. declaratur.*

14 *Substitutiones, quando sunt vulgares, tunc sufficit in vno verificari, nam vna impleta omnes corruunt.*

DECISIO XL.

De anno 1548. Petrus de Cambijs suum vltimum condidit testamentum, quod est bipartitum in prima parte hæredem suum vniuersalem in bonis immobilibus, & patrimonialibus, quæ habebat Florentiæ Siluestrum de Cambijs eius fratrem germanum instituit, eidemque primo loco eius filios, & nepotes masculos in infinitum substituit, & his pariter sine filijs masculis deficientibus secundo loco substituit filios legitimos, & naturales masculos in infinitum Nicolai de Cambijs fratris consobrini, quibus etiam simili modo deficientibus, filios masculos legitimos, & naturales, & legitimos Laurentij de Cambijs eius secundi Consobrini tertio loco substituit. Quibus vt supra deficientibus, quartò loco substituit filios masculos legitimos, & naturales Iacobi de Cambijs pariter secundi Consobrini, & illis demum deficientibus vt supra vltimo loco substituit Hospitale Innocentium Ciuitatis Florentiæ.

In secunda verò parte in alijs bonis alibi existentibus instituit eundem Siluestrum fratrem, & Petrum Gallianum eius ex Sorore Nepotem æquis portionibus, quos inuicem substituit hoc modo, nempe Siluestro sine filijs masculis decedenti Petrum quamdiu vixerit. Petro verò deficiente in dicta portione Siluestri quæ peruenerit ad Petrum substituit filios Nicolai Consobrini supradicti, & alios prout supra de bonis Florentiæ disposuit. Petro verò Galliano cohæredi in eius portione substituit eiusdem filios legitimos, & naturales in infinitum, & fœminas primi gradus. Illis verò deficientibus Siluestrum, aut eius filios, aut Nicolai, vel Laurentij, vel Iacobi iuxta formam, conditiones, & qualitates, supra in dispositione bonorum Florentiæ substitit.

Decessit Petrus Gallianus alter cohæres, cui successit vnica filia, Decessit enim Siluester, superstite Petro filio legitimo, & naturali, cui portio Galliani per obitum eius filiæ obuenit: Qui Petrus demum decessit sine liberis institutis hæredibus Hospitale, & Eccles. S. Ioannis Baptistæ, Nationis Florentinæ de Vrbe.

Sed quia Antonius, & Petrus Ioannes fratres de Cambijs descendentes per lineam masculinam ex Laurentio, tertio loco in dicto testamento Petri vocato, prætendebant se vigore supradicti testamenti esse vocatos ad dictam portionem Galliani, ideò instantibus illis proposui dubium. An dicti Fratres essent vocati ad portionem Petri Galliani ex testamento Petri senioris de Cambijs. Quo proposito DD. vnanimi consensu esse vocatos responderunt.

Et quoad fideicommissum factum de bonis in Ciuitate Florentiæ, & eius districtu existentibus ad quod secundum fideicommissum est relatiuum DD. non dubitarunt quin adhuc duret, & sic quod Petrus Ioannes, & Antonius fratres descendentes per lineam masculinam à Laurentio sint vocati, ex quo Petrus testator fecit perpetuum fideicommissum inter omnes descendentes masculos supra vocatos ad quod probandum concurrunt omnes coniecturæ à Doctoribus ad fideicommissum perpetuum inducendum ponderari solitæ.

Prima coniectura oritur ex quo Petrus testator in substitutione filiorum Siluestri, & Nicolai repetijt, & vsus fuit verbo, in infinitum, quod censetur repetitum in substitutione filiorum Laurentij per clausulam † (vt 1
supra) & per verbum (similiter) Decian. *resp. 31. numer. 137. lib. 1.* Surd. *cons. 336. num. 9.* Ruin. *cons. 139. num. 1. in fin. l. 3.* Rota *in recent. decis. 718. numer. 2. & 3. part. 2.* Vbi habetur, quòd hæc conclusio est indubitata.

Secunda coniectura est, quia testator voluit obseruari formam fideicommissorum perpetuorum digrediendo ad plures substitutionum gradus, quia primo loco vocauit fratrem, & eius filios deinde Consobrinum, & eius filios in infinitum. Tertiò Consobrinum, & eius filios, deinde, alium Consobrinum secundum, & eius filios, vt supra, & sic etiam in infinitum. Quia succedendi † ordo 2
est pro-

est proprius vinculorum, & fideicommissorum perpetuo-
rum, Menoch. *lib. 4. præsumpt. 58. n. 10.* Decian. *cons. 120. n.*
17. l. 2. vbi de communi testatur Ceph. *cons. 476. nu. 25.* Cra-
uet. *cons. 98. in fin.* Surd. *cons. 344. nu. 7. & cons. 529. nu. 3.*
Honded. *cons. 54. numer. 35. & 36. lib. 2.* Vbi de veriori, &
receptiori, quod res in toto, quando concurrit alia conie-
ctura etiam leuis, Bellon. Iun. *cons. 50. num. 28. & 29.*
3 Vbi de veriori, & receptiori, quando † adiuuatur alijs
coniecturis caret omni difficultate Rota *in recent. decis.*
146. num. 8, & decis. 266. num. 14. part. 1. Et fuit dictum
in Imolen. fideicommissi 2. Martij 1622. coram bon. me.
Vbaldo, & in Senogallin. fideicommissi 11. Maij 1626.
coram bon. me. Remboldo.

Tertia coniectura oritur ex quo testator semper repe-
4 tijt qualitatem † masculinitatis, quæ qualitas conside-
rata in filijs, cum concurrat etiam in nepotibus suadet te-
stato rem sub nomine filiorum voluisse comprehendere
etiam Nepotes, vt in specie deducunt, Curt. Iun. *cons.*
111. num. 10. & seq. Becc. *cons. 221. nu. 7. & 8. cum alij per*
Bellon. Iun. *cons. 2. num. 23. fusè relatis per* Rouit. *cons.*
50. num. 19.

Quarta coniectura deducitur ex strictissima prohibitio-
5 ne † alienationis facta à testatore, qua desumitur effica-
cissima coniectura perpetui fideicommissi Menoch. *præ-*
sumpt. 68. l. 4. num. 15. Molin. *lib. 1. de Hisp. primog. cap.*
5. tot. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. tit. 6. nu. 5.* Quod tan-
to magis procedit, quando testator reddit rationem prohi-
bitionis, ex quo quando instituit Siluestrum, ei iniunxit,
quod nullo modo posset alienare dicta bona, sed quod
post eius mortem deuenirent ad eius filios, & Nepotes
in infinitum, & his sine filijs masculis decedentibus ad
filios Nicolai in infinitum successisse apponendo omnes
substitutiones, de quibus supra, quo casu cum appareat
Testatorem voluisse prohibitionem realem facere, exten-
ditur ad omnes substitutos, vt benè in his terminis per
Decian. *d. cons. 102. numer. 27. & 28. lib. 2.*

Quinta coniectura desumitur, quia vltimo loco fuit
substitutum Hospitale, cuius fauore censentur vocati
6 † positi in conditione ad hoc, vt bona possint tandem ad
illud deuenire, deficientibus omnibus in conditione posi-
tis, vt optimè deducunt Decian. *d. cons. 102. num. 21. &*
seq. lib. 2. Rimin. Iun. *cons. 21. num. 50. & 51.* Ias. *in l. si*
quis id quod num. 22. post medium ff. de iuris. om. iud. Surd.
cons. 539. num. 5. Vbi etiam de communi attestatur Rot.
decis. 434. num. 2. part. 2. recent.

Sexta, & vltima coniectura est, quia filij Laurentij
vocati sunt post obitum omnium descendentium Siluestri,
& Nicolai in infinitum, vnde cum substitutio filiorum
Laurentij collata sit in remotissimum tempus, nempe
post extinctam lineam Siluestri, & Nicolai, quo tem-
pore impossibile erat extare filios primi gradus Laurentij,
& ideo verisimile est, testatorem cogitasse tunc non exti-
7 turos filios primi gradus Laurentij. Vnde filiorum ap-
pellatione dicendum est nepotes comprehendere voluisse
iuxta receptissimam *opp.* Imol. *in l. gallus §. instituens n. 48.*
vers. vel potest dicere ff. de lib. & posth. quam sequuti sunt
Rub. Alex. *cons. 28. num. 9. circa med. versic. item ex quo*
substitutio, Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 8. n.*
22. Pereg. *de fideicom. art. 22. num. 50.* Rust. *ad l. cum auus*
lib. 6. cap. 12. num. 4. vbi plurimos refert Imolam sequen-
tes Rota in Tusculana fideicommissi 15. Aprilis 1619. co-
ram R. P. D. meo Decano, & in Bonon. fideicommissi
de Desiderijs 20. Maij, & 26. Iunij 1626. coram R. P. D.
meo Merlino, quæ optimè respondet contrarijs.

Ex quibus omnibus coniecturis, licèt aliquæ sepa-
ratim consideratæ possent habere aliquas difficultates,
8 attamen non est dubium † quin simul vnitæ suf-
fragari videantur Beron. *con. 104. numer. 12. in fin. lib.*
2. Bell. Iun. *cons. 50. numer. 33.* Seraph. *decis. 1229.*
numer. 13. Rot. *decis. 266. numer. 19. part. 1. recent.*
Vbi quod coniecturæ ad istum effectum simul iun-
ctæ considerari debent, non autem separatim di-
scuti.

Non obstat, quod testator loquutus fuerit discretiuè
modo de filijs, & modo de nepotibus, & ideò in substi-
tutione facta de filijs Laurentij non veniant nepotes;
maximè cum hic agatur de transuersalibus testatoris;
quia ex serie testamenti apparet testatorem non po-
suisse nomen filiorum discretiuè, sed habuisse pro syno-
nymis, & præsertim, dum postquam vocauit filios Lau-
rentij, subiunxit (quibus deficientibus sine liberis mascu-
lis, vt supra, substituit filios masculos naturales, & le-
gitimos Iacobi) vt post alios Rota respondens fundamen-
to discretiuæ loqutionis in dicta Bononien. de Desiderijs
coram R. P. D. meo Merlino Bellon Iun. *cons. 2. numer.*
35. cum duob. sequen. & num. 39. vers. quia respondeo, Ro-
ta in Vrbeuetana Castrorum 10. Iunij 1588. cum bon. me.
Card. Piatto. Et demum ista difficultas satis tollitur ex
supradictis coniecturis, † quibus concurrentibus filio- 9
rum appellatione veniunt nepotes, vt dixit Rota *decis.*
667. num. 4. par. 2. recent. Quod procedit etiam quando agi-
tur de transuersalibus testatoris, Alex. *cons. 28. num. 9.*
ante medium versic. non obstat id, quod dixi. Simon de
Pret. *cons. 56. num. 9.* Peregr. *cons. 40. num. 41. cum pluribus*
seqq. lib. 6. Rota *in præallegata decis.* Bononien. fideicom-
missi de Desiderij, in qua etiam alia decisiones concordan-
tes recensentur.

Quibus ita formatis, & stante existentia supradicti fi-
deicommissi de bonis Florentiæ DD. non dubitarunt
quin secundum fideicommissum de alijs bonis extra Ci-
uitatem Florentiæ, & eius districtum existentibus adhuc
duret. Quia Testator in portione Petri Galliani, de qua
agitur, eo decedente sine filijs masculis, & mortuis filia-
bus primi gradus, qui fuit casus sequutus, fecit in dicta
portione easdem substitutiones & iuxta eandem formam,
conditiones, & qualitates, quibus supra deposuit de bonis
in Ciuitate Florentiæ existentibus. Sed sic est, quod per
existentiam dd. Antonij, & Petri Ioannis fratrum adhuc
durat vinculum in eorum fauorem in bonis Florentiæ, vt
dictum est supra, ergo pariter dicendum est, quòd duret,
etiam in portione Petri in alijs bonis vigore dictionis re-
petitiuæ. Decian *resp. 31. num. 137. lib. 1* Quæ dictio † 10
operatur perinde, ac si omnes substitutiones factæ in pri-
ma dispositione super bonis patrimonialibus in Ciuitate
Florentiæ positis, de nouo essent de verbo ad verbum
specialiter expressæ in secunda dispositione facta de alijs
bonis extra Ciuitatem Florentiæ sitis. Surd. *cons.*
352. num. 6. & seq. Paris *cons. 19. num. 70. & 71. lib.*
2. Honded. *cons. 78. num. 20. & 40 lib. 1.* Peregr. *de fidei-*
comm. art. 29. num. 17. Decian. *cons. 41. num. 51 lib. 1.*
Aret. *cons. 155. n. 1.* Dec. *cons. 227. num. 3. vol. 1.* vbi quod
si prima substitutio † est facta vulgariter, & per fideicom- 12
missum, & deinde fiat secunda substitutio simpliciter adie-
cto tamen hoc verbo (vt supra) censetur secunda substi-
tutio expressè eodem modo facta, quo illa prima, & ab ea
nihil differt. Sed comprehendit, & extenditur ad eosdem
casus Menoch. *cons. 435. num. 15.* Peregr. *de fideicom. art.*
16. num. 15.

Neque obstat, quod testator alternatiuè loquutus fue-
rit ibi (quod bona reuertantur ad Siluestrum, aut eius
filios, aut filios Nicolai, vel Laurentij, vel Iacobi) quæ
alternatiua eo ipso dicitur verificata, quo vnus ex prædi-
ctis successit, quia pluribus vocatis alternatiuè † in sub- 12
stitutionibus intelliguntur vocati ordine successiuo, vt
vnus post alium succedere debeat, Ruin. *cons. 163. num. 9.*
l. 1. Natt. *cons. 470. numer. 2.* Ceph. *cons. 656. numer. 35.*
Et cessat omnis difficultas, quia ista alternatiua de-
claratur ex subsequentibus verbis secundum formam,
conditiones, & qualitates suprapositas in bonis exi-
stentibus Florentiæ, in quibus ex supradictis clarum
est fideicomm.

Nec pariter obstat decisio † in Romana fideicom de 13
Bonadies 11. Aprilis 1603. coram Eminent. Cardin. Mel-
lino, quia benè aduerterunt DD. quod alternatiua in hoc
casu non simplex, sed relatiua ad similes substitutiones fa-
ctas in primo fideicommisso de bonis Florentiæ per hæc
verba (iuxta formam, & conditiones, ac qualitates) quæ
ex vi dictæ relatiuæ censentur inesse in hac postrema sub-
stitutione, Rota *decis. 36. num. 1. recent.* Sed in casu il-
lius decisionis de Bonadies Rota dixit substitutiones esse
† vulgares, vndè merito sufficiebat in vno verificari 14
nam prima impleta omnes corruunt, *l. si mater 33. §. si*
filius ff. de vulgar. Non sic in præsenti casu, in quo te-
stator voluit prouidere quando defecisset linea Nicolai,
& postmodum Laurentij, & deinde Iacobi, vt inde suc-
cederet Hospitale.

Ex qua testatoris prouidentia infertur ad coniecturam
digressionis ad plures gradus substitutionum, & ad voca-
tionem loci Pij, quæ non est vnica substitutio, prout dici-
tur in dicta decis. de Bonadies, sed sunt plures, † & suc- 15
cessiuè inter se distinctæ, quæ benè veniunt ad coniectu-
randam voluntatem testatoris in vocatione Petri Ioannis,

& Antonij, Honded. *conf. 34. nu. 34. & 35.* Decian. *conf. 102. num. 7. lib. 2. cum alijs sup. allegatis.*

Et ita vtraque parte informante conclusum.

Infra in eadem causa adsunt aliæ decisiones idest sub die 9. Iunij 1627. & 28 Martij 1628. coram eodem R. P. D. Dunozetto, sunt decisiones 84. & 158.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO Decano.

Nucerina Iurisdictionis.

Die Lunæ 5. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Episcopus habet iurisdictionem in tota sua Diæcesi, tam de iure communi, quàm vigore Concilij Tridentini. Et qui sint actus, cum quibus probatur, quod Episcopus habuerit iurisdictionem in aliqua Ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet iurisdictionem in tota sua Diæcesi tam de iure communi, quàm vigore Concilij Trident. num. 2.*

3 *Actus, per quos benè probatur, quod Episcopus habuerit iurisdictionem in aliqua Ecclesia, & num. 4. & 5.*

6 *Probatio concludens requiritur ad tollendum fundamentum intentionis alicuius, consistens in dispositione iuris communis, & possessione comprobatum.*

7 *Cum parte dismembrata transeunt omnia iura illius partis.*

8 *Beneficiorum collationes non probant, quod quis in ea Ecclesia habeat iurisdictionem ordinariam numera 15.*

9 *Vnio Ecclesiæ vnius Diæcesis ad Ecclesiam alterius, non priuat Ordinarium sua iurisdictione.*

10 *Actus iurisdictionis facti lite pendente, non suffragantur, & num. 12.*

11 *Visitationes alicuius Ecclesiæ, an suffragentur, ad acquirendam iurisdictionem ordinariam illius Ecclesiæ, num. 13.*

14 *Ad Papam spectat cognoscere, an alienatio rerum Ecclesiæ sit valida.*

16 *Delinquentes quibus casibus possint capi, & puniri in aliena Diæcesi, & territorio.*

17 *Testibus deponentibus pro assistentia iuris, & secundum iuris commune in concursu magis standum est:*

18 *Iniustitia rei iudicatæ sufficit pro obtinenda restitutione in integrum.*

DECISIO XLI.

ARchiepiscopo Salernitano prætendente Ecclesiam S. Mariæ Maioris Ciuitatis Nucerie esse de Diæcesi Salernitana, & ordinaria iurisdictione Archiepiscoporum, mouit litem contra Episcopum Nucerinum vsque de anno 1592. & causa postmodum commissa cum clausula appellatione remota sententiam fauorabilem reportauit de anno 1619. Reclamante autem Episcopo Nucerino sanctæ me. Paulus Quintus causam nullitatis, notoriæ iniustitiæ, & restitutionis in integrum, prout de iure, & cum clausula, parito iudicato, commisit bon. me. Card. Filonardo, in cuius locum subrogatus fuit Eminen. Cardinalis Perettus cui S. D. N. rescripsit, vt in causa procederet de voto Rotæ. Proculus voti traditione. Primò quæsitum fuit. An Ecclesia S. Mariæ Maioris sit intra fines Diœcesis Nucerinæ Paganorum, & die 2. Decembris præteriti affirmatiuè fuit resolutum. Hodie verò posito Dubio principali. An constet de causis restitutionis in integrum; responsum fuit constare. Cuius dubij effectus eo tendit, vt præcedens sententia infirmetur.

Fundat enim Episcopus Nucerinus intentionem suam,
quia Ecclesia, de qua agitur, probatur ex iam resolutis,
esse in Diœcesi, quin & in ipsamet Ciuitate Nucerina,
Vnde † consequitur tàm iuris communis dispositione, at- 1
tenta, iurisdictionem ad eundem Ordinarium spectare,
capit. cum venerabilis, capit. cum dilectus de Relig. do-
mib. cap. auditis de præscript. cap. omnes Basilicæ 16. qu.
7. cap. conquerente de offic. Ordin. cap. cum Episcopus
eod. tit. de offic. Ordin. in 6. Caput. *decis. 189. num. 7.* Ve-
rall. *decis. 306. pars. 1. & decis. 201. part. 2.* quam etiam
vigorem decretorum † Tridentini *sess. 6. cap. 5. & sess. 14.* 2
cap. 2. 3. & 8. de reform. quæ in his terminis Rota sequu-
ta est in Theatina iurisdictionis quæ est 501. par. 2. recent.

Et hæc ipsa iuris assistentia, neque nuda, aut simplex,
& informis, & in potentia tantum deducitur, sed vesti-
ta, & comprobata ab exercitio, & quasi possessione acto-
rum iurisdictionalium, qui differentes sunt, & releuan-
tes ad eandem probandam. Dantur enim testes quatuor-
decim pro parte eiusdem Episcopi summario eius numer.
4. concludentes per 40. annos ab eorum recordatu, & in
antea à maioribus eorum audiuisse, & de publica voce,
& fama vidisse, & respectiuè audiuisse † Ordinarios Nu- 3
cerinos matrimonia celebrasse, Dimissorias pro ordinibus
suscipiendis concessisse, hæreditates ab intestato decceden-
tium ad pias causas destinasse, Ecclesiam de qua agitur
visitasse, & beneficiatos eiusdem monitos etiam sub pe-
nis, processionibus indictis per Episcopos interfuisse,
quæ † omnia citra ius, & nomen superioritatis, iuris- 4
dictionis, & imperij fieri non potuerunt, prout de con-
cessione Dimissorialium & visitatione sunt aperta decre-
ta Tridentini *sess. 23. de reform. c. 3. & sess. 24. de reform.*
cap. 4. de præstatione obedientiæ idem firmant. Fel. *in*
cap. 1. nu. 1. de maior. & obed. Afflict. *decis. 265. nu. 10 &*
301. nu. 4. & de celebrandis matrimonijs, idem Trident-
num *sess. 24. cap. 1. de reformat.* ibi, *Qui aliter quàm præ-*
sente Parocho vel alio de ipsius Parochi, vel Ordinarij li-
centia, &c. Quæ circumscripta † iurisdictione in conce- 5
dente dari non potest Rota *in Vlixibonen. matrimonij co-*
ram me 19. Nouembris 1625. & in Toletana matrimonij co-
ram D. meo Merlino 10. Decembris eiusdem anni, & quo-
ad alios actus latissimè comprobat Menoch. *de retin. poss.*
rem. 3. num. 570. cum seqq.

Neque obstant deducta per Archiepiscopum, dum hæc
causa in prima instantia agitaretur, & cum quibus sen-
tentiam fauorabilem reportauit, nempe priuilegia
Summ. Pontificum, ex quibus desumuntur enunciatiuæ
antiquæ, collationes beneficiorum existentium in hac ea-
dem Ecclesia controuersa, Visitationes Archiepiscopo-
rum Salernitanorum, deputationes Vicariorum, consen-
sus præstiti alienationi bonorum Ecclesiasticorum, ac de-
mum testes examinati ad eiusdem Archiepiscopi instan-
tiam superadictibus iurisdictionalibus respectu d. Ecclesiæ.

Quia priuilegia summorum Pontificum, quæ sunt Ale-
xandri III. Innocentij III. Alexandri IV. Gregorij IX. &
Vrbani V. qui vltimus regna de anno 1639 enũciant qui-
dem subiectionem Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Nuceria;
verùm, an ante, vel post erectionem Ciuitatis Nuceriæ
in Cathedralem priuilegia non distinguunt, nam illud
Alexandri III. enunciat Abbatiam S. Prisci, quæ nunc est
Cathedralis, quæ si tunc fuisse erecta, fuisset nominata
tanquam Cathedralis, prout fuerunt nominatæ aliæ Ec-
clesiæ, & idem in alijs Innocentij III. Alexandri IV. Gre-
gorij IX. & Vrbani V. dicitur enunciando semper Abba-
tiam S. Prisci sub nomine proprio, & non autem tanquam
Episcopalis Nuceriæ. Quare cum simul esse possit, quòd
ante erectionem vtraque Ecclesia tam Abbatia S. Prisci,
quàm Ecclesia S. Mariæ Maioris esset de iurisdictione Ar-
chiepiscopi Salernitani, & in erectione Abbatiæ S. Prisci
in Cathedralem, prout nunc est, cum suis limitibus di-
stincta tanquam non excepta comprehendatur inter fines
eiusdem meritò non probata per Archiepiscopum erectio-
ne de certo tempore, vt inde inferri possit ad releuantiam
enunciatiuæ, aut non probata exceptione istius Ecclesiæ
semper remanet possibilis, sed non necessaria probatio, quæ
non sufficit † ad tollendum fundamentũ intentionis Epi- 6
scopi consistens in iuris cõmunis dispositione & possessione
comprobatum, *cap. in præsentia, de prob.* Ias. *in l. non hoc*
n. 6. C. vnde legit. Castr. in l. penult. §. docere, n. 4. ff. ne quis
eum, qui in ius voc. Rota *in Cæsaraugustana Parochia-*
lis 8. Nouembris 1594. & in Lucana bonorum 27. Maij
1600. coram bo. mem. Cardin. Pamphilio, & regulari-
ter cum parte † dismembrata transeunt omnia iura, 7

quæ

quæ ex limitibus separatis ab ipsa matrice separantur,
sicut dicitur de decimis, *cap. cum contingat*, *c. cum in tua de decim. quoniam eod. tit.* Rota *decis.* 168. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* ita vt non sufficiat probare ante dismembrationem fuisse de iuribus Ecclesiæ antiquæ, nisi concludenter hoc probetur, cum agatur de tollendo iure quæsito Ecclesiæ erectæ, & dismembratæ.

8 Collationes verò de beneficijs † istius Ecclesiæ similiter non obstant ad sustinendam iurisdictionem ordinariam; Nam si illa deducatur ex iure conferendi cappellanias, & ipsam Ecclesiam curatam, non infertur ad iurisdictionem in populum, Rota *decis.* 3. *de probat. in nouis.* Cassad. *decis.* 1. *de probat.* Rota *decis.* 803. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.* Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 5. *n.* 144. Et idem fuit comprobatum in Adrien. *iurisd.* 27. *Ianij* 1622. *&* 30. *Ianuarij* 1623. *coram me*. Si verò prætendatur ex eo, quòd probetur vnita mensæ Salernitanæ, & neque ex hoc capite con-
9 cluditur iurisdictio ordinaria. Quia per vnionem † Ecclesiæ vnius Diœcesis ad Ecclesiam alterius, non priuatur Ordinarius sua ordinaria iurisdictione, *c.* 2. *de relig. dom.* & idem fuit confirmatum in his terminis in *Vrbeuetana vnionis* 15. *Decembris* 1625. *coram D. meo Durano*. Nec releuant concursus, qui verè de iurisdictione ordinaria videntur secundum decreta Tridentini *sess.* 24. *cap.* 28. *de reformat.* & ipsa Congregatio interpres idem sensit, vt in declaratione relata per Garz. *de benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 117. Quia omnes facti leguntur post annum 1592. de quo tem-
10 pore iam lis † cœpta erat, & tanquam actus controuersi non solent suffragari, Rota *decis.* 4. *num.* 2. *&* 569. *num.* 4. coram Papa Gregor. XV. *& in Cusentin. pensionis* 4. *Februarij* 1619. *& in Neapolitana iurispatronatus* 7. *Februarij* 1624. *coram bon. mem. Vbaldo*.

Visitationes Archiepiscoporum non etiam suffragantur
11 ad acquirendam † iurisdictionem ordinariam istius Ecclesiæ controuersæ, nam si in prima visitatione, quæ contigit die 14. Augusti 1576. & datur in summario num. 14. super ea non probata scientia Episcopi fundamentum constitui non potest, Abb. *in cap. cum Ecclesia Sutrina num.* 25. Ripa *num.* 64. *de caus. poss. &* Prop. Capic. *decis.* 57. *num.* 2. & Rota *idem firmauit in Acherantina Iurisdict.* 24. *Ianuarij* 1600. *coram Eminen. Cardin. Millino*, *& in Theatina Iurisdictionis* 20. *Decembris* 1613. *coram D. meo Decano*. Secunda verò, quæ datur eodem summa, nu. 14 sub die 19. Maij 1592. & tertia sub die 23. Maij 1602.
12 tanquam factæ post litem † motam non releuant, nec sunt habendæ in consideratione, Rota *in Hispalen. Iurispatronatus* 16. *Iunij* 1586. *coram Robusterio*, *& in Burgen. Iurisdictionis S. Ioan.* 4. *Decembris* 1591. *coram Orano*, quos Rota sequuta est coram Papa Gregor. XV. *d. decis.* 4. *num.* 2. Et nihilominus ex testibus Episcopi da-
13 tis probantur clandestinè, † & furtiuè semper factæ, nempè vel absentibus Episcopis Nucerinis, vel Sede Episcopali vacante, vel Vicario Capituli egrotante, vt expressè deponunt 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 12. & 13. ac demum actus ipsi Visitationum indicant iniustitiam ipsius actus visitandi, dum enunciant hanc Ecclesiam esse de mensa Archiepiscopali Salernitan. & Cappellani sunt ad prouisionem prædicti Archiepiscopi, quorum neutrum impedit in Ordinario Nucerino effectum ordinariæ iurisdictionis, vt supra firmatum fuit.

Minus releuat deputatio tertij Cappellani facta per Vicarium generalem Salernitanum ad inseruiendum d. Ecclesiæ ob augumentum populi, de qua in Decreto eiusdem Vicarij summ. num. 13. Quia si ipsa prouisio de Cappellanis non sufficit ad excludendam ordinariam Episcopi iurisdictionem, vt supra firmatum fuit, & ex qua deducitur fundamentum iurisdictionis, non hoc etiam poterit numerus Capellanorum additus, in quo non consistit iuris conferendi differentia.

Nec potest Archiepiscopus confirmare, aut comprobare hanc prætensionem suam ex eo, quòd mandauit Episcopo Nucerino, vt assumeret informationem super alienatione domus, & terrarum, quam intendebant facere Capellani S. Mariæ Maioris, & quod idem Episcopus accepta informatione relationem non dederit Archiepiscopo, quòd illa in vtilitatem Ecclesiæ cedebat. Quia nullum præiudicium resultat ex relatione postquam Ordinarius Nucerinus non prætendit esse de iurisdictione ordina-
14 ria cognoscere super validitate † alienationum, sed ad Sedem Apostolicam, vigore constitutionis Pauli II. vel quibus ab eadem Sede facultas fuerit delegata.

Demum non obstant depositiones testium pro Archiepiscopo examinatorum, quorum dicta dantur in sum. num. 15. Quia fere omnes deponunt de iurisdictione Ar-
chiepiscoporum † conferendi Capellanias eiusdem Eccle- 15
siæ, & quod est vnita mensæ Salernitanæ, quæ non pertinent ad ordinariam iurisdictionem impediendam in populum non exemptum, supra dictum fuit: Alij verò nempè quartus deponit de auditu, quod hæc Ecclesia est subiecta Archiepiscopo, sextus dicit de auditu, quòd sit de Diœcesi Salernitana, & quod aliqui ex Cappellanis d. Ecclesiæ fuerunt carcerati in Curia Salernitana, & de eadem carceratione deponunt nonus, & decimusquartus, sed non deponunt ex quo delicto, vel causa fuerint carcerati, nec de quo tempore, sciente, vel contradicente Epi-
scopo Nucerino, cum multi † sint casus, in quibus in alie- 16
na Diœcesi, & territorio delinquentes possunt capi, & puniri, qui enumerantur in *glos. cap. pastoralis*, *verb. exceptis*, *de offic. ord.* & illam referendo sequitur Corrad. *in Templo omn. iudic. lib.* 2. *cap.* 4. *tit. de Archiepisc. nu.* 17. Et etiam vbi aliquid releuans deponendo concluderent, conquassantur tamen ab alijs examinatis per Episcopum Nucerinum, qui distinctè deponunt super actibus iurisdictionalibus, & magis informati ex rationibus scientiæ ab
eis adductis se ostendunt. Ac demum pro assistentia † iu- 17
ris, & secundum ius commune deponunt, quibus in concursu magis credendum, & standum est, Ioan. Andr. *in cap. auditis*, *num.* 3. *de præscrip.* Rota *decis.* 9. *num.* 8. *par.* 2. *diuers. & decis.* 324. *num.* 13. *par.* 1. *recent. & decis.* 100. *num.* 4. *&* 239. *num.* 2. *coram Papa Greg. XV.*
Ex quibus omnibus patet de iniustitia rei iudicatæ, quæ 18
sufficit pro obtinenda restitutione in integrum, Cæsar. de Grass. *decis.* 10. *num.* 11. *de re iudic.* Seraph. *decis.* 251. *num.* 2. *& decis.* 581. *numer.* 1. *part.* 2. *recent.*

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. MERLINO.

Bononien. fideicommissi de Desiderijs.

Die Veneris 5. Martij 1627.

A R G V M E N T V M.

Identitas bonorum fideicommisso subiectorum qualiter probetur.

S V M M A R I V M.

1 *Bona aliqua adesse bonis fideicommittentis, qualiter probetur.*
2 *Inuentarium probat bona in eo descripta fuisse testatoris.*
3 *Fideicommissum purificatur per professionem religionis.*
4 *Identitas bonorum fideicommissi probatur, si constat hæredes testatoris possidere in eodem loco bona.*
5 *In antiquis sufficiunt leuiores probationes.*
6 *Identitas probatur per duos confines, licet mutata sit qualitas rei.*
7 *In antiquis non ita rigidè probationes exquirendæ sunt, sed præsumptiones sufficiunt.*
8 *Confessiones factæ in diuisione bonorum, quod bona erant subiecta fideicommisso malum operantur in præiudicium successorum etiam singularium.*

D E C I S I O XLII.

DOminus Stephanus, postquam obtinuit per duas decisiones * resolutionem firmari, se esse vocatum, & euenisse casum suæ vocationis in fideicommisso Hieronymi Senioris, aggressus est disputationem super identitate bonorum: Et Domini dixerunt constare de identitate bonorum, de quibus agitur, præter quam de quarto corpore, de quo videatur.

Et primò de possessione posita in loco Medicinæ Comitatus Bononien. tornaturarum 136. constat ex Instrumento diuisionis factæ vsque de anno 1519. inter dictum Hieronymum Seniorem, & Bernardinum, & Romaninum fratres, vbi hæc possessio assignata, fuit Hieronymo pro

pro sua portione,& sic vigore huiusmodi diuisionis hic fun-
1 dus ei acquisitus fuit, & consequenter etiam † probatur,
illum fuisse in bonis fideicommittentis, Bald. *cons. 89. nu. 3. lib. 1.* Peregr. *de fideic. art. 44. num. 4.* Modern. Brixien. *de substit. quæst. 618. num. 4.* & sequuta est Rota *in Romana fideicommissi de Victorijs 9. Decembris proximè præteriti coram me.*

Et coadiuuatur huiusmodi probatio, quia de anno 1548. Hieronymus Iunior, & Aldraghettus nepotes ex Ioanne filio eiusdem Hieronymi Senioris fideicommittentis in Inuentario, & diuisione inter eos facta retulerunt hanc eandem possessionem in ijsdem loco confinibus, & mensura designatam, asserueruntque fuisse in bonis eorum Aui, & eiusdem fideicommisso esse subiectam, ex
2 quo etiam resultat probatio † identitatis, præsertim inter hæredes, & descendentes, & causam habentes ab ipsis, qui inuentarium descripserunt, Natt. *cons. 235. n. 15. & seqq.* Rimin. Iun. *cons. 23. n. 281.* Peregr. *d. ar. 44. n. 5.* Rota *decis. 407. n. 1. par. 2. recent. & in d. Romana fideicommissi de Victorijs coram me.* Et de continua successione in hoc prædio de vno in alium benè constat, quia de Hieronymo Seniore peruenit ad Ioannem Baptistam filium, à Ioan. Baptista ad Aldraghettum nepotem. Ab hoc ad Alexandrum, qui ingressus est Religionem Patrum Cappuccino-
3 rum, & ob eius professionem purificatum fuit † fideicommissum ad fauorem Stephani, & ab Alexandro in Marcum Antonium, & demum à Marco Antonio in D. Lucretiam ream conuentam, & posseditricem, cum & solum sufficiat Testatorem possedisse in aliquo loco, siue Villa, vt est casus noster, quia constat Hieronymum possedisse in loco Medicinæ, quia si hæredes grauati in eadem Villa, seù
4 loco possident, præsumuntur † eadem esse bona, nec aliter identitas iustificanda est, nisi quatenus probaretur intermedia acquisitio facta à successoribus, iuxta celebre *cons.* Fulgos. 145. quem sequuti sunt Peregr. *de fideic. art. 44. num. 22. & cons. 48. num. 10. lib. 1. & cons. 35. in fin. lib. 3.* & plures ab eo congesti, & à Fusar. *de substit. qu. 618. n. 45.* & Rota coram sanct. mem. Gregor XV. *decis. 575. n. 9.* & pluries in causis relatis in d. Romana fideicomm. de Victorijs; præsertim cum omnes ferè demonstrationes conueniant; scilicet loci Medicinæ, confinium descriptorum in illa prima diuisione, & certæ mensurationis, & constat de continuata successione de vno in alium, vt versamur in an-
5 tiquis † in quibus propterea leuiores sufficere debent probationes, & sat est, quod duæ demonstrationes, seu confinia verificentur, licèt alia non adaptentur, Rota *decis. 407. n. 2. & decis. 706. n. 4. p. 2. recent.* & alias sæpius, cum maximè ex pluribus depræhendi possit denominationem nonnullorum confinium immutatam fuisse ob temporis diuturnitatem non autem quod non sit eadem possessio.

Secundò autem de prædio tornaturarum quinque in eodem loco Medicinę, concurrunt eædē probationes, nempè ex diuisione facta cum Hieronymo fideicommittente, & assignatione in illius partem, & Inuentario confecto à nepotibus eiusdem fideicommittentis, verificatione eiusdem loci, & mensuræ, & aliarum demonstrationum, & continuata successione de vno in alium post d. Hieronymum Seniorem.

Non obstat, quod in Instrumento diuisionis asseratur hoc prædium fuisse pratiuum; In inuentario aut dicatur
6 esse vitatum; quoniam, vt supra dictum fuit sufficit, †
quod duæ aliæ demonstrationes applicentur, præsertim quia qualitas quod fuerit vitatum non tollit identitatem corporis; effluxerunt enim à d. diuisione vsque ad Inuentarium triginta ferè anni, & possessores potuerunt pratum redigere ad vsum vineæ, & cum confinia, mensura, & locus concordent, non refert, licèt non adsit eadem qualitas, seu vsus prædij, Roland. *cons. 67. n. 16. & seqq. lib. 2.* Rot. coram Reuerendiss. D. meo Decano, *decis. 120. num. 5.* in eius impressis.

Tertiò, quoad possessionem In communi Podi, seu Castri Sancti Petri constat illam Hieronymum fideicommittentem possedisse, vt ex d. Inuentario facto à prædictis nepotibus tanquam de bonis eiusdem; & eiusdem fideicommisso esse subiectam fatentur, & de successiua continuatione de vno in alium vsque ad consignationem illius factam Lucretiæ matri Alexandri pro sua legitima, omniaque ferè confinia, & demonstrationes, & mensura, & locus del Poggio conueniunt, &c. & ita benè applicantur quæ supra de primo, & secūdo corpore bonorum dicta fuerunt.

De quartò autem corpore, scilicèt, domorum, & apothecarum, Domini ob aliquam veritatem confinium, & denominationum habebant difficultatem circa probationem identitatis, & ideò ad aliam disputationem reiecerunt.

Quoad quintum verò corpus, scilicèt de banco macelli, Domini putarunt constare de identitate, quia, & illud relatum fuit in diuisione de anno 1548. Et in prima diuisione inter filios eiusdem fideicommittentis, & ex alijs deprehendebatur fuisse descriptum tanquam subiectum fideicommisso eiusdem Hieronymi, & cum versemur in † an- 7
tiquis, non ita rigidè probationes exquirendæ sunt, sed presumptiones sufficiunt, Bart. *in l. 4. §. vndè quæri potest, ff. de manum.* Angel. *in l. si certis annis, C. de pact.* Crauet. *cons. 198. n. 2.* Menoch. *cons. 21. n. 33.* Surd. *decis. 55. nu. 12.*

Demùm pro clariori iustificatione identitatis præmissorum quatuor corporum, concurrit confessio supradictorum successorum, qui in diuisionibus eorundem bonorum inter ipsos factis confessi fuerunt diuersis temporibus ea ad ipsos peruenisse ex bonis Hieronymi antiqui fideicommittentis, & Marcus Antonius hodiè in hac causa vocatus, a quo pariter Domini de San Georgijs, & litis consortes habent causam vigore transactionis inter ipsos lite pendente Initæ 3. Aprilis anni 1624. in responsionibus emanatis in positionibus datis pro parte d. Stephani, de quibus in secundo registro *fol. 71.* Respondit dicta corpora de successore in successorem peruenisse ex hæreditate eiusdem Hieronymi, & esse illius fideicommisso subiecta, vt à positione 21. vsque ad num. 41. & in specie de vnoquoque corpore, nempè de primo, scilicet possessione Medicinæ positione 41. & 47. de secundo verò nēpè petia Terræ in eodem communi, positione 48. Quoad tertium Possessionis in communi Podij in secundis positionibus d. registro *fol. 310.* positione 5. & 6. de vltimo in d. secundis positionibus d. posi-
tione 5. & 23. Quorum confessiones in hac materia † mul- 8
tum operantur in præiudicium successorum etiam singularium, & habentium causam ab ipsis, vt in puncto per Ruin. *cons. 128. num. 16. lib. 2.* Seraph. *decis. 553. num. 1. & 3.* Rota *coram Reuerendiss. D. meo Decano, d. decis. 120. n. 2. & fuit etiam decisum in bononien. fideicommissi 2. Nouembr. 1618. coram bon. mem. Vbaldo, & in Arimmen. fideicommissi 20. Iunij 1622. coram R. P. D. meo Buratto; & sæpissimè in alijs.*

Et ita decisum fuit vtraque parte Informante.

Idest sub die 20. Maij 1626. & 26. Iunij eiusdem anni coram eodem R. P. D. Merlino sunt decisiones 6. & 21. Et infra ad sunt aliæ hoc est sub diebus 14. Iunij 1627. & 3. Decembris eiusdem anni, & 24. Martij, & 20. Decembris 1628. & 14. Martij, & 7. Maij. & 14. eiusdem, & 25. Iunij, & 19. Nouembris 1629. coram eodem R. P. D. Merlino sunt in ordine decisiones 87. 118. 160. 126. 258. 279. 286. 313. & 320.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Meleuitana Prioratus Nauarræ.

Die Lunæ 8. Martij 1627.

A R G V M E N T V M.

Remissoria ad hoc, vt concedatur, sufficit, quod vnus articulus sit releuans. Et quando causa dicatur beneficialis.

S V M M A R I V M.

1 *Remissoria conceditur, si vnus articulus sit releuans.*
2 *Præpositariæ S. Ioannis Hierosolymitani licet sint amouibiles ad nutū, nihilominus sunt beneficia regularia.*
3 *Causa dicitur beneficialis, si agatur super titulo beneficij, & num. 5.*
4 *Sententia habetur pro lata in causa beneficiali, si petatur remissoria ad effectum, vt apponatur sequestrum, & num. 7.*
Remissoria in beneficialibus non datur, nisi in tertia instantia, num. 4.
8 *Rota non respicit sententias aliorum Tribunalium, nisi iustificentur.*

9 *Bene-*

9 *Beneficialis causæ natura, non mutatur ex interesse linguæ.*

DECISIO XLIII.

PRoposito iterum dubio super Remissoria Dimini steterunt in decisis sub die 11. Ianuarij præteriti; quia articulus benemerentiæ est releuans; & ideò datur
1 † Remissoria, Verall. *decis. 68. par. 3.* Cassad. *decis. 2. de dilat.*

Incapacitas autem Commendatoris Martini potius videtur discutienda in disputatione super adiudicatione Prioratus; quam in hac controuersia Remissoriæ: in qua sat est, quòd articulus benemerentiæ releuet, & incapacitas allegata requirat altiorem indaginem.

2 Quod præposituræ † S. Ioannis, quamuis amouibiles ad nutum, sint beneficia regularia, tradit Put. *decis. 382. lib. 1. in correct.* Mohed. *decis. 10. de caus. possess. & prop.* Garz. *de benef. par. 1. cap. 4. num. 1.*

Quòd causa sit beneficialis patet, quia versamur inter duos Competitores, quorum quilibet Prioratum præten-
3 dit, & ideo agitur de titulo † beneficij, & in puncto Sequestri, *iuxta clem. 1. tradit* Paris. *cons. 36. a. 16. lib. 4. & comprobatur in alia decisione in causa facta*; Nam propter
4 dilationem Remissoriæ sententia † habetur pro lata ad effectum clementiæ, & consequenter apponitur sequestrum, Verall. *decis. 151. par. 3.* Rota *diuers. decis. 269. num. 3. par. 3.* & cum in beneficialibus, non detur remissoria, nisi in tertia instantia, ideo possessor promittit de stando voicæ, & ponit se in statu tertiæ instantiæ, Verall. *decis. 56. & seq. & 63. par. 3.*

Non obstat, quod Prioratus petatur vti debitus, ideo intret doctrina Bald. *in auth. litigiosi C. de litig.* quia vt detur Remissoria, præsupponitur sententia lata super
5 adiudicatione Prioratus, & sic materia † est beneficialis, & agitur de titulo Prioratus inter Competitores.

Non obstant sententiæ de partibus, quia sicut illæ ad effectum sequestruum non attenduntur *d. clem. 1. & ibi glos. in verb. dumtaxat*, ita nec ad effectum illud tollendi, sed tantum attenditur in vtroque casu sententia Rotalis;
6 maximè cum Rota † non respiciat sententias aliorum nisi iustificentur, & appareant iustæ, *& decisio* Putei *73. & 178. in correct. lib. 1.* & Cassad. *decis. 1. de sequestr. possess. & fruct.* loquuntur in sententij Rotalibus, & in decisione Cæsaraugustana Dismembrationibus, Lunæ 1. Februarij præteriti coram R. P. D. Merlino, fuit denegatum sequestrum, quia agebatur de bonis respectu dotis beneficij.

Non obstat præsumptio, quæ stat pro collatione Commendatoris Martini, quia illa tollitur ex contraria sen-
7 tentia Rotali, † quæ habetur pro lata ad effectum sequestri dum desideratur remissoria.

Nec facit, quod cum apponatur clausula cum retardatione, vel sine arbitrio Rotæ non debeat apponi sequestrum, cum non impediatur expeditio, & processus, & sic cessat ratio sequestri; quia hoc procedere posset; si simpliciter fuisset dictũ sine retardatione, sed cum dicatur cum retardatione, vel sine arbitrio Rotæ, vtique erit locus retardationi sufficienti, & proportionabili pro examinandis testebus in partibus, quæ ne in longum protrahatur apponitur supradicta clausula, per quam remanet arbitrium Dominorum circa huiusmodi cognitionem regulandum ex gerendis per Commendatorem Martinum.

Tandem non obstat, quod lingua Castellæ sit in lite, & petat remissoriam, quia ad hoc est latè responsum in alia
9 decisione, quod non, † mutatur natura causæ beneficialis ex interesse linguæ.

Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

Habetur præsens decisio infra in Additione prout in Indice in eius fine posito.

R. P. D. MERLINO.

Bononien. fideicommissi de Volta.

Die Lunæ 8. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Relatio ad præcedentia, quando, & quomodo sit facienda in fideicommissis.

SVMMARIVM.

1 *Dictiones, dicti, & supradicti, importa ne relationes ad res immediatè antea expressas.*
2 *Fideicommissa de persona ad personas non extenduntur.*
3 *Relatiuum refert omnes, & singulas conditiones supra expressas.*
4 *Testatoris vsus loquendi attendendus est pro declaranda eius voluntate.*
5 *Relatio restringi debet ad eum casum, ad quem est facta relatio, & non ad diuersum, & num. 11.*
6 *Relatio ad superiora fieri non debet, si non cadat eadem ratio.*
7 *Relatio non fit ad omnia præcedentia, quando per eam sequeretur contrarius effectus intentioni disponentis.*
8 *Relatio fieri debet ad ea, de quibus principaliter agitur, secus verò si accessoriè.*
9 *Testatoris affectio in vna familia, potius quàm in alia qualiter cognoscatur, & num. 10.*
12 *Extensio in fideicommissis, de persona ad personam non fit, neque ex coniecturata mente testatoris.*
Et nec ex identitate rationis, nec ob causam conseruandæ agnationis, num. 12.
14 *Mulier, non debet priuari hæreditate, si sine eius culpa contra præceptum testatoris se nupsit in alia familia.*
15 *Fundamentum suæ intentionis quis probare tenetur.*
16 *Matrimonium certum iuxta mentem testatoris, an aliquis compelli possit contrahere.*

DECISIO XLIV.

SEntentiam Rotalem, cuius validitas non controuertebatur, vri iustam confirmationem esse Domini censuerunt ex benè deductis in decisionibus in hac causa factis coram R. P. D. meo Pirouano die 14. Iunij 1624. & 14. Martij 1625.

Testator enim in eius Testamento sub n. 30. disposuit in his verbis (& hæc ideò præcepit, & ordinauit de dd. nuptijs ipse 1). Testator, quia ipso deceden. sine aliquo, vel aliquis filijs, vel descendentibus masculis, vt supra, vel cum filijs, & descendentibus prædictis, qui quandocunque deficerent, & sic finita linea masculina, & per masculum ipsius D. Testatoris, quod tunc, & eo casu primus filius masculus, & ipso non extante, vel quandocumque deficiente sine filijs masculis de vero, & legitimo matrimonio natis secundus filius, & secundo non extante, vel quandocumq; decedente, vt supra tertius filius, & sic successiuo ordine: tunc natus, & nasciturus postea ex supradictis nuptijs contrahendis secundum ordinem de quo supra, prout casus contigerit, sit sibi Testatori hæres vniuersalis,) ex quibus verbis depræhenditur Testatorem tantummodo vocasse filium natum, vel nasciturum ex nuptijs contractis cum aliquo ex illis de Volta, vel Vrsis, de quibus paulò ante scilicet, sub n. 24. & 25. & infra fuerat loquutus, & quas in dicto casu mortis ipsius sine filijs, & descendentibus masculis, vel eorumdem defectus per filias fœminas contrahi præscripserat, vt patet ex illis dictionibus, † di- 1
ctis, supradictis, quæ important relationem ad nuptias immediatè antea expressas, *l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulgar. l. fin. C. de instit. & substit. l. talis scriptura, ff. de legat. 1.* Bart. & alij, *in l. hæredes palam, §. sed si notum, ff. de Testamen.* Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. *decis. 495. num. 7.*

Et consequenter D. Comes Antonius, qui non probat se natum ex nuptijs prædictis à Testatore ordinatis, in fideicommisso non comprehenditur, nec ad ipsum facienda est extensio, fideicommissa enim † de persona ad perso- 2
nam non extenduntur, *l. si quis ita, §. penult. ff. de Testam. tutel. glos. in l. Titius, in princ. ff. de liber. & posthum.* Soccin. *cons. 63. nu. 4. lib. 3.* Honded. *cons. 60. nu. 47. lib. 1.* Odd. *cons. 66. n. 98.* Moder. Brixien. *de substitut. q. 438. nu. 1. & seqq.* Rota coram Card. Seraph. *decis. 883. nu. 2.* & coram sanct. mem. Gregor. XV. *dicta decis. 495. num. 13. & in recentior. decis. 300. num. 20. & 21. par. 1.*

Neque

Neque obstat, quod Testator *d. num.* 25. non extantibus, vel deficientibus filijs, vel descendentibus masculis, & superstitibus fœminis ex legitimo matrimonio natis disposuerit, si vnicam tantum filiam haberet ipsam filiam, sin autem plures maiorem natu ex eis ordine successiuo, vel vltimam superuenientem nubere debere Antonio filio Camilli de Volta, seu alteri ex filijs eiusdem, aut successiuè vni ex filijs Philippi etiam de Volta, vel vni ex filijsque Constantij de Vrsis, aut alteri tandem de Domo de volta, secundum ordinem, modo, & formam, & in omnibus, & per umnia, prout supra dispositum fuit In personam Polixenæ subdens hæc verba (quæ omnia hic intelligantur repetita singula singulis congruè referendo, & adaptando, & non aliter, nec alio modo, Ex quibus inferebant Informãtes pro Comite Antonio, Testatorem approbasse non solum nuprias contrahendas cum aliquo ex illis de Volta, vel Vrsis in casu non existentiæ masculorum, sed etiam contrahendas cum quouis alio, consilio tamen, & cum voluntate filiorum masculorum, & Alexandræ ipsius Testatoris vxoris, & Commissariorum quatenus fœminæ nuptui traderentur adhuc superstitibus masculis, prout supta, *num* 10. 11. *&* 13. disertis verbis fuerat dispositum quoad dictam Polixenam præsertim stantibus dd.
3 verbis relatiuis præcisis, & geminatis † quæ efficiunt, vt omnia quæ circa nuptias Polixenæ dicta fuerant, censeantur etiam quoad ipsas fœminas legitimas, & naturales repetita, & expresè disposita, *l. asse toto, ff. de hæreditate instituт.* Bald. *consil.* 331. *num.* 1. *lib.* 5. Surd *consil.* 469. *num.* 38. *&* 39. cum alijs, & consequenter sufficere ipsum Comitem Antonium esse natum ex nuptijs per D. Comitissam Vrsinam Testatoris filiam superstitibus masculis de eorumdem, & Alexandræ, & Commissariorum consilio, & voluntate honorificè contractis.

Nam placuit responsio, quod relatio sit tantummodo facienda ad formam, & modum contrahendarum nupriarum per Polixenam eius filiam naturalem in casu non existentiæ, vel deficientiæ masculorum, cum enim Testator supra *num.* 10. *&* 11. in hoc casu mandasset, vt Polixena nuberet Antonio filios Camilli de Volta, & ipso non extante, vel non valente, aut nolente cum ea matrimonium contrahere, nuberet alteri filio superuiuenti eiusdem Camilli videlicet secundo, vel alteri superstiti, & non extantibus filijs Camilli, aut extantibus, sed nolen. contrahere, nuberet primogenito Philippi de Volta, vel secundo, vel vlteriori genito ordine successiuo, & prædictis non extantibus nuberet Alexandro, vel Cornelio de Vrsis, & his non extan. alteri legitimo familiæ de Volta proximiori ipsius Testatoris, & illius agnationis exceptis tantum descendentibus Francisci, & Astorgij, demum distinctè admodum, & accuratè ordinem, & modum, ad formam nubendi præscripsisset, volens postea *d. numer.* 24. *&* 25. in eodem casu non extantiæ, vel deficientiæ masculorum similem dispositionem facere quoad filiam primogenitam legitimam, & naturalem cæpit modum eundem præscribere, & cum nonnulla compendiosè expressisset, ne singula denuo repeteret in omnibus, & per omnia, vt supra se retulit ad ordinem, modum, & formam magis exactè circa personam Polixe-
4 næ superius designatam, & cum vsus † fuerit eodem modo loquendi, & ijsdem ferè verbis, satis apparet de qua dispositione, & de quibus nuptijs intellexerit argumento, *l. si seruus plurium, §. fin. ff. de legat.* 1. Castr. *in l. hæres palam §.* 1. *num.* 5. *ff. de Testam.* Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. *decis.* 495. *num.* 8.

Idque etiam suadetur Primo, quia Testator fuit expresè loquutus de nuptijs contrahen. in casu quo filij masculi non extarent, vel deficerent, Ideò relatio restringi debet ad ea, quæ in hoc eodem casu, non autem ad ea, quæ in alio casu diuerso existentiæ scilicet masculorum de tempore nuptus fuerant disposita ad trad. per Castr. *con-*
5 *sil.* 283. *numer. quinto, libr. primo* Alexand. *consil.* 141. *numer.* 3. *libr.* 2. Surdus *cons.* 554. *num.* 29. & benè ponderatur *in prima decisione coram R. P. D. meo Piromano.*

Secundò, quia apparet Testatorem dilexisse natos ex familia de Volta, vel de Vrsis, & ideò ad nuptias contractas cum extraneo, & de alia familia licèt cum consensu Commissariorum, & Vrsis, in quo eadem ratio affe-
6 ctionis non militat, relatio fieri † non deberet, Glos. *in cap. statutum, in verb. Bonis de rescr. in* 6. Bald. *in l. actionibus in* 3. *notab. d. in lit. iurand.* Surd. *consil.* 431. *num.* 64. Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. *decis.* 384. *numer.* 2. *&* 4. *& fuit dictum in Romana pecuniaria Maij* 1618. *coram R. P. D. Buratto.* Et sanè si Testator præcipuam affectionem non habuisset ad familias de Volta, & de Vrsis, tot paginas non impleuisset in dispositione circa nuprias contrahend. in illis familijs, & ideò verisimilis admodũ est coniectura, quod designando hæredem natum, vel nascitutum ex dd nuptijs intellexerit de nuptijs contractis cum altera ex dictis familijs sibi dilectis.

Tertiò, quia Testator cum *d. nu.* 30. in defectum suorum descendentium masculorum vocasset filios natos, & nascituros ex supradictis nuptijs deindè *nu.* 23. *&* 33. si contingeret dictas nuptias non sequi, vel ex eis nullum masculum nasci, aut natum quandocunque sine filijs decedere, substituit d. Antonium de Volta, illiusque filios, & descendentes masculos, & successiuè filios Philippi, & in illorum defectum filios Bonzij pariter de Volta, & his omnibus deficientibus maiorem natu de domo, & prosapia de Vrsis, & sic patet ipsum bonorum conseruationem in dictis duabus familijs, & præsertim in personis ab eo nominatim vocatis eorumque descendentibus affectasse, & consequenter relatio ad nuptias tantummodo cum illis contrahen. fieri debet, aliàs enim filij masculi ex fœmina primogenita nupta in casu superexistentiæ masculorum in extranea familia cum supradictu consensu nedum exclusisset d. Antonium, & alios de agnatione, & familia Testatoris nominatim vocatos, sed etiam filios masculos natos ex secundo, vel vltra genita, quæ in dd. familijs de Volta, & de Vrsis iuxta ordinationem Testatoris nupsisset, quod est absurdum, & repugnat intentioni, ac admodum enixæ Testatoris voluntati, quod vt
euitetur relatio † non est facienda ad ea, ad quæ aliàs fie- 7
ri potest, Bart. & alij, *in l. talis Scriptura, de legat.* 1. Bald. *cons.* 357. *lib.* 4. Crauett. *cons* 70. *num.* 9. *&* 11. Menoch. *cons.* 115. *num.* 14. *& præsumpt.* 181. *num.* 2. *lib.* 4. Surd. *cons.* 431. *numer.* 65. *&* 66. Rota coram sanct. mem. Greg. XV. *decis.* 495. *num.* 10. *&* 11. *& in Romana pecuniaria* 7. *Maij* 1618. *coram R. P. D. Buratto.*

Quartò, quia Testator accuratè, & distinctè, ac per verba dispositiua, ac præceptiua ordinauit nuptias in dictis familijs de Volta, & de Vrsis contrahendas tàm dicto nu. 11. quam etiam dicto nu. 25. De nuptijs verò contrahendis cum dicto consensu in casu extantiæ masculorum dicto num. 25. loquens de filiabus legitimis nullam explicitam mentionem fecit, sed supta num. 13. quoad personam Polixenæ relinquendn dotem scutorum duorum millium auri per verba quodammodo consequutiua, & enunciatiua simpliciter de illis meminerat, Vndè verba illa quæ postea subdicto num. 30. ibi, & hæc ideò præcepit, & ordinauit de dictis nuprijs; & ibi tunc natus, & nasciturus postea ex supradictis nuptijs contrahen. secundum ordinem de quo supradicta intelligen. sunt de nuptijs, cum dd. duabus familijs de quibus testator fuerat
principaliter, † & ex professo loquutus, & quas verè præ- 8
ceperat ordinem, & formam distinctè præscribendo, & ideò ad illas tantum, & non ad alias fieri debet relatio ex illa dictione, & dictis, & prædictis, resultan. ad trad. per Bart. *in l. fin. §. Titia, ff. de libert. leg.* Ruin. *cons.* 131. *nu.* 2. *&* 3. *lib.* 2 Cephal. *cons.* 107 *num.* 7. Surd. *cons.* 430. *num.* 20.

Quintò, quia in casu, quo tempore nuptus Polixenæ extarent filij masculi, tunc eidem reliquit dumtaxat pro eius dote scuta duo millia auri, & apparatus concedentes, filias verò de legitimo matrimonio natas dotari voluit dote, & cum apparatibus concedentibus iuxta conditionem ipsius Testatoris, vt dicto Testamento n. 13. mandans postea n. 15. illam stare debere prædictis tacitam, & contentam, nec vlterius quicquam aliud potere, vel consequi posse in eius bonis, & hæreditate, in casu verò quo nuberet non extantibus filijs masculis, eidẽ vltra apparatus condecẽtes reliquit scuta tria millia auri cum hoc, quod in dictis familijs de Volta, & Vrsis nubere deberet, *vt n.* 10 *&* 11.
ex quo patet † Testatorem in omnibus longè magis faue- 9
re voluisse nuptijs in dictis familijs contrahen. in casu non extantiæ masculorum, quam alijs contrahen. simpliciter cum consilio in casu, quo extarent masculi, quo in casu ipse non solum d. Polixenam, vel eius filios ad suæ hæreditatis successionẽ non vocauit, sed immò potius eandẽ expressè in ea succedere prohibuit; Vndè non est credendum postea, sub dicto nu° 30. parem affectionem ad vtrasq; nuptias habuisse, & masculum ex illis natum, vel nasciturum dd duos casus quodammodo æquiparando ad successionem vocasse.

Sexto,

Sextò, denique ſuadetur ex verbis, & diſpoſitione fa-
cta, ſub num. 24. ibi (quos omnes ſupra Inſtitutos D. Te-
ſtator incipiens à primo hærede naſcituro ex dictis nuptijs,
& ſic deinceps procedendo vſque ad dd. de Vrſis incluſiuè
inuicem ſubſtituit vulgariter pupillariter, & per fidei-
commiſſum ordine tamen, ac modo, & forma prædi-
ctis.) Quæ verba non vniuerſaliter adaptari poſſent niſi
filijs maſculis ex nuptijs in dd duobus familijs contrahen-
dis, & in illorum defectum Antonio, & alijs de Volta,
10 & Vrſis ſucceſſiuè paulò ſupra vocatis, ad † quos appa-
ret Teſtatorem particularem affectionem habuiſſe, vt
latius etiam deducitur *in dd. deciſ. coram R. P. D. meo
Pirouano.*

Quibus non obſtat, quod Teſtator referendo ſe ad di-
ſpoſita circa perſonam Polixenæ, vſus fuerit verbis valdè
generalibus, & geminatis, quia adhuc illa reſtringi de-
bent ad diſpoſita circa nuptias ſpecificatius contrahen. per
eandem Polixenam cum illis de Volta, vel Vrſis in ca-
ſu non extantiæ, vel deficientiæ maſculorum, itaut ea
omnia ſingula ſingulis referendo repetita cenſeantur, non
11 autem eſt facien. extenſio † ad diſpoſita circa nuptias con-
trahendas in alio caſu, *iuxt. trad. per* Natt. *conſ. 546. nu.
15. & 16.* & Surd. *d. conſ 431. num. 24.*

Non obſtat, quod ſi Teſtator vocauit filios Polixenæ
illegitimæ etiam ex nuptijs cum perſona extranea, con-
ſilio tamen conſanguineorum, vt ſupra multò magis vi-
deatur vocare voluiſſe filios D. Vrſinæ legitimæ, & na-
turalis natos ex ſimilibus nuptijs, honorificè contractis,
quia verum non eſt, quod Teſtator vocauerit filios Po-
lixenæ ex nuptijs prædictis, hoc enim in Teſtamento
non legitur, ſed tantum ſubſtituit natos, vel naſci-
turos ex nuptijs per eam ſimiliter contrahendis cum
illis de Volta, vel Vrſis in caſu expreſſo *sub numer. 28.
& 29.*

Neque obſtat, quod Teſtator voluerit conſeruare
agnationem, & quod bona deuenirent ad ſuos deſcen-
dentes maſculos etiam ex fœminis, cum hoc quod illi ſe
nominari, & cognominari facerent de Domo de Volta
ſimpliciter, & ſine aditione aliqua, & eiuſdem Domus
inſignia deferrent ſine alia aditione, vt in dicto Teſtamen-
to *num. 35.* & conſequenter videatur dicendum filios etiam
natos ex nuptijs, cum conſilio prædicto honorificè con-
tractis cum eadem conditionem nominis, & delationis
inſignium veriſimiliter vocare voluiſſe, vt hoc pacto eius
agnatio diutius conſeruaretur, & ſic fideicommiſſum
etiam ad fauorem Comitis Antonij extendi debere. Quo-
12 niam vltra quod extenſio † de perſona ad perſonam non
fit etiam ex coniecturata mente Teſtatoris, nec ex iden-
titate rationis, nec ob cauſam conſeruandæ agnationis
ex congeſtis per *monum.* Brixienſ. *dicta qu. 458. nu. 5. & 8.
verſ. ego autem, & 11. & 14.* Rota *deciſ. 300. nu. 20. par.
1. recent.* fuit etiam reſponſum Teſtatorem dilexiſſe na-
tos ex familijs de Volta, vel de Vrſis à ſe prædilectis, &
in illis bona conſeruari voluiſſe, non autem natos ex alia
familia, erga quam Teſtator nullam affectionem habe-
bat, Ideò ceſſat voluntatis fundamentum, & rationis
identitas, vt ſuperius etiam fuit dictum.

Minùs etiam obſtat ponderatio illorum verborum (tunc
natus) ex quibus dicebatur ſubſtitutionem factam de pri-
mo filio reſpicere temporis extremitatem, quo linea ma-
ſculina remanebat finita, de quo tempore erat impoſſi-
bile, quod filius eſſet natus ex dictis nuptijs cum illis de
Volta, vel de Vrſis, quas Teſtator poſt ipſius lineæ ma-
ſculinæ deficientiam contrahi iuſſerat ponderando præ-
ſertim alia verba, ibi (prout caſus contigerit) quæ ad
nullos alios caſus referri poſſe prætendebatur, quàm ad
dictos duos caſus contrahendarum nuptiarum cum illis
de Volta, vel Vrſis deficiente linea maſculina, vel
cum qualibet alia perſona, cum conſilio tamen, vt ſu-
pra maſculis ſuperſtitibus.

Quoniam obiectum ceſſat ex ipſamet verborum ſtru-
ctura Teſtamenti *num. 30.* ſupra in principio deciſionis re-
lata ex quibus apparet Teſtatorem explicitè conſideraſſe,
& diſtinxiſſe plures caſus; & quia benè cognouit, quod in
primo caſu primus filius non poterat eſſe natus ideò illud
vocauit per illa verba (& naſcituros poſtea ex ſupradictis
nuptijs contrahendis,) quæ illi optimè conueniunt;
ſecundò verò, vel tertiò, & vltra genitum vocauit per
13 illa verba (tunc natos) quia ipſe † de tempore deficien-
tiæ primi, vel vlterioris filij, & ſic in Caſu ſuæ vocationis
poterat, & debebat eſſe iam natus ex nuptijs prædictis,
Bald. *conſ. 274. ante fin. lib. 2.* Alciat. *conſil. 560. & 695.
numer. 2.* Tiraquel. *de iure primogen. quæſt. 3. numer. 6.*
& Menoch. *conſ. 220. num. 121. & 122.* & de huiuſmodi
caſuum immediate prius expreſſorum contingentia ſunt
intelligenda dicta verba (prout caſus contigerit) & non
de alijs.

Nec etiam viſum fuit obſtare, quod D. Comitiſſa Vr-
ſina fuerit à matre in matrimonium collocata, cum adhuc
eſſet minor, dictumque Teſtatoris præceptum ignoraue-
rit, Ideoque excuſanda veniat, nec † hæreditatis iactu- 14
ram ſubire debeat, eo quod ſine eius culpa in alia familia
nupſerit, vt per Molin. *de primogen. Hiſp. lib. 2. c. 13. nu.
13. 15. & ſeqq.* & Cephal. *conſ. 133. n. 31. & 32. & ſeqq.*

Quoniam placuit reſponſio data, quod hoc poſſet for-
ſan procedere ſi ipſa fuiſſet ſimpliciter vocata, & deinde
adiecta prohibitio nuben. in alia familia, & ageretur de
priuando illam ſucceſſione iam quæſita in pœnam con-
trauentionis, ex eo quia Teſtatoris præceptum non ob-
ſeruauerit, ſecus autem in caſu propoſito, in quo ipſa
vocata nullo modo fuit, nec prætenditur illam incidiſſe in
aliquam pœnam priuationis, ſed ſolum dicitur d. Comi-
tem Antonium eius filium non eſſe comprehenſum, eò
quia non probat ſe eſſe natum ex nuptijs contractis cum
illis de Volta, vel Vrſis, habere qualitatem à Teſtatore
requiſitam, prout tanquam fundamentum ſuæ † voca- 15
tionis, & intentionis probare deberet, vt inquit ipſemet,
Ceph. *eodem conſ. 133. num. 33.* poſt medium *verſic. aliud
enim eſt*, & quoniam in omnem euentum huiuſmodi pœ-
na eſſet in lucro comparan. non autem in acquiſito amit-
tendo, & conſequenter, quod nulla culpa ei poſſit adſcribi,
qui iuxta mentem Teſtatoris matrimonium † certum 16
contrahere tenebatur iuxta tradita per Sanch. *de matrim.
lib. 1. diſput. 33. num. 22. verſ. ex dictis infertur*: & propriè
non eſt, nec dici poteſt pœna in tali caſu Card Mantic. *de
coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. nu. 2. & 3.* Paſſet. *conſ.
86. num. 7. &c.*

Et ita per duas vices diſputato articulo, & vtraque par-
te informante pro confirmatione ſententiæ Rotalis reſo-
lutum fuit, &c.

Vide has deciſiones infra in Additione prout in Indice in
eius fine poſito.

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO.

Sorana Beneficij.

Die Lunæ 8. Martij 1627.

A R G V M E N T V M.

Archiuium Monaſterij Caſſinenſis an ſit pu-
blicum, & quæ requirantur ad hoc, vt Ar-
chiuium dicatur publicum. Et Abbas Mo-
naſterij Caſſinenſis an habeat iuriſdictio-
nem Epiſcopalem.

S V M M A R I V M.

1 *Archiuium, quando eſt publicum, fidem, & vim ſcripturis attribuit.*

2 *Scripturæ extractæ ex Archiuio Epiſcopali dicuntur extractæ ex Archiuio publico.*

3 *Abbas Monaſterij Caſſinenſis habet iuriſdictionem Epiſcopalem.*

4 *Literæ Apoſtolicæ non niſi habentibus iura Epiſcopalia tranſmitti ſolent.*

5 *Abbas Caſſinenſis habet territorium ſeparatum ſubditum ſuæ iuriſdictioni, & nullus alius extat ibi Antiſtes.*

6 *Caſſinenſis Eccleſia verè cenſenda eſt Cathedralis, & Epiſcopalis, & num. 11.*

7 *Caſſinum erat ciuitas præclara, & Latinorum nouiſſima deducta Colonia à Romanis.*

8 *Caſſinenſis Eccleſia antequam illuc accederet Sanctus Benedictus habebat Epiſcopum.*

9 *Ad Caſſinenſem Eccleſiam S. Benedictus immediatè à Deo miſſus fuit.*

10 Caſſi-

10 *Cassinenses Abbates, licet non sint Episcopi, tamen semper iura Episcopalia exercuerunt, & num. 12.*
13 *Archiuia Episcoporum, licet sint suffraganei, & paucæ Diœcesis, nihilominus plenè probant.*
14 *Cassinensis Abbas est solum immediatè subiectus sedi Apostolicæ.*
15 *Liber Prouincialis, an sit authenticus.*
16 *Cassinensis Abbas est tamquam Princeps in suo territorio, & num. 26.*
17 *Archiuium Cassinense est antiquissimæ iurisdictionis, & temporis, & habet publicum officialem, & custodem, & num. 32.*
18 *Ex Archiuio Cassinensi Cæsar Cardin. Baronius multa deprompsit, quæ in suos Annales, & alia opera ingessit.*
19 *Archiuium Monasterij dicitur publicum, si ad eius effectum illius claues aliquis specialiter deputatus asseruat, & hoc per antiquum tempus, & nu. 20.*
21 *Archiuium Cassinense, vti publicum, & insigne semper à Summ. Pontif. in magna æstimatione fuit habitum.*
22 *Scripturis Archiuij Cassinensis est habenda omninò fides in quocunque Tribunali.*
23 *Scripturæ extractæ ex Archiuio alicuius Monasterij non recipiunt vim probationis ex tali loco.*
24 *Rut. decis. 163. lib. 3. & alij DD. declarantur.*
25 *Decis. in causa Aquinaten. coram Card. Marcom. declaratur.*
27 *Archiuium publicum, solum probat inter personas illius Territorio subiectas declara, num. 29*
28 *Aret. in cap. cum causam de probat. & alij, reprobantur.*
30 *Scripturæ antiquissimæ probant etiam extra territorium Archiuij.*
31 *Scripturæ extractæ ex Archiuio probato Monasterij licet non probent, multum tamen operantur.*
33 *Scripturarum pluralitate stante, probant etiamsi à nullo publico Archiuio sint extractæ.*
34 *Scripturæ fidem merentur, concurrente verisimilitudine.*

DECISIO XLV.

RESolutiones, quæ huc vsque in hac causa præcesserunt cum eo præsupposito emanarunt, quod scripturæ in actis exhibitæ per RR. PP. Cassinenses essent in forma probanti, vnde semel, ac iterum proposito dubio super veritate præsuppositi, hodie Domini super eo affirmatiuè responderunt. Iura enim prædicta, ex quibus resultat, huiusmodi beneficium esse manuale, & regulare vsque ab anno 1465. & sic spectare ad Monasterium Cassinense, sunt extracta ex eodem Cassinensi Archiuio, & inter scripturas authenticas ibi conseruabantur, & ab Archiuista deputato subscripta, & consequenter cum omni-
1 busrequisitis, itaut dictum Archiuium † tanquam publicum, Immò, & celeberrimum in tota Europa, optimè fidem, & vim probationis attribuat dictis scripturis, *Lex. nam ad hæc. C. de fid. Instr.* cum plenè notatis per Felin. *in cap. ad audientiam de præscrip.* Ioan. Andr. *ad specul. §. nunc videndum vers. quintum supplimentum de edit. Instr.* Soccin. Sen. *cons. 25. num. 6. lib. 2.* Crauet. *cons. 158. nu 5.* Rota *decis. 581. num. 3. par. 2. recent.*
2 Amplius si scripturæ † extractæ ex Archiuio Episcopali dicuntur extractæ ex Archiuio publico: & plenè probant *c. 2. de fid. Instr.* & ibi Card. & Hostien. Franc. Marc. *decis. 436. num. 2. 3. & 4. par. 1.* Aluar. inter cons. Albert. Brun *cons. 121. num. 3.* Modern. Patauin. *de primat. Scriptur. lib. 5. cap. 1. n. 33.* Idem erit dicendum de hoc Archiuio Cassinensi, quod æquiparandum est Episcopali, quia
3 illius Monasterij † Abbas habet Iurisdictionem Episcopalem, cum Diœcesi separata descripta inter Episcopales in libris Cancellariæ, & Cameræ Apostolicæ, quibus fides habetur ad Seraph. *decis. 1353. n. 4.* Synodum congregat, concedit dimissorias ad sacros ordines, approbat Confessores, & Prædicatores, atque ad ipsum eiusque generalem Vicarium diriguntur litteræ apostolicæ matrimoniales, dispensationum, & idem Abbati Cassinensi respondit Pon-
tifex Alex. III. *in cap. 1. de consanguinit. & affinit.* & huiusmodi literæ † Apostolicæ non nisi habentibus Iura Epi- 4
scopalia transmitti solent, *cap. conquerente de offic. Iud. ordin.* & Seraph. *decis. 1012. n. 1.* Aliaq; plura adducebantur, quæ Ius Episcopale ipsius Abbatis Cassinensis benè inferebant, qui quidem Abbas habet Territorium separatum † Iurisdictioni suæ subditum, nullusque alius extat 5
ibi Antistes, qui saluti animarum illius Populi præsit, vt affirmat Butr. *in cap. cum contingat num. 11. propè med. versic. fatetur*, & ibid. prius Io Andr. *n. 4. de for. compet.*
Immò hæc Ecclesia † Cassinensis verè videtur censenda Ca- 6
thedralis, & Episcopalis prout eam appellarunt. Io. Andr. *in d. c. cum contingat n. 4. de for. cōp.* & ibid. Butr. *n. 11. circa med. vers. fatetur.* Rebuff. *in prax. fol. 649. in princ.* Quarant. *in summ. Bullar. in verbo Concilium Prouinciale n. 16 & Prouinciale Ecclesiarum Cathedralium Impressum Romæ sub Leone X* & meritò, quoniam ex Strabon. *lib. 5. de sit. orb* erat hæc Ciuitas † præclara, & Latinorum no- 7
uissima deducta Colonia à Romanis anno ab Vrb. cond. 440. *L. Papirio Cursore V. & C. Iunio iterum Consulibus ex* Tit. Liu. *lib. 9. decad. 1.* & Sigon. *de antiq. Iur. Ital. lib 2.* & multoties laudata apud antiquos authores Plinium, M. Varronem, Antonium, Augustum, Silium Italicum, de more autem erat primi sæculi nascentis Ecclesiæ Episcopum creari, & tribui huiusmodi Colonijs, & Ciuitatibus, vt ex *dist. 80. cap. 5. & 2.* quod & melius ex temporum serie comprobari videtur quandoquidem antequam Sanctus Benedictus illuc accesserit, dicta † Ecclesia Cas- 8
sinensis habebat suum Episcopum, & præcipuè habuit Seuerum, qui interfuit Concilio Lateranensi sub Felice III. Papa, quod habitum fuit anno 487. & huic Concilio Seuerus tanquam Episcopus Cassinensis subscripsit, vt constat ex. 2. *tom. Concil. fol. 420.* & de eodem hoc Seuero Episcopo Cassinensi attestatur Petrus Diaconus in vita eiusdem Sancti Seueri, & Leo Hostien. in Cronica Cassin. *lib. 3. cap. 40.* Postquam autem illuc accessit D. Benedictus scilicet de anno 529. nemo amplius præter Monacos Cassinenses, Episcopus ibi fuit deputatus, & iure, quia D. Be-
nedictus † illud immediatè à Deo missus fuit eique pro 9
populo Cassinensi munus Euangelicum demandatum, quemadmodum affirmat Sanctus Gregorius Magnus *Dialog. lib. 2. cap. 8. & 19.* & Gordianus in vita Sancti Placidi Martyris, quæ habetur apud Surium *tom. 7. fol. 749.* & etiam refert D. Thom. *in Opusc. 10. cap. 4. circa med.* & Augustinus de Ancona *de potestate Ecclesiastica ad Ioannem Papam XXII. qu. 64. ar. 1. & hoc idem asseritur in adnotationibus ad Can. generaliter 16. quæst. 1.* & successiuis temporibus Abbates Cassinenses post D. Benedictum, li-
cet non essent Episcopi, Iura † tamen Episcopalia, & 10
omnimodum Iurisdictionem semper exercuerunt, diœcesimque habebant, vt patet ex pluribus, & præsertim ex Bulla signo plumbeo munita de anno 1271. vbi Bernardus Abbas suam dixit diœcesim, & translationem cuiusdam Ecclesiæ demandauit. Et Marinus Abbas de anno 1308. In alia Bulla assensum præbuit Indulgentijs ab Episcopis concessis in consecratione cuiusdam Altaris, & ad instar Episcoporum, alias etiam ipse concessit, Immò de anno 1322 Ioannes Papa XXII. Episcopum dictæ Ecclesię Cassinensi restituit, eamque in regularem Cathedralem constituit ordinem dumtaxat Episcopalem addendo prædictis Abbatibus, qui à Conuentu in capitulum erecto per Canonicam postulationem eligebantur, & vtrunque munus Episcopi scilicet, & Abbatis obibant, quod seruatum est vsque ad annum 1367. sub Vrbano V qui Iurisdictionem prædictam reseruando ijsdem Abbatibus solummodo Episcopalem ordinem à Ioann. XXII. concessum ademit putans rei familiari, ac vtilitati monasterij ex hoc magis fore consultum, vt ex Bulla eiusdem Vrbani V. Ex quibus
assequimur quod hæc Ecclesia † Cassinensis semper fuit 11
Cathedralis, & Episcopalis, habuitque, & ad præsens etiam habet diœcesim, ac Territorium proprium, & Abbates omni tempore pariformiter (exceptis his tantum,
quæ ab ordine pendent) Iura Episcopalia, † & Iurisdictio- 12
nem plenissimè exercuerunt, & exercent, ac proinde illius Archiuium tamquam Episcopale legalitatem, ac fidem scripturis ibi existentibus præbere debet.
Vlterius videbatur aliquibus ex Dominis in hac materia preferendum Archiuium Ecclesiæ Cassinensis alijs Archiuijs Episcopalibus, quia Episcopi sæpè sæpius solent esse suffraganei, & angustæ Diœcesis, & nihilominus eo-
rum † Archiuia dicuntur publica, & ex eis extracta Iu- 13
ra ple-

ra plenè probant ex supra deductis, atqui Abbas Cassinen-
sis non est vlli, aut Abbati, aut Episcopo, aut Archie-
piscopo suffraganeus, vel subditus, sed omninò à quocun-
14 que exemptus soli Sedi Apostolicæ immediatè † subie-
ctus, vt ex priuilegio Zachariæ Papæ à quo Pontifice
præterea fuit Abbas dicti Monasterij ea dignitate decora-
tus, vt supra omnes alios Abbates in publicis Concilijs,
ac cœtibus resideret, & ante alios sententiam diceret, vt
probant eius antiqua priuilegia, consuetudo inde secuta,
& Carolus Sigon. *de Regn. Ital. lib. 3. sub anno 748.* & Leo
15 Hostien. *Cron. lib. 1. cap. 4.* & indicat liber † Prouincialis,
cui in Rota receptum est, vt fides adhibeatur, Mohed.
decis. 5. de fid. Instrum. Immò habet Abbas Cassinensis
vtramque Iurisdictionem spiritualem scilicet, & tempo-
16 ralem atque in suo Territorio † est veluti Princeps, cuius
propterea Archiuium satis probat Bursat. *cons. 106. num.*
18. qui alios cumulat.

Accedunt conditiones ad id requisitæ, quæ si in vllo
Orbis Archiuio reperiuntur in hoc certè eminent, est enim
17 antiquissimæ † iurisdictionis, & temporis, habet publi-
cum officialem, & custodem, *iuxt.* Felin. *in cap. à l. ou-
dientiam de præscript.* qui officialis exactissimè disposita
monumenta conseruat, & dicitur Archiuista Cassinensis,
& talis fuit Leo Monachus Cardinalis, Episcopus Ho-
stiensis, ac Pettus Diaconus, quos de aliorum consensu
sinceræ fidei scriptores appellat, & laudat Cardinalis Ba-
18 ronius, & ex eo † Archiuio profitetur deprompsisse mul-
ta, quæ in suos Annales, & alia opera ingessit, ita in
notis ad *Martyrolog. sub die 12. Martij 6. 7. Maij, 17. Iu-
nij, & 18. Iulij, 20. August. 1. Octobris 7. Nouembris, &
in Annal. tom. 10. sub anno 850. & 851. & 873. & tom. 11.*
multis in locis, & Panuinus historiæ Romanæ parens
appellatus, idem testatur *in princ. histor. Pontif.* & Caro-
lus Sigon. *in indice hist. de Regno Italiæ*, præter alios anti-
quiores.

Et præmissa efficaciora redduotur ex eo, quod etiam si
hoc non esset Archiuium Abbatis iurisdictionem talem
19 habentis, sed solummodo † simplicis Monasterij, adhuc
tamen diceretur publicum ad hunc effectum, si eius claues
aliquis specialiter deputatus asseruaret, & ita per antiquū
tempus consueuisset, ex trad. per Crau. *d. cons. 158. sub n.
5. cum seqq. & cons. 274. num. 5. & 6.* tanto ergò magis in
hac sententia insistendum videatur respectu huius Ar-
chiuij cum præter id in ipso concurrant omnia supra rela-
ta ad publicum Archiuium necessaria, & ex eo, quod
20 Archiuium sit alicuius † Monasterij non excludatur,
quin possit etiam esse publicum, vt deducitur, ex Crau.
d. cons. 274. sub num 6. & Trentacinq. *var. resol. lib. 2.
resol 8. num. 5. tit. de fid. instrum.*

Demum quod totam rem euincit, fat, est, quod vti
21 publicum, † & insigne semper à Summis Pontif. & in
magna æstimatione fuerit habitum; Ita enim Bonifacius
IX. anno 11. sui Pontificatus, in quadam Bulla admo-
dum honorificè de eo verba facit. Ita pariter Leo X an-
no 9. sui Pontificatus mandat in eo asseruari, & repo-
ni magni momenti scripturas, & nuper ad nutum sanct.
mem. Pauli V. Reuerendiss. D. Archiepiscopus Vulpius,
& iussu Catholicæ Maiestatis Fuluius Marchio Corletti
ad illud tamquam ad Archiuium publicum transmiserunt
custodiendam determinationem causæ cuiusdam vertentis
circa confines Terrarum Pontis Cutui, & Rocchæ Gu-
glielmi, & postea sanct. mem. Gregorius XV. Archiuij
Custodem Pontificij Notarij dignitate donauit, vt iure
merito S. P. D. N. Vrbanus VIII. innixus tantis erudito-
rum attestationibus, Pontificum decretis, loci antiquita-
te, & præcipuè officialium diligenti, ac sincera custodia,
confirmans eadem priuilegia amplius decreuerit omni-
22 modam † habendam esse fidem scripturis huiusmodi in
quocunque Tribunali Ecclesiastico, aut sæculari, vt ap-
paret ex illius Breui.

23 Nec obstat, quod iura † extracta ex Archiuio Mona-
sterij non recipiant vim probationis ex tali loco, iuxta
decis. Put 168 *lib. 3. & decis. 25. tit. de fid. instr.* & in
specie de Archiuio Monasterij Cassinensis, dixit Rota *in
Aquinaten. seu nullius beneficiorum 2. Aprilis 1607. coram
bon. mem. Cardinali Marcomontio.* Respondetur enim il-
lud tunc posse procedere quoties Archiuium priuatum est
solius Monasterij, & ibi iura pro solo Monasterio custo-
24 diuntur, & ita loquuntur Puteus, & alij, secus autem
quando Archiuium Monasterij publicum est nempe pu-
blicæ confert vtilitati, ac publicè custoditur, & in specie
declarat Soccin. Sen. *cons. 258. num. 6. lib. 2.*

Et ex hoc tollitur etiam, quod addebatur ex illa † 25
Aquinaten. coram Cardin. Marcomontio. Supponebatur
enim tunc in facto Archiuium Cassinense esse solum Ar-
chiuium Monasterij, & ita priuatum, neque aliqua ex
his rationibus tunc in medium allata fuit, nec quod Ab- 26
bas dicti Monasterij habeat vicem Episcopi, & Principis,
& quod ibi iura, & scripturæ non solum illius Territorij
custodiantur, sed etiam totius Italiæ, ac ferè Orbis.

Neque rursus obstare visum est, quod Archiuium † 27
publicum solum dicatur probare inter personas illius Ter-
ritorio subiectas, Rota apud Caputaq *decis. 42. par. 1.* co-
ram Puteo *decis. 341. n. 2. lib. 2.* & coram Reuerendissimo
D. meo Decano *decis. 36. num. 10. & decis. 128. num. 2. in
eius impressis, & ex ibi alleg.* & Trenracinq. *var. resol. lib.
2. d. resol. 8 n. 8. de fid. inst.* qui alios cumulat, à qua opinione
nec est recedendum, cum eam Rota pluries fuerit imple-
xa, quidquid in † contrarium senserint, Aret. *in c. cum* 28
causam de prob & Seff. *decis. Aragon. 21. num. 1. & seqq.*
Moder. Patauin. *de priuat. script. lib. 5. c. 1. nu. 18.* quo-
niam vera est illa conclusio in Archiuio constituto ad cer- 29
tum Territorium, & ad certa scriptura, & ita loquuntur
Doct. & propterea non applicatur ad hoc Cassinense, quia
habet, & custodit scripturas pertinentes ad totum ferè Or-
bem atque ad Principes Christianos neutiquam illi subdi-
tos, & cum versemur in antiquissimis † scripturis, illæ pro- 30
bant etiam extra Territorium Archiuij, vt limitando con-
trariam opinionem docet, idem Seff. *d. decis. 21. num. 6.*

Demum obseruandum est, quod hic ipse prouisus erat
subditus Cassinensi Archiuio, & huius iura sua fecerat Ca-
pitulum Terrę Albeti, dum admissum fuerat ad causam in
statu, & terminis, in quibus idem prouisus reperiebatur.

Postremò multa hic quoque concurrunt, quæ fidem di-
ctis scripturis, & iuribus addunt, nempè quia iura extra-
cta † ex Archiuio, etiam priuato Monasterio licet regu- 31
lariter non plenè probent, multum tamen operaotur, vt
per Crauet *d. cons. 274. nu. 6.* Osasch. *decis. 69. num. 6.* At
hoc Archiuium, vt dicebatur, est publicum, & insigne, an- 32
tiquissimū ritè custodirum, publicè asseruatum, & in pos-
sessionem etiam, vt apud vnumquemque adinueniat fi-
dem, & iura prædicta extra sunt ex libris, qui habent fa-
ciem antiquam, & dignam, vt authentici existimentur,
& hæc iura munita sunt sigillo, & subscriptione Archiui-
stæ, sunt numero plurima; Ita ut vix credi possit, præser-
tim à Religiosis conspicuæ probitatis tot conficta fuisse,
vnde facilius concludendum est pro eorum legalitate,
etiam si à nullo publico Archiuio fuissent extracta stante
† pluralitate scriprurarum, Rota coram Acchil. *decis. 5.* 33
de fid. instr. & coram Reu. D. meo Decano *decis. 258. nu. 6.*
& iura prædicta continent verisimilia, quia prouisio bene-
ficij facta per Abbatem de anno 1588. fuit Canonizata per
sententiam Card. Seraph. vt etiam fuit consideratum in
decis. sub die 28. Februarij 1625. coram me, in hac causa,
& per consequens aliæ scripturæ anteriores super hoc eo-
dem beneficio redduntur † verisimiles, & sic fidem me- 34
rentur, ad tradita per Dec. *cons. 510. n. 2.* Crauet. *cons. 158
n. 9. vers. ex quo verisimilitudine*, Surd. *decis. 199. num. 5*
Rota *decis. 776. n. 3. par. 1. diu.* & coram san. mem. Greg
XV. *decis. 468. num. 13.*

Et ita semel, & iterum examinato articulo resolutum
fuit iura ex dicto Cassinensi Archiuio extracta esse in for-
ma probanti, &c.

REVERENDISS. P.D. DVRANO EPISCOPO VRGELLEN.

Firmana Pensionis.

Die Lunæ 8. Martij 1627.

A R G V M E N T V M.

Pensionis translatio, an sit odiosa odio rationabili, vel irrationabili. Cardinales comprehenduntur sub generali dispositione, quamuis odiosa, odio tamen rationabili.

S V M M A R I V M.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*

2 *Pensionis translatio, an sit odiosa odio rationabili,*

bili, vel irrationabili.

3 *Pensio non est odiosa, & quare.*

4 *Pensio, quando est odiosa, non est odiosa odio irrationabili.*

5 *Pensionis impositio non continet odium, saltim irrationabili.*

6 *Pensionis impositio est magis odiosa, quàm illius translatio.*

Seruitutis noua impositio est magis odiosa, quàm iam impositæ prorogatio, num. 6.

7 *In pensionis translatione, seu facultate transferendi, non est facienda mentio, quod beneficium sit grauatum alia pensione.*

Pensio in beneficijs, quando imponitur, est facienda mentio, an adsit alia pensio, num. 7.

8 *Concessiones factæ motu proprio, sunt fauorabiles, & num. 28.*

9 *Pensionis literæ, facultas transferendi, & translatio ipsa, non sunt distinctim, & de per se consideranda, sed vt vnum integrale constituentia.*

10 *Cardinales comprehenduntur sub generali dispositione, quamuis odiosa, non tamen odio irrationabili. Vide distinctionem num. 21. & reijcitur, num. 17. & vide 18.*

12 *Doctores plures, & decisiones declarantur, & 19.*

13 *Cardinales non comprehenduntur sub dispositione generali extrauag. Iniunctæ Bonifacij Octaui.*

14 *Cardinales particulari priuilegio sunt immunes à taxis Officialium.*

15 *Cardinales, quando non sunt in aliqua materia priuilegiati, tunc vt ceteri, quo ad illam regulari debent, & num. 22.*

16 *Statutum generale comprehendit personas, & causas priuilegiatas, quæ in casu illo non reperiuntur habere speciale priuilegium.*

20 *Roman. cons. 498. communiter reprobatur, pro vt etiam magno studio fuit reprobatum à Rot. nu. 21.*

23 *Facultas transferendi pensiones purè data, & concessa, postea ex accidenti non potest capere conditiones.*

Dispositio sufficit, quod semel per existentiam conditionis fuerit purificata, quicquid postea contingat, num. 23.

24 *Pensio est onus reale, & ideò non debet regulari à personis.*

25 *Obligatio mutatione personæ non alteratur, neque extinguitur.*

26 *Effectus regulari debet à sua causa, & pars à toto.*

27 *Priuilegiatus debet esse potioris conditionis, quàm non priuilegiatus.*

29 *Præiudicium primarium, & præcisum debet magis attendi, quàm secundarium, & euentuale.*

30 *Regul. Cancell. 67 num. 68. declaratur.*

31 *Cardinales non comprehenduntur sub regulis Cancellar. edendis, sed benè sub iam editis.*

DECISIO XLVI.

FVit post sæpius disputatum, bis decisum coram bon. me. Remboldo, nempe sub die 26. Februarij 1625. * & 23. Ianuarij 1626. translationem pensionis scutorum duorum mille auri, factam per clar. mem. Cardinalem Montaltum vigore facultatis transferendi motu proprio sibi datæ per San. mem. Sixtum V. fuisse validam, & iuxta illam pronunciatum, literas reseruationis vnà cum Instrumento translationis esse exequendas; Cum autem causa appellationis interpositæ pro parte Illustrissimi D. Cardinalis Bandini reseruatarij fructuum mensæ Archiepiscopalis Firmanæ, super qua dicta pensio fuit reseruata, mihi commissa fuerit, sine præiudicio legitimæ executionis arbitrio Rotæ, fuit die 23. Ianuarij præteriti resolutum, non intrare arbitrium ad impediendam viam executiuam. Et quamuis eo ipso tunc Dominis constiterit de
1 Iustitia translatariorum, quia arbitrium † regulatur à iure, itaut ad illud denegandum oportet de iustitia, & validitate sententiæ constare, & multò magis de illa, quàm de ista, nihilominus (quod raro Rota facere consueuit) fuit concessum D. Cardinali iterum audiri super iustitia; vndè cum hodie de illa fuerit disceptatum, fuit vnanimi omnium consensu resolutum, iustitiam translatariorum esse claram ex prædictis duabus decisionibus bon. mem Remboldi, quæ ita visæ fuerunt optimis rationibus, & auctoritatibus ornatæ, vt quicquid nunc contra illas deductum fuit, non sit aliud quàm in eis disertè discussa refricare.

Tota siquidem difficultas ad id reducitur, an D. Cardinalis reseruatarius compræhendatur sub dicto indulto transferendi, itaut translatio vigore illius postea facta
illum afficiat: cuius resolutio inde pendet, an translatio † 2
sit odiosa odio rationabili, vel irrationabili, & cum materia sit proportinnata ad Cardinales, quia ipsi etiam, quando de beneficijs prouidentur, multoties grauantur pensionibus, & habent admixtam illam publicæ vtilitatis rationem, quod ex pingui beneficio plures Clerici alantur, & non reseruetur in odium titularis, sed in fauorem tertij,
aut certè pensio † non est odiosa: vt his, & alijs rationi- 3
bus defendunt, Bursat. *cons.* 126. *num.* 90. *lib.* 2. Mandos. *super regul.* 19. *q.* 11. *a.* 1. *cum seqq.* Gonzal. *in glos.* 6. *præm. num.* 21. *& facit text. in cap.* 2. *§. statuimus de decim. in* 6. *& reg quam per illum text. constituit*, Sanchez *de matrim.*
lib. 1. *disput.* 1. *num.* 4. aut dubio procul quando pensio † 4
odiosa sit, non tamen odio irrationabili, Rota *decis.* 240. *num.* 24. *par.* 1. *diuers.* & benè in dicta decis. 26. Februarij in hac causa facta, *in vers. tamen de iure.*

Quod si impositio † pensionis non continet odium sal- 5
tim irrationabile, nec etiam facultas transferendi, in qua militat eadem ratio æquitatis, & etiam quia conceditur S. R. E. Cardinalibus, & alijs de Ecclesia benemeritis in præmium laborum, quos pro Sede Apostolica sustinent, & redundat in fauorem eorum familiarium, adeò quod cum passim, & his de causis à Pontificibus concedatur, esset nimis audacius dicere, quod translatio indè sequuta sit contra rationem.

Quintò magis odiosa videtur impositio † pensionis, 6
quàm illius translatio, sicut noua impositio seruitutis magis, quàm seruitutis iam impositæ prorogatio, adeò enim reputatur modici præiudicij (ex quo contingere po-
test, quod translatarius præmoriatur transferenti) vt † 7
in translatione, seù facultate transferendi non sit facienda mentio, quod beneficium sit grauatum alia pensione, vt facienda est, quando pensio imponitur, vt dixit Rota *in Regien. pensionis* 16. *Nouembris* 1622. *&* 17. *Iunij* 1624. *coram* R. P. D. *meo Pirouano, & in Romana pensionis* 17. *Iunii* 1622. *coram bon. mem. Buratto, & in d. decisione* 26. *Februarij, vers. & licèt, coram bon. mem. Remboldo.*

Et demum Domini, dum hæc causa in Rota ventilabatur; pœnitus inclinabant, quod hæc pensio, & fa-
cultas illam transferendi sint † fauorabiles, tùm quia 8
concessæ motu proprio, Anchar. *cons.* 296 & Roman. *cons.* 348. qui loquitur in termiois pensionis motu proprio; tum etiam quia considerabant, quod pensio ista fuit imposita in fauorem Cardinalis, atque eidem facultas transferendi data eo tempore, quo D. Cardinalis reseruatarius nec erat Cardinalis, nec dictæ Ecclesiæ Titularis, aut fructuum reseruatarius, & proinde nullo modo, nullaque ratione agebatur de liganda persona, in qua stat præeminentia propter priuilegium dignitatis, sed solum de fauore Cardinalis transferentis, & de rebus, & beneficijs tunc per eum possessis.

Et quamuis tempore actualis translationis reseruatarius erat Cardinalis, tamen hoc tempus non est attenden-
dum, sed illud; quia literæ † pensionis, facultas transfe- 9
rendi; & translatio ipsa non sunt distinctim, & de per se consideranda, sed vti vnum integrale constituentia, argumento *tex. in l. cum delaaicnis, §. Asinam, vers. quod si ff. de fund. instruct. vel instrum. legat.* Et fuit dictum *in hac eadem causa* 23. *Ianuarij præteriti coram me, in vers. & idem dicendum est.*

Ex quibus succedit in fauorem translatariorum, & contra D. Cardinalem reseruatarium illa in hac materia non minus vera, quam trita, & communis conclusio,
quod sub generali † dispositione quamuis odiosa, non ta- 10
men odio irrationabili, & sic sub hac facultate transferendi compræhenduntur Cardinales. Anchar. & alij *in c. nemo deinceps de elect. in* 6. Ioan. Monach *sibi contrarius, in extrauag. prima, in verbo Clericos de sent. excomm.*

comm. Gemin. *in c. 1. num. 6. de Scismat. lib. 6.* Felin. *in cap. ad aures, num. 11. in 8. conclus. circa med. versic. est verum de rescript.* Bellenc. *de charit. subsid. q. 66.* quem refert, & sequitur Saroen. *in proœm. regul. q. 4.* Put. *decis. 189. lib. 1. in correct.* Gabr. *de offic. legat. verbo in commendando, n. 144.* Ferrett. *cons. 358. nu. 8.* qui refert plures decisiones, Paris. *de resignat. lib. 12. q. 4. nu. 7. &* Gonzal. *glos. 24. nu. 13.*

Nec applicatur distinctio ex aduerso facta inter disposi-
11 tionem † generalem per viam legis, & dispositionem
generalem per viam particularis prouisionis seù priuilegij, itaut sub illa compræhendantur Cardinales, quando non continet odium irrationabile, in cuius terminis videntur loqui omnes Doctores supracitati non autem compræhendi sub indulto quantumuis simpliciter, & verbis generalibus concepto, & odium irrationabile non continente, vt in his terminis resoluunt Anast. Germon. *de Indult. §. alioquin nu. 33.* Put. *decis. 137. num. 2. in nou. impres. lib. 2.* Mohed. *decis. 10. de priuileg.* Acchil. *decis. 7. eodem tit.* Verall. *decis. 82. par. 2.*

12 Quia quamuis Doctores, † & decisiones prædicta ex
aduerso allegatæ loquantur in dispositionibus generalibus per viam priuilegij, & resoluunt Cardinales sub illis non compræhendi, tamen non ex eo quod dispositiones erant particulares, sed quia quoad Cardinales continebant odium irrationabile propterea quod agebatur de eorum præiudicio respectu alterius particularis Indulti, iam eis à Papa concessi, quo casu idem dubio procul respondissent, si de dispositione generali per viam legis fuissent interrogati vt in puncto Sarnē. vbi supra *vers. tertius casus in fin.* vbi
13 quod dispositio † generalis extrauag iniunctæ Bonifacij
Octaui dum disponit, neminem admitti debere ad administrationem Ecclesiarum literis non expeditis non compræhendit Cardinales eo quia esset irrationabile, quod dicta generalis constitutio, quæ emanauit ob interesse bursa-
14 le, afficeret Cardinales; qui particulari priuilegio sunt †
immunes à taxis officialium, & idem etiam clarè sentit, Mohed. *in contrarium allegatus*, vbi supra, dum casum indulti, & priuilegij, de quo ibi disputar, & decidit secundum rationes, & auctoritates supra adductas, quoad dispositionem generalem per viam legis.

15 Vndè, cum in materia † pensionis D. Cardinalis re-
seruatarius non reperiatur priuilegiatus, sed vt cæteri, quoad illam regulari debeat Rota *in Aretina pensionis coram Litta apud Marches. par. 1. fol. 549.* & sit materia illi proportionata, consequenter Doctores, & decisiones exaduerso adductæ non applicantur, sed potius cum præsupposito odij ratinnabilis applicatur doctrina, Bald *in l. in fraudum §. vl. ff. de milit. testam.* & Tiraq. *de retract. lignag.*
16 *§. 1. gl. 14. numer. 97. cum seqq.* vbi quod statutum † gene-
rale compræhendit etiam personas, & causas priuilegiatas, quæ in casu illo non reperiuntur habere speciale priuilegium, *iuxt. tex. in d. §. vlt.* ibi *quia generalis est ista determinatio.*

17 Præterea adeò clarè † demonstratur, vt non sit vis fa-
cienda in dicta distinctione, nec illa attendenda quod in omnibus casibus, qui retro euenerunt, in quibus agebatur de comprehensione Cardinalium sub dispositione generali per viam indulti, & Cardinales circa eius materiam non erant specialiter priuilegiati, nec indultum contine-
18 bat † odium irrationabile semper, & indistinctè iura,
Doctores, & Rota etiam tenuerunt pro comprehensione, *cap. dudum de præb. in 6.* quod loquitur in fortioribus terminis, quia agebatur ibi de præiudicio facultatum Cardinalis in iure conferendi, sibi à Papa concesso Oldrad. *cons. 211. vers. de personis ergo, & cons. 293. & cons. 231.* Bellenc. *de charit. subsid. d. q. 66.* Rota in Valentina Archidiaconatus, & in Caurien. Canonicatus, quas allegat *Sarnen. vbi supra*, Cassad. *decis. 1. nu. 3. de decret.* Caputaque *decis. 83. par. 2.* quia etiam loquitur in fortiori casu, & Put. *d. decis. 137. lib. 2. in correct.*

19 Et quod plus est hoc ipsum fuit † de mente Doctorum
omnium, tam antiquorum, quàm modernorum supra allegatorum, qui in simplicibus termiois tractant, an lex, seu dispositio Principis liget Cardinales, idque ex eo clarè con-
20 spicitur, quod comuniter ab eis reprobatur, † Roman *cons.*
498. dum dicit, quod in dispositione particulari, de qua ibi Cardinales non compræhenduntur, & contra illum ex professo scribit Bellenc. *dicta q. 66.* quem refert, & sequitur Sarn. vbi supra, & Mohed. *decis. 23. de renu.* testatur fuisse
21 cum magno studio in Rota † reprobatum *consilium Romani*, & approbatam opinionem *Bellensin.*

Quæ multò magis in casu, in quo versamur, procedunt, quia concurrunt in eo specialia quædam, & alioquin darentur plura, quæ viderentur absurda, ac Iuris regulis pœnitus contraria. In primis, cum (vt dictum est) in hac materia Domini Cardioales non reperiantur priui-
legiati, itaut quoad illos, † sit etiam sicut quoad cæte- 22
ros, Iuris regulis inhærendum, vt in *dicta Aretina apud* Marches. sequeretur contra regulam in dicta decisione firmatam, quod facultas transferendi, & translatio iodē sequuta, quæ quoad alios fuissent validæ, quoad Dominos Cardinales fuissent nullæ, & inualidæ.

Secundò, quod facultas transferendi purè † data, & 23
concessa caperet postea ex accidenri condiriones contra *regul. tex. in l. perfecta donatio, C. de donat.* & regulam, quod sufficit semel dispositionem fuisse purificatam per existentiam conditionis, quicquid postea contingat.

Tertiò pensio, quæ est onus reale contra omnes Iuris 24
regulas regulariter à pensionis, & D. Cardinalis reseruatarius, qui quoad onera realia habetur vice & loco Titularis, Rota *decis. 508. par. 2. recent.* & latè in decisionibus in hac causa factis, non consideraretur, vt talis, sed præcisè, vt Cardinalis.

Quartò, alteraretur, & extingueretur obligatio mu- 25
tatione personæ contra *regul. text. in l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig.* & contra mentem Papæ, qui propterea in dicto indulto grauauit eo tunc Titularem, & alios quoscunque successores, sub quibus verbis compræhenduntur successores omnes indistinctè, etiam si sint priuilegiati ad latè tradita per Crauet. *consil. 294.* per tot.

Quinto, non attenderetur tempus reseruationis, & facultatis transferendi, quo D. Cardinalis non erat adhuc Cardinalis, prout considerari debet, sed tempus actualis rranslationis independenter à reseruatione, & facultate transferendi, & sic effectus † non regulariter à 26
sua causa, nec pars à toto.

Sextò, idem D. Cardinalis, qui (vt dictum est) in hac
materia non est priuilegiatus, esset potioris † conditionis 27
Cardinali transferente, qui quoad hoc nititur particulari priuilegio; si autem illi per superuenientem dignitatem D. Cardinalis reseruatarij non fuit factum pręiudicium in facultate transferendi, nec etiam translatarijs, quoad translationem, quæ à facultate transferendi regulatur.

Septimò, eo ipso, quod D. Cardinalis reseruatarius non nititur particulari priuilegio, necessariò fundari debet in eo, quod Papa, quando concessit hanc facultatem transferendi, habuit in mente illam non concedere in casu euentuali, & accidentali sequuto, quo pensio esset soluenda per Cardidalem, quod profectò videtur esse contra omnem Papæ æstimationem, & intentionem, tum ex
clausula † motu propriu, tùm etiam quia agitur de gra- 28
tia concessa alij Cardinali, & quidem pronepoti dilectissimo, & præsertim ex quo derogauit priuilegijs Regum, vt io vltima decisione bon. me. Remboldi fuit benè ductum, & consideratum.

Et demum quia primarium, & potissimum præiudicium, & quidem certum, & precisum, quod infertur per facultatem transferendi, infertur Ecclesiæ, super cuius fructibus imponuntur pensiones, quod verò personis infertur, dicitur præiudicium secundarium, & euentuale, cum sit contingens, quod tempore actualis translationis, illæ non percipiant fructus, aut non possideant Ecclesias, & quod translatarius decedat antè ipsum transfe-
rentem. Vndè sequeretur quòd esset † maioris potentiæ 29
præiudicium euentuale, & secundarium Domini Cardinalis reseruatarij qui non fuit grauatus, & quòd ipsi obuenit intuitu Ecclesiæ, quàm præiudicium primarium, & præcisum ipsiusmet Ecclesiæ pensione grauatę, quod videtur esse prorsus ab omni ratione alienum.

Neque obstat, † *reg. 67. num. 68.* Cancellariæ dum dis- 30
ponit, quod Domini Cardinales non compræhendantur sub regulis faciendis, quia in dicto Indulto derogatur generaliter etiam regulis Cancellariæ, quæ derogatio generalis sufficit, vt in terminis, Cassad. *decis. 38. super regulis* licèt enim non adsit formalis derogatio omnium regularum, ex quo tamen derogatur expressè in indulto regulis Cancellariæ de præstandis consensibus, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, eo ipso censetur omnibus alijs regulis generaliter derogatum, Rot. *decis. 27. par. 3. diuers. lib. 2.* Præterea dicta regula retorquetur, quia à contrario sensu (vt Domini decebant) iuxta illam Cardinales compræhendi debent in alijs dispositionibus, &

31 dum loqoitur † de regulis edendis, compræhenduntur sub iam editis, Cassad. ibidem, Mohed. *dicta decis.* 23. *de renunc.* & nouissimè Modern. *in notis, ad regul. Cancellariæ, Greg. XV.* supradicta *regul.* 68. *Verb.* in posterum, quæ tamen intelligenda sunt iuxta superius dicta, & tradita per Satnen. *d. q.* 4. *proœm.*

Tamen dum hæc, & alia in discussione huius causæ animaduerterentur, aliqui ex Dominis meminerunt, quod ille casus in terminis minus fauorabilibus respectu translatariorum, fuit iam decisus contra Cardinalem Sanctæ Ceciliæ in vna Capuana pensionis die 13. Ianuarij 1606. coram sanct. mem. Greg XV. sed decisio non fuit extensa, quia D. Cardinalis audita sententia Rotæ acquieuit, & soluit, &c. Et ità, &c.

R. P. D. MERLINO.

Romana Fideicommissi de Victorijs.

Die Mercurii 10. *Martij* 1627.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario, quando non impediatur immissio propter detractiones faciendas. Pronepotes quando non possint prætendere legitimam à proauo. Dos, vel legitima non possunt detrahi ex rebus expressè prohibitis alienari.

SVMAMRIVM.

1 *Pronepotes non possunt prætendere legitimã à proauo, si de tempore mortis illius primũ gradũ successionis nõ teneat. Item nec eam prætendere possunt, si de tempore mortis illius, non sunt nati, nec concepti nu.* 1.

2 *Legitima non potest detrahi ex rebus prohibitis alienari.*

3 *Legitima de iure naturæ debita est filijs.*

4 *Legitima potest detrahi ex re prohibita alienari, quando non adsunt alia bona.*

5 *Hæredi sine beneficio inuentarij incumbit onus probandi non extare alia bona, quàm fideicommisso subiecta, ex quibus possit facere suas detractiones, maximè si de eis constet nu.* 6 *&* 7.

8 *Bona testatoris ad hæredem peruenisse, præsumuntur, nisi de noua acquisitione medio tempore doceatur.*

9 *Hæres, si non confecit inuentarium, præsumitur consumpsisse detractiones.*

10 *Dos, an detrahi possit ex rebus prohibitis alienari, & ex causa dotis.*

11 *Hæres, quando non confecit inuentarium, eo casu intrat suspicio consumptionis, & detractionis.*

12 *Dos solui non debet ex bonis fideicommisso subiectis.*

13 *Fideicommissario, non denegatur immissio, quando detractiones sunt illiquidæ.*

DECISIO XLVII.

PRoposui dubium reseruatum in vltima decisione, An scilicet obstarent detractiones legitimæ & dotium; Et non obstare Domini responderunt.

Nam quoad legitimam, aut prætenditur, illam deberi D. Petro Paulo, & bo. me. Io. Baptistæ iuniori ex eorum propria persona, & visum fuit huiusmodi prætensionem non esse iuri consentaneam; Cum enim ipsi sint pronepo-
1 tes † Bernardini fideicommittentis, & de tempore mortis
illius primum gradum successionis non tenerent, ex quo aderat Io. Baptista senior, & alij Bernardini filij, immò nec iam essent nati, vel concepti, legitimã aliquam ex propria persona prætendere non possunt Bar. *in l. Gallus §. quid si tantum n.* 7. *&* 8. *& ibi etiam* Alex. *n.* 15. *& ceteri scribentes ff. de libe. & posthum.* Peregr. *de fideicom. ar.* 36. *nu.* 38.

Aut verò prætenditur, illam esse detrahendam ex persona d. Io. Baptistæ senioris eorum aui, & neque huiusmodi
2 detractioni locus esse potest, quia testator expresse † alie-
nari prohibuit omnia sua bona stabilia, etiam respectu legitimæ, & consequenter ex duobus Casalibus, quæ stabilia sunt, & super quibus iam Rota dixit, dandam esse immissionem, legitima detrahi non potest, vt post alios tradit Roland. *cons.* 9. *nu.* 16. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 401. *num.* 138. *& seqq.* Hond. *cons.* 66. *n.* 11. *&* 12. *lib.* 2. Surd. *dec.* 316. *n.* 13. Barz. *decis. Bononien.* 105. *n.* 2. 3. *& seq. & firmauit etiam* Rota *decis.* 113. *n.* 4. *par.* 2. *diuers.* & in Romana legati 29. Aprilis 1613. coram Illustriss. D. Cardin. Caualerio & in Tudertina prædij prima Iunij 1615. coram R.P.D. Buratto.

Quod eò magis in præsenti admittendum est, quia d. Io. Baptista senior, dum vixit, non fuit conquestus, nec paternam dispositionem impugnauit, neque dicta prohibitione non obstante, legitimam etiam in illis bonis stabilibus consequi velle declarauit, & hodie non agitur de illa detrahenda per ipsummet filium adhuc viuentem, cui est
† de Iure naturæ debita, sed per dd. nepotes, & hæredes 3
mediante persona q. Horatij eorum patris, qui d. dispositionem euertere non possunt, vt in terminis post Mandel. Alb. *in cons.* 377. *n.* 12. *& seq.* ponderat, ac latè prosequitur Honded. *d. cons.* 66. *n.* 16. *&* 17. ac infra, *& nu.* 23. *&* 24. *lib.* 2. *& faciunt tradita per* Surd. *cons.* 570. *nu.* 6. 7. *& seq. quem sequuntur* Modern. Brix. *de substit. q.* 296. *nu.* 6. *&* 11.

Nec obstat, quod d. conclusio non procedat quoties
non adsunt † alia bona non prohibita alienari, ex quibus 4
legitima detrahi possit, quoniam hæc negatiua, quòd scilicet non extent alia bona, esset probanda per allegantem, præsertim quando filius, cui legitimæ detratio com-
petebat, hæreditatem adiuit absque beneficio Inuentarij, 5
Surd. *d. decis* 316. *n.* 14. *&* 15. Peregr. *de fideicomm. art.* 4. *n.* 34. Barz. *d. decis.* 105. *n.* 3. *&* 4. *& seq.* & fuit dictum in Viterbien. Castrorum 21. Martij 1622. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in alijs causis, *vt per* Adden. *ad sanctæ mem. Gregor. XV. decis.* 266. *nu.* 16. *& decisiones sunt impressæ post consil.* 20. *l.* 2. Giouagnonij *n.* 21. 22. 27. 45. *& seq.*
& eò magis, quia testator in eius testamento expressam † 6
mentionem fecit de mobilibus, & aliunde etiam constare videbatur ipsum reliquisse non solum mobilia, sed & alia notabilis valoris.

Quibus accedit, quod ex instrumento, de quo in Summario D. Marci Antonij n. 6. constat Io. Baptistam seniorem anno sequenti post Bernardini testatoris obitum, pe-
cudes, & alia animalia, & bona † vendidisse pro scutis 7
1274. quæ ex eiusdem Bernardini patris hæreditate habuisse præsumitur, maximè quia modicum tempus à die mortis illius intercesserat, vt in specie, Surd. *decis.* 15. *n.* 10. & ex herbarum emptionibus, de quibus in eodem *Summario n.* 7. colligitur, ipsum Bernardinum, dum vixit pecudes, & alia animalia habuisse, quæ postea ab eo ad dictum Ioannem
Baptistam eius filium, & hæredem deuenisse † præsu- 8
muntur, cum de noua acquisitione medio tempore facta non doceatur, Peregr. *de fideicom. art.* 44. *n.* 22. *&* 23. Modern. Brix. *de substit. q.* 618. *num.* 45. Rota *decis.* 131. *num.* 5. *par.* 1. *& decis.* 407. *in fin. par.* 2. *recentior.* Et vlterius etiam ex *d. Summario num.* 1. 4. *&* 5. apparet, nonnulla stabilia per Ioannes Baptistam fuisse alienata, & alia etiam de tempore mortis testatoris adfuisse, quæ hodie non repe-
riuntur, nec per istos DD. Fratres de Victorijs possiden-
tur, & ideò cum inuentarium † ab eodem Ioanne Bapti- 9
sta non fuerit confectum, detractiones præsumuntur consumptæ, Rota *coram Card. Seraph. decis.* 321. *nu.* 18. & in Maceraten. fideicomissi 16 Febr. 1612. coram Card Sacrato, & in Bonon. fideicommissi de Caetanis 10. Martij 1622. coram R.P.D. meo Pirouano, & in Ciuitatis castelli fideicommissi 13. Maij 1623. coram bo. me. D. Remboldo, & in alijs relatis post *d. cons. Giouaga.* 20. *l.* 2.

Ex quibus etiam resultat resolutio quoad detractionem dotium Camillæ matris dicti Ioannis Baptistæ, & Dianę
eiusdem vxoris, quia, † testator expressè prohibuit alie- 10
nari bona stabilia etiam ex causa dotis, & ideo ex istis Casalibus tamquam stabilibus detrahi non possunt iuxta tradita per Surd. *d. decis.* 316. *nu.* 13. *&* 14. præsertim non
confecto Inuentario, quo casu intrat d. consumptionis, vel 11
subtractionis suspicio, & præsumitur, alia extitisse bona & ex illis factas fuisse detractiones, vt pluries resoluit Rota, & decisiones cumulant *Addentes ad san. mem. Gregor. XV. decis.* 266. *num.* 16. *vers. Prædicta verò*, & Giouagn. *d. cons.* 20. *nu.* 15. *& seqq. l.* 2.

Quo autem ad dotes filiarum dicti Io. Baptistæ senioris, dicebant Domini, non constare, quod ius illas petendi, vel detrahendi spectet ad D. Petrum Paulum, & successores Ioannis Baptistæ iunioris; easque vel fuisse ab ipso Ioannis Baptista seniore earum patre solutas, & sic de illis hodie agendum non esse, vel cum appareat extare plura bona eiusdem Ioannis Baptistæ notabilis valoris, de
quibus in Summario *num.* 10. in omnem casum † ex il- 12
lis non autem ex bonis fideicommisso subiectis solui debere iuxta *textus, & ibi Doctrin. in Authent. Res, quæ C.*

communio

communio de legat. Peregr. *de fideicommiss. articul. 42. num. 66. & seqq.* Cardinal. Seraphin. *decision. 481. num. 3.* Rota *decision. 66. n. 2. par. 1. recent. & coram sanct. mem. Gregor. XV. decision. 543. nu. 2.*

Cœterum videbatur cessare omnis difficultas, quia detractio legitimæ, & dotium, quæ prætendi potest, redigi videbarut ad quid minimum, vt distinctè, & appositè deducebat D. Adrianus, & post d. Io. Baptistæ mortem fuit per bo. me. R.P.D. Antonium, necnon Curtium, & Horatium ipsius Ioannis Baptistæ filios factum compromissum super successione in hæreditatibus tàm dicti Ioannis Baptistæ eorum patris, quam etiam Dianæ de Cosciaris eorum matris; & dictique Bernardini fideicommittentis eorum aui, & Camillæ auiæ, ac aliorum proximiorum in præclaræ me. Cardinalem Farnesium, qui postea per laudum assignauit R.P.D. Antonio bona valoris scutorum sex millium pro legitima, & detractione ab eo prætensa, & deinde bo. me. D. Iustus Rotæ Auditor per diffinitiuam sententiam similem assignationem fecit etiam Curtio, vt in Summario *num. 9.* & consequenter hodie ad summum prætendi posset ex persona Horatij, detrahenda esse bona similis valoris scutorum sex millium inter tres eius filios nempe DD. Marcum Antonium, Petrum Paulum, & bo. me. Io. Bapristam iuniorem, siue illius successores pro æqualis portione diuidenda, & ideò reseruato aliquo prædio, vel corpore hæreditario valoris scutorum quatuor millium penes d. D. Petrum Paulum, & Io. Baptistæ successores pro duabus tertijs partibus ad ipsos spectantibus retinendo pro eorundem securitate, donec aliàs fuerit discussum, an re vera detractiones faciendæ veniant, æqui-
13 tas non patitur, quòd interim impediri debeat † immissio in possessionem illorum duorum Casalium per D. Marcum Antonium petita, vt aliàs fuit obseruatum *in Romana hæreditatis de Comitibus 26. Nouembris 1621. coram Illust. Card. Caualerio.* Vnde cum ex datis in *d. Summario n. 1.* appareat adesse plura alia corpora valorem prædictorum scutorum quatuor millium longe excedentia, super quibus pro nunc immissio non petitur, censuerunt Domini detractiones non obstare peritæ immissioni.

Et ita decisum D. Marco Antonio tantùm informante, altera verò parte pluries citata, & non comparente, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Agnagnina Beneficij.

Die Lunæ 15. Martij 1627.

A R G V M E N T V M.

Mens Augusti est reseruatus. Decretum irritans, quando inficiat possessionem. Iuspatronatus Ecclesiasticum an cadat sub reg. 8.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficio vacantia in mense Augusti sunt reseruato ex Regula octaua.*
2 *De possessione anteriori docens, an sit manutenendus.*
3 *Possessio anterior non attenditur, quando remanet infecta ex decreto irritante & num. 4.*
5 *Decretum irritans tunc inficit possessionem, quando certum est, illud intrare, & interim donec est dubium, possessor est manutenendus.*
6 *Decretum irritans, si sit clarum, tunc benè inficit possessionem.*
7 *Iuspatronatus Ecclesiasticum comprehenditur sub regula octaua.*
Iuspatronatus laicale, si perueniat ad personas Ecclesiasticas, dicitur Ecclesiasticum.

D E C I S I O XLVIII.

1 NOn videtur controuersum inter partes, Beneficium, de quo agitur, vacasse † in mense Augusti, qui est reseruatus ex Regula octaua, vt firmauit Rota *apud Seraph. decis. 1296 num. 6. & decis. 700. num. 2. par. 1. in recent. & fuit sentum in Senen. Canonicatus 15. Martij 1624. coram bon. mem. D. meo Vbaldo.* Vnde hac reseruatione alata, & aperta Domini dixerunt, esse recedendum à decisione facta super manutentione ad fauorem Claudi Loccij coram bon. mem. Remboldo. Quia licèt ipse tamquam institutus ab Ordinario Anagnino ad præsentationem Fr. S. Francisci dictæ Ciuitatis, doceat de sua anteriori † possessione, quæ propterea videtur esse manute- 2
nibilis, vt in decisione, de qua agitur, tamen cum Camillus aduersarius fuerit de hoc beneficio prouisus per Sedem Apostolicam, vti de reseruato per Regulam octauam, tamquam vacante in dicto mense Augusti, & vigore istius prouisionis acceperit etiam possessionem, sequitur, vt ista possessio sit attendenda, & non sit habenda in aliqua consideratione supradicta possessio Claudij quantumuis † anterior, cum ea remaneat infecta ex 3
decreto irritanti apposito in dicta Regula reseruatoria mensium, Verall. *decis. 325. nu. 2. par. 1.* Rota *diuers. decis. 189. n. 4. par. 2. & in recent. decis. 613. nu. 7. par. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. glos. 67. nu. 29. cum seqq.* Mantic. *decis. 40. n. 8.* & in termiois de beneficio † iuspatronatus Ecclesiastici dixit Ro- 4
ta *in decis. 740. nu. 1. par. 2. in recent.*

Nec obstare videbatur, quod decretum irritans tunc inficiat possessionem, quando certum est illud intrare, † 5
sed donec dubium est, an intret, vel ne, interim possessor sit manutenendus ratione saltem suæ detentationis Lancell. *de attem. par. 3 cap. 24. q. 1. num 80.* Rota *diuers. decis. 752. num. 6. par. 2. in recent.* Seraph. *decis. 1471. num. 5. & 7. & dixit* Rota *in Hidruntina beneficij 30. Octobr. 1613. & in Salernitana præbendæ. 10. Nouemb. 1617. coram bon. mem. Domino meo Vbaldo.* Quia in casu, de quo agitur, dictum decretum † intrare videbatur satis clarum, nam vacatio 6
in mense reseruato, vt dixi, non controuertebatur, quod verò beneficium † de quo agitur, sub reg 8 reseruatoria 7
mensium compræhenderetur, apparebat ex eo, quod iuspatronatus erat ecclesiasticum, Cassad. *decis. 4. sub num. 1. cum seq. de iurep.* Seraph. *decis. 1420. num. 2.* Gonzal. *super reg. 8. glos. 18. num 6.* Rota *in recent. d. decis. 740. num. 2. in fin. par. 2. fel. record. Greg. XV. decis. 48. nu. 4.*

Quòd verò dictum iuspatronatus esset effectum Ecclesiasticum, † quamuis antea fuisset laicale, deducebatur 8
ex eo, quod pertinebat ad præsentationem dd. Fratrum, & Conuentus *cap. vnic. §. fin. & ibi omnes de iurep. in 6.* Paris. *cons. 128. sub num. 19. cum seq. li. 4.* Gonzal. *sub reg. 8. d. gl. 18. sub num. 5.* Rota *diuers. d. dec. 740. num. 2. p. 2. in recent.* Vnde stante claritate reseruationis compræhensionis beneficij sub reseruatione, benè procedunt superius dicta de decreto irritanti.

Et ita decisum.

R E V E R E N D I S S. P. D. D V R A N O E P I S C O P O V R G E L L E N.

Romana Domus ad S. Honuphrium.

Die Lunæ 15. Martij 1627.

A R G V M E N T V M.

Restitutioni in integrum, non est locus, quando de læsione non docetur. Et quando dicatur de læsione constare Pro actorum integra transportatione stat præsumptio.

S V M M A R I V M.

1 *Ægidiana non intrat, quando agitur de rebus, quæ sunt sub directo dominio Ecclesiæ.*
2 *Restitutio in integrum cessat, quando non constat de lesione.*
Lesio non dicitur adesse, vbi de iniustitia, & nullitate sententiæ non apparet nu. 2.
3 *Restitutioni in integrum non est locus, quando sententia est valida, & iusta.*
4 *Acta præsumuntur integrè transportata, & contrarium dicenti, incumbit onus probandi.*
5 *Acta diuersi Iudicii non transportanda sunt.*
6 *Subhastatio excessiua, quando dicatur.*
7 *Possessor, an dicatur desinere possidere rem aliquam, si ei ab alio vigore Saluiani interdicti sit auocata, & num. 8.*
9 *Conductori, si liberè domus non tradatur, potest agere ad totale interesse, & in totum recedere à locatione.*
10 *Euictio requiritur adhoc, vt emptor possit agere ad prætii restitutionem.*

11 *Ex actis res debent iustificari ad hoc, vt in iudicio releuent. num.12.*

DECISIO XLIX.

DIe 24. Nouembris 1625. fuit coram me decisum sententiam in hac causa latam per bo. mem. Vbaldum esse exequendam, quæ resolutio fuit postea confirmata, die 19 Aprilis 1626. non quia, vt dictum fuerat in dicta prima decisione, locus sit Egidianæ, quia immò Domini dicebant Egidianam † non intrare, ex quo agitur de domo, quæ est sub directo dominio Ecclesiæ, iuxta decis. Romana domus de Scappucis coram D. meo Decano; sed executioni locum esse ex alijs duobus fundamentis, de quibus in dicta prima decisione, & eo maximè, quia causa pienè, & maturè discussa super nullitate, & iniustitia dictæ sententiæ illa visa fuit valida, & iusta, vt in d. secunda decisione 29. Aprilis 1626.

Sed quia pars aduersa obtinuit audiri super causis restitutionis in integrum, fuit hodie resolutum standum esse
2 in decisis, & sic non constare † de causis restitutionis in integrum, quia illa non datur sine læsione Rota *decis.* 34. *num.* 1. *par.* 2. *diuers.* & læsio non dicitur adesse vbi de iniustitia, & nullitate sententiæ non apparet, Seraph. *decis.* 634. *numer* 1. & Rota *decis.* 731. *numer.* 1. *par.* 2. *recent.*
3 Vndè cum prædicta sententia valida sit, & iusta ex deductis in prædictis decisionibus vtique restitutioni in integrum non potest esse locus.

Neque obstat defectus transportationis actorum, qui
4 de nouo affertur; quia præsumptio stat pro integra † trasportatione, ex quo actu sunt in forma extractus, seu processus, itaut allegantí contrarium, incumbat onus probandi, vt fuit sæpius decisum, & signanter in Auinionen. bonorum 22. Maij 1626. coram me, acta enim data in Summario Pandolphini, quæ prætenduntur non fuisse transportata, sunt acta alterius Iudicij nempè Iudicij cum fratribus Sancti Honuphrij, & Archiospitail
5 S. Spiritus, quæ propterea † non erant in hoc diuerso Iudicio transportanda, Couar. *pract. q. cap.* 14. *num.* 4. Rota 174. *post* 2. *vol. consil.* Farinac. & *decis.* 300. *numer.* 1. apud Greg. XV. & in dicta Auinionen bonorum coram me: Et tollitur omnis difficultas, ex quo processus transportatus fuit parte citata, & intimata correctus.

Non obstat etiam illud iàm aliàs deductum quoad iustitiam, nempè quòd creditores Ioannis Francisci egerunt contra Pandulphinum possessorem domus interdicto Saluiano, quod respicit totam domum, ex quo vigore illius agebant creditores Rubei ad illam auocandam à dicto Pandolphino; quia vltra quod non probatur, quod domus fuerit auocata, sed immò Pandolphinus, semper de facto detinuit dictam domum, & soluendo 550. scuta pro quibus emanauit decretum, fuit liberatus à molestijs
6 creditorum, vnde fuit † excessiua subhastatio domus de qua agitur, facta in executionem dicti decreti pro scut. 850. Respondetur etiam quod quando domus de facto fuisset auocata vigore Saluiani solum auocatio posset verificari; quoad detentionem, non in perpetuum, sed interim solum, donec creditoribus ex fructibus esset satisfactum:
7 itaut Pandolphinus † semper remanserit verus possessor, vt fuit dictum *in Perusina bonorum* 17. *Aprilis* 1617. *Coram bon. mem Buratto*, & propterea non potuit
8 repetere integrum prætium quasi res, & eius possessio † fuerit sibi in totum, & in perpetuum auocata, & euicta, quia hoc nullibi in Iure probatur, sed solum repetere poterat illud, quod sibi per auocationem detentionis dictæ domus auferebatur, sicque solum scu. 550. quæ ex fructibus dictæ domus à creditoribus percipi poterat, vt fuit dictum in decisione 29. Aprilis 1626. in vers. 2. quod licet, coram me.

9 Non obstat quod Pandolphinus potuit agere † ad totale interesse, & in totum recedere à locatione, iuxta *cons.* Surd. 13. *nu* 18. *cum seqq.* quia quicquid sit de hac conclusione, quæ in præsenti videtur pati difficultatem, ex quo do-
10 mus nunquam fuit euicta, & ante euictionem † non potest agi ad pretij restitutionem *l. qui rem*, & *ibi glos. C. de euict.* & fuit dictum in dicta decis. 29 Aprilis 1626. *vers. quo verò ad molestias*, & tollitur omnis difficultas, ex quo Pandolphinus non ita egit, sed solum vt liberaretur à molestijs, nec mandatum expedire fecit, nisi ad effectum deponendi, vt à dictis molestijs liberaretur, vt etiam dictum fuit in eadem decis. *vers. non obstat quod ex quas.*

Nec releuat si dicatur, quod credita † prædicta vnà 11
cum fructibus ascendebant ad summam longe maiorem dictorum scutorum 850. pro quibus subhastatio facta fuit, quia hoc in actis non iustificatur. Et cum fuerit sæpius de hoc oppositum, semper fuit repulsum.

Et demum accedit quod nec etiam ex † actis apparet, 12
quod credita pro quibus Pandolphinus molestabatur essent anteriora locatione sibi facta, itaut in iudicio Saluiani ratione crediti, & hipothecæ anterioris potuissent contra Panduiphinum obtinere.

Cœtera autem, & maxime, quæ deducuntur circa molestias illatas à Fratribus Sancti Honuphrij, & Archiospitale Sancti Spiritus fuerunt sæpius repetita, & sæpiùs etiam sublata in alijs decisionibus, &c.

Et ita &c. vtraque &c.

* Habes has duas decisiones infra in Addictione prout in Indice in eius fine posito.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARDINALI VIRILI.

Ferrarien. Pensionis.

Die Lunæ 21. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Bigamus, licèt remaneat spoliatus omni priuilegio Clericali, non tamen desinit esse Clericus. Prima tonsura est ordo, & imprimit characterem indelebilem, secundùm opinionem Canonistarum à Rota approbatam, reprobata contraria Theologorum. Dispensationis præseruatiuæ Papæ qualis sit vis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, & persona Ecclesiastica efficitur, qui habet primam tonsuram.*
2 *Verba secundum subiectam materiam sunt intelligenda.*
3 *Ecclesiastica persona quis dicatur, ad effectum pensionis acquirendæ.*
4 *Bigamus remanet denudatus omni priuilegio clericali.*
Et ideò non est amplius persona Ecclesiastica, sed purus Laicus, & qualitas Ecclesiastica remanet extincta nu.4.
5 *Tonsura prima non est ordo, nec imprimit characterem secundum Theologos, sed contraria est opinio Canonistarum, & magis communis, & nu.6. & 24.*
6 *Bigamus amittit priuilegia Clericalia, sed non characterem indelebilem, & remanet Clericus, & nu.7.*
8 *Clericus, quis esse potest, & tamen non gaudere priuilegijs Clericorum.*
9 *Bigamus amittit Clericorum priuilegia, & eorum exercitium, ac character remanet mortificatus.*
10 *Dispensatio præuentiua, & præseruatiua remouet de medio obstaculum rerum contrarium.*
Et ita dispensatus remanet, ac si non indiguisset dispensatione. nu. 11. & 12.
13 *Dispensationis præuentiuæ Apostolicæ, quo ad effectus iuris positiui, quanta sit vis, & 17.*
14 *Dispensatio præuentiua præseruat aliquem, siue sit inhabilis de iure, quàm ex priuilegio, tam in odiosis, quàm in fauorabilibus.*
15 *Dispensatio Papæ vbi adest, præseruatur Clericatus ad effectum pensionis, nec per bigamiam ammittitur.*
16 *Iudices in vim præcedentis priuilegij præseruantur ab incursu irregularitatis.*
18 *Papa, quando dispensat si vtatur verbo temporis præsentis, dicitur purè, & præuentiuè dispensare.*
19 *Pensiones, per contractum matrimonij, an extinguantur.*
20 *Dispensationis vna pars aliam supplet, & declarat.*
21 *Dispensatio præcedens præseruat ab obstaculo futuro, subsequens verò illud tollit.*
22 *Laicus est capax pensionis temporalis.*
23 *Papæ mens ex inscriptione declaratur.*
25 *Dispensatio, & retentio facilè datur adhoc, vt quis ministret in ordine iam suscepto.*
26 *Papæ intentio, & eius gratia recipit interpretationem a stylo.*

27 *Papæ*

27 *Papæ intentio, & eius gratiæ colligit ex derogatione.*
28 *Mutatio non præsumitur, sed potius continuatio, & conseruatio eiusdem status.*
Ecclesiæ decori magis conuenit, vt quis tamquam clericus retineat, & acquirat pensiones, quàm vti Laicus nu. 28.
29 *Dispensatus in aliquo casu, quoad illum quis redditur illæsus, & nu. 36.*
30 *Dispensatio ad obtinendas, & consequendas pensiones, nu comprehendut casum translationis, & n. 31.*
32 *In translatione extinguitur pensio antiqua, & reseruatur noua.*
33 *In Postliminio fit occultatio contrarij per fictionem contra veritatem.*
34 *Dispensatio præuentiua non requirit aliquam occultationem.*
35 *Bigamia non est contraria Clericatui, nec illi impugnat.*
37 *Dispensatio ad succedendum non tollit maculam.*
Cæci, munchi, & curui remanent cum eorum defectu, quamuis dispensentur nu. 37.
38 *Papa, vbi plenariè legitimat, vel cum derogatione obstantium, remouet omnem maculam natiuitatis & numer. 40.*
39 *Bigamus, quis non est, quando præuentiuè quis ad hoc fuit dispensatus.*
41 *Papa quando dispensat in defectibus Iuris positiui dicitur verè, & non fictè disponere.*
42 *Papa præueniendo in defectibus Iuris positiui, facit vt verè, & propriè semper quis maneat idem pro vt erat ante talem defectum.*
43 *Constit. Sixti V. contra incedentes &c. declaratur.*

DECISIO L.

SIXTVS Papa Quintus Cardinali Montalto ex sorore germana Pronepoti duas facultates transferendi pẽsiones concessit, Vnam ad fauorem vnius vel plurium personarum Ecclesiasticarum, quibus Translationis suffragari voluit perindè, ac si per ipsum Pontificem consistorialiter legitimis, & vrgentissimis causis de Cardinalium consilio factæ fuissent; Altera ad fauorem vnius, vel plurium personarum etiam Hospitaliũ Regularium expresè professorum, aut aliàs similibus de causis incapacium, aut nõdum Clericali charactere insignitorum ex nunc, prout ex tunc postquam eodem Charactere fuerint insigniti.

Idem quoque Sixtus dispensauit D. Principem Perettũ Pronepotem iam Clericali Tonsura insignitum ad retinendum & recipiendum quascunque pensiones reseruatas & reseruandas, etiam si contigerit, vel non contigerit contrahere matrimonium cum quacumque muliere etiam vidua, & successiuè cum diuersis nupta, ac aliter corrupta semel, vel pluries & ad secunda, ac etiam plura laicalia, seù matrimonialia vota, aut secundas nuptias transire, decernendo per contractum matrim etiam pluries, vt præfertur reiterati pensiones minimè extinctas esse, aut fore minusq; annullari, aut inualidari, cum derogatione Prouincialium, Synodalium, Lateranen. aliorumque etiam Generalium Conciliorum, necnon Pij Papæ Quinti declarantis pensiones per futuri matrimonij contractum extinctas censeri.

Virtute supradictarum facultatum Cardinali Montaltus annuam pensionem scutorum trium millium auri in auro sibi reseruatam super fructibus Episcopatus Ferrar. transtulit ad fauorem Principis Peretti eius fratris, & disputato dubio coram Remboldo sub die 14. Iunij 1624. Dixerunt Domini translationem sustineri, quo iterum reproposito sub die 15. Maij 1626. Domini steterunt in decisis. Vndè cum D. Cardinalis Lenius voluisset tertia vice audiri, vtraque parte informante sub die 21. Martij 1627. censuerunt Domini, non esse recedendum à decisis tàm inspectis ambabus facultatibus Cardinalis Montalti, quàm dispensatione D. Principis.

Prima enim facultas transferendi est ad fauorem vnius, vel plurium personarum Ecclesiasticarum, & D. Princeps ad differentiam Laicorum secundum subiectam materiam pensionis, est persona Ecclesiastica, cum habeat
1 primam tonsuram, quæ efficit, vt dicatur † Clericus, & persona Ecclesiastica *cap. cum contingat de ætat. & qualit. cap. cleros.* 20. *distinct.* Concil. Trident. *sess.* 23. *ca.* 2. Lap. *allegat.* 138. *n.* 12. *& dixit* Rot. *in Abulen Pensionis* 27. *Iunij* 1608. *coram Cardinali Lancellotto & in Veronen. pensionis* 23. *Februarij* 1600. *coram eodem*, in qua dum ageretur de interpretatione Indulti Pij Quinti ad fauorem Cardinalis Alexandrini, vt posset transferre pensiones in personas Ecclesiasticas, fuit dictum, Marchionem Bonellum Vxoratum esse personam Ecclesiasticam, ex quo habebat primam Tonsuram, Verba enim de personis Ecclesiasticis sunt † intelligenda secundum subiectam materiam 2
pensionum, de quibus Sixtus Quintus loquebatur Aym. *cons.* 16. *nu.* 3. Seraph. *decis.* 398. *n.* 7. *& decis.* 121. *n.* 11. *& decis.* 559. *nu.* 2. & ideò ad effectum pensionis acquirendæ
Princeps dicitur persona † Ecclesiastica per præallegata. 3

Secunda verò facultas transferẽdi est ad fauorem illorũ, qui non fuerint Clericali charactere insigniti; ex nunc postquam eodem Charactere fuerint insigniti; & consequenter multò magis virtute istius secundæ facultatis, sat est quod Princeps iam haberet Tonsuram, cum hic Sixtus conformet se cum eisdem verbis Concilij *sess.* 23. *cu.* 2. ibi (qui iam Clericali Tonsura insigniti essent) Vnde tales habentur pro Clericis, & personis Ecclesiasticis ad effectum pensionis.

Neque obstat quod Princeps per Bigamiam † remanse- 4
rit denudatus omni priuilegio Clericali *cap.* 1. *de bigam. in* 6. & ideò non sit persona Ecclesiastica, sed purus Laicus, & qualitas Clericalis remanserit extincta, cum secundùm
Theologos prima Tonsura † non sit ordo, nec imprimat 5
Characterem, quia quicquid dicant Theologi, magis communis sententia Canonistarum tenet contrarium, quàm Rota pluries sequuta est, quod scilicet prima Tonsura sit
† ordo, & Clericalis character indelebilis, & bigamus 6
amittat quidem priuilegia, sed non characterem indelebilem, & remaneat Clericus *text. enim in cap.* 1. dicit quod Bigamus est nudatus omni priuilegio Clericali, non tamen
dicit quod non remaneat † Clericus ita tenent Butr. *in cu.* 7
Ioannes n. 17. Imol. *num.* 18. *in fin. de Cleric. coniugat. cap. cum contingat, & ibi glos. in verb. Abbati de ætat. & qualit.* Host. *col.* 1. Ioan. Andr. *col.* 2. Butr. *numer.* 6. Card. *q.* 2. Ægid. *quæst.* 7. Anchar. *in fin.* Abb. *num.* 1. Gemin *in c. Cleros col.* 3. *in fin. vbi Præpos. nu.* 4. *distinct.* 21. Abb. *in cap.* 1. *nu.* 6. *de vit. & honestat. cleric.* Felin. *in cap. sicut pro certou.* 2. Simon. de Gabr *cons.* 181. *nu.* 3. *lib.* 2. Rot. *diuers.* 731. *n.* 5. *&* 6. *par.* 1. Siluestr. *in summa in verb. Ordo.* Couar. *in c. quia nos n.* 4. *de test.* Cardin. *in clement. dudum in* 8. *notat de Sepult.* Gregor. *decis.* 516. *nu.* 8. *&* 9. Rot. *decis.* 1. *n.* 6. *de bigamia in nou. & fuit dictum in supradicta Veronensis pensionis, & in Cesaraugustana pensionis* 18. *Iunij.* 1610. *coram Cardinali Lancellotto*; stant enim si-
mul, quod quis remaneat † Clericus, non tamen gau- 8
deat priuilegijs Clericorum Abbas *in cap.* 1. *n.* 6. *de vit. & honest. Clericorum*, & propterea Princeps per Characterem impressum & indelebilem habitu semper remanet Clericus.

Nec dicatur quod per bigamiam amittantur Clerico-
rum † priuilegia & eorum exercitium, illisque Princeps 9
remanserit denudatus, & character mortificatus, Iuxta *dict. cu.* 1. *de bigam. in* 6. Quia cum Sixtus Quintus ad effectum pensionis (vt supra relatum est) dispensauerit Principem ante incursum bigamiæ, versamur in dispensatio-
ne præuentiua, † & præseruatiua, quæ remouendo de 10
medio obstaculum Canonis Inductiui bigamiam impedit incursum Bigamiæ, & efficit vt remaneat non solum præseruatus Clericatus habitu indelebilis, sed etiam exercitium ad effectum dispensatum respectu pensionum, Iuxta tenorem dispensationis præuentiuæ, ac si bigamia
nunquam † esset incursa, itaut remaneat. Princeps in 11
eodem statu primæuo prout erat ante bigamiam Turrecrem. *in c. quisquis ante num.* 1. *& ibi Præs. n.* 1. *&* Gemin. *ibidem. dist* 84. Molin. *de Iustit. & Iur. tom.* 2. *tract.* 2. *disput.* 108. *vers. quoniam eo ipso* Suar. *de leg. lib.* 6. *cap.* 11. *numer.* 4. *&* 5. Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *disput.* 1. *num.* 1.
Azor. *instit. moral. lib.* 5. *cap.* 15. *in princ.* & quod ita † dis- 12
pensatus remaneat idem ac si non indiguisset dispensatione Ioan. Andr. *in regul. in generali num.* 3. *vers. quadragesimus septimus de reg. Iur. in* 6. tanta enim est vis Aposto-
licæ dispensationis præuentiuæ quoad † defectus Iuris po- 13
sitiui, quod quis dicatur esse in eadem habilitate, & idem sit esse habilem de Iure communi, vel ex dispensatione Papæ Anchar. *cons.* 404. *in primo dub. Decis. cons.* 542. *num.* 4. Rebuff. *super concord. Rubr. de collat.* §. *præfatiq. or-*
dinarij in verb. Idoneis. Idemque sit esse † habilem de 14
Iure, quàm ex priuilegio, tam in odiosis, quàm in fauorabilibus Bald. *in l. cum ex oratione in princip. ff.*

de excusat. tutel. Roland. *consil.* 79. *numero* 7. *libr. primo* &
propterea *decisio in Cesaraugustana pensionis* 18. *Iunij* 1610.
coram Cardinali Lancellotto, *numero* 13. dicit quod vbi ad-
15 est dispensatio † Papæ præseruatur Clericatus ad effe-
ctum pensionis, nec per bigamiam amittitur Clericatus
& trad. Capreol. *conclus.* 97. *numero* 92. Sicuti dispensa-
tio Clerici ad bellum præseruat ab irregularitate. Mo-
lin. *dist.* 2. *Tom. de Iustit. & iur. tract.* 2. *disp.* 108. Auil. *de
censur. part.* 7. *de homicid. in bello disput.* 6. *dubitat.* 2. *in* 2.
16 *conclus.* & Iudices † in vim Priuilegij antecedentis præser-
uantur ab incursu irregularitatis Sair. *de censur. lib.* 6. *cap.*
18. si ergo impeditur incursus bigamiæ, pinguius Ius con-
cessit Principi Papa: quàm si expressè dispensasset super
bigamiam.

17 Eoque magis quia Sixtus derogauit Concilijs † Gene-
ralibus; & sic *d. c.* 1. desumpto ex Concilio Generali Lug-
dunensi *Decis. cons.* 341. *n.* 10. *vers. & in tali clausula Prob.
ad Monac. in cap. cum in tua n.* 24. *de consuet.* Abb. *in c. ex
parte nu.* 2. *vers. saltem. in genere de Capell. monac.* Cozzad.
cons. 6. *n.* 33 *& fuit dictum in Conchen. exemptionis decima-
rum* 17. *Martij* 1589. *coram Orano*.

Nec obstat quod in dispensatione Principis adsint ver-
ba (si contigerit contrahere matrimonium &c.) quasi
cum verba sint conditionalia effectus dispensationis fuerit
collatus post incursam bigamiam, quia omisso quod ver-
ba dicunt, & si contigerit, vel non contigerit, &c. quæ
fuerunt apposita vt exprimerentur casus dispensationis,
18 cum Papa de præsenti dispenset, ex quo vtitur † verbo
temporis præsentis dispensamus, dispensatio dicitur pu-
ra, & præuentiua, cum tempus dispensationis attendi
debeat, licet vt præuentionis executione, & effectu quis
fruatur, expectandi sint casus futuri expressi in dispensa-
tione, Gig. *de pens. cons.* 23. *nu. decimo vers.* puto tamen,
& fuit dictum in Cesaraugustana pensionis 18. *Iunij* 1590. *co-
ram Gypsio*.

Et quod effectus dispensationis sit purus ante incursum
bigamiæ apparet ex sequentibus verbis dispensationis vi-
delicet (Decernentes per contractum matrimonij etiam
pluries vt præfertur reiterati pensiones minimè extinctas
esse, aut fore, minuique annullari, & inualidari) ergò
præueniendo, & præseruando, nam cum per contractum
19 † Matrimonij pensiones, extinguerentur Gig. *de pens. qu.*
54. *& cons.* 23. *n.* 7. *&* 10. *& dicitur in supradicta Cæsaraugu-
stana pensionis* 18. *Iunij* 1610. *coram Cardinali Lancellotto*,
Papa non reuiuiscendo pensiónes, sed præueniendo casum
20 extinctionis reliquit eas in primæuo statu, & vna pars †
dispensationis aliam supplet, & declarat *l. qui filiabus ff.
de leg.* 1. & propterea supradicti DD. distinguunt tantum
inter dispensationem antecedentem, & subsequentem,
21 nam antecedens † præseruat, subsequens tollit Suarez.
de leg. d. lib. 6. *cap.* 11. *n.* 4. Molin. *disp.* 108. *§. est verò* Azor.
Instit. Moral. lib. 5. *cap.* 15. *in princ.*

Nec dicatur quod Papa dispensauerit cum Principe tan-
22 quam laico, qui de Iure est capax † pensionis temporalis,
non autem tanquam persona Ecclesiastica, quia apertè
apparet Papam voluisse dispensari cum eo vti habente pri-
mam tonsuram, & persona Ecclesiastica, tum quia literæ
dispensationis sunt inscriptæ Michaeli Clerico, ex inscri-
23 ptione enim declaratur Papæ † voluntas ad ea, quæ tra-
dit Io. Andr. *in reg. non licet n.* 2 *de reg. iur. in* 6 Lap. *alleg.* 7.
per tot. Gig. *de pens. quæst.* 22. *nu.* 8. Rot. *in Toletana Indul-
ti* 14. *Martij* 1625. *coram Remboldo*, tum quia si Princeps
non obstan. bigamia remanebat Clericus, & habebat Cha-
24 racterem indelebilem † secundum opinionem Canonista-
rum à Rota approbatam, vt supra dictum est, fit potius
verisimile quod Papa voluerit considerare hanc qualita-
tem, quam princeps habebat, & præseruare exercitium
Characteris impressi ad effectum retinendi & consequen-
25 di pensiones, cum longè facilius detur retentio, † & dis-
pensatio, vt quis ministret in ordine iam suscepto Seraph.
decis. 625. *num.* 6. *& in puncto bigamiæ* Sanchez *de Matri-
monio lib.* 7. *disp.* 86. tum quia cum de stylo Curiæ pro pen-
sionibus requiratur Clericatus, Intentio Papę & eius gra-
26 tia recipit † interpretationem à supradicto stylo Felin. *in
c. super litteris numero* 8. *descript.* Cassad. *decis.* 12. *num.* 14.
de præben. Put. *dec.* 181. *n.* 6. *lib.* 1. tum quia pro pensione
ad fauorem laici non requirebatur derogatio Conciliorum
etiam generalium, ex derogatione colligitur qualitas gra-
27 tiæ & intentio Papæ Bald. *in l eam, quam n.* 36. *C. de fidei-
commisso*, tum quia ista dispensatio est præuentiua, & sic
resistit incursui bigamiæ, vt supra deductum est, tum quia

sequeretur quod ante bigamiam Princeps retineret pensio-
nem vti Clericus, postea verò vti laicus, & ista mutatio
† non præsumitur, sed potius continuatio, & conserua- 28
tio eiusdem status, tum quia magis conuenit decori Ec-
clesiæ vt tanquam Clericus retineat, & acquirat pensiones
quàm vti laicus, tùm quia parum aut nihil ista dispensa-
tio suffragaretur, si intelligeretur concessa vti laico.

Non obstat quod Princeps non gaudeat priuilegio fori,
& alijs priuilegijs, seù effectibus clericatus, quia sufficit
quod sit dispensatus pro pensionibus, nam in hoc † casu 29
dispensationis retinet Princeps clericatum illæsum, Tur-
recrem. *in cap. quisquis in princip. vers. nisi cum tali dispense-
tur*, & ibi *Præpos. vers. tamen si corrigantur &* Gemin. *di-
stinct.* 84.

Nec obstat quod dispensatio ad obtinendas, † & conse- 30
quendas pensiones reseruatas, & reseruandas non com-
prehendat casum translationis pensionis, nisi exprimatur,
vt videtur desumi ex Veral. *decis.* 322. *par.* 2. *& ex decis.*
143. *num.* 1. *par.* 2. *in recent.* quia in supradicta dispensatio-
ne sub verbis retinendi, † recipiendi, consequendi, ac 31
exigendi pensiones reseruatas, & reseruandas compræ-
henditur etiam casus per viam translationis Gregor. *decis.*
18. *nu.* 3. *& fuit dictum in Romana pensionis* 27. *Iunij* 1622.
coram Buratto, & ratio est quia in translatione † extin- 32
guitur pensio antiqua & reseruatur noua Gabr. *cons.* 186.
num. 6. *lib.* 1.

Non obstat quod præuentio, & præseruatio dispensa-
tions operetur quoad culpam, & pœnam, non autem quo-
ad antiquum statum personæ Ecclesiasticæ, de quo Biga-
mus remanet denudatus, cum Papa non occultauerit ex-
plicitè, aut implicitè contrarium, vt fit † in postliminio, 33
in quo fit occultatio contrarij per fictionem contra verita-
tem fingendo nunquam quem fuisse apud hostes *§. si ab ho-
stibus vers. nam postliminium Instit. quibus mod. Ius. pat. Sol-
uat. l. postliminij. ff. de capt. & postlim. reuer.* nam exem-
plum postliminij subsequitur factum & ideò per fictionem
requiritur sublatio, & occultatio illius quod habuit effe-
ctum, at in dispensatione † præuentiua, non requiritur 34
aliqua occultatio, cum illa præseruet ab incursu Bigamię
vt supra deductum est, Vnde si non sequitur euentus, &
factum incursus Bigamiæ, non requiritur occultatio, vl-
tra quod secundum opinionem Canonistarum post Biga-
miam remanet Clericatus impressus indelebilis, & sic Bi-
gamia † non est contraria Clericatui, nec illi repugnat Io: 35
Andr. *in cap. super nu.* 12. *de bigam.* Ro. *d. dec. vnic. n.* 3. *de
bigam. in noa.* Nau. *de redit. Eccles. monit.* 1. *q.* 57. *n.* 9. *in fin.
& numer.* 12. *&* 13. Archidiac. *in cap. Lector numer.* 2. *di-
stinct.* 34. sed cessat priuilegiorum exercitium per dispen-
sationem: *cap.* 1. *de bigamis in* 6. quæ dispositio, seù ob-
staculum quoad exercitium, si forsan habet vim contra-
rij, non solum occultatur, sed de medio tollitur, & con-
seruatur exercitium Clericatus ad effectum pensionum
ex dispensatione † præuentiua supradicta cum deroga- 36
tione Conciliorum etiam Generalium & sic *d. cap.* 1. *de
big. in* 6. de quo propterea nulla est habenda considera-
tio.

Nec etiam applicatur exemplum cæcorum, & man- 37
corum, & curuorum, & spurij, qui si dispensentur ad
succedendum remanet macula Acchill. *decis* 6. *num.* 2. *qui
fil. sint legit* Seraph. *decis.* 351. *num.* 14 prout cæci, man-
chi, & curui remanent cum eorum defectu, quamuis
dispensentur

Primò, quia vbi Papa † plenariè legitimat, vel cum de- 38
rogatione obstantium remouetur omnis macula natiuita-
tis *glos. in authen. quib. mod. nati, effician. sui §. fin in verb.
participium*. Castr. *cons.* 41. *n.* 2. *lib.* 2. Anch. *cons.* 225. *n.* 2.
Peregr. *de fideic. art.* 23. *n.* 32. *vers. secunda est*, *& paulò post
vers. cum derogatio ne obstantium* Rot. *dec.* 505 *nu.* 6. *part.* 1.
diuers. hic autem Papa dispensauit cum derogatione am-
plissima omnium Conciliorum, etiam generalium, &
sic *d. cap.* 1. *de bigam. in* 6.

Secundò exempla supradicta sunt in casibus, in quibus
macula est incursa, hic incursus † bigamiæ non euenit ob 39
dispensationem pręuentiuam, & ob derogationem *c.* 1. *de
bigam in* 6. est obuiatum denudationi exercitij Clericatus
ad effectum pensionis Oldrad. *cons.* 327. *in princ.* Bart. *cons.*
17. *nu.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Fed. de Sen. *consil.* 30. *vers. sed dispen-
satio non est*, Bellarm. *cons.* 32. *n.* 5. *&* 17. Abb. *in cap. fin.
num.* 4. *de scismat.*

Tertiò quicquid sit quoad defectus naturales, si illi per
dispensationem Papæ † remoueantur, vel ne, & requiratur 40
fictio,

fictio, vt tradunt *DD. in lege Gallus §. quid si tantum ff. de lib. & posthum.* Bart. *in l fiu. num. 2. C. de his qui ven. ætat. Impetr.* vtique in defectibus Iuris positiui si Papa dispensat
41 † verè, & non fictè disponit, & præueniendo efficit, vt ā iam secundum rei veritatem nunquam sit incursa bigamia, vel irregularitas inducta ex dispositione Canonis
42 ita vt propterea verè & propriè † semper quis remaneat idem, prout ab initio erat ante bigamiam, vel casum irregularitatis *cap. lector. dist. 34. vbi Archidiac. nu. 2.* Turrecrem *in c. quisquis ante num. 1. vers. nisi cum tali dispensetur* Præpos. *vers. tamen. si corrigantur* Gemin. *super 1. glos. vers. nihilominus dist. 84.* Ioan. Andr. *in reg. in generali n. 3. de reg. Iur. in 6.* Oldr. *consil. 215. n. 5.* Dec. *in cap. at si Clerici, §. de adult. num. 168. de Iudic. & cons. 206. num. 6.* Rot. *diuers. decis. 505. num. 3. in fin. part. 1.*

Gratia Clementis Papæ VIII. non indiget Princeps, nisi ad effectum non gestandi habitum, & Tonsuram, cum (quicquid sit respectu pensionum, quas Princeps obtinebat, & non deferebat habitum, & tonsuram, & ideò intrare posset Constitutio Sixti V. contra non incedentes, &c. aduersus quam adest gratia Clementis VIII. & reualidatio) tamen respectu istius pensionis nuper translatæ, de qua agitur non intrat constitutio, cum post gratiam de non incedendo in habitu, & tonsura fuerit acquisita; Constitutio enim Sixti extinguit pensiones ob non delationem habitus, & Tonsuræ, non tamen reddit illum incapacem obtinendi pensiones futuras.

43 Nec obstat, quod dicta Constitutio † innouet Constitutionem Bonifacij VIII. relatam in *cap. vnico de Cler. Coniug. in 6.* quia constitutio Bonifacij loquitur in Clerico, qui cum vnica virgine contraxerit, nam si tonsuram, & Vestem Clericalem deferat, retinet duo priuilegia, illud videlicet *cap. si quis suadente 17. quæst. 4.* Alterum quod non possit conueniri coram Iudice seculari pro suis delictis, iuxta Parisien. Concilium, si verò non deferat, priuatur istis duobus priuilegijs, ex qua Constitutione Bonifacij nihil potest inferri ad incapacitatem Clerici gaudentis pensionibus, & non deferentis habitum, & tonsuram respectu acquisitionis pensionis futuræ.

Atque ex his, & alijs melius explicatis in duabus decisionibus Remboldi, Ita fuit resolutum, &c.

REVERENDISS. COCCINO.

Bononien. Fideicommissi de Manzolis.

Die Veneris 16. Aprilis 1627.

ARGVMENTVM.

Ægidiana locum sibi vindicat in quocunque possessorio de stylo Curiæ, sed non comprehendit nec personas Ecclesiasticas, nec bona. Appellatio à remedio l. fin. C. de ædict. diu. Adrian. non datur. Fideicommissario immissio, quando non denegatur.

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana de stylo Curiæ habet locum in quocumque possessorio.*
2 *Iudicium, quando agitur in Curia, meritò tunc debet attendi stylus Curiæ.*
3 *Appellatio suspendens non admittitur, quando agitur remedio, l. fin. C. de ædict. diu. Adrian.*
4 *Statut. Bononien. concedens vnicuique in quolibet possessorio posse semel appellare, non habet locum in sententia lata, remed. d. l. fin.*
5 *Fideicommissario datur remedium d. l. fin. contra hæredem grauatum, & etiam eius hæredem, vide, n. 21.*
6 *Hæreditas, quando venit restituenda fideicommissario, non requiritur restitutio, nec verbalis, nec realis.*
7 *Actiones ipso iure transeunt in fideicommissarium, nec opus est aliqua restitutione.*
8 *Hæreditas habetur quandoque restituta, ad effectum translationis actionum, & hoc maximè si clarè constet de fideicommisso. num. 9.*
10 *Bald. in cap. in præsentia numer. 31. de probat. declaratur.*
12 *Fideicommissario non denegatur immissio, quando plenè probauit suam vocationem.*
13 *Ægidiana non comprehendit personas Ecclesiasticas, sicut nec bona. num. 16.*
14 *Clericus transiens ad statum laicale, non potest amplius dici persona Ecclesiastica.*
15 *Ægidianæ, ad hoc, vt sit locus, inspiciendum est tempus sententiæ, & non petitionis.*
16 *Ægidiana disponit super appellatione, quæ datur à sententia, & non à petitione. num. 15.*
17 *Testes, qui deponunt de auditu à personis suspectis, nihil probant.*
18 *Consentire in iurisdictionem, quando partes dicuntur.*
19 *Legitimæ detractio non impedit immissionem fideicommissario, & quid seruet Rotanum 20.*
21 *Fideicommissario non denegatur immissio, quando detractiones faciendæ sunt turbidæ.*

DECISIO LI.

COmes Vlisses de Manzolis in vltimo suo, quod condidit, testamento instituit Com. Franciscum eius filium, tum Cameræ Apostolicæ Clericum hæredem particularem in legimam, in qua imputari voluit pretium Clericatus. In alijs verò suis bonis hæredem vniuersalem scripsit Com. Alexandrum alterum filium, qui cum beneficio legis, & inuentarij, vigore dicti testamenti hæreditatem adiuit. Verùm Com. Franciscus non acquiescens paternæ dispositioni prætendens hæreditatem Patris fuisse suppositam fideicommisso q. Georgij de Manzolis Aui materni, introducto iudicio in Rota coram R. P. D. Pirouano, præuia discussione, ac liquidatione dicti fideicommissi, & identitatis bonorum fideicommisso subiectorum, vt constat ex pluribus decisionibus in hac causa factis obtinuit mandatum de immittendo in quatuor corporea dictæ hæreditatis pro indiuiso, sine tamen aliorum præiudicio; à quo mandato cum pro parte Co. Alexandri fuisset appellatum, fuit commissa mihi per signaturam SS. causa, cum clausula, *Constito quod sit locus Ægidianæ exequatur, sin minus, &c.* Vnde dubitaui an esset locus Ægidianæ, & DD. pro affirmatiua resoluerunt, Primò, quia de stylo. † Curiæ Ægidiana habet locum in quocunque possessorio, vt latè Pacif. de Salu. *inspect. 4. c. 2. n. 11. &* 1
35. vbi plures cumulat decisiones, vnde cùm iudicium agatur in Curia, & sit possessorium, meritò debet † attendi stylus Curiæ, etiam exclusiuè, quoad statuta loci, 2
ex quo partes sunt oriundæ maximè in ijs, quæ respiciunt, ordinatoria, non autem decisoria iudicij, prout Ægidiana, vt latè Contard. *ad l. vnic. limit. 4. nu. 10. & seqq.* Secundò, quia in hoc iudicio agitur † remed. *l. fin. C. de edict. diui Adr. toll.* in quo non admittitur appellatio suspendens, vt 3
per Bald. *in d. l. fin. in 3. not.* Dec. *n. 26 vers. 6. notab.* Zuccard. *num. 435.* Ang. *in l. cùm antea, num. 4. versic. nisi forsan, C. de arbit.* Guidop. *q. 132. coll. vlt.* Bero. *q. 144.* cum alijs quos congerit Menoch. *de adipisc. remed. 4. num. 826. & dixit* Rota *in Romana hæreditatis 31. Maij 1600. coram bon. mem. Cardin. Sacrato.*

Nec obstat statutum Bonon. † concedens vnicuique in quolibet possessorio semel appellare, quia dictum statutū non habet locum in sententia lata in Remed. *d. l. fin.* vt 4
in terminis dicti statuti firmarunt, Ber. *q. 44. num. 1. & seqq.* quem refert, & sequitur Menoch. *dicto rem 4. n. 833.* R. Ruginell. *de appell. §. 2. c. 3. num. 649. vers. secundo in fine* *Person de adipiscen. cap. 333. vers. quæ regula*, Scacc. *de appell. lib. 3. c. 2. q. 17. limit. 6. memb. 4. n. 23. & seqq.* Et hanc veritatem agnouit etiam Rota Bonon. *apud* Barzium *decis. 71. n. 20. & seqq. & addent. ad Dec. eiusdem* Rotæ *ad Statut. Bonon. decis. 74. prope finem vers. excipio tamen.*

Nec visum fuit DD. posse dubitari, quin remedium *d. l. fin.* competeret Co. Francisco, quia certum est huiusmodi remedium dari † fideicommissario qualis est Co. 5
Franciscus aduersus hæredem, grauatum, & sit etiam aduersus grauati hæredem, vt per *text. in l. penult. §. cum autem* vbi Bart. *in fine, & alij, C. ad Senat. Consult. Trebell. & Gabr. consil. 44. num. 6. lib. 2.* tenuit Rota *decis. 237. num. 1. par. 1. recent. & decis. 201. nu. 9. par. 2. diuers.* Nec dicatur, quòd requirebatur † restitutio siuè realis, siuè ver- 6
balis, quia contrarium verius est. Primò quia sumus in casu, in quo fideicommissarius agit contra hæredem grauati, quo casu non requiritur, vt benè per Honded. *cons. 26. num. 25. lib. 1.* Secundò quia de Iure Canonico ex quadam æquitate ad tollendos varios circui-

 tus,

tus, actiones absque restitutione aliqua transeunt
7 ipso † iure in fideicommissarium, qui illas exercere potest,
vt fuit originale dictum, Bald. *in c, in præsentia per istum
text. num. 31. de probat.* quem illic sequitur Dec. *num. 9.* &
simile videtur sensisse Rota *in decis. 450. num. 6. par. 1. diu.*
Vbi quod ad dirimendas lites ad effectum translationis
8 actionum hæreditas † habetur quandoque pro restituta,
Gugiel. de Benedict. *in repetit, cap,* Rainutius *in verbo si
absque liberis, il 2. num. 85.* vbi quod de equitate Iuris
Canonici non est opus aliqua restitutione verbali, siue
reali, & quod hodie cessant multæ vanæ subtilitates,
9 & sic vidit iudicari in parlamento Tulosano, maximè †
cum in casu nostro clarè constet de fideicommisso, Paris.
*consil. 52. nu. 48. versic. 3. facit, & consil. 53. nu. 11. lib. 3. &
consil. 13. n. 115. lib. 2.* Rim. Iun. *consil. 363.* & in terminis
benè Honded. *d. consil. 26. nu. 24. & seq.* vbi quòd opinio
10 Baldi procedit † siuè agatur petitorio, siuè possessorio,
quos omnes sequitor, Pereg. *de fideic. art, 2 n, 62.* vbi dicit
se nunquam praticasse, aut praticatam vidisse verbalem
restitutionem, & benè Laderch. *cons, 156. n. 2.* nec minus
dicatur, quòd Co. Alex. non possidet ex testamento Vlis-
sis Patris; Sed est testamento Georgij Aui fideicommit-
11 tentis, ideòque † contra ipsum tanquam contra hæredem
Vlissis grauati non competere remediũ *d. l. fin.* Quia quic-
quid sit an possit sibi mutare causam possidendi, & an mu-
tauerit, certum est, quod aut possidet ex testamento Vlis-
sis Patris, & intrant superiùs deducta, aut ex testamento
12 Aui fideicommittentis, & non potest negari † immissio
Com. Francisco pro indiuiso, quia tanquam fideicom-
missarius, & sic habens parem titulum pleoè iustifica-
uit vocationem propriæ personæ vigore eiusdem testa-
menti.

Nec obstat, quod Co. Franciscus de tempore motæ litis
erat Cameræ Apostolicæ Clericus, ideòque ratione illius
causa esset appellabilis, tamquam inter personas Ec-
13 clesiasticas, quas Ægidiana non † comprehendit, vt fuit
dictum in Perusina hæreditatis 27. Iunij 1681. coram Bra-
uo. Quia fuit responsum, quòd cum de tempore obten-
ti mandati iam vendisset Clericatum Cameræ, & deser-
uisset statum clericalem transiens ad laicalem, non potest
14 dici quòd † esset persona Ecclesiastica, & sic non compre-
hensus sub Ægidiana. Nec dicatur attendendum esse tem-
pus incæpti iudicij, quia aduertendum est, quod cum ho-
15 die quæratur, an sit locus Ægidianæ † debet inspici po-
tius tempus sententiæ, quàm petitionis, & ratio est, quia
Ægidiana disposuit super appellatione, quæ datur à sen-
tentia, non autem à petitione, Rota Bonon. *ad statutum
decis. 134. num. 9.*

Minus obstat quòd inter corpora hæreditaria, in quibus
fuit data immissio, adesset prædium della Ricardina, quod
16 erat emphyteuticum Ecclesiæ, & ideo illius † respectu
causa esset pariter appellabis cum bona Ecclesiastica non
comprehendantur sub Ægidiana. Quia fuit responsum
non probari esse tale, quale asseritur, & testes, qui dan-
tur, præter, quam sunt valdè suspecti, solùm deponunt
17 † de auditu à personis suspectis, & ideò nihil probant.

Nec vila sunt releuare quæ deducuntur tam circa vali-
ditatem, quàm Iustitiam dicti mandati de immittendo.

Nam quoad validitatem defectus iurisdictionis R.P.D.
Pirouani, non meruit allegari, quia vltrs quod causa fuit
18 illi commissa † de consensu partium, & discussa coram eo-
dem vtraque parte informante, & emanarunt tot deci-
siones nulla vnquam facta oppositione, satis tollitur ex
prosequutis ob examen factum in partibus in vim remis-
sorię obtentæ per Com. Alex. ab eodem R. P. D. Piroua-
no, vt benè Rota *decis. 158. num. 4. apud* Seraph. *& 779.
nu. 6. par. 1. diuers.*

Quo verò ad Iustitiam de illa satis constat ex tot deci-
sionibus in hac causa factis, negotio pluries, & ma-
turè discusso, & vtraque parte informante.

19 Nec officiunt prætensæ † detractiones quoad legiti-
mam Vlixis dato etiam sine veri præiudicio, quod non
potuisset prohiberi, certum, est, quòd detractio legitime
non impedit immissionem *secundùm opinionem, quam* Ro-
20 ta *seruat*, † quæ concedit immissionem fideicommissario
pro indiuiso, vt fuit dictum in *Foroliuien. fideicomm. 10.
Iunij 1614 & in Recanaten. succes. 26. Iunij 1617. coram
Buratto, & in Ferrarien. de Tassonis 28. Nouembris 1618.
coram Reuerendissimo sanct. memor. Pat. Antioch. & in Tu-
sculana fideic. 4. Iunij 1618 coram me.*

Quo verò ad alias detractiones duo considerarunt DD.
Primò quòd non poterat negari † quia in omni casu adeò 21
essent turbidæ, & non iustificatæ, vt essent remittendæ
ad petitorium tanquam requirentes altiorem indaginem,
vt tenuit Rota *decis. 194. n. 22. apud sanct. mem. Greg. &
decis. 520. n. 2. part. 1. diu.* & in terminis nostsis *decis. 135.
in fine part. 5. recent.*

Secundò quod immissio fuerat data solum in quatuor
corpora hæreditaria, & tamen præter fructus iam perce-
ptos remanebant alia bona Co. Alex. quæ in omni casu
poterit retinere io compensationem eius, quod constabit
ipsi deberi.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

In hac causa habetur infrà alia decisio sub 15. Mar-
tij 1630. coram eodem bon. mem. Coccino, est decisio
360. & in sequenti parte habentur aliæ, hoc est sub die-
bus 26. Ianuarij 1632. & 16. Aprilis eiusdem anni coram
eodem Coccino, sunt decisiones 88. & 111.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILLI.

Ariminen. Gabellæ.

Die Lunæ 19. Aprilis 1627.

A R G V M E N T V M.

Incolatus in aliqua Ciuitate qualiter, & quandiù acquiratur. Statutum loquens de forensibus, & de illis, qui familiariter non viuunt, quomodò sit intelligendum.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum imponens gabellam forensibus, etiam in hæreditate ascendentium, dicitur odiosum, & propterea strictè interpretandum est.*

2 *Hæreditas, quando aditur, tunc radicatur acquisitio, & cum effectu acquiritur.*

3 *Pater pro infante potest acquirere incolatum alicuius ciuitatis, & domicilium, quando eodem tempore acquirit illi hereditatem, & n. 4.*

5 *Incolatus acquisitio consistit in momento temporis.*

6 *Præsumptio præsumptionem datur, quando vna venit in consequentiam alterius.*

7 *Incolatus ad hoc, vt contrahatur, requiritur decennium, sed fallit, si constet de voluntate.*

8 *Incolatus acquiritur, quando, ibi habitans habet maiorem partem bonorum.*

9 *Statutum loquens de forensibus, & de illis, qui familiariter non viuunt, quomodò intelligatur.*

10 *Forensis, vt quis non dicatur, sufficit, quod sit incola.*

11 *Statutum non loquens in Incola, non tollit ciuilitatem ex Incolatu.*

12 *Statutum probibitiuè non loquens, sed simpliciter, non procedens annullando actum, tunc si fiat tale actum non obstat, & substinetur.*

DECISIO LII.

DIxerunt Domini, sententiam Rotalem esse confir-
mandam, quia illa in iure remanet optimè firmata
ex egregiè deductis in decisione R. P. D. Merlini, & po-
tissima ratio resolutionis fuit, quia cum Statutum Ari-
minen. imponat Gabellam forensibus, etiam in hęredita-
te adscendentium, vtique est contra Ius † & odiosum, & 1
propterea strictè recipiendum & interpretandum est.
Rip. *in l. filius familias, §. diui, num. 79. ff. de leg. 5.* Me-
noch. *consil. 166. num. 5.*

Et consequenter dum dicit, quod forenses, & ibi con-
tinuò familiariter non habitantes, si acquirerent stabilia,
soluant Gabellam tempore acquisitionis vtique sat est,
quòd Iulius desierit esse forensis, & acquisiuerit incolatũ,
& familiarem habitationem tempore non delatæ sed adi-
tę hæreditatis, sufficit enim, quod incolatus superueniat
in instanti aditionis hæreditatis ex † quo tunc radicatur 2
acquisitio, & hæreditas cum effectu acquisitur. Bart. *l.
fin. num. 2. vers. eod. modo ff. de reg.* Catonian. Ancar. Re-
gien.

gien. *quæst. fam.* 27. *n.* 16. *lib.* 1. Men. *consil.* 165. *n.* 3. *&* 16.
& *cons.* 473. *n.* 13. Surd. *cons.* 169. *nu* 3. *vsque ad* 7. Brun. *de
Statuto excludente fœminas q.* 5. *nu.* 26. *&* 28. Aym. *cons.* 201.
num. 26.

Incolatum autem superuenisse tempore delatę hæredi-
3 tatis patet, quia pater † pro infante potest acquirere inco-
latum & domicilium, quando eodem tempore acquirit il-
li hæreditatem, *l. si infanti*, Bartol. *num.* a. *C. de iur. delib.*
Bald. *in l.* 1. *nu* 6. *C. de municip. & orig. lib.* 10. Bart. *in l. pla-
cet*, *n.* 13. *ff. ad municip. & in l. vnic. nu.* 1. *& seq. C. vbi pet.
tut. vbi* Bald. *n.* 2. Soccin. *in cap. fin. num.* 15. *&* 18. *de for.
compet.* Siluan *cons.* 25. *num.* 14 *&* 37 Mandell. *consil.* 572.
num. 15.

4 Non obstat, quòd acquisitio † incolatus, & hæredita-
tis sit contemporalis, & tamen incolatus acquisitio pręce-
dere debeat, quia cum ad effectum acquirendi hæredita-
tem Aui requireretur incolatus, & domicilium, vtique
cum ante aditionem præcedat deliberatio, in ea fuit cogi-
tatum non posse acquiri hæreditatem, nisi Iulius esset in-
cola, & per consequens in necessarium antecedens decla-
ratio, & acceptatio incolatus fuit, & præsumitur ante-
rior, & dum postea fuit adita hæreditas, acquisitio inco-
latus præcesserat, cum ad effectum acquirendi hæredita-
tem requireretur *l. illud*, *vbi* Bart. *l. si duo*, *ff. de acquir hæ-
reditat.* Surd. *cons.* 443. *n.* 19. Alex. *cons.* 157. *num.* 14. *lib.* 2.
Castr. *cons.* 306. *num.* 1. *lib.* 2.

5 Et licèt ista acquisitio incolatus anterior consistat † in
momento temporis est considerabilis, cum inde resultet
vtilitas, & acquisitio ad fauorem Iulij, quo casu momen-
to temporis attenditur, & consideratur. Bart. *in l. seruus
dotalis circa med. ff. de solut. matrim. vbi* Alex. *vers. quando
aliqua.* Bar. *in l. si tibi pecuniam*, *nu.* 4. *ff. si cert. pet.* Dec. *n.*
7. *&* 8. *vbi* Ias. *num.* 10. Bart. *in l. qui sit. propè finem*, *vers.
aut ille*, *ff. de solut.* Phenu. *de mom. temp. capit.* 32.
n. 17. *vers. translatio dominij*, *& c.* 33. *n.* 4. *in fin. vers.
concludant; quod ei fuit dictum in Segobien. Beneficij* 26. *Mar-
tij.* 1604. *coram bona memoria Iusto.*

Non obstat, quod pręsumptio, præsumptionis non de-
6 tur, quia † præsumptio, præsumptionis datur, quando
vna venit in consequentiam alterius, *l. si is qui pro emptore*,
ff. de vsucap. l. 1. *C. de dot. promiss.* Rot. *in recent. decis.* 319.
nu. 5. *par.* 1.

Non obstat quod ad contrahen. incolatum requiratur
7 decennium, tùm quia hoc non procedit vbi constat de vo-
luntate, quia tunc eo ipso absque aliquo lapsu temporis ac-
quiritur incolatus. Abb. *in capitulo final. in fin. de paroch.*
Rota *parte* 2. *diuers. decis.* 150 *numero* 7. *& parte* 2. *recent.
decision.* 188 *num.* 3. Bald. *cons.* 313. *num.* 1. *lib.* 4. Corn. *cons.*
209. *num.* 1. *in fin. lib.* 1. Sim. de Præt. *consil.* 119. *nu* 8. *lib.* 1.
& de voluntate satis constat ex supradictis, tum quia in-
8 colatus † acquiritur quando ibi habitans habet maiorem
partem bonorum, *l. hæres absens. §. proinde*, *vbi glos. in verb.
debebit*, *ff. de iudic. l. ciues*, *C. de incolat. lib.* 10. Bart. *in l.
vnica*, *nu.* 2. *C. vbi pet. tutel.* Ang. *cons.* 27. *nu.* 2.

Iulius autem cum haberet domicilium Arimini, & ha-
beret spem quasi firmam succedendi Auo, qui imposuit
onus incolatus, vtique tempore successionis desierat esse
forensis, & effectus incola, & propterea non tenetur sol-
uere Gabellam per præallegata.

9 Rursus statutum loquitur de forensibus, & † illis, qui
familiariter non viuunt, vnde non est opus quærere, si
Iulius sit ciuis, sed sat est probare, quòd familiariter vi-
ueret, & habitaret in Ciuitate Arimini, quod negari non
potest cum ibi per aliquod tempus habitaret & viueret, vt
hæreditatem Aui consequeretur, vt voluntatem illius ad-
impleret inhabitando continuò in Ciuitate Arimini cum
susceptione cognominis & armorum familiæ ad effectum
Aui hæreditatis consequendi, prout sat est probare, quod
sit Incola, licet non esset Ciuis, nam vt quis non dicatur
10 forensis, sat † est quod sit Incola, licèt non sit Ciuis; Sta-
tutum enim de forensibus non comprehendit Incolas Cor.
cons. 147. *lib.* 3. Vnde cum ea supradictis constet de Incola-
tu Iulij, cessat dispositio statuti de forensibus Alderan.
Mascard. *de stat. conclus.* 6. *nu.* 187. Corn. *d. cons.* 147. *lib.* 3.
Dec *in c. in præsentia nu.* 61. *de probat.* Roland. *cons.* 45. *nu.*
12. *lib.* 1.

Non obstat modo aliud statutum, dum requirit descri-
ptionem in quinterno, Primò quia loquitur de Ciuibus,
qui ibi recipiantur in ciues, & loquitur de Ciue ex priuile-
gio, & ibi, *& concedatur omne priuilegium*, vnde non ha-
bet locum in nostro statuto, in quo sufficit non esse forēsem,
sed sat est, quòd quis sit Incola & non Ciuis, nam sta-
tutum non loquitur † in Incola, nec tollit Ciuilitatem ex 11
Incolatu Paris. *cons.* 53. *nu.* 8. *&* 9 *& seq lib.* 3. Socc. Sen.
cons 129. *n.* 3. *&* 4. *lib.* 1. Castr. *cons.* 8. *nu.* 2. *lib.* 1. Secun-
dò quia statutum de descriptione in quinterno loquitur ad
effectum gaudendi priuilegio concesso à ciuitate circa exem-
ptionem à vinculo seruitutis, vel alterius cuiuscumque ho-
norantiæ, vel colonariæ, angariæ, vel censitæ, vt pa-
tet ex illis verbis, *& concedatur eis tale priuilegium*, *&c.*
Vnde cum Iulius non vtatur hoc priuilegio, nec illud al-
leget, nec habeat, non meretur hoc statutum allegari in casu
solutionis Gabellæ, quam de Iure Iulius soluere non tene-
tur, & statutum quod forenses soluant Gabellam non in-
trat, cum ipse sit Incola & familiariter habitet vt supra de-
ductum est, Tertiò quia cum statutum † non loquatur pro- 12
hibitiuè, sed simpliciter dicat describi, cum non procedat,
annullando etiam si non fiat descriptio non obstat & actus
sustinetur Ias. *in l.* 1. *nu.* 10. *vbi* Alexand. *nu.* 8. Castr. *in fin.
ff. de lib. & posth.* Felin. *in cap. significantibus num.* 2. *vers. sed
tenet de libr. oblat.* Salic. *in l. fin. C. de sent. ex peric. recitan.*
Alex. *cons.* 24. *num.* 3. *lib.* 4.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum &c.

* Idest sub die 10. Decembris 1625. habes hanc decisionem
infra in Addictione prout in Indice in eius fine posi-
to.

REVERENDISS. P. D. DVRANO.

EPISCOPO VRGELLEN.

Ianuen. Parochialis S. Andreæ.

Die Lunæ 19. *Aprilis* 1627.

A R G V M E N T V M.

In Ecclesia regulari circa nominationem Vi-
carij est seruanda dispositio cap. 1. de cappel.
Monachorum. Monasterij appellatione
compræhenditur Ecclesia. Vicarij narrati-
ua, an probet, quasi possessionem præsen-
tandi, & qualiter acquiratur, & probetur
talis quasi possessio.

S V M M A R I V M.

1 *Quasi possessio in corporalibus acquiritur per vnicum
actum*, *& num.* 9.
2 *De bono iure alicuius dicitur constare, quando ius ei assi-
stit.*
3 *Cura animarum secularium potest penes Monachos reside-
re, per alium tamen exercenda.*
4 *Ecclesia, quando non est Regularis, non habet in ea locum
dispositio c.* 1. *de stat. Cappell. Monach.*
5 *Monasterij appellatione etiam Ecclesia comprehendi-
tur.*
*Monasterium, quando est Regulare, Ecclesia etiam dici-
tur Regularis.* *n.* 5.
Monasteria non dantur sine Ecclesijs n. 5.
6 *Ecclesiæ dominium esse Monasterij ad effectum manuten-
tionis, probatur sola possessione.*
7 *Manutentio, vt impediatur à iuris resistentia debet esse
vehementes, & ineuitabilis resistentia*, *& n.* 8.
10 *Vicarij narratiua probat, quasi possessionem præsentan-
di.*
11 *Vicario attestanti de spectantibus ad eius officium plenè
creditur, non minus, quàm Episcopo.*
12 *Decis. Caputaquen.* 238. *par.* 2. *declaratur.*
13 *Vicario attestanti de rebus gestis coram Episcopo, non cre-
ditur.*
Mascard. tom. 2. *conclus.* 958. *cum alijs declarantur. nu-
mer.* 13.
14 *Vicarij simplex enunciatiua de Iurepatronatus non probat
in præiudicium Episcopi. vide n.* 26.
15 *Episcopo attestanti de actu institutionis, non creditur de
aliquo actu de præterito.*

16 *Vi-*

16 *Vicario attestanti de examine non creditur.*
17 *Actus enunciatus in aliquo instrumento per verba importantia tempus præteritum, præsumitur tempore instrumenti gestus.*
18 *Bart. in l. post dotem n. 21. ff. sol.matr. communiter approbatur.*
19 *Præsentatio ad Ius patronatus, examen, & deputatio benè possunt vnica hora, & contexta expediri.*
20 *Decis. 16 de probat. in nou. & aliæ decisiones declarantur. & n. 21. & 22.*
23 *Fides non facit fidem.*
24 *Vicarius, & Episcopus vnum, & idem constituunt Tribunal. & factum vnius reputatur factum alterius.*
Episcopus non dicitur tertius respectu sui proprij Vicarij in his, quæ competunt Vicario ex natura Vicariatus. n. 24.
25 *Officialis scientia dicitur scientia Domini & ei præiudicat, & quando.*
27 *In Ecclesijs Regularibus deputantur Vicarij temporales.*
28 *Præsentandi quasi possessio acquiritur ex præsentatione, institutione sortita effectum, licèt potuerit impugnari.*
29 *Exemplum exempli non facit fidem.*
30 *Iura producta censentur approbata à parte, contrà quam opponuntur eo ipso, quod citata ad dicen. contra, nihil opposuit.*
31 *Dictio, &c. cuius sit naturæ.*
32 *Nominatus ad aliquam Ecclesiam, & ibi curam exercens præsumitur hoc facere titulo præsentationis, si de alio titulo non doceatur.*
33 *Præsentationum effectuatio qualiter probetur.*
34 *Institutio, & præsentatio benè probantur ex visitatione.*
35 *Possessio de præterito præsumitur continuata in futurum, dum illa non probatur amissa.*
36 *Iteratio eo magis, ac magis denotat enixum animum in aliquo negotio.*
37 *Approbatio alicuius generica ad curam animarum, non infert ad institutionem illius Ecclesiæ sub illamet die.*
38 *Dispositio aliqua ita debet temperari, ac interpraetari, vt non mereantur à sapiente reprehendi.*
39 *Vicario alicuius Ecclesiæ Regularis adhuc viuente, an possit Ordinarius in ea deputare alium in V. Curatum, & num. 45.*
40 *Præsentatio alicuius, quando est admittenda.*
41 *Clausula, si, & in quantum, quid operetur, & numero 42.*
43 *Deputatio alicuius in aliqua Ecclesia per modum prouisionis, nullum statutum facit.*
44 *Possessio alicuius non potest interrumpi sine eius scientia, & num. 45.*
46 *Probanti olim possedisse datur manutentio, si exaduerso non probatur, quod fuit amissa possessio.*
47 *Possessio solo animo retinetur.*
48 *Possidens semper pro se habet præsumptionem.*
49 *Præsentatio, quæ dedit occasionem liti non est attendenda.*
50 *Vicarius potest deputare Oeconomum in beneficio vacante, quousque de Rectore prouidetur, aut cognoscitur de iure eligentium.*
51 *Patronos spoliare sua quasi possessione presentandi Canonum auctoritate, esset iniquum.*
52 *Præsentandi quasi possessione alicuius stante, dum super ea controuertitur, non potest Episcopus tunc prouidere perpetuò, sed per modum prouisionis.*
53 *Ordinarij debent de Parochialibus prouidere in perpetuum, & per concursum.*
Episcopus est incapax plurimum Ecclesiarum. numero 53.
54 *Decretum irritans, & clausula sublata claudunt os parti, & tollunt facultatem Iudici aliter iudicandi.*
55 *Causa expressa vbi habetur, cessat tacita, & præsumpta.*
Gratia vbi expressam causam habet, non debet ad aliam trahi. num. 56.
57 *Ordinarius non præscribit libertatem aduersus iuspatronatus, per simplicem non vsum præsentandi Patronorum.*
58 *Appellare non est opus à simplici interlocutione, sine citatione, & causæ cognitione, cum non transeat in rem iudicatam.*
59 *Reintegrationis petitio sit si æquiuoca debet referri ad solam possessionem naturalem, & turbationem de facto.*
60 *In iuribus corporalibus datur etiam duplex possessio, Ciuilis, & naturalis.*

DECISIO LIII.

Die 13. Martij anni præteriti fuit decisum, constare de
bono Iure Monialium ad effectum, vt debeant manu-
teneri in quasi possessione nominandi Vicariũ Ecclesiæ Pa-
rochialis Sancti Andreæ de Porta Ciuitatis Ianuen. Sed
quia Illustriss. D. Archiepiscopus obtinuit iterum audiri;
fuit propterea per quatuor vices causa proposita super ijs-
dem, & vtrinque acriter controuersa, & per Dominos
maturè examinata, & tandem hodie resoluta ad fauorem
Monialium: quo fit, vt hæc secunda decisio maiori etiam
egeat discussione.

Resolutio fuit fundata in tribus nominationibus Monia-
lium continuatis, & effectum sortitis. Prima de anno
1554. Secunda de anno 1573. & vltima de anno 1494. & ta-
men sufficit † vna Ripa *in cap. cum Ecclesia, numer. 53. de* 1
caus. poss. & propr. Roman. *consil.* 311. *in fine*, Rota *de-
cis. 17. num. 1, part. 1, diuers. & Illerden. Parochialis* 13. *Iu-
nij* 1558. *coram Caputnque* Gonzal. *super reg. 8. gloss. 45. §. 2.
num. 29. & latè* Garz. *de benef. p. 5. c. 5. num. 59.* Et eo ma-
gis dicebant Domini constare de bono † iure Monialium, 2
quia ius non videtur assistere Domino Archiepiscopo, sed
Monialibus: Cum enim agatur de propria earum Eccle-
sia, & sic de Ecclesia Regulari, ius nominandi Vicarium
ad eas de iure spectat, *c. 1. de Cappell. Monach.* Concil. Tri-
dent. *sess. 25. de Regul. c.* 11. Et pro eisdem Monialibus cen-
suit, sunt iam plores anni, Sacra Concilij Congregatio.
Nec hoc mirum videtur, quia etiam † cura animarum se- 3
cularium potest penes illas residere, per alium tamen exer-
cenda. Felin. *in c. cum Venerabilis num. 36. de except.* Rota
decis. 21. in fin. de præbend. in antiq.

Nec placuit prætensio D. Archiepiscopi, quod d. Eccle-
sia non sit Monialium, nec consequenter Regularis, † & 4
sic non intrare *textum in dicto cap 1. de Cappell. Monach.*
quia non agitur de Ecclesia separata, & distincta à Mona-
sterio: sed de Ecclesia ipsius Monasterij, quod aliam,
quàm istam non habet Ecclesiam, quæ ideò est eiusdem
pars integralis, ita vt appellatione † Monasterij etiam Ec- 5
clesia comprehendatur, *glos. in ca. 1. in verb. exempto, vbi
communiter DD. de priuil. in 6.* Vndè cum hoc Monasterium
sit Regulare, Ecclesia etiam est Regularis, quia clarum
est, quòd Monasteria non dantur sine Ecclesijs: vltra
quod ad effectum manutentionis sufficit probare, domi-
nium † Ecclesiæ esse Monasterij ex sola possessione, dum 6
illud deducitur incidenter, Bart. *in l. quidam in suo nu. 4. ff.
de cond. instit.* Calder. *cons. 23. de præbendis.*

De possessione autem Monialium non est dubitandum,
cum sit notoria, & probetur in actis, quòd primitus hoc
Monasterium erat Ordinis sancti Benedicti, quia autem
erat adeò destitutum, vt in eo vix degerent quinque Mo-
niales; in vim specialis rescripti Apostolici, & instante
Senatu Ianuen. fuerunt in illud de anno 1509. translatæ
Priorissa, & Moniales S. Margaritæ Ordinis D. Augusti-
ni, & fuit illis tradita possessio tàm Conuentus, quàm
Ecclesiæ, nec non consignatæ cum Inuentario sacræ sup-
pellectiles, nempè tabernaculum pro custodia sanctissimi
Sacramenti, Vas Chrismatis, liber Baptizatorum, &
alia huius generis ad vsum, & curam Sacramentorum per-
tinentia. Quæ consignatio non fuisset illis facta, sed verò
Parocho, nisi ad eas cura animarum habitu spectaret. Qui-
bus accedunt visitatio Apostolica de anno 1582. & plures
enunciatiuæ Archiepiscoporum in actu visitationis, in
quibus hæc Ecclesia dicitur, & nominatur Ecclesia Mo-
nialium S. Andreæ.

Et in omnem casum etiamsi Monialibus Ius non assiste-
ret, sed resisteret, adhuc eis esset danda manutentio: quia
Ioris † resistentia eam non impedit, nisi sit vehemens, & 7
ineuitabilis, Inn. *in cap. cum venissent, n. 3. vers. illud obtinet
de rest.*

de rest. in integr. Couar. *pract. quæst. c.* 16. *num.* 6. Rota
apud Gregor. XV. decis. 370. Qualis hæc non esset, sed du-
bia, & turbida; ac illi multum detraheretur, tàm ea quo
moniales auctoritate Apostolica adeptæ fuerunt possessio-
nem Ecclesiæ, & rerum ad curam spectantium de manu
Executorum, quàm ex longæua, & temporis considera-
8 bilis possessione nominandi Vicarium. Quo casu † Iuris
resistentia non impedit manutentionem. Abb. *in c.* 1. *nu.*
8. *vt lit. pend.* Lancell. *de attent.* 2. *part. cap.* 4. *declar.* 4. *n.*
6. Rota *decis.* 595. *n.* 5. *par.* 1. *diuers. & decis.* 685. *numer.* 3.
par. 1. *recent.*

Quare tota difficultas posita in eo fuit, quis ceptæ litis
tempore possideret. Quæ ad duo præcipuè capita separa-
tim discutienda reducitur. Primum est, an prædictæ tres
præsentationes Monialium sint releuantes, itaut eis suf-
fragentur ad effectum, de quo agitur. Secundum quate-
nus sic, An illæ semper vsque ad tempus litis motæ fue-
rint in eodem statu; An verò de anno 1609. quo vocauit
hæc Ecclesia per obitum Facciotti per eas nominati in ter-
tia nominatione amiserint possessionem, itaut dicto tem-
pore litis motæ iam desierint possidere, Dominus verò
Archiepiscopus possessionem acquisitus fuerit.

Quoad primum de releuantia prædictarum trium præ-
sentationum voluerunt Domini maioris claritatis causa
eas sigillatim examinare. Prima de anno 1554. de perso-
9 na Lazari de Cassana inexuperabilis † visa fuit ad fauo-
rem Monialium, ex quo fuit effectuata, dum idem La-
zarus fuit per Vicarium Archiepiscopi Ianuen. deputatus
cum narratiua, quod illum deputabat ad præsentationem
Monialium, *capit. cum Ecclesia Sutrina de caus. possess. &*
propr. Seraphin. *decis.* 1411. *n.* 2. *& fuit sæpius decisum.*

Neque obstat, quòd de hac præsentatione non constet,
nisi per simplicem enunciatiuam Vicarij Domini Archie-
piscopi, cui non creditur de præsentatione facta, Mascard.
de probat. to. 2. *concl.* 958. *nu.* 28. Caputaqu. *decis.* 238. *par.*
2. quia imò eius narratiua probat quasi possessionem præ-
10 sentandi, vt in puncto, Put. *decis.* 167. *lib.* 1. *in nou. im-*
press. Et ratio est, quia admittere præsentationem, &
concedere institutionem spectat ad Vicarium iure proprio
ratione sui officij, ac ex sua ordinaria iurisdictione sinè
alio speciali mandato, *cap. ex frequentibus extra de instit.*
& ibi Glos. & in cap. fin. de offic. Vic. in 6. Rocch. *de iure-*
patr. verb. competens q. 31. Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 20. *num.*
11 7. Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 8. *num* 85. *cum seq.* Vicario †
autem attestanti de spectantibus ad eius officium plenè
creditur, Rota *decis.* 313. *p.* 1. *recent.* Non minus quàm
Episcopo, quia militant in eo omnes rationes, quas in
Episcopo attendit, Rota *decis.* 11. *de iurepatr. in nou. &*
apud Caputaquen. *decis.* 87. *part.* 3.

12 Nec contrarium probat, *dicta decisio* † Caputaquen.
228. *par.* 2. Quia vltra quòd nulla ibi fit mentio de effe-
ctuatione, qua sequuta, & non aliter intrat Conclusio
nuper firmata, *& d. decisio Petri*: non impugnat Capu-
taque. d. concl. ex defectu potestatis Vicarij: sed quia in
13 casu illius decisionis non attestabatur. Vicarius † de præ-
sentatione facta coram ipso, vt in Casu nostro; sed co-
ram alio, nempè coram Episcopo, cui propterea non cre-
ditur, prout distinxit Rota *in Iacen. pensionis* 16. *Decemb.*
1591. *coram Card. Pamphilio*; Mascard. verò in loco ci-
tato, & decisiones Rotæ per eum ibi allegatæ loquuntur
14 in simplici enunciatiua † Vicarij de Iurep. cui non est
standum in præiudicium Episcopi; non autem quando,
vt hic attestatur de actu coram se gesto ratione sui of-
ficij.

Non obstat etiam, quòd dicta enunciatiua Vicarij fue-
sit de actu de præterito, dùm Vicarius non enunciat, La-
zarum tempore deputationis fuisse per Moniales nomina-
tum: sed nominationem fuisse antea factam ea illis ver-
bis ibi, *fuisse præsentatum coram nobis*, & rursus ibi, *&*
habita prius per nos iuridica informatione de eius sufficientia.
Quæ informatio videtur necessariò capta post nominatio-
nem, & multò magis deputatio inde sequuta, quo casu
15 nec ipsi Episcopo † attestanti de actu Institutionis cre-
dendum est de aliquo actu de præterito, nisi quatenus
vno, eodemque tempore coram eo, & per eum factæ exi-
stant: Rota *decis.* 16. *de probat. in antiq.* Crescent. *decis.*
53. *de probat. &* Put. *decis.* 374. *lib.* 1. *&* Rota *in Portugal-*
lien. Vicariæ apud Cataxiam *part.* 8. *cap.* 4. *numero* 45. *& in*
Vicen. beneficij 21. *Decembris* 1619. *coram bon. memoria*
16 *Vbaldo*: Et quòd Vicario † attestanti de examine,
non credatur, dixit Rota *in Placentina Parochialis* 14.
Iunij 1619. *coram Illustrissimo Patriarcha Manzane-*
do.

Quia respondetur, quòd imò iuxta doctrinam Barto-
li *in l. post dotem*, *num.* 21. *ff. solut. matr.* actus enunciatus
in aliquo instrumento per verba importantia tempus præ-
teritum præsumitur † tempore instrumenti gestus, si po- 17
tuit eò tempore fieri, itaut præteritum non intelligatur
ex interuallo: sed incontinenti, aut de modica præteri-
tione, prout passim Notarij in Instrumentis sic asserunt;
dedit, vendit, tradidit, quæ sunt verba præteriti tem-
poris, & tamen intelliguntur de eodem tempore confe-
cti Instrumenti, ex Bart. vbi supra, cuius doctrina † est 18
communiter recepta, Ias. *ibidem num.* 85. Alciat. *de præ-*
sum. reg. 3. *præsum.* 35. *nu.* 3. Menoch. *præsum.* 18. *lib.* 3. *&*
cons. 97. *num.* 68. Barbos. *in d. l. post dotem. nu.* 26. *&* Cenc.
de Cens. *par.* 2. *cap.* 1. *q.* 1. *n.* 9. Vnde etiam attestatio Vi-
carij de præsentatione Monialium, & examine præsen-
tati per verba de præterito debet eodem modo intelligi:
cum præsentatio, † examen & deputatio benè potuerint 19
vnica hora, & contextu expediri. Et tantò magis, quia
stante iuris assistentia pro Monialibus deputatio Vicarij
verisimiliter præsupponit nominationem illarum, & exa-
men præsentati, & ideò ex solo actu institutionis præsu-
muntur præcessisse, Rota *dec.* 51. *de iure patr. in nouis* Nec
aduersantur. † *dec.* 56. *de prob. in antiq. & decisiones Cre-* 20
scent. & Put. allegatæ, quia loquuntur in casu quando E-
piscopus in litteris asserit, quòd contulit beneficium va-
cant per resignationem in eius manibus factam, & per eum
admissam, cui meritò non creditur propter præsumptio-
nem antidatę in præiudicium Tertij, nempè prouisi Apo-
stolici, aut resignantis; nam aliter esset in facultate Ordi-
nariorum priuare beneficiatos suę Diœcesis, asserendo eos
in eius manibus resignasse: quò fit, vt multò minus eius
Vicario in hoc tradatur. Decisio verò † *Portugallen.* non 21
applicatur, dum dicit, quòd non creditur Episcopo, qui
in erectione cuiusdam Vicariæ asseruit Parochialem fuis-
se vnitam Monasterio, & sic de actu de præterito, qui
coram eo vnico contextu fieri non potuit, Garz. *vbi supra*
num. 26.

Minus releuant decisiones Vicen. † beneficij, & Pla- 22
centina Parochialis supra etiam allegatæ, quia in illa Vi-
cen. Vicarius non attestabatur de actu de recenti, & co-
ram se facto, & qui debebat necessariò præcedere pro fun-
damento actus gesti; sed de actu de præterito facto coram
Episcopo cum relatione ad quoddam Instrumentum, de
quo non constabat, quodque potuit, Vicario absente,
coram quocunque Notario celebrari: cum tamen in casu
nostro præsentatio Monialium de persona Lazari de-
buit fieri, vel exhiberi coram ipsomet Vicario instituen-
te: In decisione verò Placentina erat solùm simplex † Vi- 23
carij fides, quę non facit fidem, Mantic. *dec.* 51. *num.* 6.
Seraphin. *decis.* 528. *num.* 1. & attestabatur de examine,
& reprobatione, & sic de actu de præterito coram alijs ge-
sto, & in præiudicium tertij, cuius assertioni ideò non
fuit habita fides.

Nec etiam officit, si dicatur, quòd Vicarius in casu
nostro attestatur de præsentatione Monialium in præiudi-
cium tertij, scilicet D. Archiepiscopi, quia cum ipsi † 24
vnum, & idem constituant Tribunal, factum vnius re-
putatur factum alterius; ita vt D. Archiepiscopus non
possit dici tertius respectu sui proprij Vicarij in his, quæ
competunt Vicario ex natura Vicariatus, prout compe-
tit Institutio, sicut in simili scientia † Officialis dicitur 25
scientia Domini, eique pręiudicat, quando ille in actu in-
teruenit vti Officialis, & scientia prouenit ex actu ad ip-
sum, aut Dominum spectan. Bart. *in l. si Publicanus*, *§. in*
omnibus, *ff. de public.* Alex. *consil.* 6. *num.* 8. *lib.* 5. Rota *de-*
cis. 507. *par.* 1. *recent.* Idcircò creditur Vicario in præiudi-
cium † Episcopi de omnibus narratis in Instrumento in- 26
stitutionis, quando illa, vt hic, eodem tempore, & mo-
mento interuenerunt, vt latè Crescent. *decis.* 1. *de offic.*
Vicar. nu. 5. *cum seq.* Vbi etiam, quòd pro actus validitate
præsumuntur eodem momento facta.

Non obstat præterea, quod Moniales prætendunt af-
se in quasi possessione præsentandi Vicarium ad nutum
earum amouibilem: cum tamen Lazarus non fuerit de-
putatus ad nutum, nec Vicarius enunciet istam quali-
tatem, sed solùm simplicem præsentationem: etenim
respondetur, quòd nec etiam enunciat, quòd depu-
tatio fuerit facta in perpetuum, vnde præsumitur
temporalis iuxtà naturam suam, & iuris dispositionem,
qua

27 qua attenta In Ecclesia † Regulari, qualis est hæc Mo-
niallum, deputatur Vicarius temporalis, *d. cap. 1. de Ca-
pell. Monach. & ex Constitutione Pij V. super Vicarijs ædita*
Gonzal. *glos. 5. §. 6 num. 7.* Et quando ex hoc, aut alio ex
supradictis obiectis præsentatio Lazari pateretur diffi-
28 cultatem, tamen quia fuit effectuata, † fuit ex ea ac-
quisita Monialibus quasi possessio in præiudicium D. Ar-
chiepiscopi, Put. *decis. 183. lib. 1. nouis.* Etiam quod effe-
ctuatio sequuta fuerit ex institutione nullitate facta per
eius Vicarium, vt dixit Rota *in vna Bracharen. coram
Achille de anno* 1555. quam refert, & sequitur Garz. *de be-
nefic. par. 5. c. 5. num.* 104.

Demum non obstat, quòd dicebatur, scripturam de anno
1554 per quam probatur hęc præsētatio Lazari, non esse in
forma probanti, vti exemplum extractam à Notario A-
ctuariu Episcopi Sauonensis ab altero exemplo per Anto-
nium Roccataliatam desumpto ex protocollo cuiusdam
Hieronymi Roccataliatæ eius Antecessoris in officio,
29 quæ propterea tanquam sumptum † de sumpto fidem
non facit; Ant. Aug. *in epit. tit. de exempt. n. 4.* Put.
decis. 152. lib. 3 & Rota *par. 2. recent. decis. 297* Quia fuit
benè responsum, quod ad hunc effectum sufficit obser-
uantia contentorum in dicta scriptura ex vacatione
per obitum Laxari à Monialibus electi, cum alijs
pluribus adminiculis, quæ hic concurrunt Bald. *conf.*
400 *num. 5. lib.* 4. Corn. *conf.* 101. *nu.* 4. *& conf.* 158. *num.*
1. & 2. Rot. *in recent decis.* 472. *nu.* 3. *part.* 1. *& decis.* 18.
nu. 1. part. 3.

Et cessat penitus difficultas, quia fuit mihi datum, &
Dominis in Rota ostensum Instrumentum dictæ præsen-
tationis, quod fuit ordinatum poni in actis, non ab
exemplo: sed ex protocollo Hieronymi de eo rogati,
extractum per dictum Antonium eius in officio successo-
rum, quod est illud idem, quod fuit productum coram Epi-
30 scopo Sauonensi citata parte † quæ nihil opposuit, quod
ideo fidem facit. Bart. *in l. 1. §. si quis, ff. de bon. possess. secun-
dum tab.* Acchill. *decis. 2. nu. 7. de offic. de leg. decis. 27. nu.*
1. & 581. *nu.* 4. *part. 2. recent.* Nec dubitarunt Domini de
notariatu Antonij, quamuis ille non se enunciet Nota-
31 rium, quia in fine suæ subscriptionis adest dictio, † &c.
quæ comprehendit d. qualitatem, Zabarell. *conf.* 133. *n.* 1.
in fine vers. aliter. Et præsertim accedente legalitate Vica-
rij D. Archiepiscopi attestantis de Notariatu tam Anto-
nij, quam Hieronymi eius prædecessoris.

SECVNDA NOMINATIO facta legitur de anno
1573. de persona Bartholomęi Scanillæ per obitum supra-
dicti Lazari, cuius effectuatio videtur etiam non posse
controuerti, quamuis non constet de formali institutio-
ne. Primò, quia cum Monialibus ius assistat, & d. nomi-
natio probetur per eas facta; eo ipso, quod Scanilia no-
32 minatus † cum effectu tanquā Vicarius postea curā exer-
cuit, & non constat de alia deputatione D. Archiepisco-
pi, nec de alio titulo, præsumptio est, quod possedit vigo-
re præsentationis, quæ de iure debuit, & sic huius præsen-
tationis Monialium, vt dixit Rota *in dicta Vicen. beneficij
11. Decembris* 1619. *coram bon. me. Vbaldo.* Secundò quia
Scanilia fuit præsentatus per obitum Lazari, qui fuerat
institutus ad præsentationem Monialium, post cuius obi-
tum incontinenti possedit. Scanilia, quo defuncto fuit
etiam per Moniales electus Bartholomæus Fracciottus
33 qui etiam possedit; vnde † benè probatur effectuatio iuxtà
conf. Oldrad. 229. *sæpius per* Rotam *canonizatum.* Lam-
bert. *de Iure patr. lib. 2. part. 1. q. 10 art. 7.* Rot. *decis.* 545.
*n. 2. & decis. 598. nu. 9. par. 1. diuers. & fuit dictum in deci-
sione in hac causa facta coram me versic. Quin in primis;* Quòd
verò vocatio obtigerit per mortem Scanilæ, asseritur in
requisitione, seù præcepto tunc Archiepiscopi Monialibus
facto de anno 1594. & de hoc nunquam fuit dubitatum.
Tertiò, & tandem tollit omne dubium Visitatio Aposto-
lica de anno 1582. vbi fit mentio, & claris verbis annota-
tur, quòd Scanilia, qui tunc erat Vicarius d. Ecclesiæ,
fuit institutus ad nominationem Monialium: ex Visita-
34 tione † autem benè comprobatur præsentatio, & institu-
tio, Caputaqu. *decis. 158. par.* 2. Rota *decis. 573. nu. 4. par.
2. recent.*

Neque obstat, quod hæc pręsentatio, Scanillæ facta fue-
rit ad crates Monasterij, quia ex quo præsentationis Instru-
mentum fuit factum in loco solito, & vbi debuit fieri,
non excluditur, quin illud potuerit coram Ordinario
exhiberi, & obtineri ab eo Institutio, prout præsumitur,
ex supradictis, eo ipso, quod de alio titulo non constat,
& quia ex possessione Monialium † de præterito vigore 35
nominationis, & deputationis de anno 1554. præsumitur
eas suam continuasse possessionem in futuram, dum illa
non probatur amissa, Glos. Bald. & alij *in l. siue possid. C.
de probat.* Menoch. *præsumpt. 63 lib. 6. per tot. & in puncto*
Rota *in Fauen. beneficij 11. Decembris 1620. coram R. P. D.
meo Pirouan.*

Nec etiam releuare visum fuit, quòd Visitator Apo-
stolicus in dicta Visitatione dixerit, quod Scanilia habe-
bat curam animarum ab anno 1573. sub die 29. Ianuar. &
tamen præsentatio Monialium facta legitur 31. eiusdem
mensis, & anni, & ideò quod Institutio Scanillæ non
potuit esse facta ad Monialium nominationem subsecu-
tam biduo post dictam institutionem, sed liberè ab Ordi-
nario. Quia vltra quòd cessat omne dubium ex eodem
Instrumento nominationis, ex quo clarè colligitur, quòd
Scanilia fuit bis per Moniales nominatus. Primò statim
post obitum Lazari, & post ea d. die 31. Ianuarij, quę rei-
teratio † eo magis, ac magis denotant eiusum animum 36
Monialium continuandi possessionem: Domini vlterius
aduertebant, Visitatorem non asseruisse Scanilliam fuis-
se prouisum die 29. Ianuar. sed postquam dixit, curam
istius Ecclesiæ exerceri per Capellanum ad nutum Mo-
nialium amouibilem, qui tunc erat Barth. Scanilia: sub-
dit, quod ille habebat curam animarum à die 29. Ianuar.
præuia approbatione Examinatorum Synodalium, quæ
admissio, seu † approbatio generica ad animarum curam, 37
non infert ad institutionem, seù prouisionem istius Eccle-
siæ sub illa met die, alioquin Visitator asseruisset de dire-
cto contrarium; cum tamen semper sit decreto res tempe-
randa, ac ita interpretanda, vt dispositio non † merea- 38
tur à sapiente reprehendi, *l. Saluius* Arist. *ff. de leg. præ-
stan.* Paris. *conf. 3. num. 23. & seq. lib. 3.* Vnde admissio Sca-
niliæ ad curam, de qua meminit Visitator, intelligi de-
bet, quod ille præcedenter fecit se approbare generaliter,
vt facilius Moniales alliceret ad illum pręsentandum, pro-
ut biduo post fuit per eas præsentatus, & sic præsumi quod
successiuè fuit etiam institutus: Hoc enim verisimili tem-
peramento ad concordiam reducuntur verba Visitationis
*ad notat. per glos. in l. si negotium verb. gestorum, C. de neg.
gest.* Et saluatur ius competens Monialibus tàm de
Iure, quàm ex quasi possessione præsentandi, in qua
erant.

Postremò non obstat deputatio cuiusdam Figarolij de
anno 1588. pro exercenda cura dictæ Ecclesię, ex ea enim
nihil Monialibus deperit, nec Domino Archiepiscopo fuit
aliquod ius acquisitum: quia vt dicitur in decisione in hac
causa facta, ille fuit deputatus in V. Curatum loco Sca-
niliæ de eius consensu, & ex libro matrimoniorum appa-
ret, quod Scanilia tàm ante, quàm post d. deputationem
exercuit vti Curatus d. curam, & Figarolius ibidem vo-
catur simplex Presbiter; Et remouetur omnis scrupulus;
quia postea de anno 1594 vacauit hæc Vicaria per obitum
Scaniliæ, non autem Figarolij. Nec dubitari potest, † 39
quin viuente adhuc Scanilia potuerit de eius consensu fieri
per Ordinarium dicta deputatio V. Curati etiam sine con-
sensu Monialium, Feder. de Sen. *conf. 95. nu. 3. versic. item
super eo, quòd quęritur.*

TERTIA MONIALIVM pręsentatio fuit de anno
1594. per obitum supradicti Scaniliæ in personam Barth.
Facciotti etiam ad crates electi, & D. Vicario per eatum
procuratores pręsentati, ac per eum admissi, si & in quan-
tum, cuius effectuatio nullo etiam modo, nullaque ra-
tione potest controuerti tum quia † iuxta superius dicta 40
tam de Iure, quàm ratione quasi possessionis Monialium
illa debuit admitti, Ferret. *conf. 33. num. 4. cum seqq. lib.*
1. Prout etiam illam fuisse admittendam declarauit Sa-
cra Concilij Congregatio in litteris Vicario D. Archiepi-
scopi directis, & præsentatis de anno 1595. quæ propterea
fuit admissa ex clausula, † si & in quantum quæ hoc ope- 41
ratur. Bald. *in l. edita, n. 98. C. de eden. in 2. lect.* Mars. *de
clausul. par. 1. claus. 152. n. 1.* Sicut de appellatione ita ad-
missa tradit Roman. *conf. 501. & in puncto*, quòd præsen-
tatio cum dicta clausula † censeatur admissa, si de iure est 42
admittenda, dixit Rota *dec. 687 par. 1. diuers. Quæ apud*
Seraphin. *est decis.* 499. Tùm etiam quia postea de anno
1609. vacauit hæc Vicaria per obitum Faciotti. Vndè pro
eius effectuatione ad effectum quasi possessionis Monia-
lium vltra vulgare *consilium* Oldrad. 229. *supra allegatum*
militant etiam, & applicantur omnes rationes supra de-
ductæ pro effectuatione secundæ præsentationis.

Neque

Neque obstat, quod constet de alia deputatione d. Facciotti facta die 13. Octobris eiusdem anni absque vlla penitus relatione ad Monialium præsentationem prius factam,
43 quia præter quod illa secunda deputatio † fuit per modum prouisionis, quæ ideo nullum statum facit, *cap. cum vos, vbi* Abb. *numer. 1. de off. ordin.* Rebuff. *de sent. prouis. in præfat. num. 37.* dicta deputatio non excludit, quin adsit alia anterior, prout adfuit ad præsentationem Monialium admissa, si & in quantum. Quinimò aut inde excluditur, & nulla redditur secunda deputatio vti facta
44 Monialibus ignorantibus, quarum † possessio propterea non fuit interrupta. Calder. *d. consil. 12. in fin. de Iurepat.* Seraph. *decis. 337. num.* 2. vel dicendum, quod ex illa secunda deputatione potius censeri debet continuata Monialium possessio, *iuxta regul. l. 2. C. de aquir. poss.* prout illam continuare semper Moniales crediderunt, de qua credulitate videtur non esse hæsitandum, ex quo, sparso postea rumore, quod D. Archiepiscopus intendebat deputare alium Vicarium, Moniales recurrerunt ad Sacr. Concilij Congregationem, & ab ea reportarunt literas, quas, vt dictum est, præsentauerunt Vicario D. Archiepiscopi petentes manuteneri. Quò factum fuit, vt Facciottus semper visus fuerit continuare in pristina possessione in qua erat ad præsentationem Monialium vsque ad annum 1609. Quo ille obijt, & quod Moniales ideò toto hoc tempore alium non nominarunt, quia Facciottus eis gratus, & per ipsas nominatus curam administrauit.

Nec releuat, quòd in memoriali nomine Monialium S. Congregationi porrecto fuerit narratum, quòd D. Archiepiscopus recusabat admittere, & approbare Vicarium ab eis nominatum; quasi inde colligi videatur, quod Faccinttus nunquam fuit per D. Archiepiscopum deputatus, quia ex quo ille fuerat iam admissus, si & in quantum, dicta narratiua necessariò intelligi debet in eo sensu, quod non admittebatur liberè, & simpliciter: aut quia idem Facciottus fuit etiam deputatus per viam prouisionis, quod fieri non poterat in earum præiudicium. Et cessat penitus, quia semper Facciottus curam potius exercuit vti Vicarius titularis, quàm per modum prouisionis, tum ex quo deputatio cuiusdam alterius Vicarij per D. Archiepiscopum facta nunquam habuit effectum, tum etiam, & multo magis ex deputatione Iacobi Sybillæ in V. Curatum, de licentia tamen Facciotti Curati facta die 20. Aprilis anni 1595. & ex alijs duabus similibus deputationibus in V. Curatum de persona Ioannis Baptistæ Barrilarij de anno 1604. & 1608. quæ vti factæ de Facciotti licentia denotant, quòd ipse potius vti titularis, & sic ad præsentationem Monialium, quàm per modum prouisionis
45 possedit: † quia vti talis non potuisset consentire, vt alius substitueretur quis eius nomine curam exerceret, *ad l. fin. ff. de off. eius, & l. à Iudice C. de iudic.* Ex quibus possessio Monialium vsque de anno 1609. quo Facciottus decessit, & per eius obitum hæc Vicaria vacauit, visa fuit Dominis semper continuata, & quòd ex aduerso vsque adhoc tempus non constat de aliqua prouisione, vti de libera.

SVPEREST, nunc expendere secundum dubium supra excitatum, videlicet. An à d. Anno 1609. quo obijt Facciottus vsque ad tempus litis motæ semper Moniales continuauerint in d. quasi possessione, in qua tunc erant; Et certum est, quod regula stat pro Monialibus: itaut ei,
46 qui probat olim † possedisse, vti probant Moniales, detur hodiè manutentio, dum ex aduerso possessio non probatur amissa, Bald. *in l. 1. num. 12. C. vt possid. 126. c. vc. fin.* Rip. *in cap. cum Ecclesia Sutrina vers. existis de caus. possess. & propr.* Rota *decis. 81. part. 1. diuers. Greg. XV. decis. 355 num. 10. & in puncto* Rota *in dicta Fanen. beneficij supra allegata coram R. P. D. meo Pirouano, & in Papien. iurispat. 9. Aprilis. 1601. coram sanctæ mem. Card.*
47 *Pamphil.* Et ratio est, qoia possessio † solo animo retinetur, *l. licet, C. de acquir. possess.* Mutatio autem voluntatis non præsumitur *l. eum, qui, C. de probat.* Vndè, qui in præteritum possedit, præsumitur semper in futurum possedisse, animumque continuandi possessionem habuisse, *l. 3. §. si seruus, ff. de acquir. possess.* Innoc *in cap. 2. de restit. spol.* etiam quando iamdiu possedit, Menoch. *præsumpt. 64. num. 4. lib. 6.* adeò vt olim possidens
48 † semper pro se habeat præsumptionem, itaut onus probandi possestionis amissionem incumbat Aduersario, *l. circa, ff. de probat. l. libertus, §. vlt. ff. de libert. caus.* Vnde stat difficultas: An amissio probetur per D. Archiepiscopum & visum fuit eam nullo modo probari, maximè stante iuris assistentia pro Monialibus.

Non obstat, quod defuncto Facciotto de d. anno 1609. D. Archiepiscopus deputauit eundem Barrilarium, qui vt dictum est, Facciotto viuente fuerat deputatus eius V. Curatus, ex qua deputatione prætendit D. Archiepiscopus ipsum acquisiuisse quasi possessionem conferendi, prout etiam idem prætendit ex alia deputatione cuiusdam Albertonij de anno 1622. quia fuit benè satisfactum, quòd hæc vltima de Albertonio dedit causam † liti, quæ pro- 49
pterea non est atten. Rota *coram Gregorio XV. decis. 417. num. 4. & in recent. decis. 30. num. 1 part. 2.* Deputatio verò Barrilarij, in qua fit præcipuum fundamentum fuit per modum prouisionis, quæ idcircò non mutat statum præcedentem, ex Rebuff. *vbi suprà*, & ratio est, quia Ordinarius sua ordinaria auctoritate potest deputare Vicarium, † seù Oeconomum in beneficio vacante, interim 50
& quousque de Rectore prouidetur, aut cognoscitur de iuribus eligentium, *d. cap. cum vos cap. peruenit il. 2. & ibi glos. verb. assignes extra de appellat. Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. vers. alioquia*, Lancell. *de atten. cap. 12. limit. 18. num. 2.* Vnde cum huiusmodi deputatio non fiat ad firmandum statum; sed ad interim tantùm, nec minimum quidem præiudicij ex ea infertur illis, qui antea possidebant, sed interim eorum ius illæsum conseruatur, aliter enim possent Episcopi Canonum auctoritate spoliare † 51
Patronos sua quasi possessione, quod esset iniquum, Ostien. *in d. cap. cum vos versic. instituere, & ibi* Anchar *not. 1.*

Non obstat etiam, quòd Barrilarius sic deputatus continuauerit in d. cura vsque ad mortem, quæ fuit de anno 1622. quia non propterea aliqua quasi possessio fuit D. Archiepiscopo acquisita, sed semper remansit Monialium, ex quo etiam semper Barrilarius vsque ad mortem visus fuit dictam curam exercere per modum prouisionis, nihil enim est, cur non potuerit sic exercere; ergo sic exercuisse credendum est, dùm non constat de alio eius titulo, quàm de illo. Quinimò stante quasi † possessione Monialium, 52
de qua opponebatur, non potuit D. Archiepiscopus interim prouidere, nisi per modum prouisionis, non autem de Rectore perpetuò, Glos. *in d. cap. cum vos vers. causa, & ibi* Ioann. Andr. *num. 4. vers. alia de causa, & Cardin. num. 2. quæst. 4.* vbi quòd esset iniustum, & indignum, vt vna pars in præiudicium alterius in re subiecta aliquid perpetuò faceret, vel innouaret.

Minus obstat noua prætensio, & subtilitas Aduocatorum, scilicèt quòd ex deputatione Barrilarij per modum prouisionis D. Archiepiscopus sit manntenen. in quasi possessione prouidendi per modum prouisionis, quia, aut hoc prætenditur ad conietuandum ius D. Archiepiscopi sic prouidendum à iure sibi datum, & hoc non est sub lite; aut ad effectum impugnandi Monialium quasi possessionem, ita vt ideò desierint possidere: Et dicebant DD. quod hoc non merebatur allegari, quia sic omnes quasi possessiones Patronorum quantumuis iustificatæ euanescerent. Aut tandem id prætenditur ad effectum, quòd cum d. Ecclesia sit manualis, idem sit dicere per modum prouisionis, quantum est dicere ad nutum amouibilem iuxtà testes D. Archiepiscopi super hoc vsu loquendi nouissimè examinatos, ita vt deputatio Barrilarij non solùm fuerit prouisionalis, sed etiam prouisiua; & consequenter, quòd D. Archiepiscopus sit manutenendus in quasi possessione deputandi Vicarium ad nutum amouibilem, quòd si subsisteret, excluderetur penitus manutentio Monialium ad earum nutum: quæ quidem prætensio nedum iure probatur, sed est contra ius expressum, quia iuxta præscriptam formam à Concil. Trident. & ex constitutione Pij V. Ordinarij † debent de Parochialibus proui- 53
dere in perpetuum, & per concursum, non autem amouibiliter, aliter enim resideret cura huius Ecclesiæ principaliter penes Archiepiscopum, qui est Incapax plurium Ecclesiarum: Seraphin. *decis. 1304. num. 2.* Rota *in Pampilonen. decimarum 13. Decembr. 1592. coram Comitulo.* Vndè propter decretum irritans, & clausulam, sublata, appositam in Concilio, & in d. Constitutione non potest dari possessio releuans, quæ sit manutenibilis, quia † 54
claudunt os parti, & tollunt facultatem Iudici aliter iudicandi. Bart. *in l. fin. C. de Canon. frumen. Vrb. Rom. lib. 11.* Card. *in cap. quia diligenter, vbi etiam* Imol. *de elect. & fuit sæpissimè decisum.*

Nec etiam obstat, quòd postea D. Archiepiscopus indixerit concursum huius beneficij tànquàm de libero, & quòd Barrilarius fuit vnus ex approbatis per examinatores, licèt

res, licèt

res, licèt alijs duobus votis inferior. Vndè dicebant informantes pro D. Archiepiscopo inde præsumi, quòd Barrilarius, mutata priori causa possidendi, possedit de nouo vti prouisus, & gratificatus ab Ordinario: nam dicebant DD. quòd dum non apparet, quòd post tentum concursum alium titulum obtinuerit, potius præsumi debet, quòd semper permansit prior causa, & deputatio expressa per modum prouisionis, quia vbi habemus
55 † causam expressam, cessat tacita, & præsumpta, *l. cum ex filio, §. filio, vbi glos. ff. de vulg.* Angel. Perus. *cons.* 248. Crauett. *consil.* 32. *num.* 2. & vbi gratia expressam causam habet, non debet ad aliam trahi, Rota *decis.* 166 *num.* 7. *part.* 2. *recent.* Quinimò ex testibus datis per D. Archiepiscopum excluditur penitus præsumptio tituli perpetui, dum deponunt Barrilarium semper fuisse tentum, & habitum pro Curato amouibili, & ex quo fuit votis inferior, non debet præsumi, quòd fuerit electus, & præsertim, quia Moniales appellauerant à futuro concursu, & grauamine, quæ ideò non fuerunt appellationem prosecutæ, quia D. Archiepiscopus grauare cessauit, non procedendum ad deputationem vigore concursus, sed permittendo, quòd idem Barrilarius, vti priùs per modum prouisionis continuaret exercitium d. curæ. & in omnem casum nouus titulus, & noua
56 possidendi † causa superueniens ex facto D. Archiepiscopi, Monialibus ignorantibus, eis non noceret ad effectum, de quo agitur *iuxta d. consilium* Calder. 12. *in fin. de iure patronat.* Sed potius habendum esset, ac si Moniales Ordinario conferenti tacitè accessissent pro conseruatione sui iuris, Dec. *consil.* 126. *circa finem, & dixit* Rota *in d. Papien. iurispatr.* 9. *April.* 1601. *coram Card. Pamph.*

Non obstat præthereà acquiescentia, seu taciturnitas Monialium toto dicto tempore, quia non potuit plus eis præiudicare, quàm actus ipse, qui, si tamquàm factus per modum prouisionis, eis non præiudicabat, er-
57 go nec acquiescentia: Nec Ordinarius † præscribit libertatem aduersus iuspatronatus per simplicem non vsum præsentandi Patronorum; sed requiritur factum Ordinarij directè contrarium seruituti iurispatronatus, hoc est libera collatio *ad leg. hæc autem, & ibi DD. ff. de seruit. vrban. prædior. & in puncto* Rota *decisio* 109. *nu.* 9. *part.* 2. *diuers.* prout etiam, nec Monialibus obesse potuit, quòd, dum instarent pro admissione d. appellationis, Vicarius D. Archiepiscopi eam nedum reiecit, sed dixit, eis nullum ius competere nec in possessorio,
58 nec in petitorio fuit enim simplex † interlocutio sine citatione, & causæ cognitione, & notoriè iniusta, quæ ideò non transit in rem iudicatam, nec in parte fuit opus ab ea appellare, *iuxtà notat. in cap. inter cæteros, vbi* Felin. *& alij de re iudic.* Cæs. de Grass. *decis.* 2. *num.* 8. *de solut.*

Postremò, ac tandem non obstat, quod Moniales coram Episcopo Sauonensi petierint reintegrari, quasi ideò confessæ fuerint eas non possidere, sed D. Archie-
59 piscopum: Petitio enim † reintegrationis fuit æquiuoca, vnde debet referri ad solam possessionem naturalem, & turbationem de facto, Rota *decis.* 360. *numero* 3. *parte prima*, non autem ad possessionem ciuilem, quæ semper remansit apud Moniales, Rota *decis.* 561. *numero* 5. *part.* 1. *recent. & addent. ad Gregor. XV. decis.* 555. quæ distinctio, quicquid contenderint informantes pro D. Archiepiscopo, etiam locum habet in
60 iuribus † incorporalibus, in quibus datur etiam duplex possessio, ciuilis, & naturalis, Bart. *in leg.* 1. *numero* 12. *versic. in contrarium, ff. de acquir. possess. & in puncto* Guidopap. *decis.* 629. *num.* 14. *&* Rota *decis.* 649. *num.* 10. *part.* 2. *recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

* Est decisio 13. supra in hac parte. Et infra adest alia decisio coram eodem sub die 3. Aprilis 1628. est decisio 165.

REVERENDISS. P. D. MERLINO.

Romana, seu Bononien precij Clericatus.

Die Lunæ 19. Aprilis 1627.

A R G V M E N T V M.

Pater emens filio aliquod officium, veluti Clericatum Cameræ, an postea filius teneatur illius pretium conferre, & sibi imputare in legitimam.

S V M M A R I V M.

1 *Confessio alicuius, quando tertio non præiudicet.*
2 *Confessio fulcita multis adminiculis etiam contra tertium probat.*
3 *Pater emens filio aliquod officium, an in eiusdem filij legitimam sit imputandam. & num.* 4.
5 *Filius tenetur conferre, & sibi imputare in legitimam officium ei emptum à patre, licèt non sit ad hæredes transmissibile, si saltem sit alienabile.*
7 *Officia Romanæ Curiæ, licèt non transmittantur ad hæredes, ex quo tamen possunt mediante resignatione in manibus Papæ in alios vendi, imputantur in legitimam.*
8 *Nicolaus d. Vbald. in tract. de success. ab intest. par.* 1. *num.* 31. *declaratur.*
9 *A voluntate Principis reputantur impossibilia, quæ dependunt.*
10 *Alienatio, quando de facili conceditur, non dicitur impossibilis.*
11 *Officium Clericatus Cameræ, & Auditoratus non imputatur in legitimam.*
12 *Fiumagiol. opinio in l. quartam. numer.* 468. *quando non procedat, & aliorum Doctor. numer.* 13.
14 *Libri empti à patre, & filio traditi, censentur ei donati, & non imputantur in legitimam, nisi constet de contraria voluntate patris.*
15 *Expensæ factæ à patre pro nuptijs filiorum, non imputantur in legitimam, nisi pater iusserit imputari.*
16 *Æqualitas inter filios est seruanda.*

DECISIO LIV.

FVerat per duas sententias Rotales pronunciatum precium Clericatus Cameræ empti in personam Marchionis Francisci filij imputandum esse in legitimam eidem debitam in bonis Comitis Vlixis patris, & de eo posse se reualere Comitem Alexandrum fratrem, & hæredem vniuersalem eiusdem patris, & cum in tertia instantia coram me ageretur de iustitia dictarum sententiarum, de validitate enim non controuertebatur, ad duas inspectiones Domini restringebant difficultatem causæ, Prima, An constet officium prædictum Clericatus fuisse emptum ex pecunijs paternis: Altera quatenus fuerit emptum, an illius precium sit imputandum in legitimam.

Et quoad primam dixerunt constare emptionem factam fuisse ex pecunijs Comitis Vlixis, quia Ceuli, qui vendiderunt hoc officium Clericatus Marchioni Francisco, confessi sunt precium recepisse ex pecunijs Comitis Vlixis, quæ confessio licèt de per se considerata tanquam facta post iam adeptum officium ab eodem Marchione Francisco, & sic illi ius quæsitum † non 1
præiudicet tertio, Bart. *in l. facta, §. si hæres, ff. ad Trebell.* Natt. *cons.* 152. *numer.* 11. Cephal. *consil.* 121. *num.* 9. Rot. *decis.* 685. *num.* 4. *part.* 1. *diuers.* Attamen quia hæc confessio est multum verisimile, pluraque habet adminicula, quæ inferunt illius veritatem, nempè quia Marchio Franciscus nec Castrensia, nec aduentitia habebat, saltem quæ pro emptione officij ascendentis

ad va-

ad valorem scut. 36. milia auri sufficerent, adest antecedens mandatum in D. Fabium Albergatum pro emendo hoc officio, non versamur in personis suspectis, & vix credi potest quod Comes Vlixes falsum dixerit præsertim in fraudem filij, concurrit etiam liberculus ab eodem scriptus, & alia luculenter ponderata in primis decisionibus coram RR. PP. DD. meis Pirouano, &
2 Virili, & consequenter dicta † concessio tamquam fulcita tot adminiculis vtique etiam contra tertium probat. Ruinus, *consilio 142. numero 4. lib. 1.* Crauet *consilio 40. num. 4.* Surd. *decisio 135. num. 5.* Mohed. *decis. 2. num. 7. de confess.*

Nec obstant exceptiones, quæ dantur contra liberculum, & alia supra ponderata, quoniam Comes Alexander principaliter non innititur dicto liberculo, sed potius instrumento confessionis factæ per illos de Ceulis, & instrumento mandati facti in personam D. Albergati; illo autem liberculo vtitur pro adminiculo, & partita solutionis pecuniarium si de per se considerarentur, possent fortasse aliquam pati difficultatem quod sint æquiuocæ, & possint verificari tam in filio, quàm in patre, sed si coniungantur cum instrumento mandati, & confessionis prædictæ, quibus consecutiuè accedunt, & ad ea referuntur, ex his saltem simul iunctis constat pecunias à patre erogatas fuisse pro emptione dicti officij præsertim cum ipse Marchio Franciscus contrarium non doceat.

Nec obstat quod Comes Vlixes non soluerit de proprio, sed de peculio filij, quia instrumentum, partitæ, & alia ex quibus probatur de quibus pecunijs fuerit emptum dictum officium contrarium dicunt, & non constat filium habuisse peculium saltem adæquatum pro tam notabili summa scut. 36. mill. auri, & demum ex hoc solummodo inferretur, quod filius esset creditor patris post illius mortem, nec indè tamen sequeretur officium non fuisse emptum ex pecunijs paternis.

Quietantiæ autem, quæ modo dantur à Marchione Francisco sunt de leui summa, & incongrua ad officium Clericatus, sunt posteriores per quinquennium post emptionem factam à Ceulis, nec indicant, quod cedere debeant in causam huius officij, nec apparet quid contineantur in computo.

Hoc autem posito, quod officium fuerit emptum ex
3 pecunijs † paternis, consequitur resolutio alterius inspectionis, quoniam licet officium ipsum emptum à patre in personam filij, tamquam quid merè personale, & consistens independenter in persona filij, & illius idoneitatem, & commodum respexerit Princeps in concedendo non dicatur in patrimonio patris, *l. Lucius, la prima, ff. de legat. 2. l. fideicomm. §. si seruo, ff. de legat. 3. & not.* Ias. *in l. omnimodò, §. imputari, num. 1. C. de inoff. testam. & in l. Illud, num. 5. vers. vel potest, C. de collat. &* Gomez. *in l. Tauri, 29. numer. 21. in princip.* &
4 consequenter in eiusdem † filij legitimam non imputetur, vt per Bart. *in l. 1. §. nec castrense, num. 4. ff. de collat.* Vasquez *de success. creat. §. 30. numer. 214.* Crass. *§. legitima, quæst. 26. numer. 4. &* Gomez *d. loco*; Attamen precium illius, seù æstimatio tanquam res merè
6 prouueniens ex facto patris conferri debet, † & imputari in legitimam licet officium non sit ad hæredes transmissibile, quia saltem est alienabile, vt est *text. in d. §. imputari*, & ibi notant omnes Doctor. & in *l. illud, C. de collat.* Bart. *in d. l. 1. §. nec castrense num. 4. vers. quædam est militia, ff. eod.* Rip. *in l. in quartam, num. 163. ff. ad l.* Falcid. & Fiumagiol. *numer. 463.* Becc. *cons. 20. numer. 29. lib. 1.* Vasquez *d. §. 30. numer. 218.* Couar. *variar. resol. lib. 3. cap. 19. num. 6* Telli Fernand. *in l. 29. taur. numer. 11.* & ibidem Gomez. *numer. 21.* Gamm. *decis. Lusitana 29. num. 3.* Guttier. *pract. quæst. cap. 64 numer. 5. lib. 2.* Giouan. *consil. 94. num. 27. lib.*
7 1. & in puncto de Officijs † Romanæ Curiæ, quæ licet non transmittantur ad hæredes, ex quo tamen possunt mediante resignatione in manibus Papæ in alios vendi, quòd in legitimam imputentur dixit Castren. *in d. §. imputari, num. 5.* Ias. *num. 3. & in d. l. illud, num. 6. &* Rip. *in l. in quartam, numer. 163. & seqq.* Gamm. *decis. 29. in l. in quartam numer. 3.* Gomez Vasq. Telli, Fiumagiol & alij in locis præallegatis.

8 Et quamuis Nicolaus de Vbaldis *de success. ab intest. part. 1. numer. 31.* in contrariam opinionem inclinauerit ea motus ratione, quod pro validitate alienationis huiusmodi officiorum requiritur licentia Papæ, quia in illius manibus debet resignari, & quod pendet † à vo- 9
luntate Principis impossibile reputatur, *l. apud Iulianum, §. constat ff. de legat. 1.* Attamen communiter à Doctoribus hæc opinio reprobatur, vt per Ias. *in dicta l. illud, numer. 6.* Rip. *in l. in quartam, num. 164.* Vasq. *d. §. 30. num. 218.* Guttier. *d. numer. 5. vers. & hæc est*, & requiritur quidem licentia Principis, sed cum de facili
† concedatur alienatio impossibilis non reputatur, vt per 10
Ias & cæteros præallegat.

Neque obstat Doctores prædictos loqui in officio modici valoris, & in quibus affectio Principis, & industria, ac idoneitas personæ in cuius caput emitur non consueuit ità sedulò inquiri, Vndè secus videtur dicendum in officio Clericatus, quod in Curia conspicuum est munus, & ingenij, & Doctrinæ dotes expostulat, vt pro dignitate exerceatur, & in admittendo huiusmodi officiorum venditionem, seù resignationem, Summi Pontifices non ita faciles esse consueuerunt, vt in indi-
uiduo per hanc rationem, quòd officium † Clericatus 11
Cameræ, & Auditoratus non imputetur in legitimam, tradit. Fiumagiol. *in d. l. in quarta numer. 468.* Quoniam vltra quod posset dubitari, an id procedat in ipso solummodo officio, seu eius titulo. An autem vendicet etiam sibi locum in illius precio, seù æstimatione, vt fuit in primis decisionibus discussum, respondebant Domini ad præsentem casum non applicari rationem il-
lam Fiumagiol & † aliorum *in d. l. in quartam, & in d.* 12
§. imputari. An scilicet Princeps de facili assentiat huiusmodi officiorum venditionibus, quia de facto san. me. Gregorius XV. iam consensit, & admisit venditionem factam per Marchionem Franciscum, preciumque penes eundem Marchionem remansit, & ideò nulla subest causa, vel æquitas, ob quam prædictum precium non imputetur in legitimam alioquin Comes Vlixes illusus fuisset, si filius officium eius pecunijs emptum abdicasset à se, & tamen idem filius lucraretur illius æstimationem, hincque notabilis resultaret inæqualitas inter filios, si vltra legitimam haberet etiam Marchio Franciscus hanc ingentem pecuniarum quantitatem, & demum cessat difficultas, quia ex protestationibus, & adnotationibus factis in liberculo, & in testamento, & alijs apertè constat de voluntate Comitis Vlixis, quod precium imputaretur in legitima Marchionis Francisci. Vndè licèt Papa admittendo Marchionem Franciscum ad officium Clericatus ei voluerit fauere, conferendo dignitatem, & munus tam insigne; non tamen credendum est voluisse infringere voluntatem patris, & illum compellere ad donandum tam notabilem summam, & cæteris filijs Comitis Vli-
xis enormiter præiudicare, & propterea opinio illa † Fiu- 13
magiol. & quot quot possent allegari, non est admittenda quoties in contrarium apparet de voluntate soluentis, quod non intellexerit donare, quemadmodum licet regulariter libri empti à patre, & traditi filio censeantur do-
nati, nec imputentur in legitimam, tamen si constet † 14
de voluntate patris, quod non intellexerit donare tunc quidem imputantur Dec. *in l. si donatione numer. 41. vers. & limitat. C. de coll.* cum alijs per Menoch. *præsumpt. 30. lib. 3. numer. 16. & 20.* Nec non expensæ factæ à patre pro
nuptiis filiorum regulariter quidem non † imputantur, 15
attamen secus est si ipse iussit imputari, Bald. *in l. filiæ, cuius, numer. 14. C. famil. herciscun.* Peregr. *consil. 92. num. 3. in fin. lib. 3.* & aliàs passim; quæ eò magis ample-
ctenda sunt, quia vt fuit dictum, magna insurgeret † 16
inæqualitas inter filios, quòd in hac materia multum animaduertunt Doctor. Bart. *in l. 1. §. nec castrense, num. 11. vers. fallit in tribus casibus ff. de collat.* Menoch. *præsumpt. 30. num. 12. lib. 3.*

Cætera obiecta fuerunt euulsa in primis decisionibus, & modo per informantes, cum quibus Domini transierunt, & propterea censuerunt sententias Rotales esse confirmandas, & ita, &c.

REVE-

REVERENDISSIMO P. D. COCCINO.

Meten. Iuris corrigendi.

Die Lunæ 19. Aprilis 1627.

A R G V M E N T V M.

Concubinatus in Clerico qualiter probetur, & quomodò sit procedendum in hac causa, & quis eam cognoscere debeat.

S V M M A R I V M.

1 *Concubinatus in Clerico satis probatur, si probetur illum retinere mulierem in domo conducta, vel in domo amici.*

2 *Concubinatus inspecto Iure Ciuili, ad hoc vt probetur, requiritur, vt mulier domi retineatur.*

3 *In causa Clerici Concubinarij procedendum est præuia monitione.*

4 *Delicta carnis in foro exteriori, imposita salutari pænitentia, præscribuntur quinquennio.*

5 *Episcopus, & non Capitulum debet procedere in causa Clerici concubinarij.*

6 *Causa dicitur criminalis, quando pro tali habita fuit à Signatura.*

7 *Sententia notoriè iniusta, etiam post lapsum fatalium potest reuocari.*

8 *Iudex, si notoriè iniustè procedit, dicitur spoliare.*

D E C I S I O L V.

IOannes tanquam concubinarius per sententiam Capi-
tuli fuit priuatus quibusdam villis Tricensibus nomi-
natis, eamque sententiam officialis Virdunen. Sedis A-
postolicæ delegatus confirmauit. At demum causa intro-
ducta in Curia Auditor Cameræ dictas sententias reuoca-
uit, & iuridicè reuocasse Domini censuerunt. Nam etsi
1 concubinatus † in clerico satis probatur, si probetur il-
lum retinere mulierem in domo conducta, vel in domo
amici iuxta *l. si amicis, ff. de adult. & in l. lex Cornelia, §.
domum ff. de iniur. l. 1. §. 1. ff. de liber. agnosc. & in l. qui
domum, & in l. nec in ea ff. de adulter.* Decian. *tract. crim.
cap. 21. num. 2. part. 2.* Diaz. *in prax. cap. 29. num. 1. vers.
concubinarium in super, & dixit* Rota *in causa Tullen. Mo-
nasterij Sancti Mansueti 27. Ianuarij 1597. coram bona mem.*
2 *Penia.* Quamuis inspecto Iure Ciuili ad effectum † con-
cubinatus requiratur, vt domi retineatur, Bart. & alij
in l. concubinam, ff. de concub. Aym. *consil. 368. numer. 1.*
Natt. *cons. 474. numer. 42. & 43. lib. 2. Præposit. in rubr.
de sponsal. num. 5. glos. in verbo concubinam in l. 1. vbi* Dyn.
ff. de concub. Decian. Diaz. & Rota locis prædictis. Atta-
men quatenus fuisset ex testibus, & ex confessione Ioan-
nis probatus concubinatus, quidquid dicendum sit, an
3 debuisset procedi † præuia monitione iuxtà terminos
Concil. Trident. sess. 25. c. 14. de reformat. probatur etiam
correctio per sex, aut septem annos ante hoc iudicium,
4 vndè istud delictum erat præscriptum, cum delicta † car-
nis in foro exteriori imposita salutari pœnitentia quin-
quennio præscribantur, *l. mariti, §. præterea ibi ne cri-
men quinquennio, cum versic. hoc quinquennium, ff. ad l.
Iul. de adult. l. dalter. C. eod. tit.* Clar. *in §. adulterium,
versic. vnum tamen* Farinac. *in prax. crimin. tom. 1. quæst.
10. numer. 11.* Foller. *in prax. in ver. fari iudicentur, num.
19.* Boer. *decis. 26. numer. 12.* Decian. *lib. 3. cap. 37. numer.
6. Idem* Farinac. *in terminis concubinatus consilio 80. numer.*
5 *18. lib. 1.* Nec capitulum † ipsum poterat procedere in ista
causa cum Concilium loco citato excludat inferiores, &
cognitionem referuet Episcopo.

Non obstant ea, quæ opponuntur contra validitatem
sententiæ Auditoris Cameræ: & primò quòd Locumte-
nens criminalis non potuerit de ista causa cognoscere ex
eo, quia ciuiliter fuit actum in partibus. Nam satis est,
6 † quòd Signatura habuerit causam pro criminali, &
pronunciatio post lapsum fatalium quatenus iustificare-
tur, non facit, cum fuerit commissa causa nullitatis æquè
principaliter, quæ durat per triginta annos, ideò senten-
tia † tanquam notoriè iniusta etiam post lapsum fatalium 7
potuit reuocari. Rota *decis. 151. numer. 2. pars. 1. in re-
cent.* Et acceptio sententiæ de partibus facta per Ioannem,
ex quo intimata sententia respondit, sit nomen Domini
benedictum non probatur, cum potius verba indicent,
quòd in tribulationibus inuocauerit nomen Domini. Vlti-
mum quòd sententia Auditoris Cameræ fuerit nulla, ex
quo pronunciat, Ioannem fuisse spoliatum, non debuis-
set allegari, cum satis appareat quòd Iudex † de parti- 8
bus ex prædictis notoriè iniustè processerit, & quòd pro-
ptereà spoliauerit, Felin. *in cap. delectus il primo, col. 1.
de rescript. & in cap. cum causa. col. 2. & sequent. de of-
fic. deleg.* Rot. *decis. 365. num. 11. part. 1. in recent. S. M.
Gregor. decis. 49. num. 2. & decis. 105. num. 1. & decis. 198.
num. 2. & decis. 209. num. 2.*

Et ità conclusum vtraque parte informante, &c.

Infra adest alia decisio sub die 31. Ianuarij 1628. coram eo- 5
dem Reuerendiss. Coccino, est decisio 139.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Placentina Præpositurae.

Die Lunæ 26. Aprilis 1627.

A R G V M E N T V M.

Ecclesia, ad hoc, vt dicatur Collegiata actu, & non habitu, quæ sint necessaria, & quæ sint propria signa.

S V M M A R I V M.

1 *Per Canonicatus assecutationem in Cathedrali, vacat Præpositura, cum sit incompatibilis cum illo.*

2 *Dispensatio, quando dicatur obreptiuè obtenta.*

3 *Probatio concludens requiritur in materia obiectiua, & num. 13.*

4 *Collegialitas alicuius Ecclesiæ actu, & non habitu qualiter probetur. & num. 7.*

5 *Collegialitatis propria signa quæ sint.*

6 *Collegiata, vt dicatur Ecclesia, non sunt necessariæ omnes coniecturæ, quæ solent ad hoc à Doctoribus ponderari.*

9 *Ad Collegialitatem Ecclesiæ non infertur, si ibi Beneficiati soleant simul congregari.*

10 *Congregationes, & tractatus fieri etiam solent in Ecclesijs non collegiatis, & ideò ex hoc non infertur ad Collegialitatem.*

11 *Decis. Mantic. & aliarum intellectus.*

D E C I S I O L V I.

DVbitatum fuit an gratia Antonij esset iustificata, &
negatiuè responsum fuit. Quia narrata fuit vacatio
Præpositura, de qua agitur per assecutionem Canonicatus
in † Cathedrali incompatibilis cum ea, & tamen Roc- 1
chus obtinuit dispensationem super vtriusque retentione
incompatibilitati derogatoriam, *cap. dudum il secondo, §.
Nos igitur cum glos. de elect.* Abb. *in cap. de multa, num. 1.
de præben.* Hoieda *de incomp. beneficiorum part. 2. cap. 12.
num. 1. & 2.* Milis in suo repert. in verbo dispensatus Gar-
zias *de benef. part. 11. cap. 5. num. 81.* vbi refert idem Ro-
tam dixisse in Calaguritana beneficij propter dispensatio-
nem ad beneficia ex primæuo illorum statu remanere
compatibilia allegando, Card. *in Con. 3. &* Capram *in reg.
90. num. 109.*

Non obstat, quod huiusmodi dispensatio † obreptiuè 2
obtenta fuerit attenta narratiua, quod Ecclesia sancti Vl-
derici esset Collegiata habitu duntaxat, quæ tamen cum
actu Collegiata probetur, remanet dispensatio ipso iure
inualida Ægid. *decis. 4.* Caputaqu. *decis. 256. numer. 4.
part. 2.*

Quia responsum fuit, quod cum hæc Collegialitas actu
dedu-

3 deducatur † obiectiue ad obtinendum beneficium viuen-
tis, illa debet probari concludenter, Sarnen. *ad regulam de*
infirm. q. 36. Mandos. *cons. 20. vers. quam tanto magis* Rota
decis. 1094. lib. 3. p. 3. diuers. & decis. 179. num. 3. p. 2. recent. &
in Concben. Archipresbiteratus, quæ est registrata apud
Garziam *de benefic. par. 5. cap. 3. num. 98.* & sic hæc probatio
concludens non datur pro Antonio.

Neque obstant quæ deducuntur per Antonium ad pro-
4 bandam † hanc Collegialitatem actu, & non habitu tan-
tum, nempè quod in ea reperiantur Præpositus, & tres Ca-
nonici, qui congregantur pro habendis tractatis super inue-
stituris bonorum, & alijs concernentibus interesse Collegij.
Quod fuerit, capitulariter data possessio vni ex Canonicis,
& demum quod à Visitatore Apostolico de anno 1579. di-
ctum fuerit in eius Visitatione eam esse Collegiatam, &
habere Præpositum, & tres Canonicos.

5 Quia cum deficiat probatio † communis sigilli, Massæ,
& Arcæ communis, vt ex inde fructus diuidantur, nec cer-
tus locus, in quo capitulariter congregantur appareat, ad-
huc remanet imperfecta probatio, ex quo prædicta sunt
præcipua signa, ex quibus desumitur probatio Collegiali-
tatis, Innoc. *in c. postulasti in princip. de iurepatr.* Abb *in cap.*
nobis n. 8 eodem tit. Caputaq. *decis. 142. n 1. p. 1.* Man. *decis.*
175. n. 1. & decis. 482. n. 4. coram Papa Greg. XV. & idem la-
tissimè fuit firmatum in Asculana Plebaniæ 12. Ianuarij
1624. coram D. meo Merlino, & prius coram me in Placen-
6 tina Carpaneti 5. Nouembris 1622. Et quamuis † necessa-
rium non sit, quod concurrant omnes coniecturæ, quæ so-
lent à Doctoribus ponderari ad inducendam collegialita-
tem actu, & non habitu tantùm, vt dixit Rota *coram bon.*
mem. Card Mantic. in eius impressis 175. & 215. nu. 1. nihilo-
minus debent illæ concurrere, ex quibus possit verisimili-
ter, & quasi pernecesse argui Collegialitas, & prout idem
7 Mantica ponderat, sigillum † Archam communem, sta-
tuta propria, quæ vti à priuatis Congregationibus exerce-
ri, aut haberi nequeunt, non autem aliæ coniecturæ debent
admitti, quæ æquiuocè, & possibiliter inferunt Collegiali-
tatem, & pro vt sunt deductæ per Antonium.

8 Nam quod in Ecclesia Sancti Vlderici reperiantur †
Præpositus, & tres Canonici, quamuis sit de coniecturis ap-
probatis ad hanc probationem, vt admisit Rota *in eadem*
decis. 215. coram Mantic. & in d. Asculana Plebaniæ coram
D. meo Merlino, attamen quia possunt adesse vt singuli
tanquam plures beneficiati in eadem Ecclesia, nisi concur-
rat communicatio reddituum ex Massa, & communi Ar-
ca, inde non potest concludi Collegialitas.

Similiter neque releuat, quod Præpositus, & Canonici,
quandoque congregati consueuerint pro habendis tractati-
bus respectu bonorum Ecclesiæ, vt in instrumentis, quæ
dantur.

9 Quia non propter hoc resultat concludens probatio, †
quod tractatus fuerint habiti super bonis communibus, &
pertinentibus ad Præpositum, & Canonicos ratione Colle-
gij, quo casu inferri non potest ad Collegialitatem, Achil.
decis 10. de præben. Ægid. *dec. 10 n 2. & 108. in princ.* Gon-
zal. *ad reg. 8 glos. 19 n. 15. & 16.* Quinimò cum similes Con-
10 gregationes, & tractatus soleant fieri etiam in Ecclesijs †
non Collegiatis, vt ex instrumentis, quæ dantur in Sum-
mario Rocchi, *n. 3 magis* ad bonum regimen singulorum,
quàm Collegij referendæ sunt.

11 Sicuti neque ex Canonico congregatis † Præposito, &
Canonicis recepto potest aliquid certitudinaliter ad Colle-
gialitatem inferri, quamuis sit de pertinentibus ad Colle-
gium, ex Mantic. *d. decis. 215. n. 1. & Cremon. Præpositura*
24. Maij 1621. coram bon mem. Remboldo, nisi etiam probe-
tur, quod in ipsa traditione possessionis recipi consueuerint
cum assignatione stalli in Choro, & loci in Capitulo, &
cum præstatione soliti iuramenti de obseruandis statutis
12 Ecclesiæ, in quibus † terminis loquuntur *decis. allegatæ*
coram Mantic. & Remboldo, ac etiam *Brixien. S. Nazarii 13.*
Iunij 1605. coram bon. mem. Penia.

Demum non sufficit, quod hæc Ecclesia in visitatione
Apostolica de anno 1579. nuncupata fuerit Collegiata,
quia vis non est facienda quod Ecclesia sit Collegiata, sed
13 quod habitu, & actu: Vnde † cum denominatio possit ve-
rificari in altera qualitate tantum Lap. *in cap. deliberatur,*
§. voluntas num. 5. Gemin. *in fin. de offic. deleg.* Rota *decis.*
179. nu. 3 p. 2. recent. meritò in æquiuoco remanet nuncupa-
tio quo ad certificandam qualitatem.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Cæsaraugustana Præeminentiarum.

Die Lunæ 26. Aprilis 1627.

ARGVMENTVM.

Mandatum de Manutenendo iam concessum Decano, Dignitatibus, ac Canonicis Ecclesiæ Metropolitanæ Cæsaraugustæ contra Collegiatam Beatæ Mariæ de Pilari, qualiter sit exequendum, declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Testes non probant, si non sint examinati formiter, & non constet qua auctoritate, & non sint in actis.*
2 *Capitulum Ecclesiæ Maioris debet de iure præcedere, alios Beneficiatos & Prælatos Ecclesiarum inferiorum.*
Et hoc procedit etiam in Ecclesia Prælati Inferioris. num. 2.
3 *Exceptiones oppositæ contra Testes, quando non sunt habendæ in consideratione.*
4 *Processio, quando dicatur habere vim stationis.*
5 *Nomen singulare, quando commodè potest referri ad omnia, est referendum.*

DECISIO LVII.

FVerunt proposita per partes quinque quæsita vt Rota videret in quibus, & quomodo sit exequendum mandatum de manutenendo aliàs relaxatum per bo. mem. Dominum de Rubeis, & postea per Illustrissimum Dominum meum Cardinalem Millinum executum: Quorum primum erat, An Decano, Dignitatibus, & Canonicis Metropolitanæ debeatur manus dextera in Ecclesia Regulari Collegiata Beatæ Mariæ de Pilari, cum ad illam certis diebus accedunt.

Circa quod partes conueniebant, quod Canonicis Metropolitanæ vigore mandati de manutenendo illa debeatur, sed Ecclesia de Pilari solum in controuersiam deducebat, quod non deberetur quoad Priorem dictæ Ecclesiæ del Pilar, cum ipse esset in possessione præcedendi etiam Capitulum Metropolitanæ, vt satis clarè deponunt duodecim testes.

Cæterum contrarium visum fuit Dominis, quia isti † t
testes non fuerunt formiter examinati, nec constat qua auctoritate, & non sunt in actis. Vnde cum mandatum de manutenendo contineat, quod Prior, Canonici, & Capitulum de Pilari teneantur Decanum, Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Sancti Saluatoris Metropolitanæ honorificè recipere diebus, quibus ad Ecclesiam de Pilari accedunt, vtique etiam Prior de Pilari teneatur ex vi quasi possessionis hanc præcedentiam dare, cum in mandato de manutenendo concedatur Decanu, Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ aduersus Priorem, Canonicos, & Capitulum de Pilari, & sic omnes includat.

Quæ quidem coadiuuantur ex assistentia Iuris, quam habet Capitulum Metropolitanæ, vt fuit ponderatum in decisionibus factis 13. Februarij & 22. Iunij superioris anni,
& in puncto quod † Capitulum Ecclesiæ maioris debeat a
de Iure præcedere alios Beneficiatos, & Prælatos Ecclesiarum inferiorum dicit Felinus *in capitulo cum non liceat n. 2. vers. dictis* Abb *de præscript.* vbi quod istud procedit etiam in Ecclesia Prælati Inferioris.

Concurrunt etiam sententiæ Sanctij, & Dalmatij, nec non Laudum Archiepiscopi Alphonsi latum de anno 1513. de quibus in prædictis decisionibus: Et tandem pro maiori corroboratione dantur Testes pro parte Ecclesiæ Metro-
politanæ, contra quos licèt † opponantur exceptiones; At- 3
tamen quicquid de his exceptionibus dicendum sit, cum eorum dicta ex prædictis coadiuuentur, illæ exceptiones non sunt habendæ in consideratione.

Secundum quæsitum fuit, An Decano, Dignitatibus, & Canonicis Metropolitanæ, vel Priori, & Canonicis de Pilari sit danda manus dextera, dum sedent in alijs Ecclesijs, seù monasterijs ad quæ processionaliter itur pro Missa cantanda & concione facienda. Visum est

Dominis, cum concedatur mandatum de manutenendo Ecclesiæ de Pilari in Processionibus, & iste sit vnicus actus processionis, cum processio possit fieri, vt reuertatur ad eandem Ecclesiam, & ad aliam etiam perueniatur, quæ † est
4 processio habens vim Stationis, vt per Crespet. *in summa in verb. processiones, & in verb. litaniæ*. Ideò sicut debetur in actu ipsius processionis, ita etiam debetur in Ecclesia, ad quam itur, cum ilie etiam sit actus processionis, licèt in illa Ecclesia decantetur Missa, aut concio audiatur, quia vt dictum est, processio est ad illam Stationem.

Tertium quæsitum fuit, An liceat Ecclesiæ Collegiatæ de Pilari deferre in processionibus generalibus, & cum ad Metropolitanam accedit Crucem, hastam, perticam, & mazzam deauratas; Et negatiuè fuit dictum, & pro resolutione firmatum, quòd dum mandatum de manutenendo loquitur de Ecclesia Metropolitana, dicit illam debere accedere cum Cruce, & pertica, seu hasta deaurata, seu honorabiliori, arbitrio eiusdem Capituli Metropolitanæ. Dum verò loquitur de Collegiata cum Cruce, & pertica, seu hasta argentea, non tamen aurea, ac sceptro, & mazza argenteis: Ex quibus dixerunt Domini, quòd quando mandatum de manutenendo voluit Crucem esse auream, hoc expressis verbis dixit, & propterea illa verba (cum Cruce in pertica argentea, non tamen aurea) sunt intelligenda nedum de hasta, & pertica, sed etiam de Cruce, quia secundum grammaticos poterat ita dici per nomen singulare referendo ad omnia, sicut per nomen plurale videlicet vtendo verbo
5 (argenteis). Qua propter cum illud nomen † singulare possit congruè referri, ad omnia est referenda, maxime quia quando mandatum locutum est de Cruce aurea, id expressis verbis dixit.

Quartum quæsitum fuit, An Portionarij nouiter Instituti in Ecclesia del Pilar ad nutum amouibiles, sint in dictis processionibus præferendi Portionarijs titularibus Metropolitanæ; & negatiuè resolutum est. Fuit enim consideratum, quod mandatum de manutenendo licet dicatur fuisse datum Ecclesiæ de Pilari, tanquam Collegio, siue corpori, non tamen hoc fuit factum simpliciter, sed itaut Dignitates Canonici, alijque de duobus Collegijs simul concurrant tanquam Dignitates Canonici, Portinarij respectiuè, non autem in vniuersum, & ideò isti Portionarij amouibiles non debent præcedere, quia aliàs sequeretur absurdum, quod Portionarij amouibiles non æquales Portionarijs Metropolitanæ de nouo erecti, & qui non erant in rerum natura de tempore mandati de manutenendo deberent præcedere.

Quintum & vltimum quæsitum est: An Prior del Pilar in absentia Decani Metropolitanæ debeat incedere solus in nobiliori loco, exclusis alijs primioribus Dignitatibus, & Canonicis Metropolitanæ, & affirmatiuè fuit resolutum, cum in mandato dicatur quod occurrente casu absentiæ alterius ex Prioribus non liceat alijs Dignitatibus ascendere ad locum Prioris absentis, & ideò tollitur omnis difficultas, cum sit sublata ex decisionibus Rotalibus, quarum vigore prædictum mandatum fuit relaxatum.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

¶ In eadem causa adsunt infra aliæ decisiones idest sub diebus 24. Nouemb. 1627. & 6. Nouemb. 1628 & 19. Ianuarij 1629. coram eodem bo me Reuerendiss. Coccino, sunt decis. 111. 208. & 235. & in sequenti parte adest alia sub die 14. Ianuarij 1631. coram eodem, est decisio 13.

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO.

Bononien. Legati de Matescottis.

Die Lunæ 26. Aprilis 1627.

A R G V M E N T V M.

Patri propriè, ac necessariò incumbit onus dotandi filias, & hoc onus adeo suis bonis inhæret, vt ad quoscunque hæredes transeat, & ad hoc illi teneantur.

S V M M A R I V M.

1 *Dotandi filias hoc onus propriè, ac necessariò spectat ad Patrem, & nu 6.*
Et adeo bonis suis hoc onus inhæret, vt cum ipsis bonis ad quoscunque hæredes transeat. num 1. & 4.
2 *Filius hæres patris constituens dotem sororibus, præsumitur, veluti patris negotium gerere.*
3 *Frater legans sorori dotem, præsumitur compensare cum debito paterno.*
5 *Filius hæres patris, si testatur, quando dicatur loquì relatiuè, & correspectiuè ad testamentum patris.*
7 *Ad hæredem quando spectet declarare, seu destinare dotem à testatore filiæ relictam.*
8 *Soccin. Iun. consil. 73. lib. 3. & alij declarantur, & nu. 9. & num 10. reprobatur Soccin.*
11 *Non grauatur, qui non honoratur.*
12 *A Dote relicta filiæ semper reijciendum grauamen est.*

DECISIO LVIII.

TErtiò ex benignitate Dominorum proposita hac causa, Tertio etiam Domini responderunt, dotes à Niculao pro sororibus declaratas, esse referendas in hæreditatem Agesilai Patris, & sic standum in decis.

Duæ enim in Iure verissimæ conclusiones sunt fundamenta decisionum: Prima est, quòd onus † dotandi 1
filias propriè, ac necessariò incumbit Patri, & adeò bonis eius inhæret, vt cum ipsi bonis idem onus ad quoscumque hæredes transeat perinde, ac si specialis, & præcisa obligatio pro dote filiarum super hæreditate fuisset imposita, Bart. *in l. si Marito §. si voluntate num.* 9. Castrens. *num. 4. ff. solut. matrim.* Alexand. *consil.* 169. *numer. 2. vol. 7. cum alijs per* Mantic. *de coniec. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 18. nu. 7. & seqq.*

Altera est conclusio, quòd filius † hæres patris consti- 2
tuens dotem sororibus, præsumitur veluti patris negocium gerere & pro paterni muneris satisfactione agere dumtaxat quantum vrget necessitas, qua tanquam hæres Patris est adstrictus, & non vltra *argum. l. vxorem §. Pater ff. de leg. 3. & l. vlt. C. de exercit. act.* Bar. *in l. cum ex plurib. num. 2. ff. de sol.* Menoch. *lib. 4. præsumpt.* 109. *num. 63. & præsumpt.* 111. *num.* 48. *& cons.* 239. *num.* 58. *& cons.* 370. *num.* 21. plenè Cardinal Alban. *cons. 6. num. 3. & seqq. vsque ad num.* 16. Peregr. *decis. Patau.* 39. *num* 2. in fine, qui loquuntur in fratre, quod dummodo † legat 3
sorori præsumitur compensare cum debito paterno.

Quibus positis consequenter subsistunt dictæ decisiones, quod Nicolaus, dum sororibus dotes constituit, censeatur non de suo proprio eas præstitisse, sed paternum quodammodo officium adimplendo, & eiusdem voluntatem executioni demandando, ac se ipsum cum obligatione legali, ad quam vti hæres † Agesilai patris tenebatur, con- 4
formando, potius dotium quantitatem declarasse ea causa magis necessaria, & sine sua iactura, vt ea Iuris præsumptione, verbis Testamenti, & coniecturis in alijs decisionibus examinatis satis deprehendi visum fuit: Quibus nunc addi potest, quòd idem suadetur etiam ex illis verbis, *E perche nei Testamento &c.* quæ stant declaratiuè, & magis explicant intentionem Nicolai relatiuam †, & cor- 5
respectiuam ad præcedentem patris dispositionem ad *trad. per* Gabr. *cons.* 133 *num. 18. lib. 1. & cons.* 124 *sub num. 14. lib.* 2. cum alijs similibus. Et ita non nouam constitutionem dotis ex proprijs bonis, sed solum declarationem in bonis paternis, quemadmodum onus erat † paternum, 6
voluit facere Nicolaus, ponderatis præsertim alijs verbis Agesilai, vbi mandauit quod filiæ renuncient, & sint contentæ dote, & apparatibus, siue eleemosyna, quæ eis destinabitur: cum autem ad hæredem spectet hæc destinatio, seu declaratio, *l. si quis à filia § siq. plures, ff. de leg. primo*, propterea dispositio Nicolai hæredis fuit desti- 7
natio, & quædam declaratio, iuxta temporum conditionem, & rerum vicissitudinem.

Non obstant authoritates in contrarium allegatæ, † 8
Soccin. Iun. *cons. 79. lib* 3. Alciat. *cons. 49. lib.* 9. & Bero. *consil 46. libr.* 2. qui Domini vnanimiter in eadem causa consuluerunt, dotem ab Imperatore Maximiliano, Reginæ Mariæ Hungariæ Nepti relictam, non esse imputandam cum dote à Philippo Rege Patre eidem Nepti, & filiæ respectiuè constitutam, ex quo assequi putabant informantes etiam in præsenti casu dotes à Nicolao fratre declaratas, non esse compensandas cum dotibus ab Agesilao patre destinatis; quoniam vltra quod Socc. † *d. cons.* 9
79. nu. 103. & 104. fauet potius Nicolao, dum expressè firmat, & admittit, quod frater dotãs sororem, cui à communi patre dos fuerat relicta, censetur dotasse, vt se eximeret ab obli-

ab obligatione contracta ex aditione paternæ hæreditatis, & in executionem eiusdem dispositionis: Responsum etiam fuit, non posse ex illo ad nostrum casum, vti omninò diuersum inferri, tùm quia ibi agebatur de Auo, & sic de ascendente; Hic de fratre, qui reputatur extraneus: Turo etiam, quia ibi ex coniecturis vrgentibus ita consuluerunt præcitati DD. quoniam scilicet Auus Neptem maximè sibi dilectam, proprio nomine, & ex proprijs bonis expressè dotauerat, vt in illis verbis (adscribimus, & assignamus) quæ donationem, non autem simplicem declarationem importabant, vt etiam aduertit Soccin. *d. cons. num.* 48. nulla facta meotione de dote à Patre, & filio respectiuè constituta, & dotem in diuersa summa, diuerso tempore, ac moneta soluenda, adiectis conditionibus, & pactis diuersis, quæ à Patre non potuissent apponi reliquerat; hic verò potius coniecturæ, & præsumptiones aliàs poderatæ vrgent in contrarium, & proinde præcitatæ doctrinæ non applicantur. Vltra quod Socc *consil* 79. in
10 præcipuo eius † fundamento reprobatur à Mant. *de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 16. *nu.* 21. *& seq.*

Neque etiam hodie Dominis arrisit coniectura, quòd Nicolaus grauamen iniecerit in dotibus vnicuique sorori constitutis, & sic voluerit de proprio dotare ex regula,
11 quod non † grauo, quem non honoro, quoniam nullum grauamen verè resultat, sed solum Nicolaus disponit, quod casu, quo aliqua innupta decederet, vel Monasterium ingrederetur, non propterea huius portio alijs accresceret, sed spectaret ad commodum hæreditatis, & sic vtraque dispositio, & Agesilai, & Nicolai in vnum conspirant, & coincidunt, & stantibus tot alijs coniecturis, & quod plus est, regulis, quæ militant, quòd Nicolaus noluerit suum iactare, & cum dotem teneretur de bonis paternis assignare attamen ex proprijs imprudenter dona-
12 uerit, & alijs in vtraque decisione iam ponderatis, hæc † sola coniectura grauaminis impositi (quatenus etiam vera esset) cessat, & semper grauamen esset reijciendum, ac vitiaretur, non autem vitiaret declarationem Nicolai, &c.

Cætera autem obiecta, ex ipsis decisionibus, Dominis visa fuerunt sublata, & solum reseruarunt, vt particulariter videatur, An consiet de excessu in dicta declaratione Nicolai; Et quatenus adesset. An obstet DD. Bernardino, & Antonio Mariæ pro legato per dictum Nicolaum illis relicto, non autem pro dote iromissionem petentibus.

Et ita vtraque patte Informante tertiò conclusum fuit, &c.

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO

Bononien. Dotis.

Die Mercurij 5. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Dos data primo Viro censetur etiam secundo constituta, etiam ad effectum taxandi lucrum dotale pro secundo Viro, si tamen aliud non sit conuentum ante contractum matrimonium, secus si constante.

SVMMARIVM.

1 *Dos data primo Viro censetur repetita secundo.*
2 *Permissum ad tempus, post illud dicitur probibitum.*
3 *Dotis assertio facta ab vxore, constante matrimonio, præsumitur simulata, & in fraudem donationis prohibitæ.*
4 *Statutum loquens in vno casu, comprehendit etiam alium ob rationis identitatem.*
5 *Dispositio non restringitur per ea, que frequentius accidunt.*
6 *L. dotem ff. de Iur. dot. non procedit, quando constat aliud esse conuentum.*
7 *Statutum Centense declaratur, & num.* 9.
8 *Dos constante matrimonio augeri potest, immò, & etiam constitui.*
10 *Iuramentum sua religione non fouet iniquitatem.*
11 *Iuramentum, non firmat donationem inter virum, & vxorem, quando est simulata, & hæc opinio est verior, & communior nu.* 12.

DECISIO LIX.

SVb die 9. Iunij 1625. coram bo. me. Butatto * Rota recedendo ab alijs decisionibus respondit confessionem factam à D. Claudia super constitutione dotis scutorum 5000. in fauorem Com. Aloysij de Pepulis secundi mariti non esse attendendam, & consequenter lucrum dotale eidem superstiti debitum, taxandum esse iuxta quantitatem dotis assignatam D. Paulo Carandino primo Viro, in qua posteriori sententia post tertiam disputationem coram me Domini etiam hodie permanserunt, illa enim resolutio, & Iure communi, & municipali innititur.

Iure inquam communi, quia † Dos data primo Viro 1
censetur repetita secundo *l. Dotem. ff. de Iur. dot. l. Diuus l. in Insulam. ff. sol. matr.* cum latè cum latis per Card. Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 15. *n.* 1. *& seqq.* & etiam ad effectum taxandi lucrum dotale pro secundo Viro Menoch. *cons.* 5. *per tot. vbi alios allegat.*

Iure etiam municipali Centi, quoniam in Statutum *lib.* 3. *cap.* 15. cauetur eandem omnino dotem datam pro primo matrimonio censeri etiam traditam pro secundo, & ad euitandas fraudes, ne Coniuges blanditijs aucupentur donationes Vxorum, subdit idem Statutum adeò attendendam esse assignationem dotis factam primo Viro, vt nec etiam Vxor possit secundo Viro augere, & constituere pinguiorem, nisi ante contractum secundi Matrimonij, vel in ipso contractu appareat de huiusmodi augumento, vel diuersa Constitutione dotis. Ex quibus consequitur: quod cum D. Claudia non ante, nec ipso contractu, sed triennio post contractum matrimonium cum Pepulo, confessa fuerit assignasse Dotem duplo maiorem, quam primo Viro constituerit, huiusmodi assignationem, vel confessionem non sustineri, permissum † enim ad tempus 2
post illud dicitur prohibitum *l. si vnus §.* 1. *ff. de pact.* Ofasch. *decis.* 85. *num.* 13. Surd. *cons.* 57. *num.* 9. *& decis.* 189. *num.* 9. Totaque illa assertio facta ab vxore simulatè, & in fraudem donationis prohibitæ inter virum & vxorem, & quasi color quæsitus, & pallium ad tegendam † huiusmodi 3
fraudem censetur *l.* 1. *& ibi* Bart. *in §. sciendum ff. de donat. inter Vir. & Vxor. l. quo de suo C. de dot. caut.* & notat in his terminis Gabr. *cons.* 10. *n.* 2. *lib.* 1. Modern. Rom. *discept. forens. c.* 498. *n.* 14. *& seqq.* Rot. *coram sanct. mem. Greg. XV. decis.* 188. *n.* 1. *cum aliis in decisione cumulatis.*

Nec placuit DD. motiuum, quod Statutum Centense in secundo casu loquatur, quando scilicet Dos non fuit soluta primo marito, & sic quando adhuc est soluenda secundo marito per patrem vxoris, vel illius hæredes; Quoniam vltra quod verba Statuti videntur comprehendere omnem casum, quia in principio disponitur, quando bona extant penes ipsam Vxorem, in secunda verò parte ponitur casus: quando Dos est exigenda, & propterea ibi prohibetur fieri assignationem post secundum matrimonium, vel saltem post mensem. Respondebant Domini nullam rationem differentiæ posse assignari, siue Dos fuerit exacta, siue inexacta ad effectum, vt de noua assignatione dotis facienda secundo Viro debeat constare, vel ante contractum, vel in ipso contractu secundi matrimonij, cum semper vtroque casu vigeat suspitio fraudis, & ne in præiudicium filiorum primi matrimonij Vxor blanditijs seducatur ad donandum secundo Viro, & propterea statutum
† loquens etiam in vno casu trahendum esset, vel potius 4
dicendum comprehendere alium casum ob identitatem rationis Bald. *in l. data opera num.* 11. *C. qui accusat poss.* Abb. *in cap.* 2. *num.* 2. *de appell.* Crauet *cons.* 118. *nu.* 15. Tiraq. *in l. si vnquam in verb. libertis num.* 45. *C. de reuoc. donat.* Menoch. *cons.* 427. *nu.* 71. Surd. *cons* 443. *num.* 31. Et illa verba tanquam posita demonstratiuè & iuxta id quod † fre- 5
quentius contingit. non dicuntur restringere dispositionem *glos. in l.* 2. *in verb. filio præcedente ff. de vulg. & pup.* Rol. *cons.* 39. *nu* 5. *lib* 3. Bellon. *cons.* 52. *nu.* 6. *plenè* Siluestr. Aldobrand. *cons.* 9. *nu.* 17. *& seqq. lib.* 1. & fuit firmatum in Romana administrationis 10. Decembris 1626. coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Minus etiam obstare visum fuit, quòd statutum recipiat Interpretationem a Iure communi, & propterea quemadmodum à † regula *l. dotem ff. de Iur. dot.* receditur, si 6
constet aliud fuisse conuentum, vt dicitur in *d. l. Dotem & notat* Card. Mantic. *de tacit. d. libro* 12. *tit.* 15. *nu.* 20. & ad hoc sufficere coniecturas, & præsumptiones dixerunt Calcan. *cons.* 11. *numer.* 4. *vers. adhoc*, Surd. *cons.* 93. *numer.* 18. Menoch. *præsumpt.* 6. *num.* 78. *lib.* 3. Rota *in Romana*

Quarti Dotalis 21. Aprilis 1617. coram bon. mem. Andrea, vers. nihilominus, & plures coniecturas enumerat decisio sub die 10. Nouembris 1617. ex quibus videbatur reddi probabilis illa confessio, & quod verè in actu secudi matrimonij amplior dos fuerit constituta; quam pro primo matrimonio.

7 Quoniam obiectum vrgeret † si statutum simpliciter induceret præsentationem, quod Dos data pro primò censeretur repetita pro secundo matrimonio, quia talis præsumptio tolleretur alia præsumptione, Sed Statutum vlterius progreditur, & requirit probationem, & talem, quæ percutiat tempus, vel ante secundum matrimonium vel in actu ipsius matrimonij.

Præterea illæ coniecturæ Dominis visæ sunt etiam hodie satis leues: Nam quod fructus fuerint soluti ad rationem dotis scutorum 3000. ante confectionem Instrumenti, & confectionem D. Claudiæ in facto non iustificatur, & super qualitate secundi viri ad effectum, de quo agitur non multum insistebaot Domioi, quia licèt familia de Pepilis sit nobilissima, attamen ipse erat illegitimus, eiusque splendori obstabat res angusta Domi. D. autem Paulus Carandinus alter maritus erat ex primaria etiam nobilitate suæ patriæ illiusque opera Serenissimi Ferrariæ Duces Atellini, vsi fuerunt in arduis negotijs, & in regenda Ciuitate Regiensi, quod solum grauissimis viris munus demandari consueuerat, & etiam ad Principes, ac demum ad Imperatorem honorifica legatione illum decorarunt, & ipsa D. Claudia erat ex præclarioribus familijs Centi, nempè ex Ferrariis, seù Gambarinis, adeò vt ipsa Vniuersitas Centi assumpserit stemma gentilitium dictæ familiæ de Ferrarijs de cuius etiam dignitate attestatur Frater Leander Albertus *in discreptione Italiæ pag. 319. cap. Galli Boi.*

Nec obstare visum fuit, quod etiam constante matri-
8 monio † augeri dos, immò & constitui possit *l. si constante C. de donat. ante nupt.* Card. Mantic. *de tacit. lib. 11. tit. 20. numer.* 20. Surd. *decis.* 204. *num.* 4. Sanchez *de matrim. lib. 6. disput. 7. in princ.* & est decisio in illa Romana Quarti Dotalis coram bon. mem. Andrea: quoniam id verum est in terminis Iuris communis, non autem stante Statuto Centi, quo cautum est censeri eandem dotem datam secundo Viro, nisi aliter in ipso contractu matrimonij, vel ante fuerit conuentum.

9 Neque etiam obstat, quod Statutum † Centi fuerit approbatum post d. confessionem, & de tempore præclaræ me: Horatij Cardinalis Spinolæ Legati Ferrariæ: quoniam ab eodem Cardinalis fuit quidem statum Centense in congruiorem formam redatum & ipso iubente impressum, sed vt ex attestationibus notariorum, & Causidicorum apparet, hoc idem Statutum, de quo in libro tertio subrubr. 15. antiquitus etiam seruabatur, & in volumine statutorum includebatur.

Et tandem nec Iuramentum visum est suffragari, quamuis enim ii solum promissorium extaret, illud sufficeret, attamen cum præcedat assertorium, & id quod asseritur à veritate alienum sit in fraudem donationis fuerit prolatum, & sic tale Iuramentum assertorium tanquam ca-
10 rens veritate non operetur, quia Iuramentum sua † religione non fouet iniquitatem *cap. quanto de Iure iur. cap. inter cætera 22. quæst.* 4. consequenter etiam hoc sublato, & detecto mendacio, iuramentum promissorium quoque quod assertorio innititur, & illius intuitu emis-
11 sum fuit, † vt corruat, necesse est, ita post alios egregiè explicat, Ruin. *cons. 130. nu. 4. lib. 1. & cons. 132. nu. 11. lib. 4. & cons. 155. nu. 91. lib. 5.* Seraph. *de priuileg. Iur. cap. 71. nu. 59.* Landerch. *cons. 129. num. 8. & 9. in fin.* vbi asserit omnes ferè DD. huic conclusioni assentire, Card. Mant. *de ta-*
12 *cit. lib. 21. tit. 1. nu 18. num.* 54. qui de † veriori, & communiori testatur, & sequuta est Rota oedum in hac eadem causa, sed & in Ferrarien. dotis 11. Aprilis 1622. & 4. Maij 1626. coram bon. mem. Buratto.

Et ita vtraque parte informante in vltimo loco decisis Domini permanserunt, &c.

* Est decisio 873. in eius impress.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Foro Sempronien. Emphyteusis.

Die Mercurii 5. Maij 1627.

A R G V M E N T V M.

Emphyteusis, quando est data pro se, filijs, & nepotibus vsque ad tertiam generationem, non dicitur hæreditaria, sed ex pacto, & prouidentia. Emphyteusis, quando est finita, quis sit præferendus in noua inuestitura.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteusis, quando non dicatur hæreditaria.*
2 *Generatio solos descendentes comprehendit.*
3 *Instrumentorum tenores præcipuè attendi solent in materia emphyteusis.*
4 *In Emphyteusi, quando constat, qualiter sit facta concessio, non est vlterius procedendum.*
Item nec ad coniecturas, & præsumptiones recurrendum num. 4.
5 *Emphyteusis, quando est finita, tunc in reuocatione sunt præferendi agnatis proximiores defuncti.*
6 *Consuetudo plurimum operatur, ad iustificandam renouationem emphyteusis proximioribus agnatis.*
7 *Emphyteusis renouatio, quando sit facienda proximioribus agnatis, etiamsi non sint hæredes.*
8 *In emphyteutica re, quando sunt facta melioramenta, regulariter refici debent.*
9 *Melioramenta in re emphyteutica efficiuntur Domini directi, quando adest pactum reuersionis vnà cum meliorамentis.*
10 *Et ista bona efficiuntur Domini directi, etiamsi sint notabilis valoris, & de eis potest disponere quomodo ei libet.*
11 *Emphyteusis inuestitura facta ad tertiam generationem, non dicitur hæreditaria.*
12 *Clausula, Ad habendam, quid operetur, & num. 13.*

DECISIO LX.

DOminus Venturellus habuit in Emphyteusim à Reuerendiss. Episcopo Forosempron. quædam bona in quatuor instrumentis concessionum: In primo enim quoddam petium terræ hortiuæ, in alijs tribus quędam sita apta ad fabricandum, vt in instrumentis, quæ dantur in Summario Catharinæ nu. 1. in omnibus autem istis concessionibus fuit appositum pactum reuersionis etiam melioramentorum finita linea, & omnes concessiones fuerunt factæ pro se filijs, & nepotibus vsque ad tertiam generationem, & in vna, quæ fuit de anno 1576. fuit etiam data facultas vt Venturellus posset facere vnam nominationem in testamento, prout illam fecit ad fauorem Camillę Vxoris, relinquendo ei domum in dictis sitis ædificatam iuxta facultatem sibi in inuestiturā concessam, vt in d. Sum. n. 3.

Finita linea Venturelli per mortem Caroli eius filij sine filijs, & expirata nominatione per mortem Camillæ, Domina Catharina Venturelli ex fratre nepta, & proximior tanquam supradicta bona essent ad Episcopum deuoluta, obtinuit sibi ab eodem Episcopo Emphyteusim prædictam, vnà cum melioramentis reoouari, vt in d. Summario nu. 5. Hinc orta lite inter d. Catharinam, & Margharitam, quæ ex testamento successit Camillæ, & iotroducta causa in Rota, fuit hodie dubitatum; An renouationes factæ D. Catharinæ etiam quo ad melioramenta fiot attendendæ, & Domini vtraque parte acerrimè informante ad fauorem D. Catharinæ responderunt.

Et quidem quo ad tres concessiones res caret omni difficultate, quia cum in illis non fuerit facta aliqua mentio hæredum, sed fuerint factæ Venturello pro se, filijs, & nepotibus vsque ad tertiam generationem, Emphy-
teusis non potest dici † hæreditaria, sed ex pacto, & pro- 1
uidentia, Bero. *cons.* 103. *num.* 4. & 8 *lib.* 1. Clar. *in §. Feudum, qu. 9. num.* 3. & dixit Rota *in Romana emphyteosis 29. Maij 1623. coram bon. mem. D. meo Vbaldo*, & ideo finita generatione debet ad dominum directū reuerti, & ratio est,
quia generatio † solos descendentes comprehendit, Bald. 2
in auth.

in auth. si quas ruinas, num 4. C. de sacrosf. eccles. Rota *decis.*
390. nu. 2. par. 1. in recent. & in instrumentis concessionum
fuit expressè dictum, quòd finita generatione liberè ad
Episcopum emphyteusis reuerteretur, instrumentorum
3 autem tenores in hac materia præcipuè † attendi solent,
vt est *text. in cap. 1.* ibi Propter tenorem inuestituræ, quem
ad hoc esse egregium dicit ibi, Bald. *nu. 3. de duobus fratr.*
à cap. inaest. cum alijs per Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs.*
92. num. 1. Hond. *cons. 70. num. 11. lib. 2.* Surd *cons. 127. num.*
36. & cons. 153. num. 11. & 384. num. 1. & quando constat,
4 prout hic, quomodo fuerit facta † concessio, non est vlte-
rius progrediendum, nec ad coniecturas, & præsumptio-
nes recurrendum. Ruin. *cons 63. nu. 21. lib. 1.* Menoch. *præ-*
sump. 108. num. 10. lib. 3. Bero. *quæst. 14. num. 1. in fin.* Clar. *in*
in §. emphyteusis, q. 1. vers. sed pone, & dixit Rota *in Me-*
diolanen. Bonorum 23. Martii 1620. coram bon. mem. D. meo
Vbaldo.

Cum igitur bona fuerint vt supra ad Episcopum deuo-
luta, dum ipse voluit illa de nouo concedere, iure merito
5 illa concessit D. Catharinæ, quæ tanquam † agnata pro-
ximior Venturelli, erat in renouatione præferenda, Bero.
d. cons. 103. nu. 4. & 8 Gabr. *de iur. emphyt. conclus. 1. per tot.*
latè Marescot. *var. resol. lib. 1. cap. 3. n. 1. & seq.* Verall. *de-*
cis. 303 par. 1. idque maximè procedit stante consuetudine
faciendi renouationes proximioribus agnatis, de qua de-
ponunt testes in Summario Catherinæ *nu. 4.* & quæ pluri-
6 mum operatur ad iustificandam † hanc renouationem,
Corn. *cons. 250. n. 3. & seq. vol. 3.* Calder. *de renouat. emphyt.*
lib. 1. q. 5. sub. num. 5. Gam. *decis. 326. sub num. 7.*

Nec obstat, quòd hæredi competat ius petendi renoua-
tionem, tum quia obstat dicta consuetudo, tùm quia id
potest procedere in emphyteusi hæreditaria, non in em-
phyteusi ex pacto, & prouidentia, vt est ista de qua agi-
7 tur, vt supra, tunc enim † renouatio est facienda proxi-
mioribus agnatis, etiam si non sint hæredes, Ripa *in l. 1.*
num. 8. ff. de priuileg. credit. Dec. *cons. 78. nu. 3. 4. & 5.* Bero.
dicto consil. 103. nu. 2. 4. & 8 lib. 1.

8 Non obstat, quòd in re empyteutica fuerint facta † me-
lioramenta, quæ regulariter refici debent, *l. Colonus ff. lo-*
cat. Curt. Iun. *cons. 41. num. 10.* Quia id non procedit, quan-
do (prout in casu nostro) fuit appositum pactum reuer-
sionis vnà cum melioramentis, tunc enim non pertinent
9 ad hæredem melioramenta, sed efficiuntur † domini di-
recti, Rota *diuers. decis. 294. num. 7. par. 1. in recent.* Sera-
phin. *decis. 1496.* Gamm. *decis. 75. nu. 2.* qui cum in instru-
mento concesionum in casu nostro sibi prospexerit, vt me-
lioramenta deberent liberè reuerti, istud pactum opera-
tur, vt etiam si melioramenta sint notabilis valoris, adhuc
10 tamen ita † efficiantur sua, vt neque teneatur amplius
de illis facere renouationem, sed possit vel illa pro se reti-
nere, vel cuicumque sibi beneuiso emphyteuticare, vt be-
nè per Gam. *decis. 41 nu. 6 & 7. & decis. 326 nu. 8.*

Illis sic stantibus tota difficultas reducitur ad vnam in-
nestituram de anno 1576. in qua cum fuerit facta mentio
hæredis, videbatur hæreditaria, sed Dominis placuit res-
ponsio, quòd nomen hæredis non fuit appositum in voca-
tione generationis, sed in nominatione facienda, & ideò
non alterat naturam inuestituræ ex pacto, & prouiden-
11 tia, tamquam † simpliciter factæ pro se, filijs, & nepo-
tibus, vt in puncto est *decision. Reuerendissimi Domini mei*
Decani 137. num. 1. sufficit igitur, quòd ista nominatio fue-
rit facta, & fuerit consumpta per mortem Camillæ, vt
supra, iuxta regulam, *l. Poues, §. Hoc sermone ff. de verb.*
signif. Peregr. *cons. 11. nu. 5. lib 5.*

12 Non obstat clausula, *Ad habendum*, † quia restringi-
tur ad expressa, idest, durantibus generatione, & nomi-
natione suptadicta, & intelligitur iuxta naturam contra-
ctus emphyteutici, Seraphin. *decision. 794. num. 8.* Rota *de-*
cision. 75. num. 10. coram Reuerendissimo Domino meo Deca-
no, Menoch. *consil. 71. num. 20. & pluribus sequentibus,*
lib. 1. vbi num. 24. reddit rationem quod esset inconueniens,
vt concessio ex pacto, & prouidentia esset incontinenti al-
terata, & immutata per clausulam, *Ad habendum*, vt
13 scilicet esset effecta hæreditaria, dum præsertim potest alios
effectus operari, nempè respectu expressorum, vt supra di-
xi, & declarat idem Menoch. *d. num. 20.* vbi quòd sufficit,
vt etiam quid minimum operetur.

Et ita decisum.

REVERENDISS. P. D. DVNOZETO.

Romana Pecuniaria.

Die Mercurij 5. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Scripturæ recognitio, si fiat per testes, adhoc vt probent, qualiter deponere debent, & maximè si scriptura sit priuata. Apoca vt dicatur simulata, quibus coniecturis probetur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum relaxatum contra minorem non citatis omnibus contutoribus à testatore datis est nullum, amplia num. 2.*

3 *Testes non probant manum alicuius, si deponant de auditu.*

4 *Scriptura priuata, adhoc, vt dicatur recognita à testibus, quid sit omninò necessarium, & nu. 5.*

6 *Scribendi forma multis ex causis quotidie mutatur.*

7 *Recognitio scripturæ in Tribunali A. C. admitti solet facta per testes, qui habeant notam manum.*

8 *Rota tamen hoc non admittit, nisi concurrentibus adminiculis.*

9 *Apoca, si sit simulata, sufficit ad retardandam executionem obligationis Cameralis.*

10 *Mutuo, quis non præsumitur dare magnam summam, absque vlla cautione.*

11 *Coniectura deducta ex naturali inuerisimilitudine dicitur probabilis.*

12 *Mutuum conuenit potius verbo restituere, quàm soluere.*

13 *Simulatio satis arguitur, quod aliquid fit in occulto, ne ad aliorum notitiam deueniat.*

14 *Pecuniam ad societatem officii quis verisimiliter non præsumitur accipere, si paulò antè cum effecta magna quantitas ei sit mutuata.*

15 *Positionibus respondere recusans, præsumitur aliquid fecisse simulatè.*

16 *Simulatio, adhoc vt probetur, admittuntur leues coniecturæ.*

DECISIO LXI.

DOminus Eques Franciscus Lansreduccius prætendens ab hæreditate quodam Francisci Palmerij mille sexcentas duplas auri ad rationem Iuliorum viginti octo pro qualibet, quas asserebat se mutuo dedisse dicto Palmerio, qui respectiuè mediante apoca obligatione Camerali vallata, & sua manu, vt dicitur, subscripta, eas dicto Equiti soluere promisit, egit contra filios, & hæredes dicti Palmerij coram A. C. qui ad illius fauorem relaxauit mandatũ executiuum contra bona hæreditaria dicti Palmerij, à quo decreto appellarunt dicti filij Palmerij causamq; appellationis mihi cõmitti obtinuerunt cum clausula, *si quid exequendum*, vndè proposito à me dubio, an decretum A. C. esset exequendum Domini negatiuè responderunt tam ex capite nullitatis, quam iniustitiæ.

Nullitas autem deducebatur ex quo fuit relaxatum † 1
mandatum non citatis omnibus Contutoribus à Testato-
re datis, Gratian. *disceptation. 194. numer. 26. & 31.* Nec
erat in potestate Equitis eligere quem tutorem voluerat,
sed Iudex debebat super hoc procedere, Gratian. *loc. cit.*
nu. 35. Quod tanto magis dicendum est in hoc casu, ex quo
pro parte dictorum hæredum fuerat protestatum, quod
non procederetur † nisi citatis omnibus Tutoribus. 2

Iniustitia autem colligebatur ex quo apoca mutui cuius
vigore Dom. Eques prętendit probare suum creditum fuit
recognita per duos testes deponentes taotummodo † de 3
auditu ab ipso Equite, & eius famulis, quod non sufficit,
cum deberent dicere non solum se habere notam manum
Palmerij, qui apocam confecit, sed etiam se fuisse præ-
sentes, quando fuit scripta apoca, quod omninò require-
batur stante † quod ageretur de scriptura priuata, Felin. 4
in capitulo 2. num. 14. de fidei. instrument. Alexander. *consil.*
150. numer. 16. libro 5. Iason. *consil. 184. numero 34. libro 2.*
Rimio. Iun. *consil. 503. num. 13.* Gramm. *decision. 84. per*
tot. & decis. 106. numer. 33. & 34. Afflict. *decision. 181. nu-*
mer. 8. & 9.

Non obstat, quòd testes dicant se habuisse literas, &

apocas subscriptas respectiuè à Palmerio, ex hoc enim apoca, de qua agitur non potest dici sufficienter recognita, &
5 cum ipsi testes non interfuerint subscriptioni, † & recognitionem velint facere per comparationem, tenebantur exhibere apocas, & epistolas, quas dixerunt se à Palmerio recepisse, cum potuerint esse scriptæ ab alio, quàm à Palmerio, Afflict. *d. decis.*181.

Quod non mirum est cum ipsi testes possint facilè decipi ob literarum similitudinem, cum certum sit quod scriben-
6 di † forma multis ex causis quotidie mutetur ad *tradit. per* Vestr. *in prax. cap.* 1. *& ibi annot.* 26. *lib.*6.

Neque obstat quod de stylo Tribunalis A. C. soleat ad-
7 mitti recognitio facta per † testes, qui habeant notam manum ad notata per Vestr. *lib.*6. *cap.* 1. *nu* 8. *versic. Nihilominus* Tiber. *in prax. c.* 33. *nu.* 10. *lib.* 1.

Nam respondetur, quod Rota (quicquid sit de dicto
8 stylo) non admittit dictas recognitiones, † nisi concurrentibus adminiculis, vt fuit dictum coram San. mem. Gregorio XV. *decision.* 389. *num.* 2. Rota *decision.* 124. *numero* 3. *&* 4. *parte secunda*, *diuers. & decision.* 303. *parte prima recent.* & fuit firmatum *in Vlixiponen. Matrimonij* 21. *Iunij* 1613. *coram bona mem Cardinal. Sacrato*, & in alia *Bononien. bonorum de Grifonibus* 24. *Maij coram bo. me. Buratto*.

Quæ adminicula tantum abest vt concurrant in hoc casu, quinimmo adsunt multæ coniecturæ, & præsum-
9 ptiones, quòd apoca, † de qua agitur, esset simulata, quod sufficit ad retardandam executionem obligationis Cameralis, maximè cum simulationis præsumptiones oriantur ex ventre ipsiusmet apochæ Galles. *de obligation. Cameral. quæst.* 17. *numer.* 8. Turrecrem. *cons.* 91. *numer.* 29. *vol.* 1. Cassador. *decisione* 10. *numero* 2. *de rescription.* & fuit dictum *in recanaten. transactionis* 29. *Nouembris* 1562. *coram Gypsio*.

Prima enim coniectura oritur ex quantitate duplarum 1600. quæ ad monetam redactæ ascendunt ad summam scut. 4480. quæ cum non sit modica summa & stante paupertate dicti Palmerij inuerisimile est, quòd Eques dictam
10 summam † mutuo dederit absque vlla cautione, quæ Inuerisimilitudo maximè attenditur ad detegendam simulationem, Cardinal. *consilio* 71. *numer.* 12. *versiculo*, *Et hæc dico* Crauett. *consilio* 156. *num.* 9. *vers. Confirmatur ista conclusio*, Decian. *cons.* 62. *n.* 72. *lib* 3.

Secunda coniectura deducitur ex quo mutuum fuit factum cum dilatione plurium mensium, cum non sit verisimile, quod Eques tantam pecuniarium summam infructiferam pro dicto tempore mutuo dare voluerit,
11 quæ coniectura † deducta ex hac naturali inuerisimilitudine dicitur probabilis Bec. *cons.* 52. *nu* 62. Decian. *cons.* 62. *num.* 69. *lib.* 3.

Tertia coniectura elicitur ex verbis apocæ ibi (*quali prometto pagare al detto Caualier Fr. Francesco*) si enim Eques effectualiter numerasset, mutuoque dedisset dictas pecunias, Palmerius non promisisset soluere, sed
12 restituere, cum verbum restituere † conueniat mutuo magis, quam verbum soluere Menoch. *de præsumpt. præs.* 122. *nu.* 29. *&* 78. *lib.* 3.

Quarta coniectura desumitur ex quo apoca à nullo teste fuit subscripta, ex hoc enim præsumitur facta in occul-
13 to, ne ad aliorum notitiam deueniret, vnde satis † arguitur simulatio Honded. *cons.* 46 *num.* 19. *&* 20. *lib.* 1. Roland. *cons.* 93. *num.* 29. *versic. non obstat*, *& num.* 30. *lib.* 3.

Quinta coniectura pariter deducitur ex debitis contractis per Palmerium a mense Ianuarij ad diem 28. Aprilis 1626. qua dicitur confecta apoca; constat enim medio illo tempore Palmerium accepisse ad Societatem officij scuta quingenta, & ab hac die vigesima octaua Aprilis vsque ad primam mensis Iunij sequentis, & sic spatio triginta trium dierum alia scuta quingenta accepisse, vt apparet ex instrumentis datis in Summario filiorum Palmerij *nu-*
14 *mero* 10 quas pecunias † verisimiliter non accepisset, si cum effectu summa duplarum 1600. ei ab Equite mutuata fuisset, maximè cum non appareat ad quos vsus fuerit conuersa.

Sexta coniectura etiam elicitur ex lectura ipsius apocæ ibi (*auertendo, che della sudetta somma delle doble mille seicento, che sono debitore, mi deue per parte di vino, & altri conti che sono passati frà me e lui circa à scudi* 80. *moneta*) quibus stantibus si pecuniæ cum effectu interuenissent, fuisset ab initio facta compensatio, neque Palmerius constituisset se debitorem in tota summa duplarum mille sexcentarum, quæ ad monetam redactæ ascendunt ad scuta quatuor millia quadringenta octuaginta; sed demptis scutis octuaginta, tantum se debitorem constituisset in scutis quatuor millibus quadringentis.

Septima, & vltima coniectura oritur, ex quo Eques
† recusauit respondere positionibus illi desuper datis 15
l. manifestè, & ibi Doctor. ff. de iureiur. & fuit dictum in Nicien. Decimarum. 27. *Nouembris* 1626. *coram R.P.D. meo Meslino*.

Quibus omnibus coniecturis addi potest quod dictus Palmerius solitus erat ludere, & postea facere huiusmodi apocas, vt deponunt testes in Summario hæredum Palmerij *numer.* 13. & ita ex istis omnibus coniecturis simul iunctis satis remanet probata † simulatio cum ad 16
hunc effectum leues coniecturæ admittantur Honded. *cons.* 33. *num.* 53. *lib.* 2.

Et ità vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. DVRANO EPISCOPO VRGELLEN.

Ariminen. Legitimæ de Scarponibus.

Die Mercurii 5. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Ascendentes, quando debeant imputare in legitimam fructus perceptos ex hæreditate descendentium, Et an eis debeatur legitima de Iure Ciuili, vel de iure Naturali, pro vt debetur liberis, & cui fortiori vinculo debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Ascendentes debent imputare fructus perceptos ex hæreditate filiorum in legitimam.*
2 *Fructus hæreditatis de iure ff. imputabantur in legitimam etiam descendentibus.*
3 *Ius antiquum, quod fructus debeant imputari in legitimam, est correctum, quo ad descendentes, tantum.*
4 *Priuilegium concessum descendentibus, non extenditur ad ascendentes.*
5 *Fructus in Trebellianicam antiquitus imputabantur, sed hoc est correctum, quo ad liberos primi gradus.*
6 *Ascendentes, vt antiquitus, ad imputationem fructus in Trebellianicam tenentur.*
7 *Legitima, & Trebellianicam inter se non differunt.*
8 *Institutus hæres in sua vita tantum, hæc institutio importat solum vsumfructum bonorum.*
9 *Vsusfructus imputatur in legitimam ascendentium.*
10 *Fructus non imputantur in debito iure naturæ, euicumque debeantur.*
11 *Legitima debetur parentibus de iure naturè stricto.*
Rota in conflictu opinionum, eam sequi solet, quæ æquior est, & humanior nu. 11.
12 *Ascendentes respectu legitimæ, sunt pares cum descendentibus.*
Rota auctoritas quantum præponderat, nemini latet. num. 12.
13 *Iudicandum non est ex multitudine auctorum, sed secundum quod iustius, & æquius videtur.*
14 *Legitima parentum an sit æquè debita, tam iure naturali, quàm ciuili, vt legitima liberorum.*
15 *Ascendentibus debetur legitima tantum, de iure ciuili; descendentibus verò etiam de iure naturali.*
16 *Filij non debent thesaurizare parentibus, sed parentes filijs, declara inf. nu.* 53.
17 *Parentibus, quod debeatur legitima de iure naturali, est æquior, & verior opinio.*
18 *Legitima tripliciter considerari potest.*
19 *Legitima à solo iure Ciuili assumpsit nomen.*
20 *Decimæ, quo ad quotam sunt de iure positiuo.*
Filijs antiquitus debebatur totum patrimonium, & postea de iure Codicis fuit quarta nu. 20.
21 *Legitima de Iure Auth. fuit aucta, & restricta iuxta numerum liberorum.*
22 *Ius naturale est immutabile.*
23 *Legitima regulariter accipitur in iure pro necessariis alimentis.*
24 *Legitima non minus debita est parentibus iure naturæ, quàm liberis.*

25 *Paren-*

25 *Parentes honorare, non solum comprehendit hoc quartum præceptum Decnlogi, sed etiam e.s necessaria alimenta snbministrari.*

26 *Bart. & Bald. declarantur. & nu. 31.*

27 *Parentum educatio non conuenit alijs animalibus, sed benè educatio liberorum.*

28 *Pater non est alendus à filio iure naturali, sed ratione naturali.*

29 *Parentum educatio, licet non sit de iure naturali, prout conuenit generi animalium, est tamen pro vt conuenit speciei hominum. vide. n. 30. & 34.*

32 *Domina rerum sunt lege Diuina hominibus condonata.*

33 *Dominia de iure naturali primæuo non erant distincta, & propria.*

35 *Legitima sumpta pro alimentis, fortiori vinculo debetur parentibus, quam liberis.*

36 *Filius si habeat patrem, & filium in eadem necessitate constitutos, & habent tantum quantum vni sufficiat, est patri potius, quàm filio subueniendum, & quare num. 37.*

38 *Legitima parentibus & filijs diuitibus etiam est danda.*

39 *Legitima quando à lege, vel consuetudine minui, & in totum tolli potest.*

40 *Legitima datur parentibus, & liberis diuitibus ob honorem sanguinis, vel in eius retributionem. nu. 41.*

42 *Pater, & filius vna, eademque persona carne, & natura reputantur.*

43 *Filij plus honoris, & reuerentiæ debent parentibus quàm è contra.*

44 *Filij à parentibus totum habent, parentes vero à filijs nihil.*

45 *Filij parentibus multum debent, parentes autem nihil, & qui debet, oportet reddere.*

46 *Ratio non omnis facit in homine ius naturale, sed illa sola, quæ à principijs iuris naturalis gentium immediate destruat.*

47 *Ius ciuiles ex circumstantijs temporum, locorum & personarum variatur.*

48 *Legitima non deriuat ex primis principijs iuris naturalis.*

49 *Tex. in l. eum ratio ff. de bon. damnat. declaratur, & etiam tex. in l. scripta. §. fin. Vad. lib. n. 50.*

51 *Pater in necessarijs filio suo potius, quàm patri suo subuenire tenetur.*

Natura prona est ad obliuionem recepti beneficij, num. 51.

52 *Naturalis inclinatio, quæ quandoque à ratione deuiat, non facit ius naturale.*

53 *Auctoritas D. Pauli 2. Corinth. cap. 12. quando habeat locum.*

54 *Ascendentes non tenentur fructus imputare in legitimam sicuti nec imputant filij & n. 55. 58. & 59.*

56 *Ius antiquum, quod plus deferebat filijs masculis quàm fœminis, est correctum.*

57 *Vitium maximum esset, facere differentiam, vbi natura illam non facit.*

60 *In legitima ascendentium non potest apponi grauamen, sed tollitur ipso iure.*

61 *Parentibus, si minus legitima sit relictum, agunt ad supplementum, sed non ita filij num. 62.*

63 *Legitimæ supplementum debitum ascendentibus transmittitur ad quoscunque hæredes.*

64 *Legitima ascendentibus debet relinqui titulo institutionis.*

65 *Legitima debetur ascendentibus cum fructibus legitimæ à die mortis, sicut & filijs.*

66 *Legitimę ascendentium, & descendentium de iure ff. erant æquiparatæ, quo ad fructuum imputationem in legitimam.*

67 *Duo vbi æquiparantur à iure antiquo, si postea ius nouum disponit aliquid circa vnum, illud etiam dicitur dispositum in alio.*

68 *Correlatiuorum natura est, vt vno posito, seu remoto, aliud etiam ponatur, seu remoueatur, maxime vbi militat eadem ratio, n. 69.*

70 *Fructus, quare non imputentur in legitimam filiorum.*

71 *Legitima ascendentium debet esse de substantia defuncti, & nu. 72.*

73 *Legitima debetur ascendentibus purè, & ipso iure à die mortis.*

74 *Debitum exactum non admittit compensationem.*

75 *Tex. in l. Papinianus §. Vnde, si quis, ff. de inoffic. test. declaratur.*

76 *Patres, & filij quo ad legitimam sunt expressè adæquati.*

78 *Proprietas, & non vsusfructus censetur relicta, quando non exprimitur.*

DECISIO LXII.

GAbriel Gabrielius Iuniperam eius Matrem vita sua durante tantum hæredem instituit, cui post mortem substituit Dominos de Suardis, cum autem Iunipera hæreditate adita, & multis fructibus ex ea perceptis obierit institutis hæredibus Dominis de Scarpionibus, fuit orta lis inter ipsos, & Dominos de Suardis substitutos, mihi de partium consensu commissa, An in casu sequuto sit locus detractioni legitimæ debitę Iuniperę vti matri in bonis prædicti testatoris, vel ea sit imputanda in dictis fructibus per eam perceptis.

Dicebant Domini de Suardis pro † imputatione stare 1
magis communem, & receptam opinionem, quia illam
sequuti sunt Bald. *in cap. si Pater in fin. de testam. in 6.* &
ibi Franch. *numer. 21. vers. sed ipsi ascendentes*, Alex. *in l.
filius familias* 18. *sub num. 4. ff. ad leg. falcid. & in l. in fidei-
commissariam num. 9 ff. ad Trebellian.* Petr. de Rauenn. *sin-
gul. 132. in princip.* Rip. *in l. in quartam numer. 127. vers. 2.
intellige ff. ad leg. falcid.* & ibi Pic. *numer. 285. vers. imò
fortius, &* Berengar. Ferdinand. *in cap. 1. numer. 9. vers.
differunt 7.* idem Rip. *in l. in fideicommissariam num.* 83. Fa-
bian de Mont. *in authent. nouissima nu. 12. post med. vers. sed
quid è contra*, Roder. Suar. *in l. quoniam in prioribus am-
pliat 16 num. 5.* Petr. *de fideicomm. q. 15. num.* 8. Cucc. *de le-
gitim. in verbo ex substantia num.* 44. Caualcan. *de vsufruct.
mulier. relict. numer. 18. post med.* Rostic. *ad l. cum Auus
lib. 7. capit. 9. numer.* 16. Crass. *in §. Trebellianica quæst. 12.
in fin.* Pappon. *lib. 2. arrest. tit. 7. arrest.* 2. Scac. *de iudic. lib.
2. cap. 9 num.* 1189. Gratian. *discept. foren. cap. 449. num.*
5. Francisc. de Barr. *de success. lib. 16. tit. 7. num.* 4. Mantic.
de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 10. num. 22. Cancer. *va-
riar. resolut. cap. 20. nu. 127. lib.* 3. Rimin. *cons. 1244. num.
74. & 103.* Bern. *cons. 35. sub num. 38. lib.* 2. Roland. *con-
sil. 39. num. 22. lib.* 3. Cephal. *cons. 399. nu 5.* cum quatuor
sequentibus, Surd. *cons. 341. nu. 33. & latius cons. 388. per
tot & decis. 21. numer.* 12. Guidop. *decis.* 478. quam etiam
communem dicunt Ioan. de Garron. Eman. Cost. Pere-
grin. Marescott. Fusar. Modern. Forol. & alij licèt ipsi
contrarium teneant in locis infra citandis, & com-
munem etiam dixit Rota apud Seraphin. *dec. 1361.
num. 5.*

Fundatur potissimum dicta communis opinio in *l. Papi-
nianus §. vnde si quis ff. de inoff. testam.* vbi de iure antiquo
digestorum fructus † huiusmodi, quibuscunque etiam de- 2
scendentibus imputabantur in legitimam, vndè cum post
per ius nouum codicis in *l. scimus §. repletionem de inoff. te-
stam.* fuerit ius illud antiquum quoad descendentes expres-
sè correctum, & quoad ascendentes nihil reperiatur † im- 3
mutatum, consequens est, vt ad huc hodie dispositio di-
cti §. vnde si quis respectu ascendentium remaneat in con-
cussa ad *l. præcipimus C. de appellat.* Priuilegium enim con-
cessum descendentibus † non extenditur ad ascendentes 4
Rostic. vbi supr. *n. 15.*

Præterea hoc ipsum coadiuuatur, quia iura † antiqua, 5
quæ absolutè, & simpliciter disponebant fructus in Tre-
bellianicam imputari *l. filius familias 17. ff. ad leg. falcid.* &
In dicta *l. Papinianus. §. conditionis* sunt correcta in liberis
primi gradus, qui per *l. iubemus. C. ad Trebell.* non tenen-
tur eos imputare, & tamen dispositio dictæ *l. iubemus*, &
sic correctio iuris antiqui non extenditur ad ascendentes,
qui adhuc, † vt antiquitus ad dictam imputationem te- 6
nentur Bart. *in d. l. filius nu.* 3. & ibi Angel. *circa med. vers.
tamen parentes*, Imol. *num.* 3. Alex. *n.* 4. Ias. *in l. qui se pa-
tris nu. 62. ad med. vers. item liberi C. vnde liber.* Pic. *in d. l.
in quartam nu.* 285. & ibidem Bereng. *c. 3. num.* 29. Menoc.
de arbitr. cas. 256. n. 49. Rimin. Iun. *cons. 244. nu.* 103. ergò
idem dicendum est in legitima, quia nulla videtur con-
grua disparitatis † ratio assignari posse, vt notat Surd. *de- 7
cis. 21. nu. 11. & seqq.*

Demum in casu isto speciali quadam ratione videtur
imputationi locum esse, quia enim mater fuerit instituta in
vita sua † tantum, hæc institutio videtur solum importare 8

vsumfructum bonorum, & hæreditatis filijs, itaut mater interim fuerit constituta vsufructuaria Bellon. consil. 6. num. 44. Capic. decis. 108. num. 7. Gabr. de hæred. inst. conclus. 2. num. 5. Menoch. præsumpt. 133. n. 12. & præsumpt. sequen. num. 7. lib. 4. Surd. de aliment. tit. 2. q. 11. n. 9. Vsus-
9 fructus autem † iuxta opinionem, quam Rota sequitur imputatur in legitimam, Rot. coram Seraph. decis. 1365. n. 6. & sequentibus, & coram Greg. XV. decis. 186. num. 2. & 3. vbi Add. & in Ciuitatis Castelli supplementi legitimę 11. Martij 1626. coram Reuerendissimo Patriarcha Hierosolymitano, & ad hæc reducuntur alia, quæ pro eadem sententia informantes adducebant.

Propter quas difficultates, & maximè quia causa erat exemplaris, & nunquam per Rotam in specie decisa, cum proponeretur die prima Februarij præteriti fuit dilata, & ordinatum, ut omnes Domini illam viderent. Vnde hodie iterum proposita, duo ex Dominis cum communi tenebant pro imputatione sed nihilominus fuit resolutum contrarium, & in primis visum fuit, quòd pondere Doctorum, præsertim moderniorum hæc sententia non esset minus approbata, quia illam tenet Bald. sibi contrarius in d.
10 §. vnde si quis, vbi quod fructus † non imputantur in debito iure naturæ cuicunque debeantur, qui tamen in l. fin.
11 C. quor. bon. tenet legitimam deberi parentibus † de iure naturæ stricto, fuit etiam de mente Rotæ in d. decis. 1365 dum illam dicit humaniorem, cum Rota in conflictu opinionum eam sequi soleat, quæ ęquior est, & humanior,
12 idem in decis. 668. par. 1. diuers. vbi quod parentes † respectu legitimæ sunt pares cum descendentibus. Quantum aut præponderet Rotæ auctoritas nemini latet, & vlterius eamdem sequuti sunt Socc. Iunior. cons. 64. lib. 2. Corn. cons. 176. in 1. dub. lib. 3. Rimin. Iun cons. 259. n. 31. Ioan. de Garron. in authent. ex testamento numer. 32. C. de secund. nupt. Mathesil. in l. filium quem habentem nu. 73. vers. quinimò C. famil. hercis. Hieron. Laurent. in fortioribus terminis in l. in fideicommissariam num. 69. cum sequentibus ff. ad leg. falcid. Peregr. de fideicommis. ar. 49. nu. 49. Eman. Cost. in repet. cap. si pater in glos. priuari non possit nu. 73. Mangil. de imputat. & detract. quæst. 11 n. 10 Marescott variar. resol. lib. 2 cap 86 nu. 10. vers. ratio est Fusar. de fideicom. substit. q. 660. Moder. Forolju. in tract. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæst. 32. nu. 15.

Sed quod apud Dominos plus vrgebat, est ipsa ratio, quia vt inquit Tex. in l. 1. §. sed nec C. de veter. iur. enuclean.
13 non ex multitudine † auctorum iudicandum est, sed secundum quod iustius, & æquius videtur, cum possit vnus, &c. l. penultima C. quæ sit longa consuetud. cap Cappellanus extra de ferijs, Abb. in cap. tua nos nu. 8. de vsur. Felin. in in cap. 1. circa fin. de constit. & Rota decis. 214. nu. 2. apud Reuerendiss. D. meum Decanum, quod autem hæc sententia sit æquior patet ad sensum, & sufficit Rotæ auctoritas in dicta dec. 1365. apud Seraphin. quòd verò sit iustior
14 totum pendet ab eo, An legitima † parentum sit æquè debita tam iure naturali, quàm ciuili, vt legitima liberorum, & sic, An parentibus etiam debeatur ipso iure, sicuti liberis debetur per dictam l. scimus in princ. quia quatenus sic, militat in vtraque legitima quoad imputationem prorsus eadem ratio, sin autem non dispositio text. in d. §. repletionem non est extendenda ad parentes vndè de hoc ante omnia videndum erit.

15 Et quod parentibus debeatur † legitima tantum de iure ciuili, liberis verò etiam de iure naturali, tenet communis opinio cum Bart. in l. si quis à liberis §. vel si parens, qui loquitur in Matre ff. de liber. agnoscen. Bald. sibi contrarius in l. 1. §. ius naturale in fin. primæ lectur. ff. de iust. & iur. Alex. in dicta l. filius familias ff. de leg. ad l. Falcid. Rip. l. 1. respons. c. 5. Ludouic. Roman. cons. 370. in fin. Dec. cons. 19 cum alijs adductis à Petr. de fideicomm. q. 15. nu. 79. & per Menchac. lib. 2. de succes. creat. §. 20. par 2. num. 301. Gabr. lib. 2. comm. opin. tit. de legit. conclus. 1. n. 18. Ioan. Garz. de expens. & melior. cap. 4. num. 55. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 1. nu 28. pro quibus facit tex. in l. nam & si parentibus ff. de inoffic. testam. l. scripto versic. fin. ff. vnd. lib. l. cum ratio in princ. ff. de bon. damnat. & illud Pauli 2. ad Corin-
16 thios cap. 12. quod filij † non debent thesaurizare parentibus, sed parentes filijs, & habetur in cap. cum Apost. §. prohibemus de censibus & in cap. Prædicator 16. qu. 1. & ibi Glos. & commun. Doct.

Sed contraria opinio, scilicet quòd etiam parentibus
17 debeatur legitima de iure naturali est æquior, & † verior quàm sequitur Bald. in d. l. fin. C. quor. bonor. Bero. in cap. Raynutius nu. 229. de testam. Couar. in epitom. ad 4. decretal. 2. par. c. 8. §. 6. num 5. versic. nec mihi placet Roder. Suar. vbi supra lim. 2. Didac. Perez 2 p. ord. reg. li. 5. tit. 2. lib. 1. l. 1. in addi. vers. sed quod sit debita Ioan. Gutier. lib. 5. pract. quæst. ciuili quæst. 82. num. 9. cum sequentibus, vbi plures cumulat, ad hoc latè prosequitur, & sentit Roc. in dict. decis. 668. & benè probat Text. in l. fin. C. quor. bonor. ibi & lex ipsa naturæ successores eos facit, & in authent. de Hæred. & falcid. §. primum itaque collat. ibi tanquam hoc secundum ipsam naturam eis debeatur, quale est filijs, & nepotibus, patribus, atque matribus, vbi etiam Bart. num. 8. sibi contrarius, & cap. si Pater de testam in 6. ibi absque deductione Trebellianicæ, siuè partis iure naturæ debitæ.

Sed vt magis veritas elucescat est illa altius perquirenda, vnde aduertendum est, quòd legitima in casu nostro
potest † tripliciter considerari, Primò quoad nomen, & 18
quotam: Secundò prout debita filijs, & parentibus egentibus pro necessarijs alimentis; & tandem, prout etiam debetur liberis, & parentibus diuitibus, & omnimodo considerata semper est tam debita parentibus, quàm liberis, de quibus singulariter est videndum.

Legitima pro modo sumpta, videlicet quoad nomen † 19
certum est, quòd illud à solo iure ciuili assumpsit Salic. in authent. nouissima n. 10. vers. quæro 11. C. de inoffic. test. & idem dicendum est de quota Roderic. Suar. in l. quoniam in prioribus limit. 2. n. 3. Couar. ad 4. decretal. 2. part. cap. 8. num. 4. & 5. Rota decis. 1. de consuetud. in nou. sicut etiam
decimæ, † quoad quotam sunt de iure positiuo Couar. lib. 20
1. variar. cap. 17. quod etiam inde clarè conspicitur, quòd antiquitus debebatur filio totum patrimonium l. in suis ff. de liber. & posthum. postea de iure codicis fuit quarta l. cum quæritur C. de inoffic. testam. quę de iure authenticorum
fuit aucta, † restricta iuxta numerum liberorum, prout 21
etiam legitima ascendentium, quæ iuxta opinionē Butrigat. quam Rota sequitur etiam aucta fuit ex tex. qui benè hoc probat in §. 1 in authent. de trien. & semiss. versic. hoc obseruando, & ibi gloss. in verb. personis, Bart. & Bald. in auth nouissima in fin. C. de inoffic. testam. idem Bart. in l. pater filium num. 6 ff. eod. tit. Peregr. d. art. 49 n. 47. Viu. decis. 405. nu. 19. & Thesar. decis. 172 Ius autem naturale
† est immutabile §. sed naturalia Instit. de iur. natur. gent. 22
& ciu. Igitur vtraque legitima quoad nomen, & quotam est de iure ciuili, & ideò vtraque etiam, dummodo supersint alimenta, per legem, aut consuetudinem minui aut tolli potest Rota dicta decis. 1. de consuet. in nouis, Con. & Ioan. Gutt. vbi suprà, vndè in hoc pares sunt liberi, & parentes quoad legitimam.

Si verò legitima sumatur secundo modo, nempè vt de-
bita † pro necessarijs alimentis, vt regulariter accipitur in 23
iure, §. 1. de trient. & semiss. ibi & natura primò curata competenter, Soccin Sen. cons. 30. num. 3. lib. 1. Menoch. cons. 1192. n. 12. & Rota in dicta decis. 1. de consuetud. clarum est contra Bart. & Rip. & plures alios supracitatos,
quòd non est minus † debita parentibus de iure naturæ, 24
quàm liberis, quando quidem eodem iure naturali, quo parentes tenentur filios alere, & filij quoque parentes, d. l. si quis à liberis, § si mater in fin. ff. de liber. agnoscen. ibi patrem quamuis alia filio naturali ratione debeat, & constat ex D. Paulo ad Romanos 2. in illis verbis gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ sunt legis, faciunt id est ea, quæ sunt de lege naturali, qualia sunt præcepta moralia, quę dubio procul ad dictamen legis naturalis spectant, c. fin. distinct. 6. D. Th. 2. 2. q. 100. art. 1. Sot. de iust. & iur. lib. 2. q. 3. art. 1. Cou. d. c. 17. n. 1. sub quarto autem
præcepto † Decalogi, non solùm continetur honorare pa- 25
rentes, sed etiam necessaria alimenta eis ministrari ex D. Hieronymo in Matthæum c. 15. & D. Thom. 2. 2. quæst. 22. ar. 5 & in 3. sent. distinct. 17. art. 2. quæst. 1.

Nec obstat si dicatur cum Bart. & Bald. & alijs supra re- 26
latis legitimam sic sumptam non esse respectu ascendentium de iure naturali, quia illud est omnibus animalibus commune, l. 1. §. ius naturale, ff. de instit. & iur. edu-
catio autem † parentum non conuenit alijs animalibus, be- 27
nè autem educatio filiorum: Vnde idem Bart. in d. l. si quis à liberis, §. parens, respondet ad text. in d. §. si mater eiusdem legis, quod pater non est alendus à filio iure natura-
li, † sed ratione naturali, quasi hæc inter se differant, quia 28
respondetur, quòd licèt educatio parentum non sit de iure naturali, prout conuenit generi animaliũ, est tamen de iure naturali prout conuenit speciei hominũ, quod ius natu-

rale

rale gentium appellatur, alioquin, quod homo sit rationa-
30 lis, & quod sit † capax prudentiæ, & temperantiæ, &
operationis secundum rectam rationem, quia hæc alijs ani-
malibus non conueniunt, non essent in homine de iure na-
turali, nec in volatilibus volare, quia non conuenit homi-
nibus, quod esset penitus erroneum iuxtà doctrinam D.
Th. *p. 2. q. 51. art. 1. & q. 63. art. 5. & q. 94. per tot. & notat.* Al-
phons. *à vera.* Cucc. *in specul. coniugat. p. par. art. 5.* Roderic.
Suar. *d. limit. 2. num. 5.*

31 Sed nec legitima filiorum si Bart. doctrina † esset vera,
esset de iure naturali (vt etiam plures cum Dec. *in dicto*
cons. 17. sunt arbitrati) non solùm, quia in alijs animalibus
non dantur rerum dominia, sine quibus non potest dari de-
32 bitum legitimæ, sed etiam quia quamuis rerum † domi-
nia sint lege diuina hominibus condonata iuxta illud psal-
mi, *omnia subiecisti sub pedibus eius*, tamen inter, eos de iu-
re naturali primæuo dominia non erant distincta, & pro-
33 pria cuiusque, sed † omnia erant communia, *l. ex hoc iure,*
ff. de iust. & iur. & c. si quis propter necessitatem, vbi *glos. ex-*
tra de furt.

Nec ex quo ius hoc non conuenit alijs animalibus est in
homine minus naturale, quàm illud, quòd omnibus con-
34 uenit, quia planum est, quòd non est in homine † minus
naturale actum prudentiæ, vel temperantiæ habere, vel
inclinationem ad bonum, in quantum est animal ratio-
nale, quàm est in certis animalibus filiorum procreatio, &
educatio, cum enim in homine non sit minus naturale esse
rationabile, sic etiam, nec vt tale operari, prout non ob-
scurè deprehenditur ea *verb. Text. in d. §. ius gentium* in illis
verbis, *ius gentium est, quo gentes humanæ vtuntur, quod*
à naturali recedere, inde licèt faciè intelligere, quod
illud omnibus animantibus hoc solis hominibus inter se
commune est, igitur hac sola differentia sublata sunt,
idem ex D. Thom. Alphons. à Ver. & Roder. Suarez
vbi supra.

35 Vnde facilè deprehenditur, quod legitima sic † pro ali-
mentis sumpta non solùm debetur parentibus de iure na-
turali, sed etiam quod eis debetur fortiori vinculo natu-
rali, quàm filijs iuxta doctrinam D. Thom *2. 2. qu. 36. art.*
36 *9.* vbi quòd si quis habet † patrem, & filium in eadem ne-
cessitate constitutos, nec vtrumque alere possit, habet ta-
men, quantum vni sufficit, est patri potius, quàm filio
subueniendum, & ratio est, quia cum ius naturale in ho-
mine, ex ratione naturali quanto fortior est ratio natura-
37 lis, quæ dubio procul potentior est erga † parentes, à qui-
bus filij esse habent, *c. nasci 56. distinct.* quibus propterea ex
Arist. *4. ethicorum* non potest sufficienter retribui, & cum
D. Thom. tenent communiter Doctores, Bellam. *in c. par-*
simonia 41. distinct. Cyn. *post* Iacob. *de Rauen. in l. 2. C. de pa-*
trib. qui fil. distrax. & alij plures, quos allegat, & sequitur
Surd *de aliment. qu. 94. per tot. tit primo.*

Demum legitima consideratur quoad parentes, & filios
38 diuites, & non egentes alimentis, quibus † etiam il-
la debetur, non autem debentur alimenta, Cyn. *in l. sci-*
mus verb legitimam, C. de nupt. Salyc. *in authen. nouissima, C.*
de inoff. test. Corn. *consilio 316. num. 4. vers. & negatur, vol. 1.*
Surd. *de aliment. tit. 9. q. 2. num. 2.* & hoc modo sumpta est de
39 iure ciuili etiam quoad filios, quæ ideò quoad eos † non
minùs, quàm quoad parentes per l. aut consuetudinem
minui, & in totum tolli potest ex Rot. *d. decis. 1. de consue-*
tud. in nou. Dec *dicto cons. 19. num. 5.* Couar. & Ioan. Guttier.
vbi supra, & est communis omnium sententia: Vnde,
etiam legitima in hoc sensu non magis debetur filijs, quàm
parentibus.

40 Quod etiam ratione probatur, quia ius ciuile, † dum
etiam liberis, & parentibus diuitibus legitimam portionem
assignat, nullam aliam potuit rationem habere nisi aut
ob honorem sanguinis *argum. l. 1. §. largius, ff. de success. edict.*
41 aut in quamdam † sanguinis retributionem *authent. vt*
cum de appell. cognosc. §. hæc autem disposuimus, vers. vnde,
& constat, & iuxta vtramque rationem par, aut potior
est parentum causa, si enim consideremus honorem san-
42 guinis, pater, † & filius vna, & eadem persona, carne,
& natura reputantur, *l. nec cum filiof. milias, ff. de furt. c. con-*
tradicimus 35 quæst. 3. & c. pœnitentia, de pœnit. dist. 3 Vltra
43 quod iuxta diuinum præceptum ratione sanguinis † plus
honoris, & reuerentiæ debent filij parentibus, quam è con-
uerso Exod. *20. ecclesi. 7. & cap. quæritur 2. q. 7.* Si verò atten-
44 denda sit sanguinis retributio filij à parentibus † totum
parentes autem à filijs nihil habent, vt autem inquit Tul-
lius, *lib. 1. offic. illud primum est in officio, vt ei plurimum tri-*
buamus, à quo plurimum accepimus, imitantes agros fertiles,
qui multo plus offerunt, quam acceperunt, Vndè si retribu-
tionis contentio sit inter filios, & parentes, & ipsa ratio
subtilius exquiratur, filij parentibus multum, parentes
autem † filijs nihil debent, cum enim, qui debet oportet 45
reddere.

Nec propterea, ex quo legitima sic sumpta est rationi
consona, erit debita de iure naturali, quia non omnis † ra- 46
tio facit in homine ius naturale, sed illa sola, quæ à pri-
mis principijs iuris naturalis gentium immediatè deriua-
tur, qualis est illa (vt supra dictum est) quæ dictat patres,
& filios teneri mutuò inter se ad necessaria alimenta: Da-
tur autem & ciuilis ratio, vnde ius ciuile emanat, *l. ex hoc*
iure in fin. ibi *exceptis quibusdam, quæ à iure ciuili introductæ*
sunt, ff. de iust. & iur. quæ sicut & ius † ciuile ex circum- 47
stantijs temporum, locorum, & personarum variatur ad
text. in cap. non debet de consang. & affin. & ab ea proue-
nit legitima hoc modo considerata, quia clarum est,
quòd illa † non deriuatur ex primis principijs iuris natu- 48
ralis.

Ex quibus patet, vndique, & omni iure tàm ciuili, quàm
naturali, legitimam non esse minus debitam parentibus,
quàm filijs. Vndè non obstant iura supra allegata pro con-
traria opinione, quia † *text. in d. l. cum ratio, ff. de bon. da-* 49
mnat. Solùm probat, quòd successio filiorũ in bonis paren-
tum est de iure naturali, quod non negatur, quoad legiti-
mam, *tex. verò in d. l. nam & si parentib. ff. de inoff. test.* po-
tius probat etiam legitimam parentum esse de iure natu-
rali, dum claris verbis dicit, quòd turbato mortalitatis
ordine, non minus debetur parentibus hæreditas filiorum,
quàm è conuerso. *Ad † text. verò in d. l. scripto, §. fin. vnde* 50
liber. qui magis obstat vltra dua subtiles solutiones,
quas assignat Emanuel Cost. *vbi supra numer. 39.* po-
test etiam aptissimè responderi, quod *Text.* ille solùm
concludit, legitimam non ita esse debitam parentibus in
bonis filij, sicut è conuerso in bonis parentum ex voto pa-
rentum, idest ex naturali eorum stimulo, & inclinatione,
quod dubio procul est verum, quia etiã † in necessarijs pa- 51
ter filio suo potius, quàm patri suo subueniret, ita prona
est natura ad obliuiscendum recepti officij, hæc autem na-
turalis † inclinatio, quæ quandoque à ratione deuiat, non 52
facit ius naturale, & ideò non est attendenda, sed solùm
attendi debet ratio naturalis, quæ si non plus, æqualiter
sine dubio versatur erga filios, & parentes quoad legiti-
mam sumptam pro necessarijs alimentis, circumscripto
autem parentum voto probat *text.* ille legitimam deberi
parentibus, sicut & filijs, illa enim verba ibi *ratio misera-*
tionis idem important, quod ratio naturalis; atque ideò
idem quod ius naturale; tandem auctoritas † Diui Pauli, 53
quod filij non tenentur thesaurizare parentibus, intelligi
debet præter necessaria alimenta.

Cum itaque, vt dictum est legitima omni modo consi-
derata, non minus debeatur parentibus, quàm filijs, & sit
inter eos quoad illam vna, eademque ratio, consequenter † 54
ex identitate rationis mater in casu nostro non tenetur in
legitimam fructus imputare, sicut nec filij illam imputant
ex *d. l. scimus*, vt in simili arguit, Decian. *respons. 79. num. 13.*
vol. 2. sed præterea probatur † etiam iuribus, & rationi- 55
bus vrgentissimis. Primò expendi potest *text. optimus in*
auth. de trien. & semiss. §. consideremus in vers. nam si hoc Col-
lat. 3. vbi corrigitur ius † antiquum, quod plus deferebat fi- 56
lijs masculis, quàm fœminis, & assignatur causa correctio-
nis ibi *sicut enim natura nihil circa hoc arte ratiocinatur, ita*
nec nos alteram in masculis, & alteram in fœminis secundum
hoc ponimus legem, &c. & in l. maximum vitium, C. de lib.
præter. dicitur vitium † maximum facere differentiam, 57
vbi natura illam non facit, ergo inter vtramque legiti-
mam, quæ nec iure ciuili nec naturali differunt non est fa-
cienda differentia quoad imputationem.

Secundò ad hoc ipsum ex eadem ratione, & magis in
specie expendi etiam potest, *Text. elegans in auth. vt*
cum de appellat. cognosc. §. hæc autem disposuimus, vbi
postquam dictum fuit, quòd filijs, atque parentibus,
quibus minus legitima relinquitur, datur pariter actio
ad supplementum. Imperator proponendo eis vti specu-
lum mutuam obligationem naturalem, eos admonet,
vt se æqualiter quoad legitimam in vltimis elogijs hono-
rent, quia vt inquit, *considerare debent parentes, quod ipsi fi-*
lij fuerunt, & eadem à suis parentibus sperauerunt, & simili-
ter, qui nunc filij sunt, debent studere parentum animos sa-
nare, quia & ipsi parentes fieri desiderant, & à suis filijs
optant

optant honorari: ergo ex identitate eiusdem rationis na-
turalis meritò credendum est, quod idem Imperator in
58 † dicta *l. scimus*, *§. repletionem*, noluit parentibus impu-
tari fructus, qui filijs per dicta *l. non imputantur*, perinde
ac si hoc fuisset in eadem lege expresse cautum ad *l. illud*,
ff. ad leg. Aquil. qui text. in dicto, *§. hæc autem*, eò magis
vrget, quod Imperator in eo, dicit repletionem legitimę
parentum esse faciendam secundùm alias eiusdem Impe-
ratoris leges, sed sic est, quòd repletio non fit nisi per *l.
omni modo*, *&* *l. scimus*, *C. de inoffic. testam.* ergo patet,
59 † quòd per d. authent. voluit extendere dictas leges ad as-
cendentes, vt etiam animaduertit Accurs. *in glos. ibi verb.
leges*.

Tertiò, quia ex eadem identitatis ratione legitima as-
cendentium est aucta sicut legitima descendentium, vt
60 fuit dictum supra. Rursus in ea non potest apponi † gra-
uamen, sed tollitur ipso iure, sicut in legitima descen-
dentium, *l. quoniam in prioribus*, *C. de inoffic. testam.* Rot.
61 *dicta decis.* 668. *n.* 3. Præterea si † minus legitima relictum
sit, parentes agunt ad supplementum, & non de inoffi-
62 cioso, sicut & † descendentes, *glos. in d. l. omni modo*, *verb.
cum alijs personis*, *&* *authent. vt cum de appell. cognosc. d. §.
hæc autem* Guidopap. *dicta quæst.* 478. *&* Rota *dicta decis.*
63 668. vbi etiam quod legitimæ supplementum debitum †
ascendentibus transmittitur ad quoscunque heredes etiam
extraneos, quamuis non declarauerint illud velle sicut
transmittitur supplementum debitum descendentibus, &
64 & relinqui etiam eis † debet legitima titulo institutionis,
prout descendentibus, Clar. *in §. testamentum quæst.* 38. *n.*
8. Thesaur. *dec.* 58. *n.* 1. *&* Pereg. *d. ar.* 39. *n.* 48. & demum
65 sicut legitima † debetur descendentibus cum fructibus le-
gitimæ à die mortis, ita & ascendentibus Decian. *dicto
cons.* 79. *nu.* 13. *cum sequentibus*.

66 Quartò, quia secundùm † ius digestorum legitimæ as-
cendentium, & descendentium erant æquiparatæ circa
fructuum imputationem, quia fructus in vtramque legi-
timam imputabantur dicta *l. Papinianus*, *§. vnde si ff. de
inoff. test.* *Propterea d. l. scimus* postea superuenta, quæ
disponit, vt repletio fiat ex substantia patris non ex fru-
ctibus, habet etiam locum in legitima ascendentium, quia
67 vbi duo † æquiparantur à iure antiquo, & postmodum ius
nouum disponit aliquid circa vnum, illud intelligitur dis-
ponere in alio *vulg. text. in l. si quis seruo*, *C. de furt.* Bart.
in l. Marcellus in princ. num. 6. *ff. ad Trebellian.* hæc enim est
68 natura † correlatiuorum, vt vno posito, seu remoto, aliud
etiam ponatur, seu remoueatur, Bald. *in l.* 2. *num.* 3. *C. si
69 aduers. transact.* præsertim quando, vt hic, militat † ea-
dem ratio, vt in puncto, & in fortioribus terminis Hier.
Laur. *vbi supra n.* 75. *cum sequentibus*.

Quintò ideò per *Text. in d. l. scimus*, *§. repletionem* fru-
70 ctus non imputantur in legitimam filiorum, quia † reple-
tio debet fieri ex ipsa substantia patris, idest ex bonis re-
pertis in hæreditate, & ratio assignatur in princip. *d. l.* ni-
mirum, quia sicut filijs debetur legitima purè, & ipso iu-
re à morte Testatoris, ita etiam repletio fit purè, & ipso
iure, ex qua ratione infert postea Imperator ad repletio-
nem ex sola substantia, & non ex fructibus, vt patet ex
verbis *Text.* quæ sequuntur ibi *sancimus itaque*, *&c.* ergo
71 cum etiam legitima † ascendentium debeatur ex substan-
tia defuncti, *§. discretis*, *versic. si verò filios non habuerit in
authent. quibus mod. natur. eff. sui*, *& in auth. de trien. &
semiss. §.* 1. ibi, *sed etiam partem substantiæ*, iuncto *vers.
hæc obseruando*, qui versiculus loquitur de legitima ascen-
dentium, vt ibi notat *glos. in verb. hoc*, *& in authent. de
hæred. & falcid. §.* primum itaque propterea, sicut fructus
72 † non imputantur in legitimam filiorum, quia non sunt
de substantia testatoris, ex quo scillicèt non fuerunt in eius
bonis tempore mortis, *l. in fideicommissariam*, *ff. ad Tre-
bellian.* Bart. *in d. l. scimus*, *nu.* 2. *& dixit* Rota *in dicta Ci-
uitatis Castelli supplementi legitimæ* 11. *Maij* 1616. *coram Re-
uerendissimo Patriarcha Hierosolymitano*, nec etiam impu-
tantur in legitimam parentum.

73 Tandem quia stante, quod parentibus † debetur legi-
tima purè, & ipso iure à die mortis, & fit etiam repletio
purè, prout ex supradictis apparet non esse dubitandum, &
in puncto decidit Rot. *in prædicta dec* 668. necessariũ etiam
videtur, vt fructus non possint in legitimã eorũ imputari,
74 quia debitum † exactum non admittit compensationem,
Cyn. *in dicta l. scimus*, *num.* 2. *vers. postea*, Salicet. *ibidem
in princ.* Peregr. *de fideicomm. dicto artic.* 49. *num* 49 Man-
gil. *de imputat. q.* 11. *nu.* 10. *& seqq.* Fusar. & Modern. Fo-
roliuien. *vbi supra*.

Nec obstant argumenta supra in contrarium adducta
pro communi opinione, quia ad primum desumptum ex
dicta † *l. Papinianus*, *§. vndè si parens*, patet clara respon- 75
sio ex supradictis. Ad secundum de differentia, quæ ver-
satur inter patres, & filios quoad imputationem fructuum
in Trebellianica sufficit dicere, quòd hic non versamur in
dicta imputatione, sed in illa, quæ fit in legitimam, cuius
eadem est ratio inter parentes, & filios, & in omnem ca-
sum sat est, vt à iure patres, † & filij quoad legitimam 76
sint expresse exæquati in dicto *§. hæc autem in authent. vt
cum de appell. cognosc.* non autem quoad Trebelliani-
cam.

Ad vltimum, quo dicebatur matrem institutam, vita
sua durante tantùm esse vsufructuariam, vsumfructum
† autem in legitimam imputari ex dicta *decis.* Seraphin 77
1365. Domini habuerunt pro indubitato quòd non intret
dicta decisio, quia mater durante vita sua non fuit vsufru-
ctuaria, sed proprietaria, tum quia regula est, vt dum non
exprimitur censeatur relicta proprietas, † non vsusfructus 78
l. si alij, *& l. filios hæredes ff. de vsufruct. legat.* *& benè* Socc.
cons. 10. *n.* 11. *vers.* 1. *quia ex verbis vol.* 1. Ruin. *cons.* 25. *n.* 9.
vol. 2. Mant. *de coniect. vltim. vol. lib.* 9. *tit.* 2. *num.* 5. tum
etiam quia alioquin fideicommissum post mortem hære-
dis relictum non esset conditionale, quia statim à die mor-
tis testatoris ad fideicommissarium spectaret proprietas,
quod non est dicendum.

Et ita, vtraque parte informante, fuit decisum, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.

D. CARD. VBALDO.

Meliten. Collectarum.

Die Veneris 7. Maij 1627.

A R G V M E N T V M.

Tractatur de exemptione Religionis Hierosolymitanæ, & eius bonorum, ac personarum, à quibuscunque contributionibus, exactionibus, collectis, &c. cum immediatè sub iurisdictione sedis Apostolicę subiaceant, ita vt quiuis alius præter vnum Summum Pontificem super illis collectas imponere non possit.

S V M M A R I V M.

1 *Religio Hierasalimitana, & Magnus Prior Alemaniæ, necnon Commendatores, & bona d. Religionis, & Prioratus, non tenentur concurrere cum statu Prælatarum in contributionibus Prouinciæ.*
2 *Religio Hierosolymitana, & eius bona & personæ, sunt specialiter exempta à quibuscunque exactionibus, contributionibus, collectis, datijs, &c.*
3 *Religio Hierasolymitana, eius bona, & personæ sunt recepta sub protectione B. Petri, & Sedis Apostolicæ & exempta sunt ab omni superioritate tàm Ecclesiastica, quàm temporali.*
4 *Priuilegia, quando sunt concepta verbis generalibus, & vniuersalibus, debent latissimè interpręṭari.*
5 *Priuilegia, quando concipiuntur verbis vniuersalibus, comprehendunt etiam ea, quę aliàs non comprehenderentur.*
6 *Et ideò comprehendunt casum necessitatis, seu publicæ vtilitatis.*
7 *Religio Hierosolymitana est immediatè subiecta Sedi Apostolicæ.*
8 *Collectas imponere est actus iurisdictionis.*
9 *Iurisdictionis actus in non subditos exerceri non possunt.*
10 *Superior non potest præiudicare priuilegijs Religionis.*

DE-

DECISIO LXIII.

FVit hodie dubitatum, An religio Hierosolymitana,
& magnus Prior Alemaniæ, necnon Commendato-
1 res, † & bona dictæ Religionis, & Prioratus teneantur
concurrere cum statu prælatorum in contributionibus
Prouinciæ, seu Prouinciarum Alsatiæ, & Brisgouiæ, &
Domini absque aliqua difficultate negatiuè responderunt,
quia huiusmodi casus fuit aliàs maturè discussus, & de-
cisus *in Leodien. collectarum 19. Martij 1604. coram bon.
mem. Ortembergo, quæ est decisio 72. part. 1. in recent. con-
firmata 19. Aprilis 1619. coram bon. memor. Burutto*, vbi
similiter clerus secundarius Leodien. prætendebat Com-
mendatorem Sancti Ioannis Leodien. teneri ad collectas,
& fuit ad fauorem Commendatoris resolutum, quòd
non teneretur, & fundamenta dictarum decisionum,
quæ etiam hodie Dominis placuerunt, fuerunt amplissi-
ma priuilegia per summos Pontifices concessa Religioni
2 Hierosolymitanæ, per † quæ Religio, & eius bona,
& personæ sunt specialiter exempta à quibuscunque exa-
ctionibus, contributionibus, gabellis, datijs, colle-
ctis, &c. eodemque contextu sub protectione Beati Pe-
tri, & Sedis Apostolicæ recipiuntur, & liberantur ab
3 omni † superioritate, & potestate quorumcunque Pa-
triarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, &
Prælatorum, necnon quorumcunque temporalium do-
minorum quauis potestate etiam Imperiali, Regali, Du-
cali fulgentium, vt late in dictis priuilegijs, præsertim
Pij Quarti, cuius copia data fuit in summario numer 3.
& dictorum priuilegiorum verba latissimè ponderantur
per Decian. *resp. 51. num. 13. & seqq. lib. 3. & in dictis
decisionibus Leodien. coram bon. mem. Ortembergo, & Bu-
rutto*.

4 Et quidem cum dicta priuilegia sint concepta † verbis
generalibus, & vniuersalibus, & præsertim verbo *que-
cumque, quorumcunque*, & similibus, debent latissimè
5 interpretari, adeout dicantur comprehendere † etiam
ea, quæ aliàs non comprehenderentur, Dec. *cons.* 199.
numer. 2. & 3. Rot. *decis. 368. num. 5. & decis. 791. num.*
10. *part. 1. diuers. cum alijs per* Honded. *cons. 86. numer.*
6 15. *& seqq lib. 2.* & ideò comprehendunt † etiam ca-
sum necessitatis, seu publicæ vtilitatis, Alex. *in l. si
ex toto sub numer. 6. ff. de leg. 1. & cons. 30. numer. 14. lib.
5. & in puncto* Decian. *d. consilio 51. numer. 22. vol. 3.* &
benè deducitur in dictis decisionibus coram Ortembergo,
& Buratto, quibus nihil addi posse videtur. Cum igitur
7 Religio † Hierosolymitana, illiusque bona, & perso-
næ sint immediatè sub iurisdictione Sedis Apostolicæ cum
exemptione ab aliorum quorumcunque iurisdictione, vt
supra, non potuit quiuis alius præter vnum summum
Pontificem super illis collectas imponere, quia huiusmo-
8 di † impositio est actus iurisdictionis Alex. *cons. 78. num.
8. in fin. lib. 6.* Soccin. *consil. 129. numer. 1. circa med. lib.
1.* Surd. *cons. 262. num. 27. in fin. & 28.* qui propterea
9 exerceri † non potest in non subditum, Bartol. *in l. vni-
ca, numer. 25. C. de mulier. lib. 10.* Natt. *cons. 160. num.
7. & seq. cum alijs per* Surd. *cons. 325. numer. 13.* & latè
deducitur in supradicta decisione coram Ortembergo.

Non obstat si aliquando fuerunt collectæ ab aliquo ex
prædecessoribus Magni Prioris solutæ, quia isti non po-
10 tuerunt † præiudicare priuilegijs Religionis, illiusque
bona prætensis futuris contributionibus subijcere, vt
per Felin. *in cap. cum accessissent numer. 8. de constit.* Natt.
cons. 160. num. 46. vol. 1.

Et ità decisum &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO DECANO.

Nouarien. Decimarum.

Die Veneris 7. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Decimarum perceptio de Iure communi spectat ad Rectorem. Et an, & quando Episcopus possit agere pro omnibus decimis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam super quarta decimarum.*

2 *Parochiani incolæ tenentur respondere de decimis suis Rectoribus, & non Episcopo.*

3 *Decimarum collectio de iure communi spectat ad Rectorem.*

4 *C. quantam, &c. dudum de decim. intellectus.*

5 *Dispositio vna aliam non destruit.*

6 *Episcopus potest nomine Ecclesiæ Parochialis, agere pro omnibus decimis, cum teneatur illas conseruare.*

7 *Ordinarij habeat intentionem fundatam, quo ad petitionem nomine suarum Ecclesiarum Parochialium.*

8 *Episcopi habent in decimatorijs prædijs ius reale, & coæquale cum Rectoribus.*

9 *Decimarum coæqualitas, quam habent Episcopi cum Rectoribus, non potest tolli per negligentiam, aut malitiam Rectorum.*

10 *Actio simultanea admittitur, quando Episcopus, vel Rector agunt pro decimis.*

11 *Episcopus potest fundare intentionem suam contra Laicos, & alios quoscunque pro decimis prædialibus.*

12 *Decimæ, quod debeant percipi à Rectoribus, & ab ipsis Episcopi exigant quartam, non est tuta opinio.*

13 *Decimarum perceptio, licèt de iure communi pertineat ad Ecclesiam Parochialem, non per hoc Episcopi excluduntur.*

14 *Episcopus, quando non prohibeatur pro sua canonica portione agere.*

15 *Laici licèt consuetudine non possint se eximere à solutione decimarum, possunt tamen eas coarctare.*

16 *Locutio nihil plus tribuit, quàm fuit in ea conuentum.*

17 *Scripturæ magis, quàm testibus credendum est.*

DECISIO LXIV.

AGente Domino Episcopo pro decimis mensæ Episcopali debitis pro sua quota ex territorio oppidi de Camero Nauarien. diœcesis, colligendis; nomine Communitatis, & hominum eiusdem loci excipiebatur de non iure Episcopi respectu quartæ decimarum, & quatenus de eo constaret, semper obstare præscriptionem respectu quotæ, nempè librarum 70. quæ solutæ fuerunt in eadem, & vniformi quantitate per annos 80. & vltra Episcopis scientibus, & recipientibus, & cum suscepta esset disputatio super præscriptione, & sæpius examinata hæc quæstio, nempè 10. Iunij 1626. & 14. Decembris eiusdem anni tunc præcipiendo, vt informaretur strictè, an Episcopus habeat fundatam intentionem contra parochianos in casu, de quo agitur, hodie eadem causa reproposita visum fuit Dominis non obstare præscriptionem.

Quia vera est conclusio, quod Episcopus fundat † in- 1
tentionem suam super quarta decimarum, & de iure debita, *cap. quoniam* ibi *sua parte retenta, cap. dudum* ibi *intentione sua de iure communi fundata de decim. cap. vnic 10. quæst. 3. conquerente de offic. ordin. cap. finali de success. ab intest.* Host. Abb. Card. Butr. Io. Andr. & Anch. *in cap. de quarta de præscript. ac demum idem* Hostien, Ioann. Andr. & Abb. *in d. cap. cum contingat de decim.* quorum auctoritate Rota *decis. 31. numer. 5. part. 2. diuers.* firmauit hanc opinionem esse communem, & Rebuff. eandem tenuit *de decim. quæst. 7. numer. 11.* Rot. *decis. 402. num. 1. part. 2. recent.* Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 6. num. 87. & 88.*

Neque obstat, quòd opinio prædicta benè procedat contra Rectorem, à quo Episcopus exigere debet suam ca-
nonicam portionem, non autem contra parochianos † in- 2
colas,

cl͡ias , qui tenentur respondere de decimis suo Rectori ,
& non Episcopo , *cap. cum contingat de Decim.* ibi *quòd*
cum perceptio decimarum ad parochiales Ecclesias de iure
communi pertineat , *& c. cum in tua eod. tit.* ibi *alioqain*
3 *parochialibus exoluantar*, ad quas de iure communi †
spectat perceptio decimarum , Castr. *consil.* 38. *per to-*
tam part. 1. Seraph. *decis.* 1449. *num.* 5. *decis.* 319. *num.* 2.
coram PP. Gregor. XV. vbi agitur de decimis Ecclesiæ No-
uarien.

Quia Hostien. sentiens hanc contrarietatem, illam
conciliat *in d. cap. cum contingat, num.* 1. *vers. vnde*: nam
4 verum est , † quòd *cap. quoniam, & cap. dudum*, dicunt
Episcopum fundare suam intentionem in portione cano-
nica, *& in cap. cum contingat , & cap. cum in tua de iure*
communi, decimas spectare ad Ecclesias parochiales , sed
ioquit ille Episcopus fundat quoad canonicam, parochia-
5 lis verò Ecclesia quoad alia , & ita vna dispositio † aliam
non destruit , se benè inter se conueniunt, & Ioan. An-
dr. *in d. cap. cum contingat. numer.* 4. sequitur hanc di-
stinctionem ; propterea aut Rector non est in causa, aut
negligit exigere decimas, & Episcopus pro sua portione
canonica potest agere iure proprio ; aut vult agere pro
6 omnibus decimis, & etiam † potest, sed nomine Eccle-
siæ parochialis , cui tenetur illas conseruare, *cap. finali*
de success. ab intest. Hostien. *in d. cap. cum contingat , num.*
2. *&* Ioan. Andr. *in d. cap. quoniam num.* 3. asserentes Or-
7 dinarios † habere etiam fundatam intentionem quoad
petitionem nomine suarum Ecclesiarum Parochialium ,
quod etiam admisit , Rota *in Carinen decimarum* 13.
Martij 1587. *coram Orano*, & per hanc distinctionem
conueniunt decisiones *coram bon. mem. Cardin. Pamphilio* ,
& bon. mem. Iusto in Ceachen. decimarum dell' Infantado ,
quæ inferuntur *in decis.* 442. 485. *&* 520. *part.* 1. *recent. &*
postmodum coram bon. mem. Andrea 18. *Decembris* 1617.
8 in quibus fuit firmatum † Episcopum habere in prædijs
decimatorijs ius reale , & coæquale cum Rectoribus , &
esse inter se quasi partionarios, & prout tales nuncupan-
tur per Hostien. *in d. cap. quoniam , num.* 2. *&* Ioan. An-
dr. *num.* 3. *de Decim.* quæ realitas , & coæqualitas tolli
9 non potest † per negligentiam , aut malitiam Rectorum
non comparentium , cum sit fundata in proprio iure
immediato , non autem mediato ex persona Rectorum ;
similiter si idem Rector est in causa , & Episcopus simul
agentes contra laicos parochianos , minor esset difficul-
10 tas : quia vterque agit ex iure suo , & admittitur † ista
simultanea actio in *Ceruien. decimarum* 22. *April.* 1602.
coram bon. mem. Peaia , ac demum quando Rector neque
est in causa , aut negligit , sed esse , aut agere , aut ne-
gligere non potest : quia decimæ ad illum non pertinent ,
qui est casus noster , tunc iura non prohibent , quin Epi-
11 scopus fundet intentionem † suam contra laicos , & alios
quoscunque pro decimis prædialibus , *cap. finali de suc-*
cess. ab intest. cap. quoniam, & cap. dudum de Decim. &
idem admittitur in *Possauien. decimarum* 18. *Martij* 1591.
coram Gipsio , ex quibus patet consequentiam , quam
faciunt Castr. *in d. cons.* 38. *& decis.* 519. *coram PP.*
12 *Gregor. XV.* non esse tutam , quod decimæ † debent
percipi à Rectoribus , & ab ipsis Episcopi exigunt quar-
tam , & sic mediatè non autem immediatè à laicis; quia
etsi *cap. cum contingat , & cap. cum in tua*, expresè di-
cant perceptionem decimarum de iure communi pertinere
13 ad Ecclesias parochiales , non tamen excludunt † Epi-
scopos , quin & ipsi fundent intentionem quoad eorum
canonicam portionem , iuxta *cap. quoniam, & cap. du-*
dum eodem tit. attenta compatibilitate , quam ponit Ho-
stien. vt dicebam in *d. cap. cum contingat , num.* 1. *vers.*
non obstat de Decim. quod autem Rector non percipiat
decimas huius parochialis , sed Capitulum ,& Episcopi
per tempora benè colligitur ex indulto *Pauli II. & Iulii II.*
& sententijs Rotalibus super æstimatione fructuum deci-
malium ad euitandam occultationem eorundem per ex-
colentes prædia , quæ dantur , & de eis fit mentio in
decis. 96 *&* 104. *part.* 1. *diuers. & in alia Nouarien. de-*
cimarum 16. *Ianuar.* 1604. *coram bon. mem. Card. Lancel.*
iuniore , & ex instrumentis locationum datis, ex quibus
apparet , quod capitulum percipit duas ex tribus parti-
bus pro indiuiso , illasque pro indiuiso locauit Commu-
nitati pro saccis annuis 280 & libris 300. lini ; Episcopi
verò per tempora locarunt eorum portionem eisdem ho-
minibus , & communitati pro libris 70. vt patet ex in-
strumentis exhibitis per eandem Communitatem de an-
nis 1543. 1592. 1601. 1602. & 1608. ac etiam ex con-
cordia anni 1478. in qua enunciatur diuisio inter Capitu-
lum , et mensam Episcopalem ; ita vt benè infertatur
huiusmodi oppidum Cameri fuisse antiquitus sub cura
Ecclesiæ Cathedralis , et prout testis vltimo loco exami-
natus deponit , & exinde in erectione nouæ parochiæ
decimas remansisse penes Ecclesiam principalem , quo
casu non prohibetur † Episcopus , pro sua canonica por- 14
tione agere , vt in supradicta *decis. Tossanen. decimarum,*
& alijs allegatis per Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 6. *num.* 88. fuit
firmatum .

Posito autem fundamento intentionis Episcopi , resul-
tat indubitata resolutio quoad non obstantiam præscri-
ptionis allegatæ per homines, & Communitatem Came-
ri , siue illam accipiamus strictè , prout est præscriptio ,
siue laro modo prout est consuetudo , ac demum † non 15
vt eximens Communitatem à totali solutione decima-
rum ; sed vt restricta ad modum , & quantitatem sol-
uendi , quæ laicis videtur permissa , Guidopap. *decis.*
284. Couarru. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 8. *versic.*
6. cum alijs allegatis per Monetam *de decim. cap.* 5. *qu.* 1.
num. 87.

Hæc inquam postrema, de qua verè agit Communitas,
probata non videtur ; nam si illa deducatur ex instrumen-
tis solutionum , firmari non potest consuetudo , quia in
multis exprimitur causa solutionis , nempè pro affictu ,
& satisfactione fictorum locatorum , prout legitur in in-
strumentis anni 1243. 1597. 1599. 1601. 1602. & 1608 cæ-
teræ autem tanquam generales recipiunt eundem sensum;
vnde nihil prohibet , quod finita locatione dominus pos-
sit vti iure suo , ex quo locatio † nihil plùs tribuat, quàm 16
fuerit in ea conuentum, Dec. *cons.* 402. *num.* 15. Crauet.
cons. 171. *num.* 14. Rot. *decis.* 469. *num.* 2. *part.* 2. *recent.*
& iste titulus locationis eò magis videtur comprobari ex
instrumentis , qui dantur in summario Episcopi , num.
2. & 5. in quibus patet Communitatem conduxisse hanc
partem decimæ pro saccis 25. siliginis, & de anno 1530.
transegisse super tota summa debita , ita vt subsequens
solutio librarum 70. ex præambula causa ficti fuerit con-
tinuata , & inducta , si verò hæc eadem consuetudo de-
ducatur ex 13. testibus in causa examinatis, & datis in
summario Communitatis; quamuis deponant solutio-
nem librarum 70. processisse ex antiqua conuentione facta
inter Episcopum , & Communitatem , attamen depo-
nunt de auditu , & ignorant causam solutionis, quæ ta-
men in instrumentis productis exprimitur , quinimò se
referunt ad quietantias exhibitas, quæ de affictu loquun-
tur , atque ita vel relatis standum est , vel scripturæ † 17
magis , quàm testibus credendum est , *l. census , ff. de*
proba. cap. tertio loco , vbi gloss. in versic. testium circa
medium eod. tit. Roman. *cons.* 319. *num.* 1. *&* Cassan. *cons.*
16 *num.* 1. *cum alijs alleg. in Cauallicen. feudi* 26. *Aprilis*
1613. *coram me*.

Et ita, &c.

Adsunt infrà in hac causa plures decisiones, idest sub die- ¶
bus 16 Decembris 1627 & 19. Ianuarij , & 19. Februa-
rij , & 5. Decembris 1629. coram eodem R. P. D. Pirouano Decano , sunt decisiones 122. 230. 253. 327. & 357. &
in sequenti parte adsunt aliæ sub diebus 10. Iunij 1630. &
26. Februarij 1631. coram eodem , & 29. Aprilis 1633. &
1. Decembris 1634. coram R.P.D. Verospio , sunt decisio-
nes 334. 31. 357. & 311.

REVERENDISS. P.D. DVRANO EPISCOPO VRGELLEN.

Meleuitana bonorum.

Die Veneris 7. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Vltimæ voluntates , quando commutantur à Papa in aliam causam cum conditione, quod omnes habentes interesse consentiant , tunc enim omnes sunt citandi , saltem per edictum , aliàs talis commutatio non substinetur.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Papa per clausulam, dummodò omnium, non videtur velle se restringere ad certum numerum.*
2 *Testatoris voluntas, si sit commutanda, omnes interesse habentes sunt citandi, saltem per edictum, & num. 9. 11. & 13.*
3 *Arbitrium regulatur à Iure, & solùm operatur, vt eius rigor moderetur, suadente æquitate*
4 *Arbitrium non dat facultatem lædendi ius partis.*
5 *Rescripta, & concessiones Principum intelligi debent sine alterius damno, & iniuria*
6 *Clausula, Consito, facit executorem mixtum.*
7 *Executor, cum clausula, Consito, nihil potest nisi verificatis narratis per veras probationes, cum partis citatione. num. 8.*
10 *Citandus, an sit, qui etiam ius certum non habet.*
12 *Citatio per proclama est necessaria contra interesse putantes, quando agitur de eorum præiudicio.*
14 *Testantium voluntates præcisè sunt seruandæ.*
15 *Testantium voluntates, nisi ex magna causa commutari debent.*
16 *Causa iusta commutandi vltimas voluntates; quæ sit.*
17 *Ad Papam recurritur, si per indirectum voluntates testatorum impediuntur.*
18 *Clausulæ, dummodò, natura;*
19 *Arbitrium non in dubiis, non in claris intrat.*
20 *Dictio, supradicti, idem importat, ac si præcedentia expressè, ac nominatim repetita forent.*
21 *Citatio per edictum non est difficilis.*
22 *Modus quantumus difficilis de facto saltem, & quatenus licet, est obseruandus, & pro viribus exequendus.*
23 *Sedes Apostolica non solet commutare defunctorum voluntates, nisi ex magna causa, vel quando adest consensus omnium interesse habentium.*

DECISIO LXV.

HIeronyma Chiantar ex honesta, & antiqua familia huius cognominis Insulæ Melitæ in testamento, quo decessit de mense Augusti anni 1618. mandauit Confraternitati Charitatis, quam hæredem instituit, vt in Ciuitate Melitæ fundaret vnum Monasterium puellarum Virginum, in quo semper adesse voluit octo moniales ex d. familia gratis, & absque dote recipiendas, eligendas tamen per dictam Confraternitatem ex puellis Casalis Segeheu: & in earum defectum ex omnibus puellis aliorum locorum d. insulæ, ita tamen, quòd puellæ d. familiæ si reperiantur, debeant semper præferri.

Verùm Moniales Conuertitæ eiusdem Ciuitatis de mense Maij 1621. & sic adhuc non transactis tribus annis à die conditi testamenti narrata testatricis dispositione, & quod eius bona erant adeò debitis obnoxia, vt non sufficerent pro constructione dicti noui Monasterij, & Monialium sustentatione, quòdque Superiores erigendi licentiam dare recusabant, ubtinuerunt à Sede Apostolica commutari dictam voluntatem, & bona hæreditatis eis applicari inserta tamen in breui hac clausula, *Dummodò puellarum omnium vocatarum prædictarum, & in Monasterio recipiendarum ad hoc accedat assensus, & non aliàs.* Cuius commutationis execurio commissa fuit Ordinario Meliten. cum clausnla, *Consito*, qui in executionem dictæ gratiæ requisito solùm consensu quatuor puellarum dictæ familiæ electarum per dictam Confraternitatem, quæ etiam iam receptæ fuerant in dicto Monasterio, alijs tamen pluribus puellis eiusdem familiæ, quæ extabant, non citatis, bona dictæ hæreditatis prædicto Monasterio applicauit, sed quia se opposuit dicta familia de Chiantar, causa commissa in Rota bon. mem. Seleuicen. fuit dubitatum, an obstaret defectus consensus aliarum puellarum dictæ familiæ tunc exilientium, & *die* 10. *Ianuar.* 1625. fuit affirmatiuè decisum, & resolutionis ratio fuit,
1 quòd Papa per dictam clausulam, † *dummodò puellarum omnium, &c.* noluit se restringere ad certum earum numerum, sed voluit omnium consensum requiri, quia etiam omnium intererat testatricis dispositionem non
2 commutari, quæ propterea debuerunt citari † saltem per edictum, Put. *decis.* 91. *lib.* 3. *in nou.*

Verùm Monasterium voluit iterum audiri, sed disputatione adhuc pendente, causa tamen sæpius iam proposita, sub prætextu euitandi difficultates, & dubietates Dominorum, presertim circa interpretationem, & intellectum dictę clausulę, obtinuit mihi rescribi, vt reiecto, & omisso quocumque verborum rigore, sensu, ac mente dictę commutationis, & applicationis procederem in hac causa arbitrio Rotę, vndè hodie dubitaui, an intret arbitrium itaut sit standum, vel recedendum à decisis, & Domini vnanimi omnium voto responderunt, illud non intrare, sed standum in vltimo loco decisis, & moti
fuerunt, quia arbitrium † regulatur à iure, & solùm 3
operatur, vt eius rigor moderetur, suadente ęquitate, Cæs de Grass. *decis.* 8. *numer.* 2. *de re iudic. Tarraconen. canonicatus* 12. *Nouembris* 1607. *coram bon. mem. Scotto, quæ est apud* Marches. *fol.* 343. *part.* 1. non tamen dat
facultatem † lædendi ius partis. Bart. *in extrauag. ad re-* 4
primendam in verb. videbitur numer. 10. *& in l. ambitiosa numer.* 2. *ff. de decr. ab ordin. facien. &* Rota *decis.* 652.
numer. 2. *in fin. part.* 2. *recent.* Concessiones enim, † & 5
rescripta Principum debent intelligi sine alterius damno, & iniuria, *l.* 2. *§. merito, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publ.* Ruin. *cons.* 175. *num.* 6. *lib.* 1. *& latè* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 48. *in princip.* Si autem arbitrium in casu nostro ad fauorem Monasterij, & contra dictam familiam interponeretur, esset contra ius, & contra æquitatem & quod magis est, contra verba clara Papæ, vt ex seqq singula discurrendo patebit.

In primis est contra ius, quia in literis adest clausula, † 6
Consito, quæ facit executorem mixtum, Rota *decis.* 79.
num. 1. *par. recent.* Itaut exequutor nihil possit, † nisi iu- 7
stificatis narratis, Paris. *cons.* 41. *numer.* 14. *lib.* 4. Rolan. *cons.* 63 *numer.* 20. *cum seqq. lib.* 3. Put. *decis.* 275. *num.* 1. *lib.* 2. & per veras probationes, Felin. *in rubr. de probat.*
numer. 3. *&* Bellam. *decis.* 471. quæ iustificatio † propte- 8
rea fieri debet cum partis citatione, *glos. in clem. præsenti de censib. in verb. constiterit*, Rota *decis.* 21. *de rescript. in antiq. & latè* Mart. *claus.* 19. *num.* 1. *part.* 1. Vnde cum dictæ puellæ, quarum, vt patet ad oculum, intererat
voluntatem non commurari, non fuerint citatæ, † con- 9
sequenter esset contra iuris dispositionem, vt eis contradicentibus intraret arbitrium, Put. *decis.* 300. *libro* 3. *in nou. impress.*

Neque obstat si dicatur, quòd singulæ puellæ dictæ fa-
miliæ cùm sint incertæ, & † ius certum, non habeant, 10
nisi quatenus eligantur à Confratetnitate non debuerunt citari, *glos. in l. de vnoquoque, ff. de re iudic.* Vant. *de nullit. ex defect. citat. numer.* 19 quia quicquid sit quoad validitatem sententiæ hoc vnum certum est quoad iusti-
tiam, & earum præiudicium † debuisse citari saltim per 11
edictum, *l. si eo tempore, vbi* Bart. *C. de remiss. pignor.* Put. *d. decis.* 91. Acchill. *decis* 3. *de re iudic.* Seraphin.
decis. 1241. vbi quod Rota perpetuò obseruauit, † vt sal- 12
tim fiat citatio per proclama contra interesse putantes, &c. quantò magis quòd puellæ dictæ familiæ Casalis Sigeheu in specie vocatę non possunt dici incertæ, quia poterat facilè haberi de illis certa notitia, & ius earum est certum in genere, ex quo testator iussit, quòd in nouo Monasterio deberent semper esse octo puellę dicti Casalis ex dicta familia: vnde dum iuxta literas Apostolicas quatuor solùm sunt assumendę, fit alijs saltim in genere pręiudicium certum, & irreparabile, quo fit, vt etiam in gene-
re, † & per edictum debuerint requiri, & citari ex Bar- 13
tol. vbi supra, & Soccin. *consilio* 282. *num.* 4 *lib.* 2.

Deinde quod intraret arbitrium ad fauorem Monasterij Conuertitarum esset contra æquitatem, quia ęquitas sua-
det, vt vuluntates † testantium pręcisè obseruentur, *auth.* 14
de nuptijs, §. disponat, nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quàm vt supremę voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod iterùm non reddit arbitrium, vt inquit,
text. in l. 1. *C. de sacros. eccles.* vndè ęquum non est, vt
fiat † commutatio vltimę voluntatis, nisi ex magna cau- 15
sa, vt statuit *Concil. Trident. sess.* 23. *cap* 6. *de reform. & prius Clem quia contingit de relig. domib. & ius. ciuile in l. legatum, ff. de admin. rer. ad Ciuit. pertin.*

Neque obstant causę Papę narratę, de quibus in prędictis litteris, nempè quod Superior recusabat impartiri licentiam fundandi dictum nouum Monasterium, ex quo in eadem Ciuitate erant iam alia tria Monasteria, & quod bona testatricis sunt debitis, et legatis obnoxia, quę ideò
non sufficiunt pro noua fundatione, quę sola de iure † est 16
legitima causa commutandi vltimam voluntatem, iuxta *text. in l. legatum, ff. de vsufruct. legat. & l. fin ff. de oper. nou. publ. cap. nos quidem de testamentis* Ludou. Roman,

fing.

fing. 481. *Cappell. Tholos. decis.* 26. quia imò dicta narratiua
ideò magis excludit arbitrium ad fauorem Monialium,
& facit vt illud intret ad fauorem familiæ, etenim vltra
quod illa non est iustificata, & iustificatio debuit fieri ci-
tatis puellis de familia, & in omnem casum Papa noluit
fieri commutationem, nisi quatenus accederet omnium
puellarum vocatarum consensus, vti mox probabitur;
Respondetur etiam quod potius ex actis videtur dari fu-
mus, bona testatoris sufficere pro dicta noua fundatione,
& alendis puellis in nouo Monasterio ingrediendis, & eò
magis quod debita, & legata non sunt attendenda, quia
iuxta præscriptum testatricis, illa debent prius solui ex
fructibus, & redditibus, quo stante Ordinarius non
posset denegare licentiam iuxta *d. clem. quia contingit*,
17 alioquin posset meritò † ad Papam recurri, ex quo per in-
directum esset testatricis voluntatem impedire.

Tandem verba literarum sunt clara contra arbitrium
ex d. clausula *ibi dummodo omnium puellarum prædictarum,*
18 *&c.* Tum ponderando dictionem, † *dummodo*, quæ im-
portat, vt non secundo modo, sub quo gratia facta fuit,
nempè non consentientibus omnibus puellis, & mul-
tò magis nec illis citatis agi possit ad resolutionem, &
restitutionem rei datæ, Rota *decis.* 1. *de condit. appos. in*
nou. Menoch. *consilio* 134. *num.* 27. quæ cum sit vniuersa-
lis, & nihil penitus excludat elicitur ex ea, quòd Papa
noluit se restringere ad certum, & limitatum numerum
puellarum, sed quod omnes voluit comprehendi, vt be-
19 nè *in dec.* in hac causa facta. Vnde † cum non versemur
in dubijs, sed in claris, non intrat arbitrium, Rota *de-*
cis. 725. *num.* 2. *par.* 2. *recentior.*

Nec releuat si dicatur, quod illa verba ibi, *dummodò*
omnium puellarum vocatarum prædictarum, &c. sunt de-
claranda, & restringenda per alia verba immediatè se-
quentia, ibi, *& in monasterio recipiendarum*, itaut so-
lum debeat requiri consensus quatuor puellarum, quæ
tantùm iuxta dictas literas apostolicas sunt recipien. quia
sensus iste repugnat omninò menti, & verbis Papæ, Re-
pugnat menti, quia Papa ob nihil aliud voluit requiri
consensum puellarum recipiendarum, nisi ratione præiu-
dicij. Vndè cum dictis quatuor puellis recipiendis, seu
iam receptis nullum fiat præiudicium, ex quo iam suum
habet intentum, & non possent contradicendo plus con-
sequi: consequenter frustra earum consensus esset requi-
rendus, quo fit, vt iuxta mentem Papæ, pernecesse re-
quiri debeat consensus earum, quæ iuxta literas apostoli-
cas non sunt recipiendæ. Repugnat verbis, quia in prin-
cipio literarum fit mentio de omnibus puellis vocatis, &
de octo recipiendis, vndè dum Papa commutat testatricis
voluntatem, & disponendo, quòd recipiantur in alio
Monasterio reducit illas ad quatuor, & postea inconti-
nenti addit, *dummodo omnium puellarum vocatarum præ-*
dictarum, & in Monasterio recipiendarum ad hoc accedat
assensus, & non aliàs clarum est quod intellexit de assen-
20 su omnium absolutè † de quibus supra facta fuit mentio,
perinde ac si illas nominasset per *reg. text. in l. qui ex li-*
bris, ff. de vulg. & pupill. Alexand. *cons.* 140. *vol.* 6. Surd.
cons. 163. *num.* 14. *& cons.* 394. *numer.* 4. *&* 5. Rota *decis.*
713 *numer.* 2. *&* 3. *part.* 1. *diuers. & decis.* 713. *num.* 2. *&*
3. *part.* 1. *recent.* & tanto magis quia negari non potest,
quin gratia reddatur magis iustificata cùm consensu om-
nium, quàm cum consensu quatuor recipiendarum:
quo fit, vt eò magis sit facienda interpretatio, per
quam verba Papæ referantur ad intellectum iuris, itaut
reddant gratiam iustam, & magis rationabilem, prout
etiam magis rationabile est, quòd requiratur consensus
non recipiendarum, quia recipiendæ eo ipso debebant
consentire.

Non obstat, quòd sic intelligendo, gratia fuisset val-
dè difficilis, ac penè impossibilis, quia vltrà quod non
21 est difficilis † citatio per edictum cum non versemur in
gratia motu proprio, hoc non attenditur, Felin. *in cap.*
causam quæ numer. 8. *de rescript.* Sed solùm quod Papa
voluerit requiri consensum omnium vocatarum, & ali-
22 ter non concedere, modus enim quantumuis difficilis de
facto saltem, & quatenus licet, est obseruandus, &
pro viribus exequendus, Alciat. *in l. impossibilis num.* 13.
ff. de verbor. oblig. & cum Monasterium tractet de lucro
captando non debet conqueri, quòd apposita fuerit con-
ditio, seu modus difficilis, præsertim in subiecta mate-
ria commutationis, & derogationis vltimæ voluntatis,
23 cui Sedes † Apostolica non solet deferre, nisi ex magna
causa, vel quando adest consensus omnium habentium
interesse, *Cappell. Tholos.* vbi supra, vt multò minus
quando, vt hic, vltima voluntas est recens, vnde po-
tius credendum est, quòd ex certa scientia ad denotandam
difficultatem concessionis voluit etiam requiri consensum
recipiendarum, non ad effectum limitandi priora verba;
sed ampliandi, itaut non solùm puellarum vocatarum:
& non recipiendarum, sed etiam earum, quæ erant re-
cipiendæ, deberet consensus expectari, quia fortè etiam
illæ vellent potius ingredi in Monasterium Virginum, &
cum puellis propriæ familiæ commorari, & profiteri iu-
xta voluntatem testatricis, quam in Monasterio mulie-
rum pœnitentium.

Et ita, &c. vtraque, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Colonien. Canonicatus Sanctæ Vrsulæ.

Die Veneris 14. Maij 1627.

A R G V M E N T V M.

Subrogato vigore subrogationis gratiosæ, quibus non obstantibus, immissio denegari non possit.

S V M M A R I V M.

1 *Preces Imperiales capiunt etiam beneficia vacantia ex causa resignationis.*

2 *Extrauag. ad regimen de præben. inter alia beneficia reseruat illa, quæ vacant apud sedem.*

3 *Beneficia dicuntur vacare apud sedem, stante resignatione facta in manibus Papæ. & num. 6.*

4 *Decis. in causa Corduben. Cappellaniæ coram Cordub. declaratur.*

5 *Beneficium, quando dimittitur propter decretum de dimittendo, tunc si dimittatur in partibus, & licèt sit reseruatum, & in Curia vacare dicitur, non tamen dicitur vacare apud Sedem.*

7 *Prouisus de beneficio ab Ordinario, si possident, est legitimus contradictor ad impediendum immissionem.*

8 *Text. in cap si à Sede. de præben. in 6.*

9 *Prouisus ab Ordinario, si concurrat cum prouiso Apostolico obtinere non potest.*

D E C I S I O LXVI.

FVerunt in hac causa factæ duæ decisiones ad fauorem
D. Georgij Pauli Strauij, quòd ei sit concedenda im-
missio vigore subrogationis gratiosæ, & cum fuerit in sta-
tum pro causæ expeditione, Domini in relationibus cau-
sarum dandam esse censuerunt.

Nec obstare quod de nouo opponebatur, quòd Alexan-
der esset prouisus vigore precum imperialium, quæ † pre- 1
ces capiant etiam Beneficia vacantia ex causa resignatio-
nis. Quia cùm in dictis precibus excipiantur beneficia re-
seruata, quæ continentur in *Extrauag. Ad regimen de*
præben. in † qua extrauaganti inter alia beneficia reser- 2
uantur illa, quæ vacant apud Sedem, sequitur, quòd
Canonicatus, de quo agitur, non dicatur comprehen-
sus sub dictis precibus, stante resignatione facta in mani- 3
bus Papæ, per quam dicitur vacare apud Sedem, & in-
trat etiam reseruatio, *cap.* 2. *de præben. in sexto*, in
quo reseruantur beneficia apud Sedem vacantia, *glos. in*
clement. 1. *in verb. mori*, *vt lit. pend.* Rot. *decis.* 1. *nume-*
ro quinto, vers. ratio quia de rer. permut. in nou. Paris. *de*
resignat. lib. 9. *quæst.* 14. *numero* 1. Simonett. *de reseruat.*
quæst. 28. *num.* 1. & fuit tentum in *Cæsaraugustana Paro-*
chialis de Cossnenda 13. *Nouembris* 1620. *coram R.P.D. meo*
Pirouano.

Non obstat decisio † Corduben. Cappellaniæ 23. Octo- 4
bris 1596. coram Corduba; quia loquitur, quando be-
neficium dimittitur propter decretum de dimittendo, tunc
enim si dimittatur in partibus, & licèt † sit reseruatum, 5
& in

& in Curia vacare dicatur, non tamen dicitur vacare apud
Sedem, qui non est casus noster, in quo agitur de vaca-
6 tione expressa † apud Sedem per resignationem factam
in manibus Papæ iuxta superius allegata.

Pariter Domini dixerunt, non obstare quod Alexan-
7 der sit prouisus † ab Ordinario vigore precum imperia-
lium, & sit in possessione, & ideò videatur legitimus
contradictor, vt colligitur in *cap. si à Sede de præben. in 6.*
8 Quia † hoc bene procedit ad effectum, quòd audiatur in
hoc iudicio possessorio, non autem ad impediendam exe-
quutionem, cùm, stante notoria reseruatione vt supra,
non possit ex suo titulo obtinere immissionem, & ideò
esset inconueniens, vt ipse posset prouiso apostolico hanc
9 immissionem impedire, quam ipse † in concursu cum
prouiso apostolico obtinere non potest, Verall. *decis.* 349.
lib. 2. Rot. *decis.* 711. *numer.* 2. *part.* 1. *in recent.* & fuit
tentum in *Castellanen. Canonicatus 4. Iulij 1625. coram
bon. memor. Baratto*, vbi aliæ similes decisiones alle-
gantur.

Et ita fuit decisum.

¶ Adest supra in eadem causa alia sub die 27 Ianuarij 1627.
coram eodem, est decisio 34.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Maceraten. Legitimæ.

Die Veneris 14. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Hæres, qui non confecit inuentarium, stante præcepto testatoris, quod illud fieret, habet præsumptionem contra se, cum præsumatur, quod bona subtraxerit, & occultauerit. Tutores, & curatores tenentur de neglectis.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes tenentur testatoris voluntatem adimplere.*

2 *Hæres, si non confecerit inuentarium, præsumitur existentia aliorum bonorum, & quod illa subtraxerit.*

3 *Ex testatoris assertione facta in testamento, colligitur, quæ adsint in hæreditate.*

4 *Inuentarium, si confectum non sit, imputandum est ei, qui facere tenetur.*

5 *Tutores, & Curatores tenentur etiam de neglectis.*

6 *Pro Tutore, vel Curatore aliquis se gerens, licèt non sit, nihilominus tenetur de neglectis.*

7 *Puer ille dicitur, qui nondum peruenit ad 14. annum.*

8 *Testium depositio circa ætatem sufficit, etiamsi sit desumpta ex aspectu.*

9 *Temporalia ad agendum, sunt perpetua ad accipiendum.*

DECISIO LXVII.

Matthæus Vicus obijt relictis Francisco Nepote in minoritate constituto ex Hieronymo filio prædefuncto, necnon Philippo Vico, & Antonio filijs, quos hæredes instituit cum onere conficiendi Inuentarium infra annum ad hoc, vt apparere posset, adesse alia bona libera pro legitima filiorum præter alia bona legata, & fideicommisso per ipsum subiecta. Filij adiuerunt hæreditatem paternam, sed non confecerunt Inuentarium, deinde omnes decesserunt sine filijs præter Philippum, qui reliquit Antoniam, vnde peruenerunt ad Franciscum bona hæreditaria Matthæi, in quibus hodie DD. Pellicani tanquam hæredes Antoniæ prætendunt legitimam, ex persona dicti Philippi, sed quia, vt dixi, non fuit confectum inuentarium, vt videri possit, an adessent alia bona, in quibus filij potuerint satisfieri de legitima, & Pellicani dicant omissionem inuentarij obstare Francisco, non autem Philippo petenti legitimam; ideò fuit particulariter disputatum dubium, cui obstet omissio confectionis inuentarij, vel Francisco auctori D. Antonij Ricci, & aliorum, vel Philippo Patri D. Antoniæ, cuius sunt hæredes Pellicani, & Domini die 26. Aprilis præteriti nihil resoluerunt, hodie verò re maturè discussa contra Pellicanos vtraque parte informante responderunt.

Quia cum Philippus, & alij filij † fuerint hæredes 1
Matthæi tenebantur illius voluntatem adimplere, & sic
tenebantur ipsi conficere Inuentarium iuxta dispositio-
nem testamentariam, *l. post legatum, ff. de his quib. vt
indign.* Soccin. Iun. *cons.* 72. *num.* 9. *lib.* 1. cum alijs per
Honded. *cons.* 14. *num.* 9. *lib.* 1. & quidem dum Philippus,
& alij filij hæreditatem paternam adiuerunt, illiusque
bona possiderunt, non possunt in bonis hodie existenti-
bus petere legitimam, cum potuerint adfuisse alia bona,
in quibus se filij satisfecerint, & dum Philippus non con-
fecit † Inuentarium, præsumitur existentia aliorum 2
bonorum, & quòd illa subtraxerit, & occultauerit,
Natt. *cons.* 199. *numer.* 8. *& seq. & cons.* 238. *numer.* 6. *&
seq.* Couar. *lib.* 2. *variar. resol. cap.* 6. *num.* 4. *& in cap. si
hæredes, numer.* 9. *vers. quamobrem ni fallor de Testam.*
Peregr. *de fideicom. art.* 39. *numer.* 14. *vers. verum quia*,
Barz. *decis. Bonon.* 105. *numer.* 29. Surd. *decis.* 316. *num.*
13. *vers. & licèt cum pluribus seq.* Seraphin. *decis.* 609.
numer. 7. & tenuit Rota in Romana Legati 29. Aprilis
1613. coram Illustrissimo Cardinali Caualerio, & in alijs
decisionibus registratis *in cons. Horat. Giouagnon.* 20. *vol.*
2. *numer.* 22. *vers. tamen, & seq. & num.* 27. *&* 45. & be-
nè deducitur *in d. cons.* 20. *circa fin. vers. attamen*, quia
& hoc maximè procedit in casu nostro, cum ex assertio-
ne Matthæi facta † in testamento satis apertè colligatur 3
fuisse per ipsum relicta bona libera pro legitima suorum fi-
liorum, vt dixi, & considerauit Rota in dicta Roma-
na Legati coram Illustrissimo Caualerio *circa fin. versic.
in præsenti autem casu*, Barz. *d. decis.* 205. *num.* 25. *&*
26. Moder. Roman. *discept. forens. cap.* 570. *num.* 20. *&
seqq.* Gabr. *cons.* 118. *sub num.* 7. *vers. demum, libro* 1.
Giouagnon. *d. cons.* 20. *ante fin. versic. vel quando ex asser-
tione.*

Non obstat, quòd omissio confectionis Inuentarij de-
beat, etiam obesse Francisco cohæredi Philippi, & alio-
rum, quia cum Franciscus esset in minori ætate constitu-
tus, & omnia bona Matthæi administrarentur per Phi-
lippum, & alios patruos, sub quorum cura Franciscus
existebat, vt colligitur ex depositione testium, qui dan-
tur *in Summario D. Antonij Ricij numer.* 2. ipsis patruis
imputandum est, si inuentarium † non fuit confectum, 4
cum ipsi tenerentur illud conficere, *iuxta text. in §. Pu-
pillis auth. de hæred. & Falcid.* & certum est, quòd tu-
tores, & curatores tenentur etiam de † neglectis, *l.* 5
tres tutores, ff. de administr. tut. Castr. *cons.* 302. *num.* 5.
vers. super quarto, lib. 1. Soccin. Iun. *consil.* 148. *numer.*
5. 27. *& seq. lib.* 1. Monticul. *de inuent. quæst.* 236 *numer.*
28. *& seq. inter tract.* Moder. Idque procedit etiamsi D.
Philippus, & patrui non fuissent specialiter deputati tu-
tores, & curatores, nam satis esset, quòd se gererent 6
pro talibus administrando bona minoris, & tenendo sub
illorum cura Franciscum nepotem, *l. qui pro tutore, ff.
de eo, qui pro tut. l.* 1. *C. eod.* Montan. *de tut. cap.* 39. *nu.*
24. *& seq.*

Nec obstat, quòd non sit concludenter probata minor æ-
tas Francisci, cum aliqui testes videantur dubitatiuè depo-
nere circa ætatem 14. annorum, quia omnes concludunt,
& conueniunt, quòd erat puer, & hoc sufficit cum ille † 7
dicatur puer, qui adhuc ad ætatem annorum 14. non perue-
nit, Oldrad. *cons.* 226. *nu.* 14. *vers. dicatur enim puer*, Rebuff.
in l. *Pueri appellatio* 204. *in vers.* 3. *puer, ff. de verb. signif.*
& ibi Alciat. *vers. tertio est*, & huiusmodi depositio circa
ætatem sufficit, † etiam si sit desumpta ex aspectu, Bart. 8
in l. de ætate, num. 9. *ff. de minor.*

Non obstat, quòd actio contra tutores sit præscripta,
quia D. Antonius Riccius ex persona Francisci minoris
non agit, sed excipit, & temporalia † ad agendum sunt per- 9
petua ad excipiendum, *l. licet, C. de except.* Surd. *decis.* 277.
num. 17.

Cætera leuiora fuerunt sublata per informantes, &c.

Et ita decisum, &c.

REVE-

REVERENDISS. P. D. MERLINO.

Meten. Prioratus.

Die Lunæ 17. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Beneficiorum valor, qualiter probetur. Gratia non à die signaturæ, sed à die datæ initium sumit, cum data faciat, vt gratia dicatur in rerum natura esse, & incipiat operari, & ideò prius supplicatio potest lacerari.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij per testes deponentes de publica voce, & fama probatur, iuncto aliquo teste, qui deponat de scientia. num. 2.*

3 *Gratia (si neutri) quoad non ius impetrantis, probatur ex confessione.*

4 *Ex Actorum reuolutione desumitur non ius alicuius.*

5 *Mandatum ad resignandum morte mandantis expirat.*

6 *Gratia à die datæ, non autem signaturæ initium sumit.*

7 *Spplicationis signatura trahitur ad tempus datæ.*

8 *Datarius, dicitur esse organum Papæ, adeò confidit de eius integritate, & contra illum non admittuntur articuli. num. 17.*

9 *Supplicationes iam signatæ aliquando iustis de causis lacerantur.*

10 *Datarius ex officio muneris sui supplicationibus tàm signatis, quàm signandis, vt ratio postulat, addit, & detrahit.*

11 *Gratia dicitur perfecta ex sola signatura.*

12 *Gratia solo verbo Principis dicitur perfecta.*

13 *Supplicatio præsumitur signata tempore datæ, & non admittitur probatio in contrarium, & numer. 16.*

14 *Decis. in causa Bononien. de Binarinis coram Andrea declaratur.*

15 *Supplicatio, quando est porrecta, & signata, & etiam datata, tunc consensus per procuratorem præstatur, etiam post mortem resignantis.*

DECISIO LXVIII.

GRatia si neutri visa est Dominis iustificata, Nam
Clericatus Erardi, qui illam obtinuit, valor ob-
tentorum, litispendentia, ac reseruatio fructuum nar-
rata in litteris non controuertebatur ex parte Ioannis, &
benè fuerunt probata ex deductis ab informantibus pro
Erardo.

Valor etiam Prioratus, de quo agitur, & non ius
vtriusque collitigantis, super quibus fiebat difficultas,
videbantur pariter sufficienter iustificari. Nam quoad va-
lorem narratum per non excessum in ducatis 250. auri de
Camera sufficiens illius probatio desumitur ex testibus in
Curia desuper examinatis, quorum primus, & quartus
deponunt præcisè de non excessu in summa prædicta, vel
in franchis 751. illarum partium longè minorem sum-
mam ducat. auri constituentibus, qui quidem testes va-
1 lorem huiusmodi satis † probant, quamuis eorum depo-
sitio sit de publica voce, & fama, Rota apud Card. Se-
raph. *decis. 962. num. 2.* apud Card Mantic. *decis. 132. num. 4.
& inter recent. decis. 298. num. 5. part. 2.* Iuncto præsertim
alio teste, qui cum deponat nedum de auditu ab eius pa-
tre, & alijs, sed etiam vti vicinus, & sic informatus, vi-
detur allegare certam scientiæ rationem ex tradit. per Fa-
rinac. *in tract. de testib. quæst. 70. num. 164. & seqq.* & insi-
2 mul cum alijs duobus, vt supra deponentibus † de publi-
ca voce, & fama plenam inducere probationem valoris su-
pradicti, Rota *apud Sanct. mem. Greg. XV. decis. 273. num.
1. & in Hispalen. pensionum prima Iulij 1613. coram R. P. D.
meo Pirouano.*

Et quoad non ius vtriusque collitigantis illud probari
visum fuit, quia quod nullum † competat ius Erardo, pro- 3
batur ex eiusdemmet confessione facta in supplicatione
gratiæ si neutri, Rota *apud Sanct. memor. Gregor. XV. de-
cis. 83. num. 2. & in Tullen. Parochialis 15. Martij præteriti
coram me.* Non ius autem Ioannis apparet ex eo, quod ex
reuolutione † actorum nullum ius eiusdem desumi po- 4
test iuxtà decisionem in *Fesulana Præceptoriæ 27. Ianua-
rij 1563. coram Robusterio*, & alias allegatas in dicta *Tul-
len. Parochialis 15. Martij præteriti coram me.* Et enim
ex actis constat Ioannem seniorem obijsse die secunda
Martij 1621. gratiam verò resignationis habere datam sub
die tertia eiusdem, indeque prædictam resignationem ex
persona dicti Ioannis senioris, in qua se fundat Ioannes
remanere nullam, & inualidam defectu consensus, qui
post obitum supradicti Ioannis non potuit præstari à pro-
curatore, quia † mandatum ad resignandum ipsius 5
mandantis morte expirauerat *glos. in clem. prima versic.
quomodolibet, vbi* Card. Zabarell. & communiter Doctor.
de renunciat. cum alijs, quos refert, & sequitur Paris.
de resignat. lib. 9. quæst. 24. num. 1. & seqq.

Nec releuat quod dicitur fuisse porrectam supplicatio-
nem à procuratore in Dataria, illamque signatam fuisse
ante diem obitus eiusdem resignantis, quoniam omisso,
quòd super his non affertur concludens probatio, aduer-
tendum est, quòd dies † datæ non autem signaturæ debet 6
attendi, nam data facit, vt gratia dicatur in rerum na-
tura, & tunc incipit operari cum prius ante datam possit
lacerari, & sic tempus & ibi Abb. *num. 5.* Imol. *num. 8. &
9.* Zabarell. *num. 7. de rescript.* Gig. *cons. 3. num. 1. & consil. 54.
num. 20.* Bero. *consil. 207. num. 57.* Rebuff. *super concordat. in
tit. de form. mandat. Apostol. verb. datum,* Caputaq. *dec. 186.
num. 3. part. 2.* Rota *decis. 28. de rescript. in antiq. num. 2. &
coram Cardinale Seraphino decis. 341. num. 9.* Et resignatura
† trahitur ad tempus datæ, Castr. *in l. 1. num. 2. in fin. C. 7
quando libell. Principi datus* latè Mandos. *consil. 16. num. 1.
& 6. in fin. versic. si verò accipimus cum tribus sequen.* Put.
decis. 94. num. 2. lib. 2. Rota *decis. 514. num. 8. parte 3. diuers.*
Gabr. *consilio 193. num. 56. lib. 2.* Modern. Roman. *discept.
forens. cap. 191. num. 1. & seqq.* Nec quæuis aliæ præce-
dentes diligentiæ attenduntur, *cap. capitulum de rescript.
cap. sic tempore, & ibi* Franch. *num. 3. in 2. notab. & in cap.
de duobus eod. tit. lib. 6.* Paris. *cons. 45. num. 2. lib. 4.* & plures cu-
mulat Mandos. *d. consil. 16. num. 3.* Dumque Papa signat, &
scit huiusmodi gratijs apponendam esse per Datarium,
qui est illius † organum, certam diem, virtualiter decla- 8
rat etiam, quòd solùm à die datæ debeat operari eius si-
gnatura, & sæpè sæpius gratiæ non datantur sub eadem
die, qua fuerunt à Pontifice signatæ; ita suadente ali-
qua ratione, & iubente ipso Papa, imò † quod plus est, 9
etiam aliquando iustis de causis lacerantur supplicationes
iam signatæ, & Datarius ex officio muneris sui supplica-
tionibus tàm signatis, quàm signandis, vt ratio postu-
lat addit, † & detrahit, vt per Gonzal. *super reg. 8. glos.* 10
63. num. 54. & seqq.

Nec obstat, quòd ex sola signatura dicatur perfecta † 11
gratia, Sarnen. *in reg. de infirm. quæst. 18. num. 5. ver-
sic. nam non est dubium,* Cassad. *decis. 4. num. 2. de Cæs.
poss. & propr.* Rota *decis. 418. num. 3. parte 1. diuers. &
apud* Put. *decis. 94 lib. 2. in correct.* Imò, & solo verbo
† Principis gratia perficiatur, Bart. *in l. humanum in fine*, 12
versic. breuiter, C. de leg. Paris. *consil. 5. num. 60. lib. 4.*
Rota *in Bononien. de Binarinis 5. Martij 1618. coram
bon. memor. Andrea*, quoniam simul stant, quòd gra-
tia recipiat perfectionem à signatura Papæ, & quod ta-
men hæc perfectio incipiat à die datæ, & vt supra dictum
fuit, signatura trahatur ad tempus datæ, quoniam cen-
setur Papam signasse supplicationem à die, sub qua appa-
ret datata à Datario per ipsum Papam ad hoc munus de-
putato, & ita hoc intelligit Caputaq. *decis. 88. num. 2. &
3. part. 3.* Put. *dicta decis. 94 num. 2. lib. 2.* vbi inquit, quod
supplicatio † præsumitur signata tempore datæ, & quòd 13
non admittitur probatio in contrarium, & Gabr. *consil.
193. num. 3. & 4. lib. 2.* Modern. Roman. *discept. forens. cap.
191. num. 1. & seqq.*

Non obstat decisio *Bononien.* † *de Binarinis 5. Martij* 14
1618 cor. bo. mem. Andrea, loquitur enim in diuersis termi-
nis,

nis, videlicèt in data Breuis expediti super commissione proposita coram Papa in publica Congregatione Signaturæ, qui non est casus præsens, & ideò non applicatur dicta decisio *Bononien. de Binarinis*, quæ etiam dum admittit liberis Datarij omninò standum esse, multò magis firmare censetur, quòd data ab eo apposita dubio procul sit attendenda.

Nec etiam Ioannem suffragatur stylus allegatus, quòd scilicèt præstetur consensus per procuratorem, etiam post obitum resignatis; quia stylus huiusmodi procedit, quan-
15 dò ante mortem resignantis † non solùm fuit porrecta, & signata supplicatio, sed etiam datata, vt aduertit Paris. *de resignat. lib. 9. quæst. 24. num. 14.* & idem expresse decidit Constitutio Alexandri VI. per Paris. *ibi relata*, & in his terminis loquuntur, vt patet ex eorum lectura, Crescent. *decis. 9. in princ. de procurat.* Gabr. *cons. 194. in princ. lib.* 1. Cassad. *decis. 2. de renunciat.* & alij in contrarium allegati, & ita in specie ponderauit, & respondit Rota *in Seguntina Canonicatus 26. Nouembris 1616. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Manzanedo*, & semper in-
16 tret motiuum, quòd gratia † censetur, & dicitur ea die signata, sub qua fuit data, nec admittitur probatio in contrarium, & dissonum esset, quòd apponeretur, in data certa dies, & tamen illa non attenderetur, & ita liceret partibus redarguere Datarium, quòd minus
17 candidè officium suum exercuerit, de cuius tamen † integritate adeò Pontifex confidit, vt illius organum dicatur, & contra illum non admittuntur articuli, vt supra dictum fuit, & notat. etiam Caputaquen. *decis. 31. in manuscript.* Rota *decis. 514. num. 8. par. 3. diuers.*

Et ita vtraque parte informante.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Romana Restitutionis in integrum.

Die Lunæ 17. Maij 1627.

A R G V M E N T V M.

Restitutio in integrum, quando concedatur. In materia emphyteutica obseruari, & attendi debet tenor inuestituræ, cum ab eo pendeat tota substantia huius contractus, Lapides, siue signa an probent dominium, & proprietatem.

S V M M A R I V M.

1 *Restitutio in integrum non datur, cessante iniustitia sententiæ, & bono iure.*

2 *Actus in dubio præsumitur factus ob causam necessariam, potiùs quàm voluntariam.*

3 *Melioramenta non debent ad hæredem pertinere, sed ad proprietarium, stante pacto.*

4 *Inuestituræ tenor in contracta emphyteutico obseruari debet.*

5 *Cameræ sunt membra eiusdem domus, per cuius scalas habent accessum.*

6 *Bona censentur emphyteutica, si in loco emphyteusis ab emphyteuta possideantur.*

7 *Dominij, & proprietatis probatio ex quibus resultet.*

8 *Lapides cum inscriptione proprietatis non solent, nec debent apponi, nisi in re sua, & ad se spectante.*

Et hoc fit ad cognoscendam aliquam rem, tamquam suam, num. 8.

9 *Dominium, vt proprietas benè probatur ex confessione partis aduersæ.*

10 *Probatio melior afferri non potest, quàm propria confessio.*

11 *Testis vnicus, nullum gradum probationis facit.*

12 *Fabricari non potest in via publica sine licentia Magistratus.*

13 *Sententia habens relationem ad monitorium, in quo fit mentio de possessorio, si sententia concernat petitorium, an sit nulla.*

14 *Possessorium, & petitorium, quando dicatur deductum in iudicio.*

15 *Sententia, licèt debeat esse conformis libello, sufficit tamen quod iustificetur ex deductis, & probatis in prosecutione iudicij post libellum.*

D E C I S I O LXIX.

DOmina Clarix Ricciola prætendebat quasdam Cameras, per Raphaelem Ricciolium restauratas, & quasdam apothecas per eundem factas sub porticu domus, de qua agitur ad se liberè, & pleno iure spectare, tanquam hæredem d. Raphaelis, & quod non essent aliquo modo comprehensæ sub instrumento concessionis d. domus factæ, per DD. de Casalibus d. Raphaeli pro annuo Canone scutorum 24. auri, cum pacto meliorandi in scutis 300. & quod melioramenta in quacumque summa, finita locatione absque refectione reuerterentur ad proprietarios; Vnde moto super hoc iudicio coram A. C. R. P. D. Ricciullus modernus proprietarius, siue DD. de Crescentijs illius necessarijs defensores, tanquam habentes causam à dd. de Casalibus obtinuerunt manutentionem, & postea etiam sententiam absolutoriam, quæ fecit transitum in iudicatum, & commissa causa restitutionis in integrum in Rota, hodie disputato dubio super hoc Domini vtraque parte informante dixerunt non constare de causis restitutionis in inte-
grum, quia † non docetur, nec de iniustitia sententiæ, 1
nec de bono iure Claricis, prout necessariò requiritur ad hoc, vt detur restitutio, *l. nam postea, §. si minor*, vbi Doct. *ff. de iureiur. l. verum, §. sciendum*, vbi Bart. *ff. de minor.* cum alijs per Surd. *cons. 95. numer. 2.* Rota *decis. 1. de restit. in integr. in nou.* Verall. *decis. 94. par. 3.* Seraphin. *decis. 1238. num. 1.* & dixit Rota in *Florentina Pecuniaria 21. Iunij coram bon. mem. D. meo Vbaldo.*

Et quidem tantùm abest, quòd Clarix doceat de bono iure, vt potius concludenter appareat de bono iure D. Ricciulli; Primò quia cum, vt dixi, d. Raphael in instrumento concessionis obligatus esset meliorare domum in scutis 300. auri, quatenus verùm esset, quòd
ipse cameras, & apothecas construxerit, censetur illas † 2
ædificasse, & construxisse ad satisfaciendum propriæ obligationi, Aym. *consil. 219. num. 8. vers. & vltra eum, & cons. 106. num. 8. & cons. 131. nu. 16.* Surd. *cons. 19. nu. 27. & seqq.* & stante pacto supradictæ reuersionis melioramentorum in instrumento concessionis, mortuo Raphae-
le melioramenta † non debent ad hæredem pertinere, 3
sed ad proprietarium, Seraph. *decis. 1496.* tenor enim inuestituræ attendi, & obseruari debet, & ab eo pendet tota substantia istius contractus emphyteutici, vt est *text. in
c. 1. ibi*. Propter tenorem † inuestituræ quem ad hoc esse 4
egregium, dicit ibi Bald. *num. 3. de duobus fratrib. à capitan. inuest. cum alijs* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 92. num. 1.* Honded. *consil. 70. num. 11. lib. 2.* Surd. *cons. 127. nu. 36. lib. 1. & cons. 153. n. 11. lib. 2. & cons. 384. n. 1. lib. 3.* Et prædicta eo facilius procedere videntur, cum fuerint dd. cameræ, & apothecæ adiunctæ domui emphy-
teuticæ, per cuius scalas habent accessum, † signum eui- 5
dens, quòd fuerunt effectæ vti membra eiusdem domus, Ias. *in l. beneficium n. 14. ff. de const. princip.* Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 9. tit. 2. nu. 20.* Surd. *cons. 207. nu. 4.* Milanen. *decis. 15. incipit. Allegabatur ex parte istius actricis num. 46. & seqq. lib. 1.*

Et hæc comprobantur ex Instrumento primæ venditionis factæ à Casalibus D. Virgilio Crescentio, in quo specificantur confinia, nempè à duabus partibus via publica, intra quæ confinia includuntur corpora, de quibus
agitur, & propterea censendum est, † esse emphyteuti- 6
ca, cum in loco emphyteusis per emphyteutam possideantur, Ruin *cons. 50. num. 13. & 14. lib. 1.* Natt. *cons. 306. num. 31.* Rot. *decis. 308. num. 1. in par. 1. in recent.*

Idque suadetur etiam eo, quod supradicta concessio fuit per patrem Claricis approbata, dum recognouit DD. Crescentios in proprietarios, dando illis etiam facultatem apponendi lapides cum inscriptione proprietatis in quacunque parte domus, qui lapides cù fuerint appositi in tota domo, & signanter in corporibus controuersis, oritur ex hoc

7 probatio † dominij & proprietatis ex ipsamet confessio-
ne, & acquiescentia patris d. Claricis quam eidem Clarici
præiudicat ad *decij*. Rot. 290. *n. 2. par. 1. in recent. & 193.*
nu. 1. verf. maximè, & nu. 2. par. 2. in eisdem, cum huius-
8 modi † signa non soleant nec debeant apponi nisi in re
propria, & ad se spectante, idque ad effectum recognoscen-
di rem tanquam suam; Bart. *in l. stigmata C. de fabricens.*
lib. 11. & ibi Andr. & Cuiac idem Bart. *in tract. de insign.*
& arm. sub nu. 4. Viu. *com. opin.* 540. *nu* 14. vbi de com-
muni, & dixit Rota *in Romana emphyteusis* 30. *Maij* 1616.
coram bon. mem. D. Vbaldo.

Deinde cessare videtur omnis difficultas ex instrumen-
to venditionis postea factæ per DD. Crescentios D. Ric-
ciulio de anno 1614 quod datur in summario nu. 5. in quo
fit specifica mentio de apothecis, & D. Ricciullus post di-
ctam venditionem fuit per Claricem recognitus in Domi-
num, mediante solutione canonis per multos annos, &
insuper cum d. Clarix vellet supradicta melioramenta, &
apothecas vendere præuia confessione, & declaratione,
quod domus cum pertinentijs, de quibus agitur, fuerat sub
proprietate dd. de Casalibus, & deinde Virgilij Crescentij
& successiuè D. Ricciulli eidem iudicialiter intimauit, an
vellet vti proprietarius præferri in venditione, vt in sum-
9 mario num. 3. Vnde ex ipsamet confessione † eiusdem
Claricis, constar de proprietate, & dominio Domini Ric-
ciulli, Rot. *decis.* 193. *nu. 2. & decis. 597. num. 2. verf. tum*
maximè par. 2. in recent. Gabr. *de confess. conclus. 1. in fin.*
10 & ista confessione non potest afferri † melior probatio,
l. cum pecuniam. C. de liber. caus. Gabr. *de confess. concl. 4.*
nu. 1. & seq. fel. rec. Gregor. XV. *decis.* 200. *nu. 2. & decis.*
458. num. 3.

Non obstant testes, qui dantur in summario D. Claricis
n. 4. qui videntur deponere, quod locus in quo Cameræ,
& apothecæ sunt fabricatæ, erat publicus, quia de hoc so-
11 lum deponit vnicus † testis, qui nullum facit probatio-
nis gradum *l. vbi numerus, ff. de testam.* Surd. *conf.* 73. *nu.*
27. Alij enim duo testes deponuot de simplici auditu, nec
dicunt à quo audiuerint, & illorum auditus potuit habere
originem post litem motam, & periti non cōcludunt quòd
12 fuerit fabricatum in † via publica, quod neque fieri po-
terat sine licentia magistratus, *l. 1. & 2. & tot. tit. ff. ne*
quid in loco public. nec aliquid facit licentia anni 1592.
quia non est licentia fabricandi, sed claudendi porticum
iam fabricatum, & quia non percutit tempus fabricæ iam
factæ per Raphaelem vsque de anno 1555. deinde huius-
modi probationes adductæ pro Clarice habent in contra-
rium testes ab eadem examinatos, qui dantur in summa-
rio D. Ricciulli n. 2. dum deponunt, quod in loco vbi sunt
fabricæ apothecæ aderar porticus, per quem ingrediebatur
in domum, de qua agitur, & hoc etiam comprobatur ex fi-
de periti, quæ datur in eodem summario num. 2. nec non
etiam ex capitulis factis inter Raphaelem, & muratores,
vt in summario Claricis numero secundo, in quibus asseri-
tur fuisse factas duas apothecas, & melioramenta in pro-
prio situ, non autem in via publica vnde istis probationi-
bus ad omne peius ad inuicem conquassatis adhuc rema-
neot superius dicta pro D. Ricciullo, quod ista meliora-
menta sunt contigua, & incorporata domui emphyteu-
ticæ ideoq; sunt effecta illius membra, & præsumuntur fa-
cta ad satisfacien. propriæ obligationi faciendis meliora-
mentis iuxta formam instrumenti concessionis.

13 Non obstat quod sententia, † de qua agitur habeat re-
lationem ad monitorium, in quo fit mentio de possessorio,
& ideo sit nulla dum concernit petitorium, & absoluit D.
Ricciullum à petitis. Quia placuit responsio, quod moni-
torium, non solum continet possessorium, sed etiam peti-
torium cum in eo fuerit deductum, quod apothecæ, &
stantię sunt fabricatæ in solo publico, & quod super illis,
illarumque iure, & possessione molestabatur, & quòd de-
14 ducit omnem † actionem non solum in possessorio, sed
omni modo meliori, Rot. *decis.* 154. *n. 2. p. 1. diuers.* Idque
presertim cum petitorium fuerit postea latius etiam dedu-
ctum in articulis, & prosecutione causæ, nam licet senten-
15 tia debeat esse conformis † petitioni, & libello, sufficit
tamen quod iustificetur ex deductis, & probatis in prose-
cutione iudicij post libellum Imol. *in c. ex tenore in fine de*
rescript. Felin. *in c. licet n. 28. de Sim.* Afflict. *decision.* 95.
n. 8. Bero. *conf.* 43. *num.* 8. *lib.* 3. Parif. *conf.* 113. *num. 3. &*
4. lib. 1. Vbi hanc esse firmissimam conclusionem Ofasch.
decis. Pedemon. 1. *num* 24.

Et ita decisum, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.
D. CARD. VBALDO.

Bononien. Exemptionis.

Die Veneris 21. *Maij* 1627.

ARGVMENTVM.

Vnio nonnullorum Castrorum facta Ciuitati Bononiæ per Bonifacium IX. an postea Legatus de Latere potuerit dicta Castra dismembrare ex causa remunerationis, propter ampla subsidia Sedi Apostolicæ ab illis præstita.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de Latere, an possit derogare vnioni factæ per Pontificem.*

2 *Subditi tenentur seruire Domino, & ideò non necessaria recognitio.*

Subditi, quando præstant aliqua seruitia ampla, tunc si eis fiat aliqua remuneratio, non est inconueniens, num. 2.

3 *Concessio, per quam fit reditus ad ius primæuum, est fauorabilis.*

4 *Ciuitas per rebellionem amittit omnia priuilegia, & iura quæsita.*

5 *Assertione Legati statur, quando non agitur de reuocando contractu, sed de reuocanda vnione gratiosa.*

6 *Mandatum in antiquis præsumitur adfuisse, amplia, num.* 7.

8 *Concessiones, quas aliquis confirmat, & de vna tantum appareat, illa dicitur confirmata tantum.*

9 *Concil. Constantiense de dismembrationibus quando habeat locum.*

DECISIO LXX.

FVit in hac causa resolutum die 29. Nouembris 1624.
coram bon. mem Buratto, * constare de * dismem-
bratione Cardinalis Cosciæ, eamque suffragari Commu-
nitatibus Medicinæ, Ganzanighæ, & villæ Fonta-
næ, & hanc Decisionem hodie vtraque parte informan-
te coram me, Domini dixerunt esse confirmandam. Et
moti sunt, quia licèt supradicta Castra fuissent iam vnita
Ciuitati Bononiæ per Bonifacium IX. de anno 1393. at-
tamen benè potuit d. Cardinalis tunc temporis Legatus † 1
de Latere derogare vnioni Pontificis, & facere supradi-
ctam dismembrationem propter ampla subsidia Sedi Apo-
stolicæ per dictas Communitates præstita in recuperatione
Ciuitatis Bononiæ, quæ ab eadem Sede defecerat, Gam-
bar. *de off. & auctor. Legat. de lat. lib. 2. tit. de varijs ordin.*
num. 154. in fin. & lib. 5. tit. de potest. legat. in vnien. num.
153. & seq. Mandos. *super reg. 19. qu. 19. nu. 16.* Roman.
consil. 428. in fin.

Non obstat, quod subditi † teneantur seruire Domino, 2
& ideò non esset necessaria prædicta remuneratio, quia
cum seruitia non fuerint ordinaria, sed ampla, vt habetur
in d. dismembratione, quæ datur in Sūmario Communita-
tum num. 2. non fuit inconueniens prædicta remuneratio,
iuxta latè tradita in his terminis per Menoch. *conf.* 1003.
n. 71. versic. Respondetur, & sequentibus lib. 11. idque præ-
sertim, cum per hanc dismembrationem non fuerit aliquod
præiudicium allatum Sedi Apostolicę, cui Communitates
immediatè remanserunt subiectæ, & solùm redierunt ad
ius primæuum, prout erant ante d. Bonifacij vnionem, † 3
quod est fauorabile, & facile iste reditus fieri solet, *glos. in c.*
Statutum de præbend. in sexto, in verb. Numerandum circa
med. Mandos. *super d. reg. 19. q. 19. n. 12.* Idq; maximè proce-
dit, cùm Ciuitas Bononiæ per præcedentem rebellionem
† iam amisisset omnia priuilegia, & iura sibi quæsita, *l.* 4
Quisquis, vbi omnes, C. ad leg. Iul maiest. & l. final.
ff. C. Afflict. *in titulo, Quæ sunt regal. in verb.*
& bona committentium, numer. 14. Gig. *de crimine*

læs. ma-

læs. maiestat. quæst. 24. num. 1. & seq. & quæst. 25. num. 2. & seq. lib. 2. Decian. *tract. crimin. lib. 7. cap. 40. nu. 16. & seqq.* Peregr. *de iur. fisc. lib. 3. tit. 8. nu. 6.*

Non obstat, quòd circa causam d. dismembrationis non sit standum assertioni Legati super huiusmodi seruitijs, & rebellione; tum quia de hac rebellione extat etiam *de-*
5 *cis.* Crescent. *7. de probat.* Tum quia cum non † agatur de reuocando contractu, sed de reuocanda vnione gratiosa, statur huiusmodi assertioni, maximè concurrentibus adminiculis, Crescent. *d. decis. 7. in princ.* In casu autem nostro procorroboratione supradictæ assertionis, & supradictæ dismembrationis concurrit explicita Ciuitatis Bononiæ confessio, & approbatio, mediante decreto facto per DD. Antianos, & Vexilliferum, repræsentantes populum Bononiæ, qui visis capitulis cum decreto authentico Communitatibus concesso per Cardinalem, ex auctoritate sibi tributa in generali Concilio sexcentorum populi gratias, exemptiones, confirmationes, priuilegia, ac immunitates vnanimiter concesserunt, ac promiserunt.

Non obstat, quod Antiani non possent populo Bononiæ præiudicare sine speciali mandato, quia cùm ibidem
6 enuncietur facultas, & simus in antiquis † mandatum præsumitur adfuisse, Purpur. *in auth. si quis in aliquo, in fin. C. de eden.* Cagnol. *in l. velle, num. 19. ff. de regulis iuris* Bald. *consil. 337. columna penult. volun. 1.* Dec. *consil. 36. num. 7.* Cassad. *decis. 3. de procurat.* & in puncto ex-
7 tat *d. decis.* Crescent. *7. num. 4* idque præsertim † cùm fuerint postea capitula in Archiuio publico Ciuitatis reperta, *ad notat. in authent. Ad hæc, C. de fideicomm. instrumen.* & benè considerat *d. decis.* Crescent. *7. num. 5.*

Non obstat, quòd capitula necessariò non concludant approbationem istius dismembrationis cùm possint ad alia referri, quia cùm non appareat, aliam concessionem fecisse Cardinalem Cosciam, præter d dismembrationem,
8 confirmatio, & † approbatio est ad illam referenda, vt tradit Bart. *cons. 196. num. 5. lib. 1.* Menoch. *cons. 106. nu. 166. lib. 2.*

Non obstat, quòd in Concilio Constantiensi fuerint annullatæ omnes dismembrationes, quia placuit responsio quod ista dismembratio non fuit facta à Cardinali Coscia vti Pontifice, quæ propterea non videtur comprehensa in
9 d reuocatione, quæ † loquitur de concessionibus factis ab ijs qui se gererent pro Pontificibus, vel essent verè Pontifices, vt habetur in *decis. 355. num. 3. par. 2. in recent.* Et quòd ista non fuerit reuocata, suadetur ex obseruantia subsequuta, & ex eo, quod per talem reuocationem inferetur præiudicium Ecclesiæ Romanæ, cui Communitates per d. dismembrationem remanent immediate subiectæ, quale præiudicium non est credendum, aliquo modo voluisse Patres Concilij.

Et ita decisum.

Est decisio 838. inter eius impress.
Et infra in eadem causa adest alia decisio sub die 15. Maij 1628. coram eodem Eminentiss. D. Card. Vbaldo. Est decisio 171.

REVERENDISS. P. D. COCCINO

Cracouien-Iuris Legendi.

Die Veneris 21. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Patres Societatis IESV, cum habeant priuilegium felic. rec. Pij V. vt possint legere etiam in locis vbi vniuersitates extiterint, an tale priuilegium subsistat, si aliqua Ciuitas se opponat, prætendens ab immemorabili tempore habere ius prohibendi.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo immemorabilis eget speciali derogatione.*
2 *Papa derogans quibusuis consuetudinibus, censetur etiam derogare immemorabilibus.*
3 *Consuetudini immemorabilis non censetur derogatum*

ex dictionibus vniuersalibus adiunctis verbo consuetudini.
4 *Text. in c. quanto de Magistr. intellectus, & num. 5.*
6 *Excommunicationis pœna, & spoliatio omnium officiorum, & dignitatum, à Canonibus non imponitur nisi propter crimina.*
7 *Consuetudini immemorabili censetur derogatum ex dictionibus vniuersalibus, si sit damnata, & reprobata.*
8 *Præscriptionis titulus erit semper iniustus, si lex prohibeat præscriptionem.*
9 *Consuetudo est nulla, si lex ei resistat, & quod initij memoria non extet.*
10 *Consuetudo contra Ius semel reprobata, per legem amplius non potest induci, num. 14.*
11 *Consuetudo immemorabilis semel reprobata tanquam improba, non potest denuo induci.*
12 *Consuetudo immemorabilis, si ex se non sit mala, suffragatur aduersus iuris dispositionem prohibitiuam, si concurrat fama priuilegij.*
13 *Priuilegium non censetur sublatum, si consuetudo immemorabilis tollitur ex ea proueniens.*
15 *In Possidente, quotiescunque adest incapacitas, immemorabilis non habet vim priuilegij.*
16 *Lex imponenda est rebus, & non verbis.*
17 *Papa non præsumitur tantum concessisse, quia maiorem auctoritatem sibi, & successoribus non seruauerit.*
18 *Papa, aliquid concedens, an possit sibi legare manus, vt non valeat contraria dispositione absque speciali derogatione.*

DECISIO LXXI.

PAtres Societatis IESV habent clarum Priuilegium san. mem. Pij V. *vt possint legere etiam in locis vbi Vniuersitates extiterint.* Quod quidem Priuilegium est conforme dispositioni Iuris communis, *de quo in c. 1. & 2. cum seqq. de Magistris.* Et ne eo solo auget dictà dispositionem, vt non sit necessaria approbatio Superioris, quæ de iure communi requiritur, vt in dictis iuribus. Cumque prædicti Patres vti cœpissent hoc Priuilegio in suo Collegio Cracouiensi, Vniuersitas illius Ciuitatis se opposuit, prætendens ab immemorabili tempore habere ius prohibendi, quod cum articulauerit, secunda vice fuit actum de releuantia huius articuli, & bis Domini censuerunt non constare de releuantia. Quia etsi immemo-
rabilis † consuetudo egeat speciali derogatione, nihilo- 1
minus in Breui Pij V. fuit in hoc casu sufficienter derogatum prædictæ consuetudini immemorabili, ibi: *Non obstantibus præmissis, & c. & alijs Apostolicis Constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs, indultis, & litteris Apostolicis tàm prædictis quàm quibusuis alijs, Vniuersitatibus, &c. in genere vel in specie, ac sub quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere vel in specie quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamsi de illis eorumque tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, contrariis quibuscunque, &c.*

Ex quibus, cum dictio *quibusuis*, primo loco posita, referatur nedum ad statuta, & priuilegia, sed etiam ad *con-*
suetudines, ideoque Papa † derogauerit quibusuis con- 2
suetudinibus, censetur derogare etiam in casu isto, vt dictum est, consuetudini immemorabili, *glos. fin. in fin. in clem. vltima de reb. Eccl. non alienan. Et in clem. 1. in ver. quanticunque de foro compet. & in c. 2. in vers. quantocunque de consuet. in 6.* Abb. *in d. clem. fin. in fin. versic. constitutio damnatis*, vbi dicit idem esse si adsint verba similia. Card. *ibidem num 6 vers. Octauo quæro.* post Paulin. de Eleazaris, & Zenzelinum, quos allegat Felin. *in cap. dilecti nu. 4. de Maior. & obed.* Gregor. Lopez post Iasonem *par. 3. tit. 29 lib. 6. glos. 4. post med.* cum alijs per Couar. *variar. lib. 3. cap. 13. num. 5.*

Quod autem in casu isto Papa per dicta verba voluerit
derogare, videtur satis clarum: quia licet aliqui Do-
3 ctores teneant † ex dictionibus vniuersalibus adiunctis
verba *consuetudini*, non censeri derogatum consuetudi-
ni immemorabili, quos adducit. Couar. *loco alleg.* ta-
men quandu consuetudo est iniqua, & irrationabilis,
censetur damnata, & reprobata, vt idem firmat ibi-
dem.

4 In proposito autem *text. in cap. quanto 3. de Magistr.* †
damnat hanc consuetudinem tanquam improbam, &
irrationabilem. Consuetudo enim erat in Ecclesia Gal-
licana, quod Magistri scholarum sine certo pretio alicui
licentiam docendi non concedebant: & Alexander III.
Summus Pontifex volens illam prauam consuetudinem
extirpare, quæ de radice cupiditatis procedit, prohibet
sub anathematis interminatione, vt quicunque idonei
fuerint, regere scholas, sine molestia & exactione aliqua
permittantur. Et si qui huiusmodi prohibitionis transgres-
sores fuerint, officijs & dignitatibus spolientur. Vnde
5 duo † facit textus. Primò damnat consuetudinem an-
tiquam, & in posterum vult, quod sub pœna excommu-
nicationis idonei sine molestia & exactione admittantur,
& quod transgressores officijs, & dignitatibus spollen-
tur. Quare negari non potest, quin ista consuetudo sit ir-
rationabilis, & iniqua, cum huiusmodi pœnæ non im-
6 ponantur à Canonibus † nisi propter crimina Syluester
in verb. excommunicatio il primo nu. 7. Vnde fit quod Pius
V. censeatur sine difficultate sustulisse per dictiones præ-
dictas vniuersales, consuetudinem etiam immemorabi-
lem, cum sit iniqua & irrationabilis. Et sic in hoc casu
præualere opinionem illorum, qui tenent, quod per tales
7 dictiones † censeantur derogatum etiam immemorabi-
li, iuxta dictionem Couar. loco mox allegando; vbi dicit
sufficere etiam quod quando consuetudo est iniqua, & ir-
rationalilis, derogetur simpliciter consuetudini.

Et prædicta eo magis placuerunt Dominis, *quia cum
text. in d. cap. quanto*, mandet, quo idonei magistri ad-
mittantur ad legendum sub pœna excommunicationis,
& alijs pœnis, vtique contraria consuetudo, vt dictum
est, tantum iniqua & irrationabilis damnatur. Vndè non
potuit introduci aliqua consuetudo. Quia titulus præ-
8 scriptionis † erit semper iniustus: & cum Canon prohi-
beat præscriptionem, bona fides nihil prodest. Abb. *in c.
cum ex officii n. 4. de præscr.* Paris. *cons. 114. n. 9. & 27. lib.
1.* Couar. *in c. possessor. par. 2. §. 8. n. 4. in fin. & n. 5. de reg.
iur. in 6.* Plot. *in l. si quando n. 820. C. vnde vi* Menoch. *præ-
9 sumpt. 131. num. 4. lib. 3.* Et quod sufficiat legem † resi-
stere consuetudini vt nulla valeat, etiam quod initij me-
moria non extet, Felin. *in c. accedentes nu. 6. vers. fallit
tertio de præscript.* Et quod consuetudo contra ius semel
10 reprobata per legem † non possit amplius induci. Ias.
in l. de quibus nu. 8. ff. de legib. Et quod sublata imme-
11 morabili tanquam improba, non possit † denuo intro-
duci; quia sublata censetur etiam futura, est textus *in
c. 1. de Cleric. non resid. in 6.* Bald *in auth. omnes peregri-
ni, n. 4. C. com. de success.* Didacus Segalum *in c. fin. num.
35. & seq. de consuet.* qui loquitur in terminis, prout
etiam loquitur Put. *in decis. 457. num. 2. lib. 2. in cor-
rectis*.

12 Non obstat quòd consuetudo † immemorabilis, cum
non sit in hoc casu ex se mala, suffragetur etiam aduer-
sus iuris communis dispositionem prohibitiuam, si con-
currat fama priuilegij. Felin. *in d. c. accedentes, num. 6.
13 de præscript.* & in omnem euentum sublata † etiam im-
memorabili, non censeatur sublatum priuilegium ex ea
proueniens. Felyn. *d. num. 6. vers. Fallit tertio, & vers.
Restringerem.* Quia fuit responsum quod primum forsan
posset habere locum, si immemorabilis non esset subla-
ta ex priuilegio Pij V. iuncta in hoc casu dispositione *d. c.
quanta de Magis.* in quo ista consuetudo tanquam iniqua,
14 & irrationabilis damnatur; ideoque † immemorabilis
non potest induci, vt dictum est, & inducta non suf-
fragatur. *glos. in c. nobis in vers. iurisdictione. de iur. patr.*
Abb. *in c. fin. num. 22. de consuet. latè* Couar. *var. lib. 1. c.
17. nu. 10.* Peregr. *de iure fisci lib. 6. tit. 8. nu. 18. cum seq.*
15 Quotiescunque etiam adest incapacitas † in possidente,
immemorabilis non habet vim priuilegij. Prob. ad Mo-
nach. *in c. 2. nu. 6. & 7. de præbend. in 6.* Abb. *in c. causam.
quæ nu. 3.* Felin. *nu. 6. vers. Fallit tertio de præscrip. & la-
tè* Couarr. *variar. lib. 1. cap. 10. n. 5.* Peregr. *vbi sup. num.
18. & seq.* Vltra quod in ista consuetudo non sit ex se
mala, cum sit contra charitatem.

Et quoad famam priuilegij, vltra quod hæc non fuit
articulata, tamen etiam articulata non causaret releuan-
tiam articuli, cum non sit verum, quod sublata im-
memorabili remaneat priuilegium: quia si hoc admitte-
retur, esset imponere † legem verbis, & non rebus. 16
Put. *in punct. in d. decis. 457. num. 7. lib. 2.* Et in omnem
euentum sufficit, quod Pius V. derogauerit quibusuis
priuilegijs, ita vt propter dictionem generalem
censeatur derogasse etiam huic priuilegio prouenien-
ti ex immemorabili, cum ipsa immemorabilis non posset
suffragari, ex supra deductis. Quæ quidem derogatio
priuilegij eo magis suffragatur; quia aut allegatur fama
priuilegij inferioris, & non suffragatur, aut Summi
Pontificis, & nec etiam releuat, quia Papa † non cen- 17
setur tantum concessisse, quio maiorem authoritatem si-
bi, & successoribus reseruarit. *c. dudum & c. quamuis il 2. de
præbend. in 6.* Alphonsus Soto *super reg. 24. num. 3.* Aym.
cons. 126. num. 4. vers. itaque si Papa Cephal. *cons. 135. n.
4. & cons. 168. num. 28.* Et quicquid dicendum sit in Papa
concedente, an possit sibi ligare manus, vt non valeat
dispensatio † contraria absque speciali derogatione, se- 18
cus est in successores, qui absque derogatione non habet
manus ligatas, Prob. ad Monach. *in c. 1. num. 11. de Con-
stit.* Alphonsus Soto *super reg. 40. num. 5. & reg. 24. num.
4.* & fuit dictum in Comaclen. seu Ferrarien. Præpositu-
ræ, & beneficij 15. Decemb. 1624. coram bon. mem.
Remboldo.

Et ita conclusum, vtraque parte informante, causa bis
proposita, & maturè discussa.

Infra in eadem causa adsunt aliæ decisiones sub die-
bus 30. Martij 1629. coram Card. Vbaldo, 3. Decem-
bris eiusdem coram R. P. D. Ghisiletio sunt decisiones
265. & 325.

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO.

Romana Vineæ.

Die Veneris 21. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Ius agendi de nullitate, quanto tempore
præscribatur. Mala fides impeditiua præ-
scriptionis quando allegari possit.

SVMMARIVM.

1 *Ius agendi de nullitate quanto tempore præscri-
batur.*
2 *In contractibus minoris existentis in pupillari æta-
te debet adhiberi Tutor.*
3 *Mala fides impeditiua præscriptionis, quando al-
legari possit.*
4 *Curator deputatus à Iudice loco Tutoris, si inter-
ueniat in aliquo contractu pupilli eius auctoritas,
validus erit d. contractus.*
5 *Facti mixtaro causat iustum errorem ad præscriptio-
nem.*

DECISIO LXXII.

CAusa super ijsdem tertio proposita Domini cen-
suerunt non esse recedendum ab aliàs resolutis *sub
die 14. Martij 1625. coram bon. mem. Archiepiscopo Se-
leucien.* * *& 14. Maij 1626. coram me*, * ex plenè de-
ductis in vtraque decisione, quæ etiam hodie Domi-
nis placuerunt.

Nec visum est obstare, quod Bernardina, siue illius
nomine Maruellus maritus die 13 Iulij 1590. citato Equi-
te Theodoro iudicialiter produxerit instrumentum ven-
ditionis Vineæ, de qua agitur, & quod postea die 18.
subsequenti citauerit eundem Equitem ad docendum se
adimpleuisse contenta in prædicto Instrumento, per quos
actus prætendunt Informantes pro Maruello fuisse in-
terruptam, & omninò sublatam præscriptionem, de qua
in vltima decisione. Nam vltra quod motiuū præscriptio-
ni huiusmodi fuit adiectum ex abundanti, quia bonum ius
Equitis

Equitis fuit ibi, & in decisione *coram bon. mem. Seleucien.*
præcipuè deductum ex validitate instrumenti venditio-
nis cessat difficultas, ex quo à die interruptionis præ-
dicta Bernardina, & subsequenter Maruellus ab ea
causam habens, tacuerunt, vsque ad annum 1621.
Indeque cum interuenerint 31. anni non est dubium
1 affluxisse legitimum † tempus ad præscribendum, & ex-
tinctum remansisse ius agendi de nullitate, *l. fin. C. de
præscription. 30. annorum, cum alijs in decisione co-
ram me.*

Procul nec obstat, quod Curator in venditione in-
2 teruenerit, non † autem Tutor, cum tamen stante
ætate pupillari Bernardinæ, Tutor debuisset adhiberi,
3 vnde allegatur mala † fides impeditiua cursus præscri-
ptionis ex cumulatis per Surd. *consil. 276. num. 22. & seq.*
Etenim Curator ille fuit datus à Iudice, ac vlterius vnà
cum eo interuenit contractui venditionis procurator de-
putatus à Congregatione Monasterij S. Catharinæ, vbi
4 educabatur pupilla, & hi ambo successerunt loco †
Tutoris, ita vt in eorum auctoritate, & præsentia
etiam in vno quoque de per se considerata contractus ef-
fectus fuerit validus, vt de primo faciunt tradita per
Montan. *in tract. de Tut. & Cur. cap. 1. nu. 14. & de se-
cundo est text. in Clemen. quia contigit §. vt autem vers.
illi etiam quibus dictorum locorum gubernatio, vbi glos.
in verb. committatur, & in verbo Tutorem re relig.
domib.* & fuit latè comprobatum in decisionibus.

Et in omnem casum, admissa etiam, quod supra-
dicti non successissent loco Tutoris, saltem ex eorum
legitimam deputatione facta vt supra per Iudicem, &
Congregationem, resultare videretur titulus satis iusto
errore causatus, vtpotè habens mixturam facti, nem-
5 pè circa modum deputationis, † quæ mixtura causat
iustum errorem ad præscriptionem, *l. si vir vbi glos. in
verbo procedere*, & Bart. *num. 8. & seq. & alij ff. pro
donat.* Bellam. *in cap. vigilanter num. 47. de præscript.*
Dyn. *in reg. possessor. num. 30. de reg. iur. in 6.* Rota
*decis. 3. de præscript. in nou. cum alijs allegatis in Valen-
tina Parochialis de Palma 2. Ianij 1606. coram Reueren-
diss. D. meo Decano, quæ est decisio 238. num. 3. post 2.
vol. consil. Farinacij.*

Cætera satis visa fuerunt sublata in decisionibus, &
per informantes, quorum dicta Dominis placuerunt.

Et ita decisum vtraque parte informante.

Habes, hanc decisionem infra in addictione pro vt in In-
dice in eius fine posito. Altera verò est decisio vt supra in
hac parte.

REVERENDISS. P.D. DVRANO EPISCOPO VRGELLEN.

Bononien. Retractus.

Die Veneris 21. Maij 1627.

A R G V M E N T V M.

Statutum requirens aliquas solemnitates in
alienatione rerum minoris, cum illas re-
quirat pro forma, debent in ipso actu,
vel incontinenti interuenire, alias si ex
interuallo interponantur, alienatio red-
ditur nulla. Et incontinenti, quando
dicatur aliquid fieri.

S V M M A R I V M.

1 *Retractui quando sit locus.*

2 *Venditio si sit nulla, tunc ex illa non competit ius
retrahendi.*

3 *In venditione rerum minoris requiritur decretum
Iudicis ad hoc, vt non sit nulla.*

4 *Statutum requirens aliquid pro forma, illud de-
bet interponi in ipso acta, non autem ex inter-
uallo, & ad alia diuertendo, num. 5. & ra-
tio num. 6. & 7.*

8 *Licentia in alienatione rerum minoris interponi debet
per viam decreti.*

9 *Decretum Iudicis in alienatione rerum minoris præce-
dere, vel in ipso actu interuenire debet, & po-
stea nihil operatur, num. 13. & 15.*

10 *Consensus patris, qui requiritur, vt filius adeat
hæreditatem, vel possit stare in iudicio, de-
bet præcedere.*

11 *Auctoritas Tutoris, vel Curatoris debet præcede-
re actum gestum à pupillo, vel adulto, aut in
ipsomet actu interponi.*

12 *Text. in l. si quis mihi bona §. iussum ff. de acquir.
hæred. intellectus.*

14 *Licentia, decretum, aut consensus alicuius, quando
dicantur à statuto desiderari pro forma.*

16 *Actus, quando conualescat, per licentiam, aut
consensum subsecutum.*

17 *Licentia superioris, an possit supplere licentiam in-
ferioris.*

18 *Vicelegatus habet illam auctoritatem, quam habet
Legatus.*

19 *Licentia non operatur circa non expressa, vel non
considerata.*

20 *Clausulæ, super quibus omnibus, & singulis,
effectus.*

21 *Dispositio text. in l. Modestinus ff. de solut. quan-
do intret.*

22 *Paria sunt aliquid ab initio fieri, vel ex post fa-
cto, si ab initio fuit conuentum, quod illud debeat,
vel possit fieri.*

23 *Incontinenti aliquid dicitur fieri, si ab initio ita
fuit conuentum, licet ex interuallo fiat, num. 24.*

25 *Venientes ex fideicommisso, licet nec nati, nec conce-
pti sint tempore testamenti, dicuntur habere bona
à fideicommittente, etiam si mille anni transacti erint.*

26 *Pactum appositum in contractu, per quod aliquid re-
seruatur, informatur ab ipso contractu.*

27 *Venditio sub conditione, ea non purificata, non di-
citur perfecta, sed remanet in suspenso.*

28 *Clausula, quatenus opus sit, quid importet.*

29 *Incontinenti dicitur aliquid fieri, & in ipso actu,
si fit, antea quam partes habeant contractum
pro perfecto, & donec contractus ambulat, n. 30.*

31 *Confessio alicuius quando non præiudicet habentibus
ium ius quæsitum.*

D E C I S I O LXXIII.

DOmina Elisabeth de Mercadinis 6. Maij 1623. & æta-
tis suæ annorum 13 vendidit Vincentio Bauosio
medietatem cuiusdam prædij, sed quia erat pro quodam
perpetuo censu pupillis de Grimaldis obligatum, ipsi pro-
pterea vigore constitutionis Pij V. volentes illud retrahere
obtulerunt adimplere omnia in venditionis instrumento
contenta, & cum effectu pecunias iuxta d. Constitutio-
nem deposuerunt vnde videbatur † retractui locum esse. 1
Cinc. *de censib. par. 2. q. 1. ar. 3. num. 1. & seq.* Rota *decis.
620. par. 2. recent.* & coram Greg. XV. *decis. 193* & pro re-
tractu in prima instantia ad fauorem dd. pupillorum pro-
nunciauit Auditor generalis Bononien.

Verùm Bauosius, qui ex alio iure prædium ad se specta-
re, & contractum excludere prætendebat, causam in gra-
du appellationis introduxit in Rota Bononien. à qua sen-
tentiam fauorabilem primæ reuocatoriam reportauit,
cuius fundamentum fuit, quòd prima † venditio, ex qua 2
Grimaldi retrahere volunt, fuit nulla, & sic ex illa eis non
competere ius retrahendi Bald *in l. 2. n. 3. propè fin. vers.
quia verbum venditionis, C. de Episcop. audien. & in tract.
de iur. prothomis. nu. 7.* Castr. *cons. 24. nu. 1. in fin. vers. &
idem dicendum est lib. 2.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos.
2. sub num. 5. vers. cum appellatione venditionis, & num. 6.
post princ. vers. quia verbum venden.* Cassad. *in rubr. de re-
tract. rubr. 10. §. 1. glos. 1. n. 5.* Carpan. *ad statut. Mediolan. c.
417. n. 135. tom. 1.* Moder. Rom. *discept. forens. c. 526. n. 15.
lib. 3.* Franch. *dec. 242. n. 1. & seqq.* Seraph. *decis. 834. nu. 9.*

Nullitas venditionis prætendebatur, ex quo *per Sta-
tutum Bononiæ sub rubr. de contractibus in §. adijcien-
tes*, in alienatione rerum minorum requiritur inter alias
solemnitates licentia, & decretum DD. de Collegijs,

siuè Tribunorum plebis, vt exponit Monter. glos. ibi
in verb. & Dominorum, hoc etiam in dicto Statuto ex-
presso, in vers. & si, quod alienationes aliter factæ,
& sic sine prædicta licentia, seu decreto Tribunorum
sint ipso iure nullæ, nulliusque valoris, & momenti,
3 vndè cum hæc decreti † solemnitas non interuenerit,
venditio fuit nulla, cap. cum dilecta ante fin. & ibi Felin.
num. 6. vers. gesta contra formam de rescript. Surd. decis.
144. nu. 16. Pic. ad stat. vrbis glos. 11. nu. 4. & Rota apud
Seraph. decis. 1187. in fin. & fuit sæpius decisum.

Nec releuare videbatur, quod postea die 7. Septembris
eiusdem anni, & sic post menses quatuor à die dictæ ven-
ditionis, quæ vt dictum est, fuit die 6. Maij sequuta fue-
rit Tribunorum licentia, seù decretum, quia cum illud à
4 Statuto † requiratur pro forma debuit in ipso actu, aut
post incontinenti, non tamen ex interuallo interponi iux-
ta doctr. Bart. in l. vniuersa, C. de precib. Imp. offeren.
Bald. in rubr. num. 5. C. de rescindend. vend. Alex. Ias.
& communiter Doctor. in l. si quis mihi bona, §. iussum,
ff. de acq. hæred. Dec. in l. debitori, n. 16. C. de pact. Cels.
Vgo cons. 34. n. 2. Ioan. Lup. in rubr. de donat. int. vir. §.
65. n. 26. August. Bero. cons. 77. circa princip. n. 4. vol. 1.
Gabr. cons. 2. per tot. Bertazol. de contract. claus. 10. num.
12. vers. & quod verum est. Lamberteng. de contract. glos.
5 7. n. 26. vbi quod interponi debet † antequam quis ad
alia negotia diuertat. Simoncell. de decret. in præfat. nu.
49. vers. huic tamen conclusioni, & ratio est, quia actus non
6 potuit fieri sine tali forma, & ideò † potentia debet prę-
cedere, aut simul concurrere cum actu iuxta ordinem na-
turæ, vt dixit Bald. in l. 1. num. 11. C. qui admittit.

7 Quæ ratio procedit, † & concludit etiam quod ver-
bum, licentia in dicto statuto, vt voluit Monter. ibidem,
8 interpretatur, idest, decretum, quia licentia † interponi
debet per viam decreti, & antequam interponatur, non
adest potentia, & etiam est conformis iuri communi, quo
9 attento decretum † iudicis in alienatione rerum minoris
præcedere, aut in alienationis actu interponi, & non sub-
sequi eius perfectionem, l. 1. & l. magis puto in princ. ff.
de reb. eorum l. 1. & per tot. C. de præd. min. sicut in simili
10 consensus, † qui requiritur, vt filius adeat hæreditatem,
vel possit stare in iudicio, debet præcedere d. §. iussum & ibi
glos. ordinaria & in l. fin. §. necessitate, C. de bon. quæ liber.
vbi Bart. Bald. & communiter Doct. prout etiam auctori-
11 tas † Tutoris, & Curatoris debet præcedere actum ge-
stum à pupillo, vel adulto, aut in ipsomet actu interpo-
ni, non verò ex post facto l. obligari, §. Tutor. ff. de auctor.
Tutor. & §. Tutor instit. eod. tit. nec contrarium probat,
12 text. † in dicto §. iussum ibi, quæ interponitur perfecto
negotio, quia hæc verba intelligenda sunt, idest dige-
sto, & per Tutorem, seu Curatorem benè, & perfectè
negotio viso audito, & intellecto iuxta doctrinam Bart. in l.
13 sed si hac §. Prætor. ait ff. de ius vocan. Consensus †
enim aliter præstitus nihil operatur, Paulus de Castr.
cons. 433. num. 1. vol. 1.

Quod autem in casu nostro licentia, seu decretum
Tribunorum desideretur per forma, videtur clarum, tùm
quia hoc in Statuto expressè cauetur ibi, seruata forma
huius statuti, & rursus ibi, contra præfatum formam,
& in puncto huius statuti, Maluas. cons. 86. num. 7. seq.
Tum etiam quia trita, & solida est in hac materia regula,
14 quod licentia, † decretum, aut consensus alicuius tunc
dicuntur per statutum desiderari pro forma in aliquo actu,
quando aut eius non interest actum fieri, aut desiderantur
ad integrandam personam, & statutum disponit aliter non
posse fieri, & factum nullum esse cum clausula, non ali-
ter, nec alio modo, vt in casu nostro, Bald. in l. cum ip-
se, C. de contr. empt. Paul. de Castr. in l. si cum dotem, §.
eod. autem tempore, ff. sol. matr. Alex. Aretin. & alij in d.
§. iussum Roman. cons. 54. per tot. Ias. in l. 2. §. voluntatem
num. 5. ff. solut. matr. & plenius Soc. cons. 23. num. 21. lib.
15 4. adeò vt tunc nullo modo per interpositionem decreti †
ex interuallo actus conualescat, vt dicunt, præcitati Doct.
benè autem conualidatur, quando consensus, seu licen-
tia, non desiderantur ad integrandam personam, sed ad
16 præiudicium † consentientis, l. fin. ff. ad Maced. & l. ho-
nores in fin. ff. de decur. Bart. in dicto §. iussum, n. 5. vers.
quandoque, & in d. §. necessitatem in fin. Castad. in Con-
suetud. Barg. rubr. 4. §. 7. nu. 4. Roder. Suarez in l. 13. num.
32. tit. de ius deudor.

Nec etiam releuare dicebatur, quòd in actu venditio-
nis interuenit licentia, seu decretum V. legati Bononien.
itaut per illam vti licentia † Superioris, suppleatur li- 17
centia Tribunorum, qui sunt inferiores, vt fuit de men-
te Bald. in d. l. cum ipse n. 11. & in puncto Franc. decis. 242.
nu. 6. in fin. & Rota apud Mantic. decis. 344. n. 6. quia benè
respondebatur, quòd licèt † V. legatus habeat illam 18
auctoritatem, quam habet Legatus Modern. Rom. discep.
forens. cap. 166. num. 1. & seqq. & Rota apud Vetall.
decis. 341. num. 4. & 5. par. 3. tamen licentia V. legati
fuit restricta ad vitium litigiosi, & sic solum operatur,
vt vitium hoc non impediat venditionem, non autem vt
per eam suppleantur solemnitates statuti, cum enim hoc
non fuerit petitum, nec aliter V. legato expositum, † 19
non fuit eius intentio supplere dictas solemnitates, cap. in-
ter ia fin. de fid. instr. l. si defensor, §. 1. ff. de interrogat.
act. Paris. cons. 3. num. 56. lib. 4. Bellam. decis. 333. Rota
decis. 114. num. 4. decis. 555. nu. 2. & decis. 687. nu. 6. vers.
concessio enim par. 2. rec. & quamuis minor ætas fuerit
narrata, quia tamen in licentia non adest † clausu- 20
la, super quibus omnibus, & singulis, illa non tra-
hitur ad enunciata, Ruin. cons. 137. num. 6. lib. 1. Pic.
ad statut. verb. glos. 21. num. 20. & Rota diuers. decis.
316 num. 7. par. 2.

Cæterum (etiam omnibus supra ex aduerso dictis veris
existentibus,) vnanimi Dominorum voto fuit conclu-
sum, venditionem fuisse validam, & ideò ex ea Dominis
de Grimaldis competere ius redimendi, & consequenter
sententiam Rotę Bononien. esse infirmandam. Fuit enim
venditio facta cum omnibus statuti solemnitatibus, & li-
centia, seù decretum Tribunorum, etiam quod post qua-
tuor menses à die stipulati instrumenti in actu ipso inter-
positum, ex quo illud fuit expressè tunc in instrumento
reseruatum, ibi, saluo tamen quatenus opus sit iure peten-
di, & obtinendi decretum à Tribunis Plebis, &c. vndè in-
trat dispositio, † tex. in l. modestinus 76. ff. de solut. vbi si 21
vnus fideiussorum soluit pro alijs Confideiussoribus, non
potest petere, vt creditor sibi contra eos cedat actiones,
quæ per solutionem simpliciter factam fuerunt iam extin-
ctæ, benè tamen sibi cedendæ sunt, si in actu solutionis
expressè fuit reseruatum, vt sibi actiones cedantur, quasi
cessio, quæ postea fit, censeatur vigore reseruationis facta
in actu solutionis, ex quo text. Bart. ibi num. 2. deducit re-
gulam, quod paria sunt † aliquid ab initio fieri, vel ex 22
post facto, si ab initio conuenit, quòd illud debeat, vel
possit fieri, & ex eod. text. resoluit Anchar. cons. 7 n 2. in
fin. quod si instrumento reseruant sibi contrahentes, vt
liceat eis opponere conditiones postea declarandas, quod
etiamsi declaratio † ex interuallo fiat, haberi debet 23
pro facta tempore confecti instrumenti, & perinde ac
si conditiones postea declaratæ in eo essent specificatæ,
& Crauett. cons. 156. num. 19. quod si ab initio contra-
ctus conuentum est, quod fiat pactum de retrouenden-
do, dicitur † incontinenti, & in ipso actu fieri, 24
etiamsi postea ex interuallo fiat, & facit text. optimus
in l. si ita scripsero 38. ff. de condit. & demonstr. vbi si
in testamento dictum fuerit, quantum Codicillis Titio
legauero, &c. licèt Codicillis legatum explicetur, tamen
ex testamento valet: hinc etiam videmus, quod venien-
tes † ex fideicommisso, quamuis nec nati, nec conce- 25
pti tempore testamenti dicuntur habere à fideicommit-
tente etiamsi mille anni transierint, l. vnum ex familia
in princ. ff. de leg. 2. & demum conducunt, quæ in simi-
libus terminis tradunt, Socin. cons. 60. num. 6. vers. qua
ret sic assignata vol. 1. Mandel. cons. 408. num. 7. & cons.
599. num. 6.

Præterea pactum illud, quo fuit reseruatum decretum
Tribunorum appositum iuxta contractum venditionis,
& in dicto instrumento † informatur ab ipso contractu, 26
aut vt alij dicunt, informat ipsum contractum principa-
lem, l. iuris gentium, §. quinimo, & ibi Bart. Paul. Ias. &
communiter Doct. ff. de pact. Itaut venditio † censea- 27
tur celebrata sub conditione, si decretum Tribunorum
interponatur, & non aliter, vnde interim venditio
fuit imperfecta, & suspensa sub dicta conditione, Ostasc.
decis. 164. num. 7. & dominium non fuit translatum Put.
decis. 2. de transact. & illa clausula, † quatenus opus sit, 28
importat, vt decretum Tribunorum omninò interpona-
tur, ex quo opus erat interponi pro actus validitate,
Bald. in l. edita, num. 98. C. de eden. Seraph. decis. 687. nu.
2. & sine dubio fuit contrahentium mens, vt interim
venditio non esset perfecta, prout etiam ex decreti
petitione postea facta, & illius interpositione sub-
sequuta

sequuta satis declaratur, hanc ab initio fuisse eorum intentionem, *ad l. sed Iulianus §. prosade ff. ad Macedon.* vnde
succedit *doctr.* Bart. *communiter npprobata, in d. l. lectn, n.*
29 18. vbi, quod † omne illud dicitur fieri incontinenti, &
in actu ipso, quod fit, anrequam partes habeant contractum pro perfecto, & absoluto, *idem* Bart. *in d. §. quinumo, num.* 21. aut, vt expooit. Ias. *ibidem. nu.* 21. do-
30 nec contractus, † ambulat, & est in fieri, & ita in
similibus terminis resoluit, Paris. *cons.* 31. *num.* 17. *lib.* 4. Corn. *cons.* 147. *num.* 2. *circa fin. vers. Præteren ex quo decretum*, & in puncto Simon. *de decret. in præfat. num.* 37. *vers. non obstat vntio*. Menoch. *cons.* 767. *per tot.* Put. *d. decis.* 2. *de transnct.* Rota apud Seraph. *dec.* 805. *n.* 8

Neque obstat quod D. Elisabeth post decretum Tribunorum, & ideò post perfectam, & absolutam venditionem, ac post declarationem Grimaldorum, quod volebant vti retractu, declarauerit se nulliter vendidisse,
31 & nolle venditioni stare, quia hæc declaratio non † potuit præiudicare DD. de Grimaldis, quibus fuerat ius quæsitum. Alber. *de statut. par.* 1. *quæst.* 87. *vers. si autem agnati*. Dec. *consil.* 160. *num* 6. *vers.* 4. *& vlt. & in puncto* Mandel. *cons.* 107. *num.* 8. & Tiraq. *de retract. conuent.* §. 1. *glos.* 7. *num.* 18.

Et ita, &c. Vtraque &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Romana *Hæreditatis* de Matthæis.

Die Veneris 21. Maij 1627.

A R G V M E N T V M.

Testamentum licet non sit absolutum, nec cancellatum, tamen si super eo appareat, quod sit facta aliqua transactio, remanet extinctum, & ex eo agi non potest. Et transactio, quando substineatur.

S V M M A R I V M.

1 *Transnctio impedit litis ingressum.*
2 *Trnnsactio super eestamento, de quo babetur notitin, substinetur.*
3 *Pro decreto Iudicis præsumitur.*
4 *Concordia, vt substineatur, sufficit timor litis, & recessus ab ea.*
5 *Concordia substinetur, si adsit aliquis timor litis probabilis dubitationis ex fatura negotiatione, & n. ta.*
6 *Concordia substinetar, etiam si timor litis sie extraiadicinlis.*
7 *Afferens se esse talem, tenetur probare.*
8 *Causæ expressæ in decreto Iudicis præsumuntur veræ, donec erroneæ conuincanetur.*
9 *Dictionis (vt suprn) natura.*
10 *Testamentum est nullum ex defectu præteritionis filiorum.*
11 *Clausula codicillaris non operatur, vbi filiue iam natus, ignoranter fuie præteritus.*
13 *Concordia inter fratres ob mutuam dilectionem fraeernam conseruanda est, & num.* 23.
14 *Cautio de insinunnda donatione, intelligi debet, quatenus opus sit.*
15 *Reseruatio beneplaciti Apostolici, vel consensue Domini directi, intelligitur, quatenus opus sit.*
16 *Transactio de iure non egee insinuatione, quia non est simplex donatio ex mera liberalitate, num.* 17.
18 *Insinuatio non requiritur in casu primogenituræ ad fauorem transigeatium, & successorum.*
19 *Decis. Put.* 224. *lib.* 1. *declaratur.*
20 *Insinuatio non requiritur in transnctione, etiamsi vna pars plus remittat alteri.*
21 *Decis. in vna Romana pecuniaria coram Buratt. intellectus.*
22 *Læsio enormissima collitur in transnctione, ex multis difficultatibus, & ex eueata litis incerto.*

D E C I S I O L X X I V.

PRoposito dubio, An testamentum bonæ mem. Marij
sit, non obstante transactione, exequendum, Domini negatiuè responderunt; Nam licèt testamentum
Marij non sit abolitum, nec cancellatum, Illud remansit
extinctum per transactionem, † quæ etiam impedit li- 1
tis ingressum, *cap.* 1. *de transnct. l. frnstrit vbi* Ias. *nu* 2. *C. de trnnsnct.* Gabr. *concl.* 1. *numer.* 61. *de nouat.* Mohed. *decis.* 3. *de transact.* Rota *in rec. decis.* 414. *n.*
1. *par.* 2. & transactio super † testamento, de quo habe- 2
tur notitia sustinetur, *l. de hie, ff. de transact. l. de fideicommisso C. eod.* Natt. *cons.* 465. *n.* 1. *& seqq.* Peregr. *de fideic. art.* 52. *n.* 75. *& seqq.* concurrente decreto Iudicis cum interuentu tutricis, & curatricis, ac curatoris, & consensu
consanguineorum, pro quo † decreto præsumitur *l. ab ea* 3
pnrte ff. de probnt. Imol. *cons.* 98. *n.* 9. *&* 10. Surd. *decis.* 106. *n.* 9. Seraph. *decis.* 737. *n.* 6. Rot. *decis.* 647. *n.* 1. *in fin. par.* 2. *recent.*

Non obstat defectus causæ, nam pro substinenda † con- 4
cordia sufficit timor futuræ litis, & recessus ab ea Mohed. *decis.* 1. *de transact.* Seraph. *d. decis.* 737. *num.* 3. Greg. *dec.* 149. *nu.* 2. Natt. *cons.* 465. *num.* 2. Bec. *cons.* 109. *num* 6. *&* 7. & suffragatur suspicio litis, Seraph. *decis.* 638. *n.* 7. & periculum litis, quamuis non de præsenti Rota *in recent.*
decis. 447. *n.* 2. *par.* 2. & sufficit † aliquis timor probabi- 5
lis dubitationis ex futura negatione, quæ non esset calumniosa Seraph. *d. decis.* 737. *n.* 5. Rota *diuer. decis.* 235. *n.* 2. *par.* 2. Mantic. *de contract. lib.* 26. *tit.* 1. *n.* 16. *& seqq.* Natt.
cons. 548. *num.* 13. *lib.* 3. & attenditur etiam † controuer- 6
sia extraiudicialis, *l.* 1. *C. de transact. & ibi gloss.* Ruin. *cons.* 226. *num.* 16. *lib.* 3. Aym. *cons.* 707. *num.* 24. *in fin. lib.* 4. Mantic. *dicto lib.* 26. *num.* 16.

Hic super interpretatione, & exequutione testamenti Marij aderant difficultates expressæ in ipsa concordia nempe circa liquidationem portionis bonorum, de quibus Marius disponere poterat circa separationem ab antiquis fideicommissis, & à dote vxoris, & an per diuisionem bonorum secutam inter Fabium, & Mutium, & filios Ludouici fideicommittentis fuisset renunciatum legitimæ,
an fuerit consumpta, vel præscripta, quæ causæ † licèt 7
aliundè siot probandæ, nec stetur assertioni contrahentium, Surd. *decis.* 104. *num.* 2. *&* 3. *&* 155. *num.* 11. Dec. *cons.* 351. *num.* 3. tamen ex ipsa narratiua videotur satis probabiles, cum adsint testamenta antiqua, & diuisio, & prætensio dotis, & legitimæ, & liquidationis, & ob decretum Iudicis cum consanguineis præsumitur causæ co-
gnitio, & extraiudicialis informatio, Ita vt causæ † ex- 8
pressæ præsumantur veræ, donec erroneæ conuincantur, Acchill. *decis.* 3. *de præsumpt.* Put. *decis.* 354. *lib.* 1. *in correct.* Rota *diu. decis.* 193. *num.* 2. *& decis.* 316. *num.* 20. *par.* 2. & fuit dictum in *Romana de Grandis* 16. *Februarij* 1601. *coram bon. mem. Penia.*

Præsertim cum in ipsa concordia dicatur, quòd superuenire poterant in dies grauiores difficultates, vnde potuisset dubitari de validitate testamenti Marij ex defectu præteritionis Caroli, cum Marius Fabio, & Carolo non reliquerit nisi partem eis tangeotem ex fideicommisso maiorum, Iosepho verò reliquerit omnia eius bona iure primogeoituræ, & sequens institutio omnium quatuor filiorum fuerit restricta per illa verba, *ong'vn di loro per la ra-*
en parte come hò detto di sopra, nam dictio † (*vt* 9
supra) repetit, & restriogit quoad Carolum in bonis fideicommissi, Bart. *in extrauag. ad reprimen. in verb. prout num.* 2. Dec. *cons.* 63. *nu.* 6. Rota *par.* 4. *diu. decis.* 491. *nu.* 3. Cum ergò ex substantia paterna Carolus nihil consequeretur, proindè est, ac si non fuisset institutus, & intrat
† nullitas testamenti ex defectu præteritionis, *glos. in l.* 10
3. §. *sed vtrum in verb. patrimonium in fin. ff. de mia.* Bald. *in l. suus quoque num.* 4. *ff. de hæred. instit* Castr. *cons.* 86. *num.* 1. *lib.* 1. Aym. *cons.* 142. *num.* 10. Rot. *par.* 1. *recent. decis.* 526. *num.* 4.

Nec clausula codicillaris operatur † vbi filius iam na- 11
tus ignoranter fuit præteritus, Bart. *in l.* 1. *n.* 10. *ff. de iur. codicill.* & fuit dictum in *Romana de Marescottis* 22. *Ianuarij, &* 21. *Maij* 1618. *coram bonæ mem. Cardinali Sacrato, & par.* 1. *recent. decis.* 526. *num.* 4.

Et quamuis ad euitandam Caroli præteritionem dentur responsiones coloratæ, sat est dubius litis euentus, & quòd casus præteritionis habeat difficultatem, &

12 & clausula codicillaris † in controuersiam deduci possit,
vt concordia sustineatur, Mohed. *decis.* 1. *&* 3. *de transact.*
Seraph. *d. decis.* 737. *n.* 5. Bec. *d. cons.* 109. *n.* 9. *&* 10. Rota
decis. 235. *par.* 2. *diuers.* Natt. *cons.* 548. *nu.* 13. *lib.* 3. præ-
13 cipuè cum concordia † sit inter fratres ob mutuam dile-
ctionem fraternam conseruandam, Rimin. Iun. *cons.* 291.
& fuit dictum in *Mileuitana hæreditatis 5. Martij 1625. co-
ram R. P. D. Merlino.*

Nec obstat quòd in concordia consenserint contrahentes
insinuationi, & constituerint procuratores ad insinuan-
14 dum, quia cum non adsit clausula † *non aliàs, aliter, nec
alio modo*, huiusmodi pactum intelligitur quatenus insi-
nuatio esset de Iure necessaria, Seraph. *decis.* 751. *num.* 4.
sicuti reseruatio beneplaciti Apostolici vel consensus Do-
15 mini directi intelligitur † quatenus opus sit, Rota *par.* 1.
recent. decis. 438. *num.* 4. *& par.* 2. *decis.* 404. *num.* 6. Gabr.
cons. 92. *num.* 72. *lib.* 1. *& cons.* 82. *num.* 19. *lib.* 2. Put. *decis.*
44. *in fin. lib.* 2. *in corre*ct. Seraph. *decis.* 1027. *num.* 7.

16 Transactio autem de Iure † non indiget insinuatione,
l. siue apud acta, C. de transact. Bald. *cons.* 261. *n.* 4. *lib.* 1.
& cum fuerit mutua, & reciproca conuentio, siuè remis-
sio, ex quo Iosephus cessit prælegato, R. P. D. Gaspar ces-
sit legato de scutis bis mille, Carolus, & Fabius, & alij
fratres supposuerunt fideicommisso maiorum omnia eo-
rum bona, & consenserunt primogenituræ super iurisdi-
17 ctione Castrorum non versamur in † simplici donatione
ex mera liberalitate, sed in transactione ex causa vt esset
litium finis, quo casu non requiritur insinuatio *glos. in l.
Attilius in verb. non meram* vbi Bart. *nu.* 3. *de don* Oldrad.
cons. 139. *num.* 14. Molin. *de Hispan. primog. lib.* 2. *cap.* 8.
num. 16. Tiraq. *in l. si vnquam. in verb. donatione largitus,
num.* 127. Clar. *in §. donatione, qu.* 16. *vers. sed numquid*
Seraph. *decis.* 534. *num.* 1. Rota *par.* 2. *recent. decis.* 458.
num. 5. & in casu primogenituræ ad fauorem transigen-
18 tium, & successorum quod non † requiratur insinuatio,
Port. Imol. *consil.* 81. *num.* 28. Molin. *de Primog. Hisp. lib.*
2. *cap.* 8. *num.* 18. Peregr. *de fideic. art.* 51. *num.* 64. & fuit
dictum *in Camerinen. Bonorum de Octonibus 17. Februarij
1623. coram bon. mem. Remboldo.*

19 Nec obstat † *decis.* Put. 224. *lib.* 1. *in corre*ct. nam illa
distinguit quod in donatione ex mera liberalitate, ex quo
contrahentes intendunt simpliciter donare, requiri-
tur Insinuatio, secus si sit mutua, & reciproca remis-
20 sio ex causa concordiæ ad tollendas lites, † tunc enim
etiamsi vna pars plus remittat alteri non est necessaria in-
sinuatio vt distinguit, Calcan. *cons.* 25. *col.* 5. *vers. idem
videndum est* Ias. *cons.* 149. *nu.* 9. *col.* 2. *vers. nec obstat lib.* 4.

21 Pariter non obstat † decisio in *Romana pecuniaria 21.
Iunij 1622. coram bon. mem. Buratto*, quia loquitur in me-
ra remissione non in reciproca.

Ex supradictis etiam tollitur enormissima læsio, nam
cum requireretur liquidatio portionis Marij separatio à
fideicommissis, disputatio super legitima, ac super præ-
22 tetitione Caroli ex tot † difficultatibus, & ex euentu li-
tis incerto excludebatur læsio, Seraph. *decis.* 638. *num.* 9.
Rota *in recent. decis.* 715. *num.* 2. *&* 3. *par.* 2. maximè in-
ter fratres, Dec. *cons.* 39. *num.* 99. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 401.
23 *num.* 184. *lib.* 5. Et quia concordia fuit † quoque facta pro
manutenenda mutua fraterna dilectione, & conseruandis
bonis in familia Greg. *decis.* 286. *num.* 11. Rota *in recent.
decis.* 715. *num.* 6. *par.* 2. Honded. *cons.* 49. *num.* 18. *& seq.
lib.* 1. *& cons.* 34. *num.* 46. *lib.* 2.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Romana Pecuniaria.

Die Mercurii 26. Maij 1627.

A R G V M E N T V M.

Agitur de dispensatione super retentione Pensionum, non obstante matrimonio cum quacunque muliere contracto.

S V M M A R I V M.

1 *Relatio facienda est singula singulis referendo distributiuè, & num.* 13.

2 *Papa non dispensat super matrimonio nullo, ad effectum retinendi pensiones.*

3 *Verba apposita causa demonstrationis, non restringunt.*

4 *Papa, quando dicatur velle indistinctè dispensare, adhoc, vt quis possit contrahere matrimonium cum quacumque muliere, dummodo non sit ei consanguinea.*

5 *Dictio etiam implicat casum non dictum, & maiorem distinctum ab expressis.*

6 *Copula, &, comprehendit qualitates distinctas, & separatas, quarum vna non insit alteri.*

7 *Copula, ac, apposita inter duas orationes perfectas non repetit in sequenti qualitatem expressam in præcedenti.*

8 *Obseruantia interpretatiua declarat præcedentia.*

9 *Papæ voluntas declaratur ex derogatione, etiam in executiuis.*

10 *Derogatio quid operetur.*

11 *Superfluitas verborum est euitanda, sicuti etiam contradictia, num.* 12.

15 *Decis. Seraph.* 121. *declaratur.*

16 *Decis. in causa Palentina Pensionis coram Blanchetto declaratur, num.* 17.

D E C I S I O LXXV.

ABbas Aymus sub prætextu, quòd ob contractum per Tarquinium Sanctacrucium de anno 1605. secundum matrimonium cum Vidua, & ob incursam bigamiam, & ob tertium matrimonium de anno 1616. pensio esset extincta, petijt dubium, An esset locus repetitioni scutor. 515. vel solutioni scutor. 404. Quo disputato, Domini non esse locum repetitioni, sed solutioni responderunt, licèt enim Tarquinius susceperit habitum militiæ Sanctorum Mauritij, & Lazari, & virtute stabilimentorum dictæ Militiæ non potuisset suscipere nisi vnicam, & virginem vxorem, tamen Gregorius XIII. dispensauit, vt liceret Tarquinio retinere pensionem post susceptionem habitus, ac post matrimonium iuxta Statuta Militiæ, aut priuilegia Apostolica d. Militiæ concessa etiam cum Vidua, & pluries nupta, vel corrupta, ac etiamsi ad secunda, & plura alia matrimonia transire contigerit, vnde etiamsi Tarquinius contraxerit secundum matrimonium cum Vidua, & postea contraxerit tertium matrimonium potuit retinere pensionem virtute dispensationis Gregorianæ.

Non obstant verba dispensationis, ac matrimonium iuxta Statuta, seu stabilimenta Militiæ, vnde inferunt informantes pro Abbate, quod cum facultas suscipiendi habitum esset generalis in Religione sibi beneuisa, & inter Ordines Militares adsint aliqui prohibentes matrimoniũ, prout Hierosolymitanus, aliqui permittentes cũ vnica, & virgine, prout est Militia Sanctorum Mauritij, & Lazari, aliqui permittentes reiteratas nuptias etiam cum Viduis, prout sunt Militiæ Sancti Stephani, & Hispanorum, sit
facienda † relatio singula singulis referendo. *l. si nego- 1
tium C. de negot. gest.* Rota *decis.* 756. *num.* 1. *p.* 1. *diuers.* vt
si Tarquinius suscepisset, prout suscepit Ordinem Sanctorum Mauritij, & Lazari cum vnica, & Virgine contrahere posset, & retinere pensionem, si suscepisset Ordinem Sancti Stephani, vel Hispanorum potuisset contrahere matrimonium cum Vidua, & reiterare nuptias, & retinere pensionem, nam tunc seruasset formam stabilimentorum, & matrimonium esset iuxta statuta; Ideò cum Tarquinius contraxerit contra stabilimenta Religionis Sanctorum Mauritij, & Lazari, non potest retinere
pensionem, cum Papa † non dispenset super matrimo- 2
nio nullo ad effectum retinendi pensiones. Seraph. *decis.*
121. *repetita diuers.* 591. *par.* 1. Paris. *de resignat. lib.* 6. *qu.* 2. *num.* 116.

Quia fuit responsum, sensum verborum dispensationis non esse, vt fieret restrictio ad numerum, & qualitatem mulierum, vel ipsa stabilimenta, sed esse quod si Tarquinius ingressus fuerit Militiam, cuius statuta admittunt matrimonium, posset illud contrahere cum quauis muliere nullo Iure sibi prohibita etiam Vidua, & pluries nupta, vel corrupta, & posset etiam reiterata matrimonia contrahere.

Primò,

3 Primò, quia illa verba, † *iuxta statuta, seu stabilimen-*
ta Militiæ, non stant restrictiuè, & distributiuè, sed causa-
tiuè, & demonstratiuè, *l. fin. §. Titia, ff. de liber. leg.* Bart.
in l. Centurio, ff. de vulgar. Aym. *cons.* 301. *num.* 3. Gregor.
decis. 516. *num.* 7. *&* 8. Mantic. *decis.* 59. *num.* 10.
Secundò quia dum Papa considerauit quamcunque
mulierem etiam viduam nullo Iure Tarquinio prohibi-
4 tam, vtique voluit † indistinctè dispensare, dummodo
mulier non esset consanguinea, vt sensit Rota apud Gre-
gor. *d. decis.* 516. *num.* 6. *&* 7.
5 Tertio quia dum subiungit, *etiam cum Vidua*, † impli-
cat casum iam non dictum. Dec. *cons.* 342. *nu.* 7. Mantic.
decis. 392. *nu.* 2. & implicat casum maiorem distinctum ab
expressis vltra tenorem stabilimentorum. *l. etiam ff. solut.*
matrim. l. etiam inuitis C. de acquir. rer. domin. l. 2. de testib.
Surd. *decis.* 8. *nu.* 12. Rot. *decis.* 721. *nu.* 7. *par.* 2. *recent.*
Quartò quia dum addit, *ac te ad secunda, & plura vota,*
&c. vtique ob dictionem, *ac*, Papa ampliat ad plura ma-
trimonia distincta, & separata vltra formam stabilimen-
6 torum cum copula † (&) comprehendat qualitates di-
stinctas, & separatas, quarum vna non insit alteri, nec
ab illa dependeat. *l. ea tamen adiectio ff. de leg.* 3. *l. scire*
debemus, vbi Bart *ff. de verbor. oblig.* Rolan. *cons.* 79. *n.* 22. *l.* 3.
Vnde licèt tota periodus regatur à verbo, *dispensamus*,
tamen orationes sunt ita perfectæ, vt intret dispensatio,
etiam si transitus sit ad secunda, & plura matrimonia pre-
ter, vel contra formam stabilimentorum. *l. falsa. fin. ff.*
de condit. & demonstr. Ruin. *d. cons.* 41. *nu.* 8. *& seq. lib.* 2.
7 Cephal. *cons.* 87. *num.* 5. copula enim † (*ac*) apposita in-
ter duas orationes perfectas non repetit in sequenti quali-
tatem expressam in præcedenti. Bart. *in l. Seiæ. §. Caio, n.*
3. *ff. de fund. instr.* Paris. *cons.* 38. *nu.* 25. *& seq. lib.* 2. &
ideò propter dictiones ampliatiuas, & copulatiuas cessat
restrictio ad stabilimenta, & statuta Religionis.
Quintò quia concurrit obseruantia interpretatiua, nam
Tarquinius contraxit plura matrimonia etiam cum
8 Vidua, & retinuit pensionem, quæ obseruantia † inter-
pretatiua declarat verba dispensationis. *l. si de interpreta-*
tione, ff. de legib. cap. cum dilectus. de consuet. Aym. *cons.*
101. *num.* 3. Seraphin. *decis.* 600. *num.* 3. Rot. *diuers. decis.*
574. *num.* 3. *par.* 1.
Sextò quia in dispensatione Gregorij XIII. derogatur
Constitutioni Pij Quinti 73. quæ tollit facultates retinen-
9 di pensiones vltra primum matrimonium, ex qua † de-
rogatione Constitutionis Pij Quinti etiam in executiuis
declaratur voluntas Papæ, Bald. *in l. eam quam, num.* 36.
C. de fideicom. Cagnol. *in l.* 1. *num.* 32. *de reg. iur.* Seraph.
decis. 716. *num.* 3. *&* 1321. *nu.* 5. Goz. *cons.* 38. *nu.* 14. Bart.
cons. 56. *num.* 49. Rot. *diuers. decis.* 532. *num.* 7. *par.* 1.
Septimò quia derogatur stabilimentis Militiarum etiam
iuratis, & confirmatis à Sede Apostolica, & sic tantum
10 abest, quod dispensatio se restringat ad stabilimenta, †
quòd imò illis deroget quatenus obstarent. Rota *decis.* 1.
num. 2. *de præbend. in nou. & decis.* 152. *n.* 6. *par.* 1. *recent.*
Octauo sufficiebat dicere, *iuxta statuta, & stabilmenta*
Religionis, & sic tot verba *etiam cum Vidua pluries nupta,*
vel corrupta, ad secunda, & plura alia vota, aut secun-
das, & pluries nuptias matrimonio, vel successiuè matri-
11 *monijs constantibus, &c.* essent superflua, quod dici † non
debet etiam in dispensationibus. *l. si quando, ff. de leg.* 1.
Gregor. *d. decis.* 516. *num* 3. Calder. *cons.* 6. *qui fil. sint*
legit. Surd. *cons.* 127. *num.* 9. *ad fin.* & sequeretur contradi-
ctio, quod seruarentur stabilimenta, & illis derogaretur,
12 quod fieri † non debet. *cap. cum expediat, de elect. in* 6.
leg. 1. *C. de inoffic. dot.* Alexand. *cons.* 21. *num.* 7. *lib* 7. *&*
cons. 141. *num.* 5. *lib.* 2. derogatio enim stabilimentorum
declarat dispensationem loqui contra formam, & tenorem
illorum. *l. derogatur, ff. de verb. signif.* Bart. *in l. vlt. C.*
si contra ius, vel vtilit. public.
13 Ex quibus cessat, quòd relatio † sit facienda distribu-
tiuè singula singulis, vt supra dictum fuit, quia singula
singulis distributiuè tunc fit relatio, quando dispositio ali-
ter non potest saluari secundum rectitudinem sermonis,
vel priuilegia concessa essent incompatibilia; aliàs non
14 subsistente euidenti necessitate non fit ista relatio † sin-
singula singulis, sed inhærendum est proprietati, & gene-
ralitati verborum coniunctim, & vniuersaliter intelli-
gendo, Corn. *cons.* 268. *nu.* 22. *& seq. lib.* 4. Angel. *in l. fin.*
num. 4. *C. de fideicom.* Dec. *cons.* 186. *col.* 2. *in fin. & cons.*
384. *num.* 6. *vers. non obstant allegata* Rota *diuers. decis.* 34.
numer. 18. *&* 25. *& seq. par.* 2.

Neque applicatur *decis.* Seraph. 121. repetita *par. di-*
uers. 591. † nam illa loquitur in prætensione extinctio- 15
nis pensionis ex eo, quod non fuerit seruata forma Concil.
Trid. *de regul. sess.* 25. *cap.* 15. in facienda professione post
annum, & quia virtute statuti Militiæ Sancti Stephani eo-
dem tempore datur habitus, & emittitur professio, & ex
alijs deductis in decisione ibi firmatur, quòd Miles Sancti
Stephani quoad annuam probationem sub Concilij De-
creto non comprehenditur, at in casu nostro non contin-
git disputari de validitate professionis, nec etiam de vali-
ditate matrimonium dubitari potest, cum adsit expressa
dispensatio ex supra deductis.
Non obstat *Decisio in Paleatina pensionis* 21. *Nouem-*
bris 1586. *coram bon. mem. Cardinali Blanchetto*, nam illa
retorquetur, nam sicuti ibi dictio (iuxta) non stat com-
prehensiuè ad omnia matrimonia permissa iuxta stabili-
menta Religionis, ita non debet stare restrictiuè contra
amplitudinem verborum, & visio dicta decisione Palen-
tina non stat in dictione (iuxta) sed in Constitutione Pij
Quinti, cui & etiam statutis Religionis hic non solum fuit
sufficienter derogatum, sed etiam dispensatio est concepta
per verba, *ac etiam cum Vidua, ac etiam te ad secunda, &*
plura vota, &c. Vnde dispensatio suffragatur pro secun-
dis, & tertijs matrimonijs etiam cum Vidua, vt supra de-
ductum est, & ideò *decisio in Paleatina* non applicatur, † 16
quia in illo casu non aderant supradicta verba prægnantia,
& geminata cum supradictis derogationibus, &c.
Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Montis Falisci Pensionum.

Die Veneris 27. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Manutentio in quo statu dari soleat. Solutiones factæ pro residuo ad quid suffragentur, & quid præsupponant.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio dari solet in eo statu, in quo quis re-*
peritur tempore motæ litis.
2 *Pensionis exigendi quasi possessio ex quo probetur.*
3 *Solutiones factæ pro residuo benè suffragantur ad*
acquirendum integram quasi possessionem exigendi.
4 *Solutiones pro residuo præsupponunt alias solutiones*
præcessisse.

DECISIO LXXVI.

FVerunt ab A. C. relaxata duo mandata de manute-
nendo ad fauorem D. Equitis Lanfreducci pro dua-
bus pensionibus ad sui fauorem reseruatis super Commen-
da Montis Falisci Ordinis Sancti Ioannis Hierosolymita-
ni, vna scilicet scutorum 110. auri in auro, altera verò
scutorum 230. similium. Vnde cum hodie in gradu appel-
lationis in Rota fuerit dubitatum, an dicta mandata A. C.
sint reuocanda, DD. non esse reuocanda resoluerunt.
Quia validitas non fuit controuersa, & iustitia apparebat
ex literis Apostolicis reseruationis pensionum, quæ fue-
runt datæ in *Summ. n.* 1. *&* 2. iuncta quasi possessione exi-
gendi dictas pensiones quolibet anno in scutis 340. mone-
tæ, in qua possessione exigendi hanc summam in moneta
manutentio bene fuit concessa ab A. C. cum ea † dari so- 1
leat in eo statu, in quo quis reperitur tempore motæ litis
§. retinendæ inst. de interd. fel. recor. Gregor. XV. *decis.*
285. *nu.* 14. Rota *diu. decis.* 512. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.*
Quod verò D. Eques sit in possessione † exigendi dicta 2
scuta 340. monetæ signanter patet ex ordine Antonij Bos-
sij procuratoris D. Prioris Gattinaræ dato in dicto *Summ.*
num. 10. in quo ordine habetur, quòd soluebantur dicto
Equiti scuta 63. & ba. 50. monetæ pro residuo annatæ scu-
torum 340. pensionis maturatæ in festiuitate Sancti Ioan-
nis 1624. & hoc idem colligitur ex partita Bartholomæi
Ascornei, vbi pariter apparet, quòd fuerunt soluta
scuta 300. pro residuo scutorum 340. monetæ pro an-
nua

nua pensione debita Lanfreduccio à D. Gattinara, ita vt
claré constet, Lanfreduccium esse in hac quasi possessione
3 exigendi quolibet anno scuta 340. monetæ, cum † solu-
tiones factæ pro residuo bené suffragentur ad acquirendum
integram quasi possessionem, vt in his terminis fuit di-
ctum in *Regien. Pensionis 26. Iunij 1598. coram Orano, & in Spoletana Pensionis 21. Iunij 1619. coram bon. mem. Vbal-*
4 *do*, cum præsupponant † alias solutiones præcessisse *glos. in l. si ex pluribus, ff. de acceptil.* Ias. *in l. si quidem num. 4. vers. limita C. de transact.* Bero. *consil. 192. num. 2. lib. 1. & firmatur in d. Regien. & Spoletana Pensionis.*

Non obstant ea, quæ dicuntur de detractione onerum communis ærarij. Quia non sunt præsentis inspectionis, in qua solum agitur de manutentione in ea summa quam constat fuisse solutam, vnde non est indagandum quid in dicta solutione comprehendatur, & an aliquid fuerit deductum, & posset oppositio procedere, si ex solutionibus factis prætenderetur manutentio quoad integram pensionem reseruatam in literis Apostolicis, nempé in scutis auri in auro, sed solùm prætenditur manutentio in scutis monetæ; pro quibus tantum fuerunt relaxata mandata iuxta solutiones factas.

Et ita decisum, &c.

¶ Infra in eadem causa habetur alia decisio sub die 10. Iunij 1630. coram Reuerendissimo Pirouano Decano, est decisio 386.

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO.

Romana Fideicommissi de Victorijs.

Die Mercurii 2. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius, licet teneatur probare, quando asserit, quod in hæreditate adsint alia bona, ex quibus detractiones pro hærede fieri possint, tamen hoc cessat, si hæres non confecit inuentarium, nam quamuis legitima non amittatur, si sit filius, tamen habet malam præsumptionem contra se, & tenetur probare alia bona non extitisse, ex quibus detractiones fieri potuerint.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario docenti, adfuisse alia bona, ex quibus detractiones fieri potuerunt, incumbit onus probandi, fallit num. 2.*

3 *Hæres, si non confecit inuentarium, habet malam præsumptionem contra se.*

Et ideò tenetur probare alia bona non extitisse, ex quibus detractiones fieri potuerunt, num. 3.

4 *Maximè si alienauit bona notabilis valoris.*

5 *Legitima, quando in bonis stabilibus non debeatur.*

6 *Immissio fideicommissario non retardatur, si hæredi datur retentio alicuius corporis hæreditarij pro sua detractione, & num. 16.*

7 *Dos solui non debet ex bonis fideicommisso subiectis, num. 8.*

9 *Clausula, sublata, tollitur iurisdictionem Iudici, & facultatem opponendi parti.*

10 *Assertio ad fauorem asserentis nullam probationem facit.*

11 *Meliorumenta, vt debeantur debent esse necessaria, vel vtilia, ac talia, quæ de iure reficienda veniant.*

12 *Narratiua simplex instrumenti, præiudicare non potest illi, qui in eo non interuenit.*

13 *Scriptura informis, & simplex copia carens substantialibus, nihil probat.*

14 *Hæres præsumitur soluisse debita hæreditaria ex pecunijs rei venditæ defuncti, vel ex fructibus post purificatum fideicommissum num. 15.*

DECISIO LXXVII.

Domini steterunt in decisis. * Et quoad legitimam debitam Io. Baptistæ seniori, & dotem Camiliæ illius matris, & Dianæ eiusdem vxoris placuerunt responsiones datæ in decisione.

Nec visum fuit obstare, quod stante expressa bonorum
stabilium alienationis prohibitione, etiam ex causa legi-
timæ, & dotium, fideicommissario docenti adfuisse alia 1
bona, ex quibus detractiones fieri potuerint, incumbat
onus probandi, vt per Gabr. *cons. 138. num. 6. & seq. & n. 40. & in fine lib. 2.* & Rota *decis. 210. nu. 1. par. 2. diuers.*
Quoniam hoc non procedit, quando non fuit † confe- 2
ctum Inuentarium, tunc enim quamuis legitima non
amittatur, Gabr. *de legitim. concl. 1. nu. 1. & seq.* Rota *in Romana legitimæ 23. Martij 1612. coram Illustrissimo D. Card. Caualerio, & in Romana Domus 3. Martij 1617. coram bo. mem. Andrea.* tamen hæres propter malam † præ- 3
sumptionem, quam contra se habet, tenetur probare alia
bona non extitisse, ex quibus detractiones fieri potuerint,
Natt. *cons. 129. nu. 11. & cons. 118. nu. 8.* Surd. *decis. 316. num. 13. & seqq.* & fuit dictum in *Romana de Herculanis 7. Iunij 1581. coram Brauo*, & in alijs relatis post *cons. 20.* Giouagn *lib. 2.* & Add. ad san. me. Gregor. XV. *decis. 266. sub num. 16. lit. D.*

Præsertim, quia constat d. Io. Bapt. seniorem animalia
notabilis valoris † alienasse, ac etiam plura alia bona 4
tàm mobilia, quam stabilia extitisse, quæ hodie non reperiuntur, vt deducitur in postrema decisione.

Neque obstat, quod in laudo præclaræ me. Alexandri Cardinalis Farnesij fuerit bo. me. D. Antonio, d. Io. Baptistæ filio, assignata legitima scutorum sex millium etiam in bonis stabilibus; & postea bo. me. Iustus per eius diffinitiuam sententiam similem summam pariter in bonis stabilibus assignauerit Curtio alteri filio eiusdem Io. Baptistæ, & consequenter hodie tantundem etiam detrahendum videatur ex persona Horatij tertij filij. Quoniam assignationes huiusmodi factæ fuerunt pro legitima debita non solum occasione successionis Bernardini aui fideicommittentis, sed etiam patris, matris & aliorum, vt in ipso laudo apertè legitur. Ideò non sequitur fuisse iudicatum, legitimam adhuc deberi in stabilibus, non obstante dicta alienationis prohibitione; dici enim potest, bona fuisse assignata occasione legitimæ debitæ in bonis patris, matris, & auiæ, non autem dicti fideicommittentis, ex qui-
bus legitima, præsertim † in stabilibus, re vera non debe- 5
batur, stante consumptionis, & detractionis iam factæ præsumptione, & dicta expressa prohibitione, cui d. Io. Baptista non reclamando, dum vixit, acquieuerat, iuxta tradita per Honded. *cons. 66. num. 16. 17. & seqq. l. 2.* cum alijs allegatis in decisione. Et in omnem casum semper subsistere videbatur alia responsio decisionis, quod legitima, quæ hodie per D. Petrum Paulum, & litis consortes prætendi potest, non excludit scuta quatuor millia, vnde concessa eisdem retentione alicuius alterius corporis hære-
ditarij dicti Bernardini similis valoris, æquitas † non pa- 6
titur, quòd immissio in possessionem istorum duorum Casalium retardari debeat.

Quoad dotem D. Dianæ sororis ipsorum DD. fratrum collitigantium pro scutis decem millibus, fuit responsum, scuta sex millia fuisse iam soluta, reliqua verò quatuor millia esse soluenda per eosdem fratres ex alijs ipsorum bonis liberis iam diuisis, de quibus in Summario D. Marci Antonii nu. 4. 10. & 11. quæ patet esse sufficientissima;
Ideò † ex bonis fideicommisso subiectis solutio fieri non 7
debet, iuxta *Text. cum ibi not. in Auth. Res quæ, C. Commun. deleg.* Rota *decis. 543. n. 2.* coram san. mem. Gregor. XV. cum alijs allegatis per Add. *ibi n. 3. & 4.* Quod procedit non obstante, quod Testator mandauerit dotari fœminas iuxtà vires sui patrimonij, quoniam talis dispositio est
intelligenda † quatenus illæ aliunde congruè dotari non 8
possent, Castren. *cons. 64. num. 4. lib. 2.* Molin. *de primog. Hisp. lib. 4. c. 7. n. 2.* & fuit dictum *in Romana Census de mutis 12. Decembris 1614. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quo verò ad donationem factam à Petro Leone, Bernardini fideicommittentis filio, ad fauorem d. Horatij, de qua in Summario D. Petri Pauli nu. 2. omisso, quod constare non videbatur, bona, & iura donata re vera ad ipsum donantem spectasse, placuit responsio, quod Bernardinus d. Petro Leoni pro sua legitima reliquit in domo con-

grua

grua alimenta, & habitationem cum duobus, vel tribus
famulis, itaut aliud de bonis suis petere non posset, vt
eodem Summario num. 1. & deinde omnes differentiæ,
& controuersiæ inter ipsos de Victorijs ortæ, compro-
missæ fuerunt in personam d. Card. Farnesij, qui postea in
dicto eius laudo lato de anno 1579. præuia narratiua tàm
prædictæ, quàm etiam alterius donationis, ab eodem fa-
ctæ ad fauorem Antonij, aliarumque prætensionum,
ipsi Petro Leoni certa bona, eius vita durante tantum,
assignauit, cæterisque differentijs, vt in eo legitur, ter-
minatis, quoad prætensiones huiusmodi donationum
imposuit perpetuum silentium, firmis remanentibus fidei-
comm. vt in Summar. D. Marci Antonij, num. 6. quod
laudum fuit postea per felic. record. Gregor. XIII. mot.
propr. amplissimè confirmatum, cum decreto irritanti,
9 & clausula, † *Sublata*, quæ tolli iurisdictionem Iu-
dici, & facultatem opponendi parti, non obtenta oris ape-
ritione, Bart. *in l. fin. sub num. 1. C. de caus. frument. li-
bro 11.* Felin. *in cap. nonnulli, sub num. 22. de rescrip.* Ca-
putaq. *decis. 134. nu. 4. par. 3.* cum alijs per Gonzal. *super
reg. 8. gl. 66. num. 3. & seqq.* & fuit dictum in *Pampilon.
Prioratus 10. Ianuarii 1600. coram Card. Pamphilio*, &
alibi sæpè, vt refert Mart. *de claus. par. 1. claus. 154. nu.
1. & seq.* Ideò visum fuit hodie donationem prædictam
non esse habendam in aliqua consideratione ad effectum,
de quo agitur, præsertim quia d. laudum fuit execu-
tioni demandatum, suumque habuit effectum.

Prout nec etiam fuerunt habita in consideratione præ-
tensa melioramenta facta per Alexandrum in Casali Pe-
trælatæ, quia illa aliunde non iustificantur, quam ex eius-
10 dem Alexandri assertione facta in testamento † quæ ad
ipsiusmet asserentis fauorem, & in D. M. Antonij fidei-
commissarij præiudicium, qui ab eo causam non habet
probationem aliquam non facit, *l. qui testam. ff. de prob.*
Bart. & Imol. *in lege facta, §. si hæres, ff. ad Trebel.*
Peregr. *de fideicomm. art. 53. num. 61.* & multò minus
11 constabat, † illa fuisse necessaria, vel vtilia, ac ta-
lia, quæ de iure reficienda veniant.

Denique nec etiam visum fuit obstare prætensam de-
tractionem æris alieni. Nam de asserta impositione an-
nui census scutorum 72. facta per Bernardinum ad fauo-
rem Patrum S. Petri ad Vincula, aliunde non constabat,
12 quàm ex simplici narratiua † instrumenti celebrati de
anno 1577. dicto Summario D. Petri Pauli, num. 9. quæ
D. Marco Antonio fideicommissario, qui in eo non in-
teruenit, præiudicare non potest ex præallegatis. Et
alia scriptura, quæ dabatur ad hoc probandum eodem
Summario num. 8 vltra quod non loquitur de impositio-
ne census, sed de asserta venditione medietatis Casalis, est
13 informis, † & simplex copia, carens substantialibus,
ideò nihil probat, *Auth. si quis in aliquo, C. de eden. c.
1. de fid. inst.* Rot. *decis. 286. num. 4. par. 1. recent.*

Quo verò ad pecunias solutas per D. Io. Baptistam se-
niorem pro extinctione diuersorum censuum, aliàs im-
positorum per Bernardinum, in totum ascendentium ad
summam scutorum 1700. d. Summario D. Petri Pauli
14 num. 10. 11. & seqq. fuit responsum, solutionem † præ-
sumi factam ex pecunijs hæreditarijs, cum idem Iann.
Baptista plura bona, tàm se mouentia, quàm alia aliena-
uerit, & inuentarium non confecerit, Peregr. *de fidei-
com. art. 35. n. 29. & 34.* Surd. *dec. 15. n. 15. & 16. &* fuit
dictum in *Bonon. fideicommissi de Cataneis 10. Martii 1517.
coram R. P. D. meo Pirouano*, ponderando præsertim,
quod extinctiones factæ fuerunt partim eodem anno,
quo Bernardinus dicti Ioannis Baptistæ pater decessit,
partim verò anno sequenti, vt fuit etiam consideratum
in decisione ex traditis per Surd. *d. decis. 15. num. 10.*

Vltra quod in omnem casum essent imputandi fructus
15 † post purificatum fideicom. percepti, vt post Sim. de
Pret. *de interpr. vlt. volun. fol. 356. num. 13.* qui fructus
vel longè excedunt prætensam æris alieni detractionem,
vt in dicto Summario D. Marci Antonij num. 13. vel sal-
tem admodum extenuant, illiusque prætensionem du-
biam reddunt, itaut cum ea reducatur ad quid modi-
cum, & adhuc supersint plura alia bona, super quibus D.
Petrus Paulus, & litisconsortes, quatenus aliquid detra-
16 hendum supersit, sunt tutissimi, quia sub prætextu † ta-
lis detractionis immissio, de qua agitur, retardari non
debet.

Ex quibus, & alijs deductis in decisione Domini censue-
runt, pro nunc dandam esse immissionem D. M. Antonij
in possessione dd. duorum Casalium, Petrælatæ, s. & S.
Proculi, retentis interim per D. Petrum Paulum alijs bo-
nis in d. q. Bernardini hæreditate repertis, prout nunc re-
tinet, donec in progressu causæ, quatenus opus sit, melius
fuerit discussum, ac liquidatum, An aliquid detrahen-
dum supersit, necne, sine præiudicio iurium ambarum
partium, vt in alia decisione.

Et ita decisum, vtraque parte informante.

* Idest sub die 10. Martij 1627. est decisio 47. supra in hac
parte, & infra adest alia decisio sub 14. Ianuarij 1629.
coram eodem R. P. D. Merlino, est decisio 129.

ILLVSTRISS. P. D. MANZANEDO PATRIARCHA HIEROSOL.

Ferrarien. Dotis.

Die Mercurii 2. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Vxor, quando præferatur creditoribus mari-
ti pro sua dote consequenda, stante con-
fessione mariti de recepto, constante ma-
trimonio, quæ non probat veram dotis
numerationem.

SVMMARIVM.

1 *Dotis confessio de recepto facta à marito constante matrimonio, non probat veram dotis numerationem in præiudicium creditorum.*

2 *Dotis numeratio, est necessaria, ad hoc vt mulier præferatur pro sua dote, mariti creditoribus.*

3 *Dos verisimile est, quod sit constituta secundum conditionem, & qualitatem personæ.*

4 *Præsumptio, quod dos, sit constituta iuxta qualitatem personæ est vrgentissima.*

5 *Pater verisimile non est, quod constituat dotem maiorem vni filiæ, quam aliæ.*

DECISIO LXXVIII.

PRætendentibus DD. de Ricijs, & Panizatis habenti-
bus pro se tres sententias conformes constare de re iu-
dicata exequen. proposui dubium in Rota sub die 14. Maij
præteriti, an constaret de tali re iudicata, sed DD. ordina-
runt, quòd videretur, an constaret de credito dotali Cæci-
liæ matris Caterinæ, super quo causa hodie reproposita,
fuit per DD. resolutum constare de credito dotis ducato-
rum 2000. dictæ Cæciliæ, & in hoc recedendum esse à de-
cisis *4. Maii 1615. coram bon. mem. Buratto*, quæ decisio est
inter *recens. 683. par. 2.* Et quæ fundatur in eo, quod non
præcesserit aliqua dotis promissio, & quod confessio † do- 1
tis de recepto facta à marito constante matrimonio non
probat veram dotis numerationem in præiudicium credi-
torum, vt latè per Couar. *lib. 1. var. c. 7. per totum* & Me-
noch. *de præsum. 13. lib. 3.* Cæterùm pro fundamento re-
solutionis supradictæ considerabant DD. ex nouiter dedu-
ctis constare sufficienter de dicto credito dotali ex testibus
vigore remissoriæ per bon. mem. Remboldo relaxatæ exa-
minatis in partibus, de quibus in sum. Caterinæ *nu. 4. &
5.* plenissimè deponentibus veram dotis † numerationem, 2
quæ est necessaria ad hoc, vt mulier præferatur pro sua
dote mariti creditoribus iuxta gl. communiter receptam,
in l. assiduis verb. dote. C. qui potiores, quam dicit sin-
gularem Cal. *in c. contingit num. 7. de dolo, & coatum.*
Alex. *in l. 1. num. 75. ff. sol. matr.* Dec. *cons. 96. in fin.* &
Crauet. *cons. 40.* qui testes etsi deponant confectioni in-
strumenti confectionis dotis interfuisse, & ex hoc possit
inferri, quòd, sicut instrumentum non probat, vt dicitur
in decisione bon. mem. Buratti in proprio, nec etiam te-
stes circa illud deponentes, attamen cessat omne dubium
cum in substantia sint concordes, nempè quod per Iulium
patrem dictæ Cæciliæ fuerunt soluti Ioanni Mariæ illius
viro ducati 500. occasione venditionis domus factæ Con-
fraternitati S. Rocchi, & de quibus erat actum in apoca
matrimoniali. Item Ducati 500. extracti dal vezzo di
perle,

perle, vt dicitur, venditus pro dicta summa, vt benè de-
ponunt dicti testes, quo verò ad aliam similem partitam
ducatorum 500. insolutorum dicto Ioanni Mariæ in appa-
ratu, & adornamentis, alijsque bonis mobilibus eam satis
probant testes, qui licèt non deponant de illorum valore,
tamen quia illa specificant, & verisimile est, quòd ascen-
dant ad prædictam summam, propterea DD. illam ascen-
dere arbitrati sunt, vt asseritur in quietantia dotis solu-
tæ facta per d. Ioannem Mariam, quæ datur dicto Sum-
mario num. 2. Difficultas autem reducitur ad vltimam
partitam pro alijs ducatis 500. & consistit in eo, an confes-
sio dotis pro dicta summa sit attendenda, & DD. non ob-
stan. quòd fuerit facta constante matrimonio, admitten-
dam fore censuerunt moti ex eo præcipuè, quod Ioannes
Maria maritus attenta illius conditione, & qualitate per-
sonæ erat dignus tali dote, vt deponunt testes dicto sum-
3 mario numero quinto, ita vt verisimile sit † dotem fuis-
se constitutam in prædicta summa adnotata per Bald. *in l. nulla, num. 6. vers. si autem de dote, C. de iure dotium*, &
per Surd. *cons. 94. num. 29. lib. 1.* vbi quod est verisimile,
quòd dos promissa fuerit competens, & congrua secundum
personarum conditionem, & qualitatem, quam præsum-
4 ptionem † dicit vrgentissimam, & vrgentem coniectu-
ram, Menoch. *præsump. 6. nu. 81. lib. 3.* Secunda coniectu-
ra desumitur ex testibus deponentibus *dicto summario num.*
6. dictam dotem patrem assignare potuisse. Tertia verò
quia Iulius pater collocauit alias quatuor filias conde-
5 center, vt dicunt testes prædicti, vnde verisimile † non
est, quòd Cæciliæ habuerit minorem dotem, quàm
aliæ.

Ex quibus visum fuit DD. cessare coniecturas ponderatas in decisione bon. mem. Buratti, & præualere supra consideratas, & exinde constare de dicto credito dotali Cæciliæ ducatorum duorum millium.

Et ita conclusum, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Assisien. Bonorum.

Die Mercurii 2. Iunij 1627.

A R G V M E N T V M.

Iudex ritè, & rectè procedendo, dando alicui manutentionem, priuat aduersarium sua possessione, si quam habet. Dominium ad effectum deuolutionis qualiter, & quibus adminiculis probetur.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio data à Iudice ritè, & rectè procedente, est manutenibilis.*

2 *Immissio in possessionem, nisi probetur, quod sit nulla, & iniusta, est manutenenda.*

3 *Detentor, dum non vult restituere, turbat in ciuili possessione, & vt à turbatione desistat, datur manutentio Domino directo, ratione ciuilis possessionis.*

4 *Canonis solutio per plures annos deseruit pro adminiculo ad effectum dominij, prout & enunciatiuæ canonum, num. 6.*

5 *Testes de fama in antiquis probant.*

7 *Dominium, & possessio ad effectum deuolutionis probatur ex inuestitura, iunctis alijs adminiculis.*

8 *Locatio, si probetur quod finita est, tunc non requiritur alia probatio dominij.*

9 *Nomen alicuius rei ex cursu centum annorum, mutari potuit.*

10 *Identitas probatur ex duabus demonstrationibus.*

11 *Emphyteuta, nisi doceat, de nouo titulo acquisitionis, omnia bona inter limites existentia præsumuntur emphyteutica.*

12 *Deficientia lineæ in inuestitura præsumitur, quando nemo comparet, qui prætendat esse de comprehensis, & alia num. 13.*

14 *Decis. in causa Romana de Nocchielis coram bon. mem. Vbaldo quando cesset.*

15 *Procuratoris præsentia, quando suppleat defectum citationis ad videndum iurare testes.*

16 *Notario deponenti de sua deputatione creditur.*

18 *Ægidiana ad effectum suspensiuum, etiamsi sententia sit lata per cedulam, si sit in possessorio, habet locum.*

19 *Ægidiana intrat, si vtraque pars sit subiecta immediatè Sedi Apostolicæ.*

20 *Ægidiana, ad hoc vt intret, tenor tantùm sententiæ attenditur.*

DECISIO LXXIX.

Coram bon. me. Remboldn sub die 26. Iunij 1626. fuit
dictum dandum esse mandatũ de manutenendo Com-
munitati Assisij ex rationibus in dicta decisione deductis:
sed disputato dubio coram me, an esset recedendum à deci-
sis, Domini à dicta decisione recesserunt, & dixerunt Com-
munitati Bictonij dandum esse mandatum de manute-
nendo, quia fundamenta supradictæ decisionis visa fuerunt
non subsistere, & etiam ex nouiter deductis euacuari.

Primum enim fundamentum, quòd Communitas Asis-
sij doceat de instrumento emptionis, & possessionis, tolli-
tur duplici ratione, prima est quòd cum R. P. D. Vero-
spius ritè, & rectè processerit, vtique Communitas Bicto-
nij immissa auctoritate † Iudicis acquisiuit possessionem 1
manutenibilem, & Communitas Assisij remansit priuata
possessione anteriori, si quam habebat Ang. *in l. Clam possidere, §. qui ad nundinas n. 2.* vbi Alexander *n. 2.* Ias. *n. 20. ff. de acq. possess. l. qui vniuersas, §. idem cum Prætor, ff. eod.*
Seraph. *decis. 1325. nu. 1.* Greg. *decis. 582. n. 2. & in recent. decis. 173. n. 1. par. 1. & 557. n. 2. par. 2.* & si non probetur
immissionem † fuisse nulliter, & iniustè datam, Com- 2
munitas Bictonij immissa est manutenenda, Rota *decis. 802. n. 7. par. 1. diuers. & fuit dictum in Romana Melioramentorum 9. Decembris 1616. coram bon. mem. Vbaldo, & in Romana de Bombellis 21. Maij 1613. coram bon. mem. Card. Sacrato.*

Secundò, quia cum Communitas Bictonij domina di-
recta concesserit ad tertiam generationem cum clausula
constituti q. Brachin de Balleonibus, vtique finita genera-
tione, vt infra dicetur, Communitati Bictonij Dominæ
directæ datur manutentio ratione ciuilis possessionis pro
recuperatione naturalis, nam dum detentor non vult re-
stituere turbat in ciuili possessione, & vt à turbatione † de- 3
sistat datur manutentio domino directo ratione ciuilis, Bar-
tol. *in l. 1. §. fin num. 17. & ibi glos. in verbo possidet, ff. vti possid.* Bero. *cons. 102. num. 43. lib. 1. & cons. 45. numer. 23. & seq. lib. 3.* Menoch. *de retin. remed. 3. num. 22. & fuit dictum in Ciuitatis Castelli bonorum 8. Nouembris 1589. coram bon. mem. Card. Pamphilio.*

Secundum fundamentum decisionis, quòd sententia
R. P. D. Verospij non iustificetur ex actis, ex quo inue-
stitura de anno 1524. non probat dominium, nec posses-
sionem, esset verum, si non concurrerent adminicula,
quæ sufficientia hic concurrunt: primò solutio vnius Ar-
chibusij pro canone iuxta conuentionem supradictæ inue-
stituræ tàm per ipsos inuestitos, quàm per Communita-
tem Assisij facta, quæ † canonis solutio per plures annos 4
deseruit pro adminiculo ad effectum dominij, Specul.
tit. de emphyt. §. nunc aliqua, vers. 33. Roman. *cons. 127. numer. 1.* Abb. *consil. 74. in princ. lib. 1.* Rota *in recent. decis. 290. numer. 4. par. 1.* Secundò testes † de fama 5
qui in antiquis probant, Ias. *in l. admonendi in 2. lectur. numer. 143. ff. de iure iuran.* Seraph. *decis. 1462 numer. 2.* Ter-
tiò titulus emptionis factæ per Communitatem Assisij à
Dominis de Balleonibus, vbi enunciatur canon † dicti 6
Archibusij, quod deseruit pro adminiculo, vt fuit di-
ctum *in Sublacen. Bonorum 21. Maij 1604. coram bon. me. Litta*, ex inuestitura autem cum tot adminiculis proba-
tur dominium, & possessio ad effectum deuolutionis tàm
inter locatorem, & conductorem, quàm contra Com- 7
munitatem Assisij habentem causam à Dominis de Bal-
leonibus conductoribus, quàm etiam contra tertium,
Ripa *in l. si rem. aliquam numer. 39. ff. de acq. poss.* Soccin.
Sen. *consil. 187 numer. 2. & seq. lib. 2.* Dec. *cons. 146. numer. 14.* Rota *diuers. decis. 91. & 591. par. 4. & in recent. decis. 290. nu. 1. & decis 400. n. 91. & 6. par. 1.* Cæs. de Graff. *dec. 10. num. 7.*

num. 7. de cauf. possess. & propriet. Seraph. *decis.* 896. *numer.* 2. præsertim cum Communitas Assisij habeat causam à Dominis de Balleonibus inuestitis, vnde pro-
8 bato locationem esse finitam † non requiritur alia probatio dominij, stante præsertim clausula constituti, sed agitur ex *l. si quis conductionis, C. loc.* Bald. *cons.* 177. *nu.* 4. *lib.* 3. Dec. *cons.* 28. *num.* 3. Rot. *decis.* 290. *num.* 9. & 10. *par.* 1. *recent.*

Tertium fundamentum, quòd inuestitura contineat tantùm prædium *delle Fosse*, non autem prædium *delle Vacchette*, videtur sublatum ex eo, quod cum inuestitura loquatur de duabus tenutis, nempè *delle Fosse, e del-*
9 *l'Ose*, vtique ex cursu centum † annorum nomen mutari potuit, Decian. *cons.* 19. *nu.* 14. & *seq. lib.* 3. & *fuit dictum in Romana Deuolutionis* 28. *Maij* 1625. *coram R. P. D. Pirouano*, & propterea sat est, quòd respectu prædij *delle Vacchette* verificentur tres demonstrationes inuestituræ, & respectu prædij *delle fosse* concurrant quatuor
10 demonstrationes, cum sufficerent duæ † demonstrationes, quamuis aliqua deficeret, Bart. *in l. demonstratio falsa num.* 14. & *seq. de condit. & demonstr.* Decian. *cons.* 17. *num.* 8. 9. & 21. *lib.* 3. Surd. *cons.* 44. *num.* 15. & *seq. lib.* 1. Rot. *in recent. decis.* 459. *num.* 1. *in fine par.* 1. Gregor. *decis.* 575. *num.* 4. immò donec Communitas Assisij, quæ habet causam à Balleonibus inuestitis doceat de nouo titulo acquisitionis omnia bona intra confines contenta,
11 & existentia in eodem loco præsumuntur † eadem, de quibus loquitur inuestitura antiqua, Bald. *cons.* 265. *num.* 2. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 50. *n.* 14. *lib.* 1. Peregr. *de fideicom. art.* 44. *nu.* 23. Rot. *in recent. decis.* 508. *num.* 1. *par.* 1.

Quartum fundamentum, quòd tertia generatio non fuerit finita, non subsistit, quia vltra quod cum nemo
12 compareat † qui prætendat esse de comprehensis, præsumitur deficientia, Bart. *in l. & si certus, §. si vnus, num.* 1. *ff. ad Sylleia.* Dec. *cons.* 652. *num.* 3. Surd. *cons.* 530. *num.* 37. *lib.* 4. & *fuit dictum in Romana domorum* 12. *Iunij* 1589. *coram bon. mem. Comitulo*, ad probandam de-
13 ficientiam lineæ † concurrunt testes de fama, fides libri Mortuorum, confessio, & allegatio fœminas esse nutrices, quibus omnibus simul iunctis deficientia generationis remanet probata, Bald. *cons.* 398. *num.* 1. *lib.* 2. Alex. *cons.* 27. *num.* 4. *in fin. lib.* 7. & *cons.* 172. *num.* 8. *lib.* 6. Corn. *cons.* 204. *num.* 6. *lib.* 3. Rota *in recent. decis.* 496. *num.* 2. *par.* 2.

Quod autem fœminæ in inuestitura non comprehendantur, patet dum inuestitura subdit, & *si nullus ex filijs masculis extiterit*, vnde requirit & quod sit masculus, & quod descendat ex masculo, & ideò fœminæ sunt
14 exclusæ, & † censuit decisio *in Romana de Nocebsellis* 27. *Iunii* 1622. *coram bon. mem. Vbaldo.*

Quintum fundamentum nullitatis examinis tollitur, quia præsentia procuratoris in monitione Iudicis ad vi-
15 dendum iurare testes, & in commissione † examinis ob mandatum de recipiendo iuramenta supplet defectum citationis, Seraph. *decis.* 388. *num.* 4. Greg. *decis.* 576. *num.* 1. & *seq.* & facultas examinatoris probatur, cum sit Notarius ordinarius examinator deputatus in Ciuitate,
16 & Notario † actuario circa hoc creditur, Verall. *decis.* 245. *par.* 2. Rot. *in recent. decis.* 699. *num.* 3. *par.* 1. & *decis.* 301. *num.* 2. *par.* 2.

Sextum fundamentum, quòd sententia habet in ventre conditionem datæ cautione pro melioramentis, non nocet, quia datur instrumentum cautionis, & cum præfixus fuerit terminus ad liquidanda melioramenta in spe-
17 cie, illis non liquidatis in quantitate, & valore, † locus erat cautioni, & immissioni, Put. *decis.* 461. *lib.* 2. *in correct.* Rot. *decis.* 127. *num.* 3. *par.* 2. *in recent.* & *diuers.* 112. *in fin. par.* 2.

Septimum, quòd sententia sit per cedulam non obstat, quia quicquid sit vel de iure Canonico, vel in secunda sententia reuocatoria primæ sententiæ pro manutentione,
18 vtique in prima sententia super possessorio † etiam per cedulam intrat Ægidiana, quæ excludit appellationem ad effectum suspensiuum etiam si sententia sit per cedulam, si sit in possessorio, Paris. *cons.* 108. *num.* 23. *lib.* 1. Lancell. *de attent. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 25. *num.* 1. Rota *decis.* 173. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* & *fuit dictum in Neapolitana Grani, & Hordei* 18. *Martij* 1519 *coram bon. mem. Vbaldo.*

19 Ægidiana autem † hic intrat, cum vtraque Communitas sit subiecta immediatè Sedi Apostolicæ, & lis fuerit in Ciuitate Perusiæ, & nunc in Rota, Contard. *ad l. vnicam, C. si de moment. possess. quæst.* 6. *num.* 2. & 7. & *limit.* 4. ratione canonis reintegrandæ *num.* 11. & 12.

Octauò non obstat, quod simus in possessorio mixto procedente à contractu inuestituræ, quia cum inuestitura fuerit deducta ad effectum possessorij, & ad illud colorandum, sat est vt sit locus Ægidianæ, quod tenor sententiæ non contineat mixturam, nec canonizet inuestituram, sed sit in mero possessorio, & ad istum effectum
† tenor tantùm sententiæ attenditur iuxta *consil.* Corn. 20
10. *num.* 3. *lib.* 4. & Dec. *decis.* 28. *num.* 2. sæpius à Rota approbata *decis.* 263. *par.* 1. *diuers.* Seraphin. *decis.* 452. *num.* 1. & 603. *num.* 1. & *fuit dictum in Recanaten. Bonorum* 26. *Iunii* 1587. *coram bonæ memor. Pompilio*, & *in Fauentina Bonorum* 15. *Aprilis* 1580. *coram Seraphin. quæ est inter eius impress.* 652.

Ex quibus vtraque parte informante sæpius causa proposita, fuit ita resolutum, & recessum à decisis *coram bon. mem. Remboldo.*

Vide infra hanc decisionem in Addictione pro vt in eius Indice in fine posito. Adest infra alia decisio in eadem causa sub die 3. Decembris 1627. coram eodem bon. mem. Card. Virili, est decisio 117.

REVERENDISSIMO P. D. COCCINO.

Romana Pecuniaria.

Die Lunæ 7. Iunij 1627.

A R G V M E N T V M.

Creditum qualiter probetur. Procurator, si ex pecunia propria Domini emat illius nomine loca Montium, &c. si postea absque mandato eiusdem Domini, illa alienat, tenetur ad interesse fructuum, qui habiti fuerint, si non essent alienata.

S V M M A R I V M.

1 *Alienans rem aliquam sine mandato Domini tenetur ad interesse ei, ad rationem fructuum, qui percepti fuissent, si non esset alienata, & num. 3.*
2 *Dominij acquisitio fieri potest, etiam si aliquid sit emptum pecunia aliena.*
4 *Mandatum, ex quibus certum est, quod resultet.*
5 *Ratihabitio mandato æquiparatur.*
7 *Causa in obliqua re, quæ vera, & realis est, & quæ perpetuam semper habuit, & habet durationem, tunc vanum est alterius commentatitiæ defectum allegare.*
8 *Ratihabitio gestorum ex quibus resultet.*
9 *Procurator meus fœnori dans pecuniam meam, tenetur mihi dare illud emolumentum, quod consequutus est ex illa, siue ei mandani, siue non.*
10 *Lucrum quis non debet sentire ex alieno, cum hoc bonæ fidei non congruat.*

D E C I S I O L X X X.

FRanciscus Zeccadorus vt procurator DD. de Montautis, & Taurinis vendidit de anno 1603. Castrum Turris Andreæ, ex cuius pretio exegit eodem nomine summam scut. 10096. quam declarauit se exigere in scut. 6000. pro Montautis, & in residuo scut. 4096. pro Taurinis, & pro ijsdem summis obligauit se ad restitutionem. Postmodum verò de mense Iunij eiusdem anni 1603. nomine, & ad vtilitatem DD. de Montautis emit loca 27. Montis Fidei pro scut. 3240. sibi tamen reseruata omnimoda dispositione tàm sortis, quàm fructuum, quam emptionem Montauti non modò comprobarunt, verum etiam eorundem locorum montium fructus exegerunt per plures menses: sed quia de anno sequenti nempè 1604. de Mense Aprilis idem Zeccadorus absque licentia, & mandato Montautorum, quorum nomine fecerat emptionem,

ptionem, prædicta loca montium vendidit, de anno 1620. causa introducta super restitutione dictorum locorum montium, seu illorum sortis principalis, necnon fructuum, disputato dubio sub die 20. Martij 1620. coram bon. mem. Remboldo fuit resolutum Zeccadorum teneri ad restitutionem sortis, & fructuum, à qua resolutione licèt Domini causa bis proposita, & resoluta recessissent sub die 8. Aprilis 1622. Tamen postea sub die 26. Iunij 1624 & 21. Februarij 1625. firmarunt Zeccadorum non potuisse pro summa, in qua non erant satisfacti Montauti, alienare dicta loca montium, ac ideò teneri ad interesse ad rationem fructuum dictorum locorum montium, quæ sine mandato, & causa alienauerat in præiudicium Montautorum. Verùm, quia agentes pro Zeccadoro, seu illius hæredibus institerunt super ijsdem audiri, obtenta etiam facultate impugnandi præsuppositum aliàs in hac causa factum sub die 27. Martij 1624. quod videlicèt non constaret de satisfactione Montautorum; quoniam illorum creditum ascendebat ad summam d. scut. 6000. pro quibus non receperant, nisi scut. 3200. sub quo præsupposito asserebant captas fuisse præcedentes resolutiones: Ideò causa super ijsdem coram me proposita, dubitaui quibus decisionibus sit standum. Quare de duobus principaliter est videndum. Primò de veritate huius præsuppositi. Secundò, an sit locus restitutioni dictorum fructuū. Sors enim principalis non controuertitur.

Et quoad primum, pro faciliori intelligentia supponendum est, quòd hodie contra Zeccadorum veniunt simul vniti Montauti, & Taurini, ita vt quidquid iuris competit Montautis, id totum competat Taurinis, cum quibus in hoc concordant Montauti, & sic hodie sufficit, quòd Zeccadorus teneatur huiusmodi fructus restituere vel Montautis, vel Taurinis: vnde hoc præsupposito.

Plura deducuntur ad probandum, quòd suppositum factum in d. decisione sub die 24 Martij, sit falsum. Et primò deducuntur quædam conuentiones inter D. Andouinum de Taurinis, & DD. de Montautis illius nepotes initæ vsque de anno 1601. in quibus conueniunt, quod de omnibus emolumentis, & alijs, quæ percipientur ex lite cum DD. de Balleonibus, duæ tertiæ partes spectent ad D. Andouinum, tertia verò pars pertineat ad DD. Montautos, vt in *Summario Zeccadori*, *num.* 3.

Secundò, pro harum conuentionum maiori corroboratione affertur instrumentum diuisionis factum inter Montautos, & Taurinos de anno 1611. in quo fit calculus pretij Castri venditi per Zeccadorum hoc modo: *Detratti li scudi* 391. *dalli* 10096. *e baiocchi* 29 *restano à partirsi scudi* 9075. *e baiocchi* 29. *quali secondo la conuentione fatta trà detti Taurini, & Montauti, si partono in questo modo: cioè vn terzo à Montauti, e doi terzi à Taurini, si che à detti Montauti ne toccano* 3235. *e baiocchi* 6. *& à Taurini* 6470. *baiocchi* 15. *vt in eodem Summario Zeccadori num.* 12.

Quæ omnia videntur etiam confirmari ex pluribus confessionibus Montautorum, qui post receptam summam scut. 3200. circiter, sæpius per litteras declararunt, se esse de propria portione satisfactos, vt in eodem *Summario num.* 6. vbi Iulius Montautus dicit, scribens Zeccadoro: *V. S. li potrà lasciar leuare, atteso, che noi habbiamo hauuta la nostra parte, e tutto il resto, ò poco meno, è degli heredi del Sig. Andouino*. Et in hoc habentur aliæ huiusmodi declarationes, & mandata de soluendo Taurinis, tanquam veris creditoribus, in eodem *Summario num.* 7. 8. & 9.

Ex quibus videtur constare, quòd cum solummodo tertia pars pretij Castri Turris Andreæ, tanquam emolumenti proficiscentibus ex lite cum Balleonibus, pertineret ad Montautos, manifestè corruit suppositum, quòd Montauti essent creditores in scut. 600. cum contrarium constet, ex quo tàm virtute dictarum conuentionum anni 1601. quàm ex calculo diuisionis anni 1611. & ex proprijs eorumdem Montautorum litteris, elicitur hæc veritas, quod solummodo tertia pars totius summæ scut. 10096. detractis expensis, ad ipsos pertinebat, & sic solummodo scut. 3235. baioc. 6 non autem scut. 6000. Pro quibus scut. 3235. cum fuerint satisfacti vsque de anno 1604. nihil hodie possunt prætendere.

Verumtamen in contrarium fuit responsum, quòd Montauti habent pro se claram obligationem Zeccadori, & instrumentum venditionis Castri, ex quibus constat Zeccadorum agnouisse in veros, & legitimos creditores sui ipsius Montautos, & se ipsos obligasse in dicta summa scut. 6000.

Vnde quidquid sit quoad veritatem quantitatis crediti inter Montautos, & Taurinos, qui inter se sunt concordes, certum est, quòd Zeccadorus est verus debitor Montautorum in d. summa, nec ex eo potest prætendere se non esse debitorem Montautorum, ex quo ipsi postea debeant soluere Taurinis illam summam, quæ respectu Taurinorum excedit veram quantitatem portionis ipsorum de Montautis.

Et in omni casu, quidquid sit de legalitate dictatum conuentionum anni 1601. & litterarum Montautorum, contra quas multa deducunt informantes, omnia, quæ ex aduerso afferuntur, benè faciunt ad probandum, quòd Montauti debent soluere ratam, quæ excedit tertiam partem sibi debitam ex tota summa scutor. 10096. prout idem etiam Zeccadorus fatetur in litteris, quæ dantur in *Summario Montautorum num.* 9. vbi explicitè asserit, quòd Montauti debent Taurinis pecunias, quas ipse (nempe Zeccadorus) penes se habet, sed nunquam poterunt operari, vt Zeccadorus non debeat dici debitor Montautorum in dicta summa scut. 6000. vt benè etiam aduertit Rota in vltima decisione in hac causa facta.

Sic igitur firmum remanet suppositum, quod verè Montauti erant creditores Zeccadori pro. d. summa scut. 6000.

Quartum attinet ad secundam inspectionem ex prædictis sequitur, quòd si Zeccadorus nomine Montautorum, & eorundem pecunijs, emit loca 27. Montis Fidei, non potuit illa postmodum sine causa, & mandato in ipsorum præiudicium alienare pro rata; in qua non erant satisfacti, iuxta calculum decisionis sub die 27. Martij 1624. Et si illa alienauit † saltem teneatur ipsis ad interesse ad rationem dictorum fructuum, qui percepti fuissent ad *text. in l. si mandauero*, *§. sed Iulianus in fine*, *ff. mand. & in l. si fine*, *§. Modestinus*, *ff. de admin. tut. l. qui alienam*, *& ibi glos. ff. de neg. gest.* & fuit latè deductum in hac causa 26. Iunij 1624. coram bon. mem. Remboldo. a

Et quamuis pecuniæ in dictis locis Montium erogatæ essent in rei veritate Taurinorum, quibus erant postmodum soluendæ, non ideò tamen negari potest, quin potuerint inuestiri nomine Montautorum, cum acquisitione † dominij, etiam si pecunia esset aliena, *ad text. in l.* 2. vbi Bald. *C. si quis à non domin. vbi glos.* Surd. *decis.* 15. *num.* 9. Et si replicetur, quòd bonæ fidei non congruit ex aliena pecunia lucrum facere, ideoque Montautos non posse huiusmodi fructus, tanquam indebitos prætendere; Responderur, quòd Montauti sunt concordes cum Taurinis, huiusmodi fructus ipsis Taurinis soluantur, prout æquum est, sed hoc nullatenus potest suffragari Zeccadoro, ad effectum vt ipse non debeat soluere † interesse, ad quod de iure tenetur, maximè ad fauorem Taurinorum, ad quorum vtilitatem declarauerat in suis litteris velle pecunias inuestire, tanquam ad ipsos Taurinos pro maiori parte spectantes, vt in *Summar. Montauti num.* 1. ibi, *acciochè il denaro non stij in pericolo, ma renda qualche frutto à sostentatione della causa di Rota, come anche per vtilità questi di Signori suoi Cugini* (nempè Taurinorum) *à quali spetta la maggior parte*. 2 3

Nec dicatur, quod Zeccadorus sponté emit dicta loca Montium, non autem de mandato Montautorum, vndè non habent locum in casu nostro iura ex aduerso deducta, quæ præsupponuntur mandatum. Quia respondetur, in casu nostro constare etiam de mandato. Nam Zeccadorus scripserat Montautis de inuestimento pecuniarum, quod facere cogitabat, & ipsi in responsione ratificantes illius voluntatem, mandarunt, vt inuestiret minorem, quàm posset summam, & in casu inuestimenti emeret potius loca Montium, quàm census, vt in litteris Iulij Montauti, quæ habentur in *Summario Zeccadori num.* 1. Ex quibus certum est, resultare † mandatum *ad text. in l.* 1. *ff. mand.* Præterquam quod ratificatio resultans ab exactionibus fructuum dictorum locorum Montium factis per Montautos videtur inducere mandatum vsque ab initio, ratihabitio † enim mandato æquiparatur, *l. communis*, *§. procurator*, *ff. de acq. poss. l. si quis offerenti*, *l. vero procuratori*, *§. fin. ff. solut.* 4 5

ff. solut. cap. ratihabitionem, & ibi latè Dyn. *& add. ad* Dyn. *in littera A. de reg. iur. in 6.*

Minus dicat, quòd Zeccadorus in emptione istorum locorum montium reseruauerat sibi omnimodam dispositionem illorum, & fructuum eorundem perceptionem, vnde potuit illa ad libitum vendere, vt videtur sensisse Rota in hac causa sub die 8. Aprilis 1622. Quia respondetur non negari, quòd de facto Zeccadorus non potuerit vendere ad effectum, vt alienatio per ipsum facta sustineatur, sed dicitur, quòd Zeccadorus alienando sine mandato, & causa in præiudicium Montautorum, quorum nomine, & ad quorum vtilitatem
6 emerat, tenetur restituere quanti ipsis interest † dicta loca montium non fuisse alienata ad *text. in l. procuratorem, §. mandati, ff. mand.* cum alijs superius allegati.

Nec causæ, quæ allegantur, tales visæ sunt, quæ debuerint, vel potuerint inducere Zeccadorum ad faciendam huiusmodi alienationem: Prima siquidem quæ fundatur in eo, quod de tempore factæ huiusmodi alienationis, iam cessasset causa, propter quam fuerat facta emptio, nempè magna, & periculosa pecuniarum summa, non videtur esse attendenda: quia causa, quæ induxit Zeccadorum ad emptionem, fuit, vt patet ex dictis litteris ipsius Zeccadori, quæ dantur in *Summario Montautorum, num. 1. acciochè il denaro non stij in pericolo, ma renda qualche frutto per sostentatione della causa di Rota, com'anche per vtilità di questi Signori suoi Cugini, à quali spetta la maggior parte*, quæ causa vera,
7 & realis † perpetuam semper habuit durationem, ergò vanum est alterius commentitiæ defectum allegare.

Secunda pariter nullius visa est esse momenti, quia Zeccadorus nullam habebat necessitatem parandi pecuniam, vt cum illa satisfaceret ordinibus Montautorum, qui sæpius mandauerant, vt solueret Taurinis, quos asserebant quamprimum transmissuros necessaria pro huiusmodi pecuniarum exactione. Quia vltra quod Zeccadorus semper recusauit facere huiusmodi solutiones, in omni casu potuisset Taurinis consignare eadem loca montium, quod fuisset sufficiens pro implemento suæ obligationis.

Tertia, quæ fundatur in suspicione, aut metu deteriorationis valoris locorum montium minus visa fuit sufficiens, & omni casu debebat easdem pecunias exponere ad lucrum, nec starent otiosæ, & sine fructu.

Minus obstat, quòd in præfato instrumento diuisionis de anno 1611. inter Montautos, & Taurinos fuit solùm habita ratio pretij Castris, nempe scut. 10096. non autem fructuum, qui hodie prætenduntur. Ideòque videatur
8 quodammodo resultare † ratificatio gestorum per Zeccadorum, & sic alienationis etiam dd. locorum montium, vt per Dec. *consil.* 262. & Castr. *cons.* 1. qui ab informantibus pro Zeccadoro allegantur. Quia respondetur, quòd in illo instrumento non fuit habita mentio huiusmodi fructuum, quia solummodo fuit diuisum pretium Castri venditi, & cum de illo tempore certum esset inter Montautos, & Taurinos, quòd pecuniæ, quæ erant penes Zeccadorum, quamuis essent sub credito Montautorum, erant tamen soluendæ Taurinis, ad quos iuxtà tenorem diuisionis pertinebant, opus non erat de fructibus facere mentionem, quos in consequentiam dubitari non poterat, quin pertineret ad Taurinos, maximè cum Zeccadorus vsque de anno 1607. declarauisset, quòd pecuniæ Taurinorum adhuc penes se ipsum remanebant inuestitæ, vndè propterea non erat opus in hoc aliqua declaratione, seu diuisione.

Et hæc tanto magis procederent, si probaretur, quòd Zeccadorus pecunias sibi obuentas ex venditione dictorum locorum montium erogasset in Societatibus officiorum, alijsque huiusmodi rebus fructiferis per *text. in l. idemque §. si procurator, ff. mand.* vbi quod si pro-
9 curator meus † pecuniam meam fœnori dedit, & vsuras consequutus est, consequenter dicemus debere eum præstare quantumcumque emolumentum sensit, siue ei mandaui, siue non, quia bonæ fidei hoc congruit,
10 ne de alieno † lucrum sentiat.

Et quamuis scribentes pro Montautis, & Taurinis maximum in hoc faciant fundamentum, Domini tamen nihil firmarunt: quia partitæ Societatum, Censuum, ac vineæ, quæ per extensum dantur in *Summaria Montaut. à num. 2. vsque ad num. 7. inclusiuè*, clarè videntur demonstrare huiusmodi contractus fuisse ferè omnes, excepta emptione domus facta de anno 1604. die 24. Iunij, initos per annum 1603. inclusiuè, & sic antequam fieret per Zeccadorum alienatio locorum montium, quæ supponitur facta de anno 1604. per mensem Aprilis. Vnde in facto non videtur verificari huiusmodi pecunias extractas ex venditione dd. locorum montium esse erogatas in dictis Societatibus, ac Censibus, si antè alienationem erant iam empti.

Ex quibus visum fuit DD. non esse recedendum à decisis ad fauorem Montautorum, ac Taurinorum. Et ita conclusum vtraque parte informante.

REVERENDISSIMO P. D. COCCINO.

Ferrarien, seu Comaclen Bonorum de Nasellis.

Die Lunæ 7. Iunij 1627.

A R G V M E N T V M.

Dominium ad effectum rei vendicationis qualiter probetur. Papæ potestas, quanta sit, super bonis Ecclesiasticis. Demonstratiuæ duæ an sufficiant, ad probandam bonorum identitatem.

S V M M A R I V M.

1 *Dominium, ad effectum rei vendicationis, non concludenter probatur solis inuestituris, sed secus, si concurrant adminicula.*

2 *Locatio sola licet non probet dominium, tamen aliud est, cum alijs locationibus iuncta.*

3 *Dismembratio præsupponit dominium, & possessionem ex antecedenti.*

4 *Instrumentum, licet plenè non probet dominium, secus si contineat donationem Principis, ex certa scientia factam.*

5 *Princeps habet potentiam transferendi dominium, ad libitum voluntatis.*

6 *Principis concessio transfert dominium absque traditione.*

7 *Ecclesia gaudet priuilegio, vt ei acquiratur dominium absque traditione.*

8 *Ecclesiæ, si fiat donatio per Imperatorem de Castris, vel Terris, vendit etiam merum Imperium, quamuis secus esset, si facta esset priuato.*

9 *Papa potest tollere bona vni Ecclesiæ, & alteri assignare.*

10 *Dominium bonorum Ecclesiasticorum, est penes Papam, qui ideò eorum dominus dicitur.*

11 *Papa in bonis Ecclesiasticis habet plenissimam potestatem, & dispositionem.*

12 *Enunciatiuæ antiquissimæ, plenè probant dominium ad quoscunque effectus.*

13 *Dominium in antiquis probatur per indicia, & coniecturas.*

14 *Testes in antiquis ad probationem dominij, non parum conferunt.*

15 *Inuestituraram pluralitas probat dominium ad effectum rei vendicationis.*

16 *Duæ demonstrationes sufficiunt ad probandam bonorum identitatem, licet adsunt aliæ, quæ non conueniant, num. 17.*

18 *Identitas bonorum probatur ex conformi denominatione, si aliæ eiusdem nominis in eadem regione non probentur extare, & num. 19.*

20 *Identitas in antiquis probatur per argumenta, præsumptiones, & coniecturas.*

21 *Dictio, iuxta, designat tantummodo vicinitatem.*

22 *Dictio, infra, vtrumque extremum complectitur.*

23 *Flumina, in dies euenit, quod mutent cursum suum.*

24 *Con-*

24 *Concessionis validitas ad fauorem Ecclesiæ controuerti non potest.*

25 *Lex semper loquitur.*

26 *Et hoc procedit etiam in priuilegijs concessis Ecclesiæ.*

27 *Priuilegia concessa Monasterijs hactenus ædificatis, extenduntur & ad ædificanda.*

28 *Dictio, hactenus, intelligenda est semper, quando casus euenerit, ita vt non excludat illum casum.*

29 *Bona Romanæ Ecclesiæ non præscribuntur nisi spatio 100. annorum.*

30 *Sententia propter lapsum fatalium transit in rem iudicatam.*

DECISIO LXXXI.

CLARÆ memoriæ Alexander Cardinalis Estensis Præpositus Ecclesiæ S. Mariæ de Pomposia de Anno 1602. intentauit Ferrariæ iudicium rei vendicationis pro recuperatione quorumdam bonorum: & in specie cuiusdam prædij, siue possessionis vulgò nuncupatæ, la possessione del Tempesta, tanquam pleno iure pertinentis ad dictam Præposituram, aduersus DD. de Nasellis, & D. Marcum Follegatum, qui respectiuè dictum prædium, siue possessionem occupabant. Vndè cùm ad fauorem Abbatiæ duas sententias conformes obtinuisset, quæ vigore dispositionis statuti Ferrariesi non admittentis à duabus conformibus appellationem, erant exequendæ, fuit pro parte dictorum de Nasellis, & Follegati habitus recursus ad Signaturam, quæ mihi causam commisit, cum clausula, *constito de duabus conformibus, seu quod aliàs, &c. exequatur, &c.* Ideòque cum pro parte Illustrissimi, & Reuerendissimi D. mei Cardinalis Barberini moderni Præpositi instaretur pro exequutione dictarum sententiarum: quia Rota nunquam exequitur sententias aliorum Tribunalium, nisi degustata prius iustitia, hodie dubitaui. An dictæ sententiæ sint iustæ, & exequendæ in casu, &c. & Domini negotio maturè discusso responderunt, constare de illarum iustitia ad effectum exequutionis.

Tota enim difficultas ad tres Inspectiones reducitur. Prima est, vt videatur, An constet de dominio Præposituræ in illis bonis, & specialiter in dicta possessione del Tempesta. Secunda, An constet de eorumdem bonorum identitate. Tertia, An obstet præscriptio.

Quoad primam inspectionem, visum fuit DD. non posse controuerti dominium Abbatiæ, & in consequentiam Præposituræ, quæ huiusmodi bona habuit ab Abbatia, vt inferius dicetur. Quia constat, Primò, quòd de anno 1462. die 11. Iunij Rainaldus Maria Estensis Commendatarius Abbatiæ Pomposianæ de dicta possessione, siue prædio reinuestiuit ad alios 29. annos Nicolaum Tempestam, qui de illis fuerat inuestitus 29. annis antè, nempè de anno 1433. prout enunciatur in instrumento renouationis dictæ inuestituræ. Secundò quod de anno 1490. die 6. Augusti Ioannes Lucas de Pontremolo procurator Hippolyti Estensis tunc Commendatarij dictæ Abbatiæ, de eodem prædio, seu possessione inuestiuit Raynaldum Estensem ad 29. annos similiter, vt latius in eadem inuestitura, in qua non modo enunciatur præcedens inuestitura facta Nicolao Tempestæ, verùm etiam eadem confinia ijsdem formalibus verbis exprimuntur quibus fuerant designata in dicta præcedenti. Ex quibus solis inuestituris licèt non resultet con-
1 cludens probatio † dominij ad effectum rei vendica-
tionis ad *text. in cap. inter dilectos prope finem, in vers. Per instrumenta verò, vbi DD. & glos. in verb. locatio de fid. instr. & in l. solemnibus C. de rei vendic.* Bald. *in l. fin. ff. de adim. legat. &* Alex. *cons. 10. numer. 3. vol. 4.* Afflict. *decis. 14. numer. 8.* Rota *in antiq. decis. 87.* quam refert Gabr. *tit. de locat. conclus. 4. in princip.* Tamen secus est, quando concurrunt adminicula per *doctrin.* Bart. *in l. ad probationem 23. C. locat.* vbi quòd quamuis lo-
catio † non probet dominium sola, secus tamen est cum 2
alijs, & dicit, id esse perpetuò menti tenendum, Bald. *in l. cum aliquis numer. 4. C. de iur. delib.* Angel. *in l. officium numer. 2. vers. sed benè ff. de rei vendic.* Ias. *in l. quoties numer. 5. in fin. C. eod. tit.* Ripa *in l. si rem aliquam numer. 39. ff. de acquir. poss.* Dec. *consil. 146. numer. 14. vers. & licitè per instrumenta.* Soccin. Sen. *consil. 89. num. 11. vers. tamen quando vol. 1. & cons. 187. numer. 2. vol. 2.* Paris. *cons. 104. numer. 82. & seqq. vol. 1.* Gabriel. *tit. de locat. dicta conclus. 4. num. 16. latè* Menoch. *cons. 409. numer. 11. vol. 5.* & in terminis huius Præposituræ Marcabrun. *cons. 52. num. 10.* Et hanc opinionem passim sequuta est Rota *in Ciuitatis Castelli bonorum* 8. *Nouembris 1589. & 12. Februar. 1590. coram bon. mem. Card. Pamphilio, in Papien. bonorum 28. Aprilis 1595. coram Illustriss. Card. Millino in Placentina deuolutionis terrarum 21 Aprilis 1600. coram Corduba, in Sublacen. bonorum 21. Maij 1604. coram Litta, in Ferrarien. Prædij 3. Decembris 1610. coram me, in Leodien. Dominij de Hollonia 5. Maij 1625. coram R. P. D. meo Merlino, & in Romana deuolutionis 28. Maij eiusdem anni 1625. coram R. P. D. meo Pirouano, & decis. 290. num. 1. par. 2. & decis. 193. numer. 1. par. 2. recent. & apud* Seraph. *decis. 1453. num. 3.*

Hic autem concurrunt plura adminicula, & quidem vrgentia; Primò enim concurrit dismembratio bonorum, de quibus agitur, motu proprio facta per Innocentium VIII. à mensa Conuentuali Monasterij Congregationis Sanctæ Iustinæ, & eorundem applicatio pro dote huius Præposituræ, ex qua dismembratione, atque applicatione confirmata etiam per Alexandrum VI. in eiusdem Præposituræ erectione, resultat euidens probatio dominij, non solum mensæ Abbatialis, siuè Conuentualis, à qua dicta bona fuerunt dismembrata,
quia † dismembratio præsupponit, dominium, & 3
possessionem ex antecedenti extitisse penes Abbatiam, vt in puncto Capuraque *decis. 344. numer. 3. par. 3. & dicit* Rota *in Bononien. dismembrationis 5. Iunij 1606. coram Reuerend. D. meo Patriarcha Antiocheno, quæ est decis. 119. numer. 4. par. 1. in recent.* Sed etiam dominij Præposituræ, cui dicta bona fuerunt in dotem assignata, quia ex illa supremi Principis concessione dominium fuit sibi plenè acquisitum. Angel. *d. l. officium numer. 3. ff. de rei vendicat.* vbi quòd licèt instru-
mentum † non plenè probet dominium, secus tamen 4
est, si sit instrumentum continens donationem Principis, ex certa scientia factam; quia habet poten-
tiam transferendi dominium, ad libitum † volunta- 5
tis, prout etiam dixit Bald. *in Prælud. feud. numer. 29. benè* Alexand. *in l. 3. numer. 17 ff. de acquir. possess. & in consil. 3. numer. 6. & seqq. volum. 5.* Decian. *consil. 186. numer. 4. vers. Et ista opinio.* Ruin. *consil. 32. numer. 4. libr. 1.* Couar. *lib. 2. variar. cap. 19. numer. 3.* Soccin. Iun. *consil. 65. numer. 6. vol. 1.*
vbi quòd concessio Principis † transfert dominium, 6
etiam sine traditione, quicquid sit in contractibus, de quo disputant *DD. in l. traditionibus C. de pactis,* Paris. *consil. 11. numer. 58. lib. 1.* Gabriel. *tit. de emption. & vendition. conclus. 2. numer. 39.* quos sequitur, & refert. Rot. *decis. 664. numer. 18. part. 2. recentior.* Et multò magis ad fauorem Ecclesiæ, cui
competit hoc priuilegium, vt sine traditione † do- 7
minium acquirat, vt per *text. in l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. &* Bald. *consil. 337. numer. 5. libr. 1.* & alios tenuit Rota *decis. 673. par. 2. in recentior.* prout in alijs etiam huiusmodi Ecclesia reperitur priuilegiata, vt benè per Ioann. Andr. *in addit. ad Specul. incip.* vidistis duas opiniones *de iurisdict. omn. Iu-
dic.* vbi quòd si donatio fiat † Ecclesiæ per Impe- 8
ratorem de terris, vel Castris, venit etiam merum Imperium, licet secus sit in donatione facta priuato. Quæ omnia tantò magis habent locum in ca-
su nostro; quia Papa potest tollere bona † vni Ec- 9
clesiæ, & illa assignare alteri *arg. clem. si vna de Reb. Eccles. non alien. & capit. consultationibus, & capit. pastoralis de donation.* Dominium enim bo-
norum Ecclesiasticorum est † penes ipsum Pa- 10
pam, qui ideò eorum dominus dicitur Abbas *in cap. con-*

cap. constitutus num.15. de relig. domib. Æneas de Falconi-
bus *de reseruat. prælud.2.num.2.* Paris. *de resignatione lib.2.*
11 *quæst.4.num.34.* Habetque io illis † plenissimam potesta-
tem, & dispensationem *cap. 2. in princ. de præb. in 6. cap.*
proposuit eod.tit. Clem. 1. in fin. vt lit.pend.

Secundò concurrunt tractatus, & capitulationes factę
de anno 1491. inter Agentes Hippolyti Estensis Com-
mendatarij, & Procuratores Præsidentis Congregatio-
nis Sanctæ Iustinæ, super erectione dictæ Præpositurae,
in quibus inter cętera conuentum fuit, vt dicta possessio
olim tenta per tempestam, & tunc possessa per Raynal-
dum Estensem applicaretur, & assignaretur Præpositu-
ræ, prout in eiusdem erectionem fuit postmodum assigna-
ta, vt patet ex litteris Alexandri VI. in quibus specificè
assignantur in dotem Præpositurae, Prædia, siue pos-
sessio per Nicolaum Tempestam, aliàs Testam, tunc
verò per Raynaldum Estensem possessa, &c. quæ enun-
12 ciatiuæ cum sint † antiquissimæ, & vltra 100. annos
plenè probant dominium ad quemcumque effectum, Fe-
lin. *in cap. cum causam 13. numer. 4. vers. tamen instrum. de*
prob & aote illum Bald. *in l. cum aliquis numer. 4. & ibi*
Iaf. *pariter numer. 4. C. de iur. delib.* Aretio. *consil. 164. nu-*
mer. 3. vers. si tamen isti nobiles. Alex. *consil. 75. numer. 3.*
lib. 4. Dec. *consil. 146. numer. 14.* Soccin. *d. cons. 187. num. 5.*
& consil. 65. numer. 7. lib. 1. benè Menoch. *d. consil. 409 num.*
9. & seqq. vol. 5. Cassad. *decis. 3. numer. 3. de Procur.* Put.
decis. 209. lib. 2. Rota *in recent. decis. 91. numer. 2. par. 1.*
decis. 213. numer. 4. par. 2. diu. & in dicta Papiens. bonorum
28. Aprilis 1595. coram Illustrissimo Cardinale Millino. In
13 antiquis enim, † io quibus proculdubio nos sumus, do-
minium per indicia, & cooiecturas probatur, vt per Bald.
in l. indicem numer. 50. C. de rei vendic. Soccin. *consil. 205.*
numer. 3. lib. 2. Dec. *d. cons. 146. num. 12.* Paris *d. cons. 104.*
numer. 102. lib. 1. Riminald. Iuo. *consil. 23. numer. 279. lib. 1.*
Cassad. *decis. 2. numer. 2. & 3. de prob.* Verrali. *decis. 238. &*
275. lib. 2. in manuscript. & Rota *decis. 12. num. 2. & decis.*
93. num. 2. par. 2. recent.

Tertiò concurrit instrumentum concordiæ initæ de an-
no 1550. ioter Cardinalem Ferrarien. Præpositum, & Mo-
nasterium Pomposianum, occasione diuersatum differen-
tiatum tunc inter eos vertentium, in quo inter cœtera
conuentum fuit, vt possessio, quæ sita est in Vaccolini
territorio, infra Padum currentem, & quæ vulgò appel-
latur, la possessione del Tempesta tunc possessa ab illis de
Nasellis, remaneret Præpositurae.

Quartò concurrunt depositiones quinque testium exa-
minatorum pro parte Præpositi, qui dicunt, se audiuisse
à maioribus, quòd possessio, quam nunc detinent Na-
selli, & Follegatus, erat de iuribus Abbatiæ, siuè Præ-
positurae, & quòd semper fuit appellata la possessione del
14 Tempesta. Vndè non parum conferunt † ad probatio-
nem dominij, maximè in antiquis, vt in nostris termi-
nis considerat Borsat. *cons. 22. numer. 7. vers. 3. testis,* &
ponderauit Rota *in dicta Sublacen. bonorum 21. Maii 1604.*
coram Litta.

15 Quinto, & vltimò concurrit pluralitas † inuestitura-
rum, quam in punto de hac Præpositura aduertit Marca-
brun. *d. cons. 52. num. 10.* & ex Soccin. *in d. cons. 187. num. 16.*
lib. 2. considerauit Rota *in dicta Papien. bonorum coram Il-*
lustrissimo Millino, & in dec. 193. nu. 2. par. 2. rec.

Quo verò ad secundam inspectionem visum fuit DD.
identitatem bonorum de quibus agitur, videlicet posses-
sionis del Tempesta, satis esse iustificatam, & sufficien-
ter constare, quòd dictum prædium, seù possessio, quæ
per ministros Abbatiæ Pomposæ fuit concessa in emphy-
teusim ad 29. annos, primò de anno 1433. & secundò de
anno 1462. Nicolao Tempestæ, & postmodum de anno
1490. Raynaldo Estensi, & quæ, prçuio tractu, sine ca-
pitulationibus factis inter agentes Hippolyti Estensis
Commendatarij, & Procuratores Præsidentis Congrega-
tionis S. Iustinæ, fuit priùs per Innocentium VIII & po-
stea per Alexandrum VI. pro dote Præpositurae in ipsius
erectione applicata, & denique eidem Præpositurae, vi-
gore concordiæ anni 1550. initæ inter Cardinalem Ferra-
rien. Præpositum, & Monasterium Pomposianum as-
signata, esse illam eamdem, quæ nunc detinetur à Na-
sellis, & Follegato respectiuè.

Vulgatissima enim est regula, quòd ad probandam
16 identitatem bonorum † duæ demonstrationes sufficiunt,
secundùm doctrinam Bart. *in l. demonstratio falsa 17. nu-*
mer. 14. ff. de cond. & demonstrat. & in l. 1. in fin. ff. de dot.
præleg. per illum textum, & per l. hac consultissima, cum
ibi not. C. qui test. fac. poss not. Alex. post Angel & Ca-
stren *quos refert. in consil 133. numer. 5. lib. 5.* Soccin. Sen.
cons. 89. numer. 2. vol. 1. Roland. *cons. 67. num. 4. vol. 2.* Aym.
cons. 198 numer. 1. & 2. Decian *cons. 17. numer. 80. & seq.*
vol. 3. Ruin. *cons. 115. numer. 10. lib. 5.* Menoch. *dicto consil.*
409. numer. 84. vol. 5. Rota *decis. 277. num. 4. & decis. 313. nu.*
2. & decis. 457. num. 1 par. 1. & decis. 119. numer. 2. & decis.
180. numer. 2. & decis. 106. numer. 4 par. 2. rec. & apud S. M.
Gregorium 172. numer. 2. & 575. num. 4. & 5. & in dicta Ro-
mana deuolutionis 28. Maij, & 14 Nouembris 1625. coram
R.P.D meo Pirouano, vbi Rota fuit contenta vnica gene-
rali, & altera particulari demonstratione. Et hæc † re- 17
gula procedit, etiamsi adsint aliæ, quæ non conueniant,
vt bene Ruio. *cons. 50. num. 17.* Alb. *cons. 10 num. 5.* Rol. *d.*
cons. 67. num. 17. lib. 2. Peregr. *de fideicomm. art. 44. num. 50.*
vers. amplia denique. Decian. *dicto cons. 17. num. 20. & latè*
Modern. *discept. forens. cap. 833. num. 10* & Rota *in dicta*
Romana deuolutionis.

Hic autem non solum duæ, sed plures concorrunt de-
monstrationes, nam in inuestituris Nicolai Tempestæ,
& Raynaldi Estensis habetur, quòd ista possessio erat
posita in Insula Pomposiana, in Villa Vaccollini, &
Diœcesi Comaclen. iuxtà Padum currentem, & tàm in
dictis capitulationibus, quàm litteris erectionis, &
concordiæ, semper appellatur la possessione del Tempe-
sta, quæ omnia benè verificantur in bonis de quibus agi-
tur; quia sunt posita in eadem villa, & insula, & pro
confinibus habent ab vno latere Padum veterem, & ab
alio aggerem Padi veteris, & sub eadem Diœcesi conti-
nentur.

Et præsertim ponderarunt Domini notabilem illam
denominationem del Tempesta, quæ in hanc vsque diem
viget, ex qua potissimum identitas deduci solet, vt ex
Aretino, tradit Peregr. *de fideicom. d. art. 44. nu. 48.* ex con-
formi † enim denomioatione identitas probatur, si 18
alia eiusdem nominis bona io eadem regione non pro-
bentur extare, vt firmant Doct. *in l. si quis in fundi vo-*
cabulo ff. de leg. 1. & in l. si in nomine, C. de testam. benè
Paris. *cons. 58. numer. 1. & seqq. vol. 3.* Crauett. *cons. 400.*
numer. 33. lib. 3. Corn. *cons. 146 numer. 4. lib. 2.* & in si-
mili de nuncupatione Sancti Proculi fuit dictum in
Romana de Victorijs 9. Decembris 1626. coram R.P.D.
Merlino.

Accedit insuper instrumentum præfatæ concordiæ an-
ni 1550. in quo Præpositurae assignatur possessio sita in
Vaccollini Territorio, iosra Padum currentem, & locum,
vbi aotiquitus esse solebat alueus Padi, appellata la pos-
sessionè del Tempesta, quæ specificè enuociatur possessa
à Nasellis, vndè † tantò minus videtur esse dubitandum 19
quòd non sit illa eadem, quæ nunc etiam possidetur à Na-
sellis, vt in simili ponderat Menoch. *dicto cons. 409. num.*
85. & seqq. vol. 5.

Concurrunt denique supradicti testes, qui explicitè de-
ponunt, quòd dicta possessio, quæ nunc detinetur à Nasel-
lis, & Follegato respectiuè, retinet etiam veterem denomi-
nationem, & quòd à maioribus audiuerunt, sic illam nun-
cupari, & quod est eadem, quæ quondam fuit possessa
per dictum Tempestam, vt benè 3. & 4. testes. Quæ
omnia tantò magis visa sunt vigere, cum, vt pluries pon-
deratum fuit, versemur in antiquis, in quibus, † ad 20
probandam identitatem sufficiunt argumenta, præsum-
ptiones, & conicctturæ, *d. c. cum causam in fin. vbi* Bald.
in princ. Felin. *num. 1. & alii de prob.* Dec. *cons. 146. num. 14.*
Riminald. *cons. 154. num. 11.* Rota *apud S. M. Gregor. d. dec.*
172. num. 5. & ibi latè addentes.

Nec obstat, quòd bona, de quibus fuit inuestitus Tem-
pesta, & successiuè Raynaldus Estensis, dicantur fuisse
posita ad maoom dexteram Padi, illa verò, quæ nunc
per Nasellos, & Follegatum detinentur, sint sita ad si-
nistram, ideoque identitas omninò excludatur. Quia
fuit responsum. Primò, quòd in inuestitura, tàm Tem-
pestæ, quàm Raynaldi assignatur pro confine Padus, per
verba, *iuxta Padum,* nec dicitur citrà, vel vltrà, sed
iuxta, † quæ dictio designat tantummodo vicinitatem 21
Bero *cons. 144. numer. 16. vol. 3.* Surd. *cons. 419. numer. 77.*
vol. 4. cum alijs per Vulpell. *in d. dictione.* Et in concordia
anni 1550. dicta possessio ponitur infra Padum curren-
tem, quæ † dictio, *infrà,* vtrumque extremum comple- 22
ctitur *l. 1. §. 1.* vbi Bart. *& alij ff. de offic. Præfect vrb.* Im-
mò in inuestitura Rayoaldi dicitur, *inter currentem Pa-*

dum, quod demonstrat, Padum tenuisse cursum suum inter dicta bona, non autem ad dexteram, vt asseritur.

Secundò fuit consideratum, quod potest esse, quòd de tempore primæ, & secundæ inuestituræ Tempestæ, dicta possessio esset ad dexteram Padi, qui postea mutaue-
23 rit † cursum, intersecando dicta bona, vt in dies euenit ad *text. in l. adeo §. quòd si vno ff. de acqu. rer. domin.* Quod multum verisimiliter redditur, ex verbis tàm inuestituræ Raynaldi, ibi, *inter aquam mortuam Padi olim currentis, & ipsam Padum munitum*, quam concordiæ anni 1550. ibi, *infra Padum concarrentem, & locum, vbi antiquitus esse solebat alueus Padi*, quæ omnia clarè nobis demonstrant. Padum mutauisse cursum, & alueum, & sic non esse alienum à veritate, quòd dicta possessio, quæ olim erat ad dexteram Padi, ex mutatione ipsius aluei remanserit ad sinistram, quam veritatem agnoscunt etiam testes examinati pro Nasellis, qui non sunt ausi, negare, quin dicta possessio, quamuis posita ad manum sinistram, non possit esse eadem, quæ fuit olim possessa per Tempestam. Vltrà quàm quòd si non datur aliqua specificatio situationis habito respectu, ad Orientem vel Occidentem, siue ad alia, obiectum non officit, quia eadem res, quæ, habito respectu ad Orientem, sita est ad dexteram, habito respectu ad Occidentem, erit ad sinistram.

Quo verò ad tertiam, & vltimam inspectionem, visum fuit Dominis non constare de aliqua præscriptione, quæ obstet; quia Præpositurae, de qua agitur, competit priuilegium centenariæ ad effectum præscriptionis, primò ex concessione Henrici VI. Imperatoris, cuius
24 concessionis † validitas ad fauorem Ecclesiæ controuerti non potest, ex traditis per Felin. *in cap. ad audientiam, numer. 28. vers. demum, de præscript.* Et quamuis huiusmodi priuilegium fuerit concessum Monasterio Pomposiano, ante erectionem huius Præpositurae, nihilominus suffragatur etiam eidem Præpositurae, tamquam mem-
25 bro eiusdem Monasterij; cum lex † semper loquatur, *l. Arriani C. de hæretic.* Castr. *cons. 235. sub numer. 1. post med. vers. restat respondere lib. 1.* vbi quòd lex Florentiæ mandans, quòd omnes Ciuitates subiectæ soluant certum quid, habet etiam locum in ciuitate Pisarum, effecta subdita post legem; quia lex semper loquitur, & fuit resolutum in causa *Comen. Capellæ 7. Februarii 1620. co-*
26 *ram bon mem Remboldo*; Et hæc conclusio procedit † etiam in priuilegijs concessis fauorem Ecclesiæ vt per Alex. *cons. 178. num. 13 lib. 2.* Nat. *cons. 160. num 25.* & Modernum *de extensionem legum, tit. de extensione priuilegiorum numer. 123. fol. mihi 148.* resoluit Rota *in causa Cracouien. iuris legendi 19. Iunii, & 18. Decembris 1626. coram me* Immò quod in fortioribus terminis *text. in cap. vnic. de excess.*
27 *prælat. in 6.* qui loquitur de priuilegijs concessis † Monasterijs hactenus ædificatis, sit intelligendus etiam de Monasterijs ædificandis, quia, cum lex semper loquatur,
28 dictio *hactenus* est † intelligenda semper quando casus euenerit, Ita vt non excludat illum casum, contra Lap. dicunt Gem. *in d. cap. vnic. num. 8.* & Franc. *num. 1.* quod etiam considerauit Rota *coram me in dicta Cracouien. 19. Iunii 1626.*

Secundò idem priuilegium dictæ Præpositurae competit: quia ipsa est de proprio patrimonio Romanæ Ecclesiæ, & de horto eiusdem, prout sunt omnes Ecclesiæ Marchiæ, & Ferrariæ, vt probatur in *Auth. vt Ecclesia Rom post. princ. per glos. notab.* ibi in verbo *Petri*. Ideo-
29 que cum sit quoad hoc † priuilegiata, requirebatur tempus centum annorum, vt late Felin. *in d. cap. ad audientiam numer. 22. vers. amplia quarto de præscript.* Quod tempus 100. annos non effluit, siuè attendamus initium occupationis factæ à Nasellis, iuxtà titulum ab ijsdem iudicialiter allegatum, hoc est, acquisitionem à Ducibus Ferrariæ de anno 1539. à quo tempore vsque ad motam litem de anno 1602. non intercessit nisi tempus 63. annorum, siuè attendamus vltimam inuestituram Raynaldi Estensis factam de anno 1490. & cum illa esset ad 29. annos sequentes, non potuit currere aliqua præscriptio nisi post dictos 29. annos, & sic nisi post annum 1519. ad *text. in l. 1. C. de annal. præscript.* à quo tempore vsque ad annum 1602. minus effluxit dictum spatium 100. annorum, prout requirebatur.

Et ex his Domini resoluerunt, sententias esse iustas, & exequendas nedum ex eo, quòd dispositio statuti, & sententiarum conformitas est patens, sed etiam quia vl-
tima, quæ fuit lata de anno 1621. propter † lapsum fa- 30
talium, transiuit in iudicatum, *ad text. in c. cum sit Romana de appellat. cum vulgar.*

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D PIROVANO DECANO.

Firmana Prædij.

Die Lunæ 7. Iunii 1627.

ARGVMENTVM.

Instrumentum, an sit necessarium ad substantiam eorum, quæ partes voluerunt. Testis quando præsumatur formiter iurasse, & an deponens metu excommunicationis credatur. Primo dicto testium semper est standum.

SVMMARIVM.

1 *Donationis substantia non consistit in instrumento.*
2 *Probatio per testes continens substantiam eorum, quæ partes voluerunt, non prohibetur.*
3 *Donatio probari potest per duos testes.*
4 *Testis, quando non præsumatur formiter iurasse tactis scripturis.*
5 *Testis, quando verisimiliter præsumitur iurasse.*
6 *Notario creditur enuncianti, quod testis fuerit citatus, monitus, & iuratus.*
7 *Fides testium affinium redditur suspecta, & non integra.*
8 *Pater sponsi non contrahit affinitatem cum tota familia sponsæ.*
9 *Affinitas, non tollit notam fidem testibus.*
10 *Testis deponens metu excommunicationis an probet.*
11 *Instrumenta, & rogitus, si sunt in posse aduersarij non carent suspicione.*
12 *Testes, quando primò iudicialiter deposuerunt cum iuramento, si postea ab eorum dicto recedant metu excommunicationis, nihilominus semper statur primo dicto.*

DECISIO LXXXII.

DICTVM fuit recedendum esse à decisis in hac causa 5. Martij 1621 * coram bon. mem. Remboldo, quia tam ex tunc deductis pro D. Vincentio, quàm ex nouiter probatis donatio facta Cleriæ per Laurum, & Flaminium respectiuè patrem, & fratrem ipsius valida est.

Nametsi de † instrumentum donationis non docea- 1
tur, attamen quia in instrumento non consistit substantia donationis *l. si quis argentum § sin autem amplioris C. de donat. l. in extraneos, & l. in donationibus C. eod. tit.* Natt. *cons. 109. num. 22.* Mant. *de contr. lib. 13. tit. 4. num.*
13. non prohibetur alia probatio † per testes continens sub- 2
stantiam eorum, quæ partes voluerunt Affl. *decis. 274. n. 5. idem* Natt. *d. cons. 609. n. 24.* Surd. *cons. 144. n. 16. & decis. 284. num. 16.* Castr. *cons. 61. n. 1. & 75. n. 3. lib. 2.* quæ per Vincentium affertur, & quidem concludens.

Nam dantur tres testes, qui huic donationi, & instrumento confecto rogati interfuerunt, & alter, qui non est instrumentarius, & fuit post decisionem, quæ reuidetur examinatus, asserens se donationi præsentem fuisse, vidisse, & legisse instrumentum prædictum, cæteri verò de veritate contractus donationis deponunt, quibus accedunt alij quinque testes de veritate donationis deponentes, de auditu ab instrumentarijs, & de publica voce, & fama, qui sufficiunt, & superabundat ad su-
stinendam veritatem donationis, quæ † duobus etiam 3
tantum testibus roborata nihilominus sustineretur, cum non agatur de probando tenore instrumenti Bart. *in l. admonendi num. 48. ff. de iur. iur.* Alex. *cons. 9. num. 9. & 237. num. 1. lib. 6.* Roland. *cons. 40. num. 8 lib. 1.* Rota *decis. 539. num. 1. par. 2. recent.*

Non obstant exceptiones, quæ dantur contra prædictos testes pro tollenda illorum fide, nam quòd Bernardinus testis instrumentarius formiter non iurauerit tactis scripturis, vt patet ex enunciatiua Notarij dicentis citatus, monitus, ac per me Notarium cum assistentia inter-
pretis examinatus, quæ verba † non satisfaciunt for- 4
malitati

malitati iuramenti secundum Cæs. de Graff. *decis. 13. nu. 6. de testib.* Caputaq. *decis. 285. num. 4. par. 3.* sufficienter euitatur obiectum ex eo, quod eadem die 24. examinatus fuit, & cum interrogatorijs partis, quæ verisimiliter
5 passa † non fuisset ad vlteriora progredi absque delatione iuramenti, quæ rationes ad sustinendam validitatem examinis ponderantur per Seraph. *decis. 857. numer. 25. & 1288. ac per* Rotam *decis. 704. numer. 3. & 4. par. 1. receat. vlterius numer. 5. & 6.* ponderatur stylus
6 credendi Notario, itá enuncianti, quòd testis fuerit † citatus, monitus, & iuratus, de quo hic apparet ex attestatione Notariorum data, in qua licèt non dicatur, quod fuerit in alijs casibus oppositum, & obtentum, prout Rota desiderauit in hac probatione styli coram Cotta *decis. 398.* quæ data fuit, attamen multum coadiuuat alias præsumptiones supra relatas ad sustinendam veritatem iuramenti.

Quo verò ad alios duos testes instrumentarios, qui sunt Ambrosius, Dionysius, & Iulius Mochus pater Bernardini, mariti Narcissæ, sororis Cleriæ, vt tanquam af-
7 fines † Cleriæ eorum dictum suspectum, & non integrum remaneat ex allegatis per Gabr. *de testib. concl. 13. num. 1. & per* Farinac. *eod. tit. q. 54 num. 1. & 80.*
8 Certum est, quod Iulius non est affinis, quia pater † Sponsi non contrahit affinitatem cum tota familia Sponsæ, sed cum ea tantummodo, *cap. super his de affin. &*
9 *consang.* Ambrosius verò datn, quod † probaretur affinis, non in totum de illius fide diminuitur, sed remanet testis, & potest coadiuuari ex primo, & secundo teste instrumentario, & ex quarto post decisionem examinato, & ex alijs de voce, & fama quatenus opus esset, quod non creditur, quia duo remanent, cum quibus donatio potest probari, vt suprà dictum fuit.

Non obstat, quòd Ambrosius, Dionysius, & Iulius
10 Mochus metu † excommunicatinnis se disdixerint, qui propterea non sunt attendendi ad effectum huius probationis Rolan. *consf. 40. num. 12.* Alex. *cons. 124. nu. 6. lib. 6.*

Quia Ambrosius à suo dicto recessit, sed Inlius non recessit, sed se remittit ad scripturam, quare super sunt primus, & quartus vltimo loco examinatus, cum quibus concurrunt alij quinque testes de voce, & fama, vrgentque aliæ præsumptiones paternitatis, & fraternitatis, & quod prædium, de quo agitur, esset matris Cleriæ, & quasi eidem pro parte debitum, ac demum, quia ijdem testes deponunt instrumentum donationis fuisse rogatum per Bonifacium Bossum, cuius instrumenta,
11 † & rogitus, cum in posse aduersarij fuerint, non carent suspicione, quod instrumentum donationis leuauerit, propter interesse quod habet Bart. *in l. finali §. qui sine numer. 5. ff. de quæst.* Rota *decis. 418. numer. 5. par.*
12 *2. receat.* & nihilominus quando testes primò † iudicialiter deposuerunt cum iuramento, ac postmodum recesserunt ab eorum dicto metu excommunicationis, semper statur primæ eorum depositioni Couarru. *var. resolut. lib. 2. cap. 13. numer. 7.* Farinac. *de testib. quæst. 66. numer. 200.* Rota *decis. 346. numer. 2. par. 2. diuers.* & ex prædictis saltem simul iunctis visum fuit donationem sustineri.

Et ita, &c.

☞ * Videatur insta hæc decisio in Addictione, prout in Indice in eius fine posito.

ILLVSTISS. P. D. MANZANEDO, PATRIARCHA HIEROSOLYMITANO.

Cracouien. Parochialis de Coniusza.

Die Mercurij 9. Iunij 1627.

A R G V M E N T V M.

Præsentandi quasi possessio, licet acquiratur ex vnica præsentatione effectuata, tamen aliud obseruatur, si aliquis de proprietate Iurispatronatus doceat.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia apparenter dicitur nulla, si non constat de iurisdictione Iudicis.*
2 *Sententia confirmans sententiam nullam dicitur nulla.*
3 *Præsentandi quasi possessio acquiritur ex vnica præsentatione effectuata.*
4 *Et ista quasi possessio attenditur ad effectum, vt præsentatus veniat instituendus.*
5 *Præsentandi, quasi possessio ex vnica præsentatione non attenditur, si constet de proprietate iurispatronatus.*
6 *Decis. 67. par. 2. diuers. quando procedat.*
7 *Patronis præiudicari non potest in præsentatione nisi constito de eorum scientia, & patientia.*
8 *Concil. Trident. sess. 25. cap. 9. intrat etiam in vniuersitatibus probare volentibus ad se spectare aliquod iuspatronatus, & quid in materia annullet Concil. num. 9.*

D E C I S I O LXXXIII.

VACANTE Parochiali, de qua agitur, fuerunt ad illam à diuersis patronis præsentati Iacobus, & Martinus, ille à Collegio Iurisperitorum Academiæ Cracouien. prætendente existere in quasi possessione præsentandi, iste verò à Domin s octo Villarum pariter prætendentibus ad ipsos pertioere præsentationem ad dictam Parochialem. Vndè inter dictos Iacobum, & Martinum præsentatos orta lite super institutione, quia quilibet eorum suam præsentationem esse admittendam contendebant, & inrroducta coram Ordinario Cracouieo. emanauit sententia, in qua fuit pronunciatum d. Collegium existere in possessione, vel quasi præsentandi, ac proinde Iacobum ab eo præsentatum instituendum fore; à qua cum fuisset ad Nuntium appellatum, ipse dictam sententiam Ordinarij confirmauit, Ideò causa ad Rotam deuoluta, & mihi commissa dubium in Rota proposui. An dictá sententia Nuntij vltimo loco lata esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini infirmandam esse dixerunt.

Fundamentum resolutionis fuit nullitas, & iniustitia dictæ sententiæ. De nullitate constat apparenter, cum illa sit confirmatoria alterius Ordinarij Cracouien. non obstante quod fuerat oppositum de illius nullitate ex defe-
ctu † iurisdictionis Auditoris Ordinarij, de cuius dele- 1
gatione non constabat iuxta Verall. *dec. 376. par. 2. &* Se-
raph. *decis. 597. num 4.* Propterea † Nuntius dictam sen- 2
tentiam absque vitio nullitatis confirmare non potuit Rota *decis. 346. nu. 4. & dec. 572. par. 2. recent.*

De iniustitia verò Domini non dubitarunt, ex quo sententia se fundat in quasi possessione præsentandi dicto Collegio acquisita per præsentationem factam, quando ista Ecclesia vacauit per priuationem Benedicti Bandonij
de ann. 1597. Et quamuis regulariter † quasi possessio 3
præsentandi acquiratur ex vnica præsentatione effectuata Ripa *in c. cum Ecclesia Sutrina n. 91. de caus. poss. & propr.*
& hæc quasi possessio † attendi soleat ad effectum, vt præ- 4
sentatus veniat instituendus *ca. consultationibus de Iurep.* Rota *dec. 14 eod. tit. in antiq.* Put. *decis. 189. lib. 1.* Nihilominus visum fuit Dominis huiusmodi quasi possessionem non esse attendendam, &c.

Primò quia dicta † quasi possessio non attenditur, 5
quando constat de proprietate iurispatronatus, quasi tunc proprietas absorbeat causam possessionis, vt tenent communiter Doct. *in d. c. consultationib & ibi* Abb. *n. 9. de Iurepatr.* Dec. *cons. 127. a. 1.* Rota *dec. 167. n. 10. & dec. 269. n. 4. & 5. par. 2. diuer. & latè fuit decisum in Meluitana Iurispatronatus 18. Aprilis 1608. coram bo. me. Cardinali Marquemontio, & coram bo. me. Vbaldo in Barchinonen. Capp. 2. Iunii 1614.*

Et licèt hoc procedere teneant Doctores prædicti præser-
tim Rota † *d. dec. 167. n. 9* quando ante institutionem con- 6
stat de proprietate patronatus, aliàs secùs, quia tunc prefertur institutus ab existente in quasi possessione presentandi, quibus accedunt Calder. *cons. 23. de præben. &* Rota *dec. 7. de Iurepatr. in nou. & dec. 49. de rescipt in antiq.*

Attamen in nostro casu obiectum cessat, quia constat de tali iurepatronatus, & quidem ante institutionem Iacobi aduersarij ex duabus sententijs, quæ dantur in *Summar. Martini numer. 1. & 2. Altera de ann. 1523. altera verò de ann. 1536.* in quibus pronunciatur iuspatronatus Parochialis, de qua agitur, & illius ius præsentandi spectare, & pertinere ratione fundationis, & donationis ad Dominos octo villarum, qui præsentarunt Martinum, cũ quibus etiam concurrunt, præsentationes contiouatæ effe-

ctum sortitæ factæ à dictis patronis vsque ad anno 1597. &
quæ dantur *d. Summ. aum.* 3. quibus non potuit præiudi-
care præsentatio facta à Collegio ob priuationem, Ban-
7 donij *de ann.* 1597. præsertim † non constito de scientia,
& patientia patronorum, Ferret. *cons.* 132. *numer.* 3. *lib.* 1.
Rota *decis.* 184. *nam.* 1. *par.* 2. *diuers.* & *apud* Seraph. *decis.*
337. *num.* 2. *in fin.*
Secundò quia versamur in vniuersitate, in qua intrat
8 dispositio † Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 9. propterea ab illa
præsentatus non debet institui donec doceat de legitimo ti-
tulo ex fundatione, & dotatione innctis præsentationi-
bus saltim spatio 50. ann. continuatis, & effectuatis, vt
requirit Concilium. Vndè cum Iacob. ab Vniuersitate
Iuristarum præsentatus fundet se tantum in vltimo statu,
& in quasi possessione eidem vniuersitati acquisita vigore
præsentationis de ann. 1597. & Concilium deroget non so-
9 lum titulo, † sed, & quasi possessioni cuiuscunque iuris-
patronatus aliter quàm modo supradicto acquisiti Gon-
zal. *super reg.* 8. *gl.* 18. *num.* 23. dicendum est, dictam quasi
possessionem Collegio non suffragari, & consequenter,
nec præsentationem de Iacobo factam sustineri, sed sen-
tentiam mandans illum institui fore reuoc.
Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

¶ In eadem causa adest infra alia decisio sub die 22. Maij
1628. coram R.P.D. Merlino, est decis. 174.

R. P. D. DVNOZETTO.

Florentina Fideicommissi de Cambijs.

Die Mercurij 9. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius, vt ei detur immissio in bonis fideicommittentis debet probare descendentiam, & qualiter ad hunc effectum ista descendentia benè probetur, item etiam tenetur probare obitum ante eum vocatorum, & alia de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius, vt ei concedatur immissio, quæ probare teneatur.*
2 *Descendentia qualiter benè probetur.*
3 *Descendentia probatur etiam ex libris publicis iunctis adminiculis.*
4 *Confessio facta in commissione plenè probat contra confitentem.*
5 *Obitus alicuis probatur ex libro Ecclesiæ, in quo obitus describi solent.*
6 *Testes deponentes de fama, probant obitum.*
7 *Sine filijs de iure, quis præsumitur obire.*
8 *Descendentia probatur per duas enunciatiuas, accedentibus instrumentis, in quibus fiat eadem enunciatio.*
9 *Diuisio optimè probat contra diuidentes, & eorum successores tàm vniuersales, quàm particulares.*
10 *Identitas probatur, si nomina singularia bonorum conueniant bonis controuersis.*
11 *Identitas facilius remanet probata ex qualitate personæ possidentis.*
12 *Possessio probatur per litis substentationem.*
13 *Hæreditas in capita, & non in stirpes defertur, quando versatur in fideicommisso transuersali vlterioris gradus, non autem ascendentium.*
14 *Cognationis vinculum, vt aliud excludat, quæ requiratur.*
15 *Filij non possunt succedere ex persona patris, si ipse nec succedere posset.*
16 *Ann. in cons.* 831. *num.* 3. & 6. & *Fusar. de substit. quæst.* 357. *declarantur.*
17 *Cognitionis vinculum iam exclusum, tanquam irreleuans attendi non debet.*
18 *In Feudo exclusiuo fœminarum consanguinei non excluduntur ab vtriusque coniunctis, sicuti in Emphyteusi, num* 19. & *in statuto. num.* 20.
21 *Agnatio, vbi non est contemplata, appellatione masculorum, veniunt masculi ex fœminis.*
22 *Testatoris voluntatis distinctio est attendenda.*

DECISIO LXXXIV.

POSTQVAM sub die 26. Februarij proximè præteriti * fuit in hac causa resolutum contra Hospitale, &
Ecclesiam Sancti Ioannis Baptistæ nationis Florentinæ de
Vrbe, Antonium, & Petrum Ioannem fratres de Cam-
bijs esse vocatos ad portionem Petri Galliani ex testa-
mento Prioris de Cambijs, Hodie instan. pro immissione
dd. Antonio, & P. Ioanne fratribus ex vna, & Bernar-
do de Cambijs ex altera, qui prætendit ex duplici vincu-
lo excludere dictos fratres, nempe ex quo non solum de-
scendit à Laurentio, & est in pari, & coæquali gradu cum
supradictis fratribus, sed etiam ex quo est filius Cassan-
dræ, quæ fuit filia Siluestri Fr Prioris Testatoris. Pro-
posui dubium, an, & cui danda esset Immissio, quo pro-
posito DD. resoluerunt dandam esse immissionem dd. An-
tonio, & P. Ioanni fratribus, ac dicto Bernardo in capi-
ta, & non in stirpes.
Moti sunt ea ratione DD. quia dd. de Cambijs benè pro-
bant omnia † requisita ad obtinendam d. immissionem 1
nempe eorum descendentiam à Laurentio, identitatem
bonorum, & obitum vltimi grauati, & eius filiorum, ob
quorum deficientiam veniunt ad fideicommissum.
Primò quoad descendentiam Antonij, & Petri Ioan-
nis, ea benè † probatur non solum per testes gradatim 2
deponentes, Antonium fuisse filium Laurentij, Tho-
mam filium Antonij, & ipsos fratres esse filios Thomæ,
omnesque fuisse ab eorum parentibus, atque ab alijs pro
filijs legitimis, & naturalibus, publicè, & notoriè tra-
ctatos, & nominatos. Bart. *in l. filium ff. de his, qui sunt
sui, vel alieni iur.* Alex. *cons.* 51. *num* 2. *lib.* 1. Rota *in rec.
decis.* 472. *num.* 3. *par.* 1. & *decis.* 17. *num.* 2. *in fin p.* 1. sed
etiam ex † libris publici Catastri Ciuitatis Florentiæ, 3
quos ad proban. descendentiam concurren. alijs adminicu-
lis admisit Rota *in Florent. habitat.* 19. *Nouembr. s.* 1618.
coram Buratto, & in Florent. Capellæ 26. *Aprilis* 1619. *co-
ram R.P.D. meo Pirouano.*
Obitus verò Petri vltimi grauati benè probatur ex † 4
confessione hospitalis in eius commissione, quæ contra il-
lud plenè probat, *l precum C. de lib. caus.* Put. *dec.* 316. *lib.
2. in correct.* Verall. *decis.* 190. *nam.* 3. *par.* 1. Rota *in rec. de-
cis.* 436. *num.* 2. *par.* 1.
Obitus etiam Nicolai P. Francisci, & Ioan. eius filio-
rum masculorum remanet probatus ex fidibus † extra- 5
ctis ex libero Ecclesiæ SS. Trinitatis Florentiæ, in quo
obitus describi solent, qui multum ad id probandum at-
tendi solent, vt tenuit Rota *in recent. decis.* 562. *num.* 1. *ad
fin. par.* 2. & *decis.* 605. *num.* 4 *par.* 2 maximè cum concur-
rant descriptiones dd. bonorum fauore filiarum in defe-
ctum masculorum in libris publicis d. Catastri, & testes
deponentes de fama † quod sufficit ad proban. dictum 6
obitum, vt fuit dictum in *Cæsaraugustana Portionis, im-
pressa per* Marches. *par.* 1. *fol.* 340. *nu.* 3.
Quoad autem isti filij Nicolai, Petrus, Franciscus, &
Ioannes obierint † sine filijs de iure præsumitur, Alex. 7
cons. 21. *num.* 12. *lib.* 1. Capic. *decis.* 159. *nu.* 11. & 12. Mantic.
decis. 32. *num.* 1.
Descendentia pariter Bernardi ex D. Laurentio pro-
batur per gradus distinctos ex libris decimarum Ci-
uitatis Florentiæ, qui libri adminiculantur ex aliis
partitis formiter extractis ex alis libris nuncupatis
(delle Tratte) Ciuitatis Florentiæ, quæ duæ enun-
ciatiuæ † sufficiuntur ad proban. descen. d. Bernar- 8
di, accedentibus pluribus instrumentis, in quibus
eadem pariter fit enunciatio, Mascard. *de prob. con-
clus.* 511. *numer.* 4. *cum alijs ibi relatis, & tenuit* Rota *in
d. Florentina habitus* 19 *Nouembris* 1618. *coram bon mem.
Buratto, & in d. Florentina Capellæ* 26. *Aprilis* 1619. *co-
ram R.P.D. meo Pirouano.*
Identitas verò bonorum probatur ex instrumento diui-
sionis inter Syluestrum, & Petrum de Gallianis fact.
in qua expræsse falsi fuerunt medietatem Casalis Zam-
briæ, Pozzaiæ, & Centocorui pro summa scutorum
2500 auri subiectam esse fideicommisso Prioris de Cam-
bijs, quæ † diuisio optimè probat contra diuidentes, 9
& eorum successores, siue vniuersale, siue particulares,
Ruin. *con.* 128. *lib.* 2. Rota *decis.* 693 *numer.* 1. & 3. *par.* 1.
diuers. & fuit dictum coram *Reuerendiss. D. meo Decano
decis.* 120. *numer.* 1. cum aliis congestis *in Bonon. fideicom-
missi de Desiderijs* 5. *Maij præteriti coram R.P.D. meo
Merlino*, & in alia *Romana fideicomissi de Victoris* 9.
Decem-

Decembris 1626. coram eodem R. P. D. meo Merlino, ma-
10 ximè cum prædicta nomina singularia locorum † conue-
niant bonis controuersis, ex quibus identitatem proba-
ri dixerunt, Franc. Aret. *cons. 103. sub numer. 3. post med.*
vers. & hoc tenuit Dec. *cons. 13. num. 9. vers. secus in no-*
minibus, Fel. *in cap. auditis num. 27. circa med. vers. li-*
mita ex dicto Bald. *de præscrip.* Rota *in rec. decis. 131.*
num. 6. par. 1. & fuit dictum *in d. Romana de Victoriis, 9.*
Decembris 1626. coram R. P. D. meo Merlino.

Possessio etiam Petri de Cambijs vltimi grauati vsque
ad eius obitum in eiusdem bonis probatur ex dispositioni-
bus testium, qui redduot rationem eorum scientiæ, quia
illa locauit, & fructus percepit fuocto etiam quod opti-
mè deponunt de specificatione confinium, & de donatio-
nibus locorum, & ita cum dictus Petrus esset d. Petro de
Gallianis fine filijs masculis defuncto substitutus ex
11 qualitate personę † possidentis facilius comprobata re-
manet probatio identitatis, Natt. *cons. 235. numer. 17.*
Peregr. *de fideic. art. 44. numer. 22.* Rota *decis. 131. num.*
5. par. 1. recent.

De possessione etiam Hospitalis, & Ecclesiæ S. Ioan-
nis constat pariter ex confessione ipsius in commissione ab
eo obtenta cum eisdem denominationibus dd. Casalium
Zambrijæ, Pozzaiæ, & Centocorui, & ex expressione ti-
12 tuli hæreditarij à d. Petro Cambio, necnon ex litis † sub-
stentatione, quæ sola sufficere solet. Verall. *decis. 369.*
num. 1. par. 2. Rota *int. impress. per* Pacif. de Saluian. *decis.*
20. num. 16. præsertim verò concurrentibus alijs adminicu-
lis Rota *coram san. mem. Greg. XV. decis. 15. num. 1. & decis.*
105. num. 3. & aliàs sæpissimè.

Quibus ita firmatis DD. censuerunt dd. Fratribus,
& Bernardo de Cambijs dandam esse immissionem in ca-
pita, & non in stirpes, cum versemur io fideicommisso
transuersali vlterioris gradus, non autem ascendentis,
13 quo casu Rota seruat, quod deferatur † hæreditas in
capita, & non in stirpes, Gabr. *cons. 135. lib. 1. numer.*
3. Thes. *decis. 162. numer. 7. in fin.* Rota *decis. 27. per tot.*
par. 1. recen. & fuit dictum *in Collea. Hæreditatis 7. No-*
uembris 1618. coram bon. me. Buratto, & fuit etiam dictum
in Cæsenaten. Hæreditatis 6. Nouembris 1619. coram R. P.
D. meo Pirouano.

Non obstat quod Bernardus ex duplici vinculo (vt di-
ctum est) prætendat excludere dictos fratres, nam quic-
quid sit de pluralitate vinculorum concurrentium in ea-
dem persona prout est de fratribus vterinis, vel vtrinque
coniunctis in quo casu respondit Bald. *cons. 188. lib. 1. per tot.*
vt ratione illius pluralitatis frater fratri sit præferen. cum
quo conueniunt Bero *cons. 96. numer. 14. & ibi alleg. lib. 2.*
14 Nihilominus vinculum † superabundans in persona de-
bet esse pertinens, & exclusiuum alterius cohæredis siue
illud deducatur ex testamento siue ab intestato, vt decla-
rat idem Bald. *cons. 188.* Crass. *de success. §. successio ab*
intest. quæst. 31. numer. 2. Surd. *decis. 239. numer. 7. & seq.*
Sed in præsenti casu Cassandra quamuis sit descendens
a d. Siluestro, illa non reperitur vocata, cum non ha-
beat qualitatem masculinitatis, sub qua vocati fue-
runt filij Siluestri. Vnde eum ipsa non possit succedere,
15 † nec etiam filijs eius ex persona ipsius possuot deducere
ius succedendi, Surd. *cons. 85. numer. 10. versic. attamen*
prædictis non obstan. lib. 1. Ruin. *cons. 18. numer. 5. lib. 3.*
Tiraq. *& infiniti alii per eum citati in tract. de primog.*
quæst. 12. num. 26. Curt. Inn. *cons. 117. col. pen. vers. causa*
secunda, Surd *dec. cons. 239. num. 8.* Rota *decis. 663. num.*
22. par. 1. recent.

Nec releuat, quod Bernardus proueniat ex eadem
Cassandra matre coniuncta primo fideicommittenti vti
eius nepte, & ideo sit præferen. alijs in æquali gradu exi-
sten. cum habeat duplex vinculum, prout in puncto di-
citur de matre, quæ est de familia, & nupta fuit in ea-
dem familia, Ayın. *cons. 831. numer. 3. & 6.* Fus. *de sub-*
stit. quæst 357. numer 8. & quæst. 404. numer. 20. nam res-
16 pondetur † quod supradicti DD. procedunt, & loquun-
tur quando sunt vocati proximiores de familia, vel quan-
do vocatur familia, secus quando testator gradatim sub-
stituit vnam lineam alteri, & earum descendentes mas-
culos exclusis fœminis, nam cùm masculus natus ex fæ-
mina etiam nupta io familia non dicatur masculus ex ma-
sculo in eo non verificatur illa qualitas, & per consequens
vinculum Bernardi ex parte Cassandræ matris exclusæ
17 tanquam † irreleuans non debet attendi Bellon. Iun.
qui ita distinguit, & respondit *cons. 2. numer. 72. vsque ad*
sin. Alex. Rauden *cons. 3. numer. 25. & 26. lib. 1.* vbi con-
ciliat opiniones Soccin. Iun. *cons. 15. per tot. lib. 4.* Curt.
Iun. *cons. 117. col. penul.* Beron. *cons. 96. numer. 12. &*
13. lib. 2. sicuti in feudo † exclusiuo fœminarum consan- 18
guinei non excluduntur ab vtrinque coniunctis, nam
vinculum cognationis non attenditur idem Bellon. *d. cons.*
2. num. 75. Tiraq. *de retract. lign. §. 14. glos. 2. nu. 10.* Crass.
cons. 31. num. 3. Prout † & io emphyteusi Alb. *cons. 81.* 19
num. 28. Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 18. numer. 48.* idem est
in statuto † exclusiuo fœminarum, nam vinculum ma- 20
ternum exclusum, & impertinens non attenditur, Alb.
d. cons. 81. & fuit dictum *in Romana de Lante 24. Ianuarii*
1582. coram san. mem. Clem. VIII.

Non obstat, quod etiamsi fiot filij masculi vocati, at-
tamen vbi agnatio non est contemplata, appellatione † 21
masculorum veniunt masculi ex fœminis, Surd. *post alios*
cons. 308. num. 14. dicens eo casu magis fuisse habitum res-
pectum ad qualitatem sexus, à quo non descendunt filij
masculi fœminarum, vt tenuit Rota *decis. 150. numer. 2.*
par. 2. diuers. quia responsio patet ex eodem testamento
fideicommittentis, ex quo apparet, quod testator voca-
uit filios masculos, & filios filiorum masculorum, itaut
non versemur in differenti vocatione, quæ possit se habe-
re ad masculos vtriusque sexus, cum qua distinctione † 22
voluntatis testatoris respondetur ad omnes auctoritates in
contrarium adductas, & idem Surd. hanc distinctionem
amplectitur *d. cons. 308. num. 14.* & idem sequuntur alii ab
eo allegati, nec ab hac distinctione dissentit. Alb. *d. cons.*
85. num. 4.

Et ita conclusum &c.

* Est decisio 40. supra in hac parte. & infra adest alia deci-
sio sub die 28. Martii 1628. coram eodem R. P. D. Duno-
zetto. est decisio 158.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Colonien. Præcedentiæ.

Die 9. Iunii 1627.

A R G V M E N T V M.

In præcedentijs manutentio danda ei, qui probat consuetudinem, etiamsi iuri repugnet, cum ius in præcedentiarum materia deferat consuetudini, maximè quando est alicuius temporis considerabilis.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio attenditur in iudicio manutentionis.*
2 *Probatio melior afferri non potest, quam confessio.*
3 *Manutentio denegari non potest stantibus plenissimis probationibus, cum sufficiant & minores.*
4 *Dignitatū possessio non insp[i]gatur contra iuris assistentiam.*
5 *In præcedentiarum materia ius defert consuetudini.*
6 *Et hoc procedit, etiamsi consuetudo iuri repugnet.*
7 *Possessio etiamsi sit contra ius, est manutenibilis, quando est alicuius temporis considerabilis*
8 *Præsumptio faciendi aliquid iure familiaritatis excluditur ex multiplicitate actuum per multum tempus.*
9 *Ordinarii possunt præcidere controuersias subortas in processionibus.*
10 *Conc. Trid. sess. 25. cap. 13. de regulis declaratur.*
11 *Decis. 332. & 491. par. 1. in rec. declarantur.*
12 *Pro Actorum integra transportatione stat præsumptio.*
13 *Acta non sunt transportanda si non sint de causa.*
14 *Actorum superflua transportatio obstare non debet, si non sit facta.*

D E C I S I O L X X X V.

FVIT hodie resolutum, manutentionem esse conce-
dendam Prælatis, & dignitatibus Collegiatarum in
quasi possessione præcedendi Canonicos Metropolitanæ
Colonien. in processionibus, aliisque actibus, tam publi-
cis, quàm priuatis.

Quia quasi possessio dictarum dignitatum, quæ sola at-
tenditur † in hoc iudicio manutentionis, §. *retinendæ* 1
instit. de interd. Rota *decis. 641. nu. 8. par. 1. diuers.* rema-

net sufficienter probata ex confessione eorumdemmet
Canooicorum, emanat in Breui Innocentij Octaui, vbi
asserunt dignitates dignorem locum occupasse, & de
præsenti occupare, tàm in actibus publicis, quàm pri-
uatis, vt patet ex lectura Breuis, quod datur in Summ.
2 numer. 1. & ista † confessione non potest afferri melior
probatio, *l. cum precum, C. de liberal. cauf.* Gabr. *de con-
fess. coact 4. num 1. & seq. fel. rec. Greg. XV. decis. 200. num.
2. & decis. 458. nu. 3.*

Deinde dicta quasi possessio probatur ex testibus, quo-
rum vnus fuit examinatus ad perpetuam rei memoriam,
& alij duo fuerunt examinati formiter hic in Curia, &
omnes optime deponunt de hac quasi possessione præce-
dendi, de visu, & de certa scientia, absque aliqua con-
tradictione, & deponunt de toto tempore sui recorda-
tus, & vltra de auditu à maioribus, vt patet ex lectu-
ra depositionum, quæ dantur in Summ. num. 5. & 6.
3 Vnde manutentio denegari † non potest, stantibus su-
pradictis plenissimis probationibus, cum sufficiant etiam
leuiores, Menoch. *de retinen. remed. vlt. numer.* 34.
Rota *decis. 196 numer. 6. par. 1. & decis. 375. num. 2. lib. 3.
par. 3. diuers.* Seraph. *decis. 1113. num. 1. fel. rec. Greg. XV.
decis. 258. num. 3.*

4 Non obstat, quòd ista possessio † Dignitatum non suf-
fragetur contra iuris assistentiam, quam habet Canonici
Metropolitani, quia quicquid sit de hac iuris assistentia,
quæ videtur validè controuersa à Doct. vt patet ex latè
traditis per Cassan *in cathalog. glor. mund. consider.* 32.
per tot. Dominis placuit responsio, quod in omnem ca-
5 sum in hac † materia præcedentiarum ius defert con-
suetudini, Bald. *in cap. cum olim n. 1. & seq. de consuetud.*
Felin. *in cap. statuimus in princ. de maiorit. & obed.* Card.
consil. 62. num. 1. Dec. *in l. cum quia numer.* 39. & ibi Cagnol.
numer 42. ff. si cert. pet. Riminald. Iun. *cons. 95. num. 22. lib.
1.* & dixit Rota *in Seguntina præsidentiæ 22. Iunij 1606. co-
ram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Antiocheno, & in
eadem 8. Martii 1613. coram bon. mem. D. meo Vbaldo,*
6 quod procedit † etiam si consuetudo iuri repugnet, Me-
noch. *cons. 51. numer.* 51. Seraphin. *decis. 964. numer. 1. fel.
record. Gregor. XV. decis. 124. numer. 2. & 4.* & ideo etiam
7 si possessio sit contra † ius, est manutenibilis, quando est
alicuius temporis considerabilis, vt in casu nostro, Franc.
in cap. ad decimas numer. 8. in 4. limit. de restit. spoliat. in 6.
Couar. *pract. quæst. cap. 17. sub numer. 6. versic. 4.* Rota
*decis. 534. numer. 7. & decis. 595. numer. 4. par. 1. diuers. &
in recen. decis. 685. numer. 4. par. 1. fel. rec. Greg. XV. decis.
370. vbi Adden. sub num. 10.* & dixit Rota *in Calcaten. De-
cimarum 10. Iunii 1611. coram Reuerendiss. D. meo Patri-
archa Antiocheno, & in Oueten. iurisdictionis 22. Martii
præteriti coram me.*

Non obstat, quod actus præcedendi potuerint esse fa-
8 cultatiui, & iure familiaritatis, quia ista præsumptio † ex-
cluditur ex multiplicitate actuum, & ex continuata pos-
sessione per longum tempus, de qua deponunt supradicti
testes, Cæs. de Graff. *dec. 1. nu. 3. de caus. poss. & propr. fel.
rec. Greg. XV. dec. 572. vbi* Adden. *num.* 8.

Non obstat, quod in Conc. Trid. *sess. 25. ca. 13. de regu-
9 lar.* disponatur, quòd ordinarij † possint præcidere con-
trouersias subortas in processionibus, & ideo cum ordina-
rius in casu nostro decretauerit per modum prouisionis or-
dinem seruandum in istis præcedentijs, non possit ordo al-
terari, & dari manutentio Dignitatibus, donec per rem
iudicatam sit negotium terminatum, *iux. dec.* Rota *in
recent. 332. num. 4. & 491. numer. 11. par. 1.* Placuit enim
10 Dominis responsio, quòd † Concilium solummodo dis-
ponit, vt Episcopus possit prouidere, & ordinare quod
sibi videbitur ad euitanda scandala, & ordinatum ab eo
debet quidem exequutioni demandari, sed non tollit ap-
pellationem deuolutiuam in cuius gradu benè datur ma-
nutentio possessori, vt aliàs censuit Rota *in Hispalen. &
Caurien. permutationis 11. Martij 1596. coram Gypsio,
& in Virdunen. Vicariæ 1. Iunii 1616. coram bon. mem.*
11 *Baratto.* Nec supradictæ decisiones † in recent. appli-
cantur casui nostro, cum loquantur in diuersis terminis
de manutentione debita Episcopo in cognitione causarum
criminalium, & matrimonialium ex forma Concilij Tri-
dentini, nisi adsit in contrarium immemorabilis canoni-
zata per tres conformes, vt patet ex lectura dd. decisio-
num.

Non obstat defectus non integræ transportationis
12 actorum, tum quia præsumptio stat † pro integra tran-
sportatione, Rota *decis. 64 numer. 4. par. 1. diuers.* Aym.
de antiq. tempor. par. 2. numer. 55. & fuit dictum *in Regien.
Deuolutionis Terrarum 3. Iulij 1617. coram bon. me. D. meo
Vbaldo.* Tum quia prætenditur, non fuisse transporta-
tum decretum enunciatum in decreto, à quo fuit appel-
latum, vnde vel illud primum decretum, quatenus ex-
tet, non videtur transportandum, cum ab eo non fuerit
appellatum, & non sit de ista causa, ex quo non sunt
† transportanda, nisi quæ sunt de actis causæ, de qua 13
agitur, Rota *diuersor. decis. 884. numer. 1. par. 4. &
in recent. decis. 561. numer. 12. par. 1. fel. record. Gre-
gor. XV. decis 55. & decis. 300. num. 1.* Tum denique
quia pro parte Dignitatum dictum decretum enunciatum
non controuertitur, & ideo esset superflua † transporta- 14
tio, quæ propterea obstare non debet, Rota *decis. 664.
nu. 3 par. 1. in recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

REVERENDISSIMO P. D. COCCINO.

Farfen. prætensi Saluiani.

Die Lunæ 14. Iunij 1627.

A R G V M E N T V M.

Emphyteutica, si imponat aliquam seruitutem, vel onus in bonis emphyteuticis, intelligitur imposuisse durante tantum locatione, cum ea finita bona reuertantur ad Dominum directum libera, & sine aliquo onere, prout erant antea, quando fuerunt concessa in emphyteusim, cum aliàs sequeretur absurdum.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteutica bona in casu deuolutionis, redeunt ad Dominum directum libera, & sine onere.*
2 *Iure datoris resoluto, resoluitur etiam ius acceptoris. & num. 33.*
3 *Emphyteutica bona, reuertuntur ad Dominum, prout erant ante.*
4 *Debitoris obligati ius, si resoluatur ex causa antecedenti necessaria, pignus resoluitur.*
5 *Pactum de retrouendendo, quando apponitur in venditione, si interim res pignoratur, & postea emptor cogatur retrouendere, pignus resoluitur.*
6 *Obligatio Vassalli intelligitur respectu vtilis dominij, non autem directi.*
7 *Obligatio directi dominij in bonis emphyteuticis Ecclesiæ facta ab emphyteuta, nullum præiudicium offert. & limita num. 9. & 10.*
8 *Iure obligantis resoluto, resoluitur etiam hypoteca.*
11 *Decis. Farfen. bonorum coram Pegn. declaratur & numer. 24.*
12 *Decis. 642. par. 1. in recent. coram Buratto declaratur & num. 26. & 27.*
13 *Clausula, Ad habendum, posito in inuestitura emphyteusis, an operetur amplissimam facultatem alienandi. & num. 17.*
14 *Clausula, durante locatione, apposita in concessione emphyteusis, quid operetur, & num. 16 & 21.*
15 *Emphyteuta certum est, quod non potest alienare bona, quæ post finitam locationem iam sunt deuoluta ad Dominum.*
18 *Clausula, & quibus dederit, æquipollet clausulæ, ad habendum, & eius natura.*
19 *Consuetudo apponendi onus perpetuo duraturum in bonis emphyteuticis Ecclesiæ ab emphyteuta, est sacrilegio proxima.*
20 *Consuetudo in emphyteusi recipit interpretationem ab inuestitura, & à statutis loci.*
22 *Facultas deponendi liberè de bonis emphyteuticis, intelligitur durante locatione.*
23 *Emphyteutica res potest oppignorari durante solum emphyteusi.*
26 *Allodialitatis qualitas in emphyteusi afficit tantum, durante locatione.*
28 *Emphyteutica bona validè possint oppignorari.*
29 *Censum imponi posse in perpetuum duraturum in bonis emphyteuticis, est opinio quorundam Doctorum, quæ sustineri non potest.*

30 In

30 *In emphyteusi, si expressè sit prohibita alienatio, tunc nullo modo potest imponi census, secus si è contra. num. 31.*

32 *Emphyteuta non potest inducere hypotecam super emphyteusi, nisi quo ad ius sibi competens, & numero 34.*

35 *Dominus directus non tenetur locationi factæ à Vassallo stare.*

36 *Census super re emphyteutica imponi potest, & sine consensu Domini, dummodo ei non præiudicetur.*

37 *Felician. de Cens. lib. 2. cap. 24. declaratur.*

38 *Decis. coram Iusto. declaratur.*

39 *Dominus directus, si consentiet impositioni oneris in bonis emphyteuticis, tunc bona non reuertuntur libera, & quanda talis consensus non videatur præstitus. numer. 40.*

DECISIO LXXXVI.

BALTASSAR Mutius Dominus vtilis cuiusdam
possessionis, siuè prædij sit in Territorio Farsensi in
loco nuncupato, Venera, quod in emphyteusim habe-
bat ab Ecclesia Farsen. de anno 1557. imposuit annuum,
& perpetuum Censum scut. 10. super dictu prædio emphy-
teuto, illumque vendidit Torquato Clarello, & cum
postmodum huiusmodi prædium per eiusdem Baltassaris
obitum fuisset deuolutum ad Abbatiam, quæ de illo Pli-
nium de Bonioannis inuestiuit: Hodie Andreas de Ca-
rolis tanquam successor præfati Clarelli crediteris Census
agit Saluiano ad dictum prædium pro satisfactione fru-
ctuum dicti Census; Vndè queritur, An bona Abbatiæ
Farsen. redeant ad Ecclesiam libera, vel cum onere suo,
in casu, & ad effectum de quo agitur. Effectus autem
dubij est, quia si dicta bona reuertuntur libera ad Abba-
tiam, & sine onere, vtique in casu deuolutionis expira-
uit hypoteca, quæ fuerat ab eodem Baltassare constituta
super dicta possessione, siuè prædio ad fauorem præfati
Clarelli, & sic super eadem possessione, aut prædio non
posset competere Saluianum, quod sine hypotheca nequit
subsistere: In hoc articulo visa per omnes Doctores, ac
maturè discussa causa, nemine discrepante fuit resolu-
tum affirmatiuam opinionem omninò esse tenendam,
videlicet, bona Abbatiæ redire ad Ecclesiam libera, &
sine aliquo onere ea ratione, quia supposito directu domi-
nio Abbatiæ in istis bonis, quæ illius sunt emphyteutica,
vt aliàs firmauit Rota *in Farsen. bonorum 17. Aprilis 1606. coram bon. memor. Penia*, quod non controuertitur, ve-
1 rissima est conclusio, † quòd bona emphyteutica in casu
deuolutionis, redeunt ad Dominum directum libera, &
2 sine aliquo onere, cum resoluto iure datoris, † resolua-
tur etiam ius acceptoris, vt vulgatus est *Text. l. lex vectigali*, ibi: *respondi (si vt proponeretur) vectigali non soluto
iure suo Dominus vsus esset, etiam pignoris ius euanuisse, ff. de pignoribus*. Bald. *ibidem num 1. & 2. & ibidem* Addent.
vbi loquuntur de emphyteusis Ecclesiastica. Angel. *ibidem nu. 1. & in fin.* vbi quod emphyteuta donec durat em-
phyteusis, si facit aliquod pactum cum Vassallis rusticis
non præiudicat vero Domino, emphyteusi ad illum re-
3 deunte, imò quòd reuertitur † res ad Dominum prout
erat ante *l. 3. ff quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* Bart. *in l. si
res in princ. ff. eod. tit.* Vbi quod si ius debituris obligati re-
4 soluitur ex causa antecedenti necessaria, † resoluitur pi-
gnus, & id exemplificat, quando res venditur, & appo-
nitur pactum de reuendendo, quia si interim pignoretur,
5 & emptor cogatur reuendere, pignus † resoluitur, *vt in
d. l. si res.* facit *text. in c. 1. §. rursus de controu. inuest.* Ti-
raquel. latè plures cumulans *de retract. conuent. § 3. glos.
1. num 13 &* Corbul. *de caus. priuat. ob non solut. Can am-
pl 34.* Osasc. *decis. Pedem. 156. numer. 9 cum seqq.* Sera-
phin. *decis. 798. numer. 2. 3. & 4. & 1290. numer. 13.* Et
fuit dictum coram me *in causa Romana Saluiani 8. Februa-
rij 1602.* Et idem de feudo notatur *in cap. Imperialem, §.
præterea, §. calidis in ver. liberè reuertatur, vbi* DD. *de
p. obib. feud. alien. per* Federic. *& latissimè idem* Tiraquell.
6 & Osasch *locis superius citatis*. Obligatio † enim Vassal-
li intelligitur respectu vtilis dominij, quod habet, non
autem directi, quod remanet penès Dominum, Bald.
consil. 9. num. 6. lib. 1. Rulo. *consil. 4. num. 6. lib. 1.* Soccin.
consil. 99. num. 1. versic. sed fortius lib. 1. Clar. *in §. emphy-
teusis quæst. 21. per tot. & in §. feudum quæst. 37.* Corbul. *de
caus. priu. ob alien. limit. 33. num. 4. & seqq.* Per istam enim
† obligationem non fit aliquod præiudicium Ecclesiæ, 7
Ias. *in l. fin. num. 107. & ibidem* Salycet. *numer. 7. C. de iur.
emphyt.* Et ideo ad hoc ne aliquod præiudicium Ecclesiæ
inferatur, necesse est dicere, quòd illa obligatio, seù vin-
culum tamdiù duret: quamdiù durat Ius emphyteutæ,
adeò vt finita locatione, & sic resoluto iure † obligantis, 8
resoluatur etiam hypoteca, vt tradit Corbul. *vbi supra
numer. 3.* Afflict. *decis. 380. numer. 2. & ibi* Addent. Clar.
in §. emphyteusis d. quæst. 21. & tenuit Rota *in causa
Papien. bonorum 17. Iunij 1602. coram bon. memor. Pe-
nia*.

Et quamuis in contrarium dicatur, quòd in casu nostro
recedendum est ab hac regula: Primò, quia † in Inuesti- 9
turis conceditur emphyteutæ libera facultas alienandi
cum clausula, *ad habendum &c.* Secundò, quia videtur
constare de consuetudine, quòd huiusmodi bona possint
liberè alienari per emphyteutas, ex quibus infertur
† quòd ideò sit in potestate emphyteutæ quamcum- 10
que seruitutem, & onus etiam in perpetuum duratu-
rum super dictis bonis imponere, vt videtur sensisse Ro-
ta *in dicta causa Farsen. bonorum 19. Decembris 1614. coram
bona memoria Buratto, quæ est decis. 642. numer. 8.
part. 1. in recent. & apud* Statil. de Saluian. *decis.
172.*

Tamen fuit responsum dictas decisiones malè inter-
pretari, cum illarum casus non applicentur; nam *decisio
bon. mem.* † *Peniæ* loquitur durante linea, & in præiudi- 11
cium aliorum vocatorum, non autem Ecclesiæ, ibi enim
vltimus de sua linea alijs existentibus de alijs lineis com-
prehensis in inuestitura alienauerat bona, & dubitaba-
tur, An illa alienatio sustineretur, & Rota resoluit pro
validitate alienationis. Alia verò *decisio bon. memor.*
† *Buratti* loquitur in casu, quo vltimus de linea hæredem 12
instituerat, & dubitabatur, An ille, vel consanguineus
esset præferendus in noua inuestitura facienda, & propte-
rea quicquid sit de iure in casu dd. decisionum, illæ non
firmant, quòd bona debeant redire ad Ecclesiam cum
onere; Nec minus rationes dd. decisionum officiunt in
casu nostro, quia licet per illam clausulam, *ad* † *haben-* 13
dum, &c. videatur concessa amplissima facultas alienan-
di emphyteutæ, itaut huiusmodi bona videatur in hoc
redacta ad instar allodialium, vt latè considerauit Ro-
ta *in dicta Farsen. 19. Decembris 1614. coram. bon. memor.
Buratto*. Tamen clarum est dictam facultatem esse re-
strictam, & limitatam ad tempus durantis locationis,
cum in prædictis inuestituris semper apponatur † clausu- 14
la, *durante locatione*; nec est admittenda illa interpreta-
tio, quod dicta verba, *durante locatione*, operentur, vt
huiusmodi facultas intelligatur actiuè, vt scilicet, va-
leat dispositio, vel alienatio quatenus fiat durante loca-
tione, non autem passiuè, itaut illius effectus termine-
tur cum fine locationis, & sic non sint apposita ad indu-
cendam aliquam restrictionem, siuè limitationem; quia
huiusmodi intellectus admitteret casum indubitabilem,
cui vanum esset, & frustratorium concedentes voluisse
prouidere; quis enim potest dubitare quòd emphyteuta
† velit alienare bona, quæ post finitam locationem iam 15
sunt deuoluta ad Dominum directum, & in quibus non
potest amplius Ius aliquod prætendere? Vndè dicendum
est dicta verba, † *durante locatione*, restringere, & limi- 16
tare facultatem concessam alienandi ad tempus durantis
locationis secundùm sensum Rotæ *in decis. 11. numer. 1.
vers. in 2. parte vsque ad finem part. 1. diuers.* latè Osasch.
decis. 164. num. 5. Vbi quando clausula, † *ad habendum*, 17
&c. intelligatur restricta ad terminos præcedentis dispositi-
tionis, vel stipulationis Dec. *cons. 170. aliàs 171. numer. 3.
vers. 4. & vlt. aduertendum est*, vbi firmat, quod † clau- 18
sula *& quibus dederit*, quæ æquipollet clausulæ, *ad ha-
bendum, &c.* nullo modo alterat emphyteusim, quando
limitatur, & restringitur per alias clausulas. Et hanc
opinionem passim sequitur Rota *in Imolen. bonorum 8. Mar-
tij 1596. cor. Card. Pamphilio, & 6. Nouembris 1617. coram
Card. Sacrato, in Romana domus 9. Martij 1609. cor. Reue-
rend. Patriarcha Hierosolymitano, in Bononien. Prædij 10.
Martij 1614. cor. Illustriss. Card. Caualerio, in Romana Vi-
neæ 21. Iunij 1598. coram Cardinale Seraphino in impress. de-
cis. 1290.*

cis. 1290. & latè in Romana casalis Marciliani 19. Iunij 1587. coram eodem Seraphino in impress. decis. 794. num. 7. cum seqq. & decis. 642. numer. 5. par. 1. & decis. 294. num. 8. in fin. p. 2. recent.

Minus obstat allegata consuetudo, quam canonizauit Rota *in d. Farfen. bonorum 17. Aprilis 1606. coram bo. me.*
19 *Penia*, quia quidquid sit de hac consuetudine, † & an sit attendenda, de quo valdè dubitauit Bald. *d. cons. 9. num. 6.* vbi illam sacrilegio proximam appellat tanquam præiu-
20 dicantem iuri Ecclesiæ, in casu nostro aduertendum † est illam recipere interpretationem tàm ex tenore consueto inuestiturarum, quàm ex dispositione statutorum Abbatiæ Farfen. *ad Tex. in l. 1. §. lex falcidia, ff. ad leg. falcid. vbi* Bar. & DD. Oldrad. *cons. 224. incip. istæ sunt allegationes col. 7. in fin.* Decian. *cons. 35. num. 7.* quos refert & sequitur Crauett. *de antiq. temp. par. 4. sect. videamus num. 49.* Quare cum tàm in inuestituris, quàm statutis Abbatiæ *cap. 84. & 86.* dum habet relationem *ad cap. 84.* semper huiusmodi facultates alienandi habeantur restrictæ
21 per dictam clausulam, † *locatione durante*, vtique dicendum est etiam huiusmodi consuetudinem, se illis conformare, & non posse inducere huiusmodi facultatem alienandi; nisi restrictam ad terminos durantis locationis, & quatenus etiam deficeret dispositio statutorum, & tenor consuetus inuestiturarum cum huiusmodi consuetudo recipiat interpretationem à iure, vt ex deductis concludit Crauett. loco citato, vtique essemus
22 etiam in claris, quod huiusmodi † facultas disponendi liberè de bonis emphyteuticis est intelligenda durante locatione, *vt per tex. in d. l. lex vectigali, & ibidem* Ang. *num. 1. vers. 3. nota ff. de pignor.* vbi quod res emphyteutica po-
23 test † pignorari durante solùm emphyteusi, cùm illa resoluta, resoluatur quoque ius pignoris Bar. *in d. l. in debiti §. primo in fin. ff. de cond. indeb.* Et quamuis in di-
24 cta decisione Farfen. † coram Penia dicatur, quòd huiusmodi bona censenda sunt allodialia, quod pariter
25 fuit etiam dictum in alia *Farfen. coram bo. me. Buratto.* † consideranda tamen est textura verborum dictæ decisionis coram Penia, quæ absolutè non dicit, quod bona huiusmodi censenda sint allodialia; sed dicit, quoad hoc, nempè quoad facultatem concessam emphyteutæ disponendi de illis bonis etiam in præiudicium comprehensorum, quam facultatem cum fuerit ostensum, non extendi vltra terminos locationis, in consequentiam dicen-
26 dum est, dictam qualitatem † allodialitatis dicta bona solummodo afficere durante locatione, & iste intelle-
27 ctus optimè etiam congruit † decisioni Farfen. coram Buratto.

Non obstat pariter, quòd valida sit impositio census super re emphyteutica, vt firmatur *in causa Romana cen-*
28 *sus 17. Martij 1600 coram Iusto*, sicut † etiam bona emphyteutica, validè possunt hypothecari Seraphin. *decis. 794. num. 9. & 819. num. 5.* cum alijs in contrarium deductis, quia quidquid dicant DD. qui volunt posse imponi cen-
29 sum † in perpetuum duraturum super huiusmodi bonis, quos refert Cen. *de censib. part. 1 quæst. 2. art. 2. in princ.* quorum opinio non videtur vllatenus posse sustineri, Vera est distinctio, quòd aut in inuestitura fuit expressè
30 † prohibita alienatio, & tunc nullatenus super re emphyteutica potest census imponi: aut verò non fuit prohibita alienatio, & tunc census quidem validè potest ab
31 initio † imponi, sed resoluta, aut deuoluta emphyteusi, resoluitur census, & res emphyteutica reuertitur libera ad Dominum, vt in casu nostro, in quo non negatur ab initio non potuisse censum imponi, in quo pro affirmatiua habemus claram dispositionem *tex. in d. l lex vectigali*; sed dicitur vnà cum locatione expirasse quoque, & fuisse resolutum census, & sic Baltassarem non
32 potuisse inducere † hypothecam super dictis bonis, nisi proportionabiliter ad ius sibi competens in bonis emphyteuticis, quod ius cum esset restrictum ad tempus quo durabat emphyteusis, illa finita, ac resoluto iure Baltassaris resoluta est quoque hypotheca ab eodem Baltassare, constituta, quia illa habebat dependentiam à iure Baltassaris, *vt benè* Ang. *in d. l. lex vectigal s in princ.* Vbi, quòd
33 perempto iure † datoris, perimitur ius acceptoris, quod à iure datoris habebat dependentiam, & sic potuisse hypothecare in præiudicium sui ipsius tantùm, non autẽ Domini, DD. *in l. in prouinciali C. de seruit. & aqu. & in cap. 1. §. rursus de controu. inuest.* Vbi quòd hypotheca imposi-
34 ta emphyteusi tenebit, donec emphyteusis apud † emphyteutam manserit, ea autem ad Ecclesiam reuersa, omnis seruitus, & hypotheca resoluitur benè Osasch. *d. decis. 156. num 15.* vbi dicit ità in simili Senatum censuisse, Dominum directum non fuisse obligatum stare † locationi 35
à vassallo, seu emphyteuta factæ, quia resoluta fuerat omnis hypotheca. Corbul. *de priuil. ob non solut.* Can. *d. ampl. 34. num. 2. benè in terminis* Redoan. *de reb. Eccles. non alienat. tit. de constitutione annui census super rebus Ecclesiæ num. 25.* vbi quod quamuis licita sit impositio annui census super † re emphiteutica etiam sine consensu Domini, id 36
tamen est intelligendum sine præiudicio iurium directi Domini, & durante tempore emphyteusis, & secundum prædictos terminos loquitur etiam inferius *numer. 36.* & in his pariter terminis intelligendus † est Felician. *Solis de* 37
Censib. lib. 2. cap. 24. num. 15. per tot. & in fine, vbi concludit posse emphyteutam imponere censum super rebus emphyteuticis, & pro hac citat Redoan. *loco præcitato*, ideòque secundum mentem Redoani venit intelligendus; Et quòd in his terminis intelligenda sit dicta † *decisio coram* 38
Iusto, firmat Cen. de Censib. *d. part. 1. quæst. 2. art. 2. num. 8.* vbi conciliando opiniones, dictam distinctionem adducit ex mente Rotæ, nec vlla ex decisionibus, quæ ex aduerso deducuntur firmat, validam esse impositionem census in perpetuum duraturi, etiam post resolutum ius emphyteutæ super bonis emphyteuticis, vnde debent interpretari iuxtà terminos dictæ *decisionis coram Iusto*, quam aliæ decisiones solent in hac materia passim allegare.

Nec dicatur, quod nos non sumus in casu, in quo non adsit prohibitio alienandi, sed in casu, in quo est expressè concessa facultas alienandi, & sic intret regula, quòd quando Dominus † directus consentit impositioni oneris, 39
vel seruitutis, tunc res emphyteutica non reuertitur libera, sed cum onere suo ad *tex in l. in diem. ff. de aqu. pluu. arcen.* Corbul. *de priu. ob non solut. can. dicta ampl. 34. num. 3.* Guldop. *decis. 575. vers. nisi Dominus consenserit.* Boer. *decis. 181. num. 4. vers. pone Vassallus*. Quia respondetur, quod in casu nostro non constat de huiusmodi consensu, siuè attendamus consuetum tenorem inuestiturarum, siuè consuetudinem allegatam; Nam quamuis constet de facultate alienandi concessa emphyteutæ, dicta tamen facultas, vt sæpius ponderatum fuit, restringitur ad tempus durantis locationis, vndè dici † non potest, 40
quòd operetur talem consensum, itaut possint imponi hypotheca, aut quælibet alia seruitus ad perpetuum duratura super illis ad libitum emphyteutæ, aliàs enim si concederetur, huiusmodi censuum, ac onerum impositiones sustineri non solùm durante locatione, & iure emphyteutæ, verum etiam finita locatione, & resoluto iure emphyteutæ in perpetuum, sequeretur maximum, & irreparabile damnum Ecclesiæ, quia primùm huiusmodi locationes, quæ secundum formam inuestiturarum sunt limitatæ ad tertiam generationem fierent quodammodo perpetuæ tanquam obligatæ illis, ad quorum fauorem huiusmodi census, ac onera imponerentur. Secundò in casu deuolutionis huiusmodi bona tot, tantisque oneribus granata reuerterentur ad Ecclesiam, vt magis ipsis conduceret illa potius habere pro derelictis, quàm propria agnoscere. Vndè vt Ecclesiarum indemnitati occurratur constanter omnes Domini, negotio cum maxima maturitate discusso, adhæserunt regulæ superius firmatæ, & concluserunt, quod in casu, & ad effectum, de quo agitur, &c. bona Abbatiæ Farfen. redeunt ad Ecclesiam libera, & sine aliquo onere, &c.

R. P. D. MERLINO.

Bononien. fideicommissi de Desiderijs.

Die Lunæ 14. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius qualiter identitatem bonorum fideicommisso subiectorum probare debet, & maximè si simus in antiquis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Possessio presumitur continuata vsque ad obitum, nisi contrarium doceatur.*

2 *Identitas qualiter sufficienter probatur, & n. 11.*

3 *Identitas probatur etiam per leuiores probationes, & coniecturas præsertim in antiqnis num. 4. & ad hunc effectum non requiritur tempus vltra centum annos numer. 5.*

6 *Identitas quando est probata, non obstat, si adsit discrepantia aliquarum qualitatum, quæ ex cursu temporis mutari potuerint.*

7 *Identitas probatur per duas demonstrationes, licet aliæ deficerent.*

8 *In quantitate maiori, inesse videtur minor.*

9 *Identitatis probatio non inficitur, quando sola diuersitas est circa numerum, si aliæ demonstrationes verificentur.*

10 *Identitas in antiquis, vt probetur, suffragatur etiam verificatio loci, vbi bona existunt, vnà cum vno confine.*

12 *Identitas in fideicommisso probatur, si bona ab omnibus alijs fideicommissarijs fuerint consequuta, & possessa, num. 13.*

14 *Bona, quæ penes filios reperiuntur, ex hæreditate patris præsumuntur prouenisse.*

Maximè, si à die mortis modicum tempus intercesserit, & appareat eos non esse industriosos, n. 14.

15 *Bona probantur esse alicuius ex confessione hæredum facta in diuisione.*

DECISIO LXXXVII.

PRosequendo disputationem, proposui dobium, An constaret de identitate duarum domorum cum sex apothecis iuxta reseruationem factam in vltima decisione sub die 5. Martij præteriti *, nec non aliorum duorum corporum, nempè possessionis in communi Cazzani, & alterius possessionis in communi Bagnarolæ Comitatus Bononien.

Et Domini quoad huiusmodi duas domos cum apothecis, mandarunt causam denuò proponi, quo verò ad dicta duo alia corpora identitatem satis probatam censuerunt.

Constat enim istas duas possessiones, videlicet illam Cazzani tornaturarum 116. circiter, & alteram Bagnarolæ tornaturarum 122. incirca, assignatas fuisse Hieronymo antiquo de Desiderijs fideicommittenti in istrumento diuisionis *die 29. Maij* 1519. emanatæ inter ipsum, & eius fratres, vt in primo registro *fol.* 209. *vsque ad* 260. quas
1 ab ipso Hieronymo possessa deindè fuisse vsque ad tempus eius obitus, non videtur dubitandum, nisi contrarium doceatur Doct. *in l. siue possidetis C. de probat. & plures recenset* Peregr. *de fideicomm art. 44. num. 16.* Rota *in recent. decis. 706. numer. 5. par. 2. & sæpissimè conclusum fuit.*

Et hoc eò magis comprobari Dominis videbatur ex alia diuisione *de anno* 1544. facta inter Baptistam, Ioannem, Alexandrum, & alios filios ipsius Hieronymi fideicommittentis in eodem primo registro fol. 355. cum expressa mentione fideicommissi paterni, prout etiam ex transactione anni 1604. in secundo registro fol. 212. in qua eædem possessiones postea, vti dicto fideicommisso suppositæ Alexandro iuniori ad illud vocato dimissæ, aerestitutæ fuerunt, ex quibus huiusmodi
2 identitas † sufficienter iustificata remanet, vt per Bald. *cons.* 89. *num.* 3. *lib.* 1. Anchar. *cons.* 291. *sub num.* 9. Rota *in ciuitatis Castelli fideicommissi 11. Decembris 1615. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Pamphilio, cum alijs in dicta decisione sub die 5. Martij præteriti allegatis.*

Quibus accedit confessio D. Marci Antonij in responsione ad positiones, vt in dicto secundo registru fol. 71. nec non descriptio ipsarum possessionum in Iouentario per eundem confecto, in hocmet registro fol. 236. 257. & 264. post ingressum dicti Alexandri iunioris in Religionem PP. Capuccinorum cum expressa mentione fideicommissi, & protestatione, quod admittere non intendebat dictas possessiones, & alia bona in eo descripta, esse hæreditatia ipsius Alexandri, ex hoc enim contiouato modo possidendi per dictos hæredes grauatos, & fideicommissarios, & ex his omnibus actious, & declarationibus, saltem simul iunctis, satis visa fuit probata hæc identitas, cum sufficiant † etiam leuiores probationes, 3
& coniecturæ *c. cum causam, & ibi omnes extra de probat glos. in cap. si Papa in verb. probata de priuil. lib. 6.* Rimin. Sen. *cons. 254. num. 11. cum seqq. lib. 2.* Decian. *cons. 17. num. 6. lib. 3.* Rota *in recent. decis. 459. sub num. 3. part. 1. & coram san. mem. Greg. XV. decis. 172. numer. 6. & ibidem Adden. numer. 10. ac in Romana vineæ 1. Iulij 1624. coram me*, præsertim † cum simus in antiquis Soccin. *cons.* 4
86. num. 2. lib. 1. Seraphin. *decis. 462. numer. 8.* Rota *in Bononien. fideicommissi de Rubeis 12. Februarij 1618. coram bo. mem. Vbaldo*, vbi pariter fuit conclusum ad hunc effectum, non esse necessariam antiquitatem † 5
vltra centum annos, & referunt etiam Adden. *ad d. decis. 172. sub eodem numer. 10. coram sancti mem. Gregor. XV.*

Nec visum fuit obstare, quòd dicta possessio Cazzani in dicto diuisionis Instrumento anni 1519. fuerit descripta in pluribus corporibus distincta, & in huiusmodi Iouentario per D. Marcum Antonium confecto, descripta reperiatur in vno corpore cum suis qualitatibus, quoniam cum in ipsa diuisione anni 1519. concurrant confioia posita in eodem Inuentario, ac aliæ demonstrationes, vt apparet, eo quod in hac diuisione septima petia terræ est posita in loco detto Ronco, octaua in loco detto Butrigella, decima in loco detto alle Fornaci, & septima habeat viam publicam à tribus lateribus, & nona, decima, & vndecima habeant pro confinibus viam publicam, & discursorium Genæ, & concurrant aliæ qualitates, nempè terræ aratiuæ, arboratæ, pratiuæ, ac cæteræ demonstrationes sitæ in communi Cazzani, consequenter satisdicenda videtur verificata illius identitas, quamuis adesset discrepantia † aliquarum qualitatum, 6
quæ ex cursu tanti temporis mutari poterint, iuxtà deducta per Decian. *d. cons. 17. numer. 14. cum seqq. lib. 3. quem* Rota *probauit in vna Romana deuolutionis 28. Maij 1625. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Assisien. bonorum 2. Iunij præsentis anni coram R. P. D. meo Virili*, maximè cum conueniat plures demonstrationes, & qualitates, quarum duæ † sufficerent, licèt aliæ deficerent ex al- 7
legatis in alia decisione sub die 5. Martij, & latè tradunt Decian. *d. cons. 17. numer. 8. cum seqq. & numer. 21. vbi de communi testatur lib. 3. &* Surd. *cons. 44. num. 15. cum multis seqq. lib. 1.* Rota *apud San. mem. Greg. XV. decis. 575. nu. 4. & seq.*

Minus releuare dicebatur, quod in dicta diuisione anni 1544. ponatur hæc possessio in communi Cazzani tornatorarum 116. & in eadem quantitate enuncietur in dicta transactione anni 1604. In supradicta diuisione autem anni 1519. adsint expressa plura corpora constituentia tornaturas 260. & vltra, nam non ex hoc reddi videbatur turbida identitas huius corporis, imò magis concludens, ex quo si in illis corporibus tunc distinctis adest maiòr tornaturarum numerus, tantò faciliùs sub eis comprehenditur iste minor de quo agitur tornaturarum 116. circundatus à prædictis confinibus, sub maiori enim † 8
quantitate, minor inesse videtur *l. 3. §. si quis ita legauerit, vers. si quis plus ff. de adim. legat.* plusquam; & minus non faciunt rem differre specie *l. fin. ff. de fund. instru.* & in puncto Decian. *d. cons. 17. numer. 9. in fin. cum seqq. lib. 3.*

Et cessare etiam videbatur difficultas, quoniam sola diuersitas circa numerum petiarum, vbi aliæ demonstrationes verificantur, non inficit † identitatis probationem, 9
quemadmodum amplè probat. Rimin. Sen. *cons. 429. num. 4. cum multis seqq lib 3.* Ceph. *cons. 98. num. 22. & 25. lib. 1. cum alijs per* Modern. Bonon. *variar. resolut. cap. 12. num. 28. & 29. lib. 1.*

Huc autem in proposito sufficienter resultat ex eo, quod conuenit nomen, & locus, numerus tornaturarum, ac aliæ circumstantiæ, & demonstrationes præsertim cum tractetur † de re antiqua, quo casu suffragatur 10
etiam verificatio loci, vbi bona existunt vna cum vno confine iuxtà opinionem Paris. de Pot. *de sud. re integr. fol. 166. col. 3. num. 9. & col. 4. sub num. 6. quam* Rota *amplexa fuit inter diuers. decis. 710. numer. 3. part. 1.* & deinde bis in *Ciuitatis Castelli bonorum 5. Martij, & 28 Maij 1597. coram bo. mem. Cardin. Pamphilio, & in Bononien. fideicommissi de Rubeis 28. Maij 1607. coram bo. me. Cardin. Lancellotto iuniore,*

niore, *&* *coram Reuerendissimo D. meo Decano decis.* 120. *numer.* 5. *&* *decis.* 218. *num.* 3. *inter eius impress.* quas, etiam sequuta fuit in *Romana Vineæ prima Iulij* 1624. *coram me*.

Nec turbida hæc ipsa ideotitas visa fuit ex quibusdam acquisitionis factis à Ioanne antiquo patre dicti Hieronymi antiqui de Desiderijs ab anno 1495. vsque ad annum 1504. vt in Summario DD. de Sangeorgijs num. 7. quia aut non sunt in præsenti corpore comprehensæ, aut quatenus comprehendantur vti in portione ipsius Hieronymi obuenta, & longè clarius comprobatur earum comprehensio sub eius subsequenti fideicommisso facto de anno 1535. cum de alio pretenso fideicommisso dicti Ioannis adhuc non constet, & illius releuantia, vel irreleuantia sit alterius inspectionis.

Tandem neque Identitas dictæ possessionis in controunì Bagnarolæ confunditur, ex quo fuerit posita in confuso in dicta diuisione anni 1519. cum supradicta possessione Cazzani, quoniam cum militent demonstrationes, qualitates, denominationes, nomen, & locus Bagnarolæ, necnon numerus tornaturarum 122. non est quare dubita-
11 ri valeat, quin illius identitas † concludenter pro iustificata haberi debeat ex omnibus præmissis rationibus pro alia huiusmodi possessione Cazzani concurrentibus, quæ satis applicantur, etiam respectu huius posses-
12 sionis Bagnarolæ, & quidem cum † vti huic fideicommisso subiectæ ab omnibus fideicommissarijs ita semper consequuta, & possessa fuerint. Castr. *consil.* 247. *numero* 1. *versic.* *&* *hoc probarunt libr.* 1. *&* *consil.* 94. *ad fin. lib.* 2. Rota *coram Reuerendissimo D meo Decano decis.* 120. *numer.* 2. *vers.* *&* *facit quod*, *&* *num.* 3.

Prout nec illius quantitas illiquida redditur ex quibusdam alijs acquisitionibus factis de anno 1539. à Ioanne, Bartholomeo, & Baptista fratribus, & filijs dicti Hieronymi, ac datis Summario eorumdem DD. de Sangeorgijs numero 8. quia intrat eadem distinctio, de qua supra circa dictam possessionem Cazzani videlicet, quòd aut non comprehenduntur sub isto corpore, & res careret dubitatione, aut sunt comprehensæ, & cum constet de certa illarum quantitate, vel eis demptis remanet firmata huiusmodi identitas, vel in omnem euentum possunt etiam
13 haberi pro comprehensis sicuti pro talibus omnes † fideicommissatij illas habuerunt, & verisimiliter cum ab ipsis filijs acquisitę fuerint non post longum tempus, sed post quatuor annos circiter à die mortis dicti Hieronymi ipsorum patris sequuta de dicto anno 1535. adeò vt possibile sit, quod fieri potuerint
14 † ex pecunijs hæreditatis paternæ propter huiusmodi temporis breuitatem, & ex quo non constat illius filios aliundè vti industriosos acquirere eas potuisse, vt benè in proposito plures cumulans tradit Surd. asserens decennium in hac re esse modicum tempus *decis.* 15. *sub numero* 10. Modern. Bonon. *variar. resolut. d. capit.* 12. *numero* 14. *libr.* 1. quos refert, & sequitur Giurb. *ad consuetud.* Messan. *part.* 1. *capit.* 12. *gloss.* 4. *numero* 7. & rursus vltra præmissa stan-
15 te etiam eorum † confessione in supradicta diuisione anni 1544. in qua tales acquisitiones vti existentes, & comprehensæ inter bona eorum patris fideicommittentis diuiserunt. Decian. *consil.* 76. *numer.* 9. *lib.* 3. Petra *de fideicommissario quæstio* 12. *numero* 1369. quod pariter admisit Rota *in Romana fideicommissi de Saluiatis* 13. *Februarij* 1604. *coram bona memoria Penia*.

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

☞ Est supra in hac parte decisio 42 & plures alias decisiones in hac causa factas annotaui supra ad decisionem 6.

R. P. D. MERLINO.

Bononien. Legati de Marescottis.

Die Lunæ 24. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Dotium quantitates taxantur iuxta consuetudinem Regionum, solitum familiarum, statum hæreditatis, numerum puellarum dotandarum, & etiam numerum filiorum masculorum. Dos an taxari possit vltra legitimam.

SVMMARIVM.

1 *Dotium quantitates, qualiter taxantur.* *&* *n.* 4.
2 *Dotes in dies potius augentur, quàm diminuuntur.*
3 *Filiabus pinguior dos constituitur, non extantibus filijs legitimis, quàm si extarent.*
5 *Consuetudo circa constitutionem dotium, est ad vnguem probanda, & prius semper est attendenda consuetudo specialis familiæ, quàm generalis. num.* 6. *&* 7. *amplia num.* 8
9 *Dotis congruitas non necessariò regulatur à quantitate legitimæ.*
10 *In dotem dari possunt omnia bona subiecta fideicommisso, si ratio ita postulet.*
11 *Dotes taxari possunt vltra legitimam, suadente ita æquitate.*
12 *Testator potest de bonis hæredis disponere, sicuti de suis proprijs.*
13 *Inuentarij beneficium non suffragatur, si hæreditas est soluenda.* *&* *num.* 14.
15 *Inuentarium præseruat hæredem à damno, non autem operatur, vt ex eo aliquid lucretur.*
17 *Affectio non intrat, quando testantis voluntas est seruanda, & vires hæreditatis suppetunt pro ea adimplenda. nu.* 16.
18 *Legatarij immissio sub quo prætextu denegari non potest.*
19 *Filius per vltimam voluntatem non potest eligere legitimam super certis bonis in præiudicium fideicommissarij.*
20 *Hæres cum beneficio inuentarij, potest sibi ipsi soluere, quod testator ei debebat.*
21 *Falcidia non habet locum, quando legata non excedunt drodantem.*
22 *Falcidia non detrahitur ex bonis prohibitis alienari.*
23 *Fructus in Trebellianicam transuersales imputari debent.*

DECISIO LXXXVIII.

DOMINI Bernardinus, & Antonius Maria fratres de Marescottis petierant immissionem in possessionem duorum prędiorum nuncupatorum *del Bosco*, *e la Marescotta*, quæ sibi à Nicolao in testamento, & codicillis relicta fuerant, & in Ciuitate Bononien. fauorabilem sententiam obtinuerunt, sed causa ad Rotam deuoluta, & proposito dubio, An dicta immissio esset concedenda, negatiuè fuit resolutum, eo potissimum fundamento, quia hæc prædia retinebat D. Vincentius, non tanquam hæres Nicolai, sed tanquam fideicommissarius ex testamento Agesilai patris, & licèt detrahenda esset legitima, & alia ex persona dicti Nicolai filij, & primi hæredis grauati, & ratione istius legitimæ Nicolaus potuerit legare dicta prædia; Attamen cum incertum esset, an dicta legitima, & aliæ detractiones ascenderent ad valorem dictorum prædiorum, tunc Domini denegarunt dictam immissionem, vt in decis. sub die 24. Aprilis 1626. emanata habetur; vnde dicti fratres, vt probarent legitimam excedere valorem dictorum prædiorum. Proponebant libras 92. millia pro dotibus sororum declaratas, & appositas ad debitum einsdem Nicolai esse transferendas ad debitum Agesilai patris, & inde pinguiorem euadere legitimam, & hæreditatem Nicolai, & sic integra prędia ipsis legatarijs de-

rijs deberi ; super quo suscepta disputatione , per tres de-
cisiones resolutum fuit , dictas dotes referendas esse ad
hæreditatem Agesilai patris , ad quem spectat onus do-
tandi , nihilque aliud Nicolaum egisse , quàm loco ar-
bitri amicè declarare quanta foret dos vniuscuiusque so-
roris , nec suam hæreditatem voluisse grauarę occasione
dictorum dotium , vt in decisionibus sub die 15. Ianuarij
22. Martij , & 26. Aprilis huius anni coram me.

Et quoniam in vltima decisione fuit reseruatum , vt
videretur , An declaratio facta per Nicolaum circa quan-
titatem dictarum dotium esset excessiua , ideò iuxtà
mentem Dominorum dedi dubium , an constaret de tali
excessu , qui impediret immissionem , super quo respon-
derunt non constare.

1 Et moti sunt , quia excessus non præsumitur , & †
dotium quantitates debent taxari iuxtà consuetudinem
Regionum , solitum Familiarum , statum hæreditatis,
numerum puellarum dotandarum , & etiam numerum
filiorum masculorum , Alex. *cons. 7. num 2. & 4. in fin. lib.* 2. Ruin. *cons.* 60. *numer.* 1. *lib.* 3. Menoch. *cons.*
247. *num.* 43. 44. & 53. *cum seqq* Cardin. Mantic. *de
tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 21. *num.* 31. & 32. & huic re-
gulæ se etiam conformauit Agesilaus , dum iussit filias
secundùm conditionem temporum , ac rerum vicissitudi-
nem dotari.

Quod autem dos lib 46000. pro qualibet puella esset
congrua , & rationabilis , desumebant Domini nedum
ex consuetudine Ciuitatis Bononien. in constituen. do-
tibus ad fauorem puellarum nobilium , sed signanter
etiam ex more eiusdem familiæ de Marescottis , quia
Thideus Pater Agesilai de anno 1581. mandauerat dota-
ri filias in scutis 7700. & deinde Agesilaus nuptui tradidit
Elisabettam Sororem Guido Antonio Lambertino dote
constituta scutorum 9000. & trium millium circiter in
supellectili , & mundo muliebri & sic in toto scutorum
12000. & idem Agesilaus duxit vxorem cum dote libra-
2 rum 42400. & tamen † semper in dies potius augentur
dotes , quam diminuantur , prout attestatur Thesaur.
decis. 192. *num.* 6. *& alii , & de Ciuitate Bononiæ dixit*
Rota *in Bononien. de Catanéis 20. Februarii 1620. coram
R. P. D. meo Pirouano.*

Quæ eo magis admittenda videntur in casu nostro ,
tùm quia dicta hæreditas Agesilai patris , deducto etiam
ære alieno , & dotibus filiarum dotandarum , & illa-
rum , quæ Monasterium ingressæ sunt , excedit sum-
mam lib. 72000. vt pro parte eiusdem D. Vincentij asse-
rebatur , & considerato , quòd nullus filius legitimus
extat , sed vnus tantùm naturalis , certè dos lib. 92000.
pro duabus filiabus legitimis nubendis in seculo , exces-
siua dici non potest . Tum etiam , quia huiusmodi Do-
tes congruas esse consanguinei , & periti ab eodem D.
Vincentio producti videntur admisisse , qui retulerunt
attenta existentia trium filiorum masculorum legitimo-
rum , ex hæreditate Agesilai posse detrahi lib. 115000. pro
dotandis filiabus , vnde multò magis ex eorundem peri-
torum mente videtur statuendum , dotem lib. 92000. non
esse excessiuam , cum maximè nullus extet masculus
legitimus , rationi enim , & æquitati plurimum conso-
3 nat , vt filiabus † pinguior dos constituatur , non ex-
tantibus masculis legitimis , quàm si extarent *l. si filiæ ,
& ibi* Bart. *ff. de leg.* 3. Mant. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 21. *num.*
4. *vers.* 5. *& num.* 31. *ac* 33. *& fuit etiam consideratum in de-
cisione sub die 15. Ianuarii præteriti , vers. Relatio autem,
&c.*

Et eo minus hæc oppositio excessus debet impedire im-
missionem , quoniam nil refert ad ipsos legatarios , an
congrua fuerit nec ne , vel excessiua taxatio dotis facta
per Nicolaum , sed ipsis sufficit hoc debitum esse de-
lendum è statu hæreditatis eiusdem Nicolai , & con-
scribendum , quantumcunque illud sit , in debito Age-
silai patris.

Nonobstant articuli dati pro D. Vincentio , & admis-
si per DD. Fratres de Marescottis , quoniam in hac
materia constituendi dotes in Ciuitate Bononien. non
potest dari præcisa regula , ita vt certam quantitatem
non excedant , prout est in Vrbe ob constitutionem fel.
4 rec. Sixti V. Sed circumstantiæ , & qualitates , † nu-
merus filiorum , existentia vnius tantùm naturalis , re-
rum vicissitudo , comprehensio dotis maternæ , & ap-
paratuum , & alia huiusmodi sunt perpendenda , & ex
his resultat determinatio , an congrua fuerit dos , & con-
sequenter non obstat obiecta consuetudo , nisi probetur † 5
ad vnguem in casibus relatis , easdem qualitates , &
circumstantias adfuisse , quæ in præsenti concurrunt Surd.
decis. 131. *num.* 9. *&* 10. *& cons.* 74. *num.* 13. Menoch. *cons.*
54. *num.* 37. Rota *decis.* 799. *num.* 3. *part.* 1. *diuers.* Et
semper anteponenda videtur consuetudo † specialis istius 6
familiæ de Marescottis in recipiendo , & assignando do-
tes Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 21. *num.* 39. The-
saur. *d. decis.* 192. *num.* 1. *vers. & ad rei* Fusar. *de substit.
quæst.* 531. *num.* 166. non autem generalis † consuetudo 7
Ciuitatis Bononien Rota *decis.* 24. *num.* 14 *part.* 1. *&
decis.* 299. *num.* 3. *part* 2. *recent.* Attento præsertim ,
quòd Nicolaus frater , & hæres Agesilai ita † declara- 8
uit , ad quem spectabat hoc ius declarandi , *glos.* in *l.
sed si quis à filia §. si quis plures in verb. hæres ff. de legat.*
1. *vbi* Ias. *num.* 4 Roland. *cons.* 85. *num.* 36. *lib.* 1.

Non obstat , quod dos excedat legitimam , quoniam
dotis † congruitas non necessariò regulatur à quantitate 9
legitimæ ; sed ex qualitate Coniugum , & ex solito Ci-
uitatis , ac familiæ , & ex alijs congruitas dotium est me-
tienda , vt per congestos ab Odd. *de fideicommiss. quæst.*
43. *num.* 79. *& seqq.* sique ratio ita postulet omnia bona
† subiecta fideicommisso possunt in dotem dari Bald. *in* 10
Auth. res q. num. 4. *C. commun. de legat. cum adductis à* Pe-
regr. *de fideicom. art.* 42. *num.* 26. *&* Fusar. *de subst. dicta
quæst.* 531. *num.* 54. Rota *coram Cardin. Mantic. decis.*
152. *num.* 3. *& decis.* 329. *num.* 7. *& decis.* 131. *num.* 14.
part. 4. *diuers.* Possuntque dotes † ita suadente æquitate 11
taxari etiam vltra legitimam , *iuxta glos. in §. quamobrem
auth. de restit. & ea quæ parit in* 11. *Mense.* Ruin. *cons.* 56.
num. 5. *lib.* 3. *& cons.* 152. *num.* 6. *lib.* 5. Menoch. *cons.* 247. *nu.*
46. Cephal. *cons.* 668. *num.* 9.

Non obstat , quòd hæc prædia peruenerint ad Vincen-
tium ex fideicommisso Agesilai , ipsumque Vincentium
adiuisse hæreditatem Nicolai cum beneficio legis , & in-
uentarij , & ideò posse retinere huiusmodi prædia , quia
hodie , cum appareat dotes esse referendas ad debitum
hæreditatis Agesilai , vt in tribus decisionibus iam ema-
natis , & Nicolaus potuerit † disponere de illis prædiis 12
licèt debitis Vincentio ex fideicommisso Agesilai , prout
de proprijs *l. vnum de familia , §. sed si vno , & §. si rem,
de leg.* 1. Menoch. *cons.* 89. *num.* 62. *& seqq.* Rota *in Roma-
na de Naris 14. Nouembris 1594. coram bon. mem. Peaia ,
& in eodem 17. Nouembris 1625. coram R. P. D. meo Dura-
no* . Et cum iuxtà calculum etiam datum ab eodem Vin-
centio facta transportatione dd. lib. 92000. ad hæredita-
tem Agesilai constet hereditatem Nicolai esse soluendo
pro legatis , sequitur † beneficium prędictum inuentarij 13
non suffragari , Decius *in l. ex qua persona num.* 2. *vers.
& quod dictum est , ff. de reg. iur.* Pinel. *ad l.* 1. *de bon ma-
tern. par.* 3. *num.* 81. *vers. Ampliatur* 7. & ideò Vincentius
tenetur pręcisè ratum habere factum , scilicèt pręstare
legata † eiusdem Nicolai cum illius hęreditas ęquiua- 14
let , Roman. *cons.* 18. *num.* 4. Crauett. *cons.* 225. *numer.*
12. Rota *coram san mem. Gregor. XV. decis.* 67. *num.* 13. *&
decis.* 418. *numer* 6. Inuentarium † enim solùm pręser- 15
uat à damno , non autem operatur , vt ex eo heres ali-
quid lucretur Surd. *decis.* 30. *num.* 14. *&* 32. Cardin. Mantic.
decis. 326 *num.* 5.

Hac eadem responsione tollitur motiuum affectionis,
quam posset habere Vincentius in his prędijs , quia si
Nicolaus legauit hęc prędia DD Bernardino , & Anto-
nio Marię , & perpetuum fideicommissum constituit in
fauorem † descendentium eorundem legatariorum , quod 16
arguit prędia legata pręcisè pręstari voluisse , Soccin. Iun.
cons. 74. *num.* 18 *lib.* 1. Mantic. *de coniect. lib.* 9. *tit.* 10. *num.* 11.
Dominusque Vincentius adiuit hęreditatem Nicolai , &
istius hęreditatis vires suppetunt pro pręstatione legati , af-
fectio non intrat , sed dicta voluntas Nicolai legantis , &
fideicommittentis attendi debet , imputatque sibi Vin- 17
centius , si hęreditatem adeundo , hoc onus sibimet
iniunxit , vel debet restituere omnia bona hęreditaria ip-
sius Nicolai , vt post alios Loder. *cons.* 138. *sub numer* 4.
Bursat. *cons.* 291. *num.* 75. *post med. vers. Cum itaque , &
in d. Romana de Naris coram D. meo Durano* , quorum
bonorum hęreditariorum restitutio cum non offeratur ,
inde arguitur voluntas , & interesse Vincentij potius illa
retinere , quàm dicta prędia quantumcunque ratione af-
fectionis ęstimentur consequi , atque ita non potest hoc
pręrextu denegari immissio † legatariis ad tradita per 18
Gabr. *cons.* 125. *num.* 22. *ad med. vers. in aliis rebus , &*

num.

num. 18. post med. vers. Quoad tercium lib. 1. Rosent. de feud.
cap. 9. concl. 72. sub num. 12. 13. & 14. vers. At videtur rectè,
& semper obstat voluntas Nicolai testatoris, cui magis ob-
temperare debet Vincentius hæres, quàm propriæ affe-
ctioni indulgere.

Et hinc etiam sequitur, quòd licèt Nicolaus per vlti-
19 mam voluntatem non potuerit † eligere legitimam super
certis bonis in præiudicium fideicommissariæ, iuxtà do-
ctrinam Bald. in l. filium, quem habeatem num. 29. C. famil.
herc. Attamen hæc electio non potest à Vincentio licèt
fideicommissario impugnari, cum hæreditatem eiusdem
Nicolai eligentis ipse acceptauerit, vt in puncto Rota de-
cis. 110. num. 26. cum trib. seqq. & 31. part. 2. diuers. & in præ-
citatis decisionibus in Romana de Naris, maximè cum Ni-
colaus fuerit creditor lib. 37000. & vltra occasione æris
alieni pro Agesilao patre soluti, & sicuti potuisset prædia
vendere pro dicti æris alieni solutione, ità potuit illa elige-
20 re in satisfactionem † huius crediti etiam legando, & per
vltimam voluntatem disponendo, Menoch. d. cons. 183. nu.
36. vers. 3. & 37. vers. Quantum. Surd. decis. 92. num. 1. &
Rot. diuers. decis. 71. num. 4. par. 1. & penes Mantic. decis.
326. sub num. 5. vers. Quia adhuc, & 6. & in recent. decis. 267.
num. 1. 2. & 5. par. 1.

Quæ dicebantur de falcidia, nec DD. placuerunt, quia
21 † legata non excedunt drodantem, & quoniam hæc præ-
dia sunt prohibita alienari, vt benè per informantes pro
22 DD. Bernardino, & Antonio Maria, ac propterea † ex il-
lis non detrahitur falcidia auth. sed & in ea, C. ad l. falcid.
Et quoniam hoc legatum est purum, fideicommissum ve-
rò est conditionale. Ideò non est detrahenda falcidia, sed si
casus fideicommissi euenerit, tunc de reliquis bonis resti-
23 tuendis hæres poterit detrahere Trebellianicam † vbi il-
lam in fructibus (quos in transuersalibus imputari certum
est) non fuerit consequutus, Bart. in l. Marcellus, §. idem
Pomponius, num. 1. ff. ad Trebell. Crauett. cons. 16. num. 1.
vers. sed dubitatio maior, Crass. §. Trebellianica, q. vlt. vbi
quod hæc opinio seruatur in praxi.

Et ita Domini vtraque parte informante dixerunt non constare de tali excessu, qui impediat immissionem.

¶ Decis. in hac causa factas annotaui sup. ad dec. 28.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Romana Fideicommissi.

Die Veneris 18. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Testator potest disponere de bonis subiectis fideicommisso, etiam si sint subiecta ad fauorem hæredis, vel de alienis, sicuti potest disponere de rebus proprijs suis, & ad hoc coniecturæ debent esse efficaces, & concludentes.

SVMMARIVM.

1 *Testator potest de re fideicommisso supposita disponere, sicuti de quauis alia re aliena. & numer. 9.*

2 *Testator de rebus hæredis potest ita disponere, sicuti de proprijs. & num. 7.*

3 *Bona antiqua fideicommissi dubia non comprehenduntur sub dispositione testatoris.*

4 *Testari de rebus alienis nemo præsumitur.*

5 *Bona fideicommisso subiecta per testatorem possessa, non dicuntur esse de eius bonis.*

6 *Bona fideicommissaria, licet sint testatoris tempore facti testamenti, tamen illud ius morte extinguitur, cum testamentum post mortem dirigatur.*

8 *Testator potest disponere de rebus subiectis fideicommisso, etiam si sint ad fauorem hæredis subiecta.*

10 *Testator in dubio præsumitur minus voluisse grauare hæredem, quàm fieri potest.*

11 *Testator vtens dictionibus vniuersalibus, & geminatis, est intelligendus quo ad bona sua, non autem hæredis.*

12 *Natura dictionis, gl' altri, est repetitiua similium. & num. 13.*

14 *Legatum rei hæredis, aut communis cum hærede, an valeat, siue testator sciat, siue ignoret, esse hæredis.*

15 *Mandell. in cons. 93. num. 6. declaratur.*

16 *Testator, si eius vxorem prohibeat ab hærede molestari etiam ex titulo iustissimo, qualiter intelligi debeat.*

17 *Dispositio ridicula, & valde difficilis, tamquam impossibilis reijci debet, ac si scripta non esset.*

DECISIO LXXXIX.

DOMINI non dubitarunt quin bona Ioan. Angeli
Cuccini de quibus nunc agitur, sint iuxtà seriem suæ
vltimæ voluntatis supposita fideicommisso in casu sequu-
to, nempè deficientiæ suorum filiorum masculorum, &
eorum descendentium ad fauorem Francisci Capocij eius-
dem testatoris ex filia Pantasilea nepotis, sed quia Ale-
xander vnus ex prædictis filijs masculis Liciniam eius vxo-
rem, quam in suo testamento instituit hæredem vniuersa-
lem grauauit post eius mortem, vt hæreditatem restitueret
prædicto Francisco Capocio, dubitaui, An bona Ioannis
Angeli (præsupposito dicto fideicommisso) sint compre-
hensa in dispositione Alexandri: si enim sunt comprehensa
Licinia durante vita sua, & agnito per Franciscum fidei-
commisso fruetur dictis bonis: sin autem, non erit statim
restitutioni locus. Et quidem non dubitabatur de potestate
testatoris, quia clarum est, quòd testator † potest de re fi- 1
deicommisso supposita disponere, sicut de quauis alia re
aliena, l. vnum ex familia §. sed etsi fundum, & l. Imperator
72. §. si centum l. cum pater, §. cum pater ff. de leg. 2. gl. in d.
§. sed etsi fundum vers. tantundem, vbi etiam Bart. Paul.
& Cuman. & communiter Doct. in l. vltima §. sin autem
sub conditione C. commun. de legat. & plures referens Pe-
regr. de nominat. emphyt. 3. part. quæst. 17. num. 9. & eo magis
quando, vt hic, res subiecta fideicommisso debuit hæredi
restitui, quia † testator de rebus hæredis potest disponere 2
sicut de proprijs d. l. vnum ex familia §. si rem tuam ff. de leg.
2. & Rota in Romana restitutionis hæreditatis de Naris 17.
Nouembris 1625 coram me.

Versatur itaque difficultas circa voluntatem, & regula
est in dubio bona † antiqua fideicommissi non comprehen- 3
di sub dispositione testatoris l. sequens quæst. 68. ff. de leg. 2.
& ibi communiter Doctor. Natt. cons. 292. Cephal. cons.
316. lib. 4. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 6. num. 8. in fin.
Surd. decis. 93. num. 17. & num. 19. cum seqq. Peregr. de fidei-
comm. art. 6. num. 8. Fusar. de substit. quæst. 648. num. 1. & 2.
Rot. decis. 94. num. 5 in fin. part. 2. recent. & in Ferrarien. de
Tassonibus 17. Februar. 1617. coram Illustrissim. Patriarcha
Pamphilio, & ratio est, quia nemo † præsumitur testari de 4
alienis bonis glos. in l. conficiuntur §. si post factum in verb.
testatur in fin. ff. de iur. Codicill. & in l. 1. C. qui testam. fac.
poss. bona autem fideicommisso subiecta per testatorem † 5
possessa non dicuntur esse de eius bonis d. l. vnum ex familia
§. si de falcidia. Ibi, quid enim est quod de suo videtur reli-
quisse, quid quod reliquis omninò reddere debuit? & l. fin. §.
sed quia C. commun. de legat. Ibi, sed scias hoc, quod alienum
est, non ei licere, vtpotè sui patrimonij existeas alieno iuri
applicare: Et quamuis res subiecta † fideicommisso sit 6
testatoris tempore facti testamenti, tamen cum testamen-
tum post mortem dirigatur, ius testatoris in d. bonis morte
extinguitur ex iuribus supradictis.

Non obstat quod dicta bona sint subiecta fideicommisso
ad fauorem hæredis, de cuius bonis vti de † proprijs testa- 7
tor potest disponere, quia etiam bona fideicommisso sup-
posita ad fauorem hæredis dicuntur aliena, & possunt ab
eo vti æs alienum deduci, & separari l. irritum 8. C. ad l. fal-
cid. & multò magis in casu nostro, in quo testator expres-
sè Liciniam hæredem instituit in suis bonis, qui propterea
visus fuit ita ad bona propria se restringere, vt excludere
voluerit, quæ non dicuntur esse propria, sed aliena, & con-
sequenter hæc bona † fideicommisso supposita etiam ad fa- 8
uorem hæredis Surd. d. decis. 93. num. 20. Rota apud Sera-
phin.

phin. *decis.963.num.6.& decis.969.num.8.* & apud Gregor.
XV. *decis.102.num.10.& in puncto* Peregr. *vbi supr. num.9.*
& Peguer. *decis.125.*
Nonnobstat, quod à supradicta sententia receditur vbi
9 per coniecturas constat de contraria † voluntate testatoris
volentis disponere etiam de rebus alienis, aut fideicom-
misso suppositis *l. seruus electio §.1 & §. fin.ff. de leg.1.* Bart.
in l. Iulianus ff. de leg.3. Alciat. *respons.135. in princip. lib.9.*
Marzar. *in epit.fideicom.2 part.quæst.4.per tot.* Caualc. *in
tract. de vsufr.mulier.relict sub num.107.* Petr. *de fideicomm.
quæst.8.num.278.* Menoch.*præsumpt.197. numer.16. & seqq.
lib.4. & admissi* Rot *in Bononien. vsusfructus 2. Decembris
1589. coram Card. Pamphilio*, quia coniecturæ debent esse
efficaces, & concludentes stante iuris præsumptione in
10 contrarium, & quod in dubio † testator videtur minus vo-
luisse grauare hæredem, quàm fieri posset *l.si seruus qui
Margaritam ff. de leg.1. & d.§. si rem*, etiam in fauorem
vxoris, cui testator, vt hic alia bona reliquit Dec. *cons.92.
num.3.* Crauett. *cons.25. numer.24.&* Surd. *cons.212. num.
15.* coniecturæ autem quæ ex aduerso ponderantur, fa-
cillimè euaduntur, vt per eas singulas discurrendo pate-
bit.
Non obstat prima coniectura, quæ deducitur, ex quo
Alexander vsus fuit dictionibus vniuersalibus, & gemina-
tis, ibi, *in tutti gli altri, & singuli miei beni esisteati in quali-
voglia luogo, &c.* quam ad hoc ponderat. Decian. *resp. 57.
11 num. 12.* quia dicta verba extendi non debent † ad bona
hæredis, dum intelligi possunt iuxtà subiectam materiam
de bonis proprijs, in quibus benè verificantur Petr. *de fidei-
comm.quæst.8.num.276.* Cephal *cons.116. l.4.* Natt.*cons.292.*
Crauett. *cons.144.* & alij plures, quos refert, & sequitur
Peregr. *vbi supra num.8. & 14.* Mantic. *de coniect. vlt. vo-
luat lib.9. tit.6.num 8. in fin.* Rota *in recent. decis.375. num.
8. part.1. & in nullius Vineæ 21. Maij 1620. coram R. P.
D. meo Pirouano, Addit.ad Gregor. XV. decis.102. nu-
mer. 10.*
Non obstat secunda coniectura, nempè quòd testator de
bonis fideicommisso subiectis fecit plura legata, conceden-
do diuersis personis habitationem in paterna domo, quæ
indubitanter erat fideicommisso subiecta, & deinde pro-
cessit ad institutionem vxoris his verbis, *In tutti gl' altri,
& singoli miei beni, salui li legati come di sopra*, quæ insti-
tutio videtur propterea intelligenda de bonis fideicommis-
12 so suppositis, tum ex natura † dictionis, *gl'altri*, quæ est
repetitiua similium *l.4. vbi glos. &* Doct. *C. de sera.fug.*
quod ad hoc ponderant Surd. *cons.357. num.20. &* Meno-
ch. *d. præsumpt.197.num.21.* Tum etiam propter exce-
ptionem ibi, *salui li legati*, quæ cum sit de regula videtur
importare, vt Institutio intelligi debeat de bonis fideicom-
misso subiectis Natt. *cons.159. num.30. in fin.* quia hæc co-
niectura procederet, & quidem esset efficacissima, si testa-
tor in bonis fideicommisso suppositis nullum ius haberet,
de quo valeret disponere, sed quia in dictis bonis habebat
legitimam ex propria persona, & Clementis sui fratris, &
iura dotis maternæ, legata debent intelligi facta in dictis
bonis ex suis proprijs iuribus *d.l. vnum ex familia §. si rem*,
13 & sic dictio, † *gl' altri*, quæ est repetitiua similium stat in
suo proprio significatu. Itaut sicut legata habitationum
censeotur facta de iuribus proprijs, ita etiam institutio, &
sic exceptio ibi, *salui li legati* est etiam de regula, licèt sit
verùm, quòd si legata prædicta habitationum excederent
iura testatoris, teneretur Licinia vti hæres vsufructuaria,
& Franciscus vti proprietarius respectiuè ratione vsusfru-
ctus, & proprietatis supplere, de proprio vsque ad integrum
14 legatum, quia legatum † rei hæredis, aut communis cum
hærede valeret in totum, siuè testator sciat, siue ignoret
hæredis esse, *d.§. si rem vbi* Bart. & idem Bart. *in l. cum filius
78 §. dominas ff. de leg.2.* Corn.*cons.95.col.1.* Ias. *in l. si seruus
73. ff. de leg.1.*
Non obstat tertia coniectura, quæ desumitur ex eo,
quod iura, & bona libera Alexandri erant pro magna par-
te indiuisa, seù confusa cum bonis fideicommissi ratione
legitimæ, & dotis, de quibus supra ex Mandell. *cons.73.
num.6.* Menoch. *cons.668.num.13.vers. tertia est coniectura*,
quia vltra quod hæc coniectura esset vnica, ex quo, vt di-
ctum est, aliæ non procedunt, quæ propterea etiam iuxtà
præcitatos Doctores non sufficeret, Dominis fuit visa mo-
15 dici momenti, ac iure parum fundata, quia ratio † Man-
delli, quòd dum testator loquitur de omnibus bonis suis,
credendum est sensisse de omnibus bonis, quæ tunc possideba-
bat, & quorum tunc cum loquebatur, erat dominus, cum
etiamsi vellet nescisset distinguere partes, retorquetur ex
quo testamentum confertur post mortem, & sic in tem-
pus, quo desinit esse Dominus bonorum fideicommissi, &
licèt dum condebat testamentum nesciret etiam si vellet
distinguere partes pro diuiso, tamen partes pro indiuiso cer-
tæ, & determinatæ erant, nempè dotes tantæ quantitatis,
& quarta bonorum pro legitima iuxtà numerum libero-
rum. Vnde credendum est, quod de his portionibus, & non
de alijs disponere voluit.
Minus obstant aliæ coniecturæ, quæ adducebantur, quia
quarta de prohibitione iniuncta † Francisco de non mole- 16
stando vxorem, etiam ex titulo iustissimo, intelligi debet
quoad bona comprehensa in institutione, & sic quoad bo-
na libera, super quibus posset alioquin prætendere sibi esse
cauendum, & notant Doct. *post glos. &* Bart. *in l.nemo po-
test ff. de leg.1. & in rubr. ff. & C. vt legat. & fideicomm no-
min. caueatur.* Quinta verò quod fuerit instituta vxor, &
sic persona dilectissima, est minoris considerationis, maxi-
mè quia Franciscus vti nepos, & hæres proprietarius non
fuit minus dilectus. Sexta, & vltima quæ deducitur, ex
quo testator voluit fieri multiplicum ex fructibus vsque
ad 33. milliona annua, etiam data prætensa comprehen-
sione, est † ridicula, & adeò difficilis, vt debeat tanquam 17
impossibilis reijci, ac si non esset scripta *ex reg. text. in l. ob-
tinuit, ff. de condit. & demonstr.*
Demùm dabatur de nullitate testamenti Ioannis An-
geli, & sic de non existentia, & inualiditate fideicommissi,
sed quia hoc dubium fuit disputatum cum illius præsup-
posito, ideò Domini dubium super existentia, seù vali-
ditate dicti fideicommissi reiecerunt ad aliam disputatio-
nem.
Et ita, &c. vtraque, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Florent. fideicommissi de Guidacijs.

Die Lunæ 21. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Plura de probatione filiationis, & præsertim qualiter ex enunciatiuis, ad effectum succedendi in fideicommisso, probetur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum plenè probat contra inducentem.*
2 *Descendentia, qualiter probetur.*
3 *Filiatio non probatur ex libris, si fiat ad alium finem confecti.*
4 *Probatio filiatum concernat, probat in omni iudicio, & inter alias personas.*
5 *Filiatio, licet non probetur, quando quis filius enunciatur propter aliud, tamen secus est, quando enunciatiua fit ipso præsente.*
6 *Enunciatiua verba, quando propter aliud, & quando principaliter emissa dicantur.*
7 *Patrem alium, quàm suum, verum, & legitimum in publicis libris adscribere, est valde graue, & contumeliosum.*
8 *Enunciatiuæ inuicem adminiculantur ad effectum probandi descendentiam.*
9 *Iura extracta lite pendente, sunt in forma probanti, quando fuerunt extracta, prout iacent à Notario publico successore in officio.*
10 *Notario attestanti de sui ipsius deputatione creditur.*

DECISIO XC.

PRÆTENDENTE D. Equite Ioanne Guidaccio,
à D. Camilla filia q. Caroli de Guidaccis restitutio-
nem duorum fideicommissorum qq. Thomæ, & Francisci
testatorum de Guidaccis, vti comprehenso in substitutione
proximiorum familiæ de Guidaccis in vtroque testamento
facta, illaque duo fideicommissa per obitum q. Caroli Pa-
tris

tris dictæ Camillæ sine filijs masculis ad sui fauorem purificata fuisse. Proposui dubium. An d. Eques Ioannes esset immittendus in possessione bonorum dictis fideicommissis subiectorum, & Domini diuidendo dubium, & reseruando articulum immissionis ad aliud tempus, se restrinxerunt pro nunc ad descendentiam dicti Equitis, quam sufficienter esse probatam responderunt.

Nam ex arbore per d. Equitem exhibita, quæ benè concordat cum libris reformationum, decimarum, tractarum, mortuorum, & Baptismi, quorum partitæ formiter extractæ dantur in Summario dicti Equitis, apparet, quòd Thomas senior quatuor filios habuit Zenobium, Bernardinum, Paulum, & Verium. Ex Zenobio natum fuisse Ioannem, ex Ioanne Antonium, ex Antonio alium Ioannem, ex Ioanne Antonium iuniorem Equitem, & ex eo deoique Equitem Ioannem Actorem. Ex Verio pariter filio d. Thomæ senioris natum fuisse Franciscum seniorem, ex Francisco Carolum seniorem, Carolo Thomam, & Franciscum testatores fideicommittente, & ex Thoma Carolum iuniorem patrem d. Camillæ reæ conuentæ.

Quòd autem Eques Ioannes modernus sit filius Equitis Antonij probatur ex testamento, seù codicillo Caroli per d. Camillam producto, in quo dictus Carolus legat eidem Equiti Ioanni scut. 2000. enunciando illum filium

1 dicti Antonij, quod † testamentum plenè probat contra Camillam producentem *l. cum precum C. de libe. caus.* Vest. *in praxi cap.1. num.4. lib.6.* Rota *decis.* 108. *num.3. par. 1. recent.* & *coram* Greg. XV. *decis.* 238. *num. 5.* & *ibi Addent. num.15.*

Ascendentia verò à dicto Antonio vsque ad Zenobium, ac descendentia ex Verio altero filio Thomæ senioris vsque ad Thomam, & Franciscum testatores fideicommittentes, & ad Carolum iuniorem patrem Camillæ optimè probantur ex dictis libris mortuorum, seù Grasciæ, & decimatum iunctis alijs libris Baptismi, tractarum, & reformationum dictæ Ciuitatis Florentiæ, in quibus omnibus singuli gradus, & personæ reperiuntur descri-

2 ptæ, † & sic ad inuicem adminiculantur ad faciendam plenam probationem ad hunc effectum, & tenuit Rota *in Florentina habitus 19. Nouembris 1618. coram bon. mem. Buratto, & in Florentina Capellæ 26. Aprilis 1619. coram R. P. D. meo Pirouano, & in alia Florentina fideicommissi de cambijs 9. Iunij præteriti coram me.*

Neque obstat, quòd ab informantibus pro dicta Ca-

3 milla dicebatur ex dictis libris non posse † probari filiationem, cum sint ad alium finem confecti ad tradita per Soccin. Sen. *consi.208. num.3. lib.1. cum alijs adductis.*

Quia primò fuit responsum (quicquid sit de libris decimarum) libros tractarum fuisse confectos ad hoc, vt sciatur cuiusnam vnusquisque ex descriptis sit filius, & propterea ante discriptionem in eo testes formiter examinantur ad probao. talem filiationem, & legitimitatem, qua probata postea describuntur. Vndè sequitur, quòd cum

4 ista probatio † statum concernat, probat etiam in omni iudicio, & inter alias personas ad *text. in l. ingenuum ff. de stat. hom.* Greg. XV. *decis. 535. num. 3.*

5 Secundò quia licèt quando quis enunciatur filius † propter aliud non probetur filiatio, tamen secus procedit, quando enunciatiua emittitur ipso præsente, vt tenuit Rota *decis. 176. num.4. par.1. recent.* Quæ limitatio multò magis applicatur, quia in dictis libris describuntur partitæ non ex voluntate Officialis, sed ex nota formata, & tradita ab vnoquoque ex descriptis in eis, vt constat, adeò, vt singulæ partitæ non possunt considerari

6 vti simplices enunciatiuæ emissæ † propter aliud, sed vti assertiones, & confessiones vniuscuiusque pro substantia actus, scilicet ad certifican. & specifican. personam proferentis *d. decis. 176. num. 4. in fin.* & quidem non est verisimile, quòd quis eas sic formasset, nisi ità veritas se haberet, cum nimis sit graue, & contumelio-

7 sum, quem sibi in publicis libris alium patrem describere, quàm verum, & legitimum, vt dixit Rota *decis. 176. num 3.*

Tertiò denique fuit responsum, quòd quicquid sit de sola enunciatiua, cessat in hoc casu omnis scrupulus ex

8 alijs enunciatiuis † quæ ad inuicem adminiculantur ad istum effectum accedente dicto testamento, seù codicillo Caroli per dictam Camillam exhibito, in quo habetur ibi, (*hauendo portato sempre particolare affetto alla famiglia, e prosapia sua de Guidacci, & in particolare alla persona del Sig. Caualliere Giouanni, del Sig. Caualiere Antonio Guidacci, &c.*) & vti tali reliquit prædictum legatum, quibus existen. Rota in decisionibus adductis benè probari descendentiam firmauit.

Quæ autem dicebantur de fide scripturarum, ex quo fuerunt extractæ lite pendente absque, compulsoria, cessant, quia ex Summario dicti Equitis constat † partitas 9 fuisse formiter extractas, prout iacent per Notarium publicum successorem in officio. Rota *decis.* 217. *num.5. par. 1.* & *decis.* 106. *num.6. part.1. recent.* & *coram* Greg. XV. *decis. 59. num. 7.* & *fuit dictum in Romana, seù Neapolitana translationis pensionis Ven. 10. Martij coram Illustriss. D. Caualerio*, & fuisse sic extractas per talem Notat. successorem statur † assertioni ipsius Notarij successoris in 10 Officio Rota coram Verallo *decis. 245. num.1. part. 2.* & *decis. 217. num. 1. in fin. part. 1.* & *decis. 649. num. 7. part. 2. recent.*

Et ita vtraque, &c.

Infra in eadem causa habentur duæ aliæ decisiones sub diebus 21. Februarij 1628. & 21. Iunij eiusdem anni coram eodem R. P. D. Dunozetto, sunt decisiones 151. & 195.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Colonien. Monasterij.

Die Lunæ 21. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Manuteneri, quis potest vigore ciuilis possessionis. Executor, quando priuet aliquem sua possessione, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Manutenendus quis est propter ciuilem possessionem, quæ animo solo retinetur.*
2 *Locationes concurrentibus adminiculis plenè probant possessionem.*
3 *Executor ritè, & rectè procedens priuat quem sua possessione.*
4 *Executor minus ritè, & rectè procedens, vti priuatus processisse videtur.*
5 *Possessores, quando sunt expellendi, debent citari.*
6 *Ex executione æquiuoca, & excessiua satis apparet non fuisse benè processum.*

DECISIO XCI.

DOMINI dixerunt manutentionem esse dandam Canonicis, qui licèt fuerint priuati Monasterio, de quo agitur, illorumque bona fuerint per partem aduersam in vim Breuis Apostolici occupata, cum tamen se non habuerint pro spoliatis, vt patet ex recusationibus, & actibus factis in contrarium, qui dantur in Summar. num. 2. & 5. tatione † ciuilis possessionis, quæ solo animo retinetur, manuteneri debent, Ioan. Fabr §. *retinendæ num. 21. instit. de interdict.* Rot. *decis 99. numer. 5. part. 1.* & *decis. 19. num. 12. part. 2. diuers.* Menoch. *de retin. remed.3. num. 22.* & *fuit dictum in Melitea. beneficij 4. Iulij 1614. coram bon. mem. Domino meo Vbaldo,* & *sæpè in alijs.* 1

Et quidem de dicta possessione Canonicorum non solum constat ex supradicta expulsione, sed etiam ex pluribus locationibus bonorum Monasterij capitulariter factis ante datam Breuis, de quibus in Summ. num. 10. & quæ † concurrentibus adminiculis plenè probant possessionem, & adminicola vltra supradictam expulsionem sunt relatio Nuntij Apostolici, & attestatio Magistratus Nouesien. de quibus in *Summ. num. 11.* & 12. Gabr. *de locat. concl. 4. num.6* Cæs. de Graff. *decis. 10. in fin. de caus. poss.* & *propr.* Seraph. *decis.* 896. *num. 2.* & *in recent. decis. 687. num.4. part 1.* 2

Non obstat, quòd Canonicis ab Executoribus Apostolicis fuerint priuati omni possessione tàm naturali, quàm ciuili Mohed. *decis.4. de rest. spol.* quia hoc procedit

† quan-

3 † quando fuit ritè, & rectè processum *l. Iuste possides vbi* Bart. *ff. de acq. poss.* Angel. *in l. clam possidere §. qui ad mundinas num. 2. in fin. & ibi* Ias. *num.* 20. Claud. de Seissel. *& alii ff. eod. tit.* Ron *decis. 802. num. 7. part. 1. di-*
4 *uers.* secus verò est qoando minus ritè, & rectè † proces-
sum fuit, nam tunc executor vti priuatus processisse cen-
setur Ang. Imol. & alij *in d. §. qui ad mundinas, & dixit*
Rota *in Hispalen. beneficiorum 12. Martii 1596. coram*
Gipsio. Quòd verò in casu nostro, oeque ritè, neque
rectè fuerit processum patet, tum quia Canonici posses-
5 sores † non fuerunt citati *c. licet Episcopus de preben. in*
6. Felin. *in cap. fin. num. 24. de præsumpt.* Gregor. XV.
decis. 69. num. 5. tum quia litteræ Apostolicæ loquuntur
de Monasterio Saocti Nicolai *planè diruo* propè Oppi-
dum Nouesij, & tum fuit facta executio super Mona-
sterio diuerso Beatæ Mariæ Virginis sito in Oppido No-
6 uesij magnificè extructo, & ornato, adeò vt † ex ista
æquiuoca, & excessiua exequutione satis appareat non
fuisse benè processum Gabr. *cons. 31. num. 7. lib. 2.* Hond.
cons. 20. num. 25. lib. 1. fel. rec. Gregor. XV. decis. 555. num. 4.

Et ità decisum, &c

¶ Infra io eadem causa adsunt aliæ decisiones, idest sub diebus 3. Decembris 1627. & 21. Iunij 1628. & 12. Februarij 1629. & 7. Maij eiusdem anni coram eodem Eminentiss. D. Card. Vbaldo, sunt decisiones 215. 293. 250. & 276.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Romana Alimentorum.

Die Lunæ 21. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Frater diues tenetur alimenta præstare fratri pauperi, etiam si sit naturalis, vel etiam spurius, & qualiter præstari debent, & vbi.

SVMMARIVM.

1 *Frater pauper debet ali à fratre diuite, amplia num. 2.*
3 *Filij nati ex militibus S. Iacobi de Spatha an sint spurij n. 6.*
4 *Milites S. Iacobi de Spatha sunt verè Religiosi.*
5 *Milites S. Iacobi de Spatha non sunt verè Religiosi, quam opinionem sæpius Rota sequuta est.*
7 *Frater spurius etiam alendus est à fratre diuite.*
8 *Filii spurii de benignitate Canonica sunt alendi à parentibus.*
9 *Parentibus non extantibus, onus alendi filios spectat ad fratres diuites.*
10 *Text. in §. si quis igitur auth. quib. mod. nat. effic. sui extenditur.*
11 *Frater diues tenetur alere fratrem pauperem etiamsi bona non prouenerint à communi patre.*
12 *Filius spurius, si legitimatur, cessat in eo omnis macula.*
13 *Alimenta, quando sunt præstanda, attenditur solum, an ille, cui debentur, tot habeat redditus, ex quibus viuere possit.*
14 *Alimenta, si alicui debeantur iure sanguinis, ei non præiudicat, si super illis sit facta transactio inter alios.*
15 *Alimenta sunt præstanda etiam filiis spuriis secundum qualitatem, & dignitatem personarum, & patrimonii.*
16 *Alimenta, vbi sint præstanda, residet in arbitrio Iudicis.*
17 *Alimenta sunt præstanda in Vrbe, in qua quis natus est, & degit, si ratio ita postulet.*

DECISIO XCII.

FVIT in hac causa de tribus dubitatum. Primò, An D. Marco Bonello debeantur alimenta ab Excellentissimo D. Antonio Pio Bonello moderno Marchione Cassani. Secundò quatenus sic, Ad quam summam sint taxanda, & Tertiò, Vbi sint præstanda.

Ad primum, absque difficultate Domini dixerunt alimenta deberi, quia constat ex testibus datis, & est publicum, & notorium, dictum Marcum Bonellum esse filium q. Hieronymi Marchionis Cassani senioris, &
sic fratrem ex eodem patre prædicti D. Antonij moderni
Marchionis, nec non etiam † illum esse pauperem; qui 1
propterea à dicto D. Antonio fratre diuite ali debet *l. mutus 73. ff. de Iur. dat. l. qui filium ff. vbi pupil. educ. deb. gl.*
in l. 1. §. sed nonnullos vers. præstiterit, ff. de tutel. & ration.
distrab. etiam quod Marcus † sit filius naturalis, Bart. *in* 2
l. si quis à liberis, §. verum, num. 5. ff. de liber. agnosc. Rip.
in l. 1. num. 83. ff. solut. matr. Molin. *de Hispan. primog. lib. 2. cap. 15. num. 64.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 25. num. 28. cum seqq. &* Rota *decis. 538. num. 1. part. 1. recent.*

Non obstat si dicatur, dictum D. Marcum esse filium
spurium, ex quo eius pater † erat miles Religionis S. Ia- 3
cobi de Spatha; quia quamuis Nau. Couar. Bellug. Motta, & alij, quos citat Garz. *de benef. part. 1. cap. 4. num.*
25. affirment milites S. Iacobi esse verè † Religiosos, ta- 4
men Sot. Mol. Theolog. Sarmient. Ioann. Gutier, & alij
multi adducti per eundem Garz. *vbi supr. num. 16.* tenent,
non esse verè Religiosos; & hanc secundam sententiam
Rota fuit sæpius † sequuta, vt ibidem refert idem Garz. 5
Seraph *decis. 587.* quo fit, vt secundùm Rotæ opinionem
eorum filij nati ex soluta, cum qua de licentia Magni Magistri poterant contrahere matrimonium, prout ex tali
natus † fuit D. Marcus, vt benè concludunt testes, non 6
sint spurij dicendi, sed filij naturales.

Sed quidquid sit de prædictis, etiam frater † spurius 7
est à fratre alendus Corbul. *in repet. l. si quis à liberis, §. idem scripsit, num. 89. vers. hæc sententia, ff. de liber. agnoc.*
Surd. *d. quæst. 25. num. 33.* & ratio est † quia filij spurij de 8
benignitate Canonica debent etiam à parentibus ali *cap. cum haberet de ea, qui duxit in matrimon. &c.* Paris. *cons. 14. num. 27. lib. 2.* Couar. *de matrim. part. 2. cap 8 §. 6. num. 8.*
Surd. *de aliment. tit. 4. num. 31.* Vnde parentibus † non 9
extantibus onus alendi transit ad fratres diuites, *§. si quis igitur habens in auth. quib. mod. nat. effic. sui circa fin.* qui
text. † licèt loquatur in filio naturali, eius tamen ratio 10
cum sit vna, & eadem, etiam in filio spurio procedit,
Surd. *d. quæst. 25. tit. 1. num. 28.* & etiam † quod bona non 11
prouenerint à communi patre Rota *d. decis. 538. num. 4. part. 1. recent.* Si verò ab eo prouenerunt, clarum est,
quòd onus alendi annexum dictis bonis transit cum illis,
& cessat difficultas; ex quo D. Marcus fuit legitimatus
de consensu, & voluntate dicti D. Marchionis Antonij,
vnde † cessat etiam in eo omnis macula Alciat. *cons. 14.* 12
num. 6. lib. 9. iuxt. nouiss. impress.

Non obstat etiam, quòd D. Marcus possit militare,
aut alio modo victum sibi parare; quia hæc potentia non
excusat à debito alimentorum proueniente à iure naturali propter fragilitatem humanæ potentiæ, quæ variatur ex tempore, sed solùm † attenditur, an ille cui 13
debentur alimenta, tot habeat redditus, ex quibus viuere possit, vt ex Bald. & Salicet. dixit Aldobrand. *cons. 28. num. 26.* Crauett. *cons. 199. num. 1. vers. tamen diligentius, &* Rota *in Bonon. alimentorum 24. Nouembris 1604. coram bon. mem. Iusto, quam allegat, & sequitur* Rota *decis. 224. num. 5. part. 2. recent.*

Minus releuat transactio inter D. Marchionem, &
Abbatem Ludouicum eius fratrem, in qua dictus Abbas
suscepit in se onus alendi D. Marcum, quia fuit res inter
alios † acta; & ex ea nullum præiudicium D. Marco 14
inferri potuit, cui dicta alimenta à D. Marchione debentur iure sanguinis, Mol. *de Hispan. primog. lib 2. cap. 15. num. 59. &* Rota *d. decis. 538.* quibus propterea nec potuisset renunciare, Specul. *in tit. qui fil. sint legit. §. 1. num 12.*
Bart. *in l. si quis à liberis, §. paren. num. 2. ff. de liber. agnosc. etiam medio iuramento* Rota *decis. 31. num. 2. par. 1. recent.*

Ad secundum, Ad quam summam alimenta sint præstanda, communis, & recepta opinio est, filios etiam
† spurios secundum qualitatem, ac dignitatem persona- 15
rum, & patrimonij alendos esse, sicuti naturales, *d. cap. cum haberet in fin.* Paris. & Couar. vbi supra Molin. *de Hispan. primog. d. cap. 15. num. 55. lib. 2.* Surd. *de aliment. tit. 4. quæst. 18. num. 51. vers. sed etiam spurij.* Vndè siuè
D. Marcus sit filius naturalis, prout talis esse videtur,
siuè spurius, Domini attenta qualitate patris, & fratris,
quòd D. Marcus fuit à natiuitate vsque huc nobiliter educatus tàm à patre suo in infantia, quàm postea apud clar. mem. Cardinalem Alexandrinum eius patruum, taxarunt ei pro nunc alimenta ad rationem scutorum 20. monetæ pro quolibet mense.

Quoad tertium, & vltimum, vbi dicta alimenta † 16
sint præstanda, cum etiam hoc resideat in iudicis arbitrio,
l. 1. §. &

l.1.§. & solet, ff. vbi pupil. educ. vel morar. Dominis, stantibus lite, & alijs prudenter consideratis visum fuit es-
17 se soluenda † hic in Vrbe, vbi Marcus natus fuit, & nunc degit iuxtà cons. Corn. 281. *num.4. lib.3.* Molin. *vbi supra num. 74.* Surd. *d. tit.4. quæst.14. num.27. & quæst. 15. num.4.* Menoch. *præsumpt. 177. num.54. lib.4. & de arbitr. cas. 170. num.15. & seqq. lib.2.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Sabineñ Montis Rotundi.

Die Veneris 25. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Ex bonis subiectis fideicommisso, quando restituuntur, quid sit detrahendum. Ex bonis feudalibus, an legitima filiorum possit detrahi. Feudum esse antiquum in aliqua familia qualiter probetur, & an per enunciatiuas antiquas. Et latè an præsumatur liberum in dubio, & quando dicatur ex pacto, & prouidentia, & quando sit hæreditarium mixtum, vel hæreditarium simpliciter.

SVMMARIVM.

1 *Castrum concessum ex facto, & prouidentia debetur filio, tanquam proueniens à concedente, non autem à patre.*
2 *Scriptura ex Archiuio deprompta, non recipit robur ab illo inter non subditos.*
3 *Archiuium, vt faciat fidem de scripturis in eo repertis, requiritur subscriptio Notarii.*
4 *Dos materna est detrahenda de fideicommisso patris, item legitima filiorum, & æs alienum num. 5. & funeris impensa. num. 6.*
7 *Legitima filiorum detrahitur ex bonis feudalibus hæreditariis, & hoc procedit etiam in alia simplici imputatione. num. 8.*
9 *Castrum simpliciter hæreditarium, alienari potest.*
10 *Dominus consentiens vassallo feudum alienanti, nihil censetur dare de suo, cum astringatur eo modo præstare consensum, & iisdem pactis, quibus à possessore detinetur.*
11 *Feudum hæreditarium, siue sit antiquum, siue nouum filio imputatur in legitimam.*
12 *Legitimæ ius non perditur, ob non confectionem inuentarii.*
13 *Feudum, quod sit antiquum in aliqua familia qualiter probetur.*
14 *Authoribus historicis, quando sunt approbati, est credendum. & num. 15.*
16 *In antiquis historiæ cum fama probant.*
17 *Fama probatur ex pluribus enunciatiuis antiquissimis.*
18 *Dominus alicuius loci, si quis appelletur, an ex hoc denotetur illius dominium.*
19 *Media talia præsumuntur, qualia sunt extrema.*
20 *Enunciatiuæ, quando sunt antiquæ probant famam, & consequenter etiam dominium.*
21 *Enunciatiuæ, quæ continent assertiones summorum Pontif. qui iurisdictionem dare possunt, optimè probant dominium, & possessionem iurisdictionis.*
22 *Dominium, & possessio, an probetur ex assertione alicuius facta de ordine Papæ.*
23 *Dictio, semper, omne tempus includit, & importat perpetuitatem, & temporis continuationem. num. 24.*
25 *Redintegratio ad possessionem habet vim sententiæ, quæ si executa sit, titulum producit aptum ad acquisitionem dominii, & ad præscribendum. amplia num.26. & 27.*
28 *Gesta, pro vna parte feudi, optimè suffragantur pro alia parte.*
29 *Allodiale in dubio præsumendum est, quod sit aliquod Castrum, & non feudale, latè num. 31.*
30 *Omnia præsumuntur allodialia, nisi probentur feudalia.*
32 *Castra existentia in statu Ecclesiæ etiam præsumuntur allodialia.*
33 *Castra existentia in Sabinis, quoque præsumuntur libera.*
34 *Possessor Castrorum potest allegare allodialitatem, & ea vti, & iuuari.*
35 *Allodialitas multò magis præsumitur, quando pro ea concurrunt coniecturæ, & præsumptiones, & num. 46.*
36 *Inuestitura est necessaria in feudi concessione, & num.45.*
37 *Inuestitura est optimum signum ad cognoscendum, an aliqua res sit libera, vel feudalis.*
38 *Inuestitura est necessarium signum feudi, immò etiam sufficit, quod longissimo tempore inuestituræ susceptæ non fuerint.*
39 *Allodialitas præsumitur in feudo, quando nullum vnquam fuit præstitum iuramentum fidelitatis. amplia num. 40.*
41 *Hæres in feudo tenetur renouare iuramentum fidelitatis.*
42 *Feudalis recognitio arguit feudum.*
43 *Castrum non est feudale, si non reperiatur annotatum in libris Cameræ, tanquam tale. & num.44.*
47 *Iuramentum fidelitatis in feudo, sufficit, quod semel sit præstitum stante tali consuetudine.*
48 *Inuestitura renouatio potest consuetudine tolli.*
49 *Actor debet plenè, & concludenter probare intentionem suam, & iuuari non potest præsumptionibus.*
50 *Castra, licet præsumantur allodialia, non tamen iurisdictio talis præsumi debet.*
51 *Castra ex consuetudine hodie habent iurisdictionem.*
52 *Castro concesso, censetur etiam concessa iurisdictio, quæ illi adhæret.*
53 *Castrum sicuti præsumitur allodiale, ita quoque eius iurisdictio.*
54 *Feudale, quando præsumatur castrum, maximè si sit in statu Ecclesiæ.*
55 *Actor sola præsumptiua probatione ad obtinendum iuuari non potest, quando in eodem subiecto potest dari actus contrarius, & hæc regula generalis est. enim 56. limita num. 57.*
58 *In Castro, quando dubitatur, qualis fuerit concessio, & cuius naturæ, tunc recurritur ad obseruantiam subsequutam.*
59 *Vsus, & patientia qualis est, talis præsumitur præcessisse Castri, & iurisdictionis concessio.*
60 *Feudorum conditio ab ipso vsu qualificatur.*
61 *Feudi natura ex obseruantia, & consuetudine alteratur, & fit alienabile, & reducitur ad vsum patrimonialium.*
62 *Castrum esse hæreditarium simpliciter probatur ex prohibitione alienationis.*
63 *Feudum ex pacto, & prouidentia, vel mixtum non potest alienari in extraneos.*
64 *Fideicommisso subijci non potest castrum, & pacto, & prouidentia.*
65 *Alienatio in præiudicium agnatorum ad successionem vocatorum, in feudis est prohibita. & num. 73. & 85.*
66 *Castrum, quando excluditur, quod sit ex pacto, & prouidentia. & num.70. & quando, non sit mixtum hæreditarium. num 95.*
67 *Ex hæredum mentione colligitur signum euidens, quod aliquod castrum sit hæreditarium.*
68 *Verba, pleno iure, idem important, quod liberè, & totaliter.*
69 *Concessio facta à Domino cum verbis, pleno iure, & similibus, importat liberam concessionem.*
71 *Castrum hæreditarium venit in generali dispositione. & num. 77.*
72 *Castrum hæreditarium vendi potest, secus si sit ex pacto, & prouidentia.*
74 *Suum iactare nemo præsumitur.*
75 *Feudum, quod sit masculinum, ex quibus deprehendatur.*
76 *In feudo ex pacto, & prouidentia onus non potest imponi à testatore.*
77 *Hæredes extranei comprehenduntur, stante dictione, quicunque.*
78 *Dictio, in perpetuum, operatur, vt concessio transeat etiam ad hæredes extraneos.*
79 *Dictiones, quicunque, & in perpetuum, qualiter procedant in contractu, & qualiter in dispositione legis.*
80 *Intellectus, in materia venditionis, qui repugnat verisimilitudini, & quantitati pretij, non est recipiendus.*
81 *Argumentum valet à solitis.*
82 *Interpretatio verborum, & actuum dubiorum secundùm solita fieri debet, etiam ex vnico actu.*
83 *Membra non debent separari, nec discrepare à suo capite.*
84 *Vna, & eadem res diuerso iure censeri non debet. & num. 86.*
87 *Status vltimus hæreditarius attenditur, an aliquid solitum sit fieri, nisi de contrario statu constet.*
88 *Ex statu vltimo, & præsenti præsumi potest etiam eundem statum fuisse in præteritum.*

89 Ca-

89 *Castrum hæreditarium mixtum, non potest alienari, nisi inter illos de familia, & non in extraneos.*
90 *Pactum in diuisione castri, quod non possit alienari extra familiam, facit apparere, quod illud antea erat simpliciter hæreditarium.*
91 *Æquiuoca, quando in consequentiam rei certæ adijciuntur, secundùm illam debent interpretari.*
92 *Stipulatio sequens, quando est incerta, intelligitur, & delaratur ex obligatione præcedenti.*
93 *Et Iudex in hoc semper debet aduertere, quid ratio materiæ subiectæ suadeat.*
94 *Coniecturæ, quæ sint claræ ad excludendum quod castrum non sit ex pacto, & prouidentia.*
95 *Agnatus, quando succedat in feudo hæreditario, si non sit hæres defuncti.*
97 *Feudum in dubio, præsumendum est, quod sit ex pacto, & prouidentia.*
98 *Feudi natura si sit mutanda, quando scientia Principis necessaria sit.*
99 *Scientia Principis non est necessaria, quando agitur de demonstrando, qualis titulus feudi ab initio fuerit, si non constet.*
100 *Scientia præsumitur ex qualitate personarum, & gestorum ex vicinitate, diuturnitate temporis, & actuum frequentia.*

DECISIO XCIII.

PAVLVS Æmilius senior, Fuluius, & Fratres de Vrsinis, ac Io. Baptista, & Iulius ex Mario, & Valerio
fratribus prædefunctis respectiuè nepotes, de anno 1552.
deuenerunt ad diuisionem, in qua medietas Castri Montis
Rotuodi peruenit ad Iulium cum onere Fideicommissi in
dicta diuisione iniuncto, quam postmodum permutauit
cum dicto Paulo Æmilio, recepto Castro Coresij, qui quidem Paulus Æmilius prædictus, in suo testamento institutis Troylo, & Mario filijs, disposuit, quòd casu, quo
aliquis ipsorum decederet sine filijs legitimis, & naturalibus, succederet superstes, sique vterque præmoreretur, instituit proximiorem de cippo domus. Posteà verò prædicti
Troylus, & Marius vendiderunt illam medietatem Castri
bo. me. Valerio, qui instituit D. Paulum Æmilium Iuniorem filium dicti Marij; cumque fuerit resolutum die
29. Maij 1623. coram me, Fideicommissum initum in dicto contractu de anno 1552. cessasse per alienationem factam in Valerium. Hodie dubitaui, an constaret de aliquo alio fideicommisso, aut vocatione ad fauorem D.
Pauli Æmilij iunioris, quod, vel quæ releuent. Et circa
duo vertitur difficultas. Primò circa fideicommissum
quod prætenditur resultare ex dicto testamento Pauli Æmilij senioris, in quo Paulus Æmilius iunior filius Marij
reperitur positus in conditione, & sic ex dispositione statuti Vrbis vocatus, prout in statuto veteri, cap. 25. lib. 5.
& in nouo, cap. 142. lib. 1. Secundò circa feudalitatem
istius Castri, & quidem ex pacto, & prouidentia,
quam D. Paulus Æmilius prætendit, itaut ipse in hac
Castri medietate vocatus dicatur ex pacto, & prouidentia primi acquirentis, & illi sit debita † tanquam
1 prouenienſà concedente, non autem patre, vt per Bart.
in l. 1. §. nec Castrense, n. 6. vers. sed si quæsiuisset, ff. de collat. bonor. Isern. *in cap. 1. §. prætereà ducatus num. 58. in fine de probib. feud. alienat.* per Federic. *& ibidem melius* Bald. *num. 5.*

Quantum attinet ad primam difficultatem, fuit considderatum primò, scripturam testamenti carere nomine,
& subscriptione Notarij, & non esse recognitam. Ideòque quamuis extracta fuerit ex Archiuio Collis Veteris
non probare, quando etiam Archiuium haberet om-
2 nia requisita de iure. Tùm quia † scriptura ex Archiuio deprompta non recipit robur ab illo inter non subditos
Card. *cons. 72. nu. 8.* Verall. *decis. 42. lib. 1.* & fuit dictum
in *causa Montis Regalis iurisdictionis 9. Decembris coram me*; Tum etiam quia non apparet de rogitu Notarij,
prout requiritur, DD. *in l. scripturas, C. qui pot. in pign.*
3 *hab.* Quamobrem † etiamsi inter subditos Archiuio
ageretur, scriptura non probaret, Verall. *decis. 41. par. 1.*
Secuodò principaliter fuit ponderatum, quod cùm Troylus, & Marius hoc castrum alienauerint, & eis esset
debita legitima in bonis patris, dos matris vxoris fideicommittentis, & impensa funeris, & de his satisfactos fuisse non constet, vtique medietas castri alienata
loco dictarum detractionum debetur, itaut eorum
respectu castrum non comprehendatur sub fideicommisso, † vt de dote probat *text. in l. ab omnibus, §. fin. ff.* 4
de leg. 1. Soccin. Iun. *cons. 170. nu. 5. lib. 2.* Gabr. *cons. 95. nu. 3. lib. 2.* Natt. *cons. 253. num. 7.* Peregr. *de fideicom. art. 35. num. 1. in fin.* Menoch. *cons. 183. num. 33.* Surd.
decis. 233. num. 15. Et de † legitima, quòd sit detrahen- 5
da post dotem, & æs alienum *text. in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam.* Dec. *cons. 81. in princ.* Gabr. *de legit. concl. 4. num. 8.* san. mem. Gregor. *decis. 266. num.*
3. & de † funeris impensa est pariter *text. in l. Papinianus,* 6
§. quarta, ff. de inoff. testam & in l. cum restituenda, C. de petit. hæred. l. fin. §. in computatione, & ibi glos. in verb. funus, C. de iur. deliber. san. memoriæ Gregor.
decis. 421. num 5. Et huiusmodi imputatio debet fieri,
quia etiamsi castrum istud non esset allodiale, vt prætenditur, saltem † est hæreditarium simpliciter, & transito- 7
rium ad hæredes quoscumque, vt infra videbitur. Rub.
cons. 34. num. 8. & 9. Surd. *cons. 425. num. 18.* Bursat. *cons. 132. num. 11. & 12. cum seqq.* qui licèt loquantur ad effectum, vt de castro sit habenda ratio in ponenda ratione
legitimæ, idem tamen † est in simplici imputatione. 8
Peregr. *de fideicomm. art. 36. num. 108. vers. si autem,*
Mangil. *de imput. q. 37. num. 4.* ea ratione, quia castrum
impliciter hæreditarium † potest alienari, Bursat. *cons.* 9
56. & 126. lib. 2. Surd. *cons. 382. num. 74. & cons. 427. nu. 14. & 15.* vbi dicit, Dominum directum nihil censeri dare de suo cum adstringatur eo modo præstare consensum
† & ijsdem conditionibus, quibus à possessore detineba- 10
tur. Gabr *cons. 92. num. 10. lib. 1.* Schrad. *de feud. par. 7. cap. 2. num. 48. & par. 8. cap. 6. num. 17.* Immò etiam
dicta imputatio fit, siuè castrum sit feudale hæreditarium
† antiquum, siuè nouum, quicquid dicat Peregr. *art.* 11
36. num. 108. vt est communis DD. de qua latè Surd. *d. cons. 427. nu. 19. & seq.* Clar. *in §. feudum qu. 46. num. 2.* Crass *in §. legitima, qu. 21. num. 3.* Neque potest obijci,
quòd non constet dictos Troylum, & Marium confecisse
inuentarium, quia non ideò † perdiderunt ius legitimæ, 12
cùm non agatur ad excludendos creditores, vt est communis opinio, de qua Couar. *in c. si hæredes num. 15. de testam.* Bologn. *in addit. ad cons.* Io de Anan. *61. n. 6.* Castr. *cons. 188. col. 2. vers. interdum quærimus, & cons. 286. vers. sed aduertendum subtiliter lib. 2.* Corn. *cons. 168. n. 3. & seqq. lib. 3.*

Quartum attinet ad secundam difficultatem, an istud
castrum sit feudale, & quidem ex pacto, & prouidentia. An verò merè, & simpliciter hæreditarium. Pro
faciliori resolutione huius difficultatis præmittendum est,
quòd istud castrum est antiquius, & principalius inter
alia castra, quæ fuerunt in hac domo Vrsina, vt narratur † in dicta diuisione facta de anno 1552. prout est 13
notorium, quod ab immemorabili tempore citrà semper
fuit possessum istud castrum à DD. de Vrsinis, vt ad probandam similem immemorabilem possessionem in domo
Vrsina notorium adducit etiam Dec. *in cons. 85. num. 2. vers. ad cuius rei euidentiam*, & talis possessio immemorabilis videtur etiam probata per testes in causa vertente in Camera super alia medietate examinatos: & valde comprobatur ex pluribus Historijs Blondi in sua Italia
illustrata, dum agit de prouincia Vmbriæ; Raphaelis Volaterani *lib. 10. Geographyæ*, Pij II. *in commentarijs lib. 10.*
Leandri Alberti *in sua Italia*, Sansouini, & aliorum plurium antiquorum, & modernorum, quibus † est creden- 14
dum, cùm sint Authores, approbati *gloss. in cap. Venerabilem, in verbo transtulit, de elect.* quam communiter esse approbatam dicit Præpositus *in præmio decreti in princ.* latè Roland. *cons. 2. nu. 60 lib. 1.* & Decian.
respons. 21. num. 29. lib. 1. & quando Authores sunt † ap- 15
probati, quod illis credatur in specie Abb. *in cap. cum causam num. 1. vers. quandoque de prob.* & in antiquis,
quòd Historiæ cum fama † probent Bellam. *decis. 70.* 16
per tot. & fuit dictum in *causa Comen. habitus 9. Iunij 1610. coram R. P. D. meo Pirouano.* Quæ fama in
casu isto, non solum probatur ex dictis testibus, sed
etiam ex quamplurimis enunciatiuis antiquissimis 17
emanatis à diuersis Summis Pontificibus, inter quas extat
vna Clementis VI. de anno 1352. In qua commendatur
Iordanus Vrsinus de gestis ab ipso pro Sede Apostolica, &
appellatur Dominus Montis Rotundi, quod nomen non
est simpliciter honoris, sed conditionis, † itaut deno- 18
tet dominium castri, *l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. infect.* Et altera Nicolai V. de anno 1448 qui dum concederet castrum Cicignani Iacobo, & Laurentio de Vr-

sinis illos nuncupat de Monte Rotundo; hæc enim nuncu-
patio in ista, & alijs familijs solet fieri ad ostendendum di-
tiones, & dominia ipsorum, vt de Brachiano, de Pitigliano,
de Castro Nomenti, de Castro Scarpæ, & similibus notis-
simum est in Vrbe, & alibi: Et hæc quidem enunciatiua de
anno 1448. denotat aliam enunciatiuam posteà emanatam
litteris Sigismundi Imperatoris datis ad Eugenium IV. in
Castro Coresij, Imperij sui anno primo, dum post corona-
tionem discesserat ab Vrbe, in qua nominat Dominam Ca-
stri Montis Rotundi vtique esse intelligendam de Domina
ex familia Vrsina, cum ante, & post, vt etiam statim pro-
babitur, dominium huius Castri esset penes Dominos de
19 Vrsinis, & talia † media præsumantur qualia sunt extre-
ma, iuxtà not. in l. sicut, §. non videtur, ff. quib. mod. pign.
vel hypoth. sola.

Accedit prædictis monitorium Iulij II. contra Iulium
Vrsinum vt restituat certa bona alijs ablata sub pœna con-
fiscationis partis suæ Montis Rotundi, & aliud Cardina-
lis Camerarij de ann. 1522. contra Massarios Montis Ro-
tundi iurisdictionis Dominorum de Vrsinis: Et alia duo
Clementis VII. de anno 1526 contra Marium, & fra-
tres de Vrsinis ad compromittendum super diuisiones fa-
cienda Castri Montis Rotundi inter ipsos, & Franciot-
tum Cardinalem alterum fratrem, cum lis super domi-
nio, & iurisdictione inter dictos fratres penderet, quæ
scripturæ probant dominium, & possessionem istius Ca-
stri, etiamsi continerent solummodo enunciatiuas, quia
20 cum sint † antiquæ probant famam, & consequenter
etiam dominium, Aretin. in cap. cum causam, numer. 21.
de prob. Bald. in l. eum aliquis, vers. item quod dicit, & ibi
Salicet. num. 3. vers. si tamen plura, Castren. numer. 6. Ias.
num. 4. C. de iur. delib. Rota decis. 31. de prob. in antiq. sed
21 multò magis † illæ, quæ continent assertiones summo-
rum Pontificum, quæ iurisdictionem dare poterant, quæ
propterea optime probant etiam dominium, & possessio-
nem iurisdictionis, Brun. cons. 34. nu. 2. Soccin. cons. 86. nu.
1. lib. 1. & cons. 187. nu. 2. vers. ex quibus infero, lib. 2 Hieron.
de Monte de finibus, c. 52. nu. 11. Menoch. cons. 147. nu. 11. 19.
20. 22. & 24. Mandell. cons. 64. nu. 5. & melius numer. 37. &
seqq.

Et summopere probationem dominij istius Castri pro
DD. de Vrsinis canonizat redintegratio Leonis Vrsini
fratris Henrici, & Episcopi Forliuien. ad possessionem
medietatis huius Castri factam per Commissarium Apo-
stolicum de ann. 1561. vigore litterarum Sancti Caroli ne-
potis Pij Quarti, in quibus leguntur hæc verba. Perche
costa à nostro Signore, che il Castello di Monte Rotondo,
& Montelione spettano, e sono di Monsignor Leone Orsi-
no Vescouo di Forlì &c. vuole sua Beatitudine, che'l Ve-
scouo sudetto sia redintegrato di Monte Rotondo, &
Monte Leone: e volendo noi mandar ad effetto questa buo-
na mente di sua Santità, vi ordiniamo, che alla rice-
uuta di questa vogliate senza eccettione alcuna metter in
possesso di Monte Rotondo il sudetto Monsignore, ordi-
nando alli Massari officiali di detti luoghi obediscano, e
riconoscano per Padrone, si come è stato sempre, e pri-
ma che fosse preso il possesso per la Reuerenda Camera
Apostolica; Per tanto non mancarete d'esseguire quan-
to vi si scriue, per esser questa la mente di Nostro Signo-
re. Hæc enim reintegratio causa cognita etiam in peti-
torio de ordine Papæ facta cum explicita assertione, quod
constabat suæ Sanctitati Castrum Montis Rotundi spe-
ctare ad dictum Leonem. Et quod ideò recognosci debe-
ret in Dominum, sicut fuit semper, & prius quàm Ca-
mera possessionem occuparet, multa operatur, & Pri-
22 mò † probat dominium, & possessionem, cum de ordi-
ne Papæ istud asseratur: cap. si Papa, de priuileg. in sex-
to, vbi Doct. Mandell. d. cons. 64. numer. 37. & seqq. qui
optimè loquitur cum alijs supra alleg. Et probat etiam do-
23 minium antiquissimum propter illud verbum, † sem-
per, quod omne tempus includit l. 1. vbi Doct. ff. solut.
matr. Mant. decis. 39. numer. 7. & importat perpetuita-
24 tem, Rota decis. 128. numer. 5. par. 2. & † temporis con-
tinuationem, vt per Soccin. cons. 54. numer. 10. lib. 4. Ro-
ta post 2. vol. cons. Farinac. decis. 369. numer. 3. benè Rebuff.
in l. namq. 149. col. 4. in fine, vers. & sic dictio, semper, &
vers. sequenti, ff. de verb. signif. Secundò hæc redintegra-
25 tio habet, † vim sententiæ, quæ cum fuerit executioni de-
mandata, titulum producit aptum ad acquisitionem do-
minij, & ad præscribendum Alex. cons. 70. numer. 7. in fi-
ne, & seqq. lib. 2. & cons. 1. numer. 4. lib. 5. Natt. cons. 456.
numer. 12. Aym. cons. 10. numer. 10. Menoch. cons. 1098. nu-
mer. 19. Maximè † verò iunctis alijs scripturis, de qui- 26
bus suprà, ex illis enim omnibus colligitur titulus suf-
ficiens ad præscribendum, Mandell. d. cons. 64. numer. 59.
& seqq. quem sequitur Berrett. cons. 89 num. 40. etiamsi † 27
continerent solum enunciatiuas, Aym. de antiq. tempor.
par. 1. §. ampliatur, num. 21. Quamuis enim hodie non aga-
tur de ista medietate Castri, sed de alia, nihilominus ge-
sta cum Leone circa vnam † partem Castri optimè suffra- 28
gantur etiam pro alia parte, vt per Surd. in cons. 311. num.
12. & infra dicetur.

His positis deueniendo ad secundam difficultatem, An
istud Castrum sit feudale, & quidem ex pacto, & proui-
dentia, An verò merè, & simpliciter hæreditarium. Cum
non appareat aliqua inuestitura, de hoc Castro, & illius
Iurisdictione, & quomodo, & quo titulo in Dominos de
Vrsinis deuenerit, dum pro parte DD. Henrici, & Fran-
cisci de Vrsinis deducebantur; primò quod Castrum præ-
sumitur † allodiale, & non feudale; secundò, quod 29
quatenus censendum esset feudale, illud dicendum es-
set non ex pacto, & prouidentia, neque mixtum, sed
merè, & simpliciter hæreditarium; Et quoad primum
prætendebant esse regulam certissimam, & conclusio-
nem verissimam, quod omnia † præsumantur allodia- 30
lia, nisi feudalia probentur, cap. 1. §. 1. vers. defuncto, si
de feudo fuerint controu. inter Dom. & agnat. cap. 1. iun-
cta glos. 1. de controuers. inter masculum, & fœmin. cum
alijs per Paris. cons. 20. in princip. lib. 1. quia feudum est ser-
uitus, quæ non præsumitur, & hæc conclusio diceba-
tur procedere etiam in Castro, † quòd scilicet præsuma- 31
tur liberum, non autem feudale, Ioan. Andrea, &
alij in cap. fin. vers. respondere, de iudic. & in cap. nimis de
iur. iur. circa finem Hostien. ibidem col. 2. vers. se us apud
possidentem. Anchar. numer. 4. Card. & Abb. numer. 1.
vers. ex quibus collige, & hæc sententia est communis,
vt dicunt Aym. in cons. 662. numer. 11. lib. 4. & Iacobin. de
inuest. feud. in verb. Castris circa finem, vers. & benè ve-
rum, & Curt. Iun. cons. 168. numer. 15. cum alijs cumula-
tis per Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 4. nu-
mer. 1. & seqq. & latè etiam Rosentall de feud. cap. 12.
concl. 14. numer. 11. & seqq. & fuisse dictum per Rota in
vna Romana census 13. Iunij 1586. coram Orano, & in
Bononien. de Zambecarijs 23. Iunii 1589. coram Comitu-
lo, refert Cardin. Tusc. in concl. 174. in verb. feudum nu-
mer. 13. Et dixit etiam in causa Vrbeuetana fideicommissi
7. Februarij 1620. coram me, & subiungebatur hanc opinio-
nem procedere † etiam quòd versemur in Statu Ecclesiæ, 32
Dec. cons. 32. numer. 1. iuncto numer. 3. in fine, Paris. cons.
16. numer. 18. & seqq. lib. 1. Castren. cons. 179. numer. 1. lib.
1. prout etiam decisiones prædictæ loquuntur de Castris
existentibus in statu Ecclesiæ, & habere locum, etiam si
agatur de Castro existente † in Sabinis, cum ibi quoque 33
extent Castra libera, teste Bart. in cons. 72. in princ. & nu-
mer. 2. lib. 1. & addebatur etiam notum esse in Latio ex-
tare Castra libera, si quidem Abbatia Cryptæ Ferratæ pos-
sidebat Castrum Ariciæ, & alia, quæ tempore Iulij II.
fuerunt alienata, & Abbatia Farfen. quoque possidet Ca-
stra libera, prout etiam Abbatia ad tres Fontes Sancti
Pauli possidebat, & adhuc possidet similia Castra, & alia
plura exempla possent recenseri, vt etiam in Sabinis pro-
bari videtur in Extrauag. vnica Ioan. 22. & ibi glos. in
verb. patrimonium de maior. & obed. Vndè tantò faci-
lius istud etiam Castrum dici posse allodiale prætende-
batur, vt in simili, quia in Austria sunt Castra allodia-
lia, & feudalia, quod † possessor possit allegare allodia- 34
litatem, & ea vti, & iuuari tradit Bald. cons. 351. inci-
pien. In bonis feudalibus, in fine vol. 1. & benè etiam ad
propositum Rosental. de feud. cap. 12. concl. 14 num. 12. &
quidam Vltramontanus in cons. 4. num. 9. lib. 1. vt etiam in
fine dicetur.

Et hoc de plano procedere dicebatur isto casu, in quo
videntur † etiam concurrere coniecturæ, & præsum- 35
ptiones pro allodialitate, vt in puncto dicunt Alex. cons.
129. col. 1. lib. 1. Menoch. cons. 409. nu 65. lib. 5. & præsumpt.
91. num. 34. cum seqq. & benè dictus Vltramontanus d. cons.
4. num 29.

Primò enim ponderatur, quòd nulla apparet inue-
stitura huius Castri, licèt pro illa reperienda fuerint
factæ plures diligentiæ per diuersos Pontifices, & maxi-
mè per Sanctiss. D. N. & propterea cùm inuestitura † 36
necessaria sit in concessione feudi, cap. 1. quibus mod. feud.
const.

conf. poss. & nulla inueſtitura appareat, Caſtrum cenſe-
tur allodiale, & non feudale Grat. *conſ. 9. numer. 113. lib. 1.*
37 Gozad. *conſ. 8. num. 21. verſ. 5. ex alio*, vbi quòd † inueſti-
tura eſt optimum ſignum ad cognoſcendum, an ſit feudum:
optimè Pariſ. *conſ. 16. numer. 13. verſ. veram, vol. 4.* Surd.
conſ. 311. numer. 10. lib. 3. Menoch. *præſumpt. 91. numer. 37.
lib. 3. & conſ. 1. num. 23. & conſ. 191. num. 16* Roland. *conſ.
50. num. 51. verſ. 6. conſiderandum eſt, lib. 3.* quod habetur du-
plicatum *conſ. 1. num. 58. vol. 4. vbi num. 9.* dicit, quòd ſine
inueſtitura, vel ſine eo, quod habetur pro inueſtitura non
38 eſt feudum, & quòd inueſtitura dicitur ſignum † neceſſa-
rium feudi, quod repetit *in conſ. 90. num. 24. & ſeqq.* Imò
ſufficeret, quòd longiſſimo tempore inueſtituræ ſuſceptæ
non fuerint, Menoch. *d. conſ. 191. num. 19. & conſ. 409. num.
75.* Surd. *d. conſ. 311. nu. 10.*
39 Secundò, quòd nullum vnquam fuit † præſtitum iu-
ramentum fidelitatis, ad quod vaſſallus obligatur, *cap. 1.
de noua forma fidelitatis*, Alex. *conſ. 30. col. pen. verſ. ad
octauum, lib. 1.* Ioann. de Anan. *conſil. 7. numer. 9. & ſeqq.*
40 Etiam quòd feudum † ſit francum, Oldrad. *conſ. 234. nu.
2.* Calder. *conſ. 7. de feud.* Bolognin. *in addit. ad conſ. 7.* Io.
de Anan. *num. 16.* Caſtr. *conſ. 312. lib. 1.* vbi loquitur etiam
quando remiſſum ſit homagium, quia adhuc tenetur ad
ea, quæ ſunt in forma fidelitatis. Et in ſpecie quòd etiam
41 hæres † teneatur renouare iuramentum fidelitatis, pro-
bat Clar. *loco ſupra allegato*, Bald. *conſ. 346. Imperator
conceſſit, in princ. lib. 1.* quo argumento vtitur Alciat *conſ.
4. numer. 35. lib. 4.* Bald. *conſ. 345. numer. 4. verſ. ad euiden-
tiam, lib. 1.* Gratian. *d. conſ. 9. num. 125. verſ. 65. lib. 1.* Gozad. *d.
conſ. 8. nu. 22.*
Tertiò, quia nulla reperitur vnquam facta recognitio
42 † feudalis, quæ arguit feudum, Oldrad. *conſ. 159. numer. 1.*
Aym. *conſ. 615. num. 6. lib. 4.*
43 Quarto, quia hoc Caſtrum non reperitur † annota-
tum in libris Cameræ tanquam feudale, & propterea ſi-
cuti illa, quæ reperiuntur ſcripta in libris Cameræ repu-
tantur feudalia, Iſern. *in cap. 1. num. 15. ex quibus cauſis
feud. amitt. in fine additionis, vbi* Afflict. *numer. 295.* Ità è
44 contrario, ſi Caſtrum in † ijs libris non reperiatur aſcrip-
tum non præſumitur eſſe feudale, *l. Titiæ textores, ff. de
legat. primo.* Ioan. Andr. Georg. *in puncto allegat. 10. nu-
mer. 8. & 9* & benè Gozad. *in d. conſ. 8. numer. 21.* Pariſ. *conſ.
23. numer. 5. lib. 1.* Grat. *dicto conſ. 9. num. 113. lib. 1.* Menoch.
*conſ. 9. num. 25. & conſ. 191. numer. 16. & præſumpt. 91. num.
37. lib. 3.* vbi quòd Caſtrum non præſumitur feudale, quan-
45 do † nulla inueſtitura ſolemnis fuit conceſſa: Maximè
verò cum in dictis libris diligenter feuda ſint deſcripta, &
temporibus ſanct. mem. Gregorij XIII. plures fuerint acce-
ptatæ deuolutiones ob lineam finitam, & ob non ſolutio-
nem recognitionum feudalium, & quotidiè hoc practica-
tur, vt in ſimili ponderat Ioan. Andr. Georg. *vbi ſupra n. 9.*
Ex quibus ſignis cùm diſtinguatur feudum ab allodio,
vt patet ex prædictis, & benè Oldrad. *conſ. 159. numer. 1.*
46 eo magis dicebatur intrare præſumptionem † pro allodia-
litate, cùm ceſſent ſigna prædicta, ex quibus probatur
feudum, vt pulchrè per Aym. *in conſ. 615. numer. 6. lib. 4.*
Nam etſi non ſemper iuramentum fidelitatis requiratur in
47 feudo: quia aliquando datur † conſuetudo, quòd ſuf-
ficiat ſemel fuiſſe præſtitum, Bald. *conſ. 301. num. 8. in fin.
48 lib. 1.* Abb. *conſ. 82. num. 7. lib. 1.* & renouatio † etiam in-
ueſtituræ poteſt conſuetudine tolli, vt per Clar. *loco ſupra
citato.* Tamen hæc poſſent conſiderari, ſi onus probandi
incumberet DD. de Vrſinis, ſed cum ipſi ſint rei, & poſ-
49 ſeſſores, altera pars † debet plenè, & concludenter pro-
bare intentionem ſuam, itaut ad effectum obtinendi non
poſſit præſumptionibus iuuari, vt ſuprà tactum fuit, &
latiùs infrà dicetur.
50 Neque obſtare dicebant, quòd licèt Caſtrum † præſu-
meretur allodiale, non tamen iuriſdictio talis præſumi de-
beat, vt per Caſtrenſ. *in conſ. 179. numer. 5. poſt medium,
verſ. ſecunda ratio, lib. 1.* Iacobin. de Sancto Georgio de
Feud. *in verb. de Caſtro tali Montis numer. 16.* Caſſan. *in
conſuetud. Burgundiæ in verb. des fiedez. rubr. 3. § 4. in verb.
pro tertia, numer. 18 pag. 433.* Capic. *in inueſtitura feu-
dal. in verb. feuda allodialia, colum penult. in princ. verſ.
excepto ſi quis teneat, pag. 43.* Mantic. *de tacit. & am-
big. lib. 23 tit. 5. numer. 23. & tit. 6. num. 50.* Cumia *de feud.
in prælud. numer. 210.* Quia reſpondebatur, quòd cum
51 Caſtra † hodie ex conſuetudine habeant iuriſdictionem
Innoc. *in cap. cum ad ſedem num. 2. in fin. de reſtit. ſpol.* Pariſ.
conſ. 10. num 23. lib 4. Ioan. Franc. à Pont. *deciſ. 2. num.
13.* & hæc iuriſdictio in dubio cenſeatur adhærere Caſtro,
Bart. *in l. inter tos, nu. 1. ff. de acquir. rer. domin.* latè Man-
tic. *de tacit. lib. 4. tit. 14. num. 11. verſ. & hæc quidem ſen-
tentia.* Ideò conceſſo † Caſtro cenſetur quoque conceſſa 52
iuriſdictio, quæ illi adhæret, Bald. *in cap. 1. num. 7. de allo-
dijs, & in cap. 1. nu. 16. de capit. qui cur. vend.* Hincque
ſicut Caſtrum præſumitur allodiale, † ita quoque illius 53
iuriſdictio, vt contra Caſtrenſ. *in dicto conſ. 179. num. 5. lib.
1.* & ſequaces defendit Ioan. Franc. à Ponte *dicta deciſ. 2.
num. 5. & ſeqq.* allegando Hoſtienſ. Innoc. Ioan. Andr.
& alios, & tradunt etiam poſt alios Ioan. Andr. Georg.
alleg. 10. num. 6. Marc. Ant. Ianuen. *practicabilium Eccle-
ſiaſticorum cap. 1. num. 2.*
Sed omiſſis etiam iſtis, & alijs pluribus, quæ dici poſ-
ſent viſum fuit, opus non eſſe, iſtam primam difficulta-
tem decidere, quia quatenus etiam (ſine veri præiudicio)
hoc † Caſtrum cenſeri deberet feudale, maximè in Sta- 54
tu Eccleſiæ, iuxtà *conſ.* Abbat. *82. lib. 1.* cuius ſententiam
ſequuti ſunt varij Doct. Nihilominus Domini, ingredien-
do ſecundam difficultatem, vnanimiter primò tenuerunt,
ex hoc non ſequi, quòd ſit feudale ex pacto, & prouiden-
tia, in quo ſtat totus cardo huius diſputationis: quia dato
etiam quòd tale præſumeretur: nihilominus hæc præ-
ſumptio non ſufficeret in caſu iſto: in quo Vrſini ſunt
rei, & poſſeſſores, & ideò D. Paulo Æmilio actori in-
cumbit onus probandi plenè, & concludenter qualitatem
illius feudi, non autē præſũptiuè tantùm, cum actor ſola † 55
præſumptiua probatione ad obtinendum non poſſit iuua-
ri, quando in eodem ſubiecto poteſt dari actus contrarius,
vt in puncto pulchrè Bald. *in conſ. 151. num. 2. & in fine lib.
1.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 5. num. 21. & tit.
28. num. 1. & ſeqq.* & fuit reſolutum *in cauſa Tiburtina
S. Angeli de anno 1551.* quæ habetur in manuſcriptis
diuerſorum, cuius meminit Contard. *de momen. poſſeſſ.
quæſt. 21.* præſertim *num. 2. verſ. his tamen non obſtanti-
bus, & num 3. & ſeqq.* & tenuit etiam Camera Apoſtoli-
ca *in cauſa Balneoregien. Caſtrorum 14. Februarii 1607.
coram Reuerendiſſ. D. Stella nunc Archiepiſcopo Cretenſi*,
quæ eſt in noſtris *rec. par. 1. deciſ. 127. n 6. & 7* & iſta eſt 56
regula generalis, vt per Achil. *deciſ. 1. de probat.* Cæſ. de
Graſſ. *deciſ. 1. nu. 17. qui fil. ſint legit.* Seraph. *deciſ. 1422.
num. 10.* licèt ſecus † eſſet, ſi D. Paulus Æmilius poſſide- 57
ret, niſi poſſeſſio eſſet vitioſa *iuxta d. conſ.* Bald. *151. in
fin.* Bellon. *conſ. 10. num. 13. verſ. 4 non obſtat.* Mantic. *d.
tit. 5. num. 18. & 19.*
Præterea ſecundò quando etiam onus probandi in-
cumberet Dominis de Vrſinis, cùm omnes admittant
ſufficere in hoc conflictu opinionum coniecturas, &
obſeruantiam, vel conſuetudinem, Albert. Brun. *conſ. 127.
col. 7. verſ. quòd ſi quartam aſſumamus, vol. 2.* vbi ſi du-
bitatur † qualis fuerit conceſſio, & cuius naturæ, re- 58
currendum eſt ad obſeruantiam ſubſequutam, ex qua
præſumitur quid prius fuerit actum, cum poſterior quali-
tas poſſeſſionis declaret quid à principio fuerit dubiæ inten-
tionis, vel quid fuerit conceſſum, cum non conſtat de ori-
gine: qualis enim fuit † vſus, & patientiæ, talis præ- 59
ſumitur præceſſiſſe Caſtris, & iuriſdictionis conceſſio,
Iſern. *in cap. 1. ſub num. 3. verſ. ſemper inſpicitur de con-
trouerſia inter maſc. & fœmin.* Bald. *in cap. 1. §. prætereà,
verſ. item nota. tit. quid ſit inueſtitura*, vbi quod dubium
qualitatis feudorum relinquitur interpretationi conſuetu-
dinis, & obſeruantiæ Port. Imol. *conſ. 145. num. 19.* vbi
quod conditio † feudorum ab ipſo vſu qualificatur. Surd. 60
conſ. 105. num. 14. & 15. lib. 1. vbi quòd ex obſeruan-
tia, & conſuetudine alteratur natura feudi, † & fit 61
alienabile, & reducitur ad inſtar patrimonialium, Roſ-
ſental. *de feu. cap. 2. concl. 63. num. 2.* Alciat. *conſ. 4. nu.
45. lib. 4.* Menoch. *conſ. 2. num. 264 & conſ. 32. num. 45. &
64. conſ. 104. num. 22. & conſ. 191. num. 19. & 79. & conſ.
454. num. 26. & præſumpt. 91. num. 38.* & fuit dictum in
cauſa *Romana legitimæ 22. Iunij 1615. coram R. P. D. meo
Veroſpio, & coram me in d. cauſa Vrbeuetana fideicom-
miſſi 7. Februarii 1620.* & dixit etiam Camera Apoſtolica
in cauſa *Spoletana Caſtri Polini, de anno 1625. coram Illu-
ſtriſſ. D. Naro Auditore Cameræ, tunc eiuſdem Cameræ
Clerico.*
Viſum fuit DD. pro Vrſinis vrgentiſſimas extare con-
iecturas, & clariſſimè probari obſeruantiam, & con-
ſuetudinem, quòd Caſtrum iſtud ſit merè, & ſimpliciter
hæreditarium, non autem ex pacto, & prouidentia,
vel mixtum.

Primò enim cum in diuisione dedicto anno 1552. prohibeant diuidentes alienationem huius Castri extra familiam, moti propter illius antiquitatem in familia Vrsina, & eiusdem principalitatem, addendo, quòd esset inconueniens, si extra illam alienaretur, hinc colligitur signum euidentissimum, quòd potuisset alienari, si non fecissent huiusmodi prohibitionem, vt benè ad propo-
62 situm Menoch. *cons.* 812. *num.* 15. Prohibitio † enim arguit, Castrum esse hæreditarium simpliciter, ex quo vti tale erat alienabile extrà familiam, *cap.* 1. *de feud. non haben. prop. nat. feud.* latè Clar. *in* §. *feudum quæst.* 31. *vers. vlterius*, & poterat alienari inter viuos, & vltima voluntate, Roland. à Valle *cons.* 79. *numer.* 20. *& seqq. lib.* 3. vbi de communi, & si non fuisset tale, sed ex pacto, & prouidentia, frustratoria fuisset d. prohibitio, cum feudum
63 † ex pacto, & prouidentia, vel mixtum non possit alienari in extraneos, Paris. *cons.* 106. *nu.* 43. *vers. nec obstat illud lib.* 1. Natt. *cons.* 301. *num.* 23. *vers. nam ad textum*, Siluan. *cons.* 15. *num.* 5. *in fine* Menoch. *d. cons.* 812. *num.* 5. Clar. *in* §. *feudum q.* 41. *num.* 3.

Et istud comprobatur, quia in eadem diuisione fuit factum fideicommissum, non solum in casu alienationis extra familiam, sed etiam in casu mortis, vt fuit resolutum *coram me* 2. *Martij* 1622. & non fuit controuersum in alia decisione 29. *Maij eiusdem anni*. Ex hoc enim fideicommisso excluditur, quòd Castrum sit ex pacto, & pro-
64 uidentia; quia si tale fuisset, fideicommisso † subijci minimè potuisset ex allegat. per Card. Mantic. *de coniect. lib.* 7. *tit.* 10. *numer.* 1. *& seqq.* Fusar. *de substitut. quæst.* 631. *per tot.* Peregr. *de fideicomm. art.* 6. *numer.* 18. Menoch. *cons.* 454. *numer.* 17. & idem etiam suadetur, quia fuit in dicta diuisione permissa permutatio Castri inter ipsos vocatos, prout in effectu illa fuit sequuta cum Castro Coresij inter Iulium, cui in diuisione peruenerat medietas d. Castri, & Paulum Æmilium seniorem, si enim Castrum, & illius iurisdictio fuissent ex pacto, & prouidentia, non potuissent permutari, quia ista est alienatio,
65 quæ in præiudicium † agnatorum ad successionem vocatorum in huiusmodi feudis est prohibita, *cap. Titius si de feud. fuit controuers. inter Dom. & agnat. cap.* 1. *de alien. feud. pater.* Iacob. de Beluisio, Martin. Laud. Aluarot. Præpositus, & alij *in cap.* 1. §. *hoc quoque*, & præsertim Bald. *numer.* 16. *& success. feud.* Maximè quia fuit etiam in dicta diuisione actum, quòd illud, quod reciperetur ex permutatione, remaneret liberum, prout obseruantia docuit; Nam permutatione facta cum Castro Coresij illud liberum remansit, & fuit alienatum. Vnde ex-
66 cluditur, quòd d. Castrum † Montis Rotundi sit ex pacto, & prouidentia, quia ad minus res permutata, & sic Castrum Coresij debuisset loco illius ad fauorem priorum possessorum supponi ex adductis per Peregr *de fideicom. art.* 40. *numer* 32. Vndè non resistit, quòd etiam fuerit actum, quòd idem Castrum Montis Rotundi remaneret eisdem oneribus adstrictum, quia sequuta permutatione, certum est, quod fiebat præiudicium successoribus Fuluij in portionem, cuius obuenerat, nec vigore dictæ diuisionis, facta permutatione cum Paulo Æmilio, dabatur amplius regressus ad Castrum filijs Iulij permutantis.

Et ista coadiuuantur etiam ex quo in ipsa permutatione fuit prohibita alienatio Paulo Æmilio seniori, & il-
67 lius hæredibus, ex hac enim mentione † hæredum colligitur signum euidens, quod Castrum sit hæreditarium, non autem ex pacto, & prouidentia, ex adductis per Clar. *in* §. *feudum quæst.* 9. *num.* 2. *& seq.* & multò magis, quia fuit etiam in ipsa dictum, quòd Castrum pleno iure, specta-
68 bat ad Fuluium, quæ verba, † *pleno iure*, idem important, quod *liberè & totaliter* Anchar. *cons.* 408. *nu.* 4. Aym. *cons.* 122. *numer.* 5. Ruin. *cons.* 100. *num.* 4. *lib.* 1. Natt *cons.*
69 301. *num.* 52. *lib.* 3. Et de concessione facta à Domino † cum his verbis, vel similibus, quod importet liberam concessionem, Dec. *cons.* 468. *num.* 12. Grat. *cons.* 98. *num.* 68. *lib.* 1. vbi in puncto de verbis, *pleno iure*. Menoch. *cons.* 1. *nu.* 12. *&* 13. Roland. *cons.* 2. *nu.* 4. *&* 5. *lib.* 1.

Secundò principaliter, quatenus testamentum Pauli Æmilij senioris per eum conditum de anno 1554. esset in forma probanti, vt per eundem D. Paulum Æmilium iuniorem prætenditur, qui illud produxit, ex illo etiam probaretur, quòd huiusmodi Castrum sit hæreditarium, quia cum hæredes instituerit Troylum, & Marium eius filios, cum substitutione superuiuentis, & cippi domus satis constat † ex hac dispositione, non fuisse Ca- 70.
strum feudale, ex pacto, & prouidentia, sed hæreditarium, vt in puncto Menoch. *d. cons.* 454 *nu* 17. Quamuis enim de hoc Castro non fuerit facta mentio specialis, tamen cum illud haberetur pro hæreditario, itaut de eo possit disponi, † veniebat in generali dispositione ex cu- 71
mulat, per Surd. *cons.* 357. *num.* 22. *& cons.* 430. *num.* 2. *lib.* 3. Et ipse D. Paulus Æmilius iunior benè agnouit hanc veritatem, cum postquam vidit se esse exclusum ex fideicommisso, quod prætendebatur ex dicta diuisione, produxerit hoc testamentum ad ostendendum, quòd Castrum esset subiectum fideicommisso in eius fauorem.

Tertiò, quia cum præfati Troylus, & Marius de anno 1566. vendiderint medietatem dicti Castri Valerio Vrsino, istud non potuissent facere, si Castrum † non fuis- 72
set hæreditarium, sed ex pacto, & prouidentia ex supra deductis, & latè Menoch. *cons.* 812. *num.* 5. Et quamuis posset dici, alienationem fuisse factam in Valerium comprehensum in dicto pacto; Nihilominus dicta † aliena- 73
tio non potuisset fieri in præiudicium filiorum, & descendentium dd. Troyli, & Marij, & sic D. Pauli Æmilij filij d. Marij, alterando formam succedendi, alienando in remotiores agnatos, vt benè per Surd. *in d. cons.* 105. *nu.* 5. *vers. secundo videtur* ibi *Saltem quoad hoc*, *&c.* & ipse Paulus Æmilius huic alienationi non acquieuisset, prout fecit, nunquam enim curauit recuperare medietatem d. Castri, quod vtique fecisset, si fuisset ex pacto, & prouidentia, cum nemo † præsumatur iactare suum, 74
certum est enim, quòd mortuo patre, si Castrum fuisset feudale, ex pacto, & prouidentia, potuisset illud recuperare, *c.* 1. §. *quoque de success. feud.* Roman. *cons.* 22. *in fin.* Dec. *cons.* 208 *in fin.* Curt. Sen. *in cons.* 50. *n.* 21. *plenè* Surd. qui alios congerit præcitato *cons.* 105. *num.* 5.

Quartò, quia Valerius, ad quem medietas Castri ex dicta alienatione peruenit, de anno 1594. condidit testamentum, in quo instituit præfatum D. Paulum Æmilium iuniorem, & D. Iordanum Cæsium, filios D. Pulcheriæ illius sororis, cum onere soluendi scuta 16 millia. Pro quo pretio emerat Castrum à prædictis Troylo, & Mario patre D. Pauli Æmilij iunioris, ad effectum extinguendi eius debita, & voluit, quòd si Paulus Æmilius renueret, censeretur priuatus, & solus Iordanus institutus, ex hoc enim duo oriuntur, primò, quòd feudum
† non sit masculinum: quia aliàs Iordanus descendens 75
ex fœmina non potuisset institui, *c.* 1. § *hoc autem notandum est*, *qui feud. dare poss.* Clar. *in* §. *feud. qu.* 73. *in princ.* Secundò, quòd non sit † ex pacto, & prouidentia: quia 76
si fuisset tale, prædictum onus non potuisset imponi. Menoch. *d. cons.* 812. *n.* 6. iunctis DD. quos allegat *nu.* 5. Eoque magis cum renuente Paulo Æmilio soluere, instituerit solum Iordanum. Nec obijci potest, quòd in institutione nulla fiat mentio de hoc Castro, nec quòd pro illo dicta summa scut. 16. millium deberet solui, & quòd dictum testamentum non habuit effectum: quia circa primum, vltra responsiones superius datas, quòd videlicet comprehendebatur † in generali institutione, cum ha- 77
beretur pro hæreditario, fuit in specie responsum, quòd ex onere iniuncto, soluendi dicta scuta 16. millia satis constat, Valerium voluisse de illo disponere, vt censuit Rota *in hac causa coram me* 29. *Maij* 1623. Et quod testamentum non habuit effectum, non afficit, quia hoc non prouenit, ex quo D. Paulus Æmilius prætenderet hoc Castrum sibi deberi, ex pacto, & prouidentia, sed quia prætendebat, illud ad se spectare, vigore fideicommissi conuentionalis facti in dicta diuisione, & vigore alterius fideicommissi, vt supra deductum fuit.

Quintò, quòd hoc Castrum esset hæreditarium clarè conuincitur ex venditione facta per Congregationem Baronum pro soluendis debitis Valerij prædicti Franciotto pro se, hæredibus, & successoribus quibuscunque, in perpetuum, sub quibus verbis comprehenduntur hæredes † 78
extranei, tàm stante dictione *quibuscunque*, ex latè cumulat per Add ad Roman. *in cons.* 31. *in verb. quacunque vers. nono pro prædictis*. vbi infinitos allegant, & testantur de communi, prout etiam de communi, & magis communi, ac magis vera Curt. Iun. *cons.* 183. *nu.* 5. *&* 6. Aym. *cons.* 414. *in princ.* vbi innumeros citat. Clar. *in* § *feudum qu.* 9. *vers. hoc præmisso*, vbi pariter multos allegat, & dicit communem, quam stante dictione,
† *in perpetuum*, quæ operatur, vt concessio transeat etiam 79
ad hæredes extraneos, Curt. Iun. *cons.* 4. *in princ.* qui dicit hanc

cit hanc

eit hanc conclusionem veram Roland. *conf.* 96. *num.* 47. *&*
48. *vol.* 1. Cou. *var. lib.* 2. *c.* 17. *num.* 5. *vers. quarta conclusio*, &
fuit resolutum in *causa Romana domus* 1. *Decembris* 1600.
coram Illustriss. Millino, & in causa *Mediolanen. bonorum de*
Buffalaria, 10. *Iunij* 1585. *coram Bubalo*. Vndè inficiari mi-
nimè potest, quin hoc Castrum fuerit habitum pro hære-
ditario simpliciter; Dicere enim, quòd venditio fuerit
facta durante linea vocatorum tantùm, & in illis terminis
intelligendam esse dictionem, *quibuscumque*, *& in perpe-*
tuum, non est verum in contractibus, quidquid dicendum
esset in dispositione legis, vt per Roland. post alios *d. conf.*
97. *num.* 48. *lib.* 1. vbi de communi testatur maximè in casu
80 isto, in quo huiusmodi intellectus † repugnat nedum ve-
risimilitudini, & quantitati pretij scut. 27. mill. quod est
verum pretium medietatis Castri, & ideò iste intellectus
non est recipiendus. Rimin. Iun. *conf.* 362. *num.* 15. *&* 16.
Alex. *conf.* 167. *num.* 3. *vers. nec obstat*, *lib.* 7. qui loquitur in
contractibus. Bald. *in conf.* 410. *circa med. vers. reuertor igi-*
tur lib. 1. vbi ad effectum cognoscendi, quantum fuerit
venditum, debet considerari inuerisimilitudo, & quanti-
tas pretij, sed etiam prædictus intellectus repugnat soli-
to Congregationis, quæ, quando alienat Castra ex pacto,
& prouidentia, pro debitis Baronum, expressè prouidet
indemnitati Cameræ Apostolicæ, prout dicitur fuisse
obseruatum in venditione Castri Silici, facta pro debitis
Fabij, & Virginij de Vrsinis Marchionis Riani, & in
81 alijs pluribus: *A solitis enim* valet † argumentum. De-
cian. *resp.* 66. *num.* 18. *lib.* 3. vbi quòd solita fieri habent sem-
per præsumptionem pro se, & plenius *conf.* 124. *num.* 7. *&*
82 *seqq. eod. lib.* vbi quòd expositio, & interpretatio † verbo-
rum, & actuum dubiorum, secundum solita fieri debent
etiam ex vnico actu.

Sextò, eadem qualitas hæreditaria simpliciter pro-
batur, quia tenutæ Turris Madunnæ, & Vallis Orna-
næ, & rata Casalis Massæ, quæ sunt portiones huius Ca-
stri, fuerunt venditæ Excellentiss. D. Principi Burghe-
sio, simul cum rata iurisdictionis, ac meri imperij, præ-
uia licentia obtenta à fel. recor. Paulo V. de anno 1620.
Vnde sicut ex hoc apparet, quòd huiusmodi membra non
sunt feudalia ex pacto, & prouidentia, ita nec Ca-
83 strum cuius sunt membra, quia † membra non debent se-
parari, nec discrepare à capite suo, *cap.* 1. 12. *dist.* & ad
propositum fuit ponderatum in causa *Cæsaraugustana Sy-*
nodi 13. *Februarij*, *&* 22. *Iunij superioris anni coram me*, &
84 vna, † & eadem res diuerso iure censeri non debet, *l. cum*
qui ædes ff. de vsucap. & in puncto Surd. *conf.* 311. *num.* 12.
& seqq. Natt *conf.* 446. *num.* 9. Et prædicta confirmantur
ex impositione census scutorum 3240. super medietate
Castri de qua agitur, & venditi Cardinali Sfortiæ,
pretio scutor. 54. mill. cum pacto expresso, quòd in
venditione huius medietatis, eiusque iurisdictionis ip-
se præferretur omnibus emere volentibus. Quæ omnia
S. m. Gregor. XV. motu proprio, & ex certa scientia
confirmauit, & approbauit, quod non fecisset, si Ca-
85 strum fuisse † ex pacto, & prouidentia, vel hæredi-
tarium mixtum propter præiudicium illorum, ad quos
successio de iure spectabat, non facta saltem mentione
de dicto præiudicio, vt benè ad propositum Seraph. *dec.*
894. *in fine*.

Septimò non est omittendum, quod cum alia medie-
tas Castri fuerit restituta tempore Pij IV. Leoni Vrsino
per verba denotantia dominium, & importantia causæ
cognitionem, vt supra ostensum fuit, & sic per Papam
expressè fuerit cognitum super qualitate hæreditaria, quia
cum Octauius Vrsinus disposuisset de alia medietate Ca-
stri illam prælegando Leoni filio, quod aliàs facere non
potuisset, si Castrum fuisset feudale ex pacto, & pro-
uidentia ex supra deductis, & Henricus frater Leonis
commisisset homicidium, & Camera prætendens esse lo-
cum confiscationi possessionem huius Castri cepisset, ha-
bitoque recursu ad Papam, & ostenso, quòd medietas hu-
ius Castri non spectabat ad Henricum, sed ad Leonem
eius fratrem vigore testamenti Octauij communis patris,
mandauerit Papa prædictum Leonem reintegrari, vt in
literis S. Caroli supra ponderatis denotantibus causæ co-
gnitionem circa ius ipsius Leonis: ex hac serie facti satis
colligitur executio testamenti, & canonizatio qualita-
tis hæreditariæ: quæ licèt concernant aliam medieta-
tem Castri; attamen optimè operantur etiam circa me-
86 dietatem de qua nunc agitur, ne vt dictum est, † vna,
& eadem res diuerso iure censeatur. Surd. *in termi-*

nis allegat. conf. 311. *num.* 12. *& seqq.* Nat. *conf.* 446. *n.* 9.

Octauò, hoc etiam probat testes examinati in causa de-
cisa per Cameram per tres sententias conformes super alia
medietate istius Castri, qui benè de illa deponunt, vt in
Summ. num. 10.

Denique tenebant etiam Domini, quòd sufficeret vlti-
mus † status hæreditarius, qui indubitanter colligitur ex 87
prædictis, ille enim est attendendus, vbi de contrario sta-
tu non constat. Ferret. *conf.* 87. *num.* 3. *lib.* 1. Decian *resp.*
73. *num.* 48. *lib.* 2. Ludou. Morot. *conf.* 30. *num.* 8. *& seqq.*
benè Bald. *conf.* 151. *num.* 2. *lib.* 1. & fuit dictum in causa
Romana legitimæ 22. *Iunij* 1615. *coram R. P. D. meo Verospio*,
& in causa *Vrbeuetana fideicommissi* 7 *Februarij* 1620. *coram*
me. Ex quo vltimo, † & præsenti statu præsumi potest 88
etiam eundem statum fuisse in præteritum. Ruin. *conf.*
143. *numer.* 20. *in fine*, *& num.* 21. *lib.* 5. Bertrand. *conf.* 7.
num. 8. *lib.* 2. *part.* 2. Simon de Pret. *conf.* 20. *num.* 4. & fuit
dictum *in Salamantina portionis* 23. *Aprilis* 1586. *cor. Robust.*

Neque prædictis obstat, quòd cum prædictæ alienatio-
nes, & gesta fuerint inter illos de familia, excludant qui-
dem Castrum esse feudale, ex pacto, & prouidentia, sed
non excludant, quòd sit hæreditarium † mixtum, de quo 89
non possit disponi, nisi inter illos de familia, non autem in
extraneos ex cumulatis per Surd. *in d. conf.* 105. *num.* 23.
Nam fuit responsum, quod si assumamus illud initium
certum dispositionis, quod habetur, hoc est prædictæ
diuisionis, in qua statuitur † quòd Castrum non possit 90
alienari extra familiam, ex hoc satis comprehenditur,
quòd Castrum erat simpliciter hæreditarium, vt supra
probatum est, & propterea licèt dispositiones sequentes vi-
deantur æquiuocæ, & possent adaptari ad feudum sim-
pliciter, & ad feudum mixtum; Attamen istud æqui-
uocum tollitur ex dicto principio diuisionis, in qua prohi-
betur alienatio extra familiam, & sic præsupponitur feu-
dum simpliciter hæreditarium; æquiuoca † enim, quan- 91
do in consequentiam rei certæ adijciuntur, secundùm il-
lam debent interpretari, *l. triticum cum ibi notat. per glos. &*
DD. ff. de verb. oblig. vbi stipulatio sequens, quando habet
aliquam incertitudinem, intelligitur † declaratur ex obli- 92
gatione præcedente, Alexand. *conf.* 200 *num.* 10. *vers. pro-*
batur lib. 6. Roman. *conf.* 121. *circa primum in fine*. Et in hoc
Iudex semper † debet animaduertere, quid ratio materiæ 93
subiectæ suadet, *glos. ordin. in l. eas causas*, *ff. de condit. &*
demonstr. idem Rom. *conf.* 376. *num.* 6. *&* 7. *vbi apostilla in*
verb. ordinaria. Et cessat difficultas, quia, non omnia
subsequuta post diuisionem sunt æquiuoca; assertiones
enim, quòd Castrum, *pleno iure*, spectaret ad Vrsinos,
de quibus supra dictum fuit, dispositio Valerij ad fauorem
Iordani Cæsij, venditio facta per Congregationem Baro-
num Franciotto, pro se, hæredibus, & successoribus qui-
buscunque in perpetuum, & protestationes factæ per D.
Paulum Æmilium, quòd volebat succedere vigore fidei-
commissorum antiquorum, ac alia nonnulla, de † qui- 94
bus supra, non sunt coniecturæ æquiuocæ, sed claræ,
excludentes mixturam huius feudi, & quæ sit ex pacto,
& prouidentia.

Et prædicta comprobantur, ex quo dictus Paulus Æmi-
lius iunior repudiauit hæreditatem Valerij, & petijt Ca-
strum ex alijs fideicommissis, vt dictum est. Vnde repu-
gnat quòd feudum † sit mixtum, quia si tale fuisset, tene- 95
batur illud petere, tanquam hæres Valerij, nec post repu-
diationem hæreditatis d. Valerij potuisset dictum feudum
petere, sed tunc demum, si ipse non fuisset institutus, sed
alius, quia licèt quando non † est delata hæreditas suffi- 96
ciat, quòd potentia quis sit hæres primi inuestiti secus
tamen est quando hæreditas est delata, & repudiatur. Ro-
land. *conf.* 53. *num.* 15. *lib.* 3. & latissimè Surd. *conf.* 5. *num.*
10. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 23. *tit.* 30. *num.* 28. *& seqq.*
qui alios congerunt, & de communi testantur, & fuit di-
ctum in *Paduana feudi* 19. *Nouembris* 1610. *coram bo. me.*
Card. Lancelloto, *& in causa Taruisina feudi* 9. *præsentis*
mensis coram me.

Nec etiam obstat, quòd cùm feudum † sit in dubio præ- 97
sumendum ex pacto, & prouidentia, non potuerit muta-
ri natura illius; sine scientia Papæ quia hoc posset consi-
derari, si constaret de inuestitura, aut alio titulo claro,
sed cùm non constet de titulo explicito, aut inuestitura
clara, † & agatur de illo cognoscendo ex obseruantia, & 98
actibus subsequutis, non videtur in his terminis necessa-
ria scientia Principis, vt dixit Rota *in d. causa Romana le-*
gitimæ coram R. P. D. meo Verospio, sicut quando non agitur

de præscribendo contra titulum , sed de demonstrando
99 qualis titulus ab initio fuerit, de quo per inuestituram expressè non constat, non requiritur scientia Principis. Oldrad. *cons. 172.num.4.vers.ad tertium, in princ.* Prout nec requiritur ad hunc effectum lapsus longi temporis . Schrader. *cons. 1.num. 228. vers. & in hac obseruantia, lib. 1.* Et in
100 omnem euentum præsumitur † scientia in casu isto ex qualitate personarum, & gestorum, vicinitate huius Castri, diuturnitate temporis, & actuum frequentia, iuxta notat per Aym. *in cons.168.num.5.& alios.* Immò etiam de scientia clarè probatur ex dicta restitutione alterius medietatis Castri, facta, præuia causæ cognitione, Episcopo Leoni Vrsino, tempore Pij IV. ex licentia vendendi hanc medietatem Castri, pro debitis Valerij concessa per fel. rec. Clem. VIII. & confirmatione facta per S. me. Paulum V. sententia lata per Congregationem ad hoc deputatam, nec non eisdem Pontificis confirmatione venditionis factę Excellentiss. D. Principi Burghesio, & ex altera confirmatione facta per S. me. Greg. XV. de quibus supra dictum fuit.

Et ita conclusum negotio maturè discusso, &c.

¶ Supra in eadem causa adest alia decisio sub die 8. Ianuarij 1627. coram eodem bo. me. Reuerendiss. Coccino est decis. 36. & infra habentur duæ aliæ sub die 25 Iulij 1627. & 3. Augusti 1627. coram eodem, sunt decisiones 100. & 316.

EMINENT. ET REVER. D. CARD. VIRILI,

Romana Domorum,

Die Veneris 25. Iunij 1627,

A R G V M E N T V M.

Fideicommissarius, ad hoc vt impediat immissionem hæredi descripto, requiritur, quod vitiosè non possideat, quod nihil sit detrahendum, & in continenti doceat de fideicommisso.

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio datur ei de, cuius possessione constat.*
2 *Possessio præsumitur continuata vsque ad obitum, etiam ad effectum immissionis, amplia n. 3.*
4 *Hæredi scripto in testamento immissio datur bonorum defuncti.*
5 *Fideicommissarius, vt sit legitimus contradictor hæredi scripto, quæ sint necessaria, & n.10.& 11.*
6 *Bona fideicommissaria possunt vendi pro debitis fideicommittentis.*
7 *Bona fideicommissaria, quando amplius non subiaceant fideicommisso, nec veniant in fideicommissi restitutione.*
8 *Causa possessionis absque declaratione immutatur ex nouo titulo.*
9 *Ex bonis fideicommissarijs, quando veniunt restituenda, quæ sint detrahenda.*
12 *Immissio ad fauorem hæredis scripti non potest impediri per ea, quæ requirunt altiorem indaginem.*
13 *Fideicommissarij possessio dicitur vitiosa, si non sit capta de manu hæredis, sed auctoritate propria.*

D E C I S I O XCIV.

HENRICVS Brunus vniuersalem hæredem instituit Archiconfraternitatem Stigmatum S. Francisci. Verùm quia Angelus Brunus sub prætextu fideicommissi Virgilij Bruni, eius patrui, & patris Henrici prætendebat vti fideicommissarium possessorem esse legitimum contradictorem ad impediendum Immissionem ad fauorem Confraternitatis. Ideò dedi dubium, an Confraternitati sit concedendum mandatum de Immittendo, & DD. affirmatiuè responderunt.

1 Nam cum constet de [illegible] † Henrici ex instrumento captæ possessioni [illegible] . 1615. *l. prædia, vbi* Bart.
2 *ff. de acq. poss.* Put. *dec.* 366. *num. 8. lib. 1.* illa præsumitur † continuata vsque ad obitum, etiam ad effectum immissionis Greg. *dec. 394. num. 4.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 44. numer. 16.* Rota *decis. 691. numer. 2. part. 2. recent.* maximè cum idem Angelus aduersarius † acceperit 3
possessionem bonorum per obitum Henrici. Gregor. *decis. 365. num. 1.*

Et consequenter Confraternitati † hæredi scriptæ in te- 4
stamento danda est immissio, *l. fin. Cod. de edict. diu.* Adrian. *tollen vb* Bart. *num.* 20. Greg. *decis. 206. num. 1.* Rota *decis. 35. nu. 20. & seqq. p. 1. & decis. 670. in princ. p. 2. recent.* Menoch. *de adipisc. remed. 4. num 368.*

Non obstat, quod Angelus Brunus vti fideicommissarius sit legitimus contradictor, quia tria † requiruntur, 5
quod non vitiosè possideat, quod nihil sit detrahendum, & in continenti doceat de fideicommisso. Bart. *in d. l. fin. num.* 27 Menoch *de adipisc. d. remed 4. num. 634. & 638* Rota *diuers. decis. 103. num. 1. p. 1.* Rota *decis. 115. num. 10. & seq. p. 1. recent.* Gant. *cons. 45. num. 24. lib. 1.*

Quoad domunculas, illæ fuerunt per hastam delibera-
tæ Ruberto primo pro † debitis Virgilij fideicommittentis 6
quod fieri potuit *l. peto §. prædium, ff. de leg. 2.* Paris. *cons. 62. num. 69 lib. 3.* Surd. *decis. 62. num. 21.* Peregrin. *de fideic. art. 4. num. 18. & 22.*

Nec facit, quòd istæ domunculæ postea peruenerint ad manus Henrici quia id fuit ex causa permutationis, nam Robertus primus permutauit Domunculas cum alijs bonis proprijs Henrici, & sic Henricus iure proprio vti Domi-
nus ex alio titulo acquisiuit domunculas, quæ sub † fi- 7
deicommisso amplius non subiacent, nec veniunt in fideicommissi restitutione, *l. qui solidum §. si creditor de leg. 2. l. quo hæredi §. cum hæredes ff. de condit & demonstrat. l. debitum ff. ad Treb.* Seraphin. *decis. 1344 num. 3. & 4.* Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 8. num. 18 & 19.* Corn. *cons. 196. num. 15. lib 2.*
ex nouo enim titulo † permutationis Henricus dicitur iu- 8
re proprio immutasse causam possessionis etiam absque declaratione, Dec. *cons 302. num. 22.* Rot. *recent. decis. 623. num. 5. p. 1 & decis. 741 num. 8. p. 2.*

Præsertim, quia Henricus metu mandati tres ex supradictis domunculis iure proprio ex causa permutationis acquisitis dedit creditoribus Virgilij fideicommittentis, vnam videlicet Deodatæ Brunæ filiæ naturali Virgilij creditrici in scut. 100. & alias duas Francisco Brunu filio naturali Virgilij pro alimentis per Iudicem taxatis ad scut. 4. quolibet mense, & sic pro istis, &
alijs debitis solutis, ac etiam pro dote † materna re- 9
stitutа, ac pro impensis funerum competit Confraternitati detractio, Gregor. *decis. 421. numer 1. & seqq.* Rota *d. decis. 115. num. 2. part. 2. recent.* & sat est, quòd ex supradictis ius fideicommissarij super istis domunculis sit turbidum, & detractio sit colora-
ta, ne † impediatur immissio Confraternitati hæredi 10
scriptæ Rot: *d. decis. 115. num. 10. & p. 2. n. 11. & decis. 36. n. 1. p. 1. rec.* Greg. *dec. 206. n 12. & ibi* Add.

Colorata quoque est prætensio deductionis † legitimæ 11
nam licèt testator prohibuerit detractionem legitimæ cum dictione, *ideò, &c.* sat est, quòd non sit adiecta conditio, quòd si filius nolit hæreditatem cum prohibitione legitimæ, habeat legitimam tantum, prout requiritur Peregrin. *de fideicom. art. 36. num. 26.* Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 8. num. 11.* Rot. *decis. 653. num. 13. & decis. 206 num. 4. & dec. 479 num 8. p. 1. recent.* Greg. *decis. 489. vbi add.* fuit dictum in *Romana legitimæ 11. Nouemb. 1609. coram Reuerendiss. Manzanedo.*

Nec obstat, quòd Henricus consumpserit legitimam cum alienationibus bonorum, & fuerit redintegratus pro
debitis solutis, quia de istis non constat, † & requirunt 12
altiorem indaginem, quo casu immissio ad fauorem Confraternitatis retardari non potest. Rot. *recent. d. decis. 36. num. 1. p. 1.* Seraphin. *decis. 271. num. 5.* præcipuè cum possessio fideicommissarij sit vitiosa vti capta non de manu hæredis, sed auctoritate propria *l. 1. vbi* Bart. *ff. quorum legat.* Rol. *cons. 78. num. 14. lib. 3.* Seraphin. *d. decis. 271. num. 3.* Rota *d decis. 115. num. 3. par. 1. recent.* Gregor. *d. decis. 206. num. 7.*

Et ita vtraque parte, &c.

ILLV-

ILLVSTRISS. P. D. MANZANEDO

Patriarcha Hierosolymitano.

Cæsanaten. Pecuniaria.

Die Lunæ 28. Iunij 1627.

A R G V M E N T V M.

Amissus occasione ludi alearum quis non tenetur soluere, etiam si adsint contractus, promissiones, vel quoque instrumenta, & si sit solutum, repeti potest intra 40. annos.

S V M M A R I V M.

1 *Ludus alearum, & laicis, & clericis probibitum est.*
2 *Ex Ludo alearum nulla oritur actio.*
3 *Ludi occasione, si sint celebrata contractus, promissiones, & instrumenta, omnia sunt irrita, & inania.*
4 *Pecuniæ occasione ludi alearum solutæ, possunt repeti.*
5 *Et huic repetitioni locus est de iure communi intra 40. annos.*
6 *Victus in alearum ludo, si potest repetere pecuniam amissam, multo melius poterit iustè illam retinere.*
7 *Frustra petitur, quod statim, quis restituturus est.*

DECISIO XCV.

REVER. P. D. Baffadius tanquam creditor prætextu
causæ mutui scutorum auri 2600. quondam Comi-
tis Laurentij Rouerelli obtinuit contra illius bona hære-
ditaria ab A. C. relaxari mandatum executiuum pro dicta
summa, à quo decreto fuit per illius filios, & hæredes
appellatum, & causa mihi commissa cum clausula, *si quid
exequendum*, ad instantiam d. D. Baffadij dubium hodie
in Rota proposui: An prædictum decretum A. C. exe-
quendum esset, & fuit per Dominos contra ipsum capta
resolutio, nempè dictum decretum non esse exequen-
dum; nam etsi mutuum videatur per apocam à d. Com.
Laurentio subscriptam, & obligatione Camerali muni-
tam iustificari; nihilominus DD. inclinarunt in supradi-
ctam sententiam, moti ex eo, quod constat ex quodam
summario testium, quod absque aliqua alia scriptura da-
tum fuit nomine filiorum Com. Laurentij, mutuum præ-
dictum non fuisse reale, quin paliatum; quia primus testis
super 25. & 36. dicit, Dominum Baffadium eidem testi di-
xisse, lusisse Romæ cum Præfato Com. Laurentio alea-
rum ludo, ipsique vicisse scut. 2600. auri Iuliorum duode-
cim pro scuto, cum quo concordat quintus testis super 21.
& super 35. vnde apparet, quòd causa vera, ex qua trahit
originem apoca, & consequenter obligatio Com. Lauren-
tij procedit ex ludo alearum, vt expressè dicit etiam pri-
mus testis super 35. & quintus super 51. Nec dissentiunt
testes dati pro D. Baffadio Summ. illius num. 8. quem lu-
1 dum, & † laicis, & clericis prohibitum probat tex. *in l. fin.
C. de relig. & sumpt. funer. cap. clerici il 2. de vit. & honest.
cler.* docet Nauar. *in manuali 2. p. cap. 20. num. 6.* & quam plu-
res cumulat Farin. *in prax. crim. tom. 1. quæst. 109. num. 7.* &
2 hinc est † quod ex eo nulla oritur actio *ex d. l. fin C. de relig.
& sumpt. funer.* & quod contractus, promissiones, & in-
3 strumenta eius occasione celebrata † irrita sunt, & inania,
glos. in d. l. fin. verb. instrumenta l. in quibus in fin. ff. de aleat. la-
tè Farinac. *vbi supra numer. 203. & seqq. & est decis. S. me.
Gregor. XV. 47. num. 2. & 3.* Quod est adeò verum, vt si pe-
cuniæ, & scuta prædicta soluta essent D. Baffadio, adhuc
4 daretur filijs d. Comitis victi contra † illum repetitio amis-
sæ pecuniæ *ad text. in d. l. fin. §. commodis igitur*, ibi, *sed
solutum reddatur, & actionibus competentibus repetatur glos.
in d. cap. clerici, verb. ad aleas, versic. sed numquid de vit. &
honest. clericor.* Farinac. *vbi supra numer. 175.* qui pro hac
sententia adducit concordantes; optimè Gutier. *de iura-
ment. confirmat. p. 1. cap. 53. numer. 1.* vbi quod prædictæ
5 repetitioni † est locus de iure communi intra quinquagin-
ta annos, & allegat *text. in auth. alearum vsus, C. de relig.
& sumpt. funer.* quod etiam dicitur *in d. l. fin. eod. tit.* Qua-
re inferebant Domini, & benè, quod si victus in alearum
ludo † amissam pecuniam repetere potest vt supra osten- 6
sum fuit, multo melius poterit illam iustè retinere: quia
frustra quis petit, † quod statim restituturus est, *l. qui se* 7
soluit. ff. de solut. l. solo, ff. de dol. except. notat Couar. *in
reg. peccatum 2. p. §. 4. n. 8. & Gutier. vbi sup. sub d. n. 1.*

Vlterius considerabant Domini mutuum præfatum ex testium supradictorum depositione non apparere verisimile: cum dicant inter DD. Laurentium, & Baffadium amicitiam talem non adfuisse, vt præsumi possit illi gratis tantam summam voluisse mutuare, & quod Com. Laurentius erat persona commoda, & diues, qui non indigebat pecunijs prædicti D. Baffadij, nec cuiusuis alterius: necnon dicant etiam D. Baffadium tempore mutui non ita diuitijs abundare, nec facultates eidem suppetere, vt posset mutuo dare quantitatem ita considerabilem.

Et ita conclusum, &c.

EMINENT. ET REVER. D. CARD. VIRILI.

Romana Hæreditatis de Arigonijs.

Die Lunæ 28. Iunij 1627.

A R G V M E N T V M.

Agitur, in quibus casibus, & qualiter sit facienda recognitio manus testatoris, in testamento ab ipso scripto, vel subscripto.

S V M M A R I V M.

1 *Testator, si coram Notario, & testibus dicat se testari, prout continetur in schedula scripta, vel subscripta ipsius manu, quam dimisit penes tertium, tunc qualiter sit facienda recognitio manus, num. 2.*
3 *Testator, si dicat, se testari iuxta schedulam dimissam penes tertium, & nihil addat, de ipsius scriptione, vel subscriptione, tunc quo ad veritatem statur iuramento tertij.*
4 *Et an hoc casu debeant concurrere etiam coniecturæ.*
5 *Testator, si tradat schedulam Notario coram testibus, dicendo esse sua manu subscriptam, tunc non est opus alia recognitione, num. 6. & num. 9. & cum sufficiat rogitus Notarij, num 7.*
9 *Identitas, & manus testatoris, qualiter probetur quando testator testam. tradidit Notario coram testibus, asserendo esse subscriptum manu sua.*
10 *Præsumptio suppositionis in testamentis nuncupatiuis, quando cesset.*
11 *Dictio, dicti, est repetitiua supra expressorum.*
12 *Dictio, dicti, verificari non potest, in non supra expressis.*
13 *Comparatio literarum est fallax, & periculosa.*
14 *Paris. in consil. 19. num. 3. lib. 3. declaratur.*
15 *Rubr. Alexand. consil. 14. declinatur.*

DECISIO XCVI.

DISPVTATO dubio, An sit deueniendum ad comparationem manus bo. mem. Cardinalis Arigonij, Domini negatiuè responderunt distinguendo tres casus.

Primus est, quando † Testator coram Notario, & se- 1
ptem testibus dixit se facere testamentum, prout contine-
tur in schedula confecta, vel subscripta manu ipsius testa-
toris, quam dimisit penes Guardianum Fratrum Mino-
rum, vel alium tertium, & in hoc casu, quia schedula est
incerta, & absens ab oculis Notarij, & testium, & Testa-
tor asseruit, quod erat scripta, vel subscripta sua manu,
tunc vt illa schedula absens reddatur certa, & Guardian.
aliam non supponat, vel † fit recognitio per comparatio- 2
nem, vel iudex recurrit ad coniecturas etiam absque
comparatione, cum Doct. alternatiuè loquantur, quia
schedula est incerta, & absens ab oculis Notarij, & te-
stium, & Testatur asseruit, quòd erat scripta, vel subscripta

ſua manu, tunc vt illa ſchedula abſens reddatur certa, &
Guardianus aliam non ſupponat, vel ſit recognitio per
comparationem, vel iudex recurrit ad coniecturas etiam
abſque comparatione, cum Doct. alternatiuè loquantur.
Bart. *in l. ſi ita ſcripſero, num. 1. verſ. ego dico, ff. de condit.
& demonſtrat.* Paul. de Caſtr. *in l. hæredes palàm num. 2. verſ.
ſed Bart. ff. de teſtam.* Soccin. Sen. *conſ. 142. num. 6. & 7. lib. 1.*
Lana *conſ. 1. poſt tract. de form. teſtam. nuncup. num. 62. & 66.*
Rub. Alex. *conſil. 14. num. 7. & 9.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 2.
§. 17. num. 53. & præcipuè verſ. hinc infero*, ſed iſte non eſt
caſus noſter.
3 Secundus caſus eſt, quando † Teſtator refert ſe ad
ſchedulam dimiſſam penès Guardianum, vel tertium,
ſed non dicit eſſe ſcriptam, vel ſubſcriptam manu ipſius
Teſtatoris, & tunc quia non agitur de manu Teſtatoris,
ſtatur iuramento Guardiani, vel tertij de quo Teſtator
confidit. Pau. de Caſtr. *in d. l. hæredes palàm num. 3.* Soc.
Sen. *d. conſ. 142. num. 7. lib. 1.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. d. §. 17.
4 num. 53. circa med.* qui vltrà iuramentum † vult, quod con-
curraot etiam coniecturæ, ſed iſte quoque non eſt caſus,
de quo agitur, cum ſit in ſchedula incerta, & abſeote ab
oculis Notarij, & teſtium.
Tertius caſus eſt, qui eſt caſus noſter, quando ipſemet
5 † Teſtator ſchedulam, vel plura folia inſimul conſuta, &
ſigillata tradidit Notario coram teſtibus, dicendo eſſe ma-
nu ſua ſubſcripta, & illud eſſe ſuum teſtamentum nuncu-
patiuum, hoc enim in caſu, cum ipſa ſchedula, vel folia
ſint præſentia, & ſubijciantur oculis Notarij, & teſtium,
& Teſtator dicit, quod adeſt ſubſcriptio propria manu, il-
ludque eſſe ſuum teſtamentum nuncupatiuum, non re-
6 quiritur aliqua † recognitio, nec comparatio literarum,
quia tunc folia ſunt certa tam ex præſentia, & viſione il-
lorum per Notarium, & teſtes, quàm ex aſſertione ipſius
Teſtatoris dicentis, propria manu ſubſcripſiſſe, & propte-
7 rea ſufficit rogitus † Notarij, quia ſchedula, & folia ſunt
præſentia, & teſtator aſſeruit de ſubſcriptione, ita *Lana d.
conſ. 1. poſt tract. de form. teſt. nuncup. num. 39. verſic. verum
his non obſtantibus, & num. 41. verſ. ſic probatur, & num 66.
verſ. & hæc doctrina, & num. 67.* vbi ponderat differentiam
quando ſchedula erat abſens apud Guardianum, vel quan-
do fuit præſentata cum rogito Notarij, *& num. 70. idem* La-
na *d. tract. de form. teſt. num. 26. verſ. ideo dixi num 28. & 29.*
vbi dicit etiam, quòd ſtante præſentatione ſchedulæ fa-
cta Notario cum rogitu efficitur Notarius illius Dominus
8 & quòd ſufficiat † aſſertio Teſtatoris coram teſtibus, quòd
ſchedola, vel folia ſint ſubſcripta manu ipſius tradit Alex.
conſ. 176. nu. 6. verſ. quia reſponderi poteſt, lib. 5. Lana *d. conſ.
1. num. 41.* Ang. *in l. comparationes, num. 10. verſ. & hoc eſt ve-
rum, C. de fideicomm. inſtr.* Caſtr. *in auth. at ſi contractus, nu.
2. C. eod.* Bart. *in l. exercendis num. 1. eod. tit.* præſertim quia
Notarius adimpleuit cautelam cum in dorſo foliorum
ſcripſerit rogitum cum ſubſcriptione teſtium, & ipſiuſmet
9 Cardinalis, ideo probatur † identitas, & non requiritur re-
cognitio. Clar. *in §. teſtament. quæſt. 4. verſ. ſed pone* Man-
tic. *de coniect. lib. 1. tit. 7. num. 7. circa med.*
Ratio autem differentiæ duorum primorum caſuum
cum illo tertio, illa eſt quia in illis duobus primis, nec
Notarius, nec teſtes viderunt ſchedulam abſentem, vel
folia, nec folia fuerunt conſuta & ſigillata, nec conſigna-
ta, & præſentata Notario, in tertio verò caſu teſtes vide-
runt folia conſuta, & ſigillata, & Notarius fuit rogatus
10 de præſentatione illorum, vnde † ceſſat omnis ſuſpicio
ſuppoſitionis, vt conſiderat. Lana *in locis ſup. cit. &* Pariſ.
conſ. 19. num. 26. & 29. lib. 3.
Vlterius cum vt ſupra firmaui etiam in primo caſu, vel
comparatio, vel coniecturæ ſufficiant; tres hic potiſſimæ
videntur coniecturæ vrgentiſſimæ. Prima eſt, quia in-
formantes pro Macchiauella, & conſortibus, admit-
tunt veritatem primi folij, & ſubſcriptionem Cardinalis
in dorſo primi folij eſſe manu Cardinalis, cum qua volunt
facere comparationem alterius ſubſcriptionis in ſecundo
folio, vndè omiſſo quod oritur eadem coniectura veritatis
in ſecundo folio, cum in vltima linea primi folij à tergo
dicatur, *Inſtituo, & nomino hæredes dictos Ciriacum*, & in
initio primæ lineæ ſecundi folij dicatur, Rocci, quod eſt
cognomen Ciriaci, & ſubſequatur, *Antonium Rocci fra-
trem, & Diomedem, ac Ioannem Petrum Vareſium*, vtique
ob illa dictionem, *dictos* appoſitam in vltima linea primi
folij excluditur omnis ſuſpicio ſuppoſitionis in ſecundo
11 folio, cum ſit † repetitiua perſonarum ſupranominata-
rum *l. qui liberis §. hæc verba, ff. de vulg. l. fin. C. de inſtitut.
& ſubſtitut.* Ruin. *conſ. 148. num. 5. lib. 5.* Rota *diuerſ. deciſ.
49. num. 3. part. 1.* Gregor. *deciſ. 495. num. 7.* vndè expreſſio
in ſecundo folio cognominis Ciriaci, & Diomedis ſupra in
primo folio nominati benè correſpondet dictioni, *dictos*,
nec poſſunt Macchiauella, & conſortes prætendere inſti-
tutionem ad eorum fauorem, cum nunquam ſupra fuerint
nominati, & ſic dictio, *dictos* † in illis verificari nullo mo- 12
do poſſit Aym. *conſ. 98. num. 8.* Corn. *conſ. 146. num. 5.
lib. 2.*
Secunda coniectura eſt, quia frater Paulus Sulmona,
qui fuit præſens, quando Cardinalis Arigonus conſignauit
folia Notario, dicit Cardinalem dixiſſe ob incommodita-
tem, quia iacebat in lecto, non ita bene ſcripſiſſe, ſed ſuf-
ficere quòd poterat legi, vnde † comparationi literarum 13
remedio non ſolùm ſubſidiario, ſed fallaci, ac periculoſo
teſtamentum ita certum non erat committendum, *l. com-
paratione, vbi* Cin. *num. 13.* Odofr. *num. 10. C. de fideicomm.
inſtr.* Menoch. *de arbitr. caſu 114. num. 14.* Soc. Sen. *conſ. 142.
num. 7. lib. 1.* Afflict. *deciſ. 181. num. 5.*
Tertia coniectura eſt, quia folia fuerunt conſuta, & ſi-
gillata cum rogitu à tergo, & poſtea aperta poſt obitum
Cardinalis coram teſtibus, vndè excluditur ſuſpicio ſup-
poſitionis aliorum foliorum.
Non obſtat Pariſ. † *conſ. 19. num. 33. & ſeqq. lib. 3.* nam lo- 14
quitur quando ſchedula non fuit oſtenſa teſtibus, vt *num.
26. verſ. nec fuerit ipſis oſtenſa*, & loquitur etiam quando
folium non fuit clauſum, & ligatum, vt *d. n. 26. verſ. nec etiã
apparet*, & etiam loquitur quando folium fuit relictum in
domo, in qua intereſſati potuerunt ſupponere aliam ſche-
dulam, vt *num 29.* vndè facit pro non comparatione, cum
folia fuerint oſtenſa teſtibus conſuta, & ſigillata, & reman-
ſerint ſub cuſtodia Notarij rogati, non in domo Teſtato-
ris.
Nec obſtat Rub. Alex. *conſ. 14.* quia non loquitur quan-
do folia fuerunt conſuta, & ſigillata, & conſignata Nota-
rio coram teſtibus per teſtatorem aſſerentem fuiſſe ſubſcri-
pta ſua manu, nec etiam loquitur quando Notarius adhi-
buit cautelam apponendo rogitum in dorſo cum ſubſcri-
ptione Teſtatoris, & teſtium, nec quando concurrunt tot
coniecturæ ſupradictæ. Ex quibus vtraque parte infor-
mante, &c. ita fuit reſolutum.

R. P. D. MERLINO.

Alexandrina Archipresbyteratus.

Die Lunæ 28. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio de facto poteſt continuari, ſi ſu-
peruenIat nouus titulus, & opus non
eſt, vt hoc caſu, quis exeat de poſ-
ſeſſione, & poſtea ingrediatur. Poſ-
ſeſſio, quæ capitulariter eſt capienda
quando non eſt neceſſe, vt eo modo
capiatur, vel quando habeatur pro ca-
pta.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio, vt ſit capta capitulariter, ex quibus probe-
tur.*
2 *Poſſeſſio renuntiata, an ſit manutenibilis.*
3 *Poſſeſſio eſt quid diuerſum, à cauſa poſſidendi.*
4 *Poſſeſſionem ſuam, quis poteſt de facto continuare, ſu-
perueniente nouo titulo.*
5 *Poſſeſſionis cauſa ipſo iure præſumitur mutata, ſuperue-
niente nouo titulo, abſque alia declaratione.*
6 *Poſſeſſionis nouus titulus, ſi ſuperueniat, opus non
eſt, vt quis exeat de poſſeſſione, & poſtea ingre-
diatur.*
7 *Canonicus falſus, qui diu ſtetit in poſſeſſione, & deinde
à Papa obtinuit prouiſionem, tunc non eſt neceſſaria no-
ua poſſeſſio, & inſtallatio.*
8 *Bald. in l. 2. num. 63. C. de ſeru. & acqu. quando, non
procedat.*
9 *Manutentio danda eſt ad ſtatum poſſeſſionis, & nu-
mer. 20.*

10 In

DECISIO XCVII.

MASSOBRIVS fuit præsentatus ab Arnutio,
& ab Episcopo obtenta institutione, apprehendit
capitulariter possessionem Archipresbyteratus, pluresque
actus concernentes officium huiusmodi dignitatis, nec-
non etiam curam animarum illi annexam exercuit: Ve-
rùm monitus assertum iuspatronatus non subsistere: imò
cum vacatio contigerit de mense Augusti, illius collatio-
nem spectare ad Sanctissimum, ab eo impetrauit prouisio-
nem cum solito tamen Decreto, quòd renunciaret d. præ-
sentationi, prout his verbis decreto paruit: *Renunciauit
Præsentationi, & Institutioni, ac Possessioni exindè secu-
tæ, & d. Archipresbyteratum, vti reseruatum, & non
aliter, in futurum possidere velle declarauit.* Et continuan-
do in reali possessione, post huiusmodi renunciationem,
interfuit choro, processionibus, & alijs functionibus
capitularibus. Vndè fuit dubitatum: An eidem Masso-
brio dandum esset mandatum de manutenendo: Et DD.
ter, ac maturè discusso articulo, affirmatiuè responde-
runt.

De possessione enim illius non potest dubitari: Et con-
stat de prima apprehensione solemniter, & capitulariter
facta: Et post renunciationem dantur testes, qui depo-
nont de visu, quod Massobrius tamquam Archipresby-
ter interuenit publicis functionibus cum alijs Canonicis:
Et constat quod congregato Capitulo pro tradenda posses-
1 sione alteri Canonico, idem Massobrius recepit iuramen-
tum ab eo, ex † quibus actibus factis præsentibus alijs Ca-
nonicis probatur possessio capitulariter capta, Rota *dec.
17. de præb. in nou.* Cassad. *dec. 8. de cau. possess. & decis. 5.
nu. 3. de iurepatr.* Verall. *dec. 27. lib. 5. in manuscr. & cor.
Reuerendissimo D. meo Decano decis. 235. num. 52. in eius im-
pressis.*

Nec obstare visum fuit, quod pro Scipione adduceba-
tur, scilicet primam possessionem Massobrij capitulariter
captam non esse attendendam, nec manutenibilē, cum illi
2 † renunciauerit, nec etiam secundā postquā renunciauerit,
quia non fuit appræhensa capitolariter, & actus illi, quam-
uis gesti præsentibus Canonicis, non tamen sunt gesti cum
scientia eorumdem, quòd scilicet Massobrius possideret
in vim prouisionis Apostolicæ, cum potuerint credere ip-
sum continuasse tamquam præsentatum a patrono; Quo-
niam & vtramque possessionem Rota credidit validam es-
se, ac manutenibilem.

Et quoad primam aduertendum est Massobrium non
renunciasse possessioni reali, & illi, quæ de facto est, vt
apparet ex illis verbis, *Renunciat præsentationi, institutio-
ni, ac possessioni inde secutæ, & declarat se velle possidere
d. Archipresbyteratum tamquam reseruatum*, vnde non
possessioni in totum, & absolutè renunciauit, sed pos-
sessioni tamquàm ex antecedente præsentatione proue-
nienti, & sic solummodò renunciauit titulo, & causæ
3 possidendi, † quæ causa possidendi est quid diuersum ab
ipsa possessione *l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquir. pos-
sess.*

Et iure meritò Massobrius, superueniente sibi nouo
titulo, scilicet prouisione Apostolica, potuit continuare
4 possessionem † ipsam de facto, mutato solum primo iure,
& titulo possessionis, *l. non solum, §, quod vulgo, ff. de
vsucap. l. 3. §. illud, l. qui bona, §. 1. cum ibi not. ff. de acquir.
poss.* Rot. apud Achil. *decis. 4. de caus. possess. & propr.* Put.
*decis. 165. num. 3. lib. 1. decis. 441. eod. & in recent. decis.
200. num. 8. par. 1.* Gabr. *cons. 51. nu. 1. & 28. lib. 5.* Quæ
mutatio ipso † iure statim facta intelligitur, data notitia 5
secundi tituli, etiam absque alia declaratione, *iuxtà cons.
Decij 400. quod sequitur* Rota, *vt per* Achil. *d. decis. 4* Put.
d. decis. 441. lib. 1. Cresceo. *decis. 168. alias 5. de rest. spol.*
Rota *decis. 224. num. 2. par. 1. diuers. & decis. 601. num. 3.
part. 3.* Card. Mantic. *decis. 71. num. 1.* neque opus erat, vt
exiret † de possessione, & postea iterum ingrederetur *ad l. 6
cum nemo, & ibi glos. in verbo extrinsecus, C. de acq. possess.*
Put. *d. dec. 441. lib. 5. &* Achil. *d. decis. 4. vbi quòd hæc opi-
nio est magis æqua, & consona iuribus, & semper seruatur*
à Rota, *vt in decis. 345. num. 4. & decis. 613. num. 5. par. 1.
& decis. 143. num. 4. part. 2. diuers. & in Tuden. Parochialis
4. Nouembris 1592. coram bon. me. Card. Pamphilio, in qui-
bus fuit reprobatum cons. 231. lib. 5.* Soccin. Senior *contra-
rium sentientis.*

Et in puncto dixit Baldus *in l. 2. n. 63. vers. sed pone, C.
de seru. & aqua.* Quod si falsus Canonicus † diù stet in pos- 7
sessione, & deinde à Papa obtinuit prouisionem, non est
necessaria noua apprehensio, & installatio, quia ipso iu-
re fit quædam conuersio ex nouo titulo superueniente, &
Baldum sequitur Crauetta *cons. 171. num. 1. vers. secundo
pro hac*, & licet sub *num. 19.* declaret Baldi † sententiam 8
non procedere quando ante prouisionem Papæ ius tertiò
fuerit quæsitum, & Crauettam sequatus Riminald. Iun.
cons. 100. nu. 25. attamen non applicatur casui nostro hæc
limitatio, quia ante prouisionem Apostolicam Massobrij
nullum ius erat quæsitum Scipioni: & propterea si Mas-
sobrius retinuit possessionem de facto, mutauitque sibi
solummodo ius, & titulum possidendi, adhuc ei manu-
tenijo † danda est ad statum suæ possessionis *cap. quære- 9
lam cum ibi not. de elect. l. Aquilius, vbi* Castr. *num. 5. ff. de
donat.* Cassad. *decis. 54. nu. 8. super reg. &* Rota *coram san.
mem. Greg. XV. decis. 560. n. 1.* In manutentionem † enim 10
nullum factum, & sola detentio consideratur Castr. *in d.
l. Aquilius sub nu. 5. de donat.* Cephal. *cons. 16. sub num. 5.
lib. 1.* Card. Seraphin. *decis. 582. num. 5.* Rota *diuers. decis.
50. num. 29. & decis. 64. num. 2. par. 2.*

Hæcque videntur certiora euadere, quia Massobrius
sibi prouidit, & conseruauit suam primam possessionem
de facto per declarationem, quòd volebat possidere ex ti-
tulo prouisionis Apostolicæ Archipresbyteratum, quem
prius possidebat ex titulo præsentationis, & in eodem in-
stanti renunciat, & declarat, & sic renunciatio est cor-
respectiua ad declarationem: eatenus enim renunciauit,
quatenus credidit esse consultum suæ possessioni, & con-
tinuationi. Sicque hæc declaratio non suffragaretur, re-
nunciatio quoque ex defectu consensus non operaretur,
& consequenter primam possessionem à se non abdicasset
Massobrius; Ad dimittendum enim † possessionem re- 11
quiritur animus *d. l. 3. §. in amittenda vbi* Alexand. *ff. de
acquir. possess.* Cassad. *decis. 4. numer. 3. de restitut. spoliat.*
Paris. *cons. 114. num. 7. lib. 4.* Rota *apud* Achil. *decis. 11. de
pens.* & renunciatio strictè est interpretanda, vt minus
lædat renunciantem quàm fieri possit, *l. si domus, ff. de
seruitr. vrban. præd.* Becc. *cons. 111. numer. 31.* Surd. *cons.
446. num. 22* & propterea renunciatio † restrictioè ad præ- 12
sentationem, & possessionem indè secutam, non est de-
trahenda ad omnem possessionem ad Clemen. *quod circa
de elect.* Bald. *in l. 2. num. 2 C. de leg.* Roland. *cons. 86 num.
33. libr. 2.* Et hæc duo, scilicet, quòd quis renunciet præ-
sentationi, & possessioni indè secutæ, & quòd velit possi-
dere ex prouisione Apostolica, non inuicem repugnant,
quia vult insistere in possessione de facto, & reijcere pri-
mum titulum possessionis.

Secunda quoque possessio (scilicet postquam renuncia-
uit) est † manutenibilis, quia etiam liberè cedens, & 13
renuncians, licet dicatur perdere dominium, & posses-
sionem, saltem de iure, attamen si postea incumbat de
facto, & realiter inhæreat possessioni, adhuc ad statum
est manutenendus; imò, † & reintegrandus si spolietur 14
Innoc. *in cap super hoc de renunciat.* Calder. *cons. 4. eod.
tit. & sequitur* Rota *decis. 1. numer. 2. in nou. eod. tit. &*
Cassad. *d. decis. 4. de restit. spoliat. num. 2. & 4 versic. cre-
dit tamen*, vbi firmat dictum Innocentij procedere † etiam 15
in beneficialibus, si incumbens possessioni de facto habeat
titulum præsumptum: vndè multò magis quando habet
verum,

verum, & canonicum ex prouisione Apostolica, & sequitur Gomes. *super reg. de ann. q. 57. in princ.* Parif. *de resignat. lib. 1. quæst. 5. num. 28.*

Neque obstat quòd renunciatio Massobrij fuerit in executionem decreti litterarum Apostolicarum, in quibus
committitur Executori, vt Massobrium introducat in
possessionem: quia acquisitio nouæ possessionis de manu
Executoris non contradicit retentioni primæ possessionis
16 naturalis; Et menti † Papæ aliquibus ex Dominis satisfactum videbatur, si intelligatur dictum decretum ad cumulandum possessionem possessioni *ad trad. per* Cassad. *d. decis. 4. nu. 12. & seq. de restit. spoliat.* Menoch. *de adipisc. rem 4. q. 43. num. 337. & seq.* Gabr. *concl. 7. nu. 6. de acqu. poss.* vbi quòd vtraque possessio de per se est considerabilis.
17 Et demum in hoc † summarijssimo iudicio retinendæ attendi debet quod Massobrius fecit, non quod facere debebat.

Nec obstat quod Canonici ignorauerint, vel ignorare
potuerint huiusmodi mutationem tituli in Massobrio,
quoniam, quicquid sit an requiratur talis scientia, &c.
18 ex tot actibus, & ex ipsa facti serie, scientia † hæc benè
inferri, & præsumi potest Abb. *in cap. cum Ecclesia, nu. 25. de caus. possess.* Rot. *dec. 179. num. 2. par. 1. diuer. & dec.*
19 *685. nu. 4. par. 1. recent.* Præsertim quia non agitur † de apprehensione de nouo facienda, sed de continuanda possessione, mutato solum titulo Innoc. *in cap. benè il 2. num 6. vers. pro prima de postul. prælat.* Ripa *in cap. cum Ecclesia Sutrina, num. 64. vers. tertiò declara de caus. poss. & propr.*
20 & agitur ad effectum manutentionis, † quæ datur ad statum vt dixi, quo casu nec scientia videtur necessaria, *iuxtà* Rota *decis. 17. n. 7. par. 2. diuer.* à qua nec recessit in *recent. d. decis. 685. n. 4. par. 1.* Et in plenario possessorio poterit Massobrius docere de scientia Capituli.

His etiam intelligitimus non obstare quòd capitulari-
21 ter † non fuerit apprehensa possessio per Massobrium,
iuxtà decis. 8. Cassad. *de caus. poss.* Quoniam si attendimus
primam possessionem, illa fuit capitulariter appræhen-
22 sa, & in mutatione tituli non est opus noua † apprehensione, & installatione, vt suprà ex Bald, & Crauetta dictum est: Si verò actus posteriores consideremus tamquam inducentes secundam, & nouam appræhensionem possessionis, non autẽ continuatiuè ad primã possessionem capitulariter obtentam; tunc sat est quòd Massobrius pe-
23 tierit manuteneri, & quatenus opus † sit admitti capitulariter, ipsique, Canonici nulla vrgente ratione denegauerint huiusmodi capitularem receptionem, hoc enim casu habetur pro capitulariter capta Rota *coram san. mem. Greg. XV. dec. 364. nu. 2. & in Pistorien. Canonicatus 16. Iunij 1625. coram Illustriss. D. Card. Caualerio, & in Leodien. Canonicatus 3. Iulij 1617. coram eod.* quas secuta etiam fuit in *Cæsaraugustana onerum 3. Iulij 1623. coram R. P. D. meo Pirouano.* Et ex actis supra ponderatis, quæ coram Canonicis capitulariter congregatis gesta sunt, resultat etiam apprehensio capitulariter facta, vt supra in principio dictum fuit.

Et ita conclusum, &c.

¶ Infra in eadem causa adest alia decisio sub die 24. Nouembris 1627. coram eodem R. P. D. Merlino, est decisio 108.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.
D. CARD. VBALDO.

Romana, seu Comen. Societatis.

Die Lunæ 14. Iunij 1627.

A R G V M E N T V M.

Debitor, qui promisit creditori aliquid soluere in pecunia, an possit ei bona insolutum dare, & quando creditor teneatur illa accipere.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum est probatio probata, & veritas apparens.*
2 *Pacta inter contrahentes sunt seruanda.*
3 *Creditore inuito, aliud pro alio solui non potest.*
4 *Constitutio alicuius loci emanata, postquam lis est introducta in Curia, non attenditur.*
5 *Constitutio loquens in simplici contractu, non habet locum in contractu iurato.*
6 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
7 *Constitutiones debent recipere interpretationem à iure communi.*
8 *Creditor tenetur bona debitoris recipere in solutum, quando debitor soluere non potest debitum.*
9 *Et hoc pariter procedit in subsidium, & ad effectum effugiendi carcerationem.*
10 *Constitutio alicuius loci non comprehendit bona existentia in stata alterius loci.*
11 *Solutio in illa Ciuitate est facienda, vbi contractus habuit suum implementum, & perfectionem, & num. 12.*

D E C I S I O XCVIII.

DOMINVS Philippus Peregrinus super officio scriptoriæ min. gratiæ, quod habet hic Romæ in Cancellaria Apostolica accepit ad societatem officij à D. Gabriele de Curte scut. 700. in vna, & ducatones 1500. Mediolani in alia manu pacto adiecto, quod post sexennium Peregrinus posset cogi ad restitutionem capitalis, vel partis non restitutæ, & in casu renitentiæ posset cogi ad resignandum, vel vendendum officium, vt in instrumento, quod datur in sommario num. 1. Sexennio elapso, & secusante Peregrino facere supradictam restitutionem introducta causa in Rota, fuit hodie dubitatum, An possit cogi ad resignandum officium, & Domini affirmatiuè resoluerunt. Quia constat de supradicta conuentione inter
partes inita ex publico instrumento, † quod est probatio 1
probata, & veritas apparens Bald. *in l. quoties in fine, C. de Iudic.* Rota *in decis. 180. num. 1. apud fel. record.* Greg. XV. *decis. 195. nu. 1. apud eundem, & in recent. decis. 194.*
sub nu. 1. par. 1. Et pacta sunt † inter contrahentes obser- 2
uanda *l. Iuris gentium §. prætor ait, ff. de pact.* Surd. *decis. 182. nu. 2. & decis. 248. nu. 1. & dec. 260. num. 812.*

Non obstat, quòd dictus Peregrinus debeat excusari
cum obtulerit se paratum soluere in bonis: quia cum obligatio præcisè loquatur de pecunia, tenetur in pecunia sol-
uere cum aliud † pro alio inuito creditore solui non pos- 3
sit *l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. pet. fel. record.* Gregor. XV. *decis. 352. Reuerendiss. D. meus Decanus dec. 22. nu. 5.*

Non obstant nouæ Constitutiones Mediolani, quòd debitor etiam obligatus ad pecuniam possit soluere in bonis, & Senatus Mediolanensis declarauerit in casu, de quo agitur, esse seruandas dictas Constitutiones. Quia
quoad declarationem fuit responsum, illam † non esse at- 4
tendendam tanquam emanatam post litem introductam in Curia *cap. 1. vbi omnes notant, vt in lite pendente in sexto:* & ad constitutiones fuit in primis responsum, quòd
loquuntur in simplici debitore, & propterea † non habent 5
locum in contractu iurato, vt est contractus, de quo agitur Seraphin. *de priuil. Iuram. priuil. 22. num. 53.* Secundò quòd stante supradicto pacto de vendendo, & resignando
officio in caso non solutionis, prouisio hominis † facit ces- 6
sare prouisionem legis, *l. fin. C. de pact. conuent* Cephal. *cons. 156. nu. 45.* Surd. *cons. 476. nu. 6.* Modern. Roman. *discept. Forens. 376. nu. 1.*

Deindè fuit per Dominos consideratum, constitutiones emanasse ad effectum ne debitor, qui in pecunia non esset soluendo, carceraretur, nam ad effectum euitandi carcerationem, Constitutiones volunt, vt possit debitor soluere in bonis, vt patet ex verbis Constitutionum, quæ dantur in summario num. 2. Vndè iste non est casus noster, quia D. Gabriel non agit, vt Peregrinus carceretur, sed solum vt resignet, & vendat officium iuxtà conuentionem initam inter ipsos.

Et quidem supradicta interpretatio non solum ex verbis claris constitutionum ducitur, sed etiam quando esset deueniendum ad interpretationem, ita deberent intelli-
gi, quia Constitutiones † debent recipere interpretatio- 7
nem à dispositione Iuris communis *l. vt gradatim §. & si lege ff. de muner. & honor. l. 2. ff. de noxal.* Paris. *consil. 84. numer. 11. vol. 2* Surd. *consil. 4. numer. 49.* De iure autem
communi licèt † creditor teneatur bona debitoris recipe- 8
re insolutum, quando debitor debitum soluere non potest.

test. Bald *in l. 3. sub nu. 9. vers. quid si creditor C. de exeq.*
9 *re iudic.* hoc tamen † pariter procedit in subsidium, & ad effectum effugiendi carcerationem Dec. *in l. a. §. mutui datio 3. lect. n. 24. ff. si cert. petat. & dixit* Rot. *in Mediolanen. Pensionis 7. Nouembris 1612. coram bon. mem. Vbaldo.* Vnde bene procedunt supradicta, quòd Constitutiones non faciunt ad casum nostrum, cum non tractetur de effugienda carceratione, vt dixi.

Præterea fuit etiam consideratum, quòd supradictæ
10 Constitutiones in † omnem casum non videntur posse comprehendere bona existentia in statu alterius Principis, vt est officium de quo agitur, existens hic in Vrbe *l. cum vnus §. his qui vbi* Bart. & alij *ff. de bon. author. Iud. possid.* Surd. *decis. 160. num. 7.*

Nec obstare videtur, quòd solutio sit destinata Comi, vbi fuit initus contractus; Quia hoc haberet locum in casu, quo Peregrinus voluisset soluere in pecunia, sed cum pluries interpellatus solutionem recuset, & super hoc sustineat litem, & ideò sit factus locus pacto de illum cogendo ad venditionem, & resignationem officij existentis in Curia, sequitur, vt in isto casu debeat solutio considerari vti fuisset expressè destinata hic in Vrbe, vbi con-
11 tractus † debet suum implementum, & perfectionem habere mediante supradicta venditione, seù officij resignatione *gloss. in l. contraxisse, ff. de action. & oblig.* Rot. Ianuen. *decis. 161. num. 5. & seqq.* Pro qua bene fuit actum
12 hic in Curia, vbi † vtraque pars reperitur, & Peregrinus est officialis Rot. *decis. 19. numer. 3. de appellat. in antiquior.*

Et ità decisum, &c.

R. P. D. MERLINO.

Messanen. Iurisdictionis.

Die Lunæ 5. Iulij 1627.

ARGVMENTVM.

Collusio, cum contineat dolum, & falsitatem non præsumitur, nisi probetur.

SVMMARIVM.

1 *Collusio regulariter non præsumitur.*
2 *Collusio, vt probetur, debent afferri coniecturæ, & præsumptiones sufficientes.*
3 *Collusio ex quibus penitus cesset, & excludatur.*
4 *Prætendens se ab aliquo deceptum, qui nondum erat procurator alterius, contra illud agere debet.*

DECISIO XCIX.

CVM Capellani Ecclesiarum S. Saluatoris, S. Nicolai, & S. Marinæ Oppidi Castri Regalis prætenderent, eorum Ecclesias esse omninò exemptas à iurisdictione Archipresbyteri eiusdem Oppidi; Causa in Rota introducta primum coram bon. memor. Penia deinde per Breue sanctæ memoriæ Clementis Octaui commissa fuit Archiepiscopo Reginen., qui per sententiam diffinitiuam pronunciauit Archipresbyterum Terræ Castri Regalis esse verum Rectorem, & Parochum totius Castri, illique incumbere curam animarum omnium, & Sacramentorum administrationem, & in Ecclesijs S. Saluatoris, S. Nicolai, & S. Marinæ curam animarum à Presbyteris dependentibus ab ipso Archipresbytero, tanquam eius Coadiutoribus gestam fuisse pro maiori populi commoditate, & posse geri pro eiusdem adiumento. A qua sententia per Cappellanos interposita appellatione, & iterum in Rota introducta coram bon. mem. Iusto, & in eius locum bon. mem. Cardinali Marcomontio subrogato bis resolutum fuit, sententiam Archiepiscopi Reginen. esse confirmandam, & nuper à bon. mem. Vbaldo post emanatas decisiones super manutentione danda Archipresbytero, lata fuit sententia confirmatoria d. sententiæ Archiepiscopi Reginen. Quibus peractis Capellani adita Congregatione Episcoporum petierunt declarari sententias Archiepisc. Regioen., & bo. me. Vbaldi collusiuas, & per Congregationem ad Rotam remissa causa. Hodie ego proposui dubium, An constaret, iudicium Regioense esse collusiuum, quod fuit negatiuè resolutum.

Dicebant enim Domini, illusionem † cum dolum, & 1
falsitatem contineat, regulariter non præsumi, nisi probetur ex *rubr. ff. C. & Decretal. de collus. detegen.* Bald *cons. 396. num. 2. lib. 2.* Natt. *cons. 537. numer.* 30. Cephal. *consil. 759. num. 3.* In præsenti autem in casu videbatur deficere
probatio, nec afferri præsumptiones † aut coniecturas, 2
ex quibus sufficienter detegi possit prætensa collusio, quinimò cum Capellani in hoc iudicio suas partes semper defenderint iura & testes produxerint, appellauerint, & appellationem fuerint prosecuti expensas subministrauerint necessarias, & super bono iure Archipresbyteri tot vtraque parte informante decisiones emanauerint, & pro
latæ sint sententiæ, vtique visum est † penitus cessare, & 3
excludi collusionis suspicionem ad tradita per Natt. *cons. 537. num.* 32. Cephal. 759. *nu.* 14. *&* 16. Menoc. *cons. 212. nu. 77. & 78. & præsumpt. 26. nu. 4. & 5. lib. 5.* Maschard. *de probationibus concl. 322. num. 8. & per tot.* Molin. *de primog. Hispan. lib. 4. cap. 8. sub numer* 9 Seraphin. *decis.* 441. *num. 4.*

Nec obstare crediderunt Domini, quòd iudicium fuerit actum contra Bonannum à Capellanis mandatum procuræ non habentem, tùm quia ex summario Archipresbyteri nu. 2. contrarium iustificatur, & datur substitutio procuratoris nomine Capellanorum facta in dictum Bonannum, tùm etiam quia ex hoc non bene infertur collu-
sio, & Cappellani possunt † agere contra prætensum fal- 4
sum procuratorem à quo se deceptos contendunt, vt dixit Rot. *dec. 528. nu. 5. & 6. lib. 3. par. 3. d. vers.*

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Sabinen. Montis Rotundi.

Die Lunæ 25. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Illegitimus an sit capax feudi, vel Emphyteusis Ecclesiæ: filius naturalis stante amplissima legitimatione non differt à legitimo. Gratia, quando petitur, quid sit narrandum, & præsertim, quando filij naturales legitimantur.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimi sunt incapaces successionis feudi, vel emphyteusis Ecclesiasticæ, etiam si sint legitimati.*
2 *Illegitimus, volente Ecclesia, potest acquirere feudum, vel emphyteusim Ecclesiasticam.*
3 *Ecclesia contrahens cum illegitimo, censetur habere notitiam suarum qualitatum.*
4 *Bulla Pij V. contra illegitimos declaratur.*
5 *Legitimatus nihil differt à legitimis, & an excludat substitutos vocat. 5, si grauatus decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus nu. 6. & 25.*
7 *Legitimatus, quando succedat in feudis.*
8 *Filius naturalis natus ex vxorato dicitur spurius.*
9 *Filij naturales, quando legitimantur, est narranda ignobilitas matris, item etiam de eius filijs fieri debet mentio. nu. 10. & 25.*
11 *Retrotractio in legitimatione non habet locum, quando extrema non sunt habilia. & nu. 39.*
13 *Dictio, siue, quamuis sit disiunctiua verborum, sensum tamen coniungit.*
14 *Dictio, etiam, exprimit casum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem.*
15 *Oldrad. cons. 16. num. 14 in quibus terminis non procedit.*
16 *In gratia, motu proprio, sufficit derogatio generalis.*
17 *Homicidium mariti alicuius commissum ex alia causa, quàm matrimonij contrahendi, non dirimit matrimonium contractum. nu. 18. & 19.*
20 *In gratia sunt narranda illa, quæ possunt mouere Principem ad illam concedendum, vel denegandum, & in hoc attenditur stylus n. 22. & quid si non probetur n. 23.*
21 *Decis. 61. de præben. in antiq. intellectus.*
24 *Gratia non dicitur fuisse subreptitia, in casu quod non fuit*

fuit narratum, impetrantem fuisse filium non hæretici, sed de hæresi accusati.

25 *In legitimatione, an mortua matre debeat fieri mentio filiorum*

27 *Transuersalium mentio in legitimatione non est necesse, vt fiat.*

28 *Legitimatio, illis, de quibus mentio facienda est, an noceat.*

29 *Mulier cogitari potest habere filios, ex eo, quod est nupta.*

30 *Subreptio, vt euitetur, sufficit cogitatio generica in Principe. ampla nu. 31. & 32.*

33 *Proximioribus, qui præiudicare voluit, multò magis præsumitur voluisse præiudicare remotioribus.*

34 *In gratia secunda, si fuerit insertus totus tenor primarum litterarum, quid operetur.*

35 *Registrationis actus in qua legitimatione requiratur.*

Bulla Pij IV. de registratione loquitur tantum de gratijs præiudicialibus Cameræ. nu. 35.

36 *In gratia, si deficiant aliqua, quæ de necessitate non respiciunt principium, eis sublatis, conualidatur per viam remotionis obstaculi.*

37 *De actu inchoato perficiendo, quando agitur, ipsi proprio attribuitur id, quod agitur circa perfectionem actus.*

39 *Et hoc casu non requiritur habilitas extremorum.*

40 *Legitimationis retrotractio ad hoc vt intret, opus est, quod prima legitimatio ex se, à sui natura fuisset nulla.*

41 *Legitimatio est consideranda, secundum tempus illius concessionis, à qua sublimius ius recepit & num. 42 & 46.*

43 *Legitimatio facta absente filio, licet sit nulla, nihilominus filius postea eam ratificare potest.*

44 *Gratia ante registrationem non est anullata, sed habet implicitum statum validitatis.*

45 *Legitimatio, quando non dicatur conualidata per viam retrotractationis.*

46 *Remotio obstaculi importat facultatem vtendi legitimatione, non autem nouam concessione.*

48 *Rescriptum dans facultatem exercendi actum, directè habenti potestatem, dicitur potius exercitium potestatis.*

49 *Text. in cap. cum aliquibus de rescript. in sexto exponitur.*

50 *Legitimationis actus, si non fuit registratus, si postea registretur, an ab ea capiat ius sublimius legitimatio. & num. 54.*

51 *Ad legitimationis effectum attenditur tempus conceptionis.*

52 *Legitimatio ad hoc vt substineatur, sufficit bona fides ab initio matrimonij.*

53 *Filij nati ex serua ante motam litem: ex sententia lata super seruitute non infertur præiudicium proli.*

55 *Bullæ Pij IV. contra illegitimos, intellectus.*

56 *Old. cons. 16. num. 14. & Hondcd. cons. 64. nu. 34. refelluntur.*

57 *Derogationis materia in omni casu pendet à voluntate, & potestate derogantis.*

DECISIO C.

POST resolutiones, quod fideicommissum initum in diuisione facta de anno 1552. inter fratres, & nepotes de Vrsinis expirauerit, & quòd casus D. Pauli Æmilij comprehendatur in Bulla Baronum, quodque non constet de alio fideicommisso, vel vocatione, quæ eidem Paulo Æmilio suffragetur. Dubitaui, An venditio medietatis Montis Rotundi facta per Congregationem Baronum Franciotto Vrsino teneat, cùmque fuerint sublatæ omnes difficultates in decisione facta 8. Februarij huius anni, in qua fuit resolutum, casum D. Pauli Æmilij comprehendi in Bulla Baronum, sola difficultas remanet. An obstet, Franciottum fuisse illegitimè natum, quod dubium pendet ex duabus inspectionibus, prima est, vt videatur, an illegitimus sit capax acquisitionis, secunda vt videatur, in omnem euentum, an legitimatio obtenta à fel. rec. Greg. XIII. suffragetur: Et quantum attinet ad primum censuerunt DD. non obstare defectum
illegitimitatis; nam præsupposito, etiam sine veri præiudicio, quòd hic agatur de bonis feudalibus, licèt illegitimi † sint incapaces successionis feudi, vel emphyteusis 1
Ecclesiæ, etiam quòd sint legitimati, ex adductis in *Ariminen. bonorum 14. Aprilis 1574. coram Robustero, quæ est decis. 474. par. 1.* Secus tamen est in acquisitione; quia volente Ecclesia, illegitimus † potest acquirere feudum, 2
& emphyteusim Ecclesiasticam; cùm totum hoc pendeat à voluntate Prælati concedentis, quæ colligitur ex verisimili illius mente, & sufficit ad hunc effectum, Ecclesiam † contraxisse cum illegitimo, tunc enim censetur 3
habere notitiam suarum qualitatum *l. qui cum alio ff. de reg. iur.* Ità respondent Dec. *in c. in præsentia numer. 47 de prob.* Bald. *in l. eam quam, num. 36. C. de fideic. & cap. quæ in Ecclesiarum num. 44. aliàs 89. de const.* ibi, *possunt tamen de gratia inuestiri, & de nouo concedi, sed istud non esset virtute concessionis, sed ex nouo contractu.* Paleott. *de Noth. & spur. c. 31.* Mantic. *de tacit. l. 22. tit. 10. num. 10.* Hond. *cons. 59. num. 5. lib. 2.* & tenuit Rota *in dicta Ariminen. bonorum numer. 3. & 4* quam sequuta est in *Romana domus 4. Nouembris 1580. coram bon. memor. Cardinali Seraphino 478. quæ est decisio in eius libris, & in eadem 27. Nouembris 1587. coram Cardinal. Blanchetto*, & meo etiam tempore fuit maturè discussum in causa *Interamnen. legitimationis 13. Maij 1600. coram eodem Seraphino, quæ est decis. 1358. numer. 2. in fine.* Neque in hoc puncto est agendum de Bulla sanct. memor. Pij V. contra illegitimos,
quæ est 117. in *nou. Bullar.* quia dicta † constitutio non 4
tollit dispositionem iuris communis, sed tantùm habilitationes, ex iure speciali prouenientes, vt si legitimationes facerent capaces eos, qui non sunt, vt quater, proposita causa, fuit resolutum *Iulij 1579. coram D. de Rubeis, vt in dec. 487. par. 1. per* Rot *approbata in dicta Romana domus num. 4 coram Seraphino*, vltra quod, huic Bullæ fuit derogatum, vt statim dicetur.

Circa secundam inspectionem, stante amplissima legitimatione Franciotti concessa per Greg. XIII. etiam quoad feuda Ecclesiastica, cessat omnis difficultas; quia ille † propterea non differt à legitimis. *§. reliquum, & § si* 5
quis ergo. auth. quib. mod. natur. effic. sui Alex. *cons. 187. num. 8. lib. 5.* Ial. *cons. 202. numer. 13. lib. 2. latè* Tiraquell. *in l. si vnquam vers. susceperit liberos. num. 77. & seqq. C. de reuoc. donat.* Itaut exceptis filijs Henrici, & Francisci eius fratris, quatenus essent nati ex legitimo matrimonio, propter præseruatiuas, de quibus statim dicetur,
potuerit excludere † substitutos vocatos sub conditione, si 6
grauatus decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus. Gozzad. *cons. 29. numer. 19.* Crot. *cons. 144. num. 35. libr. 5.* Natt. *cons. 368. col. 1. lib. 2.* Couar. *var. lib. 3. ca. 6. num. 7. vers. eadem quidem.* Molin. *de primog. Hispan. num. 2. lib. 3.* Mant. *de coniect. lib. 11. tit. 11.* & fuit resolutum *in Camerinen. Bonorum coram bo. mem. Card. Seraph. vt in decis. 880. num. 5. & in eadem causa coram bon. memor. Penia*, &
cùm fuerit sufficienter derogatum Bullæ Pij Quinti, erat effectus † capax, etiam quoad successionem feudorum. 7
glos. in c. 1. §. naturales si de feud. fuer. controuer. inter dom. & agnat. Boer. *decis. 123. numer. 6. & seq. Clar. in §. feudum. quæst. 82. in princ.* Seraphin. *dec. 325. num. 4. & 340. in princ.* Surd. *cons. 453. n. 43.* Lup. *de illegit. comen 3 § 2 n. 48.*

Sola igitur difficultas remanet circa ea, quæ opponi possent contra istam secundam inspectionem, quæ reducuntur ad tria, primum est, quòd Franciottus dupliciter
erat spurius; quia nedum † erat natus ex vxorato, sed 8
cum Henricus pater occidi fecisset Angelum maritum Faustinæ matris Franciotti, & ideò ex isto secundo impedimento non potuerit esse matrimonium inter Henricum, & Faustinam. *cu. super hoc de eo, qui dux. in matr.* Franciottus, ex isto secundo capite erat etiam spurius. Ant. de Rosel. *de legit. lib. 2. tit. de cau. matr. num 11.* Rom. *consil. 194. num. 6. & seqq.* quod debuit narrari; aliàs legitimatio non sustinetur Oldrad. *consil. 247. num. 2.* Prout etiam
debuit † narrari ignobilitas matris. Decian. *respons. 38.* 9
num. 36. lib. 3. Surd. *cons. 326. n. 11.* Lup. *de illegit. comment. 3. §. 4. n. 38.*

Secundùm quòd non fuit facta mentio filiorum Virginiæ filiæ Henrici, de quibus, saltem in secunda gratia reualidatoria primæ, quæ fuerat obtenta ad sanandum defectum registrationis in libris Cameræ intra tres menses, *iuxta Constitutionem 98. Pij Quarti in §. 2.* debuisset fieri mentio, cùm Virginia eius mater medio tempore obijsset;
non existente enim matre in legitimatione, † de eius filijs 10
mentio

mentio fieri debet. Anch. *conf. 241. num. 4. & 5.* Parif.
conf. 3. num. 15. & feqq. lib. 2. Gabr. *conf. 23. num. 52. lib. 2.*
Pafeth. *conf. 165. num. 5.* Peregr. *de fideicom. art. 23. num. 58.*
Lup. *de illegit. coment. 9. §. 4. num. 16.* nec agendum eft de
11 retrotractione, † quia de tempore fecundæ gratiæ, propter obitum Virginiæ, extrema non erant habilia; & quia
tunc eius filijs fuerat ius quæfitum, vt in terminis legitimationis, confiderat. Crot. *conf. 77. num. 8. & 9. lib. 1.*
12 Tertium quòd huic legitimationi † obftat Bulla 45. Pij
IV. contrà illegitimos, etiam quod legitimatio non effet
contrà voluntatem Teftatoris, ex adductis per Odd. *conf.
54. num. 14.* Hond. *conf. 64. num. 34. & 39. lib. 5.*

Quæ tamen omnia facillimè fublata fuere; prædictæ
enim obiectioni dupliciter fuit refponfum, & primò dato
etiam fine veri præiudicio, quòd homicidium, & mandatum ad occiden. fuerint probata; Nihilominus fufficienter
fuit difpenfatum cum Franciotto; ex quo poftquàm in
narratiua legitimationis fuit dictum, Franciottum fuiffe
fufceptum ab Henrico vxorato, & muliere foluta, fiue Vidua, & ita fuit narratum effe fpurium, tanquàm ex patre
vxorato fufceptum, fubiungitur claufula ampliffima in
hæc præcifa verba videlicet, *fiue, vt præmittitur, fiue aliàs
quouis etiam fupradicto forfan grauiori, & magis probibito
modo, etiam fpeciem narrati concubitus immutante, illegitimè genitus, vel natus exiftas, authoritate Apoftolica, &c.
legitimamus, &c.* ideóque legitimatio fuftinetur, quamuis
dici poffet, non fuiffe iactam expreffam duplicis fpurietatis mentionem cum ex prædicta claufula conftet, Papam
voluiffe omnes defectus remouere, nec voluiffe legitimationem reftringere ad expreffa, fed etiam ad tacita quoque
13 extendi; nam dictio, † *fiue*, quamuis fit difiunctiua verborum, fenfum tamen coniungit, & in effectu habet vim copulæ, *l. 1. §. fublata, ff. ad Trebell. generali. C. de facrof. Ec-
14 clef.* Maximè cum ei adijciatur dictio, † *etiam*, ibi; *etiam
fpeciem narrati concubitus immutante*, quæ exprimit cafum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem
l. etiam, ff. folut. matrim. & cùm hæc claufula, *modo prædicto*, fuerit expreffa, non poteft dici expreffio in nube, fed
oftendit enixam voluntatem Papæ legitimandi in omni
defectu Alex. *conf. 195. num. 8. lib. 2.* & in iftis terminis non
15 procedere prædictum † Confilium Oldradi, qui vult de
duplici fpurietate effe faciendam mentionem, dicit Alex.
loco citato, & ante eum Bald. *in l. cum quam num. 36 in fine.
C. de fideicomm.*

Et hoc fuit originale dictum Caftr. *in conf. 30. num. 5 lib.
1.* quem fequitur Nicol. de Vbald. *de fucceff. ab inteft. par.
5. num. 11. verf.* Paulus de Caftro, & Felin. *in cap. poftulafti, num. 2. verf. declara prædicta de refcript.* Ruin. *conf. 73.
num. 12 verf. tertius eft ergo, lib. 3.* Bero. *conf. 168. num. 3. &
feqq. lib. 2.* Rolan. *confil. 12. num 45. lib. 4.* Pafett. *conf. 72.
num. 26. in fine,* plenè Surd. *conf. 303. num. 14. & feqq. verf.
tertio colligitur lib 3. & conf. 530. num. 22. lib. 4.* Menoch.
conf 19. num. 24. lib 1. Lup. *de illegit. comment. 3. § 4. num.
40.* cui fententiæ adftipulatur Rota *in caufa Interamnen. de
Paradifis* 21. *Nouembris* 1596. *coram Orano, quæ eft decif.
861. num. 2. & 3. part 4.* Et eo magis procedit, cum agatur
de legitimatione facta motu proprio, vt benè per Bald. *conf.
16 18. num. 5. in fin. verf. per hoc facit, lib. 4* vbi quòd † in gratia motu proprio fufficit derogatio generalis, & fortiùs
quoniam in legitimatione fuit in fpecie derogatum omnibus, & fingulis legibus; fub *rubrica, & auth. quib. mod.
natur. efficiantur legit. & C. de natur. lib. & auth. & C. de
inceft. nupt. & tit. fi de feudo fuerit controuer. inter dom. &
agnat.* ex qua refponfione fatis etiam tollitur aliud obiectum, quòd non fit facta mentio ignobilitatis matris Franciotti.

17 Secundò fuit refponfum, quòd homicidium † commiffum ex alia caufa, quàm matrimonij contrahendi,
non dirimit matrimonium contractum Emanuel Sà *in
fumma in verb. matrimonium num. 7.* Rodriquez *in fum. tom.
1. cap. 226. num. 5.* Vega *in fumm tom. 2. cap. 34. caf. 520.*
Sanchez *de matrim. lib. 7. difp. 78. num. 16.* Quare, cum
de tempore homicidij Henricus haberet vxorem, conftat,
homicidium non fuiffe commiffum ex caufa ducendi Fauftinam, fed potius vt liberior effet aditus ad libidinem,
18 vt clarè deponunt teftes, & ideò non dirimit † matrimonium, vt per Doct. prædictos, qui quamuis dicant,
quod impedit contrahendum, non indè fequitur, tale
præftare impedimentum, vt propterea Franciottus poffet dici fpurius; quia vt aduertit Sanchez *d. lib. 7. difp. 17.
19 num. 9.* huiufmodi impedimenta † præter votum, &
fponfalia vfu funt abolita, & propterea *lib. 8. difp. 24. num.
22* fubdit, quòd fi quis vxorem interficiat, alia caufa,
quàm contractus alterius matrimonij, narrato in difpenfatione, fe non interfeciffe, fi coram Ordinario id iurauerit, non erit periurus; quia narratiua, & difpenfatio
ipfa intelligitur de homicidio, quod caufet impedimentum ad contrahendum.

Nec dicatur, quòd cum in gratia † fint narranda illa, 20
quæ potuiffent mouere Principem ad illam concedendum,
vel denegandum Rot. *decif. 61. de conceff. præb. in antiq.
incip. Dominus Papa Gregorius*, ideò ne legitimatio ifta ex
defectu intentionis corrueret, homicidium Pontifici debuiffet exprimi; Nam fuit refponfum, iftud effe intelligendum quod ea, quæ fecundùm communem vfum,
& ftylum Cancellariæ exprimenda funt; aliàs enim nunquam poffet fciri, an Princeps gratiam feciffet, fi fuiffet
expreffum, vel non, vt in puncto † d. decifionem de- 21
clarat Felin. *in cafu noftro num. 19. de refcript.* afferens
propterea, ad probabilem coniecturam recurrendum effe, vel ad communem vfum litterarum per Principem
conceffarum, † vel folitarum concedi, firmatque genera- 22
lem regulam circa prædictam in *cap. fuper litteris num. 8.
verf. primo regula eod. tit.* Lap. *alleg. 89. nu. 6. vbi Adden.
in littera R.* Caffad. *decif. 12. num. 14. de prob.* Vndè cum
hic ftylus, & litterarum confuetudo non † probetur, 23
fatis effe debet, quòd exprimantur ea, quæ de iure veniunt exprimenda, nec curandum, an fi Papa fciuiffet
difficiliorem fe reddidiffet ad concedendum. Rot. *decif.
32. num. 5. de refcript. in nou.* duplicata apud Ægid. *decif.
697. num. 4. poft med. verf. 3. principaliter,* Cald. *conf. 6. ante
fin. verf. per prædicta, de præben.* Felin. *in cap. poftulafti nu.
1. col 4. in fine, verf. declara etiam notabiliter de refcript.*
& benè ad punctum Mohed. *decif. 7. eod. tit.* vbi ex eifdem
rationibus Rota dixit gratiam, † non fuiffe de Iure fub- 24
repticiam, etiam quòd non fuerit narratum, impetrantem fuiffe filium non hæretici, fed de hærefi accufati.

Secundæ verò obiectioni, quòd non fuerit facta mentio
filiorum Virginiæ; fuit refponfum, quòd, aut obiectum
confideratur refpectu primæ gratiæ, aut fecundæ, fi refpectu primæ, ceffat omnis difficultas. quoniam cum tunc viueret Virginia, de Iure illius † folummodo erat facienda 25
mentio, Alex. *conf. 60. nu. 22. verf. 3. ratio lib. 2. cum alijs
per* Marefcott. *var. lib. 1. cap. 35. num. 5.* non autem de filijs
Gabr. *conf. 23 num. 16. lib. 2* Aut verò obiectum confideratur refpectu fecundæ gratiæ, & omiffo, quòd dubia eft
conclufio, an mortua matre † in legitimatione debeat fie- 26
ri mentio filiorum, cum Iura hoc non dicant, & loquantur tantùm de matre, & fic de filia, non autem de illius
filijs, ideft de nepotibus, vt fuit originale dictum Feder.
de Sen. *conf. 57. in princip.* quem fequitur Bald. *conf. 56. per
tot. præfertim in fin. lib. 2.* Iaf. *conf 68. num. 10. vol. 2. & conf.
110. num 8. vol. 4. & in l. Gallus §. & quid fi tantum num. 104.
verf. fed aduerte, ff. de liber. & pofthum.* Fuit huic obiecto
tripliciter refponfum.

Primò quòd vbi etiam illud intraret, non tamen poteft
opponi per D. Paulum Æmilium † tranfuerfalem; quia, 27
cum de eo non debuerit fieri mentio in legitimatione. Alciat. *refp. 8. num. 11. verf. & refpectu Agnatorum vol. 4.*
Dec. *conf. 367. num. 5. de communi* Decian. *refp. 9. num. 77.
lib. 4.* Eugen. *conf. 52. num. 60.* licèt legitimatio alijs, de quibus mentio † facienda fuiffet, non noceret, quoad ipfum 28
tamen D. Paulum Æmilium fuftinetur, Ruin *conf. 81.
num. 8. & feqq. & conf. 93. nu. 7. & feqq. lib. 3* Cephal. *conf.
285. num. 52* Bero. *conf. 177. num 81. ad med. lib. 2.* Gabr. *de
legit. concl. 7 num. 28. limit. 5.* Honded. *conf. 89 num. 22. lib. 1.*
Gratian. *difcept 49. num 71. fanct. mem. Greg XV. decif. 82.
num. 10.* vbi alij cumulantur.

Secundò fuit refponfum, Papam nec de Virginia, nec de
eius filijs curaffe; quia cum in prima gratia fuerit narratum, Virginiam † effe nuptam, ex hoc Papa potuit co- 29
gitare, ipfam habere filios, Rot. apud Seraph. *decif. 131.
num. 3. & 4.* quæ cogitatio colligitur, etiam ex claufula,
fine præiudicio, &c. de qua ftatim dicetur Gabr. *d. conf.
23. num 18. lib. 2.* & ideò, ad euitandum † fubreptionem, 30
fufficit huiufmodi cogitatio generica. Ruin. *conf. 68. num.
4. conf. 75. num. 16. lib. 3.* Menoch *conf. 20. num. 49 & 50.*
Gabr. *conf 23. num. 18. & feqq.* Honded. *conf. 89. num. 27.
lib. 1.* Maximè † quia cum Papa præferuauerit folùm Iura 31
Francifci fratris Henrici, & vtriufque filiorum nafciturorum legitimorum, & naturalium ibi, *abfque tamen dilecti
filij nobilis viri Francifci Vrfini prædicti, Henrici germani
fratris,*

fratris, ac illius, & eiusdem Henrici filiorum masculorum, ex legitimo matrimonio procreandorum præiudicio, &c.
32 euidenter † constat, Papam nedùm voluisse præiudicare Virginiæ, sed etiam eius filijs *iuxt. regul. l. cum Prætor, ff. de Iudic.* Soccin. *cons.* 63. *num.* 9. *vers. non omitto lib.* 3. Dec. *cons.* 574. *num.* 7. Molin. *de primog. Hispan. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 45. Decian. *respon.* 127. *num.* 57. *& seqq. lib.* 1. Rim. Iun. *cons.* 46. *num.* 110.

Ex quibus sequitur, quòd cùm Papa in prima gratia non curasset de Virginia, nec de filijs, & illis voluerit præiudicare, nec etiam in secunda censeatur curasse de solis filijs Virginiæ, sed illis voluisse præiudicare, cum
33 enim Virginia esset proximior, si illi præiudicare † voluit, multò magis dicendum est, voluisse præiudicare ipsius filijs remotioribus. Gabr. *de stat. concl.* 7. *num.* 43. *cum seqq.* Seraphin. *decis.* 496. *num.* 2. etiam quòd essent masculi, cum descendant à fœmina, iuxtà tradita per Surd. *cons.* 316. *num.* 6 quæ omnia in prima gratia considerata, & expressa censentur etiam considerata, & expressa in secunda,
34 cum † in ea fuerit insertus totus tenor primarum litterarum, qui operatur, vt omnes expressiones factæ in prima gratia censeantur factæ in secunda. Mohed. *decis.* 5. *de rescript.* Staphil. *de litter. Iust. §. alterius num.* 1. *fol. mihi* 472. *secundum primam impressionem.* Gonz. *super reg.* 8. *glos.* 32. *num.* 42.

Tertiò per aliquos ex Dominis fuit etiam responsum ex abundanti, quòd in omnem euentum in secunda gratia non erat facienda mentio filiorum Virginiæ, quia prima gratia non conualidatur per viam retrotractionis, sed fuit perfecta per actum registrationis, qui deficiebat. Ad hoc probandum duo sunt præmittenda, alterum, quòd ad-
35 misso, sine veri præiudicio, quòd actus † registrationis requireretur in ista legitimatione, cum Bulla Pij IV. loquatur solum de gratijs præiudicialibus Cameræ, legitimatio fuisset nulla, ex dicta non registratione, non autem quòd, de sui natura esset talis, vt quia deficeret aliquid, quod à principio interuenire deberet, vel à principio subesset impedimentum perpetuum, & isto casu gratia prima non posset conualidari nisi per retrotractionem, secus autem si deficiant illa, quæ de necessitate non respiciunt initium, nec subest à principio perpetuum impedimentum,
36 quo sublato, † conualidatur per viam remotionis obstaculi *glos. in cap. non firmatur* 18. *in fin. de reg. iur. in* 6. Nauar. *cons.* 12. *per tot. vbi declarat num.* 4. *de sponsal. secundum primam impressionem.* Secundum, quod debet præmitti est,
37 quòd quando agitur de actu † inchoato perficiendo, id quod agitur circa perfectionem attribuitur ipsi principio, & illud solum consideratur, Dec. *in cap. licet causam numer.* 238. *vers. nec obstat de probat.* Ias. *in l. si quis in feudi vocabulo*
38 *nu.* 5. *& seqq. ff. de legat.* 1. Et hoc casu, † non requiritur habilitas extremorum Ceph. *cons.* 618 *nu.* 24. *lib.* 5. Adrian. Negusan. *cons.* 387. *num.* 34. *&* 35. quia non agitur de retro-
39 tractione ad primam gratiam, quæ retrotractio † requirit extrema habilia, iuxtà theoricam Bart. *in l. si quis pro emptore num.* 11. *& seqq. ff. de vsucap.* cum registratio non respiciat initium legitimationis, ad effectum enim, vt in-
40 traret † retrotractio, opus esset, quòd prima gratia, ex se, à sui initio fuisset nulla Adrian. Negusant. *loc. cit. num.* 36.

Ex quibus duobus prænotatis sequitur, quòd in secunda gratia non erat facienda mentio filiorum Virginiæ, quia
41 legitimatio † est consideranda secundum tempus illius concessionis, à qua sublimius recipit suum esse, non autem secundum tempus secundæ gratiæ *l. legato seruo §. si vnus ff. de legat.* 3 *l. repetundarum, ff. de test. l. quæritur, ff. de stat. homin. benè* Calderin. *cons.* 1. *in princip. de Test.* Ro-
42 man. *consil.* 443. *num.* 9. Qui dicunt, quòd in actu, † qui ex pluribus actibus consistit, & diuerso tempore perficitur, est iudicandum secundùm illam partem, à qua secundum formam sublimiorem recipit suum esse, & sic cum legitimatio sublimiorem formam recipit à prima gratia Papæ, secundùm illud tempus est consideranda, non autem secundùm tempus perfectionis, hoc est, supplementi regi-
43 strationis, vt per similes rationes de legitimatione † facta absente filio, & post obitum patris, cùm non fuerit ab initio nulla, quòd possit ratificari, sunt *decis. sanct. mem. Gregor. XI. num.* 5. *&* 82. *num.* 8. Vndè si est inspiciendum prædictum tempus legitimationis, non erat opus facere mentionem de filijs Virginiæ, sed sufficit, illam de ipsa Virginia fuisse factam.

Nec dicatur, quòd prædicta procederent, si durante tempore ad registrandum Virginia obijsset, quo casu esset attendendum tempus legitimationis, cùm ante registratio-
nem † gratia non esset annullata; sed haberet implicitum 44
statum validitatis, vt in simili Anchar. *consil.* 123. *incip. vno ex Procuratoribus, num.* 5. *in fin. vers. breuissimè.* prout etiam loquuntur decisiones *sanct. mem. Gregor.* scilicet quando legitimatio habet implicitum statum validitatis, quod non fuit in casu isto, cum ob non registrationem intra tres menses per Constitutionem Pij Quarti fuerit annullata; Quia hoc posset considerari, si ageretur de retrotractione, sed cum de ea non agatur, eadem est ratio in his terminis in vtroque casu, cum Papa in secunda gratia non conualidet simpliciter primam, sed auferendo defectum registrationis conualidat in consequentiam legitimationem, quæ per se non fuit nulla, sed ex defectu registrationis. Quare cum Papa non fingat super ista legitimatione, illam simpliciter conualidando, sed solum tollat obstaculum re-
gistrationis, legitimatio † non dicitur conualidata per 45
viam retrotractionis; sed dicitur perfecta per actum registrationis deficientem, remouendo dictum obstaculum; Et
ideò, vt dictum est, actus, † idest legitimatio debet iudicari 46
secundum tempus primæ gratiæ, à qua suam formam sublimiorem recipit, cum remotio obstaculi importet facul-
tatem vtendi † legitimatione, non autem noua concessio- 47
ne, vt generaliter de remotione obstaculi dicit Gemin. *in cap. cum aliquibus num.* 3. *de rescript. num.* 6. vbi quòd rescri-
ptum dans facultatem exercendi actum directè † habenti 48
potestatem, dicitur potius exercitium potestatis, & prima gratia non dicitur per viam retrotractationis, sed redijsse ad naturam suam, per viam remotionis obstaculi, vt in simili Bald. *in cap. cum accessissent num* 43. *de const.*

Et prædicta optimè comprobantur *ex textu in d. cap. cum
aliquib. de rescript. in* 6. vbi, † si Papa mandat, aliquem 49
recipi in Canonicum, non obstantibus consuetudinibus, & statutis Ecclesiæ, quæ tollunt, & annullant potentiam Capituli conferendi, vltra certum aliquem numerum, si prouisio Canonicatuum spectat ad Capitulum, nouus Canonicus extra numerum censetur receptus auctoritate ipsius Capituli, non autem Sedis Apostolicæ, cum Papa remoueat tantum obstaculum Statutorum, & Consuetudinem, per quam remotionem censetur annullata auctoritas extra numerum conferendi. Sicque in proposito, cum Franciottus haberet legitimationem, & illa non posset iu-
uari, † cum non fuisset registrata, non recipit legitimatio- 50
nem à remotione obstaculi registrationis, sed ab ipsa legitimatione licèt ministerio remotionis obstaculi registrationis, vt de ligato manibus, & pedibus, qui non recipit potestatem ambulandi à soluente, sed illius ministerio à natura. Monach. *in d. cap. cum aliquibus num.* 3.

Nec prædictis obijciatur, quòd semper erit verum dicere, quòd de tempore secundæ gratiæ erat acquisitum ius filijs Virginiæ, cum obtinuerint primum locum; quia hoc non refert, cum non agatur de retrotractione, vt supra probatum est, sed solum, quòd tempus sit inspiciendum, & cum sit inspiciendum tempus primæ gratiæ, parum refert quod medio tempore Virginia obierit, & eius filij primum locum acquisiuerint, vt clarè probatur *ex cap.* 2. *qui filii sint
legitimi*, vbi ad effectum legitimationis † attenditur tem- 51
pus conceptionis; itaut si interim diuortium fiat, etiam per sententiam, quia, scilicet iudicetur, non potuisse matrimonium contrahi, cum ad effectum legitimationis suf-
ficiat † bona fides ab initio, etiam quòd per sententiam, 52
ius tertio quæratur, nihilominus illud initium est attendendum; ad idem est *text. in l. fin. C. de liber. caus.* vbi filij nati ex serua ante litem motam, ex sententia lata super
seruitute † non infertur præiudicium proli; cum sit con- 53
siderandum initium Calder. *cons.* 1. *ante fin.* Quare cum legitimatio suam formam sublimiorem recipiat à prima
gratia, non autem à † registratione, tempus primæ, non 54
secundæ gratiæ non est attendendum; Et sic parum refert, quòd de tempore secundæ gratiæ filij Virginiæ obtinerent primum locum, per suprascripta, vt bene ad propositum Crot. *d. consil.* 77. *num.* 23. *&* 24. *vers. sic etiam respondetur lib.* 1.

Quoad tum attinet ad tertium, & vltimum caput, quod posset opponi contra legitimationem, videlicet de Bulla Pij Quarti contra illegitimos 48. in nouo Bullario, fuit di-
ctum, † quòd illa Constitutio, si agatur de sola acquisitio- 55
ne feudi, non facit ad casum nostrum, in quo legitimatus, sine dubio, est capax acquisitionis feudi, & in omni casu illa non refragatur; tollit enim legitimationes, quæ fiunt contra voluntatem testatoris, non autem eas, quæ fiunt

ad illius

56 ad illius voluntatem, quidquid † dixerit Odd. *d. conf.* 16. *n.*
14. *&* Hond. *conf.* 64. *n.* 34. *&* 39. *cum seqq. lib.* 5. ita respon-
dent Eugen. *conf.* 52. *n.* 65. *lib.* 1. Laderch. *conf.* 29. *n.* 23. Mant.
de coniect. lib. 11. *tit.* 20. *num.* 96. *vers. extat etiam consimilis.*
Menoch. *conf.* 461. *n.* 9. *&* 30. Lup. *de illegit. comment.* 3. *§.* 1.
num. 5. *& in terminis constit. Venetæ valde similes* Decian.
conf. 42 *num.* 38. *lib.* 1. Menoch. *conf.* 459 *num.* 34. *&* 37. *&*
conf. 461. *num.* 9. Mantic. *de coniect. loco citato*. Quam
sententiam sequitur Rot. *in causa Bonon. de Maluetiis* 24.
Februarii 1610. *coram bon. mem. Card. Sacrato, quæ est de-
cis.* 488. *part.* 1. *in recent.* Hic autem licet ageretur ad effe-
ctum successionis, non tamen constat legitimationem
fuisse factam aduersus voluntatem testatoris.

Et remouetur omnis dubietas; quia Gregorius in præ-
dicta reualidatoria derogat Constit. Pij IV. & alijs Consti-
tutionibus de registrandis; subdens postea *non obstantibus
præmissis, & quibuscumque Constitutionibus &c. ac litteris
Apostolicis, contra illegitimos per d. Pium, ac etiam per
piæ mem. Pium Quintum, & alios Romanos Pontifices
prædecessores nostros &c.* Quamobrem cum deroget
Constitutioni Pij Quarti contra illegitimos, & in hoc ge-
nere, non reperiatur alia eiusdem Pontificis constitutio,
nisi ista legitimationum moderatoria; satis videtur subla-
ta per legitimationem Gregor. quòd satis est, cum in om-
57 ni † casu materia derogationis pendeat à voluntate, &
potestate derogantis, ex adduct. per Alex. *conf.* 111. *nu.*
13. *in fin. cum seqq. lib.* 6. de qua hic non est ambigen-
dum.

Et ita conclusum negotio plenè discusso.

¶ Supra in eadem causa habentur aliæ decisiones sub diebus
8. Ianuarij 1627. & 25. Iunij eiusdem anni coram eodem
bon. mem. Reuerendiss. Coccino, sunt decisiones 36. &
93. & infra adest alia sub die 3. Augusti 1629. coram eo-
dem, est decisio 316.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Romana Emolumentorum, siue dismembrationis officij.

Die Lunæ 5. Iulii 1627.

A R G V M E N T V M.

Emolumentum concessum alicui, qui exer-
cet aliquod officium, quando, & ex
quibus colligatur, quod sit concessum
intuitu personæ, vel officij.

S V M M A R I V M.

1 *Gratia præsumitur personalis, & non realis.*
2 *Gratia intelligitur facta intuitu personæ, & non officii, si so-
lum nomen, & cognomen exprimatur.*
3 *Verbum tu, denotat personalitatem & num 8.*
4 *Gratia dicitur personalis, si sit facta, durante vita tantum
& num. 5.*
6 *Gratia concessa motu proprio, & de plenitudine potesta-
tis ex mera liberalitate Principis sine dubio suffraga-
tur.*
7 *Dictio, ad instar; denotat similitudinem.*
9 *Conseruatorum Vrbis attestationi admodum deferendum vi-
detur.*
10 *Verba, quando stent demonstratiuè, ita ut non excludant
personalitatem.*
11 *Obseruantia facit licitum, quod aliàs esset illicitum.*
12 *Gratia in effectu dicitur Papalis, si sit facta ex certa scien-
tia contra quam de aliquo defectu opponi non potest &
num. 13.*
14 *Confirmatio facta ex certa scientia, importat nouam conces-
sionem, & gratiam Principis.*
15 *Diuersitas personarum arguit diuersitatem, & distinctionem
officiorum.*
16 *Tertius, quando non possit dare de nullitate.*
17 *Concessio ex certa scientia operatur, vt non sit necessaria
verificatio gratiarum.*
18 *Papa, quando dicatur noluisse ligare manus successo-
rum.*
19 *Obseruantia interpretatiua, ex quibus oriatur.*
20 *In negocijs alienis quis sine deputatione non se regulariter
intromittit.*
21 *Subreptio, & voluntatis defectus, vt euitentur, sufficit
scientia virtualis, & expressio per æquipolentiam.*
22 *Papæ voluntas arguitur ex derogatione, & sufficit dero-
gatio generalis.*
23 *Defensio non priuatiuè, sed cumulatiuè, an dicatur con-
cessa.*
24 *Gratia aliqua, quæ non est annexa officio, sublato officio re-
manet gratia durante persona.*
25 *Expressio nominis proprii, cum cognomine, arguit in Prin-
cipe notitiam personæ.*
26 *In Principe præsumitur causa concessionis, etiamsi non ex-
primatur.*
27 *Concessio in dubio censetur ex causa meritorum facta.*

D E C I S I O CI.

PROPOSITO extra Rotam dubio, An gratiæ de
quibus agitur suffragentur DD. de Nerutijs, Domini
affirmatiuè responderunt, & distinguendo gratias dixe-
runt, illam Clem. VIII. de anno 1593. concessam Domi-
nico Nerutio super prouisione annua scut. 120. auri in auro
non fuisse realem, idest factam iotuitu officij Fiscalatus,
sed personalem intuitu personæ ipsius Dominici, ita vt
etiam si cessasset officium, nihilominus Dominicus frue-
retur gratia, & moti fuerunt. Primò, quia gratia † præ- 1
sumitur personalis non realis, *cap. possessiones, & ibi
glos. magn.* 16. *quæst.* 1. *gloss. in cap. cum venissent de instit.*
Dec. *in l. omnibus causis num.* 3. *vers. & in dubio, ff. de reg.
iur.* Cephal. *conf.* 615. *num* 21. *lib.* 5.

Secundò, quia in ista gratia nulla expressa mentio fit
de officio Fiscalatus, sed exprimitur † nomen proprium 2
Dominici cum eius cognomine, & propter merita ob lau-
dabiles labores per 30. annos, & ob ætatem prouectam
conceditur gratia, vt commodius se sustentare valeat cum
verbis geminatis personalibus, nempe † te, tuorum meri- 3
torum &c. ex quibus arguitur gratiam esse personalem,
cap. quoniam Abbas *de offic. deleg.* Ias. *in l. more numer.* 65.
ff. de iurisdiction. omn. iudic. Alex. *conf.* 86. *num.* 1. *lib.* 1.
Natt. *conf.* 163. *num.* 7. *&* 9. *&* 164. *num.* 20. *&* 21. *lib.* 1.
Aym. *conf.* 209. *num.* 6. *&* 9. *lib.* 5. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.*
103. *num.* 9. *&* 12. Rot. *in recent. decis.* 733. *num.* 7. *& in fin.
part.* 2.

Tertiò, quia Clemens constituit & largitur Dominico
vita † durante supradictam prouisionem, & consequen- 4
ter fauor est personalis *cap. mandata de præsumpt. vbi*
Abb. *num* 1. *versic. sed ex verbis* Felin. *num.* 2. *versic. &*
idem Mantic. *de tacit. lib.* 1. *titul.* 7. *num.* 5. vbi enim ius † 5
extinguitur morte, elargitio est personalis Bero. *conf.* 173.
num. 68. *lib.* 1. Alciat. *conf.* 7. *num.* 15. *lib.* 4. Menoch. *d. præ-
sumpt.* 103. *num.* 53.

Vnde cum ista gratia Clemen. VIII. fuerit motu † pro- 6
prio, & de plenitudine potestatis ex mera liberalitate Pon-
tificis, vtique sine dubio suffragatur.

Dixerunt quoque gratiam confirmatoriam Gregorij
XV. de anno 1621. ad fauorem Polidori Nerutij nepotis
d. Dominici Nerutij super constituta prouisione annua
scut. 150. monetæ esse pariter personalem, & suffragari,
tum quia tàm in secreto, quàm in publico consilio fuit
constituta supradicta prouisio supradicto Polidoro eius vi-
ta durante, & quod post eius obitum ad populum reuer-
teretur, & consequenter gratia est personalis ex supra de-
ductis, tum etiam quia cum addatur prout, & que-
madmodum habebat Domioicus Nerutius patruus, se-
quitur, quod cum gratia patrui esset personalis, ita &
ista nepotis ad † instar illius, *l. pater familias ff. de verb.* 7
signific. l. quemadmodum, ff. de acqu. possess. Angel. *conf.*
11. *num.* 4. Menoch. *conf.* 1. *num.* 20. Tum quia cum fuerit
processum per viam nouæ Constitutionis, non per viam
augumenti, cum expressione nominis proprij & cogno-
minis, & cum verbis personalibus tu, † & te vtique ex 8
ipsis personalitas considerata ostenditur, Natt. *conf.* 164.
num. 21. *lib.* 1. Rot. *d. decis.* 733. *num* 7. *part.* 2. Menoch.
d. præsumpt. 103. *num.* 9. *&* 12. tum & vltimo, quia Con-
seruatores illius temporis attestantur concessionem nouæ
prouisionis non fuisse factam intuitu officij Fiscalatus, sed
intuitu personæ Polidori ob merita patrui, & propria, † 9
cui attestationi admodum deferendum vitur, Rot. *in
recent. decis.* 525. *num.* 1. *part.* 2. & in puncto attestatio-
nis Conseruatorum fuit dictum in *Romana officii* 9. *Maii*
1625. *coram R. P. D. Coccino Decano.*

Nec obstare visa fuerunt verba Polidoro Fisci, & Ro-
mani

mani Populi Procuratoris, apposita in consilio secreto & publico, & verba apposita in confirmatione Gregorij X V. tu qui vt asseris Curiæ Capitolij & Fisci Procurator existis, quia cum ex tot supradictis pateat euidenter gra-
10 tiam esse personalem, ista verba † stant demonstratiuè, & non excludunt personalitatem, Canon. *in cap. queniam* Abbas *de offic. deleg. vbi* Abb. *num. 8. post med.* Dec. *num. 49. versic. secundo limitatur*, Bero. *num. 93. in princip.* Abb. *cons. 93. num. 1. in fin. lib. 1.* Rot. *in recent. d. decis. 733. num. 7. vers. vnde licet part. 2.*

Conseruatores verò in constituendis istis prouisionibus annalibus præcipuè, temporaliter ad vitam voius perso-
11 næ præuijs consilijs secreto, & publico habent pro se † antiquissimam possessionem, quæ eis suffragatur *l. si pignora, §. fin. ff. de pigner* Aym. *cons. 6. num.* 103. Surd. *cons. 354. num. 5. lib. 3.* & cum apposuerint clausulam, reseruato beneplacito Apostolico, & inserto tenore, tàm secreti quàm publici consilij Gregorius X V. suppiendo omnes & singulos, tàm iuris quàm facti defectus cum decreto irritanti confirmauerit, & robur apposuerit, itaque non sumus in confirmatione in forma communi, sed ex certa scientia,
12 itaut in effectu dicatur gratia † Papalis, contra quam de aliquo defectu apponi non possit, *cap. pastoralis. §. præterea, in verb. certa scientia, de offic. deleg. cap. si Apostolica de præbea. in 6.* Dec. *in cap. 1. num. 46. & 47. de confirmat. vtil. vel inutil.* Ferret. *cons. 38. num. 6. & 7.* Alex. *cons. 30. num. 8. lib. 5.* Paris. *cons. 3. num. 39. & 40. lib. 4.* Rota *in recent. decis. 192. num. 2. & 3. part. 1. & decis. 461. num. 13. part. 1. & fuit dictum in Romana Dehaneriatas pecudum 5. Iulij 1574. coram bon. mem. Robusterio, & in Gerundea. Canonicatus 11. Februarij 1598 coram bon. mem. Orano, & in Abulen. iurisdictionis 22. Ianuarij 1588. coram eod.*

Censuerunt quoque Domini suffragari & esse personalem gratiam Conseruatorum de anno 1605. & confirmationem Pauli Quinti cum noua concessione ad fauorem eiusdem Dominici Nerutij super constitutione & deputatione Procuratoris & defensoris Gabellarum, cum salario, regalijs, & alijs emolumentis; cum Conseruatores intuitu meritorum Dominici constituerint illum Procuratorem & defensorem, ex quo per 30. annos, & vltra negocia Populi Romani fideliter procurauerit, & signanter in tuenda, & defendenda Gabella Carnis operam suam laudabiliter præstiterit cum derogatione Statutorum, ac vita durante; vnde ista gratia quoque conseruatorum non fuit intuitu officij Fiscalatus, sed intuitu personæ ob merita & labores, & ad vitam, & sic personalis ex supra deductis.

Confirmatio quoque Pauli Quinti iuuat, & est personalis, quia est insertus totus tenor concessionis factæ per Conseruatores ob merita, & ad vitam, cum clausula, supplendo tàm iuris, quàm facti defectus, & propterea confir-
13 matio non † est in forma communi, sed ex certa scientia, & de aliquo defectu impugnari non potest ex supra allegatis.

Tanto magis, quia idem Paulus Quintus pro maiori cautela eundem Dominicum Procuratorem, & defensorem Gabellæ, cum salario, & regalijs de nouo ad vitam constituit, & deputat cum derogatione statutorum, &
14 cum simus † in confirmatione ex certa scientia ista verba important nouam concessionem, & gratiam ipsiusmet Pontificis, Cassad. *decis. 1. num. 3. de confirmat. vtil. vel inutil.* Rota *in recent. decis. 84. num. 10. & 192 num. 2. & decis. 210. num. 6 part. 1. & decis. 513 num. 6. part. 2. recent. & fuit dictum in supradicta Romana Dobaneriatas pecudum 5. Iulii 1574. coram bon. mem. Robusterio.*

Coadiutoriam quoque in d. officio Procuratoris & defensoris Gabellæ ad fauorem Polidori, & Lelij de Nerutijs datam per Conseruatores, pronunciarunt DD. suffragari & esse personalem, cum fuerit concessa ob ætatem 77. annorum Dominici, & ob labores per 30. annos cum futura successione vita durante Polidori, & Lelij, & sic personalis non intuitu officij Fiscalatus, cum in officio Fiscalatus non fuerit data coadiutoria, & tunc Polidorus non esset Fiscalis, nec Lelius vnquam Fiscalatus officium obtinue-
15 rit, ex qua † diuersitate personarum, quæ non erant Fiscales arguitur distinctio & diuersitas officiorum, Rot. Ianuen. *decis. 179. num. 6.* Seraph. *decis. 164. num. 2.* Lancellot. *de attent. part. 2. cap. 12. limit. 2. num. 10.*

Confirmatio quoque coadiutoriæ per Paulum Quintum fuit non in forma communi, sed ex certa scientia inserto toto tenore coadiutoriæ, cum clausula supplentes omnes tàm iuris, quàm facti defectus, & pro maiori cautela ipsemet Paulus Quintus in coadiutores cum futura successione vita eorum durante constituit & deputat, & propterea tàm in vim confirmationis, quàm in vim nouæ concessionis ob certam scientiam coadiutoria est personalis, & suffragatur per præallegata.

Non obstat defectus potestatis Conseruatorum obreptionis, & intentionis Pontificis, quia omisso quod si ista intrarent, redditus redirent ad Senatum Romanum, cum gratiæ non sint intuitu Fiscalatus, sed personales, & ideo
Procurator Fiscalis † cum sua non intersit, de nullitate & 16
obreptione dare non possit. Seraph. *decis. 278. num. 1.* Rot. *diuers. decis. 133. num. 12. part. 2.* facultas Conseruatorum apparet ex ipsamet erectione Gabellæ Carnis, in qua Pius Quintus dat facultatem Conseruatoribus deputandi officiales quos, & quot, & ad quod tempus voluerint, vt in puncto Mandos. *in reg. 16. quæst. 20. num. 3.* Cassad. *decis. 14. num. 2. de præbend.* vnde multo magis potuerunt deputare temporaliter, & ad vitam certarum personarum erga Populum Romanum benemerentium, concurrente confirmatione, & noua concessione Sedis Apostolicæ ex certa
scientia tollendo omnes defectus, quæ noua concessio † 17
ex certa scientia operatur, vt non sit necessaria verificatio gratiarum, cum si non valeant in vim confirmationum, substinentur vigore nouarum concessionum, Butr. *in cap. inter dilectos num. 13. versic. sed si ex primo de fid. instrum* Ruin. *cons. 31. num. 6. & cons. 231. num. 5. lib. 1.* Rot. *decis. 36. num. 7. part. 2. diuers.*

Non obstat quod Clemens VIII. prohibuerit erectiones nouorum officiorum contra formam statutorum; quia
Clemens loquitur si erectio fieret absque † confirmatione 18
Apostolica, noluit enim Clemens ligare manus Pontificum, nec loquitur quando in ipsa erectione Gabellæ est data facultas prout hic à Pio V. deputandi officiales quos & quot voluerint, & prohibitio Clementis procederet si priuatiuè crearetur nouus defensor cum præiudicio tertij, cui emolumenta propria tollerentur, secus prout hic cumulatiuè cum assignatione nouorum emolumentorum, quia tunc non intrat prohibitio Clementis, ad notat. per Dec *cons. 3. num. 3.* Rolan. *cons. 8. num 7. lib. 2.* Surd. *cons. 56. num. 19. & seqq.* & cum tàm Clemens VIII. quàm alij Pontifices successores confirmauerint erectiones aliorum
ac diuersorum officiorum, satis oritur † obseruantia in- 19
terpretatiua, quod Clemens VIII. non intellexit, si erectio facta à Conseruatoribus à Sede Apostolica confirmaretur, & multo magis si de nouo ex certa scientia concederetur, *l. si de interpretatione ff. de leg.* Bero. *cons. 181. num. 5. lib. 3.* Burat. *cons. 321. num. 26. & seq. lib. 3.* & in puncto *fuit dictum in Conchen. beneficij de valde iadios 13. Iunij 1612. & in Romana artis sutoriæ 20. Martii 1620. coram bon. mem. Card. Sacrato*, & ex derogatione facta per Pontifices colligitur clara eorum voluntas, Bald. *in l. eam quam, num. 36. C. de fideicom.*

Defectus verò subreptionis, & intentionis Papæ non subsistit ex eo, quod Papa ignorauerat Procuratorem Fiscalem eo ipso quod esset Fiscalis esse Procuratorem, & defensorem Gabellæ Carnis ex dispositione statuti, quia cum in confirmatione, & concessione Apostolica Pauli V. fuerit narratum Dominicum per 30. annos, & vltra, negotia Populi Romani rectè, & fideliter procurasse, & signanter in tuenda, ac defendenda Gabella Carnis laudabiliter operam præstitisse, quod non ex sua liberalitate, sed ratione officij fecisse Papa intellexit, cum
quis regulariter † in negotijs alienis sine deputatione non 20
se intromittat, consequenter ex istis verbis expressis circa laudabilem defensionem Gabellæ Carnis Pontifex potuit in genere cogitare, quod sufficit ad euitandam subreptionem, & defectum intentionis, *l. qui iure militari, ff. de testam. milit.* Felin. *in cap. nonnulli, num. 18. post med. de rescript.* Veral. *decis. 49. num. 5. part. 1.* Rot. *in recent. decis. 38. num. 3. & decis. 210. num. 5. part. 1.* & sufficit
scientia † virtualis, & expressio per æquipollens ad eui- 21
tandam subreptionem, & defectum intentionis, Cassad. *decis. 12. num. 3.* Verall. *decis. 217. num. 1. & decis. 222. num. 1. part. 3.* & ex derogatione statutorum ar-
guitur † voluntas Papæ, & derogatio generalis statu- 22
torum sufficit Bart. *in extrau. ad reprim. in verb. non obstant. num. 2.* Ias. *cons. 110. col. 4. ad fin. vers. 11. moueor lib. 4.* Bart. *cons. 147. num. 2. lib. 3.* Rot. *in decis. 306. num. 5 part. 1.*

Nec de aliquo præiudicio Procuratoris Fiscalis Populi Romani agitur, quia emolumenta propria Fiscalatus non fuerunt

fuerunt in aliquo diminuta, sed potius labor, cum defen-
23 sio † non priuatiuè, sed cumulatiuè dicatur concessa, Rota *in recent. decis. 533. num. 2. p. 2.* Dec. *cons. 3. numer. 3.* Rolan. *cons. 8. num. 7. lib. 2.* Surd. *cons. 56. num. 19.* & oritur vtilitas Populi Romani cum admodum expediat habere plures defensores, & officiales, Bald *in l. vnica §. vbi autem num. 6. in fin. C. de caduc. tollen.* Afflict. *decis. 41. nu. 2.* Boer. *decis. 347. nu. 5. propè fin.*

Non obstat quod officium quoque Fiscalatus fuerit concessum ad vitam, & illud fuerit alteri concessum, quia cum gratiæ supradictæ non sint annexæ officio Fiscalatus,
24 sed sint † personales ex supra iam deductis, sublato Fiscalatu remanent gratiæ durante persona, Rota *in recent. d. decis. 733. nu. 5. & seq par. 2.*

Non obstat, quod Papa non habuerit notitiam personæ Polidori, & ista concessio fuerit sine causa, quia ratione
25 officij Polidorus erat notus Papæ, & expressio † nominis proprij cum cognomine arguit in Papa notitiam personæ, Rota *in recent. d. decis. 733. num. 7. post med. par. 2.* & in
26 Principe causa † concessionis præsumitur, quamuis non exprimatur Socc. Iun. *in l. Gallus. §. & quid si tantum, num. 110. ff. de lib. & posthu.* Odd. *de restit. in integr. par. 2. quæst. 99. art. 9. num. 68. & seq.* & causa meritorum fuit ex persona patrui, & etiam ipsiusmet Polidori, & in dubio con-
27 cessio † præsumitur ex causa meritorum, Tiraq. *in l. si vnquam in verb. donatione largitus numer. 71. & 74. in fin. C. de reuocan. donat.* & de donatione facta à Principe *fuit dictum in Rauennaten. bonorum 8. Iunij 1588. coram bon. mem. Bubalo.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

REVERENDISSIMO P. D. VRGELLEN.

Teruleñ prætensæ erectionis beneficij.

Die Lunæ 5. Iulij 1627.

A R G V M E N T V M.

Gesta omnia post inhibitionem Rotalem sunt attentata, & ista inhibitio, siue iusta, siue iniusta est timenda. Sententiæ executio non est retardanda, quando sumus in tertia instantia, sed stante inhibitione Rotali est attentata.

S V M M A R I V M.

1 *Gesta post inhibitionem Rotalem omnia sunt attentata, & ideò veniunt reuocanda.*
2 *Inhibitio Rotalis siue sit iusta, siue iniusta est timenda.*
3 *Si enim simus in Curia facile est adire signaturam pro remedio.*
4 *Si verò in partibus, non est aperienda via inferioribus cognoscendi de viribus inhibitionis.*
5 *Gesta omnia post interpositam appellationem sunt attentata.*
6 *Sententiæ executio non est retardanda, quando est lata in tertia instantia.*
7 *Sententia lata in iudicio summarijssimo non facit numerum.*
8 *Executio trium conformium post inhibitionem Rotalem est attentata.*

D E C I S I O CII.

FVIT resolutum ad fauorem Beneficiatorum; sententiam Nuntij Hispaniarum, & alia omnia inde se-
1 quuta † post inhibitionem Rotalem esse attentata, & ideo reuocanda *ad l. primam §. 1. ff. de nou. oper. nunc. cap. significantibus extra de appell.* Lancell. *de attent. post inhibit. ampliat. 6. nu. 2.* Caputaq. *decis. 93. par 3.*

Neque obstat, quod per dictos Beneficiatos esset introducta causa appellationis coram Nuncio, antequam per eosdem committeretur in Rota, & concederetur inhibitio, nulla etiam facta mentione litis, nec prævia auoca-
2 tione; quia † Inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta
3 est timenda. Si enim † sumus in Curia, facile est adire signaturam pro remedio, si verò in partibus, vt hic, non
4 † est aperienda via inferioribus cognoscendi de viribus inhibitionis, Achil *decis. 29. de appell.* Greg. XV. *decis. 435. & ibi Add. nu 4* Rota *decis. 519 nu. 10. par. 1. recent.*

Et in omnem casum ex quo à dicta sententia Nuncij fuit legitimè appellatum, relaxatio executorialium, executio earundem declaratoria, interdictum inuocatio brachij sæcularis, præceptum cessationis à Diuinis, & alia † 5
omnia in executionem dictæ sententiæ sequuta fuerunt attentata, *cap. non solum de appell. in 6.* Lancellot. *de attent. par. 2. cap. 12. in præfat. in fin.* Rota *decis. 598. numer. 1. p. 1. recent.*

Non obstat si dicatur, quod executio † non erat retar- 6
danda, ex quo Nuncij sententia fuit lata in tertia instantia, quia vltra quòd non est verum; quia immò fuit lata in secunda, cum † prima ordinarij Teruleñ fuerit dum- 7
taxat, super summarijssimo possessorio retinendæ, etiam executio † trium conformium post inhibitionem Rota- 8
lem est attentata. Lancell. *de attent. post inhibit. ampl. 6. numer. 3.* Rota apud Gregor. XV. *d. decis. 435. num. 3.* & alibi sæpius.

Et ita &c. vtraque &c.

REVERENDISSIMO P. D COCCINO.

Romana Pecuniaria.

Die Lunæ 8. Nouembris 1627.

A R G V M E N T V M.

Procurator lædens suum principalem, quando teneatur ad interesse, & alia de quibus in summario.

S V M M A R I V M.

1 *Instrumentum facit probationem probatam, & rem certam.*
2 *Confessio propria est maior omni probatione, etiam instrumentalis.*
3 *Conuentiones posteriores derogant prioribus.*
4 *Pacta vltima prioribus contraria eis derogant.*
5 *Singula, quæ non prosunt, iuncta iuuant.*
6 *Singula iuncta tunc prosunt, quando sunt in sua specie perfecta.*
7 *Singula, quæ non prosunt, nec multiplicata iuuant.*
8 *Singula, quæ sunt imperfecta in sua specie, nulla ratione possunt coniungi ad faciendam aliquam probationem.*
9 *Scriptura, quæ non est legitimè recognita, nullam probationem facit.*
10 *Procurator non potest aliquid alienare sine mandato Domini.*
11 *Procurator lædens suum Dominum, tenetur ad interesse, si sit soluendo.*
12 *Ratificatio subsequuta tollit omnem difficultatem mandati.*
13 *Quod procedit etiam respectu eorum, quæ exigunt speciale mandatum.*
14 *Ex procuratoris facto, si Dominus damnum sentiat, debet prius agere contra procuratorem, si sit soluendo, sin minus potest petere restitutionem in integrum num. 14 & 15.*
16 *Prohibitio vno, censentur prohibita omnia, per quæ peruenitur ad illud.*
17 *Dominium alicuius rei apud duas personas insolidum esse non potest.*
18 *Reseruatio facultatis liberè disponendi, etiam cum quibuscumque clausulis amplissimis concepta, est intelligenda, de facultate administrandi, & exigendi.*
19 *Procurator quantumuis generalis, & cum libera, non potest facere actum ad sui commodum in præiudicium Domini.*
20 *Culpa non obligat cessante fraude.*
21 *Dolo id præsumitur quis facere, quando fecit illud, quod non debuit.*
22 *Approbatio inducitur per taciturnitatem.*
23 *Scientia ad hoc vt præiudicet, debet plenè, & concludenter probari.*
24 *Facta non præsumuntur.*
25 *Re duobus vendita ille præfertur, cui primum res fuit tradita.*
27 *Ad non factum quotiescumque quis obligatur, si contrauenìat, succedit obligatio ad interesse erga partem læsam, etiam si factum subsistat.*

28 *Debitum proprium, vt quis soluat, non debet vendere bona aliena.*
29 *Ad intereſſe non debet quis condemnari, ſi fecerit aliquid ſine dolo.*

DECISIO CIII.

IN vltima deciſione in hac cauſa facta ſub die 7. Iuolj præ-
teriti coram me, * duo fuerunt firmata Primò, quòd
creditum Dominorum de Montautis cum Zeccadoro erat
ſcut. 6000. Secundò, quòd Zeccadorus tenebatur ad inte-
reſſe ad rationem fructuum, qui percepti fuiſſent ex locis
Montium, quos vendidit. Et cauſa ſuper ijſdem propoſi-
ta, Domini perſtiterunt in reſolutis.

Primum enim viſum fuit nullatenus poſſe controuer-
ti, cum Montauti habeant intentionem fundatam in
1 inſtrumento venditiools Caſtri, quod † facit probatio-
nem probatam, & rem certam, Iaſ. *in l. 1. numer. 10. ff.
de nou. oper. nunc.* Crauet. *conſ.* 382. *numer.* 8. Soccin. *conſ.*
87 *numer. 23. ad fin. verſ. primo quia lib.* 3. Natt. *conſ.* 145.
numer. 1. & 177. pariter numer. 1. vol. 1. latè Tiraq. *de re-
tract. lignag. §. 2. gloſ. 1. numer. 20. & ſeqq.* Gonzal. *ad reg.*
8. *gloſ. 64. numer.* 5. quàm in eiuſdem Zeccadori obligatio-
2 ne, ac confeſſione, † quæ maior eſt quacumque proba-
tione etiam inſtrumentalis, *l. ſed & ſi poſſeſſori. §. penult.
ff. de iureiur.* Bald. *conſ. 192. nu. 8. verſ. veruntamen, vt dixi
lib. 2.* Crauet. *conſ. 61. nu. 3.*

Nec obſtant allegatæ conuentiones anni 1601. quia
præterquam quod non ſatis iuſtificantur per ſcripturam,
quæ datur in ſumm. numer. 5. quæ non eſt in actis, nec
in forma probanti, leguntur factæ inter Montautos, &
D. Andouinum patrem DD. de Taurinis, qui hodie ſunt
in cauſa, & ſic inter perſonas diuerſas duos annos ante
inſtrumentum dictæ venditionis, quod cum per tanti
3 temporis ſpatium ſit poſterius, † vel derogat præfatis
conuentionibus, *l. ſed & poſteriores ff. de legib.* Abb.
conſ. 94. numer. 3. in fin. lib. 2. Alex. *conſ. 122. in princ.
lib. 4.* qui dicit hoc etiam procedere in contractibus per
textum in l. cum plures. §. borrei. ff. locat. vel ſaltem
4 inducit † certam probationem, quòd à dictis conuen-
tionibus fuerit receſſum ad *text. in l. pacta nouiſſima. C.
de pact. & not. in l. fin. C. de nouat.* Anchar. *conſil.*
188. *numer.* 8. Alex. *d. conſil.* 122. *numer. 1. lib. 4 ſan.
mem.* Gregor. *deciſ. 76. numer.* 1. Vnde tanto minus de
veritate contentorum in dicto inſtrumento venditionis
dubitari poteſt, cum vltra obligationem, & confeſſio-
nem claram Zeccadori emanatam in vim dicti inſtru-
menti, tàm Dominici de Montautis, quàm Domini de
Taurinis dictum inſtrumentum, ac in eo contenta expreſ-
ſe ratificauerint.

Nec dicatur, quòd ſi dictæ conuentiones per ſe non ſuf-
ficiunt, ſaltem iunctæ inſtrumento diuiſionis pretij dicti
Caſtri ſubſequutæ inter Montautos, & Taurinos de
anno 1611. ac confeſſionibus emanatis in pluribus litteris
Montautorum faciant concludentem probationem, quod
per huiuſmodi inſtrumentum venditionis non fuerit re-
ceſſum à dictis conuentionibus ſaltem in rei veritate,
5 quicquid ſit per apparentiam ad regulam, quæ non †
proſunt ſingula iuncta iouant *cap. cum cauſam de prob. l.
2. §. ætas, & bi gloſſ. ff. de excuſ. tut.* quia aduerten-
6 dum eſt, quòd dicta regula non procedit, quando †
illa ſingula in ſua ſpecie ſunt imperfecta, vt per Bald.
*in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. nu. 2. in 4. not. ff. de
edend. tenuit.* Alex. *conſ. 11. numer. 3. & ſeqq. lib. 4. &
conſil. 13. numer. 19. lib. 1.* Iaſ. *latè in l. admonendi numer.
257. ff. de iureur.* Crauett. *conſ. 216. numer.* 12 tunc
7 enim intrat regula contraria, quæ non † proſunt ſingu-
la, nec multiplicita iuuant *l. ſpadonem. §. iura. ff. de ex-
cuſ. tut.* vnde in caſu iſto cum euidenter conſtet, nullum
fieri poſſe fundamentum in prædictis conuentionibus, quia
ſcilicet nullatenus iuſtificantur, & quatenus iuſtificaren-
tur, non eſſent attendendæ ex ſupra deductis, illæ non
ſolum dici non poſſunt perfectæ in ſua ſpecie, ſed immò
8 ſunt, † ac ſi non eſſent, ideoque nulla ratione poſſunt
coniungi ad inducendam aliquam probationem, bene Cra-
uet. *in puncto d. conſ. 216. loco cit.*

Quæ tanto magis procedunt, cum minus obſtet inſtru-
mentum allegatæ diuiſionis pretij d. Caſtri, quia præter-
quam quod eſt initum ſeptem annos poſt venditionem lo-
corum montium factam à Zeccadoro, cui idcirco nulla-
tenus poteſt ſuffragari; quia vt iam fuit reſolutum ſub die
26. Iunij 1624. & 21. Februarij 1625. Zeccadorus tenetur
Montautis ad ſolutionem intereſſe pro rata, in qua de
tempore venditionis locorum montium fuerunt ſatisfacti.
In omni caſu poſſent quidem operari, vt dicatur receſſum
ab inſtrum. venditionis Caſtri, & eiuſdem inſtrumenti
ratificatione ex ſupra deductis, ſed nunquam deſtruet præ-
factum inſtrumentum, itaut de tempore venditionis lo-
corum montium poſſit dici, quod Montauti tunc eſſent ſa-
tisfacti, & quòd Zeccadorus non eſſet verè illorum debi-
tor in dicta ſumma ſcut. 6000.

Nec tandem officiunt prætenſæ litteræ Iulij Montauti
ſcriptæ 23. Auguſti 1603. in quibus dicitur contineri, quod
Iulius ad petitionem Zeccadori tranſmittebat copiam dd.
conuentionum, ſignum euidens, quod Montauti non
erant verè creditores ſcut. 6000. ſed ſolummodo tertiæ
partis totius pretij Caſtri venditi iuxta formam dd. con-
uentionum. Quia fuit reſponſum primò quod cum d. † 9
litteræ non ſint legitimæ recognitæ, nullam faciunt pro-
bationem *DD. in l. admonendi, vbi* Iaſ. *numer. 83. & in re-
pet numer. 139. ff. de iureiur. & in l. comparationes. C. de
fid. inſtru.* Bart. *in l. nuda ratio numer. 10. ff. de donat.* Fe-
lin. *in cap. 2. numer. 17. de fid. inſtrum.* Secundò fuit reſpon-
ſum quod quatenus legitimè conſtaret de prædictis conuen-
tionibus omnia, quæ ex illis deducuntur, poſſent quidem
conferre ad probandam minorem quantitatem crediti
Montautorum habito reſpectu ad Taurinos, cum quibus
nihil hodie ſuper hoc controuertitur, ſed nunquam pote-
runt operari, vt Zeccadorus non debeat dici verus, & le-
gitimus debitor Montautorum in d. ſumma ſcut. 6000.
cuius rei eſt euidens argumentum, quod ſi Zeccadorus præ-
fatam ſummam Montautis ſoluiſſet, vtique benè ſoluiſ-
ſet, immò quòd illam non poterat ſoluere Taurinis, niſi
de ordine Montautorum, quibus actio directa contra Zec-
cadorum competebat.

Quo verò ad ſecundum, ſi Zeccadorus ex pecunijs, &
nomine Montautorum emit loca montium, vtique vel il-
la non poterat ſine mandato, † & cauſa alienare, vel ſi 10
illa alienauit, tenetur ad intereſſe, vt in *alleg. ſi manda-
uero. §. Iulianus. in fin. ff. mand. l. ſi ſine. §. modeſtinus. ff. de
admin. tut. l. qui aliena. ff. de neg. geſt.* quia † procurator 11
lædens tenetur ad intereſſe, ſi ſit ſoluendo *l. & eleganter
§. ſi dolo. vbi* Bart. *de dol. bene* Abb. *in cap. cum veniſſent nu.
17. de reſt. in integr.*

Nec dicatur iſta non habere locum in caſu noſtro. Pri-
mò, ex quo non conſtat Zeccadorum habuiſſe aliquod
mandatum à Montautis ad emendum d. loca montium,
ideoque non poſſe teneri ad aliquod intereſſe. Secundò,
quia Zeccadorus vigore omnimodæ diſpoſitionis, quam ſi-
bi reſeruauerat in emptione dictorum locorum montium
potuit illa ad libitum alienare, itaut non ideo teneatur ad
dicta intereſſe. Tertiò, quia in omni caſu illa ex legitima
cauſa alienauit.

Nam circa primum, ſuppoſito etiam citra veri præiu-
dicium, quod iura allegata ſupponant mandatum, vel
aliquam obligationem, illud in hoc caſu viſum fuit non
poſſe controuerti tàm ex litteris Iulij Montauti ſcriptis de
menſe Aprilis anni 1613. quàm ex ratificatione ſubſequuta
vigore exactionis fructuum dictorum locorum montium
factæ per Montautos, vt fuit ponderatum in præcedenti
deciſione. Nec ſubſiſtit, quòd immò dictæ litteræ exclu-
dant potius mandatum, cum videantur continere prohi-
bitionem inueſtiendi pecunias: quia aduertendum eſt,
quod huiuſmodi litteræ quamuis contineant, quòd fiat in-
ueſtimentum ad minorem ſummam, qua fieri poſſit, non
tamen abſolutè prohibent inueſtimentum, vnde cum ha-
beant implicitam conceſſionem ad aliquam ſummam arbi-
trio Zeccadori, dubitari non poteſt. quin reſpectu illius
reſultet ſufficiens mandatum, maximè cum † ratifica- 12
tio ſubſequuta omnem tollat difficultatem ad *tex. in l. Pau-
lus. ff. rem rat. haber,* etiam reſpectu, † eorum, quæ exe- 13
giſſent ſpeciale mandatum, Rota *deciſ. 525. num. 5. & ad-
den. ad deciſ. 295. nu. 6. ſan. mem. Greg.*

Circa verò ſecundum hodie non controuertitur, An
Zeccadorus vigore diſpoſitionis, quam ſibi in dictorum
locorum emptione reſeruauerat potuerit alienare ad ef-
fectum, vt huiuſmodi alienatio ſuſtineatur, & Mon-
tauti non poſſint habere regreſſum ad dicta loca mon-
tium, ſed dicitur, quod cum ex dicta alienatione Montau-
tis damnum reſultauerit, vtique † tenetur ipſis præſtare 14
quanti eorum intereſt dicta loca non fuiſſe alienata ex *d. l.
& eleganter. §. ſi dolo, vbi* Bart. *ff. de dolo, & ex* Abb. *in d.*

cum

cum venissent num. 17. de restit. in integr. vbi habetur, quòd
15 si Dominus ex facto † procuratoris sentit damnum, debet primò agere contra procuratorem, ex cuius facto damnum sensit, si sit soluendo, si verò non sit soluendo potest in subsidium petere restitutionem in integrum. In proposito autem cum ex facto Zeccadori alienantis Montauti damnum senserint, & Zeccadorus sit soluendo, debent primo contra ipsum agere. Nec potest fieri vis in dicta reseruatione liberè disponendi. Primò, quia sicuti Zeccadorus non potuisset alienare dicta loca montium, si illa sine dicta reseruatione, sed simpliciter nomine, & sub dispositione Montautorum emisset, ità nec potuit dictam dispositionem sibi reseruare ex vulgata regula, quòd
16 † prohibitio vno censentur prohibita omnia, per quæ peruenitur ad illud *l. oratio, ff. de sponsalib. l. pupillus. ff. sed si per interpositam, ff. de auct. tut. cap. præterea de offic. deleg.* Secundò, quia cum repugnaret, quòd Zeccadorus emisset nomine, & ex pecunijs Montautorum, & tamen posset ad sui libitum in eorumdem præiudicium vigore dictæ reseruationis alienare, quod si diceretur, ex consequenti admittendum esset domi-
17 nium † dictorum locorum montium æquè fuisse apud Zeccadorum, & Montautos contra *text. in l. si vt certo §. si duobus vehiculum ff. commod.* Ad tollendam huiusmodi repugnantiam dicta reseruatio facultatis liberè disponendi, etiam quibuscumque amplissimis clausulis
18 concepta, erat intelligenda † de facultate administrandi, & exigendi, vt in simili voluerunt Addent. ad Bald. *in l. creditor, §. lucius in fin. addit. ff. mand.* & in puncto Rota resoluit in causa *Romana Officij* 30. *Ianuarii* 1609. *coram bon. mem. Card. Lancellotto, & in causa Romana census* 22. *Iunii* 1609. *coram me, &* 18. *Martii* 1611. *coram Illustriss. Caual. & in recent. decis. 425. numer. 7. par. 1.* Ideoque dicta facultas liberè administrandi, & exigendi nullatenus poterat extendi ad alienationem præiudicantem Montautis, quia procurator quan-
19 tumcumque † generalis, & cum libera non potest facere actum ad sui commodum, & præiudicium Domini *l. contra iuris, §. si filius, ff. de pact.* Bald. *in d. l. creditor §. lucius, ff. mand.* Dec. *cons. 402. num. 9. & sanct. mem.* Greg. *decis. 311. num. 4.*

Nec dicatur sufficere, quòd absit dolus, qui solus in huiusmodi libera administratione intelligitur exceptus,
20 ità vt culpa † non obliget cessante fraude, *l. in venditione §. de tempore ff. de ben. auct. Ind. possid.* & ibi Bar. *in §. si quis fructus propè finem*, quod etiam videtur expressum *d. l. creditor §. lucius ff. mand. & in d. l. & eleganter, §. si dolo. ff. de dolo.* Abb. *in d. cap. cum venissent num. 17.* vnà cum alijs in contrarium deductis. Quia cum, vt superius dictum fuit Zeccadorus, vel non posset huiusmodi facultatem sibi reseruare, vel si poterat illa non extenderetur ad facultatem alienandi, vtique alienatio
21 subsequuta non potuit esse sine dolo, quia † præsumitur dolo facere, qui fecit, quod non debuit *l. tutor. qui repertorium, ff. de adminis. tut. l. dolo, ff. ad l. falcid. l. si procuratorem, §. dolo, ff. mand.*

Et hinc non officit, quod exactio fructuum facta per Montautos haberet annexam scientiam huiusmodi facultatis, quam sibi Zeccadorus reseruauerat, quam ideò
22 Montauti per taciturnitatem † censentur approbasse ad *gloss. notabilem in ca. cum olim in verb. Protinus de offic. deleg.* Quia vltra quod cum intentio Zeccadori consistat in
23 hac scientia, debet plenè, † & concludenter probari Bar. *in l. omnes in princ. C. de Agricol. & censit. lib. 11.* Angel. *in auth. de ecclesi. tit. §. pen. in fin. & in l. 1. C. de Nili aggerib.* quos refert, & sequitur in puncto Dec. *in cons. 437. num. 3.* Non autem præsumptiuè, quia in hoc casu talis scientia tanquam æquipollens mandato est quid facti, *l. cons. in fin.*
24 *ff. de curat. furios.* & ideò † non præsumitur *cap. cum in iure de offic. deleg. l. in bello, § captæ, ff. de cap. l. 1. C. de prob.* Abb. *cons. 36. num. 1. vers. 2. casu lib. 2.* & in terminis Dec *d. cons. 437. numer. 2.* Cessat omnis difficultas, quia cum, vt dictum est, dicta reseruatio liberè disponendi sit intelligenda de facultate administrandi, & exigendi, non autem alienandi, supposito etiam citra veri præiudicium, quòd Montauti de illa scientiam habuerint, id vtique non potest suffragari Zeccadoro ad effectum alienationis.

Nec est verum implicare contradictionem, quòd alienatio facta per Zeccadorum sustineatur, & tamen Zeccadorus teneatur ad interesse, quia in hoc habemus claram dispositionem *text. in d. l. & eleganter, §. si dolo ff. de dol.*
vbi valet † factum procuratoris, & tamen procurator te- 25
netur ad interesse, quamuis si procurator non sit soluendo competat domino via restitutionis in integrum, vt etiam per Abb. *in d. cap. cum venissent numer. 17. de rest. in integr. facit etiam text. in l. diligenter in vers. item si mandauero, ff. mand.* Vbi si mandauero tibi, vt fundum meum centum venderes, tùque eum nonaginta vendideris, si fundum petam, obstabit mihi exceptio mandati, si reliquum quod deest mandato meo præstes, & sic non implicat contradictionem, quòd sustineatur venditio, &
procurator soluat interesse, vt etiam dicitur de eo, † qui 26
rem vni vendidit, & tradidit, quàm prius alteri vendiderat, in *l. quoties* vbi *gloss. & DD. ff. de rei vendic.* Gabr. qui alios refert *concl. 2. numer. 6. de empt. & vendit.* & genera-
lis est regula, quòd quotiescumque aliquis obligatur † ad 27
non factum, si contraueniat, succedit obligatio ad interesse erga partem læsam, etiam si factum subsistat, vt per *DD. in l. 4. §. Cato, & in l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. obligat.*

Circa verò tertium. Visum fuit non constare de causis legitimis, quæ potuerint, aut debuerint mouere Zeccadorum ad faciendam huiusmodi alienationem. Nam quòd Zeccadorus alienauerit in exequutionem mandati habiti à Montautis de soluendo Mottæ procuratori Taurinorum non benè iustificatur, cum tale mandatum acceptare expressè recusauerit, vt in eius litteris scriptis de Mense Ianuarij anni 1605. ibi, *replico à V. S. la caggione, per la quale non hò voluto pagare il restante de denari.* Vndè frustra prætenditur posse deduci acceptatio, siuè effectuatio dicti mandati ex solutione pecuniarum facta per Zeccadorum præfato Mottæ ad summam scut. 4000. quia illa fuit facta pro summa debita Taurinis iuxtà ratam pretij Castri venditi, quæ ad ipsos spectabat, & pro qua Zeccadorus se illis obligauerat, non autem in vim mandati Montautorum, vt apertè colligitur ex tenore dictarum litterarum. Ideòque quamuis etiam verum esset, quòd Zeccadorus alienasset dicta loca montium, vt solueret Taurinis d. summam scut. 4000. hoc nihi-
lominus sibi non posset suffragari, quia vt solueret † 28
debitum proprium, non debebat vendere huiusmodi loca montium tàm ex pecunijs, quàm nomine Montautorum empta.

Minus dicatur, quòd saltem d. mandatum suffragetur Zeccadoro ad effectum, vt non possit dici dolo fecisse dictam alienationem, & sic in consequentiam non te-
neatur ad aliquod † interesse, ad quod sine dolo non 29
videtur posse condemnari, vt in *d. l. & eleganter, §. si dolo, ff. de dolo, l. creditor, §. Lucius, ff. mand.* Bart. *in l. procurator 58. numer. 4. vers. quæro quod importet, ff. de Procur.* Abb. *in d. cap. cum venissent, numer. 57. de rest. in integr.* Alex. *cons. 47. num. 8. lib. 1.* quia quidquid sit de hoc, certum est, quòd dictum mandatum sibi nullatenus potest in hoc suffragari, cum illud expressè recusauerit acceptare.

Nec valet replicatio, quòd Zeccadorus habuit iustam causam recusandi, ex quo Motta procurator Taurinorum, qui venerat è Gallijs, non attulerat scripturas necessarias pro illius securitate. Ideòque alienatio quę paulò præcesserat aduentum præfati Mottæ, dicenda sit facta bona fide, & sub iusta spe, quòd Motta fuisset allaturus necessaria, nec tantum itineris frustra suscepturus fuisset, ex quibus euidenter omnis dolus excluditur. Quia aduertendum est. Primò, quòd recusatio Zeccadori est clara, causa verò legitimæ recusationis pendet ab incertis coniecturis ità vt de illa dici non possit sufficienter, ac legitimè constare. Secundò quòd licèt ex post facto forsan superuenerint necessaria pro securitate Zeccadori, adhuc tamen semper Zeccadorus recusauit soluere Taurinis. Vndè tantò minus arguenda est bona fides etiam ab initio mandati. Tertiò, quòd in omnem casum Zeccadorus excusari non potest, si easdem pecunias non subsequuta in exequutionem dicti mandati solutione non reinuestiuit ad commodum, & vtilitatem eorumdem DD. de Montautis, sed illas penes se otiosas tàm diù retinuerit in damnum Montautorum. Quartò, quòd ipsemet Zeccadorus sæpius confessus est, dictas pecunias ex pretio dd. locorum montium redactas, penes se inuestitas retinuisse. Quinto denique, & vltimò, quòd non videtur alienum à veritate, dictas pecunias nomine proprio, & ad pro-

priam vtilitatem Zeccadorum inuestiuisse, in domo, & alijs, quæ latiùs fuerunt ponderata per informantes, accedente præsertim super hoc eiusdem Zeccadori confessione, de qua supra. Ex quibus omnibus visum fuit non posse Zeccadorum, aut illius successores excusari à solutione d. interesse.

Et quatenus etiam pecuniæ, ex quibus Zeccadorus emit dicta loca montium, fuissent verè DD. de Taurinis, adhuc tamen inclinabant Domini Zeccadorum pariter teneri ad interesse ex deductis in decisione præcedenti, quæ omnem tollunt difficultatem.

Et ità conclusum vtraque parte informante.

Est decisio 80. supra in hac parte.

R. P. D. MERLINO.

Romana restitutionis Dotis.

Die Veneris 11. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM.

Maritus ex dispositione Statut. Vrb. lib. 1. cap. 131. extantibus liberis lucratur totam dotem vxoris mortuæ saltem quo ad vsumfructum, ita vt vxor in eius præiudicium de ea disponere non potest. Et an hoc lucrum ei debeatur tamquam pater, vel tamquam maritus.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas, quando in dubio non reuocetur.*
2 *Vir, moriente vxore, et superstitibus liberis, totam dotem lucratur ex dispositione Statut. Vrb. saltem quo ad vsumfructum.*
3 *Et iste vsusfructus patri acquisitus remanet apud illum, eius vita durante, etiam si filii moriantur.*
4 *Maritus ad hoc, vt acquirat vsumfructum in dote vxoris, est necessaria existentia à principio filiorum, non tamen requiritur in processu continuationis.*
5 *Vsusfructus debitus marito ex dispositione statuti debetur vti marito, non vti patri, et num. 6.*
7 *Vxor potest prohibere, ne vsusfructus suæ dotis ratione patriæ potestatis marito quæratur.*
8 *Maritus, stante statut. Vrb. lib. 1. cap. 131. tamquam maritus ex proprio iure, non autem ob filios consequitur vsumfructum dotis vxoris.*
9 *Et ideò vxor de sua dote in illius præiudicium quoquo modo disponere non potest.*
10 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 134. exponitur.*
11 *Maritus de iure communi dotem non lucratur.*
12 *Dotis lucrum, quod defertur marito ex forma ex statuti, dicitur deferri iuris dispositione.*
13 *Votum Card. Seraph. intellectus.*
14 *Decis. in causa Romana prætensi lucri dotis coram Cordub. declaratur.*

DECISIO CIV.

CEnsuerunt Domini sententiam R. P. D. Meltij A. C.
Locumtenentis, per quam D. Franciscus fuit absolutus ab impetitis per D. Magdalenam fideicommissariam q. Felicis eius filiæ, & impositum eidem Magdalenæ ipsius Francisci vita durante, perpetuum silentium, esse confir-
1 mandam, quoniam illius validitas in dubium † non reuocabatur, Ex actorum enim, & processus reuolutione constat de iurisdictione, citatione, & alijs necessarijs, de quibus per Caputaq. *decis. 260. par. 2.* Rota *decis. 589. sub n. 1. par. 1. recent.*

De iustitia verò pariter constare videbatur ex eo, quia cum d. Felix decesserit superstite Francisco eius viro cum
2 liberis; Idem † Franciscus fuit totam dotem lucratus, ex dispositione Statuti Vrbis c. 131. lib. 1. saltem quoad vsumfructum, iuxtà latè deducta *in decis. 653. par. 2. recent.* qui
3 quidem vsusfructus postquam semel fuit † patri acquisitus, semper remanet apud illum eius vita durante, etiamsi filij moriantur, *l. si quis §. sin verò defuncta persona C. ad* Tertull. *l. fin. §. filijs autem C. de bon. quæ liber. l. vlt. C. de vsufruct. glos. in l. 3. C. eod. tit.* Pinell. *in l. 1. par. 1. nu. 39. C. de bon. matern.* Clement. *de Patr. potest effectu. 2. num. 34. vers. amplia sexto.* Caualcan. *de vsufruct. mulier. relict. num. 180.* Gomes. *ad ll. Tauri in l. 6. nu. 11. & seqq.* Surd. *qui de communi testatur cons. 116. nu. 46. & seqq.* Rota *decis. 600. n. 1. par. 1. & decis. 596. num. 10. par. 2. recent.* Quamuis enim filiorum existentia sit necessaria ad principium † acquisitionis hu- 4
iusmodi vsusfructus, non tamen requiritur in processu donationis, & continuationis, vt inquit Bald. *in d. l. 3. in fin. C. de vsufruct. & in l. 3. in fin C. de bon. quæ liber.*

Quod eo magis procedit in vsufructo debito ex disposi-
tione Statuti; Ille enim † debetur marito fortiori iure, & vti 5
marito, non vti patri, Achill *decis. 14. in fin. de constit.* & ad-
huc remanet etiam vbi cessat vsusfructus † debitus patri 6
tanquam patri ratione patriæ potestatis, Salyc. *in auth. idem est C. de bon. quæ liber.* Ruin. *cons. 8 sub n. 5. lib. 2.*

Neque obstat dispositio, & fideicommissum d. q. Felicis ad ipsius Magdalenæ fauorem, nam quamuis mulier
attenta iuris communis dispositione possit tam expressè,
quam tacitè prohibere † ne suæ dotis vsufructus ratione 7
patriæ potestatis marito quæratur, *auth. excipitur C. de bon. quæ liber.* Bart. *in l. si vsufructus §. si ita quis sub numer. 1. ff. quando dies legati cedat.* Bart. *decis. 193. numer. 2.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 19. numer. 30.* Surd. *d. cons. 116. numer. 51. & 54. & cons. 143. numer. 20. & 21.*
Hoc tamen non procedit stante statuto prædicto: Maritus
enim tanquam † maritus ex proprio iure, non autem 8
ob filios consequitur vsumfructum pro lucro sibi debito, ex ipsius statuti dispositione, etiam contra vxoris volun-
tatem, quæ propterea de sua † dote in illius præiudicium 9
quoquomodo disponere non potest Castr. *cons. 82. numer. 2. lib. 1.* Alex *cons. 150. num. 7. lib. 2.* Dec. *cons. 386. num. 6. 7. & seqq.* Rol. *de lucr. dot q. 82. per tot.* Becc. *cons. 76 per tot.* Thesaur. *decis. 34. num. 1. & 2. & decis. 106. num. 1.* Surd. *con. 91. num. 25. & cons. 572. num. 71. & seqq.* & etiam pluries sensit Rota, *vt in Imolen. Legatorum 15. Ianuarij 1582. coram fel. rec. Clemente VIII. & in Romana domus 12. Februarii 1588. coram Card. Platto, & in Romana successionis de Tagliaferris 29. Martii 1607. coram bon. mem. Card. Marcomontio, in Romana nouem locorum Montium 17. Iunii 1610. coram Ottembergo, & in decis. 398. numer. 7. & 11. coram sanct. mem. Gregor. XV.* & clarius in *Romana nullitatis donationis 17. Nouembris 1617. coram Illustrissimo D. Caualerio, in Romana redditionis computorum 20. Februarii eiusdem anni coram Illustrissimo D. Card. Verospio,* & demum in *Bononien. indemnitatis 23. Martii 1618. coram bon. mem. Dunozetto impress. post. cons. 10.* Giouagnon. *lib. 2. numer. 24.*

Quod clarius etiam probatur ex alio Statuto Vrbis cap.
134. eodem lib. 1. in quo † expressè disponitur, quod vbi- 10
cumque morte mulieris maritus dotem lucratur existentibus filijs, vxor pro anima de ipsa dote in vltima voluntate possit decimam tantum partem relinquere. Reliqua verò bona sua distribuat, prout sibi permittitur, & sic apertè prohibetur ne mulier in ipsius viri, & huiusmodi lucri eidem debiti præiudicium vllo modo disponere possit, excepta decima tantum parte pro anima, & constituitur differentia inter dotem, quam maritus lucratur, & reliqua bona non dotalia.

Neque obstat, quòd Statutum nihil de nouo videtur continere vltra iuris communis dispositionem, vt probari dicebant informantes pro Magdalena, ex Statuto antiquo, quod expressè se referre videtur ad ipsam iuris dispositionem, ibi (de iure dotem lucratur) nam placuit responsio, quod nos versamur in terminis Statuti antiqui, sed noui, in quo talia verba non adsunt, & consulto ibi videntur omissa; Statuentes enim voluerunt dotem siuè illius vsufructum deferri marito tanquam lucrum debitum ex ipso Statuto etiam contra vxoris voluntatem, & nihilominus verba prædicta possent etiam intelligi non qui-
dem de iure communi †, secundum quod maritus dotem 11
non lucratur, vt in proposito aduertit Abb. *cons. 117. in princ. lib. 2. &* Ruin. *cons. 63. num. 2. & 5. lib. 3.* sed de ipsomet iure statutario, vt in specie Rota *Bononien. super statuto decis. 68. num. 5.* Gratian. *discept. forens. cap. 99. num.*
8. Et lucrum, quod defertur † marito, ex forma statuti 12
dicitur deferri ex iuris dispositione, Bald. *in l. fin. C. de bon. matern.* Menoch. *cons. 155. num 2.* Becc. *dicto cons. 76. num. 8. 9. 11. & 12.*

Ex quibus etiam visum fuit non obstare votum Cardina-
lis † Seraphini pro Magdalena allegatum, quoniam illud 13
loquitur in terminis Statuti antiqui, & fundatur præci-
pué

puè in dictis verbis (de iore) quæ io nouo Statuto non leguntur, & in casu suo aderant etiam filij primi matrimonij; & demum in eo non firmatur, mulierem posse de sua dote, vel illius vsufructu liberè disponere in præiudicium mariti, & lucri eidem debiti.

14 Et eodem modo fuit responsum ad decisionem † io caosa *Romana prætensi lucri dotis 52. Decembris 1594. coram Corduba*, quoniam illa pariter se fundat in Statuto aotiquo, & solum dicit, Statutum oihil de nouo inducere respecto filiorum, & ad illorum fauorem, non autem respectu mariti.

Et ira decisum vtraqoe parte informante, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILLI.

Aprutioa, seu oullius iurisdictionis.

Die Lunæ 55. Nouembris 1627.

A R G V M E N T V M.

Agitur de materia iurisdictionis spiritualis nempe qualiter probetur castra, vel aliquid aliud sit in vna Diœcesi.

S V M M A R I V M.

1 *Limitum natura quæ sit.*
2 *Testibus magis specificè deponentibus, magis est standum quàm in genere deponentibus.*
3 *Adminicula desumpta à testibus, qui non probant, euanescunt.*
4 *Exemplum exempli non probat.*
5 *Exceptio contra testem, qui fuit excommunicatus, non releuat, si fuerit quoque absolutus.*
6 *Vassalli pro domino possunt esse testes, si non agitur de eorum interesse.*

D E C I S I O CV.

OCCASIONE controuersiæ super iutisdictione spiritoali Castrorum, seu locorum Murri, Musciani, & Notaresci inter Episcopum Aprutinom, & Abbatem B Mariæ di Propezzano, & S. Angeli de Musciano duæ fuerunt factæ decisiones contrariæ, vna coram bo. mem. Seleucien. sub die 10. Martij 1624. io qua fuit dictum Caiira, seu loca sopradicta non probari esse sita iotra fines Diœcesis Aprutinę ex rationibus io ea dednctis, altera co. bo. me. Remboldo sub die 15. Iunij 1626. io qua circumscripto effectu dubij fuit resolutom, strictè qooad situationem dd. Castra, siuè loca esse sita intra fines Diœcesis Aprutinæ, quia dicta Diœcesis Aprutina se eatendit à meridie, à Ciuiiate Terami vsque ad flumen Vomani, vndè cum dd. Castra, seu loca sint sita inter Ciuitatem Terami, & flumen Vomani, sequitur quod sint sita io Diœcesi Aprutina, vt deponunt quatuor testes Episcopi, quorum dicta coadiuuantur ex Mappa impressa ante moram iitem, & ea Buiia Anastasiana, quæ licèt non sit in forma probanti, præbet adminiculum, vt latius dicitur in dicta decisione.

Sed pro parte Abbatis examinatis quatnor testibus disputaoi dubium, An sit recedendom ab vitimo loco decisis sub d. die 15. Iuoij 1626. coram bo. me. Remboldo, & Domini tecesserunt, & firmarunt, circumscripto effectu, ista tria Castra, seù ioca non esse sita iotra fines Diœcesis Aprutinæ. Moti fuerunt, quia quatnor testes pro parte Abbatis post decisiones supradictas eaamioati, claré, & specificè dicunt, quòd ista tria Castra, siue loca non stant versus meridiem inter Ciuitatem Terami, & flumen Vomani, vt æquiuocè supponitur in decisione bo. me. Remboldi, sed sunt versus Orientem inter Ciuitatem Terami, & mare, & distant à Ciuitate Therami spatio duodecim milliarium, & à mare distant spatio qnatuot milliarium, addunt quoque testes, quòd ioter Ciuitatem Terami, & hæc tria Castra, siuè loca controuersa extant Castelbasso, e Guardia Vomana, iuxtà quæ adest Terra Montis Pagani, & quòd Diœcesis Terami ab Oriente versus mare se exteodit solùm per decem milliaria, vsqoe ad dd. loca Castelbasso, e Guardia Vomana eacloslué, oec
includit tria Castra, seù loca controuersa, ea quibus sequitur quòd Castra, siuè loca controuersa remotiora, & quæ habent intermedia Castel basso, e Guardia Vomana & sic, vti post Castel basso, e Guardia Vomana, sitoata sint extra Diœcesim Aprutinam, cum natura limitom
† sit, vt debeant esse ita coniuncti, vt ab omnibus late- 1
ribus capiant, & quodammodo iocludant omnia loca confinata, *l. patronus, §. Sempronius, ff. de leg. 3. l. inter eos, ff. de acquir. rer. domin.* Hieroo. à Monte *de finibus c. 55. n.* 8. Mantic. *dec. 169 num. 4.*

Non obstat quòd flumen Vomani à meridie fluat vsque ad mare, & sit vnum ex confinibus Diœcesis Aprutinæ, qnia licèt flumen Vomani verius meridiem fluat vsque ad mare: tamen vt dicunt testes Abbatis ab Oriente, vbi adsunt loca controuersa Diœcesis Aprutina non eacedit loca di Castel basso, e Guardia Vomana, vnde loca controuersa sita post Castel basso, e Guardia Vomana remanent extra fines Aprutinos, vt supra deductum est.

Quibus supradictis testibus Abbatis, † vti magis spe- 2
cificè deponeotibus, ac distinguentibus, magis videtor standum: quàm aiijs examinatis pro Episcopo, qui in genere depooont Alex. *cons.* 150. *n.* 17. *lib.* 5. Socc. Seo. *cons.* 54. *nu.* 14. *lib.* 4. Aym. *cons.* 94. *nu.* 3. Gabr. *de test. concl.* 4. *n.* 73. Greg. *decis.* 449. *n.* 8. Rota *dec.* 223. *n.* 10. *& dec.* 272. *nu.* 3. *par.* 2 *recent.*

Admioicula desompta ex Mappa, & ex Bulla Anasta-
siana euanescunt, † quia si testes Episcopi destruuntor à 3
Testibus Abbatis, qui sunt præferendi ex supradictis,
cessat fundamentum, super qno adminicula fulciri debe-
reot, & ideò non attendenda, & Mappa vti non facta
seruatis seruandis, & Buila Aoastasiana vti eaemplum † 4
exempli nihil probant Rota *decis.* 558. *nu.* 3. *& decis.* 768.
nu. 5. *par.* 2. *recent.*

Exceptiones contra testes non releuant, oam si vnus † 5
fuit excommuoicatus, fuit quoque absolutus, si sunt
vassalli Dueis Adriæ, non sunt vassalli Abbatis, & vas-
salli † possunt esse testes pro Domino, si non agitur de eo- 6
rum interesse, Afflict. *decis.* 304. *n.* 14. Fel. *in c. luteris nu.*
3. *de testam.* Gabr. *eodem tit. concl.* 10. *nu.* 25. Alex. *cons.* 88.
n. 16. *lib.* 5.

Non obstat quòd testes nesciant quid sit esse oullius Diœcesis, & quæ sit iurisdictio Episcopalis, quia hodie agitur tantùm de situatione, de qua sat est, quod specificè, & concludenter deponaot.

Et ita vtraqne parte ioformante fuit decisum, &c.

R. P. D. M E R L I N O.

Romana Census.

Die Lunæ 15. Nouembris 1627.

A R G V M E N T V M.

Possessio cedentis probata in iuribus incorporalibus, mandatum de manutenendo datur cessionario, & quando in eum transferantur iura, & actiones cedentis. In contractu minorum quando non præsumatur falsitas.

S V M M A R I V M.

1 *Probationes leuiores sufficiunt ad effectum manutentionis.*
2 *Cessionario datur manutentio probata possessione cedentis, in iuribus incorporalibus, etiam absque alia apprehensione.*
3 *Obligatio Cameralis cedentis, an transferatur in cessionarium, & num. 4.*
5 *Cessionario, quando possit vti eodem remedio pro consequendis fructibus, quod competebat cedenti.*
6 *Cessio iuris realis perpetui census est necessaria, si prætendatur etiam exactio pro fructibus in futurum decurrendis.*
7 *Solutiones mariti, quando præsumantur factæ de consensu vxoris.*
8 *Maritus habet mandatum à lege circa administrationem bonorum vxoris.*
10 *Ius, quod iam sublatum est, cedi non potest.*
11 *Cessio iurium, vel actionum cui suffragetur.*

12 *Notario creditur in probando stylo, circa ordinatoria iudicij.*
13 *Exceptio respiciens petitorium, non est admittenda ad retardandum iudicium manutentionis.*
14 *Coniunctorum appellatione veniunt etiam affines.*
15 *In contractu minoris, si adsit decretum Iudicis, præsumitur etiam interuenisse proximiores.*
16 *Mulier contrahens non proprio, sed tutorio nomine, tunc nullæ solemnitates requiruntur.*
17 *Falsitas de iure non præsumitur.*
18 *Obseruantia 40. annorum iuncta Iudicis auctoritate facit præsumi causam expressam in contractu minorum veram esse.*

DECISIO CVI.

CVm D. Felix de Americis fideiussor pro annuo censu
scutor. 63. vendito à quon. Virginia de Americis no-
mine Pauli, & aliorum filiorum in pupillari ætate exi-
stentium, precio scutorum 500. Capitulo, & Canonicis
Sancti Marci de Vrbe: & successiuè D. Cosmus Iacomel-
lius hæres dicti Fælicis soluissent scuta 236. pro fructibus
dicti census: obtinuerunt ab eodem Capitulo, & Ca-
nonicis cessionem iurium contra D. Antonium del Dra-
go, & DD. Alberinos principales debitores census, & à
filijs Virginiæ causam habentes, & in vim cessionis hu-
iusmodi relaxatum fuit ab A.C. mandatum exequutiuum
pro dicta summa Vndè causa in Rota introducta, & mi-
hi in gradu appellationis commissa: Dubitaui, An man-
datum esset exequendum, & hodiè Domini affirmatiuè
responderunt.
Constat enim, DD. Felicem, & Cosmum esse cessio-
narios Capituli, & Canonicorum S. Marci, summario
eorum num. 3. & ipsos Canonicos esse creditores prædicti
census, & in possessione exigendi fructus, probatur ex
instrumento impositionis obligatione Camerali vallato,
summario num. 1. & ex depositione vnius testis, sum-
mario num. 5. qui sufficit ad effectum † manutentionis,
1 in qua admittuntur quælibet leuiores probationes, Men.
de retinen. remed. vlt. nu. 34. Rot. *decis. 28. num. 4. & 9. & decis. 196. num. 6. part. 1. diuers. coram Cardinali Seraphino decis. 624. num. 5. & decis. 1326. nu. 1. & coram sanct. mem.* Greg XV. *decis. 438. n. 2. vbi* Adden. *n. 3. & decis. 449. n.*
10. & periodè, sicuti Canonici, & Capitulum potuissent
agere exequutiuè ad fructus census decursos, & non solu-
tos contra prædictos debitores, & ita D. Cosmus cessio-
narius Capituli potuit eodem modo agere, tam vigore
2 mandati de manutenendo † quod probata possessione ce-
dentis, in iuribus incorporalibus dandum est cessionario,
etiam absque alia apprehensione, ad *trad. per* Menoch.
de retinen. remed. 3. num. 35. & 259. Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gl. 7. n. 12.* Olaich. *decis. 50. n. 5. & 21.* Modern.
Roman. *discept. forens. c. 310. nu. 1. & seqq.* Rot. *dec. 299. nu. 3. & 241. nu. 2. & decis. 614. num. 2. par. 1. & decis. 764. nu. 2. par. 2. recent. & apud* Moder. Perus. *de censib. est decis. 249. & 250.* quàm etiam vigore obligationis Camera-
3 lis, † cuius beneficium per cessionem fuit translatum in
ipsummet cessionarium *ad l. huiusmodi*, *vbi* Glos. *in verb. cedat, ff. de l. 1.* Bart. *in l. 2. n. 22. ff. de act. & oblig.* Galles.
de oblig. Camer. q. 5. n. 1 Bero *cons. 189. nu. 19. lib. 1.* Paris.
cons. 107. nu. 90. lib. 3 Surd. *cons 444. num. 12. & 13.* Card.
Seraphin. *dec. 1210. n. 5.* Rota *in recen. decis. 614. nu. 1. par. 1. & decis. 9. nu. 1. ac decis. 135. nu. 9. apud* Galles. *de oblig. Cameral.*
Nec obstare Domini censuerunt, quòd cum à Capitu-
lo D. Cosmo non fuerit cessum ius reale census, sed ius
tantum pro recuperandis fructibus decursis, non possit
dici transiuisse in ipsum cessionarium quasi possessionem
4 exigendi, & virtutem obligationis cameralis, † quæ cohæ-
rent iuri reali, quod remansit apud cedentem, iuxta trad.
per Butr. *in cap. fin. num. 14. de caus. possess. & propr.* Com.
cons. 93. n. 14. lib. 2. Rom. 311. *nu. 6.* Quoniam visum fuit
sufficere, quòd actio, & exercitium illius iuris realis fue-
rint cessa ipsi Cosmo, ad hoc vt possit pro consequendis
5 fructibus solutis eodem remedio vti, † quod competebat
Capitulo, quodq; ipse per cessionem acquisiuit, Bar. *in d l. 1. n. 22. ff. de act. & oblig.* Patis. *cons. 64 n. 7 lib. 1* Bero. *cons. 189. n. 19. li. 1.* Rimin. Iun. *cons. 67. n. 1.* Et cessio iuris realis per-
6 petui census † fuisset necessaria, si prætenderetur exactio
etiam pro fructibus in futurum decurrendis, & quotan-
nis percipiendis, pro quibus cessionatij non agunt.
Minus obstat, quòd Cosmus non potuerit agere contra
Pantasileam, & Hersiliam pro repetione fructuum solu-
torum: Cum Capitulum Sancti Marci cuius iure vtitur
idem Cosmus, nunquam contra illas fuerit in quasi pos-
sessione exigendi, sed semper mariti soluerint pro ipsis, si-
nè quarum mandato non potuerunt constituere Capitu-
lum in quasi possessione: Quia responsum fuit, solutiones
† huiusmodi præsumi factas fuisse de consensu vxorum, 7
ad tradita per Felin. *in cap. sicut nu. 31. in fine de sent. & re iudic.* Caualc. *decis. 45. nu. 12. in fin. par. 1.* Rot. *decis. 2. de caus. possess. & propr. in antiq. & fuit dictum in Veneta census 10. Decemb. 1610. co. bo. me. Card. Marcom.* Maritus † enim 8
habet mandatum à lege circa administrationem bonorum
vxoris, *l. Maritus C. de procur.* Par. *cons. 33. n. 67. lib. 1.* Rol.
cons. 64. n 1. lib. 4. Hond. *cons. 66. n. 23 lib. 1.* Et ex lapsu 40. fe-
rè annorum pro pluribus, & successiuè continuatis solu-
tionibus ex causa dicti census, alijsque adminiculis resul-
tat † præsumptio, quod cum ipsarum mandato, & scien- 9
tia mariti soluerint, Rota *decis. 196. pa. 1. diuers. & decis. 43. nu. 4. & 5. post tract. de Saluiano, & cor. sa. me.* Greg.
XV. *decis. 275. nu. 3. & 4. vbi adden. nu. 19.*
Nec subsistit, quòd ijdem Canonici non potuerint ce-
dere ius, † quod iam fuerat sublatum, & actionem, quæ 10
per solutionem factam ab ipso fideiussore remanserat ex-
tincta, & consumpta: Quia dicebatur fuisse solummo-
do extinctam obligationem fideiussoriam per solutionem
huiusmodi, non autem Iura competentia creditori con-
tra principalem debitorem, quæ potuerunt cedi fideiuf-
sori, & † cessio suffragatur eidem contra ipsum debito- 11
rem, siue illius hæredes, iuxta *tex. in l. Papinianus, & ibi Glos. in verbo, & suo nomine, ff. mandat.* Bart. *in l. Modestinus, nu. 4.* Ang. *num. cons. 2.* Castren. *n. 6. in fin de solut.* Gabr. *cons. 63 n 3. & 10. lib. 2.* Rota *decis 184. n. 3. & 7. post tract. de censibus, & fuit dictum in Romana pecuniaria 1. Iulij 1626. coram me.*
Non etiam releuat, quod videatur non bene fuisse
actum remedio retinendæ, sed potius actione personali
exequutiuè, nulla facta mentione mandati de manute-
nendo, prout requirebatur in petitione mandati exequu-
tiui. Quia responsum fuit, satis fuisse, quod in citatio-
ne ad videndum relaxari mandatum exequutiuum, fue-
rint repetita omnia iura sub qua generali repetitione com-
prehensum fuit etiam mandatum de manutenendo, &
de stylo A. C. post relaxatum mandatum de manutenen-
do, relaxantur postea separatim mandata exequutiua,
vt constat ex attestatione Notariorum A. C. quibus † cre- 12
ditur in probando stylo circa ordinatoria iudicij, Olasch.
decis. 22. nu. 15. & seqq. Rota *in recent. decis. 664 nu 4 par. 1. & dec. 725. n. 5. part. 2. & cor. Reuerend. D. meo Decano decis. 141. nu. 2. in eius impress.*
Nullitates verò circa impositionem dicti census ex eo
deductas, quod non fuerint seruatæ solemnitates statu-
ti Vrbis cap. 113. minùs obstare Domini existimarunt;
Tum quia, cum hæc sit exceptio † respiciens petitorium 13
& altiorem requirens indaginem, non est admittenda ad
retardandum iudicium manutentionis. Caputaquen.
decisione 342. par. 2. Rot. *dec. 99. n. 1. & 2. par. 1. diuers. & dec. 209. n. 7. post tract. de censib. & alios cumulat* Modern. Rom. *discept. forens. c. 113. nu. 35. & 208. n 14.* Tum etiam quia ex lectura instrumen-
ti constat fuisse adhibitas omnes necessarias solemnita-
tes, & pro pupillis interuenisse duos † affines proxi- 14
miores, in quibus etiam verificatur, & satis adim-
pletur forma statuti, Crescen. *decis. 4. de constit.* Ro-
ta *coram Reuerend. D. meo Decano dec. 479. nu. 3. &*
fuit dictum in *Romana Nullitatis census 8. Nou. 1610. cor. R. P. D. Pirouano, & in Romana nullitatis contractus 28. Februarij 1611. cor. Ottembergo*, & stante iu-
dicis † decreto, præsumitur alios proximiores non 15
adfuisse de tempore contractus, & alleganti contra-
rium incumbit onus probandi, nedum quòd alij ex-
tarent, sed etiam quòd essent habiles ad interessen-
dum, Rot. *cor.* Achili. *dec. 4. de præsumpt. & decis. 28. n. 5. & decis. 30. n. 4. & 6. & 57. nu. 1. apud Pic. de Statut. Vrb.* & in alijs sæpissimè. Respectu autem
Virginiæ nullæ requirebantur solemnitates; † cum con- 16
traheret non proprio, sed tutorio nomine, Alex. *in l. quæsitum n. 3. ff. de In ius voc.* Patis. *cons. 98 n. 37. li 1.* cum alijs
per Marant. *prax. de iudic. p. 4. distin. 16. n. 37. & 38. & per* Modern. Rom. *de iudic. lib. 2. c. 2. nu. 502. & 504.*

Non

Non obstat, quod in huiusmodi censur impositione fuerit expressa falsa causa, dum fuit dictum ex illis pecunijs extinguendam esse societatem spectantem ad pupillos, ad quos reuera non spectabat, sed potius ad Dominos de Americis; Quia id non iustificatur, & de præten-
17 sa hac falsitate non satis ducetur: Cum tamen † de iure non præsumatur Surd. *cons. 39. num. 7. & decis. 142. num. 4. & in his terminis fuit dictam in Romana donationis de Grădis* 10. *Decembris* 1607. *coram Penia*; & obseruantia sub-
18 sequuta † per spatium quadraginta annorum, iuncta iudicis auctoritate, facit præsumi veram causam in instrumento expressam, & tollit omnem falsitatis, aut nullitatis suspicionem, *l. 1. in fin. ff. de reb. eor.* Castr. *cons. 432. nu. 2. lib.* 1. Gabr. *de senten. concl. 5. num. 1. & seq.* Rot. *coram Cardin. Seraph. decis. 1432. n. 4. & coram san. me. Greg. XV. decis. 406. nu 7. vbi Add. 20.*

Ex quibus conclusum fuit Mandatum A. C. esse exequendum.

In eadem causa infra in sequenti parte adest altera decis. sub die 16. Maij 1631. coram eodem R. P. D. Merlino, est decis. 41.

REVERENDIS. P. D. VRGELLEN.

Bononien. Successionis.

Die Veneris 19. Nouembris 1627.

A R G V M E N T V M.

Sorores vtrinque coniunctæ an excludantur à fratre ex altero latere coniuncto in successione fratris ab intestato defuncti, stante statut. Bononien. de successión. ab intestat lib. 4. Et qualiter dictum statutum procedat.

S V M M A R I V M.

1 *Sorores vtrinque coniunctæ præferuntur in successione fratris ab intestato, fratri coniuncto tantum ex altero latere.*

2 *Exclusio successionis, quando est perpetua, quid operetur.*

3 *Statutum excludens fœminas propter masculos in linea ascendenti, an excludat sorores à successione fratris.*

4 *Status. Bononien. de success. ab intest. intellectus & nu. 5. & nu. 12.*

6 *Dictio, ex, denotat causam proximam, & immediatam.*

7 *In successionibus causa proxima, & immediata attendenda est.*

8 *Sorores vterinæ præferuntur fratri consanguineo, in successione fratris intestato defuncti, & in quibus bonis, & an etiam eorum filij. na. 9.*

Matesilan. opinio confutatur. nu. 9.

10 *Sorores vtrinque coniunctæ, quando succedunt fratri intestato defuncti, habetur solum respectus ad lineam, vndè bona ad eum peruenerunt, & nu. 14.*

11 *Statuti vna pars ab alia declaratur, potius quàm à iure communi.*

13 *Mulieres à communiter accidentibus non solent habere aliud patrimonium, vltra dotem.*

15 *Dos materna, quando dicatur peruenisse filio titulo lucratiuo.*

16 *Personæ appellatione veniunt tàm masculi, quàm feminæ.*

17 *Dos tantum conuenit fœminis, non autem masculis.*

18 *Matres raro contigit, vt dotent filias.*

19 *Dotare filias spectat ad patrem.*

20 *Statutum, quando est valde dubium, tunc recurrendum est ad ius commune.*

21 *Alex. in cons. 144. lib. 6. communiter damnatur.*

Dictio, ex, quandoque secundum subiectam materiam etiam denotat causam remotam, n. 21. & præsertim, quando proxima causa habet connexitatem cum remota num. 22.

23 *Immediatum est, quidquid continuatiuè ab altero procedit.*

24 *Origo, & radix cuiuscumque rei magis attendi debent.*

D E C I S I O CVII.

FRANCISCVS de Leonibus in vim cuiusdam statuti Bononiensis *tit. de success. liber. lib. 4. & alterius statuti tit. de dotibus restit.* eiusdem libri successit Lauræ matri sue etiam in dote materna, exclusis Catharina, & Lucretia sororibus suis vtrinque coniunctis, & de hoc nulla erat dubitatio: Mortuo autem dicto Francisco ab intestato superstitibus prædictis sororibus, necnon Alphonso fratre suo consanguineo, idest ex parte patris tantum, prætendebant dictæ sorores ad ipsas vti vtrinque coniunctas, excluso dicto Alphonso, spectare bona, quæ ad dictum Franciscum peruenerunt ex dicta dote materna, & hoc vigore alterius statuti de *success. ab intest. eod. lib.* 4. quo sic disponitur.

Statuimus, quòd si quis intestatus, vel intestata decesserit, quod in succedendo seruentur sibi iura communia, saluis infrascriptis, ascendentes masculi, & per masculum etiam præferantur sororibus defunctæ personæ exceptis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerunt ex dote, vel titulo lucratiuo à matre, vel coniuncta per matrem defunctæ personæ; In quibus inter eos ius commune seruetur; dicti vero fratres matres ex vtroque parente, vel ex patre tantum coniuncti, præferantur sororibus defunctæ personæ etiam vtrinque coniunctis exceptis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerint ex dote, vel titulo lucratiuo, vt supra à matre, vel coniuncta persona per matrem dictarum sororum, in quibus talibus ius commune seruetur, agnati namque masculi transuersales vsque ad quartum gradum præferantur omnibus fœminis transuersalibus agnatis, præterquam sororibus personæ defunctæ vtrinque coniunctis, vel ex patre tantum saluis dispositis in hoc statuto, & saluo si ipse, vel aliquæ earum concurrerent cum patruo, quo casu cum eo pariter admittantur, nisi in bonis peruenitis, vt supra ad defunctam personam à matre, vel à coniuncta persona per matrem dictarum sororum etiam filiarum in quibus ius commune seruetur.

Vnde cum iuxta ordinem successionis ab intestato de iure communi Catharina, & Lucretia, vti † sorores 1
vtrinque coniunctæ in successione Francisci intestato defuncti præferantur Alphonso coniuncto tantum ex altero latere *auth. defuncto. C. ad* Tertull. *§. si igitur defunctus in auth. de hæred. ab intest. venient.* consequenter verba statuti videntur clara ad fauorem prædictarum sororum quoad d. dotem maternam, in qua disponit statutum, seruandum esse ius commune.

Ex aduerso Alphonsus prætendebat ipsum tàm in dote, quàm in alijs esse præferendum, eo præcipuè quia sorores prædictæ fuerunt iam, quoad dotem maternam semel exclusæ per Franciscum tàm ex dicto statuto de successione liberorum, ibi, *in bonis paternis, & maternis amplius non petant, nec petere possint*, quàm ex alio statuto supradicto de dotibus restituendis, ibi, *omninò à dote prædicta, & eius augmento, & legitima sibi debita à iure naturali excludimus.* Vnde cum exclusio † fuerit per- 2
petua, nullo tempore, vel casu possunt Sorores in dicta dote succedere stantibus masculis, iuxta *doctr.* Bart. *in l. fin. ff. ad* Tertull. Ias. *in l. 1. §. veteres num. 14. ff. de acquir. poss.* Cappel. Tholos. *decis. 459.* & præsertim quia cum illæ exclusæ fuerint tempore, quo fuit delata successio matris, quæ eis erat magis debita, vt in dicto statuto de dotibus restituendis, multo magis ab eisdem bonis † exclu- 3
di debent, quando illa deferuntur, vti iam de patrimonio, & hæreditate fratris Rot. apud Put. *decis. 127. lib.* 3. desierunt enim dicta bona esse dotalia, & de hæreditate matris, & fuerunt effecta de patrimonio, & de hæreditate Francisci, *l. sed si plures. §. filio impuberi. ff. de vulg. & pupill §. 1. instit. de hæred. qualit. & diff.* Afflict. *decis. 178. n. 4.*

Nec obstare dictum statutum *de success. ab intest.* † quod 4
in bonis, quæ ad defunctam personam peruenerunt ex dote, vel titulo lucratiuo à matre vel coniuncta persona per matrem vult ius commune attendi, quia vt dicebatur, non versamur in terminis dicti statuti, quod dum loquitur de bonis, quæ à matre peruenerunt ex dote, debet intelligi de his bonis, quæ ad defunctam personam perue-

nerunt ex dote ei à matre data, & sic de successione mu-
lieris, cui tradita sit dos à matre, vel à persona matri con-
5 iuncta, & ideò non comprehendere casum nostrum, † in
quo agitur de succedendo fratri in bonis, quæ habuit à ma-
tre iure hæreditario, & non de dote sorori à matre data,
vt in puncto sic dictum statutum intellexit, Alex. *cons.*
144. *ex num.* 11. *vers.* 3. *principaliter vsque ad fin.* & *consil.*
198. *num.* 11. *lib.* 6. vbi eo etiam mouetur, quod statutum
6 vult, vt bona perueniant ex dote, dictio autem † ex,
denotat causam proximam, & immediatam *l. eo tempore
in fin. ff. de pecul.* & latè comprobat Surd. *cons.* 573. *num.* 31.
& Rota *decis.* 507. *num.* 10. *part.* 2. *recent.* Vnde quamuis
quoad matrem dicta bona proueniebant immediatè ex do-
te sibi data, quia tamen ad Franciscum prouenerunt im-
mediatè à matre iure hæreditario, & non ex dote, pro-
pterea casus iste non videtur in dicto statuto comprehen-
sus.

Pro qua Alexandri interpretatione benè etiam condu-
cere videtur, quòd statutum vocans ad successionem pro-
ximiores, ex illa parte, vnde bona descendunt, cense-
tur vocare proximiores ex illa parte vnde bona imme-
7 diatè descendunt, cum † in successionibus causa imme-
diata, & proxima sit attendenda. Paul. de Castr. *in l.
quod scitis ad fin. C. de bon. quæ liber.* & *cons.* 29. *num.* 5. *lib.*
2. Salic. *in auth. in testamento. C. de se. und. nupt. per text.
in l. fin. C. de donat.* Barbos. *in l. post mortem. numer.* 75.
ff. solut. matrim. Anchar. *cons.* 50. *numer.* 2. Coro. *consil.*
305. *numer.* 4. *volum.* 2. Afflict. *decis.* 127. Boer. *decis.* 192.
& Ioseph. Sesse *decis.* 52. *par.* 1. ex quibus Alphonsus in
prima instantia coram V. Legato Bononieñ sententiam
fauorabilem contra dictas sorores reportauit.

Sed causa per appellationem deuoluta ad Rotam fuit
hodie resolutum dictam sententiam V. Legati esse iniu-
stam, & sic reuocandam, & ratio resolutionis fuit, quia
de iure communi, quod dictum statutum mandat serua-
ri, dictæ sorores etiam quod non essent vtrinque coniun-
8 ctæ, sed vterinæ † tantum præferrentur Alphonso fratri
consanguineo in successione Francisci fratris intestato de-
functi, tam in bonis, quæ ad eum peruenerunt immedia-
tè à communi matre, quàm vndecumque ex linea mater-
na, iuxta *glos. communiter approbatam in auth. post fratres
verb. filij C. de legitim. hæred.* Bart. *in d. l. quod scitis.* §. 1.
C. de bon. quæ liber. & *in tract. de success. ab intest. num.* 18.
ad fin. Roman. *cons.* 4. *numer.* 6. Couar. *in epitom. success.
ab intest: numer.* 8. *ad fin.* Boer. *decis.* 185. *numer.* 3. & est de
mente dicti statuti *in d. §. dicti verò fratres*, ibi, *præferan-
tur sororibus defunctæ personæ, etiam vtrinque coniunctis,
exceptis bonis &c.* quod propterea in dicta exceptione non
solum sorores vtrinque coniunctas, sed etiam vterinas tan-
tum præferendas esse voluit, prout etiam dicto iure com-
muni attento iuxta magis communem Doctorum opinio-
nem non solum dictæ sorores essent in dictis bonis præfe-
9 rendæ, sed etiam earum filij, † licet non alij vlterioris
gradus, vt reprobata opinione Mathesilani, & aliorum
quos refert Tiraq. *de retract. lignag.* §. 14. *glos.* 2. *numer.* 7.
resoluit Couar. *vbi supra, versic. tertiò est aduertendum.*
Bertrand. *cons.* 84. *vol.* 3. Gabr. *de success. ab intest. concl.* 3.
numer. 4. & *fuit dictum in Vrbeuetana hæreditatis* 25. *Maij*
1626. *coram me:* Propterea de iure communi, & sic ex
mente dicti statuti ad exclusionem Alphonsi in casu nostro
non procedit distinctio causæ dotalis mediatæ, vel imme-
10 diatę, sed solum † habetur respectus ad lineam, vnde bo-
na ad defunctam personam peruenerunt, vt fuit etiam de
mente Bart. *in d. l. quod scitis* §. 1. *in princ.* vt benè declarat
Gamma *decis. Lusit.* 9. *per tot.*

Quæ ratio inde magis vrget, quod idem statutum de
quo nunc agitur, *infra in § agnati*, id quod superius ex-
cipit, ibi, *exceptis bonis, quæ ad defunctam personam per-
uenerunt ex dote, vel titulo lucratiuo à matre, vel coniun-
cta persona per matrem*, simpliciter excipit bona à matre
prouenta, vel à coniuncta persona per matrem, ibi, *ni-
si in bonis peruentis, vt supra ad defunctam personam à ma-
tre, vel à coniuncta persona per matrem.* Vnde cum in
d. §. agnati, statuentes se referant ad supradicta in
11 eodem statuto, ibi, *vt supra*, & vna † pars statuti
per aliam declaretur potius, quàm à iure communi Dec.
cons. 65. *num.* 4. Honded. *cons.* 1. *num.* 63. & 64. *lib.* 1. Rota
Bononien. decis. 150. *num.* 101. dicen. est verba dicti statu-
ti *in §. dicti verò fratres*, ibi *ex dote à matre*, non esse
12 † restringenda ad dotem à matre datam defunctæ
personæ, sed generaliter intelligi debere de bonis ad
defunctam personam vndecumque à matre prouentis, vel
à coniuncta persona per matrem, mentio autem dotis
ideò facta fuit, quia mulieres † à communiter accidenti- 13
bus non solent habere aliud patrimonium vltra dotem
Ang. *cons.* 81. *num.* 2. *post med.* Greg. XV. *decis.* 398. *num.* 5.
quod apertius statuentes sentire visi sunt in verbis imme-
diatè sequentibus, ibi, *vel titulo lucratiuo*, itaut non so-
lum attendi debeat, quod † bona ad personam defunctam, 14
de cuius successione agitur, peruenerint à matre, vel à
coniuncta persona per matrem ex titulo lucratiuo, & sic
siue ex dote, siue ex qualibet alia causa, dos enim ma-
terna, † in qua filius successit iure hæreditario, ad eum 15
etiam peruenisse dicitur titulo lucratiuo, Alex. *in l. inter
stipulantem* 83. §. *si rem num.* 2. *ff. de verb. oblig.* & *cons.* 249.
num. 4. *lib.* 6. Crauett. *cons.* 225. *num.* 11. *vers. quod autem*,
& in puncto Rota *Bonon. super statutis Bononiæ decis.* 84.
post alios n. 6.

Præterea dictum statutum, tàm in principio, quam
in *dicto §. dicti verò fratres*, loquitur de defuncta persona,
& sic de masculo, & fœmina; cum personæ † appella- 16
tione, tàm masculi, quàm fœminæ veniant Rota *decis.*
125. *num.* 36. & 37. *par.* 2. *diuers.* quo fit, vt exceptio, de
qua in eodem §. ibi, *exceptis bonis*, non possit restringi ad
dotem dumtaxat quæ tantum conuenit † fœminis; non 17
autem masculis, sed potius est dicta exceptio simpliciter,
& generaliter intelligenda de bonis peruentis ad defun-
ctam personam titulo lucratiuo, ex linea materna, ser-
uata iuris communis dispositione, alioquin vt bene ad-
uertit vnus ex Dominis, dispositio dicti statuti, in ver-
bo, *exceptis*, esset penès superflua, quia quod matres † 18
dotent filias raro contigit: tum quia, vt plurimum, non
habent nisi proprias dotes, vt supra dictum est: quas si
darent filiabus, indotatæ remanerent: tum etiam quia
ipsę † non tenentur dotare filias, sed pater *l. fin. C. de dot.* 19
promis.

Tandem & in omnem casum negari non potest, quin
verba dicti statuti, quoad dictam exceptionem, ibi, *ex-
ceptis bonis*, sint multum dubia, ideo dum tractatur de
intellectu huius exceptionis, in dubio † recurren. est ad 20
ius commune, & præsertim, cum id disponat dictum sta-
tutum, & in puncto per prædicta pro dictis sororibus te-
net Monterent. super dicto statuto in dicto §. *dicti vero fra-
tres sub littera H.* & *in verb.* & *de dote*, Add. *ad d. consil.*
Alex. 144. *in verb. exceptis lib.* 6. Maluas. *cons.* 51. *num.* 3.
vers. sed etiam Bolognin. *cons.* 69. *nu.* 18. & Rota *Bononien.
super statutis Bononiæ decis.* 84. *n.* 3. *cum pluribus sequen.* La-
derch. *cons.* 54. *num.* 7. *vers. quartus est casus.*

Neque obstant supra pro Alphonso adducta, & pon-
derata, quia *cons. Alexandri* communiter † reprobatur ex 21
Doctoribus supracitatis, dictio vero, ex, quandoque iu-
xta subiectam materiam etiam denotat causam remo-
tam, Bart. *in l.* 1. §. *ex incendio num.* 1. *ff. de incend. ruin.*
& *nauf.* Ruin. *cons.* 109. *numer.* 8. *lib.* 1. & Rota *Bononien.*
vbi supra *num.* 5. & præsertim quando causa † proxima, 22
vt hic, habet connexitatem cum remota, ex quo causa
successionis in Francisco, & causa dotis in eius matre, im-
mediatè vna post aliam concessionem continuatur, tunc
enim in vtraque verificatur dictio, ex, cùm immediatum
† sit, quicquid continuatiuè ab altero procedit Decian. 23
cons. 9. *num.* 8. & 10. *lib.* 2. Castrens. *cons.* 164. *num.* 4. *lib.* 2.
Capra *cons.* 22. *nu.* 21. Phanuc. *de lucr. dot. glos.* 5. *num.* 31.
Purpur. *cons.* 402. *nu.* 93. & multò magis quando causa re-
mota est causa originalis, quia origo †, & radix vniuscu- 24
iusque rei sunt, quæ magis attendi debent *l. qui id quod*
34. *in princip. ff. de don. c.* 1. §. *eadem de leg. Corradi.* Dec.
cons. 185. *nu.* 5. Bald. *in c. quæ in Ecclesiarum nu.* 43. *de con-
stit.* Nec facit quod fœminæ fuerint exclusę per Francis-
cum à dote, & successione matris, dum per aliud statu-
tum ad illa admittuntur post mortem Francisci, ex quo
etiam tollitur, quod statutum vocans ad successionem
proximiores ex illa parte vnde bona descendunt, intelli-
gatur de proximioribus vnde bona immediatè descen-
dunt, quia hoc ad nostrum casum ex mente statuti, de
quo agitur iuxtà superiùs dicta, non applicatur, &c.

Et ità vtraque &c.

R.P.

R. P. D. MERLINO.

Alexandrina Archipresbyteratus.

Die Mercurij 24. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo etiam conceditur illi, qui renunciauit titulo possessionis, si tamen perseuerauerit in possessione, & de facto illi incumbuerit, cum aliud sit possessio, & aliud titulus possidendi.

SVMMARIVM.

1 *Titulum possidendi quis potest reijcere, & tamen insistere in possessione.*
2 *Possessor, superueniente alio titulo, potest continuare in sua possessione naturali, & de facto.*
3 *Animus melius declaratur ex factis, quam per verba.*
4 *Animus attenditur tam in amittenda, quàm in conseruanda possessione.*
5 *In correspectiuis vnum alteri dicitur inesse, nec vnum sine altero acceptari potest.*
6 *Possessio est quid diuersum à causa, & titulo possidendi.*
7 *Manutentio competit renuncianti, si perseuerauerit in possessione, & de facto illi incumbuerit.*
8 *Decretum irritans inficit titulum, & possessorem.*
9 *Possessio infecta per superuenientiam noui tituli, quando efficiatur bona.*
10 *In confessione impugnata, quis non potest se fundare.*
11 *Attentata cessant, si nulla lis adsit.*

DECISIO CVIII.

PERMANSERVNT Domini in decisis sub die 28.
Iunij præteriti coram me, & sic manutentionem
concedendam esse R. Massobrio, quia de illius possessione
nec hodie dubitari poterat, cum iam solemniter illam
apprehenderit & plures actus in prima decisione recensitos
exercuerit. Renunciatio autem facta in executionem
decreti, quod in prouisione Apostolica fuit insertum, non
percutiebat actum ipsius possessionis, vt quid facti, sed
solum respiciebat causa, ex que possessio deriuauit, nempè
præsentationem factam ab assertis patronis, vt benè innuunt
illam verba, *renunciauit institutioni, præsentationi, ac possessioni inde secutæ*, & sic non absolutè, &
simpliciter renunciauit possessioni, vt possessioni, sed tali
possessioni, quæ ex d. prouisione oriebatur. Hæcque
1 dum inuicem se compatiuntur, quòd nempè † quis reijciat
titulum possidendi, & tamen insistat in possessione præsertim
si nouus titulus validior superueniat. Et propterea
potuit Massobrius parendo decreto suæ prouisionis Apostolicæ
renunciare causa, & titulo possessionis, & tamen
2 ex † superueniente titulo adhuc continuare in sua possessione
naturali, & de facto, Rota *apud* Acchil *dec. 4. de caus. poss & propr.* cum alijs in decis. allegatis, & consequenter
datur manutentio ad possessionem non quidem ad illam
ab initio apprehensam vigore præsentationis Patronorum,
sed ad possessionem immutata in vim noui tituli
Apostolici.

Et quod re vera Massobrius in renunciatione hoc ipse
intellexerit, s. conseruare possessionem de facto, & solum
reiecto primo titulo præsentationis, inhærere secundo, ex
prouisione Apostolica apparet & ex verbis eiusdem renun-
3 ciationis, & ex facto subsecuto, per quod melius † quàm
per verba animus declaratur ad *c. dilecti, il 2. de appell.* Menoch.
cons. 1. nu. 264. Rot. *coram Cardin. Mantic. decis. 313.*
4 *num. 7.* qui animus † potissimum attendi debet, vel in
amittenda, vel in conseruanda possessione, *l. 3. in princ. & § in amittenda, vbi DD. de acqu. possess* Abb. *in cap. 2 nu. 3. de consuet.* Natt. *cons. 538. num. 12. lib. 3.* Rota *coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 252. num. 4.*

Ex verbis, quia statim, & immediatè, in renunciatione
declarauit, & protestatus est Massobrius se velle possidere
beneficium in vim prouisionis Apostolicæ, & hæc
declaratio, & protestatio tanquam correspectiua ad ipsam
renonciationem non potest ab ea separari, & sic eatenus
renunciauit possessioni secutæ ex præsentatione, quatenus
cognouit continuationi possessionis suæ esse consultum
ex supradicto titulo, & in † correspectiuis vnum al- 5
teri dicitur inesse, nec vnum sine altero acceptari potest,
ad not. in l. petens, C. de pact. Aym. *cons. 461. num. 39.* Rot. *coram Card. Seraph. dec. 540. n. 4.*

Ex facto, quia die sequenti 9. Iunij immediatè post d.
renunciationem interuenit Massobrius, in Capitulo solemniter
congregato pro traditione possessionis, & receptionis
iuramenti non Canonici, & die 11. eiusdem
collegialiter incessit in processione Sanctissimi Corporis
Christi cum alijs Canonicis, & secuta turbatione die 16.
eiusdem Mensis Iunij, obtinuit Massobrius à sun executore
monitorium pro manutentione. Ex quibus deprehenditur,
quòd non dimisit, nec dimittere voluit possessionem,
sed solummodo causam, † & titulum possidendi 6
qui est actus diuersis ab ipsa possessione, *l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquir. possess.*

Et quatenus liberè renunciasset, & dimisisset, attamen
cum perseuerauerit in possessione, & de facto illi incubuerit
non obstante huiusmodi renunciatione; adhuc † ma- 7
nutentio competeret iuxtà doctr. Inn. *in c. super hoc de renunc.*
cum concordantibus allegatis in alia *decis. vers. secunda quoque.*

Nec obstare Domini censuerunt, quod hæc possessio capta
vigore præsentationis non possit manuteneri, cum reddita
fuerit infecta ex decreto irritanti reg. 8. quòd nedum
titulum, † sed & possessionem inficit, & Massobrius con- 8
fessus fuit, Archipresbyteratum esse reseruatum, & sic
intrare reg. 8. & illius decretum, Quia cessat hoc obiectum,
cum statim fuerit immutata causa possidendi, &
ex nouo, & iusto titulo effecta manutenibilis illa possessio,
quæ prius erat infecta, per renunciationem vnius tituli
statim acquisitus, & genitus est alter titulus, & renunciatio
correspectiua fuit, ac correlatiua cum adeptione noui
tituli in vim gratiæ Apostolicæ, & decretum irritans operaretur,
quando non fuisset facta huiusmodi declaratio
cum superuenientia immediata noui iuris, atque illam detentationem,
qualis esset, † potuit sibi immutare, & effi- 9
cere bonam possessionem ad trad. per Put. *decis. 16. n. 4. & 5. lib. 1.* Mantic. *decis. 71. num. 1. & 2. ac. 10. decis. 245. n. 14.* cum
alleg. in alia decis.

Vltrà quod confessio Massobrij non reddit notoriam libertatem
beneficij, cum super hoc lis pendeat, & hanc
confessionem circa reseruationem impugnauit Boidus, ex
quo iuspatronatus esse contendit, & ideò non potest in con-
fessione † illa sic impugnata se fundare Gabr. *concl. 1. nu. 2.* 10
de reg. iur. cum alijs.

Minus obstat, quod illa possessio Massobrij fuerit attentata,
quia non probatur, vllam adfuisse litem inter Massobrium,
& patronos de tempore captæ possessionis, sed
solummodo inter ipsos patronos, cum sub die 18. Septemb.
apprehensa fuerit possessio, die autem 31. Octobris, & sic
post mensem, & vltra per Arnurium interposita appellatio
ab institutione, & possessione Massobrij, vndè lis † 11
cessat de tempore captæ possessionis, & consequenter non
fuit attentata, Rot. *decis. 10. vt lit. pend. in nou.* cum alijs per
Lancell. *de attent. in præfat. n. 298. & 613.*

Ex quibus, & alijs doctè, & egregiè, vt semper per D.
Merendam deductis, censuit Rota mandatum de manutenendo
dandum esse R. Massobrio.

Est decisio 97. supra in hac parte.

EMINENT. ET REVER. D. CARD. VIRILI.

Romana fideicommissi de Coronis.

Die Veneris 26. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM.

Monasterium ingrediens, quando amplissimam reenunciationem bonorum fecit, si postea petat illorum immissionem, non est audiendus, quod procedit etiamsi ille postea, tamquam incorrigibilis reijciatur à Monasterio. Proximitas grauati, vel grauantis, quæ sit attendenda.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Religionem ingrediens, si amplissimam renunciationem fecerit bonorum ad fauorem patris, non potest petere illorum immissionem.*
2 *Religionem ingrediens, si renunciet bonis, causa finalis renunciationis est ingressus Religionis, & paupertas.*
3 *Renunciatio, quando est realis, quid importet.*
4 *Vtilitatem, quis consequi non potest ex suo delicto.*
5 *Religionem ingressus, non potest venire contra renunciationem bonorum, si eiectus fuerit à Religione tanquam incorregibilis.*
6 *Commodum, quis non potest reportare ob delictum commissum.*
7 *Decis. in causa Romana domus coram Lancell. declaratur.*
8 *Monachus eiectus à Religione propter incorrigibilitatem, ex hoc non debet sentire commodum, & esse melioris conditionis.*
9 *Proximitas grauati, & non testatoris grauantis attendenda est, & num. 11. vbi, quod sic est de iure.*
10 *Proximitas grauati, vbi concurrit verisimilis mens testatoris etiam ex coniecturis attenditur.*
12 *Testamenti vna pars aliam supplet, & declarat.*
13 *Testator non præsumitur velle plus concedere grauatis alienantibus, & eius voluntati contrauenientibus, quàm grauatis, qui eius voluntatem in non alienando reseruauerint.*
14 *Successio, vbi deuenit ad vnam lineam, non fit transitus ad illam, donec superest aliquis de illa linea, etiamsi sit fœmina.*
15 *Fœmina semel exclusa à masculo, semper remanet exclusa.*
16 *Proximitas grauati attenditur, quando concurrit prohibitio alienandi.*

DECISIO CIX.

CONTRA Sulpitiam filiam Martini grauati possidentem bona fideicommissi Simonis Coronæ testatoris, Franciscus vti vocatus ante filias fœminas magis proximiores, & Laura filia Anastasij fratris testatoris vti testatori neptis, & proximior petierunt immissionem, & propterea dedi dubium: An & cui esset danda immissio, & Domini nec Francisco, nec Lauræ dandam esse censuerunt.

Non Francisco professo in Religione Siluestrinorum,
1 nam cum ille † occasione ingressus Religionis ante professionem fecerit amplissimam renunciationem, non potest petere immissionem, licet enim renunciatio fuerit fa-
2 cta ad fauorem patris, ista est causa impulsiua, sed † causa finalis est ingressus Religionis, & paupertas, vnde renunciatio est realis, & remanet etiam post obitum patris, ideò Franciscus professus agere non potest. Franc. *decis.* 375. *num* 4 Mastrill. *decis.* 65. *num.* 4. 12. *& seqq.* Neguf. Iun. *qu.* 518. *per tot.* Molin. *de primog. Hispan. lib.* 2 *cap.* 3. *num.* 27. *&* 35. Menoch. *præsumpt.* 85. *num.* 18. *lib.* 4. Odd. *cons. vlt. num.* 32. *&* 33. Ruin *cons.* 42. *num* 11. Rota *decis.* 587. *num.* 4. *& seq. & n.* 10. *par.* 1. *decis.* 714. *par.* 2. *recent.*

Maximè cum renunciatio sit facta pregnantibus verbis videlicet quoad bona, quæ quomodolibet in futurum spectare, & pertinere possent vigore cuiusuis fideicommissi per Simonem facti, purificati, vel purificandi: vndè est
3 facta quoque renunciatio † fideicommisso purificando, & postea purificato in vim substitutionis per obitum Martini. Neguf. Iun. *d. quæst.* 518. Rota *d. decis.* 714. *par.* 2. *recent.* Menoch. *cons.* 335. *numer.* 29. *& seqq. lib.* 4. Odd. *de prohibit. alienat. quæst.* 2. *num.* 13. *& q.* 8. *numer.* 21. Ruin. *d. cons.* 42. *num.* 9. *&* 12.

Nec obstat quod d. Franciscus fuerit eiectus à Religione, quia fuit eiectus tanquam incorrigibilis, & sic
4 ex suo delicto † non potest consequi vtilitatem, vt possit venire contra renunciationem factam fideicom-
5 missis purificatis, † & purificandis, imò remanet votum paupertatis. Sanch. *super decal. tom.* 2. *lib.* 6. *cap* 9 *n.* 34. *&* 45. Nau. *to.* 2. *de reg. num.* 35. Azor. *instit moral. lib* 12. *cap.* 16. *q.* 4.

Declaratio Concilij non applicatur, quia loquitur quando quis ex dispensatione de incapaci Religione transit ad capacem, quia tunc recuperat ius succedendi. Hic
est eiectus ob delictum, † à quo non potest reportare præ- 6
mium, nec recuperare bona renunciata, & alteri acquisita.

Decisio in *Romana domus*, † *seu spolij* 16. *Decembris* 7
1605. *coram bo. me Cardin. Lancellotto*, loquitur in donatione facta sub conditione quatenus profiteatur in Religione, consequenter illa non secuta, donatio non intrat; hic sumus in renunciatione simplici, & in professione effe-
ctuata, & in eiecto † ob delictum, à quo nec debet 8
consequi commodum, nec propter illud fieri melioris conditionis.

Nec Lauræ danda erat immissio etiamsi ipsa esset neptis, & proximior testatori, ex quo extat Sulpitia, quæ
possidet, & est filia, & proximior Martini grauati, † quæ 9
proximitas grauati non testatoris grauantis attenditur. Rot. *decis.* 72. *par.* 1. *diuers. & decis.* 116. *num.* 8. *part.* 1. *recent. & decis.* 681. *par.* 2. *recent.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 34. *num.* 33. vbi congerit Doct. Italos, Gallos, & Hispanos.

Præsertim, quia vbi concurrit verisimilis † mens testa- 10
toris etiam ex coniecturis attenditur proximitas grauati, quamuis fiat transitus de masculis ad fœminas, Rota *d. decis.* 72. *num.* 4 *par.* 1. *diuers. & decis.* 681. *num.* 4. *part.* 2. *recent.*

Prima coniectura est, quod testator in casu alienationis voluit bona deuenire ad proximiorem eius, qui alienauit, vnde si in illo casu alienationis, in quo per grauatum fit
contrauentio voluntati testatoris, & ideò de iure † atten- 11
di deberet proximitas testatoris, & non grauati. Rota *d. decis.* 72. *numer.* 2. voluit testator, quòd attenderetur proximitas grauati moltò magis in casu mortis, in quo nulla
adest contrauentio, cum † vna pars testamenti alia sup- 12
pleat, & declaret. *l. si seruus plurium*, *§. fin. & l. qui filiab. ff. de leg.* 1 Ruin. *cons.* 149. *num.* 9. *lib.* 2. Aym. *cons.* 297. *n.* 5.
alias sequeretur absurdum quod testator plus † concessisset 13
grauatis alienantibus, & contrauenientibus, quam grauatis, qui eius voluntatem in non alienando seruauerint. Gabr. *cons.* 95. *n.* 15. *lib.* 1.

Secunda est, quia testator deficiente linea masculina vocauit fęminas magis proximiores, sed cum illa qualitate filias, & sic cum Laura sit neptis testatoris ex Anastasio fratre, & Sulpitia sit filia Martini grauati intrat verisimilis mens testatoris, qui dum vocauit filias fęminas, voluerit quod in casu, quo fieret transitus de masculis ad filias fœminas filia vltimi grauati præferenda sit alijs fœminis transuersalibus, etiam proximioribus testatoris, nam voluisse videtur auferre successionem à filia grauati, cum hoc esset turbare iuris, & naturæ ordinem. Sed ea ratione, quia prætulit patrem, eadem prætulit filiam, & quia
vbi † successio deuenit ad vnam lineam, non fit transitus 14
ad aliam, donec superest aliquis de illa linea, etiam si sit
fœmina, & quia fœmina † semel exclusa à masculo sem- 15
per remanet exclusa, vt in punct. Peregr. *consil.* 50. *numer.* 15. *& seqq. lib.* 1. *& consil* 42 *in fin. lib.* 5. Gozad. *consil.* 4. Menoch. *cons.* 823. Mantic. *de tacit. tit.* 12. *numer.* 30. *in fin. lib.* 8. Ruin. *cons.* 159. *numer.* 6. *&* 7. *& cons.* 191. *numer.* 7. *lib.* 2. Soc. Iun. *cons.* 126. *num.* 12. *& seqq. lib.* 1. Ceph. *cons.* 457. *num.* 5.

Tertia coniectura est, quia vbi concurrit † prohibitio 16
alienandi, attenditur proximitas grauati. Soccin. Sen. *cons.* 249 *num.* 21. *& cons* 86. *num.* 11. *in fin. lib.* 3. Rota *in nouissimis decis.* 72. *numer.* 5. *part.* 1.

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Barchinonen. Beneficij.

Die Veneris 26. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM.

Possessio, qualis sit manutenenda. Clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum, an subintelligatur in omnibus gratijs Apostolicis, & de eius effectu.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione est manutenibilis.*
2 *Possessio anterior est manutenenda, non autem recentior, cum præsumatur iniusta.*
3 *Iudex iniustè procedens non priuat partem sua possessione.*
4 *Manutentionem aduersus factum iudicis nulliter, & iniustè procedentis, Rota passim dat.*
5 *Clausula dummodo, non sit alter ius quæsitum, etiam non expressa semper subintelligitur in gratia Apostol.*
6 *Et ista clausula reddit gratiam conditionalem.*
7 *Ius quæsitum ex anteriori possessione suffragatur.*
8 *Vacatio beneficij in mense reseruato, qualiter iustificetur.*
9 *Possessionem beneficij, quando quis non amittat, si præstiterit patientiam, vt illam tertius acciperet.*
10 *Possessio ciuilis est sufficiens pro manutentione.*

DECISIO CX.

FVIT resolotum Petro informaoti dandum esse
mandatum de manutenendo, quia constat de eius
1 possessione instrumentali, quæ alio non possidente
est manotenibilis *l. prædia, vbi* Bart. *ff. de acquir. poss. l. non
idcirco, vbi* Bald. *C. de fideic. instr.* Rota *decis. 202 num. 3. p.
1. diuers. & decis. 92. num. 1. p. 1. recent. & in Lunen. Sarzanen.
beneficij 13. Iunij 1625. coram me.*

Non obstat prætensa possessio Francisci, quia fuit posterior,
cum Petrus adeptos fuerit possessionem die 30. Iunij
2 1622. Franciscus autem die 24. Maij 1624. Vndè possessio †
Petri, vti antiquior est manutenenda, non autem possessio
Francisci recentior, quæ ideo præsumitur iniusta, *c. licet
causam, vbi* Bart. *de probat.* Bart. *in l. si duo sub num. 4. ff.
vti possid. &* Rot. *in d. Lunen Sarzanen. coram me.*

Non obstat, quòd possessio Francisci videtur iusta, ex
quo fuit capta in vim mandati de immittendo A. C. quia
3 cum A. C. iniustè † processerit, non priuauit Petrum sua
possessione, Bart. *in l. 1. §. huiusmodi num. 1. ff. vti possid.* Ang.
in l. clam possidere, §. qui ad nundinas num. 2. ff. de acquir. poss.
Abb. *in c. cum causa in 4. notab. de offic. de leg.* Caputaq. *decis.
186. par. 8.* Rot. *decis. 802. num. 7. p. 1. diuers.* Greg. XV.
decis. 69 nu. 3. & in Romana domus de Blanchis 10. Maij 1619.
4 *coram bo. me. Buratto,* vbi quod passim Rota aduersus † huiusmodi
factum Iudicis nulliter, & iniustè procedentis dat
manutentionem, & fuit dictum in *Maioricen. beneficij
24. Nouembr. 1610. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*

Quod autem A. C. non ritè processerit, videtur clarum,
5 quia gratia Apostolica Francisci, fuit cum † clausula,
dummodo non sit alteri ius, quæsitum, quæ etiam non
expressa semper subintelligitur, *cap. cum M. Ferrariensis,
verbo, mandamus, & ibi* Abb. *num. 5. &* Felin. *num. 6. de con-*
6 *stit.* & reddit gratiam † conditionalem, Sarnens. *in reg. de
iur. quæsit. qu. 1. num. 41.* Rebuff. *in form. nou. prouis. verbo,
dummodo num. 5.* Mandos. *in reg. de iur. quæsit. quæst. 2. num. 8.*
7 Petro autem erat ius quæsitum † ex anteriori possessione
Nuncij Hispaniarum cum possessione inde sequuta, quæ
ei suffragatur, cum ex confessione Francisci, & ex testium
depositionibus, desoper examinatorum bene fuerit iustifi-
8 cata † vocatio in mense reseruato, & quod beneficium
hoc, prout fuit narratum, non excedit valorem 24. ducator.
iuxta notarios Nuncij facultates, Garz. *de benef. p.
5. cap. 2. num. 82.* Gonz *ad reg. 8. §. 2. proem. num. 56.*

9. Non obstat, quod Petrus amiserit † possessionem, dum
præstitit patientiam, quòd illam acciperet Franciscus,
quia cum illud fecerit ob reuerentiam literarum Apostolicarum,
& metu censurarum, pro vt ipse expressè declarauit,
& fuit protestatus, non amisit ciuilem possessionem
10 sed eam animo retinuit, quæ † sufficit ad effectum manutentionis,
Io. Fab. *in § retinendæ. num. 21. instit. de interd.*
Menoch *de retin. rem. 3. num. 22.* Rot. *decis. 19 num. 12. par. 2.
diuers.* & in puncto *decis. 319. num. 1. infra p. 2. rec.*

Et ita &c.

REVERENDISS. P.D. COCCINO.

Cæsaraugustana Præeminentiarum.

Die Lunæ 29. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM.

Capitulum Ecclesiæ maioris, si adeat: vel inuitetur ab aliqua Ecclesiâ inferiori ad functionem aliquam, præcedere debet Canonicos, & Prælatos inferiores etiam in proprijs Ecclesijs, quoniam illud Capitulum repræsentat Episcopum, vel est eius pars corporis, & alia &c.

SVMMARIVM.

1 *Singula singulis congruè referenda sunt.*
2 *Receptio honorifica importat concessionem manus dexteræ, & loci nobilioris, & n. 3.*
4 *Res eadem, diuerso iure censeri non debet.*
5 *Membrorum confusionem, ac separationem iura valde abhorrent.*
6 *Prior in propria Ecclesia dicitur pro se habere iuris assistentiam in præcedendo cæteris omnibus contrarium num. 7.*
8 *Capitulum Ecclesiæ maioris, si inuitatur ad aliquas functiones, præcedere debet Canonicos, & Prælatos inferiores, etiam in proprijs Ecclesijs.*
9 *Fel. in cap. cum non liceat. num. 2. de præscript. declaratur.*
10 *Capitulum Cathedrale dicitur pars corporis Episcopi, & sic illud debet præcedere, sicuti Episcopis.*
11 *Capitulum, quando est exemptum per Papam ab iurisdictione Episcopi, non tenetur ei ad ius reuerentiale, & num. 16.*
12 *Ecclesia olim Cathedralis, an retineat iura Cathedrali.*
13 *Concilium Constantiense reuocauit omnes exemptiones concessas per Rom. Pontif.*
14 *Exemptus ab iurisdictione Episcopi, licet non teneatur ei ad honorificentiam, tenetur tamen ad reuerentiam, num. 15.*
17 *Ius reuerentiale, quod debetur ratione dignitatis, non tollitur per quamcunque exemptionem.*
18 *Et si allegetur aliqua exemptio ad hunc effectum, non est habenda in consideratione, & n. 19.*
20 *Membra à suo capite non sunt separanda.*
21 *Ecclesia Cathedralis an aliqua sit, inspicitur tempus præsens.*
22 *Cathedralitas necessariò supponit, non solum subiectionem, sed etiam incorporationem cum Episcopo.*
23 *Laudum, quando est emanatum ad solam confirmationem sententiæ, quid operetur, & n. 24.*
25 *Laudum latum etiam intra, vel extra compromissa, & sit emologatum à partibus, debet seruari in vim pacti.*
26 *Capitulum Metropolitanum repræsentat personam Episcopi, & n. 29.*
27 *Inferior in propria Ecclesia ratione officij, quo fungitur, debet habere præcedentiam.*
28 *Prior Capituli in materia sibi præiudiciali, & odiosa non venit appellatione Capituli, & n. 32*
29 *Capituli Metropolitani caput non est Decanus, sed Archiepiscopus.*
33 *Dimissio integra alicuius loci, quando non dicatur verificata.*
34 *Verba, prout solebant, quid importent.*
35 *Probatio euidens boni iuris resultat ex sententijs.*
36 *Obseruantiæ præsumptio ex quibus inducatur.*
37 *Obseruantia plurimum suffragatur ad interpretationem mandatorum antiquorum.*
38 *Interpretatio alicuius mandati quando est facienda, quæ obseruantia attendi debet.*
39 *Interpretatio, quando est facienda de contentis in testamento, attenditur tempus testamenti.*
40 *Actus nouissimi turbatiui, & qui dederunt causam liti, non sunt habendi in consideratione.*
41 *Media talia præsumuntur, qualia sunt extrema.*
42 *Media referuntur ad extrema.*

Extre-

Extrema magis, quàm media sunt attendenda n.42.
43 *Mediu ab extremis declorantur.*
44 *Cusus, qui sequitur ex eo, quod est expressum, dicitur expressus, & uon omissus.*

DECISIO CXI.

CVM sub die 26. Apiilis præteriti * fuissent proposita
qu inque quæsita circa exequutionem mandari Ro-
talis, aliàs de anno 1557. per bo. mem. Dominum de Ru-
beis relaxati, & per Illustriss. D. meum Cardinalem Mil-
linum exequi mandati, Domioi responderunt. Quoad
primum Decano, Digoitatibus, & Canonicis Metropoli-
tanæ dandam esse manum dexteram in Ecclesia regulari
Collegiata S. MARIÆ de Pilar, cum ad illam certis
diebus accedunt, quoad secundum Priori, & Canonicis de
Pilari dandam esse manum dexteram, dum sedent in Ec-
clesijs, seu Monasterijs, ad quæ processionaliter itur pro
Missa cantanda, aut concione habenda, quoad tertium
noo licere Ecclesiæ de Pilar deferre in Processionibus
generalibus, & cum ad Metropolitanam accedit Cru-
cem, Hastam, Perticam & Mazzam deauratas, quoad
quartum, Portionarios nouiter institutos, & ad nutum
amouibiles non esse præferendos, Portionarijs titularibus
Metropolitanæ: Quo vero ad quinlum, & vltimum,
Priorem de Pilar in absentia Decani Metropolitanæ de-
bere incedere solum in nobiliori loco, exclusis alijs pri-
mioribus dignitatibus, & Canonicis Metrapolitanæ. Vn-
de repropositis hodie ijsdem, quibus hinc inde partes non
acquiescebant, reseruato vt de 3. & 5. particulariter vi-
deatur, & circumscriptis super quarto firmatis, quæ non
habebant difficultatem, quoad alia nempè quoad primum,
& secunduro Domini perstiterunt in resolutis, quorum
vtrumque pendet ab interpretatione verborum dicti man-
dati.

Quo igitur ad primum verba mandati sunt hæc *Priori
Canonici, & Capitulum Ecclesiæ S. Saluatoris Metropolita-
næ teueantur cum effectu &c. accedere ad Ecclesiam B. MA-
RIÆ Maioris de Pilar recepturi honorificè per prædictos,
&c. Priorem, Canonicos, & Capitulum eiusdem Ecclesiæ,*
videlicet de Pilar. Et quia non controuertitur, quin vi-
gore dicti mandati, manus dextera debeatur Canonicis
Metropolitaoæ, sola difficultas restringitur ad personam
Prioris de Pilar, an ei scilicet eadem manus debeatur quo-
ad Decanum, seu Priorem Metropolitanæ, itaut in propria
Ecclesia debeat omnibus præcedere, & Dominis visum
fuit, stantibus verbis dicti mandati, non esse receden-
dum à negatiua firmata in decisione præcedenti, quia si
Prior, Canonici, & Capitulum Metropolitanæ de-
bent honorificè recipi per Priorem, Canonicos, &
Capitolum de Pilar, prout expressè continetur in
maodato, & deponunt quatuor testes examinati vs-
que de anno 1537. lo summario veteri Metropolita-
1 næ oum. 4. Vtique † singula singulis congruè referen-
do ad *text. in leg. si negocium. C. de uegoc. gest. & trad. per*
Castr. *cons. 18 num. 3. in fin. lib.* 2. Prior de Pilar honorifi-
cè debet recipere Priorem hodie Decanum Metropoli-
tanæ.

2 Vnde cum hæc receptio † honorifica importet conces-
sionem manus dexteræ, & loci nobilioris per *glos. in c.
quam periculosum in Vers. Primatus 7. quæst. 1. & in l. decer-
nimus in princ. & in ver. residend. C. de sacros. Eccles. vbi*
Bald. *num 2. vers. 2. notu* Abb. *in cap. nobis, num. 5. de iu-
repat.* Felin. *in rubr. num. 8. de maior. & obed.* Rocch. *de
iurepat. iu vers. honorificum num.* 4. Boer. *in tract. de uult.
mag. cons. num. 79. vers. quia qui sedet.* Cassan. *in cathal.
glor. mund. par. 1. consid. 10. ad fin. & consid. 51. ante med.
vers.* 2. dicitur latè Tiraquell. *de iure primog. in præf. num.
13. & seqq.* & benè declarant Cappellanus Regius ipsius
Eccl. de Pilar, & Ludouicus de Aynon examinati de an-
no 1537. in summ. veteri eiusdem Metropolitanæ num. 4.
3 io fin. & num. 5. negari oon potest † manus dextera Prio-
ri, siue Decano Metropolitanæ per Priorem de Pilar, ita-
ut totus, & integer Chorus dexteri lateris Capitulo Me-
tropolitanæ remaneat.

Vlterius etiam ponderarunt Domini, quod cum manus
dextera, & Chorus non denegetur Canonicis, & Capitu-
lo Metropolitaoæ non solum ratione connexitatis eadem
præcedentia competit Decano, quæ competit Capi-
tulo, cuius ipse est membrum principale, ne eadem
4 † res diuerso iure censeatur cōtra *reg. text. in c. cognouimus
52. quæst. 2. & in l. cum qui ædes, ff. de vsuc.* Sed etiam
esset inconueniens, quod Prior de Pilar, qoi est caput sui
Capituli separaretur à suis, & insereretur membris alte-
rius, ac diuersi corporis, nempè Capituli Metropolita-
næ: quam membrorum † confusionem ac separationem 5
iura adeo abhorrent, *cap. 1. 12. distinct. cupit. nouit,
de his quæ fiunt à Præl.* Rip. *in puncto resp. 5. n. 4. de const.*

Fuit denique consideratum, quod assistentia iuris
communis latè ponderata in decisionibus in hac causa fa-
ctis 13. Februar. & 22. Iunij anni præteriti, quam habet
pro se Capitulum Eccles. Metropolitanæ tanquam pareo-
tis cæterarum Ecclesiarum, videbatur sibi posse etiam in
hoc casu suffragari, quia licèt prior † de Pilar tanquam 6
in propria Ecclesia dicatur habere pro se iuris assistentiam
in præcedendo, cæteris omnibus ad *text. in l. nihil.* vbi Lut.
de Pennia, & Io. de Platea. *C. de palat. sacr. larg. lib. 11.*
& ibi etiam *glos. fin.* Deciao. *cons. 69. num. 12. & seqq. vol. 2.
& fuit dictum in causa Calaguritani præeminentiarum de Vi-
ctoria 16. Nouemb. 1591. coram bo. me Penia*, tamen † con- 7
trarium tenuerunt ex *Pauorm.* Fel. *in c. cum non liceat. num.
2. de præscript.* vbi firmat, quod dum Capitulum † Eccl. 8
maioris inuitatur ad aliquis functiones, præcedere debeat
alios Canonicos & Prælatos inferiores etiam io proprijs
Ecclesijs, & hanc eandem opinionem defenduot Henric.
Ra. *in tract. de synod. pur. 3. num. 27* Boer. *in tract. mag. cons.
num. 79.* Gonz Mendoz. *de Vasconello diu. iur. arg. lib. 1. cap.
1. num. 3. vers. quibus consequens*, vbi dicit rectè sensisse Fel.
modern. di cep. forens. cap. 111. *num. 11. lib. 1.* vbi asseclas hu-
ius opioionis adducit.

Nec dicatur, quod † Felin. mouetur ea duplici ratione, 9
quarum prima est, quia Clerici inferiores debent reueren-
tiam Capitulo, sicut Episcopo, ideoque inferat, quod si-
cut præcedit Episcopus, ita & Capitulum † debet præ- 10
cedere, cum dicatur esse pars corporis Episcopi *l. 1. Cod. de
petit. bon. subl. lib. 10.* vbi Bald. *quem refert* Rip. *in d. resp.
5. num. 4. de constit.* Secunda quia cum Capitulum repræ-
sentet personam Episcopi, sicuti præcederet Episcopus,
ita & debet præcedere Capitulum, quæ rationes non vi-
dentur applicari ad casum oostrum. Non prima, quia
Ecclesia de Pilar, illiusque Prior † Capitulum, & Cano- 11
nici sunt per Papam plenè, & totaliter exempti à iurisdi-
ctione Episcopi, quo casu non tenentur Episcopo ad ius re-
uerentiale, Non secunda, quia Capitulum Metropolita-
næ interuenien do in Ecclesia de Pilar sine Episcopo, non
dicitur interuenire in diuersa Ecclesia, sed in eadem Eccle-
sia Cathedrali, ex quo Ecclesia † de Pilar olim fuit Ca- 12
thedralis, & videtur in hoc retinuisse iura Cathedralitatis
itaut cesset repræsentatio ponderata per Felio. & in conse-
quentiam ratio eiusdem Felin. Nam quoad primum
responsum fuit, Primò non constare de huiusmodi exem-
ptione. Secundò, quòd quatenus de illa constaret, si re-
periatur concessa ante Concil. † Constantiense, in quo 13
Martinus V. sacro approbante Concil. reuocauit omnes
exemptiones concessas, tam per Gregor. XI. quàm alios
etiam Romanos Pontifices, & promisit, seu declarauit
non concessurum de cætero nisi causa cognita, & vocatis
quorum interest, vt per Gemin. *in cons.* 35. vbi ponit in
verba Concilij, illa tanqoam reuocata per dictum Concil.
non suffragaretur, Tertiò quod io omnem casum exem-
ptus à iurisdictione † Episcopi, licet non teneatur Episco- 14
po ad honorificentiam, tenetur tamen ad reuerentiam, vt
tenuit Bald. *in l. fin. num. 3. C. de ben. libert. Roman. sing.* 480.
Henric. Bott. *de Synodo d. par. 3. num. 53.* & in specie quod
teneatur ad ius † reuerentiale vltra prædictos tenuit Ca- 15
stren. *in l. sed si hac lege §. patronum num. 4.* & ibi Adden. *ff.
de in ius voc.* Oldrad. *cons. 224.* Balb. *tract. de præscript. p.
1. 5. partis q. 12. num. 6.* Felin. *in c. cum inter num. 3. & 4. de
sent. & re iud. & in d. c. cum non liceat eod. num. 2. de præscr.
& in cap. conquerente in princ. vbi alios allegat. de offic. or-
din.* Belin. *c. de charit. subsi. q. 28.*

Et si dicatur quod hic agitur de omnimoda † exemptio- 16
ne per Papam concessa, quo casu ius reuerentiale Episco-
po non debetur, vt conciliando contrarias opiniones sen-
sit, Ror. *apud*. Put. *decis. 114. tit. 3. in correc.* vl-
tra responsiones superius allatas aduertendum est, quod
quicquid sit de iure reuerentiali, quod debetur ratio-
ne iurisdictionis in quibus terminis potest intelligi di-
stinctio Rotæ, certum est, quod ius † reuerentiale, 17
quod debetur ratione dignitatis non tollitur per quam-
cumque exemptionem. Vnde cum nos versemur io præ-
cedentia, seu iure reuerentiali, quod debetur ratione
digni-

18 dignitatis allegata † exemptio ad hunc effectum non est
habenda in consideratione.

Denique fuit consideratum, quod euidenter simul repu-
gnat, quòd Ecclesia de Pilar prætendat se esse exemptam,
19 & tamen simul etiam prætendat constituere † vnum &
idem corpus cum Ecclesia Metropolitana, & Cathedrali,
adhucque retinere iura Cathedralitatis, cum vnum ten-
dat ad statum vnionis, alterum verò ad statum omnimo-
20 dæ separationis † à capite, nempè Episcopo, vt benè ad pro-
positum considerat Bellamer. *cons. 20. num. 6. & seq. vers. 2.*
videre occurrit, & sic firmum remanet primam rationem
Felin. optimè applicari.

Quo verò ad secundam rationem, quicquid sit de præ-
tensa Cathedralitate Ecclesiæ de Pilar, super qua coram
meis pendet, quatenus etiam constaret de illa, non ta-
men inde sequeretur, quòd de præsenti posset concurrere
cum Ecclesia Metropolitana, quæ hodie non controuerti-
tur esse sola in statu Cathedratico, cum ad effectum vt di-
21 gnoscatur, quæ sit Ecclesia Cathedralis † inspiciatur tem-
pus præsens vt est *text. expressus in cap. cum inferior.* vbi
Hostien. *num. 13. de maior. & obed.* Rot. apud Seraphio.
*decis. 1445. in fin. & fuit dictum in Lauretan. iurisdictionis
20. Iunij 1616. coram bon. mem. Card. Sacrat.*

Vltra quod si, vt supra dictum fuit, Ecclesia de Pilar
prætendit se exemptam, vtique à se ipsa excludit hoc
22 fundamentum Cathedralitatis, † quod necessariò sup-
ponit non solum subiectionem, quinimò incorporatio-
nem cum Episcopo, à quo tamen asserit se omnimodo esse
separatam.

*Sed omnem tollit ambiguitatem sententia, seu laudum Al-
phonsi de anno 1513. quòd expressè declarat Ecclesiam de
Pilar teneri, & obligatam fore ad recognoscendum, haben-
dum, & tenendum Ecclesiam Cathedralem Sancti Saluatoris
in matrem, Superiorem & Magistram, honorem & reueren-
tiam eidem, prout de iure tenetur, & obligatur, præstan-
dum.*

23 Nec dicatur, quòd hoc laudum † emanauit ad solam
confirmationem contentorum in sententia Sanctij, ad
quam habet relationem, ideoque cum prædicta non repe-
riantur in sententia Sanctij, non sint consideranda, quia
aduertendum est, quod cum sententia, seu laudum Al-
phonsi fuerit ab vtraque Ecclesia, tam de Pilar, quàm de
24 Metropolitana emulgatum, † approbatum, & accepta-
tum, vt in summario veteri Metropolitanæ num. 7. Sup-
posito etiam, quòd emanasset ad solam confirmationem
sententia Sanctij, de quo tamen nullibi constat, nihilomi-
nus etiam quoad non contenta in priori, & vlterius ex-
pressa tanquam ab vtraque parte approbata, & acceptata
esset attendenda, Card. *consil 74. col. fin. vers. item hæc
approbatio* latissimè Felin. *in cap. significasti de form. com-
pet. num. 7.* Abb. *cons. 92. num. 1. & 2. lib. 1.*

25 Et in specie, quod laudum † latum etiam vltra, vel ex-
tra compromissa, si sit emologatum à partibus, debet ser-
uari in vim pacti, Glos. & Doct. *in l. 2. C. comm. vtriusque
iud.* Surd *cons. 136. num. 54. & seq.* Roman. *cons. 173 in fin.*
& plenius *in cons. 175. num. 4. &* ibi Apostil. *in ver. pacto
dat. concord.* Corn. *cons. 125. per tot. lib. 2.* Gozad. *cons. 98.
num. 19. & 20.* idem Dec. *in cap. prudentiam, num. 20. de
offic. deleg.* aut in vim transactionis Soccin. *cons. 85. num. 2.
lib. 1.* Natt. *cons. 95. in princip.* Corn. *cons. 63. lib. 4. & cons.
125. lib. 2.* Afflict. *decis. 270 num. 7.* Vnde firmum etiam
remanet secundam rationem Felin. optimè applicari ad
casum nostrum, ex quo Capitulum Metropolitanæ repræ-
26 sentat personam Episcopi, †, cui omninò debetur præce-
dentia ista in Ecclesia inferioris.

Sed quicquid sit de prædictis, visum fuit cessare in casu
isto omnem difficultatem, quia fundamentum illorum,
qui tenent inferiorem in propria Ecclesia habere assisten-
tiam iuris, in hoc videtur consistere, quia inferior in pro-
27 pria † Ecclesia ratione officij, quo fungitur, debet habere
præcedentiam Abb. *in cap. postulastis, num. 8 de concess.
præb.* Gemin. *in cap. à collatione, num. 7. de appellat.* Put.
decis. 104. num. 4. 5. & 6. lib. 3. in correct. Quod fundamen-
tum cessat in casu isto, quia quando Capitulum Metropo-
litanæ accedit ad Ecclesiam de Pilar, Missa, & reliquæ
functiones non celebrantur per Capitulum eiusdem Ec-
clesiæ de Pilar, sed per Capitulum Metropolitanæ, vt de-
ponunt testes dati in summario veteri num. 4. Et sic dici
non potest quòd Capitulum, & illius Prior tanquam in
propria Ecclesia fungens officio suo debeat præcedere.
28 Nec officit, quòd Prior † de Pilar, qui est caput propriæ
Ecclesiæ, in hac materia sibi præiudiciali, & odiosa non
venit appellatione Capituli. Ideoque quamuis ex si præ
deductis Capitulo Metropolitanæ manus dextera, & lo-
cus dignior debeatur, id quidem procedit respectu Capitu-
li de Pilar, sed non Prioris, qui cum sit caput propriæ Ec-
clesiæ, neminemque agnoscat parem in Capitulo Metro-
politanæ, cuius † caput non est Decanus, sed Archiepisc. 29
qui non interuenit, cum nemine debet concurrere, sed so-
lus in loco præeminentiori sedere debet, quia aduertendum
est, Primò quod si Capitulo Metropolitanæ datur ista præ-
cedentia ex eo, quòd † repræsentat personam Episcopi, 30
vtique eadem ratio suadet, vt eadem præcedentia compe-
tat etiam respectu Prioris de Pilar, cui perfectò Episcopus
præcedit, aliàs si Prior de Pilar, in propria Ecclesia haberet
huiusmodi præeminentiam respectu Capituli Metropoli-
tanæ, vtique dici non posset, quòd Archiepisc. iure repræ-
sentationis præcederet Priorem de Pilar.

Secundò aduertendum est, quòd cessat omnis difficul-
tas, quia non est verum, quod ratione imparitatis non pos-
sit, aut debeat, esse concursus inter Priorem de Pilar, &
Decanum Metropolitanæ, cum euidenter contrarium ap-
pareat, Primò ex tenore mandati de anno 1584. in summa-
rio veteri Ecclesiæ de Pilar num. 16 dum declarat, quæ in
casu absentiæ alterius Prioris, vel Metropolitanæ, vel de
Pilar, non liceat dignitatibus ascendere ad locum absentis,
signum euidens, quòd Decanus, seu Prior Metropolitanæ
consideratur tanquam æquale caput in concursum cum
Priore de Pilar. Quod etiam clarius colligitur ex senten-
tia, seu laudo ab vtraque Ecclesia acceptato, & approba-
tio Alphonsi de anno 1513. quod datur in summario vete-
ri sub positione 26. Aprilis præteriti pro Ecclesia de Pilar
num. 3. in fine, vbi dicitur, quod in alijs Congregationi-
bus, & actibus &c. tàm Ecclesiasticis, quàm sæcularibus,
in quibus Priores suarum nomine dignitatum interuene-
rint, seu vocati fuerint, Prior Sedis Metropolitanæ tan-
quam maior, & prima dignitas post Pontificalem, præce-
dat Priorem Ecclesiæ S. Mariæ, & honorabiliorem locum
teneat; ex quibus resultat euidens probatio, quòd Deca-
nus, seu Prior Metropolitanæ nedum est æqualis Priori de
Pilar, sed immò superior.

Ex quibus Domini firmarunt honorificam receptio-
nem, de qua in dicto mandato bon. mem. de Rubeis impor-
tare, vt videtur † Capitulo Metropolitano Chorus, latus, 31
seu manus dextera, non solum quoad Capitulum, sed
etiam quoad Priorem Ecclesiæ de Pilar, & in hanc inter-
pretationem tanto facilius, inclinarunt, quia vltra prædi-
cta visa sunt alia, & quidem vrgentia adminicula concur-
rere.

Primò enim concurrit antiquissima sententia Sanctij
de anno 1221. in qua expressè legitur, quæ Canonici S.
Mariæ dimittant Canonicis S. Saluatoris dexterum Cho-
rum totum, vnde non obstat, quod dicta sententia loqua-
tur tantum de Canonicis, non autem de Priore, qui in
odiosis † non venit appellatione Canonicorum, quia cum 32
Canonicis Metropolitanæ debeatur totus dexter Chorus,
quem ipsis tenentur dimittere illi de Pilar, ista dimissio in-
tegra non potuisset † verificari, si Prior de Pilar in loco 33
præeminentiori dexteri Chori remansisset, & partem il-
lius nobiliorem occupasset, ad regulam *text. in cap. solitæ
de maior. & obed. & in l. Iulianus, in princip. ff. deleg. 3.*
benè ad propositum Anchar. *cons. 248. num 11. & 12.* Me-
noch *cons. 202. num. 23. & cons. 628. num. 11. & 12.*

Secundò concurrit prædicta sententia, seu laudum Al-
phonsi de anno 1513. in qua clarius dicitur Chorum dex-
terum Priori, & Canonicis Sancti Saluatoris, cum ad Ec-
clesiam B. Mariæ certis diebus accesserint, in totum esse
dimittendum.

Tertiò concurrit instrumentum concordiæ Ferdinandi
Archiepiscopi de anno 1539. in quo mandatur, quod Prior,
Canonici, & Capitulum de Pilar dimittant Chorum dex-
terum Metropolitanæ, prout solebant, quæ verba † (pro- 34
ut solebant) apertè docent, tunc ita fuisse in vsu & obser-
uantia, cum stent causatiuè, vt in puncto est *text. notab.
in cap.* Abbate *vers. si vero verbum determinet. de verb.
signif.*

Ex quibus sententijs tanto magis resultat euidens pro-
batio boni iuris † Ecclesiæ Cathedralis Grat. *cons. 34. num.* 35
*5. in princip. & fuit dictum in Cæsaraugustana Synodi 13.
Februarij anni præteriti coram me.* Quamuis enim videan-
tur potius respicere petitorium, cum tamen inducant præ-
sumptionem † obseruantiæ, quæ nihilominus sufficienter 36
colligitur,

colligitur, tàm ex sententia Sanctij, ibi, *more solito*, quàm
ex prædicta concordia Ferdinandi Archiepiscopi, vt di-
37 ctum est, † maximè conferunt ad coadiuuandam man-
dati antiqui interpretationem, cui plurimum dicta ob-
seruantia suffragatur.

Potissimum verò considerarunt Domini, huiusmodi
obseruantiam satis deduci ex depositionibus trium testium
examinator de anno præterito in summario eiusdem Me-
tropolitanæ num. 6. quorum duo sunt ætatis annorum
66. & à propria recordatione deponunt se scire, & vidisse,
quòd in vim sententiæ arbitralis, Capitulum Sedis sem-
per, & diebus quibus solebant accedere ad Ecclesiam de
Pilari, solitum fuisse sedere in Choro dextero dictæ Ec-
clesiæ de Pilari, prioremque, & Capitulum illius soli-
tos fuisse præbere, & quòd præbebant ipsis dictam ma-
num dexteram in dicto Choro expeditam, & non occu-
patam à nemine sedente, vel sedem habente ad prædi-
ctam manum dexteram diebus prædictis, nisi dumtaxat
illi, qui erant de dicta Cathedrali, & videtunt, quòd
in tali vsu, iure, & possessione extiterunt, & existunt
illi de dicta Ecclesia Cathedrali, sedendi in dicto Choro
dextero del Pilar, illum integraliter occupando, quous-
que lapsis annis 21. paulò minus, vel plus, lis & causa
mota fuit, & deponunt de publica voce, & fama.

Quibus accedunt alij quatuor testes pro Ecclesia de Pi-
lari examinati de anno 1601. 1606. & 1626. qui pariter de-
ponunt, quod Capitulum Ecclesiæ Metropolitanæ oc-
cupant totum Chorum dexterum, quem illi de Pilari re-
linquunt vacuum, & expeditum in propria Ecclesia,
vt in nouo summario Metropolitanæ num. 2. & 3.

Non obstant igitur testes in contrarium dati summario
num. 6. Quia vltra exceptiones, quæ contra illorum per-
sonas, & dicta fuerunt latiùs ponderatæ per informan-
38 tes, cum agatur de † interpretatione dicti mandati, at-
tendi debet obseruantia de tempore illius Mantic. *decis.*
66. per tot. & max. num. 4. Rot. *decis.* 100. *num. 27. part. 1.*
diuers. & in simili, quòd quando agitur de interpreta-
39 tione † contentorum in testamento attendatur tempus
testamenti latè Simon. de Pret. *de interpr. vlt. volum. lib.*
4. dub. 9. num. 36. & seqq. Non autem actus nouissimi, de
quibus isti testes deponunt, qui tanto minus habendi sunt
40 in consideratione, cum fuerint † turbatiui, & dederint
causam litis, vt latè apud *San. mem.* Gregor.. *decis. 4. num. 2.*
& ibi Adden. & in materia dedicationis fuit dictum inter
has Ecclesias coram eodem in *decis. 569. num* 3. Nec patien-
tia Capituli Metropolitanæ lite penden. ad effectum pur-
gandi vitium litis, probetur.

Quo verò ad secundùm quæsitum, quod est vltimum
caput præsentis inspectionis, verba mandati sunt hæc,
Prior, Canonici, & Capitulum, &c. deinceps teneantur illos
(videlicet de Pilari) *tàm in prædictis processionibus, quàm*
aliis quibuscunque actibus, in quibus insimul conuenire, aut
interesse contigerit, ad dexteram partem, seù manum, tàm
in Choro, quàm extrà etiam in processionibus prædictis collo-
care. Ex quibus nulla est difficultas quin stantibus verbis
illis, *quam aliis quibuscumque actibus in quibus insimul con-*
uenire, aut interesse contigerit, deberetur manus dex-
tera Capitulo de Pilari etiam in sessionibus, quæ haben-
tur in Ecclesijs, ad quas fiunt processiones pro Missa,
aut concione habenda, cum contingat illos de Pilari, &
Metropolitana simul conuenire, & interesse secundum
casum expressum in dicto mandato. Sed quia dictum
mandatum prętenditur postmodum correctum, & limi-
tatum iuxtà probationes, & dictà testium, quę ad cer-
tos actus restringebantur. Ideò circumscriptis dictis ver-
bis tota difficultas ad illud reducitur; An mandatum
quod expressè loquitur de processionibus comprehendat
huiusmodi sessiones tanquàm partem processionum, quę
ad huiusmodi Ecclesias fiunt per concione, aut Missa
habenda, vt dictum est: Et Domini persiterunt in af-
firmatiua, quia cum processio fiat ad Ecclesiam, & ab
eadem Ecclesia reuertatur, actus possessionis interme-
dius censetur esse vnus, & idem cum processione, cum
41 talia † media pręsumantur, qualia sunt extrema, *arg.*
text in l. sicut §. non videtur ff. quib. mod. pign. vel hypoth.
soluit. sub conditione, ff. de hæred. instit. l. existimo, ff. de
42 *verb. oblig.* Vnde dicitur, quòd media † referuntur ad
extrema *arg. l. talis scriptura in fin. ff. de legat.* 1. & facit
text. in cap. secundo requiris in princip. de appell. vbi quod
illa, quę sunt in medio sępè ad principium, & finem re-
feruntur. Imò quòd extrema potiùs, quàm media sint
attenden. firmat Afflict. *in decis. 195. num. 5.* & quod me-
dia † ab extremis declarentur *text. est l. qui filiabus, & l. si* 43
seruus plurium, §. fin. ff. de legat. 1. & in l. 1. C. de lib. præ-
ter.

Vndè non obstat, quòd resistentia iuris impediat fieri
extensionem de casu ad casum, quia cum, vt dictum est,
sessiones istæ sint vnus, & idem actus cum processionibus
expressis in mandato, illæ dicuntur in eodem mandato
contineri, non per viam extensionis, sed per viam expressæ
comprehensionis, quia casus, † qui sequitur ex eo, quod 44
est expressum, non dicitur omissus, sed expressus *l. iam hoc*
iure ff. de vulg. Dec. *cons. 13. in fin.* Aym. *cons. 62. num. 14.*
cons. 161. num. 10. & cons. 257. num. 6. Curt. Iun. *cons.* 121.
num. 11. vers. postea concordando, vbi dicit communem.
Ideòque in contrarium latè deducta non officiunt, quæ
supponunt sessiones esse actus omninò diuersos à processio-
nibus.

Et ità conclusum vtraque parte informante.

* Est decisio 57. supra in hac parte. Vbi annotaui alias de-
cisiones in hac causa.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Auenionen. Fideicommissi.

Die Lunæ 29. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM.

Substitutio exemplaris quando est facta filio mente capto, tunc eius substitutus an succedat in bonis filij, vel in bonis patris.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio exemplaris, quando reddatur nulla.*
2 *Substitutio exemplaris fit ad instar pupillaris.*
3 *Substitutionis exemplaris vigore succeditur tantum in bonis mente capti, non autem testantis. & num. 4.*
5 *Substitutio fideicommissaria facta filio mente capto, dicitur testamen patris, & non filij, & ideo non consideratur, tanquam vnicum testamentum, sed tanquam duo. numer. 6.*
7 *Et ideo si corruat testamentum filij, subsistit testamentum patris, & intrat fideicommissaria substitutio. & numer. 9.*
8 *Alex. in l. ex facto num. 45. ff. de vulg. declaratur.*
10 *Clausula codicillaris an faciat valere substitutionem in vim fideicommissi.*
11 *Decedere absurdum est, quis pro parte testatus, & pro parte intestatus.*
12 *Filius postquam adiuit hæreditatem patris, efficitur vnicum patrimonium, cum eius bonis.*
13 *Patrimoniorum diuisio quando fiat.*

DECISIO CXII.

FVIT in hac causa resolutum coram bon. mem. Bu-
ratto, * substitutionem exemplarem, factam per
Nicolaum testatorem Bartholomæo, & Antonio eius fi-
lijs masculis mentecaptis, hæredibus institutis, ad fauo-
rem Francisci, & Hectoris, eiusdem Nicolai ex filiabus
nepotum, esse nullam, ob † præteritionem earundem 1
filiarum, contra formam, *l. humanitatis, C. de impub.*
& alijs substit. sed cum fuerit postea causa super eisdem
pluries proposita, & non resoluta, tandem hodie re ma-
turè discussa. Domini dixerunt, substitutionem exem-
plarem fuisse quidem nullam rationibus adductis in deci-
sione, de qua agitur, sed tamen intrare substitutionem
fideicommissariam ad fauorem eorundem nepotum, exem-
plariter substitutorum, quoad bona scilicet Nicolai te-
statoris; & fundamentum resolutionis fuit, quia, cum
† exemplaris substitutio sit ad instar pupillaris, *§. qua* 2
ratione institut. de pup. subst. & ibi glos. Salyc *in l. humani-*
tatis, C. de impub. & alijs subst. num. 15. Rip *in l. ex facto,*
ff. de vulg. num. 55. & seqq. vigore istius substitutionis † 3
succeditur solùm in hæreditate, & bonis mente capti,
non autem in hæreditate ipsius testatoris, *instit. in prin-*
cip. de

cip. de pup. subst. Guliel. de Bened. *in cap. Raynutius in*
vers. si absque liberis, num. 100. *de testam. intrig. de subst.*
cent. 1. *quaest.* 9 *num* 22. & propterea existente nulla su-
pradicta exemplari substitutione, venientes ab intestato
4 succedunt † solum in hæreditate, & bonis dictorum men-
tecaptorum, non autem in hæreditate, & bonis ipsius
testatoris, quæ considerantur tanquam bona diuersa, &
separata ab hæreditate mentecaptorum, & dum in illis
substituti veniuot ex fideicommissaria substitutione, quæ
in testamento pariter continetur, stante clausula, Vul-
gariter, Pupillariter, & per fideicommissum, dicuntur
succedere vigore testamenti paterni, ex quo ista fideicom-
5 missaria † substitutio dicitur testamentum patris, & non
filij, *l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pup.* & in
puncto tradit Castrens. *in cons.* 222. *sub num.* 2. *col.* 2. *vers.*
ex quibus sequitur Thesaur. Iun. *quaest.* 61. *sub num.* 10. *lib.*
2. Ang. Aret. *inter cons. vlt. volunt. cons.* 134. *num.* 15. *lib.* 1.
6 & ideò cum ista considerentur, † tamquam duo testamen-
ta, & duo patrimonia separata inter se, Ripa *in d. l. ex fa-*
7 *cto num.* 5. si corruit testamentum † filij, subsistit testa-
mentum patris, & intrat fideicommissaria, vt passim in
substitutione pupillari, cui hæc assimilatur, vt dixi, &
trad. Doct. *in l. ex facto in princip. ff. ad trebel. & gl. fin. l.*
verbis ciuilibus, ff. de vulg. vbi Bart. *num.* 6. Ias. *de comm.*
num. 19. *& seq.* benè Dec. *in l. in testamento, num* 6. *vers. sed*
responderi, C. de testam. milit. Magon. *decis. Floren.* 144.
num. 19. Fusar. *de subst. quaest.* 8. *num.* 3. *& num.* 8. *vers. aut*
substitutio est informis. Ceph. *cons.* 672. *num.* 26. *lib.* 5.
8 Non obst. † Alex. *in l. ex facto, num.* 45. *de ff. vulg.* cum
alijs ex aduerso allegatis, dum dicunt; quod, data nullita-
te exemplaris substitutionis, totum corruat testamentum;
quia ex supradictis patet responsio, quod si sunt duo testa-
menta, inter se separata, corruit quidem testamentum
mentecapti in totum, sed subsistit testamentum patris,
9 cuius vigore possuot substituti ex † fideicommisso conse-
qui illius hæreditatem, reiecta illa pupilli ex superius alle-
gatis, & trad. Peregr. *cons.* 46 *in fin. lib.* 1. Fusar *de subst.*
quaest. 151. *vers. declaratur id non procedere;* Idque præser-
10 tim, stante etiam clausula codicillari, quæ pariter facit †
valere substitutionem in vim fideicommissi; vt in his ter-
minis trad. Bott. *in cons.* 27. *num.* 50. Fusar. *quaest.* 194. *num.*
6. & ex hoc cessat etiam absurdum ex aduerso considera-
11 tum; quod testator † decederet pro parte testatus, & pro
parte intestatus; quia data separatione bonorum, & testa-
mentorum, sequitur, quod pater totus decessit testatus, &
illius furiosus totus intestatus.

Non obstat, quòd post aditam hæreditatem per filium,
non possit amplius fieri, nec considerari supradicta diuisio
12 bonorum, cum per aditionem sit † effectum vnicum pa-
trimooium filij, iuxtà *text. in l. sed & si plures, §. filio, ff.*
de vulg. & pup. Placuit enim Dominis responsio, quod
id procedit, quando substitutus est capax vtriusque hære-
ditatis; tunc enim non potest separare hæreditates; vt il-
lam filij habeat; patris verò non habeat; secus verò, quan-
do datur incapacitas ex dispositione legis succedendi in bo-
nis alterius, prout est in casu nostro; in quo substitutus est
incapax successionis mentecapti, & capax paternæ; tunc
13 enim fit supradicta diuisio † pattimoniorum, & substitu-
tus succedit in bonis personæ illius, quorum est capax,
quamuis repellatur à successione bonorum alterius perso-
næ, quorum non est capax, vt benè declarat Bald. *in l. si is,*
qui 6. *num.* 1. *vers. vel sic*, & ibidem Ang. *num.* 1. Castren.
num. 2. *vers. Et sic est casus hic*, Alex *num.* 3. *ff. de vulg. &*
pup. Intrigl. *de subst. cent.* 1. *quaest* 98. *num.* 7. *& seq.* Fusar.
quaest. 146. *vers. limitatur si sit pro parte capax.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

* Idest sub die 10. Iunij 1624. est decisio 802. inter eius im-
press.

Et infra in eadem causa in part. 3. adsunt aliæ decisiones
idest sub diebus 18. Nouembris 1635. & 3. Martij 1636. co-
ram bon. mem. Buccabella, & 4. Februarij 1637. coram R.
P. D Dunozetto, & 1. Iulij 1637. coram R. P. D. Panzirolo,
& 9 Decembris eiusdem anni coram R. P. D. Ghisilerio
sunt in ordine decisiones 74. 105. 195. 238. & 257. & in 4. par.
aderit alia decisio sub die 18. Martij 1639. coram eodem R.
P. D. Ghisilerio.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Romana affictus Casalis.

Die Lunæ 29. Nouembris 1627.

A R G V M E N T V M.

Pro transactione semper est capienda præsumptio. Et si quis in ea se fundet, dicitur habere intentionem fundatam. In contractibus, qui consensu contrahuntur, quando necessaria sit scriptura, & quare in istis contractibus fiat scriptura.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia est valida, si sit lata seruatis seruandis.*
2 *Transactione, si quis nitatur, dicitur habere intentionem fundatam.*
3 *Transactiones, & sententiæ semper firmæ manere debent.*
4 *Transactio, vt valeat, & substineatur in dubio præsumptio capi debet.*
5 *Transactionis fauore magis est sumenda præsumptio, quàm cuiusuis contractus.*
6 *Transactio, vt substineatur sufficit solus litis timor, & suspicio.*
7 *Transactio est contractus, qui solo consensu perficitur.*
8 *Scriptura, quando requiratur in contractibus, qui solo consensu perficiuntur.*
9 *Confessio extraiudicialis probata per testes contestes de æquitate Canonica probat. amplia num.* 10.
11 *Testis deponens de facto proprio, & de certa scientia plusquam semplenè probat.*
12 *Concordia, qualiter concludenter probetur.*
13 *Scriptura in contractibus, qui solo consensu perficiuntur, deseruit solum ad faciendam probationem.*
14 *Contractus quilibet, & pactum quodlibet, quod consensu contrahitur, ita probari potest per testes, sicuti per instrumenta.*

DECISIO CXIII.

DOMINVS Angelus Carcarasius die 5. Aug. 1626.
emit à Celerario Monasterij S. Pauli herbas hyema-
les Casalis nuncupati Grotte deci Græci, ò Casale abbtu-
giato. Sed cum posteà die 22. eiusdem mensis, & anni
idem Celerarius dictum Casale ad septennium locasset Io-
sepho Nicolino, D. Carcarasius cœpit prætendere hanc lo-
cationem non potuisse fieri in sui præiudicium, in eaque
ipsum fuisse præferendum, & super hac prælatione intro-
ducta lite, & controuersia coram Auditore Cameræ, ea
pendente fuit inter partes deuentum ad concordiam, &
transactionem, io qua conuentum fuit, quòd Nicolinus
renunciaret affictui, & Carcarasius viceuersa eidem Nico-
lino solueret scuta 350. & procuraret liberationem obliga-
tionis Nicolini à Patre Celerario vigore dicti affictus con-
tractæ; sed cum non obstante concordia Nicolinus recu-
saret facere dictam renunciationem, Carcarasius ab A.
C. obtinuit sententiam fauorabilem, iuxtà formam su-
pradictæ transactionis. Et hanc sententiam hodie DD.
dixerunt esse confirmandam tanquam validam, & iu-
stam.

Fuit enim † lata ser. ser. *iuxtà decis.* Verall. 260. *par.* 2. 1
Rota coram fel. rec. Gregor XV. *decis.* 218. *num.* 1. Et iu-
stitia est patens; quia dum Carcarasius nititur traosactio-
ne, dicitur habere † intentionem fundatam *l. si quis maior,* 2
C. de transact. Dec. *cons.* 215. incipit visa transactione,
sub num. 3. Purpur. *cons* 323. *num.* 2 cum ea, quę sunt tran-
sacta, † vel iudicata, semper firma manere debeant, vt 3
inquit, Iurisconsul. in *l.* 1. *in fin. ff. ad Tertull.* Et in dubio
capi debet præsumptio, quòd † transactio valeat, & susti- 4
neatur, Bero. *cons.* 176. *num.* 15. *vol.* 1. vbi dicit hanc prę-
sumptionem sumendam magis esse fauore † transactionis, 5
quàm cuiusuis contractus, Roland. *cons.* 28. *num.* 10. *vol.* 4.

Cephal.

Cephal. *conf. 24. in fin.* Et pro illius validitate non requiri-
6 tur lis † formalis, sed sufficit solus litis timor, & suspicio,
l. 2. & ibi *gloss. C. de transact.* Paris. *cons. 32. nu. 18 lib. 1.* Mo-
hed. *decis. 1. de transact.* Seraph. *decis. 638. num. 7 fel. record.*
Gregor XV. *decis. 149 num. 2.*

Non obstat, quòd dicta concordia, seù transactio non
fuerit redacta in scriptis, & ante stipulatum desuper in-
strumentum Nicolinus potuerit pænitere. Quia placuit
7 responsio, quòd cum † transactio sit contractus, qui solo
consensu perficitur, scripturam non requirit, vt habetur
in l. consensu, ff. de action. & obligat. & probat. text. in l.
pactum quod bona fide, C. de pact. l. eum te transegisse, vbi
glos. num 3. C. de transact. & notant omnes *in l. transactio-*
nis, Placitus *cod. tit.* Decian. *respons. 64. numer. 2. lib. 3.*
8 Gratian. *respons. 107. num. 6. lib. 1.* Et si aliquando † scri-
ptura requiritur, id procedit, quando fuit conuentum,
vt aliter contractus non valeret, Put. *decis. 43. lib. 3.* At
in casu nostro contrarium potius contingere videtur, quia
Nicolinus expressis verbis exclusit scripturam, dum in-
terrogatus, An super hoc confecisset instrumentum, res-
pondit eo opus non esse, PERCHE LA SVA PARO-
LA BASTAVA PER CENTO INSTRVMEN-
TI. Et ijdem testes probant confessionem dicti Nicoli-
ni, quod ipse cesserat locationi mediante promissione so-
lutionis scut. 330. & cum hoc etiam, quòd liberaretur ab
obligatione, quam contraxerat cùm Monacis. Vndè
9 licèt ista confessio † sit extraiudicialis: attamen cum sit
probata per testes contestes, de æquitate Canonica susti-
netur, & probatur Gabr. *de confess. concl. 1. num. 46. in 4.*
limit. Soccin. Iun. *cons. 32. num. 18. lib. 2* Et hoc maximè
10 procedit, concurrentibus † etiam depositionibus alio-
rum testium, qui dantur in *Summ. num. 19. & seqq.* quo-
rum vnus fuit mediator, & deponit citra conclusionem
11 concordiæ de facto † proprio, & de certa scientia, qui
propterea facit plusquam semiplenam probationem,
Achill. *decis. 3. de testib.* Cæs. de Grass. *decis. 2. num. 11. de*
empt. & vendit. Seraph. *decis. 889. num. 3.* Verall *decis.*
271. part. 3. Rota *decis. 252. num. 2. part. 2. recent.* cum
alijs per Farinac *de testib. quæst. 63. num. 124.* Et ideò con-
currentibus adminiculis, quæ ex alijs testibus desumi
12 possunt concordia † in omnem casum semper remanet
plenè, & concludenter probata, Seraph. *decis. 1163. nu.*
6. Farinac. *dicta quæst. 63. num. 221. & seq.* & fuit dictum in
Cusentina Pensionis 12. Februarij 1618. coram bon. memor.
Vbaldo.

Vndè, vt dicebam, non est opus aliqua scriptura.
13 Quia illa solum inseruisset † ad facien. probationem, *vt*
declarat gloss. in §. 1. per illum text. in verb scripturn, in-
stit. de empt. & vend. Decian. *d. resp. 64. numer. 4. & seqq.*
Quæ probatio sufficienter dicitur facta per dictos testes,
14 cum quilibet † contractus, & quodlibet pactum, quod
consensu contrahitur, vt est transactio, ità possit pro-
bari per testes, sicuti per instrumenta; *l. in exercendis,*
C. de fid. instrum. cap. cum Ioannes extra eodem tit. Afflict.
decis. 398. num. 2. & latè tradit Decian. *d. respons. 64 num.*
6. 7. & 8. Et ideò iure meritò fuit responsum pro confirma-
tione sententiæ A. C. præsertim cum Carcarasius adim-
pleuerit pro parte sua, obtinendo liberationem Nicolini à
Monacis, *vt in Summ num. 16.*

Et ità decisum vna tantum parte informante, &c.

¶ Infra in eadem causa habetur alia decisio sub die 28. Ia-
nuarij 1628. coram eodem Eminentiss. & Reuerendiss. D.
Card. Vbaldo, est decisio 136.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Romana Pecuniaria.

Die Lunæ 29. Nouembris 1627.

A R G V M E N T V M.

In census impositione, quando plures sunt in solidum obligati, & manualiter ad se trahunt pecunias, tunc omnes habentur tamquam plurales. Sed si tamen constat ad vnum tantum earum commodum peruenisse, tunc ille dicitur pluralis: alij verò habentur pro fideiussoribus.

S V M M A R I V M.

1 *Principalis dicitur ex pluribus reis debendi, ad quem pecuniam, vel ipsius commodum peruenit, alij verò dicuntur fideiussores, & num. 2 & 3.*

4 *Coniecturæ, licet de per se consideratæ non probent, tamen si simul iunctæ fuerint suffragantur.*

5 *Pecunias ad aliquam peruenisse, quando præsumatur.*

6 *Pecunias accipiens ad censum, si quoque sit facta solutio, præsumitur facta ex eisdem pecunijs receptis ad censum. & num. 7.*

8 *Pecunias ad censum accipiens, si eodem tempore emit aliquod officium, præsumitur solutum ex illis pecunijs.*

9 *Minor non præsumitur habere magnam pecuniarum summam.*

10 *Tractatus arguit animum contrahentium.*

11 *Suum iacturæ, non præsumitur quis voluisse.*

12 *Fructus census, qui soluens nomine alieno, non præsumitur ipse fecisse censum & num. 13.*

14 *Confessio emanata ad fauorem vnius personæ, quo ad alios non probat, nec attendi debet.*

15 *Confessio, & declaratio emanata ad vnum finem, non probat ad alium.*

16 *In contractibus inspiciendum est, quid verè fuit factum, & sequutum.*

DECISIO CXIV.

CVM die prima Octobris 1612. Ioannes, Valerius, &
Carolus fratres de Ferrinis cum fideiussione Petri
Pauli Testæ imposuissent censum scutorum trium mil-
lium ad fauorem Hieronymi Scanardi, quorum fructus
solus Ioannes spatio duodecim annorum soluerit, hæredes
d. Hieronymi Scanardi creditores d. Ioannis ex alia causa
etiam in vim cessionis d. Ioannis prætendebant, quòd Ca-
rolus, & Valerius vti debitores Ioannis tenerentur resti-
tuere fructus pro duabus tertijs partibus, ex quo solus
Ioannes soluerit fructus, & tamen census fuerit impositus
intuitu, & seruitio communi, & manualiter, & in con-
tanti habuissent pecunias; & ideò dato dubio, An fratres
de Ferrinis teneantur ad restitutionem pecuniarum, ne-
gatiuè fuit resolutum. Moti fuerunt Domini, quia licèt in
impositione census tres fratres sint in solidum obligati, &
dixerint pecunias ad se traxisse, & manualiter habuisse,
& propterea omnes habeantur tamquam principales, si
tamen aliundè constet, quòd ad † vnum tantùm nego- 1
cium, & commodum spectet, ille censetur principalis de-
bitor, alij verò fratres fideiussores, *l. sed Iulianus §. item ait*
si duos, ff. ad Maced. Bart. *in l. reos in princip. ff. de duob. re.*
Aym. *cons. 77. num. 3. in fin. & cons. 91. num. 2.* Gabr. *cons.*
63. num 5. & 10. lib. 2. & de fideiuss. concl. 2. num. 1. Vincent.
de Franch. *decis. 55. num. 8* Menoch. *cons. 560. num 8 lib. 6.*
Bero. *quæst. 314. num. 5.* Surd. *cons. 130. num. 37 & decis. 308.*
num. 5. Rot. *diuers. part. 2. decis. 133. num. 6.* Vndè cum ne-
gocium, & commodum esset solius Ioannis, ipse † est prin- 2
cipalis debitor, si soluit per spatium duodecim annorum
fructus, soluit debitum proprium, cui alij fratres fructus re-
stituere non tenentur, etiamsi in impositione census tres
fratres in solidum vti principales interuenerint, & dixe-
rint, recepisse pecunias; nam stant simul, quòd ità dixerint
respectu creditoris, & tamen inter se egerint, vt Ioannes
haberet † commodum, & ad ipsum tantùm negocium spe- 3
ctaret, Bart. *in l. 3. §. vbi duo num. 13. ff. de duob. re. vbi*
Ronchegal. *num. 59. & 60.* Alex. *ibi in addit. ad* Bart.
Imol. *in l. si eum dotem, §. transgredimur, num. 83. ff. sol.*
matrim.

Quòd autem negocium, & commodum esset solius
Ioannis probatur ex pluribus † coniecturis, quæ omnibus 4
simul iunctis suffragantur Bart. *in auth. hoc ius porrectum,*
num. 17. C. de Sacrosan. Eccles. Menoch. *de arbitr. cas.*
432. num. 33. & præsumpt. 55. num. 4. lib. 3. & cons. 375.
num. 12.

Prima est, quòd eadem die, qua fuit impositus census,
fuit facta emptio officij Notariatus Cameræ in personam
solius Ioannis, ideò Ioanni verisimiliter imminebat ne-
cessitas pecuniarum, vt succurrere posset emptioni ea-
dem

dem die factæ, & versa vice Carolus, & Valerius vti Dro-
gherij non indigebant pecunijs, & consequenter vrget præ-
5 sumptio, † quòd pecuniæ peruenerint ad manus Ioannis,
vt supradictæ imminenti necessitati consuleret *glos. in d.
auth. hoc ius porrectum in verbo, probat.* Bald. *num.8. C. de
Sacros. Eccles.* Rip. *in l. si venteri §. fin. numer. 11. & seq.
ff. de priuil. credit.* Gregor. *decis.31. num.2.* Surd. *decis.55.
num.6. & seq.* Menoch. *d. præs.55. num.5. lib.3.* Feder. de Sen.
cons.119. num.4.

Secunda est, quia eadem die, qua fuit accepta pecunia
ad censum, fuit facta quoque solutio pretij offitij, & sic
6 præsumitur † solutio facta ex ijsdem pecunijs receptis ad
censum Rip. *in d.l. si venteri §. fin. num.10. ff. de priuil. cre-
dit.* Surd. *d. decis.55. num.9.* Menoch *d. cas.432. num. 38. &
d. præsumpt.55. num.8.* Gregor. *d. decis. 31. num. 3.* vicinitas
7 enim † actuum admodum in ista materia sequitur Aym.
cons.298. num.13. & cons.153. num.8. Anchar. *cons.434.
num. 3.* Menoch. *d. præsumpt.55. num.8.* Surd. *d. decis.55.
num.9.*

Tertia oritur, quia concurrit identitas summæ; eadem
enim die scuta tria millia fuerunt recepta ad censum, &
scuta tria millia fuerunt soluta, vt patet ex quietantia
8 Scanardi creditoris pretij officij, & sic oritur præsumptio. †
quòd eadem summa pecuniarum recepta ad censum, ea-
dem fuerit soluta pro pretio officij Castr. *in l. fin. §. in compu-
tatione num.4. C. de iur. deliber.* Surd. *d. decis.55. num.9.*

9 Quarta est, quia cum Ioannes esset adolescens non †
præsumitur aliundè habuisse tàm maximam pecuniarum
summam Rip *in d.l. si veneri num.11. ff. de priuil. credit.* Me-
noch. *cons.379. num.12.*

Quintò ex tractatu probato ex testibus, & ex depositio-
10 ne eiusdem Petri Pauli Testæ fideiussoris, quòd census †
fuit creatus intuitu Ioannis, declaratur actus subsequens
l. si seruus plurim. § fin ff. de leg.1. Mandel. *cons.426. num.12.*
Menoch *de arbitr. cas.470. num.8. & seq.*

Sextò, quia concurrit obseruantia, cum solus Ioannes
spatio duodecim annorum soluerit fructus census absque
11 cessione contra fratres: nam non est verisimile, † quòd vo-
luisset iactare suum, soluendo integros fructus tàm longo
tempore, nisi pecuniæ fuissent acceptæ ad censum pro illa
necessitate pretij officij, cuius fructus cum ipse reciperet,
soluebat quoque fructus census Afflict. *decis.13. numer.21.*
Simon de Pret. *cons.68. num.1. lib.1.* Cephal *cons.240. num. 9.*
Rot. *decis.133. num.1 inter impressas apud* Moder. *de censib.*

12 Septimò, quia quando Carolus soluit † fructus census, id
fecit de ordine Ioannis, in quo dixit *che limenaria boni alli
conti*, ergo Ioannes erat solus debitor.

13 Octauò quia in quietantijs fructuum † census factis
Ioanni dicitur *per il censo, che hò con lui*, & sic solus Ioan-
nes recognoscitur debitor,

Non obstat confessio, & declaratio Valerij, & Caroli
facta in releuatione Petri Pauli Testæ fideiussoris, dum
14 dixerunt censum pro ipsis inseruijsse, † quia illa fuit ad ef-
fectum recognoscendi bonam fidem inter ipsos fratres, &
fideiussorem, & respicit fauorem ipsius fideiussoris, & sic
non probat, nec attendi debet inter ipsos fratres Rota *d.
decis.130. num.4. inter impress. apud* Modern. *de censib.* con-
15 fessio † enim, & declaratio emanata ad vnum finem non
probat ad alium, Salycet. *in l. prima, num.37. C. de confess.*
Marsil. *in rub. C. de probat. num.7.* Surd. *decis.250 num. 5.* &
cum ex tot supradictis coniecturis constet, quòd solus Ioan-
nes habebat commodum, patet quòd illa declaratio fuit
respectu fideiussoris, non Ioannis: nam quòd verè fuit fa-
16 ctum, & sequuntur inspici debet, *l. prima, C. plus valet,
quod ag.* Soccin. Sen *cons.160. num.5. lib.2.* Rota *d. decis. 134.*
apud Modern. *de censibus.*

Et ità vtraque parte, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Coloniesi Monasterij.

Die Veneris 3. Nouembris 1627.

A R G V M E N T V M.

Executor non benè procedens, quando non priuet possessorem sua possessione, & quando dicatur, quod malè processit.

S V M M A R I V M.

1 *Executor non benè procedens non priuat possessorem suam possessione, nisi quatenus se pro spoliato habeat.*

2 *Possessio ciuilis animo retenta sufficit pro manutentione.*

3 *Executor, quando dicatur notoriè male processisse.*

4 *Executio facta super re diuersa ab expressa remanet nulla, excessiua, & inualida.*

5 *In iudicio manutentionis sufficiunt leuiores probationes.*

6 *Diuersitas penitus vitiat executionem factam.*

7 *Monasterijs translatio de vno loco ad alium, non potest fieri sine licentia Papæ.*

8 *Text. in cap. vnic. de excess. prælat. in 6. loquitur de Religiosis mendicantibus.*

9 *Ordinarij post Concil. Trident. possunt facere translationes, & nouas erectiones Monasteriorum.*

10 *In iudicio summarissimo exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem reijciuntur ad petitorium.*

D E C I S I O CXV.

PLACVIT Dominis decisio in hac causa facta die 21.
Iunij præteriti, * in qua fuit resolutum, dandam
esse manutentionem Canonicis in possessione Monaste-
rij Beatæ Mariæ Virginis, siti in Oppido Nouesij, &
eius bonorum, quia licet fuerint Canonici in vim Bre-
uis Apostolici ab executore eiecti à possessione Mona-
sterij, & bonorum, attamen cum executor non benè
processerit, non priuauit Canonicos † eorum possessio- 1
ne, nisi quatenus se pro spoliatis habuissent, Put. *de-
cis.410. lib.2.* & passim tenet Rota *vt in decis. fel. re-
cord.* Gregor. XV. *307. num.6. & 458. num. 9. in recent.
decis.674. num.1. part.1.* & sæpè in alijs, quod non so-
lùm non præsumitur iuxtà *dec.* Greg. XV. *307. n.10. &
11.* sed etiam ex recusationibus, & actibus factis in con-
trarium pro Canonicis, satis euidenter apparet, quod
se non habuerunt pro spoliatis, & quod animo sal-
tem † ciuilem possessionem retinuerunt, quæ sola suf- 2
ficit pro manutentione Gregor. XV. *decis.9. num.6. &
in d. decis.307. num.6 7. & 12.* Rot. *decis. 57. in fin. part.
2. in recent.* cum alijs in decisione, de qua agitur in
allegatis.

Quòd autem executor † malè processerit, euidenter 3
patet ex eo, quod vigore litterarum Apostolicarum
erat facienda executio in Monasterium S. Nicolai pla-
nè dirutum propè Oppidum Nouesij, de quo Mona-
sterio litteræ loquuntur, non autem erat facienda exe-
cutio, prout facta fuit super Monasterio diuerso B. Mariæ
Virginis, sito in Oppido Nouesij, magnificè extru-
cto, & ornato, de quo litteræ Apostolicæ non lo-
quuntur, & propterea executio † tanquam facta su- 4
per re diuersa ab ea, quæ est comprehensa, & expressa
in gratia remanet nulla, excessiua, & inualida, Gabr.
cons.31. num.7. lib.2. Hond. *cons.20. num.23. lib.1. fel. record.*
Gregor XV. *decis.555. num.4.*

Non obstat, quod dictum Monasterium B. Mariæ, à
quo fuerunt expulsi Canonici, non esset Monasterium,
sed esset Hospitium illius Monasterij diruti extra Op-
pidum, quia ista difficultas penitus cessat ex quo appa-
ret, quod post dictam destructionem Canonici vene-
runt ad habitandum in Oppido Nouesij, ibique nouum
Monasterium, & Ecclesiam ædificarunt, & quando
Canonici fuerunt requisiti, vt vellent patere Breui, fue-
runt requisiti, vt exirent de Monasterio, & semper ab
executoribus iste locus appellatus Monasterium, & non
Hospitium, vt patet ex requisitionibus aliàs datis in sum-
mario præteritæ positionis num. 24. & seq. Et quod sit
Monasterium, comprobatur ex attestationibus Senatus
Nouesieñ & Nuncij Apostolici pariter datis in præterita
positione, quæ omnia videntur plusquam sufficere in hoc
iudicio manutentionis, † in quo etiam leuiores probatio- 5
nes admittuntur, Rot. *diuers. decis.196. num.6. part.1.* Sera-
phin. *decis.644. num.5.*

Et prædicta eo magis procedere videntur, cum etiam
ex serie istius facti appareat, quòd Monasterium diru-
tum extra muros, in quo antea dd. Canonici habita-
bant, neque erat sub Inuocatione S. Nicolai, de quo
cantant litteræ, sed sub Inuocatione B. Mariæ Virgi-
nis, & sic diuersitas istorum Monasteriorum est clara,

præsertim cum asseratur, Monasterium S. Nicolai extra
dictum Oppidum neque fuisse dirutum, sed adhuc extare,
& quidem benè ædificatum, & in eo degere fratres Tertiæ
Regulæ S. Francisci, ex quo; vt dixi, tanto magis appa-
6 ret supradicta diuersitas, † quæ penitus vitiat executio-
nem factam ex supra allegatis.

Non obstat, quod dd. Canonici non potuerint facere su-
7 pradictam translationem † Monasterij de vno loco ad a-
lium sine licentia Papæ, vt in *cap. vnic. de excess. prælat.*
8 *in 6.* quæ licentia hic non adest, quia quicquid † de hoc
dicendum sit cum *text. in d. cap. vnico* loquatur de Reli-
gionibus Mendicantibus, & post Concilium Tridentin.
9 possit etiam Ordinarij † facere translationes, & nouas
erectiones Monasteriorum, Rota *decis. 745. num. 1. par. 2.*
in recent. cessat difficultas in casu nostro, quia ista excep-
10 tio respicit petitorium, & validitatem translationis, † de
qua propterea non est discutiendum in hoc iudicio summa-
rijssimo manutentionis, Rota *decis. 585. p. 1. & 287. in fin.*
p. 2. in recent.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

☞* Est supra decisio 91. & infra adsunt aliæ decisiones in eadem causa, idest sub diebus 21. Iunij 1628. & 12. Februarij 1629. & 7. Maij eiusdem coram eodem Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Vbaldo, sunt decisiones 193. & 250.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO DECANO.

Nouarien. Legitimæ.

Die Veneris 3. Decembris 1627.

ARGVMENTVM.

Legitima matri quando debeatur, si filius in aliqua Religione professionem emiserit, vtrum à die emissæ professionis, vel sit expectanda eius mors naturalis.

SVMMARIVM.

1 *Legitima sicuti à parentibus filiis debetur, ita à filiis parentibus à lege defertur, etiam num. 3.*
2 *Sorores si non succedant fratri, non faciunt partem ad diminuendam quotam legitimæ matris.*
4 *Legitima non debetur in bonis eorum à quibus successio ab intestato remota est.*
5 *Statutum excludens fœminas propter masculos, si concurrat alia persona excludens masculos, tunc locus est dispositionis iuris communi, & non statuti.*
6 *Statuto inhærens, eius qualitates probare tenetur.*
7 *Legitima detrahi non potest ex bonis fideicommisso subiectis, num. 8.*
9 *Mater ad secunda vota transiens amittit proprietatem legitimæ.*
10 *Mater tunc priuatur successione filiorum quoad proprietatem per transitum ad secunda vota, quando extant liberi, secus si è contra, num. 11. limita num. 12.*
13 *Legitima matri debetur de tempore mortis naturalis filii professi, & sic tenent omnes Legistæ, num. 14. & multi ex Canonistis num. 15.*
16 *Legitima debetur matri à die emissæ professionis filij, non expectata morte naturali.*
Quæ opinio vti verior, & æquior à Rota firmata fuit, num. 18. Vide distinctionem num. 19. & 20.
17 *Filius patre iam professo admittitur ad postulanda bona, quæ sibi ex successione paterna prouenient.*

DECISIO CXVI.

CENSVERVNT Domini sententiam Ordinarij
Mediolanen. esse iustam, in qua pronuntiatum fuit
tertiam partem omnium bonorum Hieronymi, & Ioan-
nis Baptistæ professorum in Religione Sancti Pauli spe-
ctare ad D. Paulam eorum matrem pro legitima à die eo-
rum professionis, & sic morte naturali professorum non
expectata.

Non enim controuertebatur pertinentia legitimæ, nec
1 poterat controuerti; quia sicuti † à parentibus filijs de-
betur, ita à filijs parentibus à lege defertur, *l. nam etsi*
parentibus ff. de inoff. test. l. scripto, ff. vnd. lib. l. om-
nino, C. de inoff. testam. Seraph. *decis. 1365. numer. 1.*
nec minus quin esset triens, non autem portio eius, quam
habitura fuisset ab intestato in concursu sororum eorun-
dem Hieronymi, & Ioannis Baptistæ, dum illæ Mona-
sterio persona honesta instituto succedere non possunt, &
remota successione † sorores non faciunt partem ad dimi- 2
nuendam quotam legitimæ, *l. fratres C. de inoff. testam.*
Bald. *in Auth. nouissima num. 10. eod. tit.* cum alijs allegatis
per Gabr. *cons. 94. num. 19. lib. 1.* sed difficultas versabatur,
an deberetur in casu, de quo agitur, & à quo tempore, vel
statim emissa professione filiorum, vel morte naturali pro-
fessorum sequuta.

Quod deberetur in casu, de quo agitur, suadebatur ex
eadem iuris dispositione, quod legitima † sicuti filijs, 3
ita & parentibus debeatur per supradicta.

Non obstat statutum Nouariæ excludens fœminas pro-
pter agnatos ab intestato vsque ad quartum gradum, vt
propterea legitima † non debeatur in bonis eorum, à 4
quibus successio ab intestato remota est, Rota *decis. 415.*
424. 449. par. 4. diuers.

Quia remoto concursu agnatorum in successione dicto-
rum filiorum propter ingressum Religionis, & testamen-
tum professorum, à quo excluduntur cessat statuti, & si-
milium statutorum dispositio Bart. *in l. 1. §. qui habebut*
numer. 3. ff. de bon. possess. contra tab. dicens in terminis
statuti excludentis † fœminas propter fratres mascu- 5
los, si concurrat alia persona excludens masculos, tunc
locum esse dispositioni iuris communis, non autem statu-
ti, Bart. sequuti sunt Corn. *cons. 134. numer. 5. lib. 2. &*
consil. 61. numer. 3. lib. 4. Petr. Ant. Anguisciol. *consil. 11.*
lib. 6. Dec. *consil. 296. numer. 2. & 378. num. 2.* Soccio. Sen.
cons. 35. numer. 18. lib. 4. Surd. *decis. 131. numer. 5.* Rota *de-*
cis. 295. numer. 14. par. 1. diuersor. & eo magis prædicto sta-
tuto locus esse non potest, quia de qualitate agnationis
intra quartum gradum, prout requirit contextus adhuc
non fuit probatum, & prout necessarium est ei, qui inhæ-
ret statuto † probare qualitates illius *l. 1. §. quod ait præ-* 6
tor, vbi Bart. ff. ne quid in flum. pub. Surd. *cons. 279. num. 4.*
& decis. 276 num. 2.

Non obstat, quòd omnia bona istorum filiorum sint su-
biecta fideicommisso, nedum, & quæ peruenerunt à pa-
truo, sed & à patre, vbi filij prædicti decessissent sine filijs,
de quibus dicebatur certum esse matri † non deberi legiti- 7
mam ex persona filiorum, Cuccus *de legitima, §. nec vsu-*
fructu defraudari, fol. 340. num. 26. Seraph. *decis. 963. num. 2.*
& seq. & 969 num. 8.

Quia de bonis vinculatis D. Paula non † prætendit le- 8
gitimam, sed de peruentis ad religionem nomine, & ex
persona professorum, pro quibus fideicommissa non pos-
sunt obstare, Rota *decis. 641. num. 18. par. 1. & decis. 210.*
par. 2. diuers. Seraph. *decis. 609 n. 5.* Pereg. *de fideicomm art.*
39. num. 13.

Nec etiam releuat eiusdem matris † transitus ad se- 9
cunda vota, per quem dicebatur proprietatem legitimæ
fuisse amissam, dum ab intestato succedit filijs in vsu-
fructu tantum, *Auth. ex testamento, C. de secund. nupt.*
Bald. *ibidem, numer. 1.* Menoch. *cons. 237. numer. 12.* refe-
rens verba præcisa Bald. *in d. Auth. ex testam.* Gratian. *di-*
scept. 448 num. 3.

Quia ex distinctione eiusdem Baldi, & Menochij tol-
litur obiectum, nam tunc mater † priuatur successio- 10
ne filiorum quoad proprietatem per transitum ad secun-
da vota, quando extant liberi, secus autem quando non
† extant, vt in præsenti successibiles, quia tunc legiti- 11
ma debetur, & in omnem casum quando filij, vt hic sci-
uerunt transitum matris ad secunda vota, & tacuerunt,
nec reclamarunt, immò matri legando approbauerunt,
successio † etiam quoad proprietatem ab intestato non 12
prohibetur, Bald. *in d. Auth. ex testamento, numer. 8.*
C. de secund. nupt. Gabr. *concl. 3. num. 20. eod. tit.* Surd. *de-*
cis. 99. num. 12.

Maior difficultas versatur in secunda inspectione, à quo
tempore legitima deberetur, in qua non desunt infiniti
propè sustinentes vtramque respectiuè opinionem.

Nam quod legitima debeatur † matri de tempore mor- 13
tis naturalis professi, expressè tenuerunt Accur. *in Auth.*
si qua mulier, C. de sacros. Eccles. & cum eo omnes Le-
gistæ † in eadem Autentica Pinell. *in l. 1. numer. 30. C.* 14
de bon. mater. par. 1. Becc. *consil. 34. numer. 18.* Surd. *cons.*
238. numer. 10. & de aliment. tit. 1 qu. 29. numer. 7. Turret.
consil. 89. lib. 2. Melchior. Phebus *decis. Lusitan. 13. numer.*
16. Grat *discept. 102. num. 2. & 3.* apud quos infiniti eiusdem
opinio-

opinionis referuntur, & eandem opinionem multi ex
15 † Canonistis sequuti sunt, nempè Butr. *in c. in præsentia, numer.* 29. Dec. *numer.* 67. *de probat.* Cald. *in cap. si pater in fine de test.* Io. de Anan. *in cap.* 2. *num.* 16. *de delict. pueror.* Gulielm. de Bened. *in cap. Raynutius in verbo mortuo itaque testatore, il primo num.* 299. Guttierez *lib.* 2. *q. canonic. cap.* 1. *num.* 75. à quibus pariter alij referuntur sequentes eandem opinionem.

16 Cæterum quod legitima † debeatur matri à die emissæ professionis morte professi non expectata, expressè videtur determinatum in *cap. cum simus regular.* dum filius
17 † patrem iam professo admittitur ad postulan. bona, quæ sibi ex successione paterna proueniunt, & per illum textum hanc opinionem pro matre firmarunt *glos. in verbo paterna, &* Anchar. *numer.* 4. *vers. si autem impubes.* Butr. *numer.* 5. *glos. in cap. transmissæ verbo mota, qui filij sint legitimi.* Abb. *in cap. in præsentia, numer.* 59. *de probat.* Couarru. *cap.* 2. *numer.* 7. *de testam.* Fachin. *controu. iur. lib.* 6. *cap.* 14 Honded. *cons.* 60. *num.* 19. *& seq. lib.* 2. *& alij allegati in Tridentina legitimæ coram bo. me. Ortembergo* 3. *Ianuar.* 1607. & huic posteriori opinioni vti verio-
18 ri opinioni, & æquiori † etiam per Rotam firmatæ placuit Dominis adhærere.

Non obstant fundamenta prioris opinionis, & responsiones datæ fundamentis huius secundæ.

Quia prædictis omnibus fuit satisfactum in decisione supradicta Tridentina legitimæ, cum quibus Domini transierunt, & signanter placuit responsio data per Honded. *d. cons.* 60. *numer.* 24. *lib.* 2. quam re assumpsit à Gozzad. *cons.* 41. *numer.* 17. vt scilicet fundamenta prioris opinionis
19 locum habere possint, quando † mors ciuilis non habet eundem effectum, prout habet mors naturalis, quia bona non acquiruntur hæredi, donec viuit Monachus, sed Monasterium illa possidet, & per consequens etiam Monachus possidet in communi, sed quando bona fuerunt acquisita hæredi, qui illa possidet, ac si testator mor-
20 tuus esset, quo casu mors † ciuilis habet eundem effectum, quem habet naturalis, & tunc omnes effectus naturalis consequuntur, prout sunt solutiones legatorum, detractiones legitimæ, & trebellianicæ, æris alieni, & similium, quæ contingunt, quando bona transeunt ad hæredem per effectum mortis naturalis. Et ita &c.

¶ In eadem causa habentur infra aliæ decisiones nempè sub diebus 15 Decembris 1628. & 4. Aprilis 1629. & 18. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. Ghisilerio sunt decisiones 223. 267. & 306.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Assisien. Bonorum.

Die Veneris 3. Decembris 1627.

A R G V M E N T V M.

Possessio ciuilis, vt amittatur, quæ sint necessaria, & quando dicatur reseruata. Canonis reseruatio, & receptio quid operetur. Et identitas qualiter probetur, maximè si simus in antiquis.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio ciuilis, vt amittatur, requiritur scientia, & patientia.*

2 *Assertio inter alios acta, an noceat inter diuerses Canonis solutio reseruata, operatur vt Dominus directus non amittat ciuilem possessionem num.* 2.

3 *Relatio facienda est singula singulis.*

4 *Canonis reseruatio infert ad dominium.*

5 *Canonis receptio, operatur vt quis censeatur retinuisse ciuilem possessionem, & nu.* 6.

7 *Canonis non solutio per aliquod tempus, non operatur, vt quis videntur amisisse ciuilem possessionem.*

8 *Canon, & census dicuntur synonima, & multoties vnus pro alio accipitur.*

9 *Canonis solutio ex quibus satis iustificetur.*

10 *Dominij probatio ex quibus clara remaneat.*

11 *Emphyteusis natura est, vt possessio ciuilis remaneat penes directum Dominum, & possessio naturalis pe-*

nes emphyteutam.

12 *Conductorum linea deficiente in emphyteusi datur manutensio pro ciuili possessione Domino directo ad recuperandam naturalem.*

13 *Demonstrationes duæ sufficiunt ad probandam identitatem. Immo sufficit identitas loci, cum vno confine, num.* 14

15 *Confinia duo in antiquis probant identitatem, nec attenditur mutatio nominis, vel altera alteratio. num.* 16.

17 *Appellatio datur à mandato de manutenendo dato per cedulam.*

18 *Ius fori, in quo litigatur, seruari debet.*

19 *Ægidmna intrat inter personas Sedi Apostolicæ immediatè subiectas, si litigatur in Rota.*

DECISIO CXVII.

PVTARVNT Domini non esse recedendum à decisis coram me sub die 2. Iunij 1627.

Nec obstat interuersio possessionis ciuilis ex eo, quòd bona fuerint vendita vti libera pleno iure vtilis, & directi
dominij. Primò, quia non constat de scientia, & patientia
Communitatis Bictonij, itaut possessio ciuilis † non fuerit 1
amissa Innoc. *in c. bone, il secondo, nu.* 1. *vers. item de illo, & ibi* Abb. *num.* 20. *de postulat. prælat.* Bald. *in l.* 2. *num.* 12. *ff. de seruit. & aqu.* Seraph. *decis.* 337. *num* 8. Et huiusmodi asser-
tio † vti res inter alios acta non nocet. 2

Secundò, quia non fuit reseruata solutio canonis, Rota *decis.* 282. *numer.* 1. *par.* 1. *diuers.* & cum insimul alia
bona fuerint vendita, singula † singulis facienda est re- 3
latio, nempè quod alia venderetur libera, & pleno iure, & ista de quibus agitur essent de dominio Communitatis Bictonij, pro quibus canon solueretur Aym. *cons.* 98. *nu-*
mer. 11. Greg. *decis.* 297. *numer.* 9. ex reseruatione † enim 4
canonis infertur ad dominium Communitatis Bictonij *Clem.* 1. *& ibi* Vitalin. *numer.* 8. *versic. vbi verum totum est de iurepatr.* Rota *in recent. decis.* 102. *num.* 4. *ad fin. & decis.* 558. *nu.* 2. *par.* 1.

Tertiò, quia fuit subsequuta solutio canonis reseruati,
vnde censetur † præseruata possessio ciuilis, & animo re- 5
tenta *l.* 3. *§. in amittenda, ff. de acq. possess.* Greg. *decis.* 307. *num.* 9. & sat est, quòd Communitas Bictonij non ha-
buerit se pro spoliata, immò per receptionem canonum † 6
possessionem ciuilem retinuisse censetur, Aym. *cons.* 106. *num.* 9. Greg. *d. decis.* 307. *num.* 9. 11. & 13.

Non obstat, quòd quolibet biennio esset facienda præstatio Archibusij, & tamen singulis annis facta fuerit, quia vbi magis solutiones fuerunt continuatæ, & geminatæ eo magis fauent Communitati Dominæ directæ.

Nec obstat, quòd solutiones canonum de aliquo tempore fuerint prætermissæ, quia forsan id fuit, quia alijs temporibus quolibet anno fuerunt solutæ, & ex præter-
missione † alicuius temporis non amittitur possessio ciui- 7
lis, maximè cum subsequantur postea aliæ solutiones dicti Archibusi, ex quibus arguitur animus non amittendi *d. l.* 3. *§. in amittenda, ff. de acq. possess.*

Nec noceret, si aliquæ solutiones dicerent pro censu, quia aliæ plures solutiones dicunt pro canone. & census,
† & canon dicuntur synonima, & vnus multoties accipi- 8
tur pro alio Seraph. *decis.* 1235. *num.* 1. & ex inuestitura, &
alijs enunciatiuis, & testibus † satis declaratur, quod so- 9
lutio fuit pro canone, Rota *diuers. decis.* 141. *num.* 3. & 7. *p.* 2. *& decis.* 289. *nu* 4. *par.* 1. *recent.*

De dominio autem Communitatis Bictonij censuerunt Domini constare ex instrumento inuestituræ iunctis adminiculis ex testibus de fama, ex enunciatiuis, & ex solu-
tionibus canonum, ex † quibus probatio dominij rema- 10
net clara Soccin. Sen. *cons.* 187. *num.* 2. *& seq. & nu.* 17. *lib.* 2. Rota *in recent. decis.* 661. *numer.* 2. *par.* 1. *& decis.* 573. *numer.* 3. *& seq. par.* 2. *& fuit dictum in Ferrarien. seu Comaclen. de Nasellis* 7. *Iunij* 1627. *coram R. P. D. Coccino Decano.*

Non obstat etiam, quòd non adsit clausula constituti,
quia † ex natura emphyteusis possessio ciuilis remanet 11
penes Dominum directum, & possessio naturali penes
emphyteutam, itaut deficiente linea † conductorum de- 12
tur manutentio pro ciuili pro recuperatione naturalis, accumulando eam antiquæ possessioni ciuili, Bart. *in l.* 1. *§. fin. nu.* 17. *ff. vti possid.* Corb. *de iur. emphit. de caus. priuat. ob lin. finit. numer.* 1. *& fuit dictum in Bononien. deuolutionis* 7. *Nouemb.* 1595. *coram bon. mem. Penia, & in Romana deuolutionis* 28. *Maij* 1625. *coram R. P. D. meo Pirouano.*

M 2 Iden-

Identitas fundi delle Vacchette remanet probata, nam
licet hoc nomen non conueniat cum illo prædio dell'Ose,
tamen concurrunt tres demonstrationes, & tamen duæ
13 † demonstrationes sufficiunt Bart. *in l. demonstratio fal-*
sa numer. 14. ff. de cond. & demonstr. Soccin. Sen. *cons. 89.*
numer. 2. lib. 1. Rol. *cons. 67. numer. 4. lib. 2.* Ruin. *consil.*
14 *115. numer. 10. lib. 5.* Immò sufficit † sola identitas loci
cum vno confine, Rota *decis. 710. numer. 3. par. 1. diuers.*
& in antiquis nec mutatio nominis, nec alia alteratio at-
15 tendi debet, dummodo † remaneant duo confinia, vel
demonstrationes, Ruin. *cons. 50. numer. 17. lib. 1.* Dec.
cons. 17. numer. 8. 9. & 14. lib. 3. & fuit dictum in supra-
dicta Romana deualutionis 28. Maij 1625. coram R. P. D.
Pirouano, & in Ferrarien. seu Comaclen. bonorum de Na-
sellis 7. Iunij 1627. coram R. P. D. Coccina Decana, & in
Bononien. fideicommissi de Desiderijs 14. Iunij 1627. co-
ram R. P. D. Merlino. Quamuis enim Riuulus Tringui-
gliani decurrat inter hæc prædia, quædam coonexitas
non tollitur, cum prædium aliquod non sit intermedium,
& videtur verisimile, quòd nomen dell'Ose fuerit assum-
ptum propter decursum flumiois eiusdem nominis Ose à
pede, & tamen vocetur etiam prædium de le Vacchette,
16 cum tres demonstrationes concurrant, quæ † sufficiunt
ad probandam identitatem fundi delle Vacchette ex supra
deductis.

Tandem non placuit Dominis, quod à mandato de
17 manutenendo dato per cedulam detur appellatio, nam
cum iudicium fuerit actum Perusiæ, & nunc in Rota,
& Ægidiana respiciat ordinatoria iudicij, vtique illa in-
18 trat, cum debeat seruari ius † fori, in quo litigatur, si-
ue Communitas sit immediatè, siue mediatè subiecta Se-
di Apostolicæ, Contard. de Ægid. *limit. 4. ration. canon.*
re integr. numer. 11. & 12. & in verbo Ægidiana quæst.
6. numer. 2. & 7. fol. 642. & per istam rationem noluit
Rota *in Reatina confinium 9. Iunis 1606. coram bon. mem.*
Card. Lancelletto amplecti motiuum, quòd Communi-
tates, quæ litigabaot non essent immediatè subiectæ,
19 quia vt intraret † Ægidiana sat erat, quòd litigaretur
in Rota.

Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

* Est decisio 79. supra in hac parte.

R. P. D. MERLINO.

Bononien. Fideicommissi de Desiderijs.

Die Veneris 3. Decembris 1627.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum fideicommisso subiectorum quomodo, & quibus modis probetur, & alia de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Identitas non satis probatur, nisi concludenter iustificetur.*
2 *Identitas qualiter verificetur.*
3 *Fideicommissum conditionale adueniente conditione expirat.*
4 *Hæres, postea quam adiuit hæreditatem, bona testatoris efficiuntur proprium patrimonium.*
5 *Sententiæ effectus per appellationem suspensus remanet.*
6 *Appellatione pendente nihil est innouandum.*
7 *Sententias aliorum Tribunalium Rota non attendit, nisi docta de illarum validitate, & iustitia.*
8 *Identitatis probatio, quando non elidatur.*
9 *Possessio vna ex lapsu temporis duæ fieri possunt, & alia ibi facere.*
10 *Possessiones vnius loci sepè extenduntur, & comprehendunt petias terræ alterius loci, & territorij.*
11 *Possessio an sit vna, vel plures, in hoc attenditur destinatio patrisfamilias.*
12 *Identitas iustificatur probatis duobus confinibus, nec attenditur nominis mutatio, nec alia alteratio, & numer. 13.*
14 *Confessio partis est magni momenti ad identitatem probandam.*
15 *Identitatis probatio ex quibus plurimum coadiuuetur.*
16 *Bona fideicommisso subiecta à testatore an grauari possint.*
18 *Identitas bonorum fideicommisso subiectorum quando probatur, non est insistendum in iustificanda releuantia, vel irreleuantia fideicommissi.*
19 *Fideicommissarius non potest agere ad bona fideicommisso subiecta, si transigat in tot pecunijs.*
20 *Clausula, sine præiudicia, &c. quid operetur.*
21 *Subrogatus retinet naturam subrogantis.*
22 *Bona fideicommisso subiecta, si in alia bona sint subrogata, fideicommissarius potest ad ea agere etiam si sint penes tertium.*
23 *Præseruatio iurium in transactione quid operetur.*
24 *Contractus celebratus sub conditione, ea non adimpleta, contractus resoluitur.*
25 *Transactio in parte acceptari potest, & in parte reprobari.*
26 *Confessio, licet sit indiuidua, nihilominus potest in parte diuidi.*

DECISIO CXVIII.

CVM sub die 14. Iunij præteriti * disputaretur super identitate duarum domorum, cum sex apothecis, necnon vnius possessionis Gazzani tornaturarum 116. & alterius possessionis Bagnarolæ tornaturarum 122. Domini quoad probationem identitatis domorum tunc dubitabant, & causam super hoc iterum proponi mandarunt; Identitatem verò vtriusque possessionis, Bagnarolæ scilicet, & Gazzani sufficienter iustificari existimarunt. Hodie autem tertia vice proposito eodem dubio, quoad vtramquè partem fuit affirmatiuè responsum scilicet circa identitatem possessionum standum esse in decisis, & de identitatem domorum, cum sex apothecis satis etiam constare.

Quo enim ad possessionem fundamenta decisionis visa sunt subsistere, nec quæ de nouo in contrarium deducuntur, ea videntur euertere.

Non obstat siquidem, quod D. Stephanus non probet
dictas possessiones fuisse proprias Hieronymi fideicommit-
tentis, & ab eo acquisitas, nec illas ad ipsum peruenisse
ex hæreditate Ioannis patris, qui alterum fideicommis-
sum super suis bonis pro parte DD. de Sangiorgijs, con-
stituisse prætenditur; vt ex testamento in eorum Summa-
rio dato numer. 2. & ex sententijs super hoc latis Summa-
rio numer. 8. Hieronymus enim restrinxerat fideicom-
missum ad bona propria, ibi, *in omnibus suis bonis*, ex
quo inferebant informantes pro ipsis de Sangeorgijs, iden-
titatem † non satis probari, nisi concludenter iustificetur 1
hasce possessiones fuisse proprias Hieronymi, ad distin-
ctionem bonorum patris.

Quoniam fuit responsum ad verificandam † identita- 2
tem satis esse, quod probetur illas possessiones fuisse in
portionem Hieronymi fideicommittentis, & ab eodem
possessas, quod bene fuit ostensum ex instrumento diui-
sionis, & ex alijs in decisione sua dicta die 14. Iunij præte-
riti ponderatis, cum quibus Domini transiuerunt.

Præsertim quia Domini putabant neque in prætenso fi-
deicommisso Ioannis posse fieri aliquod fundamentum ad
tollendam huiusmodi identitatis probationem, cum ad-
huc non constet, an illud sit releuans, & officiat d. Do-
mino Stephano, quod videtur esse alterius inspectionis,
vt pariter in alia decisione fuit dictum, & in omnem euen-
tum, hoc fideicommissum † Ioannis quatenus adsit, vi- 3
debatur iam expirasse pro illa parte, quæ ad dictum Hie-
ronymum peruenerat ob susceptionem filiorum in con-
ditione positorum iuxta celebre *cons. 21.* Oldrad. sæ-
pissimè à Rota canonizatum, & consequenter per † adi- 4
tionem Hieronymi possessiones illas effectas fuisse pro-
prium ipsius patrimonium, nec amplius considerari tan-
quam bona Ioannis, *l. 1. §. veteres, & ibi glos. in verb.*
per vnum, vers. ac post aditam, & ibi etiam Ias. *num. 14.*
ff. de acquiren. possess. Menoch. *consil. 124. nu. 5. lib. 2.* cum
alijs adductis *in Bononien. hæreditatis de Armis 18. Aprilis*
1622. coram me.

Ex quibus etiam depræhenditur, non obstare sen-
tentias de partibus, declarantes in fideicommissio Hiero-
nymi non comprahendi bona Ioannis patris, maximè
cum per † appellationem effectus dd sententiarum sus- 5
pensus remanserit, qua appellatione adhuc in Rota
pendente non possunt DD. de Sangeorgijs hodie dictis
sententiis fulciri, ex quo † interim nihil est innouan- 6
dum *ca. venient*, ibi, *nos sententias appellatione suspen-*
sas de iureiurando, & alios recenset Lancell. *de attent. p. 2.*
c. 12.

c. 12. *in præfat. num.* 118. *secundum nou. impress.* & eo mi-
nus quia vsque adhuc non fuit doctum de illarum validita-
7 te, & iustitia, quibus † non cognitis Rota non attendit
sententias aliorum Tribunalium, Put. *decis.* 198. *num.* 1.
& *decis.* 391. *num.* 1. *lib.* 5. *in nou.* Seraph *decis.* 5123. *num.* 7.
& passim seruatur.

Nec pariter obstat, quòd Hieronymus possideret hæc
duo prædia Bagnarolæ, & Gazzani sub vno tantum cor-
pore distinctio in duodecim petijs terræ, constituen. tor-
naturas 254. cum vnica domo pro habitatione Colono-
rum, modo autem à Domino Stephano petantur supra-
dictæ duæ possessiones, Bagnarolæ scilicet tornaturarum
122. & Gazzani tornaturarum 116. inter se distinctæ,
& quæ in totum tornaturas 238. dumtaxat constituunt,
& quarum vtraque habet domum annexam, & septima,
& octaua ac decima petiæ terræ, quæ tribuunt possessioni
Gazzani, sunt sitæ in communi Bagnarolæ, itaut hæ pos-
sessiones non videantur esse eædem, quæ à Hieronymo
fuerunt possessæ.

Quia, vt fuit dictum in alia decisione, cum concur-
rant plurimæ qualitates, & demonstrationes, confinium
verificatio, & alia ibi ponderata, ex discrepantia circa
numerum tornaturarum, & ex eo quòd haberentur tan-
8 quam vnica possessio, & vnica domus in ea adesset, †
non eliditur identitatis probatio, quia per lapsum longi
temporis, ex vna potuerunt duę fieri possessiones, & no-
9 ua domus construi; atque addi, † vel minui numerus
tornaturarum pro maiori commodo culturæ, *iux. trad.*
per Cæphal. *consil.* 98 *numer.* 22. *&* *numer.* 25. Surd. *cons.*
168 *numer.* 45. cum alijs per informantes pro D. Stephano
allegatis.

Et licet dicta septima, octaua, & decima petiæ terræ
sint hodie in communi Bagnarolæ, non tamen inde infer-
tur, quod non possint esse membra, & conuenire posses-
sioni Gazzani, ibidem cum ea confinatæ, cum sæpe sæ-
10 pius † possessiones vnius loci extendantur, & compræ-
hendant petias terræ alterius loci, & territorij, atque
hæc diuersitas non inficit identitatem, quando alij duo
confines iustificantur. Rimin. Sen. *cons.* 429. *numer.* 4. *&*
9. *lib.* 3. Cæph. *d. cons.* 98. *numer.* 25. Petra *de fideicom. q.*
12. *sub numer.* 1371. præsertim si ab vno, & eodem Villico
11 colantur, attenditur enim circa hoc quid destinauerit †
paterfamilias, & plures fundi pro vno prædio habentur,
l. patronus, *§. Sempronio*, *ff. de* leg. 3. Surd. *decis.* 241.
numer. 13. *&* 14. Bertazol. *cons. ciuil.* 121. *numer.* 6. *&*
12 122. *numer.* 14. *&* 15. Quinimò duobus † confinibus pro-
batis, nec attenditur nominis mutatio, nec alia altera-
tio, præcipuè quando sumus in antiquis. Ruin. *cons.* 50.
sub numer. 12. *lib.* 1. cum pluribus congestis in *Ferrarien.*
seu Comaclen. bonorum de Nasellis 7. *Iunij præteriti co-*
ram Reuerendiss. D. meo Decano, *&* *in Assisien. bono-*
rum hac die coram R. P. D. meo Virili, in qua fuit quo-
que comprobata dicta decisio sub die 14. Iunij præteriti in
hac causa coram me.

Quo autem ad domos, & apothecas identitatem satis
etiam esse probatam censuerunt Domini, quia constat
Hieronymum supposuisse fideicommisso vnam ipsius do-
mum magnam, vt liquet ex eius testamento, quod im-
pressum fuit datum, & cum hæc fuisset alienata per Bar-
tholomæum illius filium, loco ipsius subrogatas fuisse
duas domos, cum sex apothecis, & consequenter effectas
fideicommissarias, quarum domorum confines antiqui,
& moderni benè verificantur, cum probetur loco illorum
de Fulcinis confinantium de tempore factæ subrogatio-
nis, vt ex instrumenti Summario D. Stephani numer. 5.
successisse anno 1604. Dominos de Via, vt ex instrumen-
to emptionis Summario numer. 4 & loco illorum de Faba
anno 1618. successisse Franciscum Segham Summario
numer. 5. & firmos remansisse alios confines, nempe
Collegij Hispanorum, & situm in via publica, vocata
Porta noua, in Cappellania Sanctæ Mariæ de Baroncel-
la, vt ex planta iudicialiter data, & ex peritorum rela-
tione ab vtraque parte electorum, in qua hæc eadem con-
13 finia enunciantur, atque ideò satis huiusmodi † identi-
tas plenè probata redditur ex his duobus confinibus, iuxta
doctr. Bart. *in l. demonstratio falsa numer.* 20. *vers. &*
idem. ff. de cond. & demonstr. Crau. *cons.* 57. *numer.* 7. Me-
noch. *cons.* 21. *sub numer.* 33. Rota *in recent. decis.* 531. *num.*
5. *cum seqq. par.* 1.

Cum quibus similiter concurrit confessio M. Anto-
nij dum in responsione ad positiones asseruit, easdem do-
mos, & apothecas sibi obuenisse vti subiectas fideicom-
misso Hieronymi antiqui Summario numer. 2. quæ sanè
confessio magni † est momenti ad identitatem proban- 14
dam, iuxta notata per Soccin. *cons.* 89. *sub numer.* 5. *vers.*
confirmatur hoc lib. 1. Afflict. *decis.* 23. *sub numer.* 5. Ro-
ta *coram Reuerendiss. D. meo Decano decis.* 120. *num.* 2.
& rursus continuata † successio in his domibus de Bartho- 15
lomæo, qui eas subrogauit in successores, & posteros be-
nè deducta per Informantes, plurimum coadiuuat proba-
tionem istius identitatis, vt in alijs decisionibus fuit ani-
maduersum, & quarum rationes, & fundamenta placue-
runt Dominis.

Vnde non obstat, quòd dicta domus magna, in cuius
locum fuerunt subrogatæ aliæ domus, & apothecæ fuerit
subiecta fideicommisso Ioannis patris, ac † proinde non 16
potuerit grauari à Hieronymo, quia omnisso, id non
iustificari, & esto quod iustificaretur, nihilominus vide-
tur Hieronymum potuisse † grauare domum prædictam, 17
maximè in præiudicium filiorum vocatorum *l. vnum ex*
familia, *§. sed & si fundum*, *&* *l. Imperator*, *§. si cen-*
tum, *ff. de leg.* 2. & latè fuit dictum *in Romana fideicom-*
missi 18 *Iunij præteriti coram R. P. D. meo Durano*, ces-
sat difficultas, & intrat responsio superius deducta, quod
scilicet, cum adhuc non constet de releuantia, vel irrele-
uantia istius fideicommissi Ioannis, quin potius illud ex-
pirasse videatur, non multum super † eo insistendum 18
est, cum hodiè strictè solummodo agatur de identitate fir-
manda.

Minus releuare videbatur, quod D. Stephanus non
possit agere ad istas domos, & apothecas subrogatas, sed
solum † ad valorem librarum 24776. qui firmatus præ- 19
tenditur in transactione anni 1582. quia etiam Stephanus
se fundat quandoquidem ex lectura huius transactionis
apparet transigentes sæpè præseruasse quæcumque iura
fideicommissi Hieronymi patris, & signanter in hac sub-
rogatione facta quoad istas domos, & apothecas, & sine
præiudicio † suorum iurium, sed iura iuribus addendo, 20
& cumulando, & non aliter, nec alio modo, cuius præ-
seruationis ratione videntur sibi ipsis, ac alijs successoribus
reseruasse omnia iura in vim huius fideicommissi illis com-
petentia. Oldrad. *cons.* 237. *numer.* 9. Paris. *cons.* 23. *num.*
142. *lib.* 1. Put. *decis.* 191. *num.* 17. *lib.* 1. *in nou.* Seraph. *de-*
cis. 144. *num.* 6. Rota *decis.* 785. *num.* 4. *par.* 1. *&* *decis.* 1013.
num. 1. *par.* 3. *diuers.*

Atque propterea tanquam subrogatæ in locum supra-
dictæ domus magnæ à d. Hieronymo fideicommittente
possessæ, & in eius hæreditate, & fideicommisso relictæ,
& à Bartholomæo illius filio vno ex transigentibus pro
eius parte sibi tangente alienatæ, perinde haberi † de- 21
bent, ac si in ipsa hæreditate dicti Hieronymi repertæ
fuissent, etiam ad effectum, vt veniant in restitutione,
vnà cum alijs bonis eidem fideicommisso subiectis *d. leg.*
Imperator §. fin. & ibi glos. & DD. l. seq. ff. de leg. 2. &
quamplures adducit Peregr. *de fideicom. art.* 44. *sub nu-*
mer. 30. & fuit amplè firmatum in *Amerina bonorum* 27.
Februarij 1617. *coram bon. mem. Buratto*, & fusè com-
probat Modern. Brixien. *de fideicom. subst. quæst.* 530.
numer. 20. *&* *quæst.* 636. *numer.* 1. *&* 2. *vbi post* Soccin.
Iun. Alciat, & alios, id extendunt † contra tertium 22
possidentem rem permutatam, in locum alienatæ, & fi-
deicommisso suppositæ.

Quòd eo facilius DD. amplexi sunt, quia in ipsa
transactione solummodo dictum fuit, quod in omni, &
quocunque casu eueniente purificationis paterni fideicom-
missi, tunc, & eo casu pretium, & æstimatio cuiuslibet
partis, & portionis cuilibet ex transigentibus obuenta,
deberet, esse effecta oneri dicti fideicommissi, & etiam
intelligeretur prætij, & valoris librarum 11788. ad
quam summam concorditer reduxerunt partem vigo-
re fideicommissi restituendam ex quibus non videtur
fuisse expressè prohibitum, nedum ipsis, nec etiam se-
quentibus fideicommissarijs vocatis, quin in casibus puri-
ficationis istius fideicommissi potuerint vendicari ipsæ do-
mus cum Apothecis, ac reliqua bona eidem fideicommis-
so subiecta, sed potius magis assecuratum paternum fi-
deicommissum, in quo aderet expressa alienationis pro-
hibitio, aliàs enim si diceretur portiones fideicommissi
fuisse restrictas ad solam huiusmodi pecuniarum quan-
titatem, & bona ipsa non amplius esse fideicommisso
subiecta, resultaret superfluitas, & repugnantia in ea-
dem scriptura, ac præiudicium successoribus, & contrauen-

tio voluntati fideicommittentis, cuius fideicommisso, & dispositis in eo ijdem transigentes expreßè non contrauenire, necquouis modo præiudicare, sed illud in omnibus partibus, & capitulis suas vires habere, ac illi omni me-
23 liori modo parere protestati fuerunt, quorum sola †
præseruatio operatur omnia ibidem conuenta, vel concordanda esse, quod emanauerint pro maiori cautela, & stabilimento dicti paterni fideicommissi, vel saltem illa remansisse conditionalia, vt in eo quod eidem fidei-
24 commisso paterno præiudicabatur haberetur, ac † si ge-
sta, & firmata inter eos non fuissent *l. testamento Centurio, §. cùm ita testam.* Put. *decis. 34. num. 1. & seq. lib. 2. in correct.* Modern. Bononien. *var. resol. lib. 2. cap.* 137. *num.* 2. Gratian. *discept. forens. c. 980. n. 6 in fin. cum seqq.* & inuicem se compatiuntur, quod adhuc fideicommissum remaneat in ipsis bonis, & quod etiam fuerint æstimata dicta bona, nec dicta æstimatio de sui natura contradicit huiusmodi fideicommisso.

Præterea considerabatur, quod ipse D. Stephanus non agit ad istas domos, & apothecas, vt vigore huius transactionis eas consequatur, sed vtitur illa ad iustificandam earum identitatem, & ad demonstrandam ipsarum subrogationem in locum dictæ domus magnæ d. fideicommisso subiectæ, ac per prius alienatæ, quam relictam fuisse in hæreditate d. Hieronymi satis aliundè ostenditur, nempè ex supradicto illius testamento, & ex possessione filiorum subsequuta, vt patet ex diuisione anni 1547. inter illos emanata, & longè quidem magis, quia successiuè
25 omnes sequentes successores, vti huic fideicommisso †
subrogatas semper habuerunt, & retinuerunt, imò vltimo loco idem fassus fuit M. Antonius vnus ex fideicommissarijs in responsione ad supra deductas positiones, quibus stantibus deprehendi videtur veritas istius subrogationis, & ex alijs comprobatam, & consequenter posse ipsam transactionem in parte acceptari; & in alia reprobari, ad instar confessionis, quæ licèt sit indiuidua, nihilo-
26 minus † potest in parte diuidi, & quis potest in ea parte
vti non solum dum desumitur probatio aliunde, sed etiam quando concurrit sola iuris præsumptio aduersus partem, quæ reprobatur Bart. *in l. Aurelius §. idem quæsit num. 2. ff. de liber. legat.* Panormit. *in c. cum venisset num. 7. &* Imol. *num. 4. de inst.* Alex. *cons. 2. num. 22. lib. 4.* Ang. Aret. *cons. 97. num 4. in fin. cum seqq.* Crauett. *cons.* 150. *num.* 3. & fuit dictum *in Neapolitana pecuniaria 27. Februarij 1612. coram bo. me Cardinali Sacrato.*

Cæterum quia articulus, An restitutione veniant bona, vel solummodo pretium forsan posset habere aliquam dubitationem; Ideò Domini dixerunt super eo posse particulariter videri, quatenus opus sit.

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

☞ Est decisio 87 supra in hac parte, & pariter suprà in eadem causa habentur aliæ decisiones sub diebus 20. Martij, & 26. Iunij 1626. & 5. Martij 1627. coram eodem R. P. D. Merlino, & infra habentur aliæ sub diebus 24. Martij, & 20. Decembris 1628. & 14. Martij 7. & 14 Maij, & 25. Iunij, & 19. Nouembris 1629. coram eodem sunt decisiones 6. 21. 42. 160. 226. 258. 279. 286. 313. & 320.

R. P. D. MERLINO.

Casalen. Beneficiorum.

Die Veneris 10. Decembris 1627.

ARGVMENTVM.

Gratia Principis motu proprio facta, cum nitatur solum eius voluntate, & verbo, non indiget aliqua iustificatione, cessat tamen hoc, quando probatur adesse defectum intentionis Principis, cum motus proprius operetur, quod onus probandi non incumbat vtenti gratia, sed impugnanti.

SVMMARIVM.

1 *Gratia, quæ per viam motus proprij emanauit, non eget aliqua iustificatione.*

2 *Litteræ Apostolicæ ob illarum reuerentiam, stante motu proprio, absque alia iustificatione debent executioni demandari.*

3 *Defectus intentionis Papæ si probetur, nihil releuat motus proprius.*

4 *Motus proprius in materia facti alicui admittit probationem in contrarium.*

5 *Motus proprius quid operetur.*

6 *Subreptio in gratia facta ad supplicationem partis, est defectus intentionis in gratia facta motu proprio.*

7 *Papa non præsumitur cuiusius velle possessionem perturbare.*

8 *Clausula, amoto &c. est in executiuis.*

9 *Papa, quando præsumatur noluisse tangere alterius possessionem.*

10 *Beneficia Prothonotariorum Apostolicorum sunt reseruata.*

11 *Ex permutatione beneficiorum an abducatur ius à permutante vide distinctionem, & nu. 12.*

13 *Probationes, quando agitur ad effectum reseruationis beneficij, debent esse concludentes.*

14 *Enunciatiuæ non probant, dum principaliter contingit dubitari de enunciata.*

15 *Attestationes simplices nullum gradum probationis faciunt.*

16 *Permutatio de beneficio reseruato, non potest fieri coram Ordinario, quia illud ipse conferre non potest.*

17 *Beneficij vacatio an dicatur verè induci per resignationem, & num. 19.*

18 *Beneficium reseruatum, si permutetur cum alio non reseruato, tunc etiam in reseruato inducitur vacatio.*

19 *Vacatio est actus separatus à collatione.*

20 *Beneficij vacatione data ex vna persona non potest superuenire noua vacatio ex eadem persona.*

21 *Clausula, vocatis vocandis, facit, executorem mixtum.*

Et tenetur ordinariè procedere, & non executiuè numer. 22.

23 *Permutationis titulus quando adest in beneficio, non potest quis dici intrusus.*

24 *Titulorum multiplicitas in beneficialibus admittitur.*

25 *Gratia pluralis si corruat, omnia ab illa dependentia etiam euanescunt.*

DECISIO CXIX.

SVRDVS permutauit Beneficia in manibus Ordinarij cum Francisco Sala, possessione hinc inde beneficiorum compermutatorum subsecuta, per cuius Surdi obitum de eisdem beneficijs permutatis, & tunc possessis à Sala fuit Motu proprio à S. D. N. prouisus D. Sebastianus, quam prouisionem Sala cum impugnaret ex eo potissimum, quòd de eius possessione non fuit facta mentio, ideò expedita fuit à Dataria gratia reualidatoria, quæ *Perinde valere* nuncupatur, & cum vtraque pro illarum executione coram me exhibita fuisset, dedi dubium, An litteræ huiusmodi Apostolicæ essent exequendæ, & negatiuè Domini responderunt.

Prima enim prouisio non visa fuit exequenda, quoniam
† licèt gratia, quæ per viam motus proprij emanauit, non 1
indigeat aliqua iustificatione, cum solum innitatur voluntate, & verbo Papæ. Acchil. *decis. 10. de prob.* Put. *decis. 102. lib. 3.* Card. Seraph. *decis. 1484. numer. 10. & in recent. decis. 633. nu. 3. & decis. 645. num. 2. p. 1. & decis. 656. num. 1.*
p. 2. & propterea litteræ † Apostol. ob illarum reueren- 2
tiam: stante d. Motu proprio, absque alia iustificatione debent executioni demandari, &c.

Nihilominus ex huiusmodi Motu proprio releuatur quidem impetrans ab onere probandi narrata in tali gratia,
sed non impedit, † quin ex aduerso possit dari de defectu 3
intentionis Papæ, & eo probato, Motus proprius nihil operatur, Bald. *in l. Imperialis, §. similes, C. de Nupt.* Alex. *consil. 215. numer. 2. lib. 7.* Paris. *consil. 74. numer. 32. 33. lib. 4.* Socc. Iun. *consil. 77. numer. 101. lib. 1.* Ruin. *cons. 123. numer. 19. lib. 3.* Menoch. *de arb. Iud. lib. 2. cas. 201. numer. 80.* Paris. *de resig. Benef. lib. 3. qu. 1. num. 127.* Gonzal. *super regul. 8. glos. 32. numer. 5.* Franc. *decis.* 192 *num. 8* Bellam. *decis.* 392. Rota *decis. 451. nu. 5. par. 1. diu. & decis. 656. numer. 7. par. 2. recent.* & apud Cassad. *decis. 4. vers. non tamen de pension.* & apud Seraph. *decis. 398. numer. 1.*
& per totam; & cum agatur in materia facti alieni, † Mo- 4
tus proprius admittit probationem in contrarium, & super eo, quòd Papa fuerit male informatus, & circumuentus,

uentus, & hoc ſolum efficit Motus proprius, quòd onus
5 probandi non incumbit vtenti gratia, † quia ille fundat
ſuam intentionem in ipſo Motu proprio, ſed hoc onus
incumbit impugnanti, Felin. *in c. cauſam quæ, il 2. nu. 3. & 4. de teſtib.* Gabr. *de prob. concl. 2. num.* 61. Caputaq.
decis. 77. par. 3. num. 4. Put. *decis. 323. num. 5. lib. 2.* Seraph.
6 *decis. 1484. num. 11.* & quod eſt ſubreptio † in gratia facta
ad ſupplicationem partis, eſt defectus intentionis in gratia
facta Motu proprio, vt inquit, Rota coram Card.
Seraph. *decis. 398. num. 2.* in caſu autem præſenti defectus
intentionis Papę reſultat nedum, quia de poſſeſſione Salæ
non fuit facta mentio, & tamen litteræ non valent,
quæ de alterius etiam colorata poſſeſſione non faciant
7 mentionem, cum Papa non † præſumatur velle cuiuſ-
uis ius, vel poſſeſſionem turbare, *c. cum noſtris, de conceſſ. præb.* vbi Abb. *num. 7.* Menoch. *conſil. 36. num. 65. & conſil. 103. num. 80.* & in his terminis reſoluit Rota *in
Carinolen. præceptoriæ 28. Nouembr. 1616. & 6. Martij
1617. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, ſed amplius
expreſsè dicitur in Motu proprio, Beneficia vacare per
obitum Surdi vltimi poſſeſſoris, ipſumque Surdum in
poſſeſſione obijſſe, & ſic apparet, Papam conferre cum
ſuppoſito, quòd Beneficia vacent de iure, & de facto,
nec vniuiſſe, quod tertius moleſtaretur in ſua poſſeſſione.
Vnde defectus intentionis, ſiue potius obreptio ex
ipſa prouiſione Sebaſtiani dignoſcitur.

8 Nec viſum fuit ſuffragari clauſula † *Amoto, &c.* quia
eſt in executiuis ad trad. per Gemin. *conſ. 86. numer. 6.*
Lap. *alleg. 15. num. 6.* Gabr. *de acqu. poſſ. concl. 3. num.
17.* & in his terminis reſpondit Rot. *in d. Carinolea. præceptoriæ
6. Martij 1617. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*,
nec ſufficiebat facere mentionem de poſſeſſione Salæ
ſub inuolucro verborum præſertim cum, vt dictum
eſt, ex alijs deprehendatur, Papam noluiſſe tangere alte-
9 rius poſſeſſionem, tum † quia expreſsè profitetur, ſe pro-
uidere per mortem vltimi poſſeſſoris, & propterea viuentis
poſſeſſionem illibatam eſſe voluit, tum etiam quia
deleuit in ſupplicatione facultatem exprimendi poſſeſſionem
alterius, vt conſiderauit etiam Mohed. *decis. 23. num.
3. de præb.*

Nec videbatur ſuffragari, Surdum fuiſſe Prothonota-
10 rium Apoſtolicum, † & ideo illius beneficia per *Extrauag.
ad regimen*, & regulam primam Cancellariæ fuiſſe
affecta, & reſeruata, & ideo non potuiſſe coram Ordinario
permutari, Felin. *in c. si nostra n. 12. de reſcript.* Feder. de
Sen. *conſ. 112. in princ.* Put. *decis. 255. lib. 2. in nou.* Pariſ.
de reſig. lib. 2. qu. 16. nu. 4. vbi Rotę deciſiones refert Cocchier.
de permutat. Benef. par. 2. c. 2. num. 2. Et quamuis
11 controuerſia ſit, An ex tali † permutatione abdicatum
dicatur ius à permutante, itaut tunc inducatur vacatio,
attamen iuxta mentem, Æneæ de Falcon. *de reſeruat. benef.
qu. 4. effectus 3. verſ. ad quid ſi de facto num. 9.* diſtinguendum
videtur, aut beneficium erat reſeruatum ratione
perſonæ obtinentis, vt puta, quia eſſet familiaris, vel officialis,
& tunc per reſignatione factam coram Ordinario
non vacat, non quia reſeruatum, ſed quia renuncians erat
12 exemptus à iuriſdictione Ordinarij, aut † verò eſt reſer-
uatum ſpecialiter ad fauorem certæ perſonæ, tunc vacat,
& præſens caſus verſari videtur in primo membro diſtinctionis.

Quoniam pro reſponſione plura Domini conſiderabant,
Primum non tranſire ſine difficultate, quod Surdus eſſet
13 Prothonotarius, & tamen probationes, cum agatur † ad
effectum reſeruationis, deberet eſſe concludentes, Put.
decis. 266. num. 2. lib 3. Rot. *decis. 46. num. 3. & 4. par. 2.
diuerſ.* & coram ſan. mem. Gregor. XV. *decis. 369. num. 1.*
præſertim cum agatur ad aduertendam permutationem
factam, & effectuatam, huiuſmodi probationes circa prothonotariatum
deberent percutere tempus permutationis,
14 & † enunciatiuæ, quæ dantur, non probant, cum prin-
cipaliter contingat dubitari de enunciatio, *gloſ. in l. optimam,
C. de contrah. & commit. ſtipul.* Alex. *conſ. 21. num.
4. & conſ. 136. num. 11. lib 1.* Dec *conſ. 539. num. 1.* Put.
decis. 371. num. 2. in fin. lib. 1. Card. Seraph. *decis. 1278. nu.*
15 *2.* & dantur etiam † ſimpliciter atteſtationes, quæ nul-
lum gradum probationis faciunt.

Secundò, aliqui ex Dominis addebant, permutatio-
16 nem quidem † non potuiſſe fieri de beneficio reſeruato
coram Ordinario, quia illud ipſe conſeruare non poteſt,
ſed Papa erat adeundus, vt conſerret, nec tanquam vacans
per obitum, ſed ob reſignationem, ſed tamen videtur
† verè induci vacationem, *vt in clem. 1. de rer. permut.* 17
Soccin. Sen. *conſ. 168. num. 1. lib. 2.* Rot. *decis. 1. num. 4. de
rer. permut. in nou.* vbi Adden. *in verb. dd. reſignationes,
&c.* Caputaq. *decis. 78. par. 3. & decis. 45. par. 1.* Simonet.
de reſeru. q. 28. nu. 4. Put. *decis. 262. nu. 2. lib. 2.* & in
his terminis quando beneficium † reſeruatum permuta- 18
tur cum alio non reſeruato, quod etiam in reſeruato inducatur
vacatio, tradit Cocchier. *de permut. Benef. lib. 2.
cap. 2. nu. 9.* Garz. *de Benef. par. 11. cap. 4. nu. 2. & nu 82.
& 85.* quæ quidem vacatio eſt actus diſtinctus à collatione:
Æneas autem de Falconibus non figit pedem in d.
diſtinctione, quia ſub *num. 7. in fin.* ſubdit, fortè totius eſ-
ſe dicere, Beneficium † quomodocunque reſeruatum 19
vacare, ſi fiat reſignatio in manibus Ordinarij, & in
vtroque membro ſuæ diſtinctionis viget eadem ratio, quòd
vacatio eſt actus ſeparatus à collatione. Ex quibus ſequitur,
quòd ſi Beneficium vacauit per reſignationem, excluditur
alia vacatio per obitum, data † enim vna vacatio- 20
ne ex perſona vnius, non poteſt ſuperuenire noua vacatio
ex eiuſdem perſona, niſi etiam ſuperueniat nouus
titulus in eadem perſona, Felin. *in cap. 2. num. 23. de reſcript.*
Gonzal. *ſuper reg. 8. gloſ. 15. num. 144. & 145.* Rot.
decis. 267. num. 1. par. 1. diuerſ. & in alijs terminis; Rota
*in Corduben. Beneficiorum 11. Maij 1618. coram Illuſtriſſ.
D. Card. Caualerio.*

Tertiò, quia ſemper obſtat falſa illa expreſſio, quod
hæc Beneficia vacarunt per obitum Surdi vltimi poſſeſſoris,
certum enim eſt Surdum vltimo ſolo non poſſediſſe,
ſed per biennium poſſeſſorem fuiſſe Franciſcum Salam.

Altera etiam gratia poſtea obtenta in forma *Perinde
valere* non viſa fuit exequenda, quia habet clauſulam.
† *Vocatis vocandis*, quæ facit executorem mixtum, & tene- 21
batur aſſumere partes Iudicis, & ab illius ſententia dabatur
appellatio, Felin. *in c. ſia. num. 23. de præſumpt.*
Bero. *conſ. 14. num. 13. lib. 1.* Gonzal. *ſuper reg. 8. gloſ. 9. §.
1. in annot. num. 226.* Rot. *decis. 225. num. 3. par. 1. recent.*
& ideò debet ordinariè † procedi, non autem executi- 22
uè, & tenetur totam gratiam iuſtificare, & ſic quòd
beneficia vacauerint per obitum Surdi, & quod Sala eſ-
ſet intruſus in poſſeſſione, quod non probatur, tum quia
adeſt † titulus permutationis, & propterea non poteſt 23
dici intruſus ita, vt illicò eijciatur etiam ſtante reſeruatione
propter d. titulum coloratum poſſidendi in vim prouiſionis
ſibi factæ ab Ordinario habente facultatem conferendi,
Cocchier. *de permut. Benef. lib. 2. cap. 2. num. 8.*
Rota apud ſact. mem. Gregor. XV. *decis. 74. num. 4. &
ſeqq.* tum etiam quia ſi is deficeret, non inde tamen † 24
excluderetur poſſibilitas alterius tituli validi in poſſeſſore,
Caputaq. *decis. 305. par. 3.* Mohed. *decis. 13. de
præbe.*

Et etiam animaduertebant Domini, quòd hæc ſecunda
gratia deſumpta fuit ex clauſulis generalibus primæ
gratiæ; & ſic eſt illius conſecutiua. Vnde ſi † eadem 25
prima gratia corruit, quemadmodum ſupra oſtenſum
fuit, vt corruat, & hæc poſterior ab illa dependens, neceſſe
eſt, Mohed. *decis. 17. num. 2. de cauſ. poſſeſſ. & prop.*
Seraph. *decis. 1082. in fin. & decis. 1470. num. 3.* & fuit
dictum in *Pacen. Canonicatus 10. Februarii 1612. coram
Penia, &c.*

Et ita pro non eſſecutione reſponſum fuit, vtraque
parte informante.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana, ſeu Neapolitana pecuniatia.

Die Mercurii 15. Decembris 1627.

ARGVMENTVM.

Auditor Cameræ, qualiter procedere poteſt vigore ſuarum facultatum inter Mercatores, & alia de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Cameræ inter Mercatores vigore ſuarum facultatum, poteſt procedere ſummariè, ac ſola facti veritate inſpecta.*
2 *Obligatio per dictionem, quando efficitur conditionalis.*
3 *Obligatio non ſortitur ſuum effectum, quando eſt con-*

ditionalis, nisi eueniat casus conditionis.
4 *Scriptura probat contra scribentem.*
5 *Præsentia sola non est sufficiens ad aliquem obligandum.*

DECISIO CXX.

PRÆTENDEBAT D. Iulius Pocobellus à D. Hieronymo Rosolino, hæredeque Thobiæ Rosolini duas pecuniarum partitas, vnam scilicet ducat. 3023. eidem Pocobello solutorum à prædicto Thobia in tot creditis Bancorum in Ciuitate Neapoli, sub prætextu, quod d credita essent inexigibilia. Alteram verò scut. 749. monetæ sub altero prætextu, quòd idem Thobias ei esset obligatus, vt vulgò dicitur (*dello star del credere*) pro litteris cambij eiusdem quantitatis, quas ipse Pocobellus receperat à Luisio Signorino, postea decoctodirectas Siluestro Portio in Vrbe Mercatori (qui eas soluere recusauit) pro pretio cuiusdam tractæ vini in eidem Signorino venditæ per antedictum Thobiam de ordine Pocobelli. Vnde introductn iudicio pro recuperatione dictarum partitarum coram A. C. emanauit sententia pro ambabus partitis absolutoria ad fauorem Rosolini, à qua sententia cum pro parte Pocobelli fuerit appellatum, causa deinde mihi in Rota commissa dubitaui, An dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & DD. attenta eius validitate, & iustitia, confirmandam esse responderunt.

Nam quoad validitatem hoc vnum tantum objiciebatur: scilicet quòd non fuerint seruati termini substantiales, prout seruari debebant, ex quo agebatur de summa excedente scut. 200. sed placuit responsio, quòd imò dicta seruatio terminorum non erat necessaria, quia agebatur
1 inter Mercatores, inter quos † A. C. vigore suarum facultatum poterat procedere summariè, & sola facti veritate inspecta ad trad. per Salust. Tiber. *in sua prax. lib. 2. cap. 21. numer. 3. vers. & licet cum seq.* Rota *decis.* 446. *numer. 1. vers. nam inter. par. 2. recent.* Vltra quod pro parte Rosolini fuit data fides Notarij seruationis dictorum terminorum substantialium.

Quo verò ad Iustitiam, ea visa fuit patens; Nam circumscripta prima partita ducator. 3023. super qua informantes pro Pocobello non insistebant, sed dabant manus: difficultas solum restricta erat ad alteram partitam scutor. 749. pro qua Pocobellus prætendebat, Thobiam ei obligatum esse, vt dicitur (*dello star del credere*) & ad hanc obligationem probandam deducebat quatuor epistolas, quæ vocantur (*d' auiso*) ei scriptas à prædicto Thobiam, Primam scilicet sub die 3. Martij 1623. infrascripti tenoris (*circa alla tratta del vino stabilirò il prezzo con Aluise Signorino*) Secunda verò sub die 5. Ianuarij 1624. (*Il Signorini si ritroua fuori di Napoli à Ischia, però non hò riscosso altro, come torna, douerà pagare, quando ve voltarò l'auanzo ve starò del credere, come è di giusto, mentre ve lo promessi*) Tertia sub die 26. Ianuarij eiusdem anni (*auertite Signor Giulio, che per le rimesse, che ve farò di qua per vostro conto, ve starò del credere, come anco hò fatto quando hò fidato il vostro danaro per queste fiere di Regno come ordinaste*) Vltimam verò sub die 2. Februarij eiusdem anni 1624. (*del particolare dello star del credere ve lo manterrò sempre, essendo cosi mia natura di far cea tutti, & cosi vole il termine Mercantile.*

Quæ quidem epistolæ ad effectum, de quo agitur, DD. non visæ fuerunt posse suffragari.

Nam quamuis Rosolinus mediantibus verbis prædictæ secundæ epistolæ, ibi, (*quando ve voltarò l'auanzo ve starò del credere*) quæ secundum vsum loquendi Mercatorum idem important, quam transmittere pecunias de vno ad alium locum, potuerit se validè obligare (*dello star del credere*) in casu veræ transmissionis pecunia-
2 rum: tamen cum ea obligatio per illam dictionem † (*quando*) sit effecta conditionalis, *l. quod Pupillæ, ff. quando dies legat. ced.* Ruin. *cons.* 68 *numer. 7. lib.* 4. Rota *coram* Greg. XV. *decis.* 428. *numer.* 2. Non potuit nec
3 potest suum sortitiri † effectum, nisi eueniente casu transmissionis pecuniarum, *l. cedere diem, ff. de verbor. signif.* Rota *coram* Greg. XV. *d. decis.* 428. *num.* 3. & aliàs sæpissimè. Vndè cum non constet, partitam scut. 749. de qua agitur, fuisse eidem Pocobello per supradictum Rosolinum transmissam nullo modo potest dici obligatus (*dello star del credere.*)

Quòd autem Rosolinus se obligauerit (*dello star del credere*) solummodo in casu transmissionis, comprobatur ex altera tertia epistola, ibi, (*auertite Signor Giulio, che per le rimesse, che ve farò de quà per vostro conto ve starò del credere*) quæ quidem † epistola cum à dicto 4
Pocobello fuerit producta, contra eum plenè probat Rota *coram* Greg. XV. *decis.* 238. *num.* 4. & ibi latissimè Adden. *num* 15.

Non obstat, quòd prædictæ litteræ Cambij eidem Pocobello consignatæ fuerint à Luisio Signorino præsente dicto Rosolino; Quia ad excludendam dictam obligationem sufficit dicere, quòd Rosolinus non transmisit dictas pecunias, prout necesse erat ad hoc, vt ex prædictis
epistolis censeri potuerit obligatus, nec eius † sola præ- 5
sentia erat sufficiens ad eum obligandum, *l. filius familias, §. inuitus,* & ibi *glos. in verb. non probatur, ff. de procurat.* Alexand. *cons.* 180. *numer. 4. lib.* 7. Surd. *decis.* 302. *num.* 3.

Neque obstat, quòd Rosolinus pro partita scutor. 749.
de qua agitur, perceperit duplicatam prouisionem, † 6
vnam scilicet ducatorum 85. alteram verò ducatorum 34. & sic se obligauerit (*dello star del credere*) *iux. opp.* Bonin. *in tract. de cambio, cap. 7. vers. della prouisione,* Scacc. *de Comerc. & Camb.* §. 3. *glos.* 3 *numer.* 1. quia obiectum tollitur ex facto: siquidem prima partita ducator. 85. non loquitur de prouisione, sed tantum (*per saldo delle tratte.*) Secunda verò ducator. 34. quamuis cantet de prouisione: tamen loquitur pro cambio non autem (*per lo star del credere*) quæ inter se valdè differunt. Insuper nec possunt censeri perceptæ pro dicta prouisione (*dello star del credere*) quia nec vti singulæ, nec simul iunctæ sunt adæquatæ pro dicta prouisione, cum pro dicta partita scut. 749. de qua agitur ad rationem vnius tertij pro quolibet centenario solummodò deberentur scut. duo cum dimidio circiter pro dicta prouisione.

Et ità conclusum vtraque, &c.

R. P. D. MERLINO.

Romana Affictus.

Die Mercurij 15. Decembris 1627.

ARGVMENTVM.

Locans alicui prædium, si promittat, quod non senserit aliquod onus, nec damnum, tunc tenetur eum seruare indemnem in omnibus, & liberare à quibusuis molestijs.

SVMMARIVM.

1 *Verba indefinita æquipollent vniuersalibus, & num.* 2.
2 *Verba vniuersalia restringuntur per alia verba restrictiua.*
4 *Verba vniuersalia negatiua non recipiunt aliquam restrictionem.*
5 *Relationis natura est, repetere omnia in relato contenta.*
6 *Nemo præsumitur suum iactare.*
7 *Donatio, cessio, accollatioque non præsumitur.*
8 *Tractatus simplex non benè infert ad conclusionem contractus.*
9 *Testis vnicus regulariter non probat.*

DECISIO CXXI.

CVM Dominus Marchio Oddus de Palumbaria de anno 1617. locasset ad nouennium, Domino Horatio Alterio Castrum Moriconi, ac tenutam nuncupatam *della Cesarina*, pro annuo affictu scutorum 2000. soluendo de semestri in semestre in fine, dictus Alterius de anno 1619. eadem bona sublocauit Ioanni Baptistæ Fusoritto, & Iacobo de Abbatibus, quò Iacobo defuncto, Ioan. Baptista de anno 1621. sublocauit dictam tenutam Lucæ Imperiali ad quinquennium, pro annua pensione scutorum 575. & postea de anno 1622. præuia narratiua dicti sub affictus Castri Moriconi sibi facti de anno 1619. eundem sub affictum, & omnia ac singula illius iura sibi quomodolibet spectantia, & competentia super dicto Castro, & illius iuribus cessit, & renunciauit Horatio Fusoritto eius fratri, eo quia ipse Horatius in se assumpsit, & accollauit omne onus, ac commodum, & incom-

incommodum dicti sub affictus, promisitque statis temporibus responsiones soluere Excellentissimo Domino Principi Burghesio dictorum bonorum tunc Domino ex causa emptionis, dictumque Ioannem Baptistam suum fratrem indemnem releuare: Et demum de anno 1624. die 24. Aprilis ipse Horatius similem sublocationem fecit dicto Domino Alterio per hæc verba, videlicet. *Il Sig. Horatio Altieri si contenta repigliare il fitto del Moricone solo, senza la Tenuta nel modo, che tiene hoggi Horatio Fusoritto*; & deinde subditur, *Il Signor Horatio Altieri sia obligato far la paga al Signor Prencipe Borghese cominciata à Decembre passato, & da finirsi à Giugno prossimo, & che debba seguitare dette paghe fino al fine del fitto, conforme all' Instrumento primo fatto dal Marchese Palombara col Signor Altieri, e per tutto il tempo, che segue, sia obligato fare, che detto Horatio Fusoritto non senta peso, nè danno alcuno, & in euento che per dette paghe fosse molestato dal Prencipe, sia obligato detto Signor Altieri liberarlo dalle molestie che per questo il Fusoritto concede al Signor Altieri tutte le paghe, &c.* vt in Summario Alterij num. 8. & Fusoritti num. 4.

Quibus sic stantibus, cum venisset dies solutionis primi termini cæpti de mense Decembris 1623. & finiti de Mense Iunij 1624. & Fusorittus ad instantiam dicti Domini Principis fuisset citatus ad illum persoluendum, & contra eum fuisset relaxatum mandatum executiuum, ipse pulsauit dictum D. Alterium coram A. C. pro releuatione indemnitatis, & liberatione à molestijs iuxtà formam dictæ suæ obligationis, & obtinuit decretum relaxationis mandati executiui pro dicto integro termino scutorum mille, vnde causa mihi commissa, dubitaui, An dictum decretum A. C. esset iustum, & confirmandum, ac exequendum, & Domini post plures propositiones affirmatiuè responderunt.

Quamuis enim non controuerteretur, molestias fuisse Fusoritto illatas, non quidem occasione dicti Castri Moriconi, cuius pensionis ratam Alterius integrè persoluit, sed occasione tenutæ, & illius affictuum, nihilominus Domini censuerunt Alterium teneri ad liberationem etiam ab huiusmodi molestijs, & totius pensionis solutionem, quoniam verba promissionis supra relata,
1 tanquam indefinita, † æquipollent vniuersalibus, *l. si pluribus ff. de leg. 2. l. si plures de leg. 3. cap. quia circa de priuil.* Menoch. *cons.* 201. *num.* 57. Cardin. Seraphin. *de-*
2 *cis.* 1008. *num.* 2. & ideò sunt intelligenda de † solutione totius paghæ, quæ erat scutorum mille, & integræ pensionis, etiamsi hoc non fuerit expressum vt in puncto tradit Card. Mantic. *de tacit. & ambiguis conuen. lib.* 5. *tit.* 8. *num.* 28.

Præsertim quia fuit habita relatio ad dictum primum instrumentum locationis factæ per dictum D. Oddum eidem D. Alterio, in quo tam pro Castro, quam pro Tenuta vnica, & indiuidua pensio scutorum 2000. quoli-
3 bet anno constituta fuit vndè † de illa est intelligenda d. relatiua promissio, *l. ait, prætor* §. 1. *ff. de re iudic.* Menoch. *d. cons.* 201. *num.* 58. & 59. Cephal. *cons.* 16. *numer.* 22. & *seq.* Honded. *cons.* 63. *num.* 44. *lib.* 1. Surd. *cons.* 130. *num.* 92. & *cons.* 562. *num.* 6. & si aliud diceretur, dicta sublocatio fuisset facta sine expressione alicuius certæ quantitatis affictus, quod non est verisimile contrahentes facere voluisse.

Præterea verba illa (*non senti peso, nè danno alcuno*)
4 tanquam † vniuersalia negatiua, non videbantur pati posse aliquam restrictionem, Bart. *in l. is qui ducenta*, §. *vtrum ff. de reb. dub.* Ias. *cons.* 7. *num.* 4. *lib.* 1. cum alijs congestis per Tiraq. *in l. si vnquam, in verb. reuertatur num.* 95 *ff. de reuocan. donat.* sed iuxtà propriam illorum significationem Fusorritum esse releuandum ab omni onere, & damno mediante solutione totius affictus.

Nec placuit responsio, quòd dicta relatio ad primum instrumentum debeat solum censeri facta, quoad tempus faciendi solutiones de semestri in semestre, non autem
5 quoad quantitatem, quia † de natura relationis est repetere omnia contenta in relato, *l. si ita scripsero ff. de condit. & demonstr. l. asse toto ff. de hæred. instit.* Ias. *in l. qui sic num.* 2. *ff. de verb. oblig.*

Neque obstat, quod in dicto instrumento primi affictus comprehenderetur etiam dicta tenuta, & tam pro ea, quàm pro Castro soluerentur dicta annua scuta 2000. quoniam adhuc potuerunt contrahentes conuenire, quòd in sublocatione comprehenderetur tantum Castrum absque tenuta, prout expressè conuenerunt, & nihilominus subconductor teneatur soluere integram pensionem.

Idque potissimum suadebatur ex eo, quia d. promissio soluendi affictus, releuandi indemnem, & à molestijs liberandi facta per D. Alterium fuit correspectiua ad ea, quæ in recompensationem dictæ tenutæ sibi concessa fuerunt per Fusorittum, quemadmodum indicant illa verba (*che per questo, &c.*) nam vltra oleum, quod re vera spectabat ad D. Alterium, & comprehendebatur in redditibus illius anni, pro quo ipse pensiones soluere tenebatur, apparet fuisse eidem cessas, & assignatas solutiones faciendas ab affidatis, quæ pro rata trium mensium, nempè à principio Septembris, vsque ad principium Decembris spectabant ad Fusorittum, necnon etiam sata, quæ deducta quarta parte dominicali spectante ad D. Alterium conductorem pro alijs tribus quartis partibus pertinebant ad Fusorittum, & demum soccitam bobum, & vaccarum, quæ erat propria ipsius Fusoritti, & insuper etiam idem Fusorittus in se accollauit censum aliàs impositum per ipsum Alterium, & sic illius debitum proprium pro rata scutor. 500. quorum omnium respectu, & contemplatione idem Alterius consensit subconductioni solius Castri absque tenuta, & nihilominus subijt obligationem pro soluenda integra pensione, & sic etiam ratæ debitæ pro ipsa tenuta.

Neque obstat, quòd D. Alterius restituerit semen, & vlterius scuta 55. pro expensis, quia semen debebatur Fusoritto iure culturæ, d. verò scuta 55. sunt quid modicum, ideo non est verisimile, quod pro illis fuerint cessa sata rubrorum 24. quæ erant longè maioris valoris, vnde cessio, & remissio illius pluris censeri debet facta contemplatione
illius, † quòd Fusorittus vice versa habuit ratione reten- 6
tionis tenutæ magis proportionata, non autem dictorum scutorum 55. *ad l. cum de indebito. ff. de probat.* cum alijs per Surd. *cons.* 7. *num* 43. & 44.

Minus obstat, quòd dictus Ioannes Baptista frater Fusoritti censum pro d. rata scutorum 500. extinguere promiserat, quoniam cum Fusorittus nihil cum eo commune habeat, dicendum est ipsum collationem prædictam fecisse contemplatione Alterij, non fratris.

Prout nec etiam visum fuit obstare, quòd prædicta omnia non æquiualeant ratæ affictus debitæ pro tenuta, quæ est pars admodum considerabilis affictus, quia vltra quòd de inæqualitate non constat, & ex calculo dato potest de ea dubitari, fuit responsum illam fuisse suppletam spe lucri futuri ex recollectione fructuum, prædicta verò quantumuis maiora, & non æquiualentia fuisse cessa, & accollata correspectiuè ad dictam promissionem soluendi integros affictus, aliàs enim censerentur dona-
ta, † & cessa, & accollata respectiuè sine causa, quod 7
non est præsumendum, *d. l. cum de indebito, ff. de probat l. si cum aurum ff. de solut. cap. super hoc de renunciat,* & *in l. Iulianus in fin. ff. de verb. obligat.* latè Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 5 *tit.* 9. *num.* 1. & *seq.*

Denique à prædicta verborum interpretatione Domini non censuerunt esse recedendum, propter epistolam Fusoritti ad Alterium, & depositionem Archipresbyteri, nam quoad epistolam, illa non fuit sufficienter recognita, & continet simplicem tractatum, à quo potuit po-
stea recedi, ideoque ex eo † non bene infertur ad conclu- 8
sionem, Dec. *cons.* 488. *num.* 10. Rot. *decis.* 104 *num.* 6. *part.* 2. *diuers.* & *decis.* 677. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* & *decis.* 168. *num.* 2. *coram san. mem.* Gregor. X V. & ibi Adden. *nu.* 5. & 6. prout apparet in multis, in quibus illa discordant ab instrumento fuisse effectualiter recessum, quo vero ad testem præfatum, ille de tempore examinis erat excommunicatus, & inimicus Fusoritti, & in omnem casum non potest infringere verba dicti instrumenti, quæ satis
præcisa, & clara videbantur, maximè cum † sit vni- 9
cus, qui regulariter non probat *cap. licet. cap. veniens de testibus* Gabr. *eod. tit. concl.* 1 *nu.* 1. & *seq* Farin. *eod. tract quæst.* 63. *num.* 1.

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

RE-

REVERENDISS. P. D. PIROVANO DECANO.

Nouarieñ Decimarum.

Die Veneris 17. Decembris 1627.

R G V M E N T V M.

Episcopus non habet actionem contra laicos pro consequenda suam quartam decimarum, sed benè contra Rectores, & quare.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopus de iure communi non habet intentionem fundatam in quarta decimarum contra laicos, & num. 7.*

2 *Episcopus habet intentionem fundatam in quarta decimarum, & est ei debita de iure, & hæc est communis opinio. num. 3.*

4 *Episcopo debetur decimarum quarta iure proprietatis.*

5 *Verbum, habeas, denotat proprietatem.*

5 *Episcopo debetur quarta propter coniunctionem, & vniuersalem curam in Ecclesijs subiectis.*

8 *Episcopus habet actionem contra Rectores percipientes decimas, & non contra laicos. & num 15.*

9 *Rector præscribere potest quartam decimationum.*

10 *Præscriptio sine possessione non procedit.*

11 *Text. in cap. conquerente de offic. ordin declaratur.*

12 *Rot. & Castren consequentia, quod Episcopus possit exigere à laicis quartam decimalem, non est tuta.*

13 *Per solutionem integram quis consequitur liberationem.*

14 *Text. in cap. quoniam, & in cap. dudum de decim. quando habeant locum.*

16 *Ab opinionibus Doctorum, qui non habent contradicentem, ab eis tanquam à casu legis non est recedendum.*

DECISIO CXXII.

CVM in hac causa dubitaretur de releuantia præscriptionis oppositæ per incolas Villæ Camaræ D. Episcopo agenti ad suam quartam, & 14. mensis Decembris 1626. mandatum fuerit, vt strictè informaretur, An Episcopus haberet fundatam intentionem contra Parochianos in casu, de quo agitur: die autem 7. Maij præteriti firmando conclusionem, Episcopum habere fundatam intentionem pro sua quarta contra Parochianos, dictum fuerit non obstare præscriptionem.

Hodie causa reproposita Domini dixerunt Episcopum
† de iure communi non habere fundatam intentionem in
quarta decimarum contra laicos, & in hoc esse recedendum à decisis, An autem ex alijs sit standum in decisis, reseruarunt videre in separata disputatione.

Nam, & si vera sit conclusio in decisione firmata, quod
2 Episcopus † fundat intentionem suam in quarta decimarum, & de iure debita, *cap. quoniam ibi sua parte retenta, cap. dudum, ibi intentione tua de iure communi fundata, de decim. cap. conquerente, ibi habeas quartam decimationum, cap. fin. de success. ab intest. cap. vnico 10. quæst.* 3. quibus iuribus adductis, & auctoritate omnium cano-
3 nistarum, Rot. *decis.* 31. *num.* 5. *part.* 2. *diuers.* dixerit † communem opinionem, & eandem sequatur Rebuff. *de decim. quæst. 7. num.* 11. Rot. *decis.* 402. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* & Gonzal. *ad reg* 8. *glos.* 6. *num.* 87. & 88. difficultas tamen in eo non cadebat, an deberetur Episcopo quarta contra Rectores de iure, vel de consuetudine, prout de intentione Rotæ fuit hoc determinare in *d. decis.* 31. *num.* 5. neque in eo, an de vniuersa decimatione quarta Episcopo deberetur, dum adeo dirigitur contrà Rectores: quia in-
4 dubitatum † est quartam deberi, & quidem iure proprietatis per illud verbum habeas quartam decimationum, de quo in *cap conquerente de offic. ordin.* cuius natura est do-
5 minium † importare *l. habere duobus modis accipitur. l. id apud se quis habere cum glos ff. de verb. signific. l. stipulatio*
6 *ista §. habere ff. de verb. obligat.* & non sine † ratione propter coniunctionem, & vniuersalem curam, quam habet Episcopus in Ecclesijs subiectis, Butr. post Hostien. & alios *in cap. cum contingat. num.* 9. *vers. item quia de decim.* Innoc. *in cap. requisisti. num.* 3. *de testam.* Tyndar. *in tract. de decim. num.* 2. Monet. *eod. tract. cap.* 7. *concl.* 6. *num.* 14. sed dubium erat, à quo hæc quarta sic de iure Episcopo debita possit ab Episcopo exigi, vel à laicis Parochianis immediatè vel à Rectoribus illam percipientibus, & in hac parte.

Placuit Dominis firmare aliam conclusionem Epis-
copum de iure communi non habere † fundatam inten- 7
tionem in quarta decimarum contra laicos ex verbis, *cap. conquerente de offic. ordin.* ibi tu autem his iuribus in præfatis Ecclesijs contentus existens, non amplius ab eis
exigas, ex quibus dicebatur actionem † fuisse reser- 8
uatam Ordinarijs contra Rectores, non autem contra laicos, contra quos in textu aliqua actio non dirigitur, quam ponderationem prius Rota fecit *in decis.* 519. *num.* 2. *coram* Gregor. XV. & tenuit coram Seraphin. *decis.* 1449. *num.* 5. & fundatur in auctoritate Abbatis antiqui *in d. cap. conquerente num.* 5. Panorm. *ante num.* 3. Cardin. *numer.* 4. Bellam. *numer.* 12. *gloss. ad marginem d. cap. conquerente*, Castr. *cons.* 38. *per tot. part.* 2. quæ opinio videbatur Dominis posse comprobari ex *cap. de quarta de præ-
script.* in quo admittitur † Rectorem præscribere posse 9
quartam hanc decimationum, quæ si à laicis esset exigenda non daretur præscriptio Rectori defectu possessio-
nis, sine † qua præscriptio non procedit *glos. in l. malè* 10
agitur, & ibi Bald. *num.* 6. *C. de præscript.* Spec. *in tit. de locato. §. nunc aliqua vers.* 24. Bart. *in l.* 3. *§. ex contrario. num.* 4. *ff. de acquir. possess.* Castr. *in l.* 1. *num.* 12. *C. de seruis fugitiuis*.

Non obstat quod cum hæc quarta decimarum debeatur in proprietate Episcopo, & ratione coniunctionis, & vniuersalis curæ, quam habet in Ecclesijs subiectis ex
supra allegatis, verba Decretalis † *conquerente* infe- 11
rant quidem actionem competere Episcopo contra Rectores, sed quod eadem denegetur Episcopo contra laicos ad tollendam actionem realem, quæ datur pro decimis præteritis consequendis contra eosdem laicos, ex Abb. *in cap. cum ab homine numer.* 6. *eod. tit. de decim.* Rebuff. *eod. tit. quæst.* 9. *num.* 9. hoc non firmetur in contextu, neque pernecesse inferatur, vnde dicebatur adhuc vigere responsionem datam in decisione,
quod † consequentia non sit tuta, quam faciunt Ca- 12
str. & Rota *supr. allegat.* scilicet non amplius ab eis exigas, ergo à laicis non exigas, quia simul esse potest, quod Rectores decimam integram percipiant, & eo casu Episcopus non possit petere suam quotam à
laicis, qui per † integram solutionem consequuti sunt 13
liberationem, & prout ad hunc casum se restringunt Abb. Antiq. & Abb. Panorm à quibus alij Canonistæ rationes simpliciter reassumpserunt, & tamen in alijs casibus, quando sunt decimæ inexactæ, aut quando negligendo Parochus non est in causa, aut dum ad illum decimæ non pertinent, qui est casus, de quo agitur, & ad quem disputatio est restricta, remaneat integra actio Episcopo agendi pro sua quota contra quemcumque debitorem actione reali sibi de iure competen-
ti, & intrent † depositiones *cap. quoniam, & cap. du-* 14
dum de decim. cum alijs allegatis in decisione, quæ reuidetur.

Quoniam fuit resp. sufficere pro fundamento conclusionis firmatæ ex depositione *cap. conquerente* actionem
† pro quarta decimationum esse directam contra Re- 15
ctores, non autem contra laicos, & quod opinio Abb. & aliorum supr. relatorum in hac parte non habeat
contradicentem, itaut ab eis tanquam à † casu legis 16
non sit recedendum, Ias. *in l. penult. numer.* 21. *C. de pact.* Becc. *cons.* 23. *numer.* 6. Surd. *decis.* 229. *numer.* 36. Cæterum quod ex alijs eadem opinio sit limitanda, & declaranda, pertinet ad partem reseruatam, scilicet an ex alijs sit standum in decisis, de quibus tunc erit agendum, quando in ea parte suscipietur disputatio.

Et ita &c.

Plures decisiones in hac causa annotaui supra ad decisionem 64.

R P D.

R. P. D. MERLINO.

Pisceñ Capellæ.

Die Veneris 17. Decembris 1627.

ARGVMENTVM.

Attentata, quando sunt clara, tunc arbitrium non intrat pro illorum reiectione. Et quando ista attentata dicantur clara.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium non intrat pro reiectione attentatorum, quando sunt clara.*
2 *Attentasse manifestè quando quis dicatur.*
3 *Lis non finitur per mortem vnius ex collitigantibus.*
4 *Actore mortuo, licet lis remaneat ad effectum, vt reus superstes non possit dici pacificus possessor, tamen secus est quoad alios effectus. num. 5.*
6 *Possessionem, si quis adeptus fuerit propria auctoritate dicitur attentasse.*
7 *Attentare non dicitur, qui ingreditur possessionem vacantem.*
8 *Iudex ex suo officio potest possessionis vacantis apprehensionem vti attentatam reuocare.*
9 *Possessionem stantem sub sequestro, si quis apprehendat, dicitur attentare, & num. 10.*
11 *Possessionis apprehensio, & fructuum perceptio, vt tanquam attentata veniant officio Iudicis reuocanda, quæ sufficiant.*

DECISIO CXXIII.

1 RESPONDERVNT Domini arbitrium non intrare, illud enim pro reiectione † attentatorum non intrat, quando attentata sunt clara, Rot. *decis. 731. num. 2. part. 2. recent. & decis. 485. num. 1. 2. & seqq. coram san. mem. Gregor. XV.* & ibi Adden. *num. 12.* Clara autem visa sunt attentata commissa per D. Horatium, cum ipse possessionem acceperit, & fructus sequestratos exegerit lite inter ipsum, & Cosmum introducta, &
2 adhuc pendente, & † sic manifestè attentauit *cap. 1. & 2. vt lit. pend. in sexto*. Rot. *decis. 10. eod. tit. in nou.* Lancellot. *de atten. in præfat. vt lit. pend. num. 301.*

3 Neque obstat, quòd de tempore captæ possessionis dictus Cosmus collitigans prædecesserat quoniam non † propterea lis fuerat extincta, sed adhuc durabat, Mohed. *decis. 14. de caus. possess. & propr.* Samen. *super reg. de annal. quæst. 62. num. 4.* Rot. *decis. 109. num. 1. part. 1. recent. & in Camerinen. beneficij 28. Nouembr. 1616. coram bon. mem. Remboldo.*

4 Non obstat, quod mortuo actore, † quamuis lis remaneat ad effectum, vt reus superstes non possit dici
5 pacificus possessor, nihilominus illa quoad † alios effectus dicatur finita, vt per Rot. *d. decis. 109. num. 2. part. 1. recent.* quoniam quidquid sit de hoc in casu proposito Horatius non possidebat, & sic reus dici non poterat, sed erat actor, qui propterea necessariò litem prosequi tene-
6 batur, ideo cum sibi ius † dicendo propria auctoritate possessionem fuerit adeptus, attentauit, vt declarat Lancellot. *de attent. lit. pend. in præfat. num. 271. 272. & seq.*

7 Neque etiam obstat, quod † possessio esset vacans, & consequenter Horatius collitigans illam ingrediendo attentasse non videatur, *iuxta decis.* Cassad. *6. num. 6 de caus. poss. & propr. cum alijs per* Lancellot. *vbi supra in præfat. num. 329. & seqq.* quoniam hoc solum procedit respectu partis, quæ non potest reuocationem petere, non autem respectu Iudicis, cuius Maiestas læsa fuit,
8 ille † enim potest ex suo officio talem apprehensionem vel attentatam reuocare, *iuxta decis. 10. ad fin. vt lit. pend. in nou.* vt distinguit Lancellot. ibid. *numer. 333. 334. & seq.*

9 Præsertim, quia dicta possessio † stabat sub sequestro, & in ea fuerat per Ordinarium appositus Oeconomus, *iuxta dispositionem cap. eam vos de offic. ordin.* Ideò Horatius multo magis attentauit, violando sequestrum *Clem. 2. §. si quis autem. de sequestr. poss. & fruct.* & occupando † 10
possessionem sequestratam propria auctoritate ad not. per Vital. *in eod. §. si quis. num. 2. & 4.*

Non obstat, quod tunc temporis D. Abbas Capponius non esset in lite, quoniam sufficit, quod lis inter Horatium, & Cosmum introducta non fuerat extincta ad effectum vt possessionis † apprehensio, & fructuum per- 11
ceptio tanquam attentata veniat saltem officio Iudicis reuocanda ex allegatis.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Abulen. Decimarum.

Die Veneris 19. Decembris 1627.

ARGVMENTVM.

Decimæ, vt alicui Ecclesiæ debeantur, quid sit necessarium. Et quando decimæ debeantur propter administrationem Sacramentorum, & in materia decimarum an possit induci aliqua consuetudo, & qualiter ista probetur.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ debentur Ecclesijs intra quorum limites prædia existunt, & num. 3.*
2 *Ecclesia prætendens ad se spectare decimas alicuius prædij, debet plenè probare illius existentiam intra suos fines.*
4 *Decimas Sacramentales Ecclesia non potest percipere, si Sacramenta non administret, & num. 5.*
6 *Decimæ Sacramentales amplius non debentur, si administratio Sacramentorum cum personarum interitu fuerit extincta, & num. 10.*
7 *Decimæ non debentur priori Curato, si quis mutauerit domicilium, sed secundo.*
8 *Capitulum an habeat intentionem fundatam super omnibus decimis Diœcesis.*
9 *Bona transeunt ad Ecclesiam cum suo onere.*
11 *Decimarum exactio stante consuetudine potest competere Ecclesiæ prædiali, & Sacramentali.*
12 *Consuetudinis plena probatio ex quibus non resultet.*
13 *Consuetudo, vt probetur, debent testes præcisè deponere de decennio, & num. 14.*
15 *Text. in cap. ad Apostolicæ. de decim & decis. Rot. in quibus terminis loquantur.*
16 *Actus controuersus ad effectum probandi consuetudinem, non habetur in consideratione.*
17 *Testes non probant consuetudinem si deponant extra casum.*
18 *Consuetudo, quod simul Ecclesiæ prædiali, & Sacramentali debeantur decimæ, non extenditur de casu ad casum, nec de persona ad personam.*
19 *Consuetudo, quando dici non potest superflua, & numer. 20.*
21 *Testes dubij ab alijs declarantur.*
23 *Testibus est adhibenda fides in concursu illis, qui sunt numero plures, item illis, qui sunt conformes, numer. 24.*
25 *Verba, si in aliqua confirmatione stent causatiuè, benè probant obseruantiam.*
26 *Constitutiones contra ius an sustineantur.*
27 *Constitutio determinans modum, & rationem decimandi non potest dici contra ius.*
28 *Pro actus validitate omnia præsumuntur interuenisse, stante cursu longissimi temporis, & obseruantia diuturna.*
29 *Obseruantia qualis suffragaret à totali exemptione, & remissione decimarum.*
30 *Gratia alicui facta, non debet ei retorqueri in odium.*
31 *Actore non probante reus absoluitur.*

DECI-

DECISIO CXXIV.

DIDACVS de Villalba, & Anna dell'Anguila coniuges Incolæ Ciuitatis Abulen. assignarunt pro dote Capellæ maioris Monasterij S. Mariæ de Monte Carmelo eiusdem Ciuitatis Abulen. quædam prædia sita in locis de Villa maior, & Parral Castelblanco Sigheres, & Herites vna cum Molendino existenti in loco nuncupato la Riberra de Adaxa; Capitulum vero Abulen. & Parochi Ecclesiæ S. Thomæ eiusdem Ciuitatis introduxerunt iudicium aduersus Conuentum, & Fratres eiusdem Monasterij super solutione decimarum, quas prætendebant ex redditibus dictorum prædiorum tanquam decimatorijs eiusdem Ecclesiæ Parochialis S. Thomæ sibi deberi, vnde cum ad fauorem vtriusque partis plures sententiæ in partibus emanassent tandem causa ad Rotam deuoluta bon. mem. Reuerendiss. D. Patriarcha Hierosolymitanus præuisa decisione vnica tantum parte informante facta sub die 16. Martij anni præteriti sententias de partibus ad fauorem Capituli, & Ecclesiæ S. Thomæ latas confirmauit, & cum postea coram me, res iudicata, & illius executio iuxta formam rescripti Signaturæ hinc inde prætenderetur, dubitaui, an constaret de re iudicata hinc inde, quæ esset exequenda, & Domini mandarunt, vt strictè videretur, an esset recedendum à dicta decisione facta coram bon. mem. Reuerendiss. D. Hierosolymitano, super quo dubio pluries proposito, & non resoluto, tandem hodie Domini censuerunt recedendum esse resolutis.

Considerabant enim, quod aut Ecclesia S. Thomæ prætendit huiusmodi decimas tanquam prædiales, hoc est ratione situationis dictorum prædiorum intra limites propriæ Parochiæ, aut tanquam Sacramentales, hoc est ratione administrationis Sacramentorum, & ex vtroque capite nullum ius habet.

1 Nam quoad primum cum huiusmodi † decimæ debeantur Ecclesijs intra quarum limites prædia existunt *cap. cum sint homines, cap. cum in tua cap. cum contingat, vbi glos. in verbo de iure comm. cap. commissum, cap. quoniam glos. in cap. ad Apostolicæ in verbo consuetudo, in fine de decimis cap. vlt. & ibi glos. in verbo prædiorum de Parochis*, vna cum concordantibus latè deductis per Rotam *decis. 321. num. 4. part. 1. recent.* Rebuff. *quæst. 6. de decimis* Henric. Boich. *in cap. peruenit. num. 2. eod tit. & fuit decisum in causa Bracaren. decimarum 20. Maij 1591. & 3. Iunij 1594. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & coram me in causa Sabinen. decimarum 16. Martij 1609.* Ecclesia S. Thomæ debet in hoc plenè intentionem suam
2 fundare probando quod dicta prædia † de quorum redditibus decimas prætendit, sita sint intra fines suæ Parochiæ, vt est *text. ad litteram in cap. ad decimas de restitut. spol. in 6.* Archid. *in cap. quod Priori 13. quæst. 1.* Hostien. *in summa tit. de Paroch. num. 1.* Rom. *cons. 356. nu. 1. & 2.* Rebuff. *super concord. tit. de collat. §. statuimus lib. 2. in versic. Parochialis.* Hored. *de incompatibil. benefic. part. 1. cap. 13. num. 2. & fuit dictum in causa Pacen. decimarum dell' Hebreras Lunæ 29. Ianuarij 1601. coram me*, vbi aliæ allegantur. Quod non solum non probat, ideoque intentionem suam legitimè non fundat imò ex geminatis confessionibus iudicialiter emanatis pro parte dictæ
3 Ecclesiæ contrarium constat, quod scilicet dicta † prædia sunt intra limites alienæ Parochiæ, vnde non solum non habet pro se iuris assistentiam sed imò resistentiam in exactione huiusmodi decimarum, tanquam extra proprios, & intra alienos limites Parochiæ.

Quo verò ad secundum, minus potest huiusmodi decimas tanquam Sacramentales prætendere cum Patribus Carmelitis possessoribus huiusmodi prædiorum non ad-
4 ministret Sacramenta, † quæ tamen administratio necessariò requiritur, vt quoad illas dicatur habere intentionem fundatam ad *text. in cap. final. de Parochis*, ibi nec ab eis temporalia exigant, quibus Sacramenta non administrant Abbas *in cap. ad Apostolicæ num. 3. de decim.* vbi
5 quod Prælatus † seu Rector Sacramenta non administrans non potest decimas exigere, Hostien. *in summa titul. de Paroch. num. 1.* Romano. *cons. 356. num. 1.* Hored. *de incompatib. benef. part. 1. cap. 13. num. 2.* Rota *decis. 672 num. 1. par. 1. in recent.*

Nec illas potest prætendere ex eo, quod Didacus, & Anna illas sibi soluerent ratione Sacramentorum, quæ ipsis viuentibus administrauit, quia cum per eorum mortem huiusmodi Sacramentorum administratio, cessauerit vtique, & decimarum † solutio, quæ illorum ratione debe- 6
batur, vna cum personarum interitu omninò fuit extincta, *cap. cum in cunctis 16. quæst. 1. cap. fin. de Paroch. vbi* Abbas *num. 2. & 3. in d. cap. ad Apostolicæ num. 3. & de decim.* Innoc *in cap. omnis num. 6. de pœnit.* Rebuff. *de decim. quæst. 6. num. 24.* vbi si quis mutauerit domicilium † decimæ non 7
debentur priori Curato, sed secundo Azor. *instit. moral. lib. 1. cap. 35. quæst. 14.* Munet. *de decim. quæst. 2. cap. 7. num. 24.*

Nec dicatur quod Capitulum habeat intentionem fundatam super omnibus † decimis Diœcesis Abulen., in qui- 8
bus prætendit participationem, & sic non releuare, quòd huiusmodi decimæ non debeantur Ecclesiæ S. Thomæ, cum sufficiat quod debeantur generaliter alicui Ecclesiæ; quia quicquid sit de hoc, ex quo Capitulum de iure non fundat intentionem suam super decimis, vt fuit dictum *in causa Pacen. decimarum 21. Iunij 1604. coram me, & 12. Decembr. 1608. coram bon. mem. Card. Sacrato* ius Capituli hodie deducitur, prout semper deductum fuit, restrictum ad ius Ecclesiæ S. Thomæ ratione præstimonij quod habet in ea.

Non obstat igitur quod huiusmodi † prædia in dotem 9
Capellæ per prædictos coniuges assignata transiuerint cum onere suo in Monasterium, & Fratres Carmelitas, vt dicitur in dicta decisione coram bon mem. Reuerendiss. D. Hierosolymitano, quia prædicta procederent, si per præfatos coniuges decimę fuissent solutæ ratione situationis prędiorum intra limites Parochiæ S. Thomæ, & sic tanquam prædiales, sed cum soluerentur ratione, † Sacramentorum, 10
quæ dictis coniugibus ministrabantur, & hæc administratio hodie cessauit, vtique nullum potest considerari onus, quod transiuerit vna cum dictis prædijs.

Nec visum fuit constare de tali consuetudine, quæ suffragetur eidem Ecclesiæ ad effectum, vt huiusmodi decimas possit exigere.

Nam quoad prætensam consuetudinem † Ciuitatis 11
Abulen. super exactione decimarum in concursu inter Ecclesiam prædialem, & Ecclesiam Sacramentalem *iuxt. tex. in d. cap. ad Apostolicæ de decimis*, illa non est sufficienter probata; Primò, quia testes deponunt solum de Ecclesia S. Thomæ non autem generaliter de omnibus Ecclesijs, & sic non † resultat concludens probatio consuetudinis ad 12
notata in *cap. fin. vbi* Abb. *num 20.* Card. *num. 16.* Butr. *num. 39. de consuetudin.*

Secundò, quia non deponunt de decennio † præcisè pro- 13
ut ad probandum consuetudinem requiritur secundum Abb. *in cap. cum sint homines. num. 6. de decimis, quem refert* Achilles *decis. 3. num 5. eod tit.* Put. *decis. 154. alias 155. num. 7. lib. 1. & decis. 163. par 2. diuers.* sed solummodo de solutione facta tempore vitæ defuncti, quæ potest verificari etiam in minori spatio decem annorum, † & ideo non releuat 14
Bart. *in l. non solum §. sed nec probari. ff de nou. oper. nunciat.* Dec. *in cap. in præsentia, num. 52. de prob.* Aym. *cons. 54. num. 11.* plenè Surd. *decis. 75. num. 10.*

Tertiò tollitur omnis difficultas, quia obiectum forsan posset procedere si hodiè ageretur inter Ecclesiam prædialem, & Sacramentalem quia tunc, vt videretur, cui decimę deberentur staretur consuetudini, & *in his terminis loquuntur Iura in contrarium deducta † nempè text. in d. cap. ad* 15
Apostolicæ de decimis. Achil. *d. decis. 3. num. 7. & 8. de decimis, &* Rot. *decis. 279. num. 1. & 289. num. 1. in recent.* sed vt supra probatum fuit Ecclesia S. Thomæ non est prædialis, nec minus Sacramentalis, nec agitur inter ipsas Ecclesias, sed contra possessores prædiorum.

Minus igitur visa est posse allegari altera prætensa consuetudo, quod scilicet facta translatione bonorum in aliquod Monasterium pro dote Cappellaniarum, nihilominus sit soluenda decima Ecclesię Sacramentali, quę illi soluebatur ab eo, qui bona trastulit licet obierit, & sic cessauerit ratio administrationis Sacramentorum, quia vltra exceptiones, quę contra personas, & dicta testium fuerunt latius ponderatę per informantes, aduertendum est primò quod licet dicti testes deponant in genere etiam de Monasterijs, non tamen deponunt in specie, quod aliqua Monasteria, ad quę huiusmodi prędia transiuerint, soluant dictas decimas, & quamuis aliqui ex ipsis deponant, quod Moniales Carmelitanę discalceatę soluerunt decimas prędiorum per Franciscum de Salzedo assignatorum in dotem Cappellanię, quam in earum Ecclesia fundauit, nihilominus cum super dicta solutione fuerit lis introducta tamquam † 16

actus

actus controuersus non potest haberi in consideratione ad effectum probandæ consuetudinis, Rota apud sanctæ mem. Gregor. X V. *decis.4. num.2.& ibi Addentes.* Secundò non deponunt in specie quod decimæ, quas ratione administrationis Sacramentorum soluebant Domini ex prædijs sitis in aliena Parochia soluantur etiam ab Ecclesijs, & Monasterijs,ad quas dicta prædia transeunt,sed se restringunt,vel ad decimas, quæ fuerunt solutæ à Dominis,quamdiu vixerunt,vel ad decimas debitas, tamquam prædiales de quibus
17 hic non agitur, & Ideò nihil releuant, cum deponant † extra casum prætensæ consuetudinis Bart.*in l.t.§.si quis hoc interdicto n.1 ff.de itin.actuque priu.* Aym.*cons.30.n.5.& cons.96.n.4.* Curt.Iun *caus.26.n.10.* Oldrad.*cons.237.* Natt. *cons.575.num.15.* Cæsar de Graff.*decis.6.n.4.& 5.de probat.* Rot.
18 *decis.422.nu.13.part.1. in recent.* quæ consuetudo † de iure non extenditur de casu ad casum, nec de persona ad personam, vt in terminis fuit resolutum coram me in *dicta Pacen. decimarum dell' Hebrero* 21. Iunij 1604.

Nec dicatur quod huiusmodi testes satis specificant virtualiter casum, in quo prædia fuerunt extrà Parochiam sita, & decimæ tamquam Sacramentales soluuntur dum dicunt, quod decimæ de bonis, quæ transferuntur in Monasterium soluuntur vigore consuetudinis illi Ecclesiæ, vbi anteà Dominus prædiorum erat Parochianus, quod necessariò supponit prædia esse in aliena Parochia, ex quo si illa fuissent intra Parochiam non exigerentur ratione parochialitatis,seu administrationis Sacramentorum, sed ratione situationis dictorum prædiorum, & sic non ex consuetudine, sed de iure. Quia aduertendum est non esse verum quod ex dictis testium sequatur necessariò huiusmodi suppositum nempè prædia esse in aliena Parochia; cum etiam eadem verba benè adaptentur ad casum, in quo prædicta sunt intra limites Parochiæ,quod patet primò,quia licet testes deponant quòd decimæ soluuntur Ecclesiæ, vbi prius Domini prædiorum erant Parochiani;id tamen non excludit quin etiam idem Dominus potuerit habere prædia intra limites eiusdem Ecclesiæ, cuius erat Parochianus, & sic quod decimæ deberentur etiam ratione parochialitatis, hoc est ratione administrationis Sacramentorum, & ratione situationis prædiorum. Secundò quamuis testes dicant, quod decimæ soluuntur de consuetudine; non sunt tamen adeò strictè intelligendi, vt voluerint inferre quod decimæ soluerentur solum de consuetudine,non autem de iure, sed potius credendum est ita eos dixisse, vt indicarent,ità de facto obseruari, & esse in vsu qui vsus, & obseruantia benè concurrit cum iure; imò consuetudo ipsa quandoque venit
19 coadiuuanda iuris dispositione, quo casu dici † non potest si superflua ad notata in *cap.1. vbi gl.* Io Andr. Gemin. & alij *de consl in 6.* Alex.*cons.33.num 4.& 5.lib.1.* Natt.*cons.189.n.8.latè* Surd *cons.231.num 4. lib.3.* Vltra quod dicta coonsuetudo licet concurreret in hoc casu cum dispositione iuris
20 communis, non ideò tamen † est superflua cum operetur respectu exemptionis,quàm possent huiusmodi Monasteria prætendere à dispositione iuris communis, vt fuit dictum *in Cartaginea. decimarum* 10. *Decembris* 1600. *coram bon.mem.Penia.*

Et quod dicta horum testium sint intelligenda de decimis prædialibus, satis videtur posse colligi ex dispositione quarti testis ibi, *& quod si talia bona erant solita soluere decimas*, quæ verba denotanc onus soluendi decimas fuisse
21 reale,& annexum ipsis prædijs,vt patet, Et sic ab hoc † teste,alij testes dubij satis declarantur Fulgos.*cons.161 num.3. vers.vltra ergo plenam.*

Sed cessat omnis difficultas cum quadraginta, & amplius testes examinati pro Conuentu satis probent contra-
22 riam consuetudinem, † dum super quarto deponunt, quod Monasteria Fratrum, & Monialium sunt à quadraginta, & amplius annis in quieta, & pacifica possessione, vsu, & consuetudine recipiendi, & recuperandi pro se omnes redditus suorum prædiorum, & terrenorum absque aliqua solutione decimarum alicui Ecclesiæ,tam ex hæreditatibus, seu prædii, quæ d.Conuentus habent in hæreditatem, vt Cappellanijs antiquis,& modernis, quàm alio quocumque modo,nec vnquam soluerunt decimam aliquam,quia decimam,quæ soluitur ex talibus prædijs,seu terrenis, soluunt personæ, quæ illa habent in affictu ex fructibus ipsis remanentibus detracto redditu, quem soluunt dictis Monasterijs,& hanc Ecclesijs soluunt, io quarum territorio sunt dicta prædia,seu terrena vbi colligunt, qui testes non solum deponunt de spatio 30.& 40.annorum, sed insuper dicunt à senioribus iam defunctis audiuisse ita etiam fuisse in vsu antiquioribus temporibus,& deponunt de publica voce, & fama,& coarctant negatiuam.

Quibus testibus vltum fuit Dominis fidem esse adhibendam † in concursu non solum quia sunt numero plu- 23
res, & quoad Ecclesiam S. Thomæ habent pro se assistentiam iuris; sed etiam quia † sunt conformes dispositioni 24
Constitutionum Synodalium anni 1557.in cap.1. & 2. in quibus disponitur,quod omnes Clerici soluant decimas saluo ex prædijs, & possessionibus, quæ colent, aut mandabunt coli suorum beneficiorum,& Cappellaniarum,nec ex redditibus,quos ex illis receperint, seu exigent, si alijs affictabunt, attamen dictas decimas affictuatij colentes dicta prædia,seu terrena soluant, &c.& Domini prius detrahant redditus ad ipsos spectantes, & illi detractis soluatur decima de reliquis fructibus remanentibus. Vndè tantò magis videntur suffragari huiusmodi Constitutiones, cum illarum obseruantia controuerti non possit tàm ex illarum confirmatione subsecuta de anno 1617.in qua dicitur,*Volumus illas obseruari, sicut vsque adhuc obseruatæ sunt, & posita in vsu*, quæ verba stant † causatiuè, & ideò benè pro- 25
bant obseruantiam, vt est *text.notab. in cap. Abbate vers.si verò verbum determinet de verb. signif.* & sic fuit dictum coram me in *Cæsaraugustana præbemineatiarum 29. Nouembris præteriti.* Quam etiam ex conformi depositione dictorum testium.

Nec officit quod dictæ † constitutiones tamquam con- 26
tra ius non subsistinenrur,quia quicquid si concederent totalem decimarum remissionem, siue exemptionem, vt fuit dictum *coram me in Mediolanensis decimarum* 10. *Aprilis* 1606.certum est quod cum solum determinent modum, & rationem decimandi † non possunt dici contra ius, quod 27
non improbat huiusmodi compositiones super decimis *cap. nuper.cap.ex multiplici de decimis cap.2.vbi* Innoc. *de transact.* Rebuff.*de decimis,quæst.13 num.20.& seq.* Monett. *eodem tit cap.5.num.119.& seqq.* Rota *decis.585.num.3.par.1. & decis.279.ad fin.par.2.recent.*

Præterquam quod ex cursu tanti temporis, † & diutur- 28
na obseruantia omnia pro validitate præsumuntur interuenisse Rota *decis.694.num.5.par.1.& 506.num.2 & 4.par.1. recent.* quæ obseruantia ad hunc † effectum suffragare- 29
tur,etiam si essemus in totali remissione, seu exemptione, vt in dicta Mediolanen.*decimarum coram me.*

Sicuti nec obstat, quod in primo capite Constitutionis Synodalis fuerit præseruata contraria consuetudo,quia vltra quam quod de dicta consuetudine non constat, aduertendum est,quod antè dictam Constitutionem (vt in ea dicitur) monasteria non solum liberè exigebant redditus sibi debitos ex suis prædijs, sed etiam exigebant decimas soluendas ex fructibus,qui arrendatarijs remanebant. Vndè constitutio mandat, vt dictæ decimæ, detracto prius redditu debito Monasterijs, soluantur per arrendatarios, salua tamen contraria consuetudine, quæ cum vt patet esset ad fauorem Monasteriorum, illius præseruatiua non † debet 30
retorqueri in odium *e.quod ex gratia,de reg.iur. in 6. l. quod fauore C.de legib.*

Vndè ex his Domini censuerunt Ecclesiæ S. Thomæ, vel nullum ius competere, vel saltem illius probationes adeò reddi turbidas, vt sufficientes non concludant † quod 31
Patribus Carmelitis sufficit pro victoria *cap. in præsentia de probat.cap.illud,vbi* Abb. *num.3. de præsumpt.* Rota *decis.294.par.2.diuers.* & fuit in his terminis dictum coram me in dicta Pacen.*decimarum dell' Hebrero 9. Iunij* 1603.

Et ita conclusum vtraque parte informante,&c.

REVERENDISSIMO P. D. VRGELLEN.

Parmen. Transactionis.

Die Lunæ 20. *Decembris* 1627.

ARGVMENTVM.

In donatione, licet non possit considerari læsio quamuis enormissima, cum aliàs nulla donatio subsisteret, tamen secus est, quando causa finalis donandi non procedit ex mera liberalitate, sed donatio fit respectu alicuiusdati per illum, cui donatur.

S V M-

S V M M A R I V M.

1 *Remissoria denegatur, quando probatio non prodesset.*
2 *Renunciatio donationem importat.*
In donatione non attenditur læsio num. 2. & 24.
3 *Donatio omnis reuocari posset, si in ea admitteretur læsio.*
4 *Iura sua renunciantibus non datur regressus.*
5 *Donare, & iuri suo renunciare cuique est concessum. amplia num. 6.*
7 *In donante sciente valorem rei donatæ cessat omnis læsio.*
8 *Sententia, & transactio, quæ transitum fecerunt in rem iudicatam, æquiparantur.*
9 *Transactio est inuenta ad finiendas lites, sicut res iudicata.*
Transactio, & res iudicata vtraque impediunt litis ingressum num. 9.
10 *Remissoria non datur contra habentem rem iudicatam.*
11 *Transactionem, qui fecit, amplius admitti non debet ad probandum, siue per instrumenta, siue per alia probet.*
12 *Instrumenta, & aliæ probationes annullantur per transactionem, etiamsi inter partes non sit conuentum.*
13 *Transactio tendit ad liberandum.*
Text. in l. 2. C. de rescind. vend. non habet locum in actu liberatorio. num. 13.
14 *Iuramentum excludit omnem læsionem.*
Dummodo seruari possit sine peccato. num. 15.
16 *Renunciatio facta à filio de bonis paternis cogitante de ingressu religionis retractari non potest sub prætextu cuiusuis læsionis enormissimæ. numero 17. & 42.*
18 *Remissoria in probanis stante releuantia articulorum denegari non potest.*
19 *Læsio in transactione considerari potest, etiam inspecto futuro litis euentu.*
20 *Læsio enormissima considerari potest in liberatione d. redditione rationum.*
21 *Transactio probata læsione rescindenda est, & hoc procedit etiam in laudo. num. 22.*
22 *Laudum habet vim transactionis.*
23 *Transactio inita inter fratres super hæreditate paterna, & fraterna rescinditur ex enormissima læsione.*
25 *Donare, aut remittere animum donandi vult.*
26 *Donare, & liberalitatem ad libitum exercere, non omnibus permissum est.*
27 *Text. in l. 2. C. de rescind. vend. quando intret.*
28 *Liberalitas mera, si non sit causa finalis donandi, sed alia causa, tunc bene potest considerari læsio. & numer. 29. & 30.*
31 *In donatione simplici attenditur læsio, quando res donatæ sunt magni valoris, & donans iusto errore ductus credebat esse modici valoris.*
32 *Liberalitas in contractibus respectiuis non præsumitur.*
33 *Læsione enormissima stante etiam in maiore, potius ignorantia valoris rerum, quàm scientia præsumitur.*
34 *Transactio vt rei iudicatæ æquiparetur quæ sint necessaria.*
35 *Læsione enormissima stante, saltem reipsa deficit bona fides.*
36 *Remissoria datur aduersus rem iudicatam, quando est commissa causa restitutionis in integrum aduersus eam, & datur magnus fumus de releuantia.*
37 *Iuramentum non excludit læsionem enormissimam obtenta absolutione.*
38 *Ex læsione enormissima excluditur consensus, & nascitur dolus re ipsa, qui quoad rescissionem æquiparatur dolo ex proposito.*
39 *Text. in Auth. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. & in cap. quamuis pactum de pact. in 6. non intrant vbi interuenit dolus.*
40 *Iustitia semper comitatur iuramentum. & num. 41.*
43 *Donatio facta non seruatis solemnitatibus statuti loci, est nulla.*
44 *Solemnitates à statuto interuentæ ad euitandas fraudes, dicuntur adhiberi ob publicam vtilitatem.*
46 *Supplicationis forma attendenda est. & num. 47.*
48 *Nouitius secundum magis communem, & approbatam opinionem reputatur persona Ecclesiastica.*
49 *Personæ status de tempore contractus attenditur, & non futurus.*
50 *Solemnitates Iuris Canonici sunt adhibendæ in contractibus faciendis à personis Ecclesiasticis.*
51 *In donationibus factis ab illis, qui adhuc non sunt ingressi religionem, sed cogitant de ingressu, est seruanda solemnitas legis secularis.*
52 *Contractus ab initio nullus tractu temporis non conualescit.*
53 *Filius qui renunciauit bonis paternis præsentibus, & futuris, nihilominus succedit fratri ab intestato defuncto etiam in bonis paternis.*

DECISIO CXXV.

EQVES Martius Tagliaferrus obtenta iam absolu-
tione iuramenti petijt remissoriam ad effectum pro-
bandi, quod in transactione inita inter ipsum, & Pau-
lum Camillum Tagliaferrum eius fratrem fuit enormissi-
mè læsus, dum pro libris 1800. annuis vita sua durante
dumtaxat remisit, (vt prætendit) libras 7045. annuas, &
perpetuas, & fructus plurium annorum per d. Camillum
perceptos ex portione ad ipsum spectante in hereditati-
bus Alexandri eorum patris, & Ioann. Baptiste com-
munis fratris, necnon alia bona fideicommisso supposi-
ta ad eius fauorem; Remissoriam autem non esse dan-
dam contendebatur pro parte Camilli ex irreleuantia ar-
ticulorum, quia etiamsi illi probentur parum, aut ni-
hil, (vt dicebatur) Martio probatio prodesse † potest, 1
quo casu non datur remissoria Cassad. *decis. 2. de dilat.*
Caputaq. *decis. 32. part. 2.* Rot. *decis. 126 num. 2. & de-
cis. 503. num. 2. part. 2. recent.* Irreleuantia verò ex sequen-
tibus deducebatur.

Primò, quia in d. transactione Eques Martius dona-
uit, & remisit Camillo omnia alia iura sua exceptis ibi
expressis; attamen † in donatione, seù renunciatione, 2
quæ donationem importat, non attenditur læsio *l. maiori-
bus C. comm. vtriusque Iud.* alioquin omnis donatio † re- 3
uocari posset, quia semper læsio prætenderetur, vt no-
tant communiter Doct. *in l. 2. C. de rescind. vendit.* Alex.
cons. 53. num. 21. vol. 3 Anchar. *cons. 433. num.* 4. Cranett.
cons. 160. num. 1. Dec. *cons. 181. num. 4* Bertrand. *cons.* 22.
num 6. vol. 2. Soccin. Iun. *cons. 67. num. 23. vol. 3.* Thesaur.
decis. 66. per tot. Vnde renunciantibus iura † sua non 4
datur regressus *l. quæritur § si venditor ff. de ædil. edict. l.
si maritus §. si negauerint ff. ad l. Iul. de adult. & l. postquam
liti. C. de pact.* Cuique autem concessum † est donare, iu- 5
rique suo renunciare *cap. periculosum 7. quæst. 1. & vulg.
text. in l. in re mandata C. mandat.* & tantò magis, quia
tempore transactionis Eques Martius erat maior, † qui 6
ideò præsumitur benè informatus valoris rerum, quibus
renunciauit, & consequenter quod voluit liberalitatem
exercere Anchar. *d. cons. 433. num. 4.* In donante † autem 7
sciente valorem rei donatæ, cessat omnis læsio *l. cum do-
nationis C. de transact.* Ias. *in l. si quis cum aliter num. 17. vers.
prima conclusio ff. de verb. oblig.*

Secundò, quia transactio, † & sententia, quæ tran- 8
situm fecit in rem iudicatam æquiparantur *l. non minorem
C. de transact. & l. 2. ff. de iur. iur.* Surd. *cons. 418. num.* 12.
Transactio † enim inuenta est ad finiendas lites sicut, & 9
res iudicata *l. fratris C de transact.* & vtraque etiam im-
pedit litis ingressum *cap. 1. de litis contest. in 6. l. causas C.
de transact.* Surd *cons. 451. num. 16.* Vndè sicut habenti † 10
contra se rem iudicatam non datur remissoria Caputaq.
decis. 51. part. 3. Rot. *decis. 406. num 2. in fine part 2. recent.*
Ita nec qui transegit admitti † debet ad probandum siue 11
per instrumenta de nouo reperta *l. sub prætextu instrumen-
ti C. de transact.* siue per alias probationes, † quæ am- 12
plius non subsistunt, sed ipso iure irrita, & caduca fiunt,
etiamsi hoc inter contrahentes actum non sit, vt probat
text. notabilis in cap. 1. ext. de trans. Bald. *super rubr. ex-
tra eod. tit. &* Ias. *in d. l. fratris.* & accedit, quod transa-
ctio tendit † ad liberandum, in actu autem liberatorio 13
remedium *l. 2. C. de rescind. vend.* locum non habet *l. sub
prætextu specierum C. de transact.* vbi hoc notant Doct.

Tertiò, transactio de qua agitur, fuit iuramento ro-
borata, iuramentum † autem excludit omnem læsio- 14
nem *Auth. sacramenta puberum C. si aduers. vendit.* dum-
modo † vt hic seruari possit sine peccato *cap. quamuis* 15
pactum de pact. in 6. Aret. *in l. qui superstitis ff. de acquir.
hæred.* Ias. *in d. auth. Sacramenta puberum num. 43. cum
seqq.* Alex. *cons. 42. l. 1.* Soccin. Iun. *cons. 67. num. 22. lib.*

2. Paris.

2. Parif. *conf. 95. num. 66. lib. 1.* Cur. Sen. *conf.* 43. Anton. Rub. *conf.* 12. *num.* 16. Crauet. *conf.* 114. *&* Decius *conf.* 181. *num.* 3.

Quartò, & vltimo opponebatur, quòd circumſcripta
d. tranſactione obſtat Equiti Martio renunciatio, quam
ipſe fecit Alexandro patri ſuo (cui ſucceſſit Camillus) de
legitima, & omni iure ad ipſum tunc ſpectante, &
quod ei in futurum ſpectare poſſet in bonis paternis,
& maternis, & cauſa cuiuſuis fideicommiſſi purificati,
& purificandi, ſeu quomodolibet ad ipſum ſpectanti-
16 bus, ſeu quæ ſpectare poſſent, quæ † renunciatio cum
ab eo facta fuerit, cogitante de ingreſſu Religionis
prætextu cuiuſuis enormiſſimæ læſionis non poteſt re-
tractari Crauet. *conf.* 160. *num.* 1. Ceual. *pract. q. comm. quæſt.* 115. *num.* 6. Guttier. *in repet. cap. quamuis pactum verb. dum nuptui num.* 3. *de pact. in* 6. Couar. *in repet. eiuſd. cap.* 3. *p. ſelect.* §. 2. *num.* 5. vbi rationem aſſignat,
& Theſaur. *deciſ.* 66. *num.* 2. *in fin.* Rot. *deciſ.* 587. *nu-*
to part. 1. *&* 714. *num.* 9. *part.* 2. *recent.* Vndè cum
Alexander præuia mentione dictæ renunciationis teſtatus
fuerit de eius bonis ad fauorem prædictorum Camilli, &
Io. Baptiſtæ cum reciproca inter eos fideicommiſſaria ſub-
17 ſtitutione, vt prætenditur, conſequenter Martius † non
poteſt dare de læſione, & ſic ceſſat remiſſoria, quæ ad
dictum effectum petitur.

Cæterum his non obſtantibus ter cauſa propoſita, fuit
hodie reſolutum, remiſſoriam eſſe dandam, & ratio re-
18 ſolutionis fuit, quia cum † verſemur in prophanis, &
articulorum materia ſit releuans, illa non poteſt de-
negari Caputaq. *deciſ.* 59. *par.* 3. Rota *deciſ.* 102. *num.* 1.
par. 1. *diuerſ. & deciſ.* 695. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* Gregor.
X V. *deciſ.* 415. *num.* 1.

Releuantia autem dum non obſtent contraria obie-
cta, eſt clara ex lectura articulorum, quia Eques Mar-
tius in dictis articulis probare intendit valorem bonorum,
quibus renunciauit in illorum redditu excedere non ſo-
lum dimidiam ſcutor. 260. annuorum vita ſua durante
tantum ſibi aſſignatorum in tranſactione, ſed etiam
vltra duas tertias, cum dicta ſcuta 260. importent ſo-
lum libras 1800. prætendat autem, quod portio quæ
circumſcripta tranſactione ad ipſum ſpectabat tam ex
hæreditate paterna, quàm ex hæreditate Ioan. Baptiſtæ
fratris prædefuncti reddat ſingulis annis libras 57045. etiam
19 † inſpecto futuro litis euentu, quæ læſio eo magis au-
getur, quia in dictis articulis ponitur, quod ante tran-
ſactionem Eques Martius poſſidebat bona prædicta in
communi cum Camillo, & prætendit, quod Camillus
per 10. annos illa ſolus adminiſtrauit in abſentia Equi-
20 tis Martij, & tamen in † d. tranſactione fuit etiam re-
miſſa Camillo redditio rationis, & per conſequens fue-
runt ei remiſſi fructus per dictum tempus percepti *gloſ.
in l. Aurelio* §. *Caius in verb. eos, & ibi* Bart. *num.* 1. *ff. de
liber. leg.* Ruin. *conf.* 54. *num.* 13. *lib.* 1. qui fructus, vt aſſeri-
tur aſcendunt ad libras 70. mil.

21 Prædicta autem læſione † probata tranſactio eſſet reſcin-
denda Bart. Ang. & Imol. *in l. ſi quis cum aliter ff. de verb.
oblig.* Abb. *in cap. cum cauſa de empt. & vend. & in l.
cum te num.* 1. *C. de tranſact.* Cagn. *in l.* 2. *C. de reſcind.
vend. num.* 80. *& in l. ſi quis maior num.* 37. *C. de tranſact.*
Roder. Suarez *alleg.* 22. *in fin.* Molin. *de Hiſpan. primog.
lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 34. *&* 35. Pinell. *in l.* 2. *num.* 25. *C. de
reſcind. vendit.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 26. *tit.* 9.
num. 23. Modern. Rom. *diſcept. forenſ. cap.* 788. *num.* 1.
Alex. *conf.* 42. *num.* 11. *lib.* 1. Dec. *conf.* 60. *num.* 4. Cra-
uet. *conf.* 51. *num.* 26. Cephal. *conf.* 137. *num.* 57. Surd.
conf. 48. *num.* 13. *&* 14. Rot. *deciſ.* 625. *num.* 7. *part.* 1.
recent. & deciſ. 268. *num.* 6. *in impreſſ. apud Reuerendiſſ.*
22 *D. meum Decanum*. Et idem dicendum eſt † de laudo,
quod habet vim tranſactionis Soccin. Sen. *conf.* 105. *in fin.
lib.* 4. Decian. *conf.* 65. *num.* 43. *lib.* 5. Pariſ. *conf.* 24.
num. 139. *lib.* 2. *&* Rot. *deciſ.* 588. *num.* 1. *&* 3. *part.* 2. *re-*
23 *cent.* Et in puncto quod tranſactio inter † duos fratres
ſuper hæreditate paterna, & fraterna reſcindatur ex enor-
miſſima læſione Ludou. Peguer. *deciſ.* 139. *per tot.*

Neque obſtant contraria obiecta, nam ad primum
24 quod læſio non attenditur in donatione, reſpondetur †
illud procedere in donatione, ſeu renunciatione ex me-
ra liberalitate, ſimpliciter abſolutè ad fauorem alicuius
facta, quando, ſcilicet quis ideò ſolum, & principali-
25 ter donat, aut remittit, quia donare, † aut remitte-
re animum donandi vult, & ratio eſt, quia ita donans
ſemper diceret ſe læſum, & ſic nulla donatio ſubſiſteret,
neccuique permiſſum † eſſet donare, & liberalitatem ad 26
libitum exercere, vt benè Anchar. *conf.* 534. & in his ter-
minis loquuntur Doctor. in obiecto citati, ſecus autem
eſt, quando hoc non principaliter agitur, vt ſit mera li-
beralitas, ſed donatio, ſeu renunciatio ſit reſpectu ali-
cuius, dati, ſeu remiſſi per illum cui renunciatur, &
donatur, tunc enim attenditur læſio itaut intret diſpoſi-
tio. † Tex. *in d. l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* vt in puncto ſic 27
diſtinguit Bart. *conf.* 90. *num.* 2. *lib.* 1. Paul. de Caſtr. *conf.*
181. *lib.* 1. Curt. Iun. *conf.* 141. *col.* 3. Crauet. *conf.* 192. *num.*
1. *&* Decius *conf.* 180. *&* 181. Et ratio eſt, quia cauſa fina-
lis † donandi non fuit mera liberalitas, ſed illud datum, 28
aut receptum quod renuncianti datur in recompenſatio-
nem, itaut præſumendum ſit, quod donans, ſeu renun-
cians exiſtimabat illud, quod recepit eſſe æquiualens rei
per eum donatæ, ſeu renunciatæ, & quod ſi ſic non eſ-
ſet, non renunciaret, aut donaret Soccin. *conf.* 183. *lib.*
2. Bertrand. *conf.* 46. *num.* 6. *vol.* 2. quæ ratio adeò viget, vt
militet etiamſi in donatione correſpectiua dictum ſit, quod
plus eſt, † dono, quia intelligitur de modico exceſſu, 29
non autem de eo, quod eſt vltra dimidiam, niſi etiam
expreſsè dictum ſit, quod datur illud plus † ſiue in mo- 30
dica, aut magna quantitate, & quantumcunque ſit
Alex. *conf.* 105. *num.* 3. *lib.* 6. Soccin. *conf.* 48. *col.* 2. *poſt med.
lib.* 4. Iaſ. *in d. l. ſi quis cum aliter num.* 17. *&* Peguer. *vbi ſup.*
Et quod fortius eſt, locum etiam habet † in ſimplici dona- 31
tione, quando donatæ ſunt res magni valoris, & donans iu-
ſto errore ductus credebat eas eſſe modici valoris Aret. *in
l. qui ſuperſtitis ff. de acquir. hæred.* Alex. *d. conf.* 53. *num.*
21. *lib.* 3. Vndè cum Eques Martius non ſimpliciter, ſed
reſpectiuè donauerit, ceſſat obiectum.

Neque obſtat, quod Eques Martius vti maior tempo-
re tranſactionis erat ſciens valoris rerum donatarum, &
ideò quod voluit liberalitatem exercere, quia † non præ- 32
ſumitur liberalitas in contractibus reſpectiuis, in qui-
bus ſtante enormiſſima læſione etiam † in maiore potius 33
ignorantia valoris rerum, quàm ſcientia præſumitur
Gloſ. & Bart. *in l. quiſquis per illum text. C. de reſcind.
vend.* Ant. de Butr. *conf.* 52. *&* Couar. *lib.* 2. *var. reſ. cap.*
4. *num.* 1.

Minus obſtat ſecundum obiectum, quod tranſactio,
† & res iudicata æquiparentur, quia æquiparatio proce- 34
dit in tranſactione ſuis partibus abſoluta, nempè quan-
do in ea concurrunt hæc tria iuris requiſita, quod fuerit
ſuper re dubia *l.* 1. *ff. de tranſact.* Item aliquo dato, vel
retento *l. tranſact. C. eod.* & demum quod in ea bona fi-
des interuenerit *l.* 1. §. *fin. ff. ad Trebel. & l. ſub prætextu
inſtrumenti, C. de tranſact.* In tranſactione autem de qua
agitur, quicquid ſit de duobus primis requiſitis, ſi ma-
teria articulorum eſt vera, & circumſcripta tranſactio-
ne Eques Martius ius bonum fouet, deficit bona † fides 35
ſaltim re ipſa ſtante enormiſſima læſione *gloſ. in d. l. ſub
prætexta in princip. & in l.* 1*res fratres in verb. poſſ. ff. de
pact.* & communiter Doctor. poſt Bart. *in d. l. ſi quis cum
aliter, &* Dec. *conf.* 182. *num.* 7. & ceſſat difficultas, quia
fuit in ſpecie commiſſa cauſa reſciſſionis d. tranſactionis,
vndè danda eſt remiſſoria, ſicut & illa † datur contra 36
rem iudicatam, quando eſt commiſſa cauſa reſtitutio-
nis in integrum aduerſus eam, ſi detur magnus fumus
de releuantia, & vt hic, in partibus cauſa non fuit
diu agitata addit. ad Gregor. X V. *deciſ.* 184. *num.* 7. *& de-
ciſ.* 286. *num.* 7.

Non obſtat tertium, quòd ſtante iuramento excludi-
tur omnis læſio, quia verius eſt iuxtà magis communem
ſententiam, quam Rota ſequitur, iuramentum † non 37
excludere enormiſſimam læſionem obtenta abſolutione.
Caſſad. *deciſ. vnic. num.* 2. *de empt. & vendit.* Oſaſch. *deciſ.*
41. Menoch. *conf.* 44. *num.* 24. *lib.* 1. *& de arbitr. quæſt.* 70.
num. 17. Rebuff. *in tract. de reſciſſ. contract. art. vnico
gloſ.* 15. *num.* 42. Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 4. *num.* 5. *in fin. & in
cap. quamuis pactum* 3. *part.* §. 4. Et ratio eſt, quia ex enor-
miſſima † læſione excluditur conſenſus, & naſcitur do- 38
lus re ipſa, qui quoad reſciſſionem æquiparatur dolo ex
propoſito *l. ſi ſuperſtite C. de dol. l. omnes* §. *Lucius ff. quæ in
fraud. cred.* & notant communiter Doctor. *in d. l. ſi quis
cum aliter*, vbi autem interuenit dolus iuxtà omnium
ſententiam † non intrat diſpoſitio *text. in d. auth. Sacra- 39
menta puberum, & d. cap. quamuis pactum*. Deficit enim
iuſtitia, quæ ſemper † iuramentum comitatur Butr. *in c.* 40
cum contingat num. 3. *de iur. iur.* Felin. *in c. in præſentia n.* 8.
de probat.

de probat. Gab. *lib. 3. commun. opin. tit. de iur. dòt. concl. 1. nu.*
8. Thesaur. *decis. 165. num. 6.* Et tantò magis quando læ-
41 sio, † vt hic iuxtà materiam articulorum est vltra dimi-
diam in magno excessu Abb. *in d. cap. cum contingat numer.*
23. *&* Couar. *in d. cap. 4. num. 5.* Cagnol. *in l. 2. num. 98. C. de re-*
scind. vend. & ibidem Anton. de Pinell. *num.* 43. *&* Rota
apud Cassad. *vbi supra.*

Tandem non obstat quartum obiectum, scilicet renun-
ciatio, quam Eques Martius fecit Alexandro patri suo
42 cogitans de ingressu Religionis, † quia licet verum sit,
quod dicta renunciatio non est comprehensa sub decreto
Concil. Trid. *sess. 25. cap. 26.* Ita vt etiam sine Concilij so-
lemnitatibus sit valida Menoch. *in addit. ad lib. 2. de arbi-*
tr. cas. 436. & declarauit Sacr. Concil. Congregatio tamen
43 ex alio capite † datur de eius nullitate, nempè quia in ea
non fuit seruata solemnitas statuti Parmen. requirentis in
omni donatione, seù renunciatione cum decreto irritanti,
vt contrahentes expressè iureiurando protestentur, & af-
firment donationes non esse fictas, aut simulatas, seu do-
losas, sed esse veras, & fieri bona fide, quæ solemnitas
in d. renunciatione non legitur, & propterea eius defe-
44 ctus eam vitiat, & præsertim, quia ex † quo est adin-
uenta ad euitandas fraudes dicitur adhiberi ob publicam
vtilitatem Bald. *in cap. 1. §. si quis per triginta num. 9. si de*
feud. controu. int. Dom. & Ang. vassal. Corn. *cons.* 135.
45 *num.* 24. Vndè † eius omissio multò magis vitiat contra-
ctum Bart. *in l. si quis pro eo, num. 8. ff. de fideiuss.* Bald.
cons. 250. num. 24. & Rota *in Romana nullitatis obligationis*
16. *Ianuarij 1626. coram me.* Nec etiam dicta solemnitas
ex licentia renunciandi obtenta à Serenissimo Duce Par-
men. remissa censetur, quia cum hoc non fuerit petitum,
46 nec D. Duci expositum non † fuit eius intentio supplere
prædicti iuramenti defectum *cap. inter in fin. de fid. instr.*
l. si defensor §. 1. ff. de interrog. act. Paris. *cons. 3. num.* 56.
lib 4. Rota *decis. 124. num. 4. part. 2. recent.* sed solum eius
47 intentio fuit reintegrare personam d. Equitis, qui tunc †
erat minor, vt cantat d. licentia, & in puncto Rota *in*
Bononien. retractus 21. Maij 1627. coram me.

Neque obstat si dicatur, quòd d. solemnitas non requi-
ritur in donatione facta ex causa ingressus Religionis,
quia hoc est verum in ea donatione, quæ fit iuxtà termi-
nos Concilij nempè à Nouitio ante emissam professionem,
in qua sunt adhibendæ solemnitates Concilij, non au-
48 tem solemnitates statuti secularis, & ratio est, quia † No-
uitius iuxtà magis communem, & approbatam senten-
tiam reputatur persona Ecclesiastica *cap. Religioso §. 1. de*
sentent. excommun. lib. 6. Anchar. *cons.* 69. Nauar. *cons.* 5.
lib. 2. tit. de for. comp. vol. 1. Roder. Suar. *allegat. 20. num.* 29.
Dec. *cons. 31. num. 3. circa med.* quamuis enim a Monaste-
rio exire possit, tamen id non debet in consideratione ha-
49 beri, sed tantum † attendi debet status, in quo reperitur
Nouitius tempore contractus iuxtà doctrinam Bart. *in l.*
Iulianus verum debitorem in fin. ff. de condit. indeb. Paul. de
Castr. *cons. 433. num. 3. vol. 1.* & facit textus optimus, & ibi
50 *glos. in l. 2. ff. de in diem addict.* Vndè vti persona † Eccle-
siastica interim in eius contractu non est adhibenda so-
lemnitas statuti secularis, cui non subijcitur, sed solem-
nitas Iuris Canonici iuxtà doctr. Abb. & Io. Andr. *in cap.*
Ecclesia S. Mariæ de constit. & in puncto Anchar. *in d.*
51 *cons. 65. num. 6.* Viceuersa autem in donatione † facta ab
eo, qui adhuc non est ingressus Religionem, sed cogitat
de ingressu est adhibenda solemnitas legis; seu statuti se-
cularis, maximè quando vt hic donatio etiam facta fuit
ad fauorem personæ secularis, quia ille dum non ingredi-
tur est secularis, & ideò subijcitur legibus secularibus; vn-
de quamuis renunciatio d. Equitis facta ante ingressum
Religionis sequuto posteà ingressu cum effectu, fortè non
posset rescindi ex enormissima læsione, si fuisset valida
iuxta superius dicta, tamen quia fuit nulla ex defectu di-
ctæ solemnitatis, adeò vt nunquam fuerit in implicito
statu validitatis, dubio procul dari potest de eius nullita-
52 te, quæ à principio adfuit, quæ ideò † tractu temporis
non conualescit, alioquin enim facta mentione ingressus
Religionis passim fieret fraus statuto, quod ad euitandas
fraudes emanauit, quòd etiam videtur fuisse de mente
Sacræ Congregationis dum declarauit prædictam renun-
ciationem non comprehendi sub decreto Sacri Concilij.

Et in omnem casum data etiam validitate dictæ renun-
ciationis datur magnus fumus de enormissima læsione,
quia in renunciatione fuit reseruatus Equiti Martio red-
ditus scut. 200. in vita patris, & post eius mortem vsus-
fructus, qui vlterius in eius testamento vltra prædicta ei
legauit alimenta, & insuper Eques Martius prætendit,
non obstante dicta renunciatione, ad ipsum spectare alia
bona, & signanter dimidiam partem hæreditatis Io. Ba-
ptistæ communis fratris ab intestato defuncti, & quidem
iure optimo, si non adest in testamento dicti Alexandri
reciproca substitutio prætensa per d. Camillum, quia fi-
lius, † qui renunciauit bonis paternis præsentibus, & fu- 53
turis, nihilominus succedit fratri ab intestato defuncto
etiam in bonis paternis hæreditatis Dec. *in l. hæreditas*
num. 8. & ibi Cagnol. *num. 4. ff. de reg. iur.* Rol. *cons.* 95.
num. 44. lib. 1. & tamen prædictus Eques in d. transactio-
ne renunciauit hæc omnia pro scutis 260. annuis vita sua
durante tantum ei soluendis, vnde cum articuli tendant
ad probandum bona renunciata in transactione excedere
non solum vltrà dimidiam, sed etiam vltra duas tertias di-
cta scuta 260. annua, dubio procul materia articulorum
est releuans, & consequenter remissoria non potest de-
negari.

Et ita vtraque &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Cusentina Abbatiæ.

Die Lunæ 20. Decembris 1627.

A R G V M E N T V M.

Gratia subrogationis gratiosæ dicitur probata, docto de Clericatu, de possessione, & reseruatione, & qualiter ista probentur.

S V M M A R I V M.

1 *Gratia subrogationis gratiosæ qualiter iustificetur.*
2 *Clericatus probatur ex testibus deponentibus de communi reputatione Presbyteratus.*
3 *Subdiaconatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*
Clericatus remanet iustificatus, probatis ordinibus maioribus num. 3.
4 *Clericatus datus à non suo Episcopo, quandò substineatur.*
5 *Possessio resignantis beneficium probatur ex testibus, & sufficit semiplena probatio.*
Et semel probata præsumitur continuata vsque ad diem resignationis. num. 6.
7 *Subrogatus in beneficium, vti successor potest allegare præsumptionem continuationis possessionis.*
8 *Reseruatio clara dicitur esse ex resignatione facta in manibus Papæ, quæ inducit vacationem, & reseruationem.*
Et hoc habet etiam locum, si renunciatio fiat in Curia per procuratorem constitutum num. 9.
10 *Reseruatio beneficij ex quibus reddatur turbida.*
11 *Clausula, Arbitrio Rotæ, facit, vt relaxetur rigor iuris.*
12 *Sententijs, & enunciatiuis Episcoporum multum deferri solet.*
13 *Iuspatronatus familiæ potentis, qualiter probari debet. num. 14.*
15 *Probatio probationem non excludit.*
16 *Beneficia omnia præsumuntur libera.*
17 *Iuspatronatus reseruatio quando intret.*
18 *Possessio quantumcunque longæua non suffragatur aduersus prouisum Apostolicum in vim gratiosæ subrogationis.*
19 *Vsurpationis præsumptio intrat in iurepatronatus familiæ potentis.*
20 *Immemorabilis requiritur pro forma in probatione iurispatronatus familiæ potentis.*
21 *Immemorabilis probari debet per testes, & non per scripturas.*
22 *Immemorabilis vis, & efficacia in quo consistat.*

DECI-

DECISIO CXXVI.

DIXERVNT Domini gratiam subrogationis gra-
1 tiosæ Matthæi Rocci esse iustificatam, † & ei
dandam esse immissionem; Nam pro huiusmodi iusti-
ficatione tria tantùm requiruntur, videlicet docere de
Clericatu, de possessione, & de reseruatione, Put.
decis. 214. *lib.* 1. *&* *decis.* 495. *num.* 2. *lib.* 2. Seraph.
decis. 1426. *num.* 1. Rota *decis.* 154. *par.* 1. *&* 197. *par.*
2. *recent.* Et fuit dictum coram me *in Argentina Præpo-*
situræ 1. *Iulij* 1626.
2 Clericatus enim Matthæi † probatur ex testibus de-
ponentibus de communi reputatione Presbyteratus Ro-
ta *decis.* 14. *de probat. in antiq. & decis.* 8. *de caus.*
poss. & propr. Put. *decis.* 26. *lib.* 1. *in nou.* Verall. *de-*
3 *cis.* 277. *par.* 1. Et † ex litteris, patentibus Ordinarij
probatur Subdiaconatus. Rota *decis.* 16. *de probat. in*
antiq. Et probatis Ordinibus maioribus, remanet pro-
batus Clericatus. Put. *decis.* 140. *num.* 5. *lib.* 2. *in nou.*
Bald. *in l. de solemnibus num.* 4. *C. de fid. instr.* & fuit
dictum in supradicta *Argentina Præpositurae coram me.*
4 Et sat est † quod in litteris patentibus alieni Episcopi di-
catur de licentia sui Episcopi, Gabr. *cons.* 181. *num.* 17.
lib. 2. Cæs de Graff *decis.* 1. *de præsumpt.*
5 Possessio Ioan. Baptistæ † resignantis probatur ex te-
stibus, & sufficit semiplena. Rota *decis.* 509. *numer.* 4.
par. 2. *recent.* Et semel probata præsumitur continuata
6 vsque ad † diem resignationis *l. siue possidetis, C. de pro-*
bat. Rota *decis.* 4. *num.* 12. *&* 14. *&* *decis.* 80. *num.* 1. *&*
2. *par.* 2. *diuers.* Et subrogatus vti successor potest allega-
7 re † præsumptionem continuationis. Gregor. *decis.*
307.
Reseruatio est clara ex resignatione facta in mani-
8 bus Papæ, quæ inducit vacationem, † & reseruatio-
nem *cap.* 2. *de præbend. in* 6. Rota *decis.* 1. *num.* 5. *de rer.*
permut. in nou. Simonett. *de reseruat. quæst.* 28. Etiam si
renunciatio fiat in Curia per Procuratorem constitu-
9 tum Ioan. Andr. *in dicto cap.* 2 *num.* 2. *de præbend. in* 6.
Simonett. *dicta quæst.* 28. & fuit dictum coram me in su-
pradicta Argentina.
Non obstat, quod Mutius vigore præsentationis, &
institutionis possideat, nec agat ad canonizandum ius-
patronatus Ducis Montisalti in præiudicium Ecclesiæ,
ideò sufficiat dare fumum iurispatronatus ex confessione
Matthæi adminiculata ex sententia Ordinarij, & ex præ-
sentationibus spatio 94 annorum. Nam ex istis redditur
10 turbida † reseruatio; Et ideò non detur immissio sub-
rogato.
Quia fuit distinctum, quòd si versemur in rescripto
cum clausula, Arbitrio Rotæ, & tunc sufficit fumus,
11 præsertim magnus, quia † relaxatur rigor Iuris, &
ita loquitur *decis.* Gregor. 58. *& Asloricen. Prioratus*
9. *Decembris coram bon. mem. Litta, & Aurien. Pa-*
rochialis 27. *Aprilis* 1598. *coram bon. mem. Card. Lan-*
cellotto.
Si verò versemur in causa commissa simpliciter, &
in iurepatronatus familiæ potentis, prout hic, &
12 tunc etiam dentur sententiæ, vel enunciatiuæ Episco-
porum, quibus multum deferri soleat, tamen cum
requiratur præscripta forma probationis Concilij, nem-
13 pè † immemorabilis, cum præsentationibus continua-
tis per 50. annos effectum sortitis per authenticas,
14 scripturas, sequitur quod cum Enunciatiuæ, † & senten-
tiæ; & aliæ probationes non suffragentur, reseruatio
fit clara, & replicatio iuspatronatus emaneat turbida,
& non probata; Et propterea non retardatur executio
subrogationis, & litterarum Apostolicarum. Et in isto
casu fumus non attenditur, vt fuit ità distinctum *in*
Iacen. Parochialis 27. *Iunij* 1603. *coram bon. mem. Card.*
Pamphilio, Dec. *in l. fin. num.* 19. *C. de edict. Diu. Adr.*
tollen. Mohed. *decis.* 9. *in fin. de caus. poss. & propr.*
Put. *decis.* 7. *eod. tit.* Abb. *in cap. constitutis il secondo*
sub numer. 14. *in fin de appellat.* Verall. *decis.* 342. *num.* 8.
par. 2. & fuit quoque dictum *in Mutinen. Plebis, seu*
Iurispatronatus 20. *Februarij* 1625. *coram R. P. D. meo*
Decano.
Accedit, quod cum agatur in iudicio Executiuo, nec
probetur instrumentum fundationis, & dotationis, li-
15 cèt deducantur aliæ probationes, cum † probatio pro-
bationem non excludet, iuspatronatus non dicitur iu-
stificatum, donec contrarium probari potest. Ægid. *de-*
cis. 103. & propterea non redditur turbida reseruatio,
sed remanet clara, & offuscatio prouenit ex replicatio-
ne, ita ut exceptio iurispatronatus remaneat turbida, &
stat firma præsumptio, quod † omnia beneficia præsu- 16
mantur libera. Verall. *decis.* 130. *num.* 2. *par.* 2. Mantic.
decis. 358. *num.* 3. & latè deducitur in *supradicta Mutinen.*
Plebis coram R. P. D. meo Decano.
Nec obstat, quòd confessio Matthæi vti de iurepatro-
natus coram Papa ei præiudicet, quia omisso, quod non
dixit esse de iurepatronatus ex dotatione, & fundatione,
& † possit intelligi ex priuilegio, ita ut intret reseruatio 17
Rota *decis.* 519. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 3. *par.* 3. Nec possessio
quantumcumque longæua suffragetur aduersus proui-
sum † Apostolicum in vim gratiosæ subrogationis. Ro- 18
ta *decis.* 58. *num.* 1. *par.* 1. *recent* cum idem Mattheus
postea impetrauit Abbatiam tanquam liberam censetur
confessionem iurispatronatus reuocasse; Quod potuit
facere etiam non docto de errore siue sit confessio pro-
pria siue procuratoris secundum stylum Palatij, præcipuè
† in iurepatronatus familiæ potentis, in quo intrat præ- 19
sumptio vsurpationis. Bellam. *decis.* 692. *in fine incipien.*
erronea confessio Papazzon. *in addit. ad decis.* 16. *in fine de*
rescript. in nou. & fuit dictum in *supradicta Mutinen.*
Plebis.
Non obstat centenaria, quia quatenus adesset, illa non
suffragatur, cum pro forma requiratur immemorabilis
† vltra præsentationes continuatas spatio 50. annorum 20
effectum sortitas per authenticas scripturas, quæ im-
memorabilis probari debet per testes, † & non per 21
scripturas per quas non potest probari quod nihil vnquam
fuerit visum vel auditum in contrarium in quo potissi-
mum consistit vis, † & efficacia immemorabilis, vt fuit 22
dictum in *Bononien. Beneficij* 27. *Iunii* 1625. *coram bon. mem.*
Remboldo.
Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO DECANO.

Auximana, seu Anconitana Florum.

Die Lunæ 10. *Ianuarij* 1628.

ARGVMENTVM.

Obligatio ad aliquam annuam præstationem, si non probetur expressa obligatio, vel ius quæsitum cogendi ad illam præstandam præscriptione, vel alio titulo habili ad illam acquirendam, sine causa non sustinetur ex solo temporis cursu.

SVMMARIVM.

1 *In petitorio semper dicitur actum, & conclusum, quando quis declaratur obligatus ad aliquid dandum, vel faciendum.*
2 *Sententia, quæ non iustificatur ex actis, semper remanet iniusta.*
3 *Testes, quando concludant in possessorio.*
4 *Possessorium retinendæ supponit merum factum.*
5 *Petitorium supponit iustitiam facti, quæ regulariter non venit examinanda in possessorio.*
6 *Obligatio annuæ præstationis sine causa non sustinetur ex solo temporis cursu.*
7 *Et Rota in hoc non admittit cursum decennij, vel vlterioris temporis, sed necessariam dicit esse quadragenariam, aut immemorabilem, num.* 8.
9 *Sententia lata in petitorio, quando sustineri non possit.*
10 *Onera imponendi facultas non benè probatur ex iurisdictione, & superioritate concessa super aliquo loco.*

DECISIO CXXVII.

CENSVERVNT Domini, sententiam Rotalem
esse iniustam, quia verba illius concludunt in peti-

torin nempè Communitatem Offaneæ, & illius homines
teneri, & obligatos eſſe ad deferendum, ſeu deferri fa-
ciendum ſingulo anno in vigilia feſtiuitatis, & ſolem-
nitatis Sanctiſſimi Corporis Chriſti pro honore ſulitæ pro-
1 ceſſionis ſalmas tres florum iuxta præcepta dictæ Com-
munitati fieri ſolita, & dictos flores conſignandos, ac
conſignari faciendos Capitaneis, ſeu ſolitis Officialibus
dictæ proceſſionis, prout ſic dictam Communitatem, &
homines condemnamus, & condemnatos oportunis re-
medijs compelli mandamus, ex eo enim quòd quis decla-
ratur obligatus ad aliquid dandum aut faciendum, ſem-
1 per † in petitorio dicitur actum concluſum, Menoch.
in præl. recup. num. 14. Contard. *in verbo petitorium
quæſt.* 13. *num.* 95. Dec. *conſ.* 62. *num.* 1. *verſ.* 2. *ſimiliter*
Alex. *conſ.* 96. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 5. vnde cum prædicta
obligatio deferendi flores per Communitatem, & illius
2 homines non iuſtificetur ex actis, † ſententia ſemper re-
manet iniuſta Cæſ de Graſſ. *deciſ.* 2. *num.* 6. *de ſolut.* Fe-
lin. *in cap. inter cæteros, num.* 10. *de re iud.* Rot. *deciſ.* 277.
num. 1. 595. *num.* 4. *&* 659. *num.* 16. *par.* 2. *recent.*

Quod ſi Ciuitas Anconæ fundat probatinnem ſuam
in teſtibus datis eius ſumm. num. 2. illi omnes conclu-
3 dunt † in poſſeſſorio, quod Communitas, & homines
deferebant flores, non autem quod tenerentur, & obli-
gati eſſent deferre, & prout in iudicio poſſeſſorio con-
cludit prima ſententia de partibus, & poſtmodum illius
reuocatoria in Rota, & mandatũ de manutenendo Ciuita-
4 ti conceſſu recedendo à ſententia Rotali, quæ omnia nihil
habent communem cum petitorio, quia poſſeſſorium
retinendæ ſupponit merum factum, petitorium vero
iuſtitiam facti, quæ regulariter non venit examinan-
5 da † in iudicio poſſeſſorio, Innoc. *in c. bonæ, il* 2. *num.*
4. *de poſtul. præl.* Bald. *in l. Ordinarij iuris, num.* 7. *C. de
rei vend.* Couarr. *pract qu. c.* 17. *n.* 3. *& ſeqq.* Laderch.
conſ. 95. *num.* 4. & propterea Ciuitas Anconæ pro fun-
damento ſuæ intentionis tenetur probare, vel expreſ-
ſam obligationem Communitatis Offaneæ, vel iusquæ-
ſitum cogendi ad deferendum flores præſcriptione, vel
6 alio titulo habili ad acquirendum, quia ſine cauſa †
non ſuſtinetur obligatio annuæ præſtationis ex ſolo tem-
poris decurſu, cum non ſit ſufficiens ad iudicandam
obligationem, Bart. *in l. cum de in rem verſo, numer.* 2.
ff. de vſur. Menoch. *præſumpt.* 131. *num.* 54. *lib.* 3. Ro-
derle. *de annuis redd. lib.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 2. & ideo Ro-
7 ta in huiuſmodi præſtationibus non † admiſit decur-
ſum decennij, aut vlterioris temporis, ſed dixit ne-
ceſſariam eſſe quadragenariam, vt *in Salernitana con-
8 tributionum* 1. *Martij* 1613. *coram bon. me. Vbaldo*, aut †
immemorabilem, *vt in Neapolitana grani, & hordei*
16. *Decembris* 1622. *coram eodem Vbaldo*, vnde cum in
prædictis deficiat Ciuitas Anconæ, meritò ſententia in
9 petitorio † ſuſtineri non poteſt, & tanto minus, quia
ante ſententiam ſuper prædictis non etiam fuit diſpu-
tatum, cum tamen teneretur, eadem Ciuitas ex for-
ma *Conſtitutionis Pij IV. & reformat. Pauli V. tit. de Au-
ditorib. §. auditor.*

Non obſtat iuriſdictio, & ſuperioritas eiuſdem Ciui-
tatis vigore Bullæ Pauli III. reſpectu huius loci Offaneæ,
& ſtatuti antiqui Anconæ probantis ſubiectionem eiuſ-
dem.

10 Quia non propterea infertur, probatam † eſſe facul-
tatem imponendi onera abſque licentia Papæ vltra teno-
rem conceſſionis, *l.* 1. *C. de ſuper indict. lib.* 10. Honded.
conſ. 86. *num* 7. *lib.* 1. & eundem ſenſum habuit Rota *in
hac cauſa* 22. *Iunij* 1616. *coram Card. Sacrato*.

Et ita, &c.

¶ In eadem cauſa habetur infra alia deciſio ſub die 14.
Iunij 1630. coram eodem Reuerendiſs. Decano; eſt
deciſio 389.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Die Veneris 14. Ianuarij 1628.

ARGVMENTVM.

Deſcendens dotari debet de bonis aſcendentis etiam ſi ſint fideicommiſſaria, & licet dos detrahi non poſſit ex fideicommiſſo conuentionali, tamen ſecus eſt, quando ſumus in aſcendentibus.

SVMMARIVM. 1

1 *Deſcendens dotari debet de bonis fideicommiſſi aſcendentis.*

2 *Dos non poteſt detrahi ex fideicommiſſo conuentionali limita num.* 3.

4 *Dos, & legitima æquiparantur.*

5 *Dos vt debeatur in fideicommiſſo aſcendentium, fauore publicæ vtilitatis introductum eſt.*

6 *Teſtator non poteſt facere in ſuo teſtamento, vt fœmina deſcendens non dotetur.*

7 *Ius publicum tolli non poteſt priuatorum pacto.*

8 *Fœmina licet excludatur à ſucceſſione aſcendentium, non tamen excluditur à dote.*

9 *Dos ex diſpoſitione ſtatuti Vrb. ſuccedit loco legitimæ.*

10 *Auth. quæ res, C. commun. de legat. æqualiter ſolet procedere in legitima in dote, & in alimentis.*

11 *Duo, quando æquiparantur, tunc ſi aliquid diſpoſitum ſit in vno, cenſetur etiam ex rationis identitate diſpoſitum in alio.*

12 *Dos detrahenda eſt ex bonis aſcendentium, ſicut æs alienum.*

DECISIO CXXVIII.

PROPOSVI dubium vtraque parte informante,
&c. An D. Hieronyma ſit dotanda ex bonis fideicom-
miſſo ſubiectis, & Domini reſoluerunt, dotem poſſe de-
trahi ex fideicommiſſo Angeli ſenioris, etiam conuentio-
nali, An autem Hieronyma haberet aliunde, vnde poſ-
ſet dotari quòd obſtet in caſu, de quo agitur, particula-
riter videre voluerunt, moti fuerunt quia Hieronyma
habet regulam pro ſe, quòd vti † deſcendens in bo- 1
nis fideicommiſſi Angeli ſenioris aſcendentis dotari de-
bet *Auth. res quæ, C. commun. delegat.* vbi Curt. Iun.
num. 13. Paul. de Caſtr. *in l. mulier. §. cum proponeretur, ff.
ad Trebell* Ruin. *conſ.* 89 *num.* 41. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 37.
num. 2. *par.* 1. *diuerſ.* Theſaur. *deciſ.* 92. *num.* 11. Menoch.
præſumpt. 189 *num.* 18. *& conſ.* 88. *num.* 51. *& fuit di-
ctam in Romana dotis* 30. *Martij* 1618. *coram D. Cardin.
Veroſpio.*

Non obſtat fideicommiſſum conuentionale inter An-
gelum, & Ioannem Baptiſtam fratrem, quia licet non
deſint Doctores, qui vellent † ex fideicommiſſo con- 2
uentionali non poſſe detrahi dotem, nec intrare *auth. res
quæ*, vt patet ex relatis per Petram *de fideicom. quæſt.*
8. *num.* 440 Peregr. *art.* 42. *num.* 58. Menoch. *d. præ-
ſumpt.* 189. *num.* 185. Seraph. *deciſ.* 374 *num.* 3. tamen
iſtorum opinio non eſt amplectenda in bonis † aſcen- 3
dentium, & ſic in medietate Angeli aſcendentis, vt in
caſu fideicommiſſi conuentionalis tenuit Rota apud Se-
raph. *deciſ.* 416. *repetita par.* 1. *diuerſ. deciſ.* 488. Decian.
conſ. 1. *num.* 38. *lib.* 4. Menoch. *conſ.* 691. Honded. *conſ.*
42. *num.* 24 *& ſeq. lib.* 2. Modern. Foroliu. *de legit. lib.*
2. *tit.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 13. vbi de magis communi Fon-
tanell. *de pact. nuptial concluſ.* 5. *par.* 2. *to.* 2. *gloſs.*
2. *num.* 93.

Et licet Doctores ſupradicti videantur loqui in legiti-
ma; idem eſt in dote, cum diſpoſitio *auth. res, quæ*, do-
tem, & legitimam † parificet, & ideo in dote loquuntur 4
Odd. *de fideicom. quæſt.* 38. *num.* 59. *& ſeq.* Molin. *de
primog. Hiſpan. lib.* 4. *cap.* 6 *num.* 17 Peregr. *de fideicom.
art.* 42. *num.* 58. *& conſ.* 23. *num.* 21. *lib.* 3. Fontanell. *vbi
ſupra*, & ratio eſt, quia † fauore publicæ vtilitatis in- 5
troductum eſt, vt debeatur dos in fideicommiſſo aſcenden-
tium, vnde ſi teſtator non poteſt facere in ſuo teſtamen-
to, quòd † fœmina deſcendens non dotetur Iaſ. *in d.* 6
auth. res quæ num. 33. *in* 13. *limitat.* Paul. de Caſtr. *conſ.*
80. *lib.* 1. Surd. *deciſ.* 62. *num.* 11. Guid. Pap. *deciſ.* 96.
num. 1. Bellon. *conſ.* 83. *num.* 6. & fuit dictum in ſu-
pradicta *Romana dotis coram D. Card. Veroſpio*. Eadem
ratione non videtur obſtare fideicommiſſum conuentiona-
le aſcendentis, cum priuatorum pacto † ius publicum 7
tolli non poſſit, *l. ius publicum, ff. de pact. cap. ſi dili-*

gente

genti de for. compet. Iason. *in d. auth. res quæ num.* 33. *in* 13. *limit. in fin.*

Multo magis quia io fideicommisso conuentionali non
adest expressa, & specialis prohibitio, quando non de-
8 trahatur dos, vnde licet † fœmina excludatur à succes-
sione ascendentis, non excluditur à dote, Odd. *de fideic.
quæst.* 45. *num.* 9. Molpher. *ad consuetud. Neapol. par.* 3.
quæst. 25. *num.* 6. Petr. *de fideicom. probibit. quæst.* 1. *nu.*
81. Seraph. *decis.* 374. *num.* 3. *& 4.* immò in fideicommisso
conuentionali datur facultas detrahendi legitimam ex
9 domibus, & sic idem videtur io dote, † quæ ex statuto
Vrbis succedit loco legitimæ, Gregor. *decis.* 565. *num.* 5.
& ibi addit. Rota *decis.* 266. *num.* 3. *& decis.* 540. *par.*
10 2. *diuers.* dispositio enim *auth. res quæ*, † æqualiter
procedere solet io legitima, io dote, & alimentis,
Bart. *in d. auth. res quæ, num.* 9. Iason. *num.* 31. *&* 32.
Roman. *cons.* 267. *per tot.* Modern. Foroliu. *de legit. lib.*
3. *tit.* 1. *quæst.* 9. *num.* 46. *vers. quia hæc portio*, & ideo
11 ex dispositione † in vno casu ex supradictis, ex identita-
te rationis arguitur voluntas in alijs Menoch. *consil.* 852.
num. 5.

Vltra quòd cum in fideicommisso conuentionali sit at-
tributa facultas alienandi de consensu vtriusque, videlicet
Angeli, & Ioannis Baptistæ, & per obitum Ioannis
Baptistæ prædefuncti, successerit Angelus frater, & An-
gelus disposuerit, quòd fœminæ iuxta earum conditio-
12 nem dotibus sint contentæ, vtique † dos detrahenda est
ex medietate Angeli ascendentis, tanquam æs alienum
ex dispositione ipsius Angeli *l. à filia ff. Trebell.* Bart. *in
l. quæsitum, §. num.* 1. *ff. de priuil. creditor.* Menoch. *cons.*
183. *num.* 16. *&* 20. *& cons.* 247. *num.* 24. *&* 1037. *num.* 17.
Turrett. *cons.* 6. *num.* 36. *& seq. lib.* 2.

Idque etiam videtur sensisse bon. mem. Cardinalis Lancellottus, qui dum Martiæ ex isto fideicommisso dotem constituit, dixit cogitasse adesse filiam Angeli iunioris, & sic Hieronymam, quæ tempore nubilis ætatis erat quoque dotanda.

Et ita decisum, &c.

¶ In eadem causa habetur in ra alia decisio sub die 24. Ianuarij 1619. coram eodem bon. mem. Card. Virili, est decisio 239.

R. P. D. MERLINO.

Romana Fideicommissi de Victorijs.

Die Veneris 14. Ianuarij 1628.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum qualiter probetur. A periti relatione, quando non sit recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Immissio potest dari iam possidenti per viam confirmationis possessionis.*
2 *Identitas probatur, si possessor sit successor illius qui aliàs bona possidebat si de noua acquisitione non doceatur.*
3 *Actus sequens præsumitur factus secundum præcedentem deliberationem, & tractatum, amplia n. 4.*
5 *Fabricasse quis cum effectu, ex quibus appareat.*
6 *A Periti relatione non est recedendum, si ille de communi partium consensu fuerit electus.*
7 *Probationes non tam exactæ requiruntur in antiquis.*

DECISIO CXXIX.

POST datam immissionem D. Marco Antonio vti
vocato ad fideicommissum Bernardini in possessio-
nem duorum Casalium Petræ latæ, & Sancti Proculi
prosequendo disputationem cœptam quoad alia bona,
dubitaui, An præsuppositis decisionibus in hac causa fa-
ctis, immissio pariter illi danda esset super ratis Pala-
tij de Victorijs olim inhabitati per q. R. P. D. Ioannem
Baptistam, & Petrum Paulum eius fratres, quam infor-
mantes pro ipso D. Marco Antonio ex iisdem rationibus
in dictis decisionibus deductis, ex quibus data fuit quoad
prædicta Casalia, dandam etiam quoad huiusmodi Pa-
latij ratas asserebant, saltem per † viam confirmationis 1
possessionis iam captæ iuxta tradita per Menoch. *de adi-
pisc. remed.* 4. *num.* 348. *cum seqq.* Verum quia tota diffi-
cultas in eo consistebat, An Palatium prædictum fuerit in
bonis dicti Bernardini fideicommittentis, ideò Domini pro
nunc firmarunt, constare de identitate domus magnæ an-
tiquæ, & domuncularum; An autem constructio dicti Pa-
latij noui facta fuerit à Bernardino, voluerunt, quod coa-
diuuetur probatio.

Fundamentum resolutionis fuit, quia ex laudo inter
dictum Bernardinum, & Petrum Paulum seniorem de
Victorijs lato per Ioannem Alberinum, & Iacobum Cre-
scentium de anno 1541. de quo in summ. num. 1. & ex
pluribus alijs enunciatiuis diuersorum antiquorum instru-
mentorum dicto summ. num. 3. & 6. & ex adnotationi-
bus, & partitis libri familiæ, cui sub die 9. Decemb.
1626. fuit iam firmatum fidem esse adhibendam, de qui-
bus in eodem summ. num. 5. iuncto etiam præsertim
testamento summ. num. 4. in quo dictus Bernardinus reli-
quit Petroleoni alteri eius filio cum duobus, vel tribus
equis, & duobus, vel tribus famulis commodam ha-
bitationem, constat eundem Bernardinum fideicom-
mittentem in Regione S Eustachij possedisse domum
magnam, in qua iohabitabat, & ex eodem libro fa-
miliæ, & quatuor publicis acquisitioonum, siue exem-
ptionum Instrumentis celebratis de anno 1524. die 8. Ia-
nuarij, & 12. Iulij, & de anno 1532. & 1534. vt in dicto
summ. num. 6. constat possedisse pariter in eadem Regio-
ne, & loco nuncupato *la Ciambella* septem alias domos
patuas cum calcaria, easque omnes fuisse tàm inter se,
quàm etiam cum dicta domo per Bernardinum inhabita-
ta, vicinas, & contiguas, vt patet ex confinibus, &
demonstrationibus in dicto libro, & in dictis instrumentis
assignatis, & expressis. Vnde cum domus magna, de
qua agitur, hodie nuncupata Palatium de Victorij, sit
posita in eadem Regione, & loco, ac per dictos Ioan-
nem Baptistam, & Petrum Paulum iuniorem dicti Ber-
nardini fideicommittentis descendentes pro dictis ratis ipsis
assignatis possessa fuerit, & hodie agatur contra haben-
tes causam ab eis, & de aliqua noua acquisitione † non 2
doceatur vtique ex eiusdem Bernardini successione habita
præsumitur iuxta tradita per Fulgns. *cons.* 145. Peregr. *de
fideicom. art.* 44. *num.* 22. *& seqq.* Fusar. *de substit. quæst.*
618. *num.* 45. Rota *decis.* 131. *num.* 5. *par.* 1. *& decis.* 407.
num. 4. *& decis.* 706. *num.* 2. *par.* 2. *recent. & fuit dictum
in hac causa sub die* 9. *Decembris* 1626. *& in Bononien. fi-
deicommissi de Desiderijs* 5. *Martij, &* 14. *Iunij* 1627. *co-
ram me.*

Et quod re vera sit eadem domus per Bernardinum,
vt supra possessa, & inhabitata per incorporationem ta-
men dictarum aliarum septem domorum contiguarum,
& calcariæ ampliata, & redacta ad formam Palatij, sa-
tis apertè deprehendi videbatur, Primò ex dicto Instru-
mento emptionis duarum ex dictis domibus factæ die 8.
Ianuarij 1524. in quo expressè dicitur, quod in illis erat
faciendum magnum ædificium, vnde cum hodie domus
prædictæ, & calcaria non extent, & in eodem loco di-
ctum Palatium, & sic magnum ædificium factum ap-
pareat, & per dd. Bernardini descendentes fuerit posses-
sum, verisimiliter est præsumendum, illud ex eisdem do-
mibus, & ex illarum incorporatione constructum fuis-
se in executionem † dictæ præcedentis deliberationis, & 3
tractatus ad *l.* 3. *§. verum ff. de manumiss. l. qui aliena, &
l. si is, qui portabat, ff. de acquir. hæred.* Crauet. *cons.* 91.
num. 9. Surd. *decis.* 288. *num.* 33. *& seqq.*

Maximè, quia Bernardinus superuixit † per triginta, 4
& vltra annos, obijt enim de anno 1556. vt in dicto summ.
num. 7. quo temporis spatio commodè potuit ædificium
conficiendo, quod decreuerat, & tractauerat executioni
demandare.

Secundò idem etiam suadetur ex dicto libro familiæ, in quo ab ipso Bernardino adnotata repetitur forma ædificij, & domorum incorporatio facienda, ibi, *Vn altra casetta innanzi alla nostra stalla, che confina con noi, quale insieme con l'altre case hanno da vscire al paro del muro di Maestro Nardo verso la strada publica cominciando dal fondamento della casa del cantone.*

Tertiò probatur ex dicto laudo, vt supra lato de anno

1541. summ num. 1. & 10. in quo fit expressa mentio muri noui per Bernardinum constructi, iuncta etiam adnotatione ab eodem facta in dicto libro familiæ de anno 1548.
in qua habetur, quòd ad dictam eius domum asportari fe-
5 cerat magnam calcis quantitatem, ex † quibus apparet,
ipsum cum effectu fabricasse.

Quartò, ex laudo clar. mem. Cardinalis Farnesij senioris, in quo fuit assignata Horatio patri ipsius D. M. Antonij, & fratrum de Victorijs rata dictæ domus magnæ, siue Palatij in loco, in quo calcaria erat ad vsum stabuli ipsius Palatij, cum expressione, quòd ipsa calcaria, seu stabulum esset annexa, seu annexum dictæ domui magnæ, ex quo sequitur, quòd eadem domus magna, siue palatium fuerat vsque tunc fabricatum in loco vbi erant dictæ domus, & quòd illi fuit etiam annexa, & incorporata dicta calcaria, cui aliæ domus erant contiguæ.

Quintò denique valde adminiculatur ex relatione periti electi per bon. mem. Signium, in causa diuisionis inter
dictos fratres de Victorijs vertente, qui retulit in ratis,
de quibus agitur, & toto Palatio adhuc extare parietes
antiquiores, eosque vnà cum solo ascendere ad valorem
6 scutorum tredecim millium, cuius periti † relationi est
credendum, cum ille de communi partium consensu fuerit
electus, Abb. *in cap. proposuisti num.* 4. & ibi etiam Felin.
num. 5. & 6. de probat. Rot. *decis.* 230. *nu.* 5. *& decis.* 531.
num. 1. *& decis.* 577 *num.* 8. *par.* 1. *recent.*

Ex quibus omnibus, & alijs deductis per informantes,
maximè simul iunctis, Domini satis constare censuerunt
de dictarum domorum per Bernardinum fideicommittentem possessarum identitate, & earundem in dicto Pala-
7 tio incorporatione, præsertim cum † simul in antiquis,
ideoque probationes tàm exactæ non requirantur, *cap.
cum causam*, & ibi Doct. *de probat.* Dec. *cons.* 146. *num.* 14.
Crauet. *cons.* 198 *num.* 2. Menoch. *cons.* 21. *num.* 32. Surd.
decis. 55. *num.* 12. & fuit dictum in præallegata *Bononien.
fideicommissi de Desiderijs 5. Martij & 14. Iunij* 1627. *coram me.*

Verùm quia licèt ex prædictis satis constet, & probatum remaneat Palatium ex domibus, vt supra per testatorem possessis, & in solo, & loco vbi illæ existebant fuisse constructum, & Bernardinum multo ante eius obitum illud fabricare tractasse, ac decreuisse, & vlterius etiam fabricam aliquam, ac nouum ædificium ibi confini fecisse, non tamen concludenter probatur totum dictum Palatium nouum cum omnibus suis membris, ædificijs, & ornamentis, quæ hodie in eo conspiciuntur, ab eodem Bernardino fabricatum, & perfectum fuisse, itaut aliqua saltem ex illis ab ipsius descendentibus fieri, seu perfici non potuerint: Ideo quatenus D. M. Antonius hoc probare contendat, Domini opus esse existimarunt, quòd dictas eius probationes coadiuuet, vt melius concludant.

Et ita decisum, ipso D. Marco Antonio tantùm informante, &c.

¶ Supra in eadem causa habentur aliæ decisiones sub diebus 10. Martij 1627. & 2. Iunij eiusdem anni coram eodem R. P. D. Merlino, sunt decisiones 47. & 77.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO DECANO.

Romana Pecuniaria.

Die Veneris 14. Ianuarij 1628.

A R G V M E N T V M.

Fructus, quando percipi possent absque aliqua vsurarum suspicione. Dominium, & possessio vt transferri non possit propter incertitudinem, requiritur, vt incertitudo versemur circa quotam, & locum.

S V M M A R I V M.

1 *Ex pecunis nihil percipi potest absque labe vsurarum.*

2 *Fructus rei fructiferæ percipi potest, donec realiter res tradatur, & num.* 14.

3 *Incertitudo loci, & quotæ impedit, quod dominium transferatur.*

4 *Fructus non debentur cessante dominio, & possessione.*

5 *Verba, assignarunt, dederunt, & tradiderunt, important dominij translationem.*

6 *Assignare idem est, quàm tradere.*

7 *Dominium fideicommissi reciproci potest transferri, non obstante pacto conuentionali.*

8 *Locus dicitur certus, quando certis finibus est terminatus.*

9 *Incertitudo omnis non impedit dominij, & possessionis translationem.*

10 *Surd. in cons.* 168. *nu.* 48 *lib.* 2. *intellectus.*

11 *Nec Dominium, nec possessio transfertur, quando res non subiacet periculo emptoris.*

12 *Incertitudo quando considerari non possit.*

13 *Dominium, & possessia nunquam transferri potuit de eo, quod numquam fuit assignatum, aut redemptum.*

15 *Vidua si sit tutrix, & curatrix filiorum suorum, præsumitur sibi satisfecisse de sua dote.*

16 *Vsuræ cessant, quando iarras satisfactia.*

17 *Indebitum plenè, & concludenter est probandum.*

18 *Hæres non potest venire contra fructum testatoris.*

19 *Filiæ, si sint relictæ hæredes à patre, ad eas æqualiter spectat lucrum quarti dotalis.*

D E C I S I O CXXX.

IAM fuerat relaxatum mandatum coram bon. mem. Remboldo Iudice deputato cum facultatibus A. C. ad instantiam Excellentissimæ Principissæ Flaminiæ, & pro summa scut. 9281. exequendum super bonis Gallicani, & Passarani possessis per Excellentiss. Ducem Petrum Franciscum Columnam, pro cuius vlteriori executione, cum actum fuisset coram Congregatione Baronum, & eædem exceptiones, quæ in disputationibus Rotalibus opponebantur, iterum opponerentur, & aliæ etiam de nouo excitarentur. Placuit eidem Congregationi dare dubium, An aliquid releuans per Excellentiss. D. Ducem deducatur, & illud in hoc sacro Tribunali examinandum remittere, quo hodie maturè discusso, censuerunt Domini nihil releuans fuisse deductum.

Visum enim fuit huiusmodi irreleuantiam sufficienter probari ex decisionibus Rotalibus in causa factis, in quibus apparet satisfactum omnibus obiectis pro parte Ducis excitatis, itaut mandata Rotalia pro summa in eis contenta remaneant iustificata.

Neque obstat, quòd dos Claricis consisteret in pecunia
nempè scut. 14. mill pro dote, & scut. 3500. pro lucro, &
seu quarto dotali eidem debito propter viri sui præceden-
tiam, & ea mortua nulli fructus quamuis conuenti de-
beantur, cum nihil † percipi possit ex pecunia absque 1
labe vsurarum, *c. salubriter de vsur.* Couarr. *lib.* 3. *var.
resolut. cap.* 1. *numer.* 3. *vers. sexto hinc etiam.* Afflict.
decis. 284. *numer.* 1. Honded. *cons.* 56. *num.* 3. *&* 32.
lib. 2.

Quia huiusmodi obiectum fuit excitatum in decisio-
nibus bon. mem. Remboldi 23. Ianuarij, & 9 Maij 1616.
& sublatum ex eo, quod scuta 720. promissa per filias Cla-
rici earum matri, non vti fructus dotales, aut in locum
alimentorum fuerunt promissi, sed tanquam fructus ter-
rarum eidem Clarici in satisfactionem sui crediti assigna-
tarum, qui propterea semper, vt vsquequo † terræ pro- 2
missæ realiter tradantur solui debent ex æquitate *l. curabit C. de action. empt.*

Et prædicta responsio cessare non videtur ex replicatio-
ne data, quòd scilicet per assignationem factam de tenu-
ta Passarani, & rubra 1 . 0. terræ eidem Clarici per filias
suas in concordia anni 1582. non fuerit translatum ali-
quod dominium propter † incertitudinem loci, & quotæ 3
bonorum assignatorum Gabr. *cons.* 64. *numer.* 3. *&* 4.
lib. 1. Menoch. *cons.* 222. *numer.* 50. *&* 51. & cessan-
te dominio, & possessione fructus compensatiuos † 4
non deberi, dum subtrahitur periculum omissionis
corun-

eorundem fructuum propter dominij incertit udinem Cuman. *conf.184.in princ.* Alex.*conf.121.num.2.lib.4.* Surd.*conf.568.n.48.lib.2.* Rot.*dec.58 n.5.p.2.diuers.*
Quia certum est, quòd filiæ in concordia anni 1582. trã-
stulerunt dominium tenutæ Passarani, & rubrorũ 100. ter-
5 ræ in Claricem matrem per verba importantia dominij †
translationem, ibi, *assignarunt, dederunt, & tradiderunt, ex*
nunc, dum, & quando ipsis legitima assignata fuisset, iuxta
decisiones Rotales, & alias omni meliori modo, prout de
verbo dederunt est *tex.in §. sit itaque instit. de act.* Capic. *de-*
cis. 180. *num* 21. Rimin. Iun. *conf.* 274. *num.* 62. *lib.* 3. Surd.
decis. 166. *num.* 16. & de verbo assignare Bart. *in l. si constan-*
te, num.93. ff. solut. matrim. Menoch. *conf.* 201. *n.6.* Soccin.
Sen. *conf.9.num.20.lib.* 1. & idem dixit Rota *in Bononien. de*
Lambertinis 8. Nouemb præteriti coram me, & idem fit as-
6 signare, † quod tradere est textus *in clem final. §. penult. de*
vita, & honest. Cleric. & vtrumque significare dominij trans-
lationem, expressè firmatur vbi subiecta materia non re-
pugnat in *l. cum pater §. pater pluribus, ff. de legat.* 2. & po-
tuerunt dominium transferre, ex quo non obstante pacto
7 conuentionali super † reciproco fideicommisso inter Ale-
xandrum Sciarræ patrem, & Stephanum de Columna fue-
rat decisum *16. Octobris* 1579. *coram Cardin. Seraphino* Le-
gitimam eisdem sororibus deberi in bonis patris, quæ erant
Castrum Gallicani, & Tenuta Passarani, & domus in
Vrbe: vnde sicuti de dominio filiarum, & quota in bonis
patris ratione legitimæ dubitari non poterat, ita nec etiam
de valida translatione ratione loci, & quotæ ab eis-
dem facta, quia respectu loci tenuta Passarani, & ru-
8 bra 100. terræ † erant certa, ex quo certis finibus ter-
minantur, ratione verò quotæ idem est dicendum,
quia tenuta Pasarani, & rubra 100. terræ fuerunt
æstimata in eodem instrumento concordiæ in summa
scut. 30. mill. & pro concurrenti quantitate data in-
solutum, quæ concurrens quantitas, & sic rata portio
succedit loco quotæ, cum possit in partes diuidi respectiuè
ad pretium tenutæ iam firmatum, & ita pro indiuiso ac-
quiri, & possideri, *l. locur, ff de acquir. possess. l. quæ de to-*
ta †. incertæ, ff. de rei vendic. Berou. *conf.* 158. *num.* 1. *vol.* 1.
9 dicens, non omnem † incertitudinem impedire acquisitio-
nem dominij, & possessionis, sed dumtaxat, quæ est in-
certa ratione loci, & quotæ per *l tertiam, §. incertam, ff. de*
acquir. possess. propterea non obstant Doctores supra alle-
10 ganti, & signanter Surd. † *conf.* 168 *num* 48. *lib.* 2. quia po-
nunt casum, quando vendita sunt triginta iugera vnius
prædij maioris quantitatis: nam quia locus, vbi iugera
determinari, & capi debeant in prædio vendito est incertus
ratione loci, & quotæ non expressæ, nec per consequens
11 potest subiacere periculo emptoris, tunc dominium † non
acquiritur, nec possessio transfertur, Tiraquel. *de constit.*
possess. par. 3. *limit.* 19. Olasc. *decis.* 34 *num.* 23 Berou. *conf.* 166.
num 14 *lib.* 1. secus autem, vt in præsenti, in qua Claria
pro indiuiso effecta fuit Domina tenutæ, & rubrorum 100.
pro rata portione, quæ diuidi poterat iuxta quotam con-
currentis quantitatis scutorum 17500. debitorum pro dote,
12 & quarto dotali, & vlterius hæc incertitudo † nunquam
considerari potest respectu rubrorum 100. terræ, quæ de
per se stare possunt, & certa sunt tanquam in redemptione
facta per Sciarram nunciata. Neque dicatur, quòd domi-
nium ad hunc effectum dici non possit translatum in Cla-
ricem, postquam filiæ tradiderunt, assignarunt, & dede-
runt ex tunc dum, & quando ipsis fuisset assignata legiti-
ma in tenuta Passarani, & in rubris 100. terræ, quæ assi-
gnatio cum non fuerit tanquam effectuata, quinimò in
transactione cum Duce Prænestino, & Iulia data fuerit ei-
dem Duci, nunquam potuit dici assignata pro legitima,
neque tunc, nec ex post, quando fuit redempta per Mar-
tium Columnam, postquam sibi acquisiuit iuxta resolu-
tionem *coram bo.me. Vbaldo factam 26. Iunij* 1623. vt prop-
13 terea de eo, † quod nunquam fuit assignatum, aut redem-
ptum dominium, aut possessio transferri potuerit,
Tiraquel. *de constit. possess. part.3. ampl.* 31. *& limit.* 19.
num 4.
Quia ex eadem concordia inter filias, & Claricem vide-
tur tolli obiectum, ex quo legitur conuentum, quod in
satisfactione dotis, & donationis propter nuptias assigna-
bat Clarici tenutam Passarani, & rubra 100. terræ nedum
tunc, & prout quando fuisset illis assignata pro eorum
legitima, sed etiam in euentum, in quem tenuta, &
rubra 100. illis remanerent, quod postea contigit ex quo
Iulia semper possedit tenutam Passarani, & rubra 100. re-
dempta, & quamuis hæsitari possit *ex decis. supradicta co-*
ram bo. me. Vbaldo, quòd tenuta Passarani non remanserit
ipsis filiabus, attamen de rubris 100. terræ per Sciarram
redemptis dubitari non potest, quorum fructus † suffi- 14
ciunt pro quantitate interim promissa in recompensatio-
nem fructum rei propriæ Claricis per Iuliam perceptorum
iuxta terminos *l. curabit. C. de act. empt.* non autem ratione
conuentionis super debito pecuniario, quod per assignatio-
nem bonorum remanserat extinctum.
Secundò principaliter opponebatur, creditum dotale
Claricis, & lucrum pariter fuisse indebitum super quo as-
signatio, & dominij translatio bonorum fundari non pote-
rat, dicebatur enim Claricem † vti tutricem, & curatri- 15
cem filiarum suarum ex amplo patrimonio administrato
præsumi de sua dote satisfactam per *l. quoties §. sicut autem*
ff. de administr. tut. Afflict. *decis.* 13. *num.* 16. Surd. *conf.* 290. *nu.*
33. *& de alim. tit.3. quæst. 7. num. 22.* & vbi intrat † satisfa- 16
ctio cessant vsuræ Soccin. Sen. *conf.* 126 *num.* 5. *vol.* 1. Surd.
de alim. d. tit. 3. quæst. 7. num. 16. *& conf.* 365. *num.* 2. respectu
verò lucri dotalis statim mortua Clarice fuisse extinctam
ex conuentione in eadem concordia anni 1582. & in eadem
specie bonorum, vt libera post mortem Claricis ad filias
rediret.
Cæterum quoad creditum dotale ex præsumptione sa-
tisfactionis deductum visum fuit cessare obiectum, quia
Clarix non egit, nec hodie illius hæredes agunt contra
filias patris hæredes pro recuperatione dotis; ita ut illius
sufficiat pro fundamento intentionis excipere de satisfa-
ctione ex præsumptione inuentarij, quod solet probare
contra tutorem, sed hæredes Iuliæ contendunt dotem
iam restitutam, & indebitè solutam, & esse probatam
præsumptione supradicta, quæ non sufficit, sed † indebi- 17
tum plenè, & concludenter probandum est *l. cum de inde-*
bito, ff. de probat. Castr. *conf.* 123 *num.* 1. *part.* 2. Rota Ianuen.
decis.3.num.2. & 5.num.4. & idem censuit Rota *in Romana re-*
petitionis indebiti 4. Martij 1616. coram Patriarcha Pamphi-
lio, & probatum adhuc non releuaret, quia Clarix in suo
testamento declarauit se creditricem scut. 720. annorum,
cuius cum tàm Iulia, quàm Excellentissima Domina
Flaminia extiterint † hæredes, contrarium probare non 18
possunt *l. cum à matre C. de rei vendic.* Soccin. Sen. *consil.*
249 *num.29.lib.2.* Dec.*conf.*184.*num.* 11. & per eandem ratio-
nem tollitur aliud obiectum de lucro dotali cessante mor-
tua Clarice; quia cum tàm Iulia, quàm Excellentissi-
ma Domina Flaminia fuerint hæredes Sciarræ eorum pa-
tris, † ad quem lucrum dotale reuolabat, æqualiter in bo- 19
nis patris remanserunt dominæ illius quarti dotalis, quod
etiam fuit ponderatum in *decis. 9. Maij* 1616. *coram bon.*
mem. Remboldo, & in decis. 19. Iunij 1617. coram Archiepisc.
Seleucien.
Et ita &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO DECANO.

Romana nominationis Puellarum.

Die Veneris 19. Ianuarij 1628.

A R G V M E N T V M.

Executores testamentarij, si plures fuerint relicti, tunc si nonnulli ex istis sint negligentes ad exequendam voluntatem testatoris, tunc deuolutio non fit ad superiorem, sed ad consortes, quibus ius aliorum accrescit.

S V M M A R I V M.

1 *Testamento semper inhærendum est quantum fieri potest.*
2 *Executore valente exequi, si non impleat munus suum, perdit facultatem sibi à testatore concessam.*
3 *Executoris testamentarij officio cessante, Iudex causæ, ad quem legis auctoritate deuoluitur hoc officium, ipse potest alios in hoc subdelegare.*
4 *Et tunc ista deuolutio non fit, quando testator fecit plures executores, & nonnullis intimatio iudicialis facta non fuit ad exequendum suum officium.*

*Nam tunc illius ius aliorum propter negligentiam amis-
sum, accrescit. num 4.*
5 *Executorum testamentariorum negligentia stante, tunc
deuolutio fit ad superiorem.*
6 *Adimpleuisse non dicitur, qui in tempore non adimpleuit,
vide num. 8.*
7 *Mora facti incerti purgari non potest pendente contro-
uersia.*

D E C I S I O CXXXI.

IN concursu nominationum puellarum ab hæredibus
Alexandri Parabiacchi, & Confraternitatis S. Rocchi
respectiuè factarum, dubitatum fuit, Quæ nominatio suf-
fragetur, & factam ab hæredibus suffragari, non autem à
Custodibus, fuit resolutum.

Quia hæredes fundant eorum intentionem in testa-
mento eiusdem Alexandri, in quo cautum est, quòd no-
minatio puellarum, & approbatio fieri debeat per hæredes
1 descriptos, † cui semper inhærendum est quantum fieri po-
test, *cap. porrò de priu. l. ita stipulatus, §. Chrysogonus, l. si quis
stipulatus sit stichum, ff. de verb. oblig. l. fideiussores magistra-
tuum, § pro Aurelio, ff. de fideiussor.* Castr. *cons.* 164. *n.* 2. *p.* 2. &
ex alijs fuit comprobatum in decisione huius causæ 27.
Nouembris 1624.

Neque obstat, quòd Custodes non prætendant directè
nominationem puellarum ad eos spectare: dum in testa-
mento clara legitur concessio facta hæredibus, eaidem no-
minandi, & iam fuerit resolutum testamentum in eum
sensum esse intelligendum; sed ob contumaciam hære-
dū, qui interpellati fuerunt die 3. Iulij, & 14. Augusti 1625.
ad nominan. puellas pro maritagijs annorum 1623. 1624.
& 1626 nec curarunt in termino nominare; inde succedit
2 regula † executore valente exequi, si non implet munus
suum perdit facultatem sibi à testatore concessam, Bart. *in
l.* 1. *n.* 7. *& in l. cum quidam, n.* 7. *ff. de l.* 2. Muhed. *dec.* 18. *de re-
munt.* cum alijs allegatis per Gratian. *discept.* 239. *nu.* 10. &
eo casu potuisse iudicem causæ, ad quem legis auctorita-
3 te deuoluitur facultas nominandi, cessante † officio exe-
cutoris subdelegare Custodes pro eadem nominatione fa-
cienda, Alex. *in l.* 1. *num.* 5. *&* 6. *ff de leg.* 2. Bald. *l. nulli, num.* 8.
C. de Episc. & Cler. & prout factum fuit in vim decreti
iudicialis, per quod translata fuit facultas nominandi in
Custodes.

Quia fuit responsum, quod cum Ius nominandi fuerit
per testatorem concessum, nedum hæredibus nominatis,
sed etiam filijs Ioannis Baptistæ hæredis tam masculis,
quàm fœminis, & intimatio iudicialis non legatur
facta dictis filijs, deuolutio fieri non debet ad Iudi-
4 cem, vel Episcopum; sed † ad consortes, qui per ne-
gligentiam illorum, iure nominandi priuati non sunt, &
quibus ius aliorum accrescit, *c. religiosus, §. sanè de testam.
in 6.* vbi Ioannes Andr. Franc. Gemin. Bald. *in d. leg. nulli,
num.* 15 *C. de Episc. & Cler.* Aret. *cons.* 92. *nu.* 3. Gratian. *di-
scept.* 522. *num.* 2. *&* 812. *num.* 1. *& seqq.* Tiraq. *de retract. li-
gnag. §.* 24. *glos. vnica, num.* 10.

Secundò fuit etiam dictum, si daretur casus negligen-
tiæ in omnibus vocatis ad nominationem; non tamen de-
uolutio nominandi fieret ad Custodes: sed ad Superio-
5 rem, † nempè Illustrissimum Protectorem, quatenus es-
set loco Ordinarij, vel ad Illustrissimum Vicarium Vrbis,
*cap. quanquam, & c. si compromissarius, de elect. in 6. cap. cum
singula in fin. de præbend. eod. lib. 6.* Lap. *allegat.* 66. *num.* 6.
Garz. *de benef. par.* 10. *cap.* 3. *n.* 1. atque ita corruente no-
minatione custodum defectu potestati nominandi, re-
manet firma nominatio facta per hæredes sub die 20.
Septembris 1625. quæ puellis nominatis suffragari de-
bet.

Neque dicatur, quòd illa facta fuerit in vltimis diebus,
ex quo maritagium erat faciendum in die 25. Septembris;
nec tam breui tempore puellæ poterant visitari, & appro-
6 bari, ita ut † nec adimpleuisse dicatur qui in tempore non
adimpleuerit, Surd. *cons.* 3. *num.* 12. Marsf. *sing.* 431 cum
alijs allegatis.

Quia si de nominatione facienda pro annis 1623. & 1624.
agatur iam patet fuisse controuersum modum faciendi de-
7 positum; vt ex decisione causæ videri potest, qua † contro-
uersia pendente non poterat purgari mora facti incerti,
Anchar *cons.* 235. *num.* 2. si verò de vltimo anno 1625. con-
tendatur; non probant Custodes, quod hæredes se adeò
arctauerint, & astrinxerint in tempore, quo visitatio, &
approbatio fieri debebant; ità vt propter † impedimenta 8
prædicta adimpleuisse dici non possint. Dec. *in cap. ex ratio-
ne, num.* 16. *de appellat.* Ægid. *dec.* 85. *vers. circà primum.*

Et ita, &c.

Infra in eadem causa adest alia decisio sub die 24. Nouem-
bris 1628. coram eodem Reuerendiss. Pirouano Decano,
est decisio 213.

R. P. D. M E R L I N O.

Burgi S. Sepulchri Beneficij S. Ioan. Baptistæ.

Die Lunæ 24. Ianuarij 1628.

A R G V M E N T V M.

Beneficium fuisse effectualiter permutatum ex quo appareat, & ad hunc effectum, qualiter probetur possessio. Et an permutatio beneficij modici valoris substineatur, & an publicatio requiratur in resignatione, & permutatione beneficiorum.

S V M M A R I V M.

1 *De permutatione effectuali benè dicitur constare ex litte-
ris Apostolicis desuper confectis.*
2 *Fraus de iure non præsumitur interuenisse, donec de con-
trario non doceatur.*
3 *Ius acquiritur in re ex prouisione Apostolica, etiam ante
adeptam possessionem amplia n. 4.*
5 *Beneficij possessio ad effectum permutationis, qualiter suf
ficit, vt probetur, & hoc casu quamdiu requiritur, vt
quis remaneat in possessione, n. 17. & 18*
6 *Ius habens in re, etiam nondum adepta possessione, potest
cum alio permutare.*
7 *Beneficij collatio, ex quibus appareat; quod facta
fuerit.*
8 *Beneficium nullius, vel modici valoris si permutetur, non
tenet permutatio.*
9 *Beneficium de iure non præsumitur nullos habere fru-
ctus.*
10 *Beneficiorum inæqualitas non obest, quando sumus in per-
mutatione, & resignatione facta coram Papa, secus
si coram Ordinario.*
11 *In Beneficiorum permutatione, quis potest sibi reseruare
aliquam annuam pensionem, vt hoc modo beneficia re-
ducatur ad æqualitatem.*
12 *Beneficiorum resignatio, & permutatio sine publicatione
non substinetur.*
13 *Et ista publicatio probari potest ne dum ex instrumento
per Notarium confecto, sed etiam per testes.*
14 *Beneficij publicationem, vt testes probent, quid depone-
re debent.*
15 *Beneficij publicatio est necessariò facienda intra tempus
à Constit. Greg. XIII. præfixum.*
16 *Beneficij possessio accipi debet intra tempus sex mensium
datum ad publicandam.*
19 *Testes, quando sunt singulares, & deponunt genericè non
probant.*

D E C I S I O CXXXII.

EMANARVNT in hac causa D. Octauio tantum in-
formante, duæ decisiones, in quarum prima die 4. Iu-
lij 1625. fuit resolutum, Beneficium, de quo agitur, non
esse adiudicandum D. Iulio Cæsari Busalino; In secunda
verò die 25. Maij 1620. fuit dictum illud adiudicandum es-
se dicto D. Octauio. Verùm quia posteà D. Busalinus pe-
tijt super resolutis audiri; Proposui dubium; An esset re-
cedendum à decisis.

Et contra primam decisionem dicebatur, Gratiam D.
Busalini quoad clausulam illam (attenta permutatione
huiusmodi quatenus vera, & Canonica existat) esse iusti-
ficatam, quoniam de consensu ab vtroque permutante
præstito, & de ipsa effectuali † permutatione satis con- 1
stat ex litteris Apostolicis desuper expeditis, Autun. An-
gost. *in epitom. super regal.* 53. *num.* 1. Caputaque *decis.* 120.
qu. 1. Put. *decis.* 452. *l.* 1. & quod fuerit vera, & Canonica,
nulla-

a nullaque † fraus intercesserit, probatur ex tritis præsum-
ptione, cum de contrario non doceatur, vt per Anchar.
cons. 385. num. 4. vers. Item allegant, & dicenti. Gamb. *in tr.
de permut. benef. num. 18 & 20.* Menoch *de præsumpt. lib. 6.
præsumpt. 78. num. 2. 3. & seqq.* Garz. *de benef. par. 11. cap.
4 num.* 100.

Prout etiam eadem gratia iustificata pariter dicebatur
quod aliam clausulam (quod ex permutatione nullum ius
acquiratur, nisi permutantes in beneficijs ius habuerint)
nam quod Dondolellus de tempore resignationis, & per-
mutationis ius habuerit in beneficio, de quo agitur, est in
confesso apud partes: quod autem Bufalinus similiter ius
habuerit in Capellania sanctæ Mariæ in Ecclesia sanctis-
simæ Trinitatis Militen. constare dicebatur ex prouisio-
3 ne † fel. rec. Pauli V. pro illius parte acceptata, per quam
regulariter acquiritur ius in re, etiam ante adeptam posses-
sionem *cap. si tibi absenti de præben. n 6.* vbi Franc. *num.* 3.
Rebuff. *in praxi super reg. de non tollen. iur. quæsit. gloss. 6. nu.*
38. Couar. *variar. resol. lib. 3. cap. 16. num. 3. & 5.* cum alijs per
Garz. *de benefic. p 4. cap. 2. n* 1.

4 Maximè quia fuerunt etiam desuper † expeditæ litteræ
vt in Summ. Bufalini num. 3. ex congestis per Garz. *vbi su-
pra num 10. 11. & seqq.* & vlterius etiam Bufalinus dictæ
Cappellaniæ possessionem fuerat adeptus, vt deponunt te-
5 stes dati in dicto Summ. num. 4. quæ iuncta cum † com-
muni reputatione sufficit ad effectum, de quo agitur, Rot.
decis. 4. de rerum permut in nou Capell. Tolos. *decis.* 467.
Boer *decis.* 205. *num.* 5. licè hoc non fuisset necessarium,
6 cum habens † ius in re, etiam nondum adepta possessione,
possit cum alio permutare, vt post Franc. *in c. 1. de rer. per-
mut in 6 num.* 16. & ibi etiam Gambar. *nu.* 86. Prob. ad Mo-
nach *in cap. licet Episcopus, n. 6. de præben.* & alios cumulat
Garz. *dicta p. 11. cap. 4. n.* 15

Accedente etiam quod dicta Cappellania, vti vacans
per liberam resignationem à d. Bufalino factam in mani-
bus Papæ, ex causa tamen permutationis huiusmodi, fuit
concessa dicto Dondolello, & posteà per cessionem ab eo-
dem Dondolello factam, & admissam, fuit collata Fœli-
ci Oldouino, qui successiuè etiam illius possessionem ac-
7 cepit, d. Summ. num. 5. ex quo apparet † collationem ipsi
Bufalino factam, & eiusdem resignationem fuisse effectua-
tam iuxtà *cons.* Oldrad. 229. Seraph *decis. 293. num 1. & de-
cis. 337. num 2. &* Rota *decis. 360 num. 6 & decis. 423. num.
2. par. 2. recent.* & sic ipsum ius in ea effectualiter habuis-
se.

Neque etiam obstare dicebatur, quod d. Cappellania
8 † sit nullius, vel modici valoris, & dicatur Beneficium de
pertica, ideoque permutatio non valuerit, attenta Con-
stitutione Pij V. in veteri Bullar. 144. Quoniam ad hunc
effectum necesse est, quod Beneficium sit fictum, & aere-
9 um, nullos † fructus habens, quod de iure non præsumi-
tur ad not. per Felin. *in cap. cum accessissent, num.* 2. Dec. *nu.
42. de Constit.* Gamb. *de potest. legat. in verb. n.* 28. Imò id satis
excludi videtur ex dicta resignatione facta ad fauorem Ol-
douini.

10 Nec ipsorum Beneficiorum † inæqualitas obesse potest,
cum simus in resignatione, & permutatione facta, non co-
ram Ordinario, sed coram Papa, qui de ipsa inequali-
11 tate notitiam habuit, eaque attenta reseruauit annua †
pensionem scut. 60. ad fauorem Dondolelli, vt hoc modo
ad æqualitatem quodammodo reduceretur, iuxtà tradit.
per Franc. *in cap. 1. num. 12. in fin. de rer. permutat.* Anchar.
cons. 388. num. 56. & 279. num. 1. Dec. *cons. 141. numer 3. &
consil.* 210. *num.* 2. & 5. Paris. *de resignat. benef. lib. 6. quæst. 2.
num.* 18.

Verum Domini licet ex prædictis visum fuerit cessare
ea, quæ in decisione dicuntur de non iustificatione dicta-
rum clausularum, & de valoris modicitate, nihilominus
adhuc censuerunt standum esse in decisis ex duobus alijs
ipsius decisionis fundamentis, defectu scilicet publicatio-
nis, & continuatione dicti Dondolelli in possessione istius
Beneficij, vsque ad tempus contracti matrimonij.

Nam, cum D. Bufalinus agat ad canonizationem suæ
gratiæ debet docere de resignatione, & permutatione va-
lida, & sic de legitima illius publicatione iuxta Constitut.
12 fel. rec. Greg XIII. sine qua † resignatio, & permutatio
ipsa non subsistit Garz. *de benef. par. 11. c. 3. numer* 299. 301.
& 305 & fuit dictum in *Hispalen Corduben. beneficiorum 15
Decembris 1600. coram Cvrdin. Lancellotto, & in Bracaren.
beneficij 17. Martij 1621. coram bo. mem. Remboldo* de qua
tamen valida publicatione doctum non fuit; quamuis
enim illa probari possit, † ne dum ex instrumento 13
per Notarium confecto, sed etiam ex testium depositio-
nibus, vt fuit dictum in *Abulens. Canonicatus 16. Iunij
1589. coram Gypsio, relat. per* Paris. *de resignat lib. 11. quæst.
6. num. 69. & quæst. 14. num. 48.* per Garz. *de benef. part. 7.
cap. 1. num. 47 & dicta part. 11. cap. 3. num.* 303. nihilominus
visum fuit testes examinatos pro parte Bufalini, illam
non probare, cum non † deponant de publicatione facta 14
alta, & intelligibili voce in Ecclesia intra Missarum sole-
mnia, cum expressione qualitatis, & inuocatione Benefi-
cij, & nominum, & cognominum permutantium, &
cum alijs requisitis iuxtà formam Gregorianæ Constitu-
tionis.

Et multò minus probant † publicationem fuisse factam 15
intra tempus ab eadem Constitutione præfixum, prout
necessariò requiritur, ex adductis per Paris. *de resignat. lib.
11. qu. 7. num. 62. cum pluribus seqq. &* Garz. *d. cap. 3. n.* 304.
Imò potius constat de contrario, cum litteræ fuerint datæ
de anno 1618. & fuerint præsentatæ Vicario de anno 1620.

Præterea nec etiam fuit probatum Bufalinum intra
tempus sex mensium, datum ad publicandum, dicti † Be- 16
neficij possessionem accepisse, vel saltem instanter, & co-
pulatiuè cum petitione executionis litterarum petijsse,
prout iuxtà formam dictæ Constitutionis peti debet, vt
fuit dictum in *Aretina Commendæ 16. Februarij 1596 coram
Litta, & in Zamoren. beneficij de Morales 28. Iunij eiusdem
anni coram Corduba*, relata per Garz. *d. cap. 3. num.* 300. &
321. Imò apparet Dondolellum post permutationem sem-
per permansisse in possessione vsque quo contraxit matri-
monium, ex quo satis etiam constat permutationem ip-
sam non habuisse effectum, ea allegat. in decis.

Neque obstat quod Dondolelius † non remanserit in 17
possessione per triennium iuxtà *alleg. Lap 89 & decis.* Put.
106. *lib.* 3. quoniam hoc procedebat ante dictam Constitut.
Greg. de public. vt Lap. & Put. loquuntur, stante autem
dicta Constitutione, non potest amplius considerari trien-
nium, sed sufficit possessio minoris temporis intra datum 18
ad publican. arbitrio iudicis, vt tenuerunt per multi Do-
ctores, quos allegant Adden. *ad Lap. vbi supra littera L. &*
Menoch. *de arbitr. Iudic. lib. 2. cas* 39. *nu.* 2.

Nec visum fuit obstare, quod dicebatur, Bufalinum
fuisse impeditum, legitimam publicationem tempore de-
bito facere, & dicti beneficij possessionem adipisci. Tum
quia testes dati in Summatio Bufalini num. 2. sunt † sin- 19
gulares, & deponunt satis genericè, & sic allegatum ali-
quod impedimentum non probant: præsertim tale quod
adhibita diligentia remoueri non potuerit, prout requiri-
tur Caputaqu. *dec. 27. num. 6. par.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.
118. nu.* 7. Tum etiam quia dicta Constitutio Gregorij dat
formam circa id, quod est agendum stante impedimen-
to.

Et ex his vtraque parte informante fuit resolutum stan-
dum esse in decisis sub die 4. Iulij 1625. super alia verò deci-
sione emanata sub die 25. Maij 1626. Domini voluerunt,
quod particulariter videatur.

* Est decisio 15. supra in hac parte. Vbi alias decisiones in
hac causa annotaui.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana, seu Carthaginen. Pensionis.

Die Lunæ 24. Ianuarij 1628.

ARGVMENTVM.

Obligans se ad aliquid faciendum, aliàs quod
vult teneri ad omnia damna, si non adim-
pleat, ad quid teneatur Capitulariter quan-
do aliquid faciendum erat, vt rectè di-
catur factum, quid requiratur. Natu-
ra Obligationis Cameralis est vt omnia
etiam incidenter narrata comprehen-
dat.

S V M M A R I V M.

1 *Obligans quis se ad aliquid faciendum, aliàs teneri volens ad omnia damna, &c. si illud non adimpleat, loco damnorum tenetur ad solutionem principalis solutionis.*
2 *Confessio nocet confitenti.*
3 *In possessione exigendi possessionem, quando quis est, non est necessaria exhibitio beneplaciti, & litterarum.*
4 *Debitor suscipiens terminum, videtur debitum agnouisse.*
5 *Ad factum præcisè quis tenetur propter iuramentum, & num. 6.*
7 *Capitulum, quando aliquid debet facere, vt illud sit validum, omnes de capitulo debeat vocari, & debent interuenire duæ partes ex tribus.*
8 *Soluere, quis præsumitur in vim propriæ obligationis.*
9 *Narratiua est pars gratiæ.*
10 *Obligationis Cameralis natura est, vt trahatur ad omnia etiam incidenter deducta, & enunciata.*

DECISIO CXXXIII.

DE anno 1615. fuit inita concordia inter administratores Seminarij Mussiæ Carthaginen. Diœc. Ioannem Lopez, & D. Tiberium de Caualerijs, in qua fuit conuentum, vt præpositus, & administratores dicti Seminarij consentirent reseruationi pensionis scut. 60. auri in auro soluendæ dicto Tiberio super fructibus Beneficij, super quibus iam fuerit ipsi reseruata altera pensio scutor. 140. auri in auro, prout effectualiter mediante D. Petro Marzal eorum Procuratore consenserunt, & pro maiori dicti D. Tiberij assecuratione dictus Petrus Marzal non vti Procurator, sed nomine proprio promisit exhibere mandatum dd. Præpositi, & administratorum magis sufficiens ad consentiendum d. pensioni, aliàs teneri voluit ad omnia damna, &c. fuit posteà huiusmodi pensio scut. 60. vnà cum altera pensione dictorum scut. 140. per plures annos soluta absque vlla contradictione à præfato Marzal, qui postmodum, & iudicialiter post susceptionem termini, plures illius terminos soluit, sed cum duos vltimos persoluere recusaret, pro ijs ab A. C. fuit relaxatum mandatum, à quo fuit appellatum, & causa per signaturam mihi commissa dubitaui, an dictum mandatum esset reuocandum, & DD. negatiuè responderunt, quia de illius validitate, & iustitia visum fuit constare.

De validitate enim constat ex reuolutione processus, in quo reperiuntur seruata omnia substantialia ad validitatem.

Non obstat, quòd non fuerit extensa obligatio Cameralis secundùm stylum, quia contrarium deregitur ex facto dum dictus Petrus fuit citatus ad dicendum contra iura, in qua citatione adest etiam, necnon videndum per Dominum mandari extendi formam Cameræ in iuribus productis appositam, iuxtà stylum Curiæ, & deinde facta comparationem per procuratorem fuit obtentum admitti iura si, & in quantum, restitui, & extendi, vt supra, vt apparet ex processu transport. fol. 35.

De iustitia etiam visum fuit constare, quia cum Petrus
non exhibuerit magis sufficiens mandatum, consensum,
& ratificationem iuxtà formam suæ obligationis, clarum
1 est intrare ipsius obligationem, & † sic loco damnorum, ad
quæ se obligauit, teneri ad solutionem pensionis annuæ
scutor. 200 auri Ruin. *cons.* 541. *num.* 9. *prope fin. lib.* 1. Rimin. Sen. *cons.* 297. *num.* 10. 11. & 12. *lib.* 2. Rota *decis.* 741. *num.* 1. *part.* 1. *diuers.* & fuit dictum in *Perusina dotis* 5. *Decembris* 1607. *coram Ottemberga apud Marchesan. de Commiss. lib.* 1. *fol.* 588.

Non obstat, quòd non fuerit obtentum beneplacitum
Apostolicum, nec fuerint expeditæ litteræ, tum quia contrarium colligitur ex Cedula Bancaria facta per dictum
Petrum, ibi, COME PER LA GRATIA, E BOL-
2 LE SOPRA DI CIO SPEDITE, quæ propria †
confessio ei nocet, *l.* 1. *C. de Confess.* Rot. *coram sanct. mem.*
Greg. XV. decis 105. *num* 24. & alias sæpissimè; Tum quia
cum D. Tiberius sit in possessione exigendi pensionem ab
3 ipso Petro, † non erat necessaria exhibitio beneplaciti, &
litterarum, Garz. *de benef. par.* 1. *c.* 5. *num.* 446. & fuit dictum in *Anconitana Pensionis* 15. *Iunij* 1585. *coram bon. mem.*
4 *Card. Platta*; Tum etiam, quia adest † susceptio termini
cum solutione ad *tex. in l. ad solutionem*, & ibi *gloss. C. de re*
iudic. Rota *decis.* 773. *num.* 5. *par.* 2. *recent.* & in omnem casum dictus Petrus non posset opponere de non adimplemento quoad hoc, quia, cum non obtinuerit dictam ratificationem, ipse fuit in causa, cur non potuerit obtineri beneplacitum Apostolicum, quod non poterat concedi, quin
prius constaret de voluntate Seminarij, & sic antequam
obtineretur ratificatio, & ideò † præcisè tenetur pro dicta 5
ratificatione saltem propter iuramentum, *glos. in l. si pecuniam, in verb. necesse habeas, ff. de cond. caus. dat.* Mant. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 32. *num.* 4. Gabr. *concl.* 8. *num.* 1. & 2. *de iureiurand.*

Non obstat, quæ deducuntur ad demonstrandam sufficientiam primi mandati per dictum Petrum exhibiti, quia
dictum mandatum fuit insertum in instrumento concordiæ, & nihilominus pro maiori cautione D. Tiberij
conuentum fuerit de ratificatione obtinenda per Petrum
Marzal mandatum illud primum qualecunque † fuerit, 6
non suffragatur, nec releuat dictum Petrum à dicta ratificatione obtinenda, vt fuit dictum in *Ba. Bonor. de Sauonantijs Veneris* 15. *Decembr.* 1566. *coram Illustriss. Cardin. Millino*, & vlterius validitas dicti mandati erat admodum dubia, quia fuerat factum tantùm à Præposito, & aliquibus
Administratoribus, cum promissione de rato, & datione
votorum pro absentibus, quod fieri non poterat ex quo † 7
omnes de Capitulo debebant vocari, & debebant interuenire duæ partes ex tribus, *l. nominationum, C. de Decur. l.* 10. Alexand. *cons.* 195. *num.* 4. *lib.* 7. Gratian. *discept.* 933. *num.* 2. & ita plurimum intererat D. Tiberio, vt dicta ratificatio interueniret, sine qua non poterat agere contra Seminarium ad solutionem d. pensionis.

Nec releuat, quod ex subsequentibus solutionibus dictæ
pensionis tacitè resultauerit promissa ratificatio Præpositi
& Administratoris, quia vltra quam quod Petrus semper
soluit, & præsumitur soluisse † potius in vim propriæ obli- 8
gationis, quòd controuerti non potest, saltem quò ad terminos iudicialiter solutos, cessare visa fuit omnis difficultas, quia cedula fuit per Petrum consignata in actu stipulationis, & sic de tempore, quo Præpositus, & Administratores non poterant diuinare ratificationem à se ipsis faciendam in partibus.

Non obstat denique prætensa excessiuitas mandati, ex
quo concordia videatur comprehendere solùm pensionem
scut. 60. & tamen mandatum comprehendit etiam summam alterius pensionis scut. 140. quia DD. considerarunt,
quòd licèt in concordia non reperiatur expressè promissa
solutio scut. 140. illa tamen fuit narrata in dicta concordia
tanquam reseruata D. Tiberio, cui cum non fuerit controuersia, signum est euidens, quòd contrahentes tacitè
etiam voluerunt illam comprehendere tanquam debitam,
sic cum obligatio Petri respiciat † narrata, & contenta in 9
dicta concordia, vtique respicit etiam huiusmodi pensionem Gonzal. *super reg.* 8. §. 4. *proœm num.* 79. & *glos.* 32.
num. 57. & *seqq.* & de natura obligationis † Cameralis est, 10
vt trahatur ad omnia etiam incidenter deducta, & enunciata, Rota *decis.* 5. *num.* 10. & *decis.* 69. *sub num.* 3. *in impress.* apud Galles. & cessat omnis difficultas, ex quo Petrus illam per plures annos soluit absque vlla contradictione, ac etiam iudicialiter, vt dixi supra; vnde tantò magis deprehenditur qualis ipsius fuerit intentio etiam ab initi obligationis.

Et ita conclusum vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Romana Spolij de Cruciarijs.

Die Veneris 24. Ianuar. 1628.

A R G V M E N T V M.

Fideicommissum perpetuum, quando dicatur inductum. Proximior agnatus, quando quis dicatur. Bona fideicommissaria, quando possint alienari.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommissum perpetuum, ad fauorem proximiorum de familia in infinitum quando dicatur factum.*

2 *Pro-*

2 *Proximior agnatus de familia quis præsumitur, ex quo nemo alius concurrit, nec probatur adesse alios proximiores.*

3 *Bona fideicommissaria pro debitis testatoris possunt alienari.*

4 *Bona fideicommissaria ex facto defuncti rectè alienantur.*

5 *Bona fideicommissaria ex causa restitutionis dotis benè alienantur.*

DECISIO CXXXIV.

FVIT hodie resolutum, constare de fideicommisso q. Barthulomęi de Cruciarijs purificato ad fauorem Angeli, illud tamen non intrare super domo, & censu adiudicatis q. Faostinæ vxori dicti fideicommittentis pro sua dote, & quarto dotali; nam quoad primum, scilicet, quod constet de fideicommisso, verba testamenti videntur clara, dum cantant, quòd testator instituit hæredes filios suos masculos nascituros pro medietate, & pro alia medietate Leonardum Bonum eius ex fratre pronepotem, quos etiam ad inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicom. & in euentum non existentię filiorum masculorum Testatoris, d. Leonardum hæredem vniuersalem instituit, & voluit quòd omni casu bona semper subiecta essent fideicommisso vsque in infinitum, & dicto Leonardo quandocumque sine filijs decedenti substituit proximiores masculos de Cruciarijs, qui succedere deberent in dictis bonis vsque in infinitum cum prohibitione alienationis, & cuiuslibet detractionis, vt bona fideicommissi semper integra, & illæsa remanerent in domo, & familia de Cruciarijs in infinitum; ex quibus resultat per-
1 petuum fideicommissum † ad fauorem dictorum proximiorum de familia de Cruciarijs in infinitum, quia sine eo intentio Testatoris nullo modo posset effectuari, Soccin. *in l. qui Romæ, §. cohæredes nu.* 18. *ff. de verb. oblig.* Gozzad. *cons.* 102 *nu.* 7. Crot. *cons.* 48. *nu.* 26. *lib.* 1. Paris. *cons.* 75. *n.* 9. *lib.* 2. Marzar. *in epit. fideicom. par.* 2. *quæst.* 28. Menoch. *præsumpt* 68. *num.* .. *lib* 4. Sued. *cons.* 96. *nu.* 14. Peregr. *de fideicom. art* 5. *nu.* 12. & fuit dictum *in Romana fideicommissi de Delpiniis* 1. *Decemb.* 1632. *cor. bo me. Remboldo.*

Quoad secundum, quòd dictum fideicommissum sit purificatum ad fauorem Angeli, visum fuit Dominis benè ex facto probari: ex quo dictus Leonardus scriptus fuit hæres, cui successit tanquam proximior Leonardus illius ex fratre nepos, ob cuius obitum sine filijs factus fuit lo-
2 cus vocationi dicti Angeli proximioris de familia † Testatoris, qui præsumitur proximior agnatus, ex quo nemo alius concurrit, nec pro parte Confraternitatis, & litis consortium probatur adesse alios proximiores, Peregr. *de fideicom. art* 43. *n.* 60. Ruin. *cons.* 67. *n.* 14. *lib* 5. *vers. Et dicit,* Surd. *cons.* 241. *n.* 26. Seraph. *decis.* 1219. *n.* 1. *&* Rot. *dec.* 693. *a* 2. *par.* 2. *recent.*

Quoad tertium, quòd fideicommissum non intret in domo, & censu supradictis, inde patet, quia illa fuerunt adiudicata pro dote dictæ q. Faustinæ vxoris Testatoris, adiudicatio fuit (sententia mediante, quæ transitum fecit in re iudicatam) declarata valida, & non excessiua;
3 bona † autem fideicommissi pro debitis Testatoris, & sic
4 † ex facto defuncti rectè alienantur, *l. filius fam. §. diui il* 2. *ff. de leg.* 1. *l. cum fidei* [hæ]*red. de fideic. liber. l. peto §. prædium, ff. de leg.* 2. *& l. alienationes, ff. fam. ercisc. glos.* Bar. Bald. *& communiter Scribentes in l.* 2. *C. ad Trebell.* Molin. de Hispan. *de primog. lib* 1. *c.* 10. *n.* 1. & præsertim ex causa restitutionis dotis Socc. *cons.* 16. *n.* 12. *lib.* 3. Idem Mol. *vbi supr. lib.* 4. *c.* 6. *n.* 2. Rot. apud Greg. XV. *dec.* 266. *n.* 2. *& ibi Addent.*

Et ità, &c.

¶ Infra in eadem causa adsunt duæ aliæ decisiones sub diebus 19. Februarij 1629. & 23. Ianuarij 1630. co. eodem Reuerendiss. Vrgelen. sunt decisiones 254. & 338.

REVERENDIS. P. D. VRGELLEN.

Cesenaten. Fideicommissi.

Die Veneris 24. Ianuarij 1628.

ARGVMENTVM.

Filiæ fœminæ an faciant deficere conditionem, si sine filijs, & an familiæ, vel domus appellatione veniant fœminæ. Testator quando, & ex quibus coniecturis appareat velle conseruare bona in agnatione.

SVMMARIVM.

1 *Filiarum fœminarum existentia facit deficere conditionem, si quis decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus.*

2 *Tamen hoc intellige, quando constat ex claris verbis testatoris, vel ex vrgentibus coniecturis.*

3 *Verba testamenti quando sunt clara, & coniecturæ sunt valde vrgentes, tunc non est hæsitandum de mente testatoris.*

4 *Familiæ masculinæ appellatione dum extant masculi, an intrent fœminæ.*

5 *Testator quando clare, appareat, quod sub masculis de familia noluisset comprehendere fœminas.*

6 *Conditio, si sine filijs, intelligi debet de masculis tantum*

7 *Masculorum vocatio geminata, & fœminarum exclusione, elicitur enixa mens conseruandi agnationem.*

8 *Testator si fecerit plures gradus substitutionem, & semper vocauit masculos, censetur velle conseruare agnationem.*

9 *Fœmina excluditur ex verbo domus.*

10 *Agnationis conseruandi ratio ex quibus elicitur.*

11 *Testator censetur velle bona conseruare in agnatione, si fœminis exclusis, dotem relinquit.*

12 *Coniecturæ, quæ de per se non iuuant si simul iungantur, & coadiuuantur tunc suffragantur.*

13 *Fœminæ si sint vocatæ post masculos, eorum vocatio non excludit, quia dum extant masculi, fit agnatio contemplata.*

14 *Masculi dum extant, fœminæ non faciunt deficere conditionem, si sine filijs.*

DECISIO CXXXV.

ALEXANDER Martinellus doratis filiabus (verba sunt testamenti) Instituit sibi hæredes æquis portiunibus Iosephum, Bonifacium, & Martinellum filios suos legitimos, & naturales, & aliquo ex prædictia quandocunque decedente sine filijs legitimis, & naturalibus, ei, siue eis sic decedentibus, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituit superuiuentem, seu superuiuentes, siue eius aut illorum filios masculos legitimos, & naturales, in stirpes, & non in capita, & omnibus supradictis suis hæredibus masculis decedentibus, sine filijs legitimis & naturalibus, tunc & eo casu supradictas suas filias legitimas, & naturales, seu illarum filios legitimos, & naturales in stirpes, & non in capita substituit, & casu quo aliquis ex prænominatis suis filijs & hæredibus committeret aliquod delictum, propter quod fieret locus confiscationi, tunc priuauit eum omnibus bonis relinquendo illis tantummodo lib. 25. Bononienses, & bona quæ deberent confiscati reliquit in iure institutionis filijs masculis sui hæredis delictum committentis, seu eorum filijs; quibus non extantibus, eodem modo quo supra, ipsa bona legauit alijs eiusdem testatoris filijs, & nepotibus, vt supra; declarans vt idem seruetur, si filij, aut nepotes dictorum eius filiorum, & hæredum delictum committerent, & filias delictum committentium dotari mandauit; & in fine in separata clausula declarauit, quod hoc ideò fecit, & disposuit, quia eius voluntas erat, ne aliqua sua hæreditaris bona exirent de domo Martinellorum, sed vt ea omnia conseruentur in domo, & familia sua masculina, & in defectum familiæ masculinæ in fœminis, vt supra.

Ex-

Extiterunt testatori hæredes prædicti tres filij hæredes instituti, ex quibus nouiss. ne obijt Martinellus sine masculis relictis duabus filiabus, videlicet Ludouica, & Lucilla: ex Bonifacio autem altero testatoris filio, remansit Alexander, qui ex quo Martinellus obijs sine filijs masculis prætendit ipse esse vocatum ad partem hæreditatis, quæ Mattinello obuenit; Ludouica verò, & Lucilla Martinelli filiæ prætendunt excludere Alexandrum substitutum, quia cum ille simpliciter fuerit vocatus sub conditione, si Martinellus decederet sine liberis
1 legitimis, & naturalibus, videtur quòd † existentia prædictarum filiarum facit deficere dictam conditionem, *l. si quis ita, ff. de testament. tutel. l. si ita scriptum, ff. de leg. 2.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 14. num* 1. & plures alij relati per Peregr. *de fideicom. art. 25. nu. 1. & per tot.* Rot. *decis. 316. par. 1. recent.*

Vnde dubitaui an adsit fideicommissum, & illi sit factus locus ad fauorem Alexandri, & fuit affirmatiuè resolutum: De existentia enim fideicommissi nulla erat inter partes dubitatio, quia clarè de eo constat ex lectura testamenti; quod verò adhuc illud duret, & in casu sequuto sit illi factus locus ad fauorem Aleaandri, DD. ex serie, & qualitate dispositionis deduxerunt; licet enim de excussione fœminarum, quæ habent pro se re-
2 gulam † supradictam constare debeat, aut verbis claris, aut per vrgentes coniecturas, *l. 1. C. de condit. insert.* Paris. *cons. 37. lib. 3.* Rustic. *ad l. cum Auus lib. 3. cap. 11. num. 114. ff. de condit. & demonstrat.* Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 6. nu. 1. in fin. &* Peregr. *de fideicom. art. 25. numer. 14. in fin.* hic autem verba testamenti videntur adeò clara, & coniecturæ etiam circumscriptis verbis adeò ef-
3 ficaces, vt prorsus vitium fuerit DD. hæsitandum † non esse de voluntate testatoris, quod dicta conditio si sine filijs, debeat intelligi de filijs masculis tantum.

In primis ex verbis testamenti, videtur hoc de necessitate inferri, in prædicta clausula finali, Ibi, *& hoc ideò fecit testator, quia illius mens, & voluntas fuit, ne bona exeant de domo Martinellorum, sed debeant conseruari in domo, & familia sua masculina, & in defectum familiæ masculinæ in fœminas, vt supra.* Vnde quicquid sit an aliàs
4 appellatione † familiæ masculinæ, dum extant masculi veniant fœminæ, de quo latè Pereg. *de fideic. ar. 26. n. 23. &* Seraph. *dec. 1438. n. 2. &* Rot. *decis. 282. nu. 2. p. 2. rec.* tamen ex quo testator in casu nostro expressis verbis distinxit masculos à fœminis, declarans velle, illas tantum
5 admitti post masculos de familia, clarum est † quod sub masculis de familia noluit comprehendi fœminas, & discretiuè de eis mentionem fecit, quo casu masculus substitutus sub conditione si sine liberis, maximè concurrentibus alijs similibus coniecturis non excluditur per fœminas, Bald. *in l multis, ff. de stat. homin.* Ias. *in l. si quis id quod in prin. num. 13. ff de iuris. omn. iud.* Purpur. *cons. 402. num* 9. Menoch. *cons. 110. nu. 24.* & pleniùs *cons. 204. n. 45.* Modern. Brixien. *vbi sup n. 115.*

Quinta, & vltima coniectura, & alijs fortior est, quia testator respexit ad conseruationem agnationis quo casu maximè concurrentibus alijs coniecturis supradictis nul-
6 li dubium, quin conditio, † si sine filijs intelligi debeat de masculis tantùm, Seraph. *in d. decis. 1216. nu. 6.* etiam ex aduersò allegata, Menoch *d. cons. 95 num. 76. & cons. 150. n. 35.* & latè Modern. Brixien. *d. quæst. 402. n. 26.* vbi sic conciliat plures Rotę decisiones.

Quod autem testator voluerit conseruare agnationem patet. Primò, quia instituit filios masculos, & eis substituit eorum filios, & nepotes masculos exclusis filiabus
7 proximioribus; ex † qua masculorum vocatione præsertim geminata, & fœminarum exclusione elicitur enixa mens conseruandi agnationem, præsertim stante d. statuto, quod etiam fuit ad hoc factum. Matthesil. *sing.* 130. Tiraq. *de Primog. q. 13. num. 6.* Ruin. *cons. 150. num. 12. lib. 2.* Menoch. *præsumpt. 91. n... lib. 4.* Menoch. *consil. 150. nu. 32. vers. secundo, & nu. 29. in d. consil. 95. num. 60. & 61.* post plures alios, vbi per eum relatos, Molin. *de Hispan. primog lib. 3. cap. 5. nu. 25. conclus. 6.* Peregr. *de fideicom. art. 25. & 26.* Secundò ex eo, quo testator fecit plures gradus substitutionum, & semper vocauit mascu-
8 los, ex quo progressu ad plures † gradus substitutionum censetur etiam conseruata agnatio, Dec. *cons. 15. num. 2. vers. secunda principaliter moueor,* Gabr. *cons. 116. numer. 14. lib. 2* Honded. *cons. 56. numer. 18. lib. 2.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 15. n. 7. &* Modern. Brixien. *q. 499. n. 6.* Tertiò ex quo testator in d. clausula, & *hoc ideò, &c.* vocauit masculos per nomina collectiua de familia masculina, de domo, &c. Nam quicquid sit, An ex † verbo 9 *domus* excludatur fœmina, de quo Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. num. 24. cum seqq.* Rot. *decis. 282. num. 2. par. 2. recent.* tamen † omnes conueniunt, quòd ex his ver- 10 bis elicitur considerabilis coniectura conseruandi agnationem, vt post plures, Menoch. *cons. 205. nu. 13. cum seqq.* Modern. Brix. *vbi supr. num. 7.* Quarta, & vltima coniectura est, quia testator † fœminis exclusis dotem relin- 11 quit, Moder. Brix. *ibid. num 21.* & quatenus quælibet istarum coniecturarum de per se non sufficeret pro elicienda voluntate testatoris conseruandi agnationem, illæ tamen, simul iunctæ, † & coadiuuatæ videntur sufficien- 12 tes ad *tex. in l. si stipulatus in princ ff. de vsur.* Alex. *cons. 115. n. 8. lib. 4. &* Rot. *decis. 453 n. 7. par. 1. recent.*

Neque obstat, quod non censeatur habita ratio conseruandi agnationem, quando in aliqua parte testamenti, vt hic fœminæ sunt vocatæ iuxta *tex. in l. pronunciatio, §. fœminæ, ff. de verb. signif.* Molin. *de Hisp. primog. lib. 3. d. c. 5. num. 50.* quia cum fœminæ † sint vocatæ post omnes 13 masculos eorum vocatio non excludit, quin dum extant masculi sit agnatio contemplata, Bald. *cons. 40. Quidam magnus nobilis lib. 3.* & idem Bald. *inter cons.* Angel. *cons. 68. & ipse* Ang. *cons. 69.* Soccin. Iun. *cons. 23. nu. 37. lib. 1. & cons. 69. nu. 2. lib 3.* Gozzadin. *cons. 95. num 7. cum seqq. vers. non obstat,* Ant. rub. *cons. 47.* Giat. *cons. 5. nu. 86. & 111. num. 16. vers. secundo præsuppona, & cons. 120. lib. 2.* Gabr. *cit. de statut. concl. 7. num. 2.* Greg Lopez *in l. 3. num. 11. part. 6. glos. mag. quæst. 21. vers. si verò constitor,* Men. *d. præsumpt. 85. num. 2.* vbi quod † propterea dum extant 14 masculi, fœminæ non faciunt deficere conditionem, si sine filijs, Caualc. *dec. 18. num. 88 ad fin. par. 3.* Thesaur. *decis. 188. num. 16.* Surd. *decis. 66. numer. 21. & decis. 239. num. 11.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Romana Affictos Casalis.

Die Veneris 28. Ianuarij 1628.

A R G V M E N T V M.

Transactio inita inter partes est seruanda, nec est licita pœnitentia, cum fuerit inuenta ad dirimendas lites. Confessio extraiudicialis licet de Iure Ciuili non probet, secus tamen est de æquitate Canonica. Testium fides suppletur ex numero. Implementi exceptio quid impediat.

S V M M A R I V M.

1 *Transactio, quando fuit probatum, quod fuit inita inter partes, adimpleri debet, nec licitum est alteri parti pœnitere, & nu. 2.*

3 *Confessio extraiudicialis de Iure Ciuili non probat.*

4 *Confessio extraiudicialis de Iure Canonico probat.*

5 *Et istam opinionem semper secuta est Rota.*

6 *Confessio extraiudicialis quibus concurrentibus dicatur plenè probata.*

7 *Testium fides ex numero suppleri solet.*
Et ista est regula generalis, & trita.

8 *Testium fides suppletur ex numero, quod procedit etiamsi omnes patiantur aliquas exceptiones, si testes sint vltra numerum trium.*

9 *Promissiones factæ in aliquo contractu, si non fuerint adimpletæ, est licitus recessus à contractu.*

10 *Implementum, si pars fieri prohibuerit, illud debet haberi pro facto, & impleto, & n. 11.*

12 *Implementi exceptio non impedit ortum actionis, & obligationis, sed tantum illius exercitium, & non exequutionem.*

13 *Solutio, si fuerit promissa intuitu alicuius rei, debet serua-*

seruari ordo, vt res prius tradatur, & postea solutio fiat.

14 *Pacta sufficit, vt adimpleantur iuxta formam conuentam.*

15 *Patientia habetur pro implemento.*

D E C I S I O CXXXVI.

VTRAQVE parte informante fuit hodie confirmata
decisio in hac causa facta sub die 29. Nouembris præ-
teriti. * Quia cum per plures testes sit probata transactio
inter Carcarasios, & Nicolinum inita ad dirimendam
1 litem ortam super prælatione Casalis, de quo agitur, †
ea adimpleri debet, nec licitum est alteri parti pœnitere,
l. quamuis, *C. de transact.* vbi Curt. Sen *nu.* 2. dicit hoc es-
2 se † speciale in transactione, quæ fuit inuenta ad dirimen-
das lites, Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 1. *tit.* 8.
num. 38.

Non obstat, quod confessio facta per Nicolinum, in
3 platea Iesus vt extraiudicialis † non probet de Iure Ciui-
li hanc concordiam, quia quicquid de hoc dicendum sit,
cum altera pars fuerit præsens, & acceptauerit, & super
hoc adsint testes contestes ad latè tradita per Mascard. *de
probat. conclus.* 346. *num.* 1. *& seqq. lib.* 1. Satis est, quòd
4 secundum magis † communem opinionem talis confessio
probet de æquitate Canonica, Gabr. *de confess. concl.* 1. *n.*
46. Rota *diuers. dec.* 158. *sub n.* 11. *par.* 1. *recent. & dec.* 404.
nu. 2. *par.* 2. In ijsdem Seraph *decis.* 1488. *num.* 3. *Reueren-
diss. D. meus Decanus decis.* 170. *num.* 10. vbi habetur hanc
5 † sententiam semper fuisse solitam seruare Rotam, &
fuit firmatum in decisione, de qua agitur. Et hoc nul-
lam habet difficultatem, quia dicta confessio est admo-
dum adminiculata ex alijs testibus, ex tota serie facti, &
6 multis præsumptionibus, † & coniecturis, hic per in-
formantes adductis, quibus omnibus simul iunctis, ne-
gari non potest, quin huiusmodi confessio sit plenè, &
concludenter probata, vt in simili casu fuit consideratum
coram Reuerendiss. D. meo Decano *decis.* 297. *num.* 1. *&*
2. *& in d. decis.* 158. *num* 12 *par.* 1. *in recent.* Et prædicta
satis essent ad tollendas etiam exceptiones contra perso-
7 nas testium, si quæ adessent, cum † testium fides ex
numero suppleri soleat, Soccin. *conf.* 194. *col.* 3. *in fin. vers.*
a. propter numerum, *lib.* 2. Rui. *consil.* 72 *num.* 5 *circa fi-
nem lib.* 2 *fel. rec.* Greg. XV. *decis* 240. *numer.* 6. *&* 7. *& de-
8 cis* 351. *numer.* 5. vbi quod ista † est regula generalis, &
trita glosæ *in l.* 3 *in vers. numerus*, *ff. de testib.* & quod pro-
cedit etiam vbi omnes patiuntur aliquas exceptiones, si
testes sunt vltrà numerum trium, vnde multo magis id
dicendum est, quando testes sunt longè plures, & con-
currunt adminicula, & coniecturæ, vt in isto casu.

Non obstat, quòd Nicolinus renunciauerit intuitu pro-
9 missionum, quæ sibi factæ fuerunt à Carcarasio, quæ †
promissiones, cùm non fuerint impletæ, sit licitus re-
cessus à contractu, *l. cum te fundum*, *vbi gloss. in verb. con-
ueniat*, *C. de pact. inter empt. & vendit.* Surd. *conf.* 563. *nu-
mer.* 4. *versic. & in prædictis locis*, Rota *decis.* 676 *numer.*
6 *par.* 2. *in recent.* Quia prima promissio de soluendo scut.
350. visa est DD. sufficienter adimpleta, cum Carcarasij
adhibuerint omnem diligentiam, vt illam adimplerent;
Deposuerunt enim pecunias penes Celerarium, deinde
illas pluries asportarunt ad domum Nicolini, & actuali-
ter obtulerunt, & eundem postea iudicialiter citarunt ad
recipiendum, & obtinuerunt decretum de deponendo,
à quo Nicolinus petijt, & obtinuit reponi: Et ideò cum
10 ipse † implementum fieri prohibuerit, illud debet haberi
pro facto, & impleto, Barbos. *in l. si moran.* 67. *& infra*,
ff. solut. matr. Modern. Roman. *discept. forens. cap.* 789. *nu.*
6. *&* 851. *num.* 2. Rota *diuers. decis.* 493. *num.* 3. *in fin. par.* 1.
in recent.

Et cessat omnis difficultas, quia cum Nicolinus vsque
ad præsentem diem neget concordiam, & defendat se non
11 teneri facere retrocessionem, † non potest aliquid impu-
tari Carcarasio, si non soluit *ad Trad. per* Tiraquell. *de re-
tract. lignag.* § 1. *gloss.* 10. *n* 36. Add. *ad decis.* Greg 451. *nu.* 9.
& 10. Et satis esse videtur, quòd Carcarasius offerat se pa-
12 ratum adimplere, cum exceptio † implementi non impe-
diat ortum actionis, & obligationis, sed tantum illius e-
xercitium, & exequutionem, *vt trad.* Crauett. *in conf.*
151. *numer.* 10. circa medium, & dixit Rota in Romana
pretij fundaci prima Iunij 1607. coram bon. memor. Pa-
triarcha Manzanedo, quæ est *decis.* 145 *nu.* 7. 8. *&* 9, *post
tract. de oblig. Cameral.* Vltra quod cum solutio fuisset † 13
promissa intuitu renunciationis affictus Casalis, debuisset
seruari ordo, vt prius res traderetur, & postea fieret solu-
tio, Bald. *in l.* 1. *n* 22. *vers. cum enim primum debeat tradi*,
C. de vsur. & fruct. leg. Soccin. *conf.* 128. quod est vltimum
nu. 3. *vers. non obstat*, *lib.* 3.

Quoad aliam promissionem de obtinenda liberatione
Nicolini, illa fuit pariter impleta, mediante liberatio-
ne facta à Celerario, quæ videtur sufficiens, tum propter
amplissimam facultatem, quam ipse habet locandi, in-
quilinos expellendi, & alia etiam faciendi, vt in Instru-
mento publico, quod fuit Rotæ ostensum, tum quia te-
stes circa hoc factum deponentes dicunt, & concludunt
fuisse inter partes conuentum, quòd Celerarius cassaret
Instrumentum. Vnde sufficit, † quòd iuxta formam con- 14
uentam fuerit facta cassatio.

Quoad aliam promissionem locationis horti, nulla ori-
tur dubietas. Quia Carcarasij offerunt se paratos præsta-
re patientiam, quòd Nicolinus hortum retineat, illo-
que liberè vtatur, & fruatur, † quòd sufficere videtur, 15
cum Nicolinus iam sit in possessione istius horti *ad trad.
per* Modern. *discept. forens. c.* 939. *n.* 5. *& seqq.*

Et ita decisum, &c.

* Est dec. 121. supr. in hac parte, & adest altera sub die 29. Nouemb. 1629. coram eodem Eminentiss. & Reuerendiss. Vbaldo; est decis. 113.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILLI.

Romana scut. centum millium.

Die Veneris 28. Ianuar. 1628.

A R G V M E N T V M.

Plura in hac decisione adducuntur, per quæ probatur, quando quis sit ciuis, vel incola alicuius loci.

S V M M A R I V M.

1 *Sententiæ quæ concordant cum effectu, & qualitate dicuntur conformes.*

2 *Statut. Vrb. de duabus conform. lib.* 1. *cap.* 178. *ad hoc vt intret, sufficit, quod collitigantes sint ciues, vel incolæ.*

3 *Liber Baptismatis fidem facit ad probandum aliquem esse ciuem, & incolam.*

4 *Ciuis alicuius Ciuitatis probatur esse, si constet, in ea natum esse.*

5 *Incolatus acquiritur ex continua habitatione in aliqua Ciuitate per decennium amplia n.* 6.

6 *Incolatus probatur ex eo, quod quis in aliquo loco habet maiorem partem suorum bonorum item etiam si in eo duxit vxorem, nu.* 7.

8 *Statuti dispositio si respiciat personas collitigantium quid operetur.*

9 *Incolatus ex quibus probetur.*

10 *Mercator acquirit incolatum in aliqua loco, si ibi vltra decennium habitat, ducit vxorem, & emit bona.*

11 *Curialis, Scolaris, Præfectus Arcis dicuntur incolæ ex habitatione decennali, ex emptione bonorum, & ex contractu matrimonij.*

12 *Incolatus non contrahitur, etiamsi quis per mille annos habitauerit in aliquo loco, si protestatus sit se esse alterius loci, & velle mori talem.*

13 *Domicilium, quis potest sortiri in pluribus locis, & in vno loco retinere originem, & in alio acquirere incolatum.*

14 *Incolatus, vt non contrahatur ex protestatione, debet clarè fieri.*

15 *Crediti, & debiti contrapositio, & compensatio, quando admittatur.*

16 *Solutionis quietantiam, quando præsumatur, quis non habuisse.*

DE-

DECISIO CXXXVII.

CONSTARE dixerunt Dominis de duabus confor-
mibus, & eſſe locum diſpoſitioni *ſtatuti cap.* 178.
lib. 1. nam prima ſententia Auditoris Cameræ abſoluit
Marchionem Ruſpolum à petitione ſcutorum centum
millium, & ſecunda ſententia R. P. D. mei Merlini *
eam confirmat, & dicit benè fuiſſe iudicatum, & ideò
1 cum in effectu, † qualitate, & ſubſtantia concordent,
dicuntur conformes. Gloſ. *in clem.* 1. *in verb. alicui de ſent.*
& re iudic. Ruin. *conſ.* 114. *num.* 10. *&* 13. *lib.* 5. Theſaur.
deciſ. 228. *num.* 1. Rota *in recent. deciſ.* 98. *par.* 1. & fuit di-
ctum *coram me in Romana de Arigonijs* 23. *Ianuar.* 1627.

Ad effectum autem, vt intret ſtatutum, ſat eſt, vel
2 quod collitigantes ſint ciues, † vel incolæ, vt legitur in
ipſo ſtatuto Rota *diuerſ. deciſ.* 452. *numer.* 5. *& in re-*
centior deciſ. 647. *numer.* 1 *part.* 1. & fuit dictum
in *Romana tutelæ* 11. *Ianuar.* 1602. *& in Ciuitatis Caſtelli*
ſupplementi legitimæ 14. *Nouembr.* 1603. *coram bo. me. Card.*
Lancellotto.

Quòd Marchio Ruſpulus ſit ciuis, & incola proba-
3 tur, quia ex libro † Baptiſmatis, qui ad iſtum effectum
facit fidem Sebaſt. Sapp. *in l. de ætate num.* 23. *ff. de minor.*
Rebuſ. *tract. de regeſt. baptiſm. nu.* 15. Mandoſ. *ad regul.* 18.
4 *quæſt.* 10. *num* 4. conſtat, † quòd natus eſt in Vrbe, *l. Ci-*
uis, C. incol. lib. 10. *l. aſſumptio, ff. ad municip.* Rota *d.*
deciſ. 647. *num.* 1. *circa fin. par.* 1. *recent.* & ex teſtibus con-
ſtat de habitatione continua in Vrbe longè vltra decen-
5 nium, † ex qua acquiritur incolatus abſque aliqua decla-
ratione, *l.* 2. *C. de incol. lib.* 10. *gloſ. in l. hæres abſens*, §.
proinde ff. de iudic. Ruin. *conſ.* 61. *num.* 21. *lib.* 5. Menoch.
de arbitr. lib. 2. *caſu* 86. *nu.* 15. Greg *dec.* 279. *n.* 26. *in fin. &*
ibi additio.

6 Maximè cum non ſolum in † Vrbe habeat maiorem
partem bonorum *l.* 2. *C. vbi ſenat. d. l. Ciuis, C. de incol. li.*
10. *d. l. hæres abſens*, § *proinde vbi gloſ. in verbo debebit,*
ff. de iudic. Pariſ. *conſ.* 12. *nu.* 20. *& ſeq. lib.* 3. Menoch. *dict.*
7 *caſu* 86. *n.* 26. *& ſeq* ſed etiam † in ea duxerit quoque vxo-
rem, Alciat. *conſ.* 719. *nu.* 5. Menoch. *d. caſu* 86 *nu.* 28

Nec obſtat, quòd q. Alexander Ruſpolus patruus, cum
quo fuit factum inſtrumentum, eſſet Florentinus, quia
8 diſpoſitio † ſtatuti reſpicit perſonas collitigantium, &
ideò ſufficit, quòd nepos, & hæres ſit ciuis, vel incola,
vt comprahendatur ſub ſtatuto.

9 Quod autem Rotulus eſſet incola, probatus etiam †
ex aſſidua habitatione cum eius familia, vltra decennium
ex matrimonio contracto cum nobili Romana, & ex e-
xemptione bonorum, ex quibus probatur incolatus per
præallegata.

10 Nec facit, quòd eſſet Mercator, † quia etiam Merca-
tor vbi vltra decennium habitat, ducit vxorem, & emit
bona, acquirit incolatum, qui ſecum mercatura com-
patitur, Pariſ. *conſ.* 12. *num.* 16. *&* 20 *lib.* 3. Ruland. *conſ.*
79. *nu.* 51 *& ſeq. lib.* 3. Bero. *conſ.* 60. *n.* 23. *lib.* 2. Et pro-
11 pterea curialis, † ſcholaris, Præfectus arcis dicuntur in-
colæ ex habitatione decennali, ex ea emptione bonorum,
& ex contractu matrimonij; vt de ſcholari, Rimin. Iun.
conſ. 436. *nu.* 46. Bero. *dict. conſ.* 60. *nu.* 23. *lib.* 2. Menoch.
dict. caſu 86 *n.* 22. de Præfecto Arcis idem Menoch. *d. ca-*
ſu 86 *n.* 28 *& ſeq.* & de ſcholari, curiali, & Præfecto ar-
cis dixit Rota *coram bo. me. Card. Platto, & in Romana hæ-*
reditatis, ſeu cenſus, 8. *Iunij* 1588.

12 Nec etiam nocet, quòd Rotulus † pluries proteſtatus
fuerit, ſe eſſe Bergomenſem, & velle mori Bergomen-
ſem, vnde etiamſi per mille annos habitauerit, non dici-
tur contraxiſſe incolatum, Roland. *d. conſ.* 79. *nu.* 51. *lib.*
3. & fuit dictum in *Toletan. matrimonij*, 10. *Decembr.* 1625.
coram R. P. D. meo Merlino, quia ſtant ſimul, vt quis ve-
lit eſſe Bergomenſis, & retinere originem patriæ, & ni-
13 hilominus voluerit contrahere incolatum, † cum quis
poſſit pluribus in locis ſortiri domicilium, & in vno loco
retinere originem, & in alio acquirere incolatum, *l. aſ-*
ſumptio, §. *iuris, ff. ad municip.* & benè deducitur in *Ro-*
mana Societatis Aromatariæ, coram bo. me. Comitulo, rela-
ta per addent. ad deciſ. Greg. 279. *num.* 26. *in fin.* proteſtatio
14 enim debebat eſſe clara, quòd non intendebat † contrahe-
re domicilium, aliàs ex omnibus ſupradictis incolatus
contrahitur, Surd. *conſ.* 371. *nu.* 47. Greg. *dict. deciſ.* 279.
& ibi additio. nu. 26.

Iuſtitia ſententiarum ea *deciſ. per R. D. P. meum Merli-*
num, tam eruditè facta adeo apparet, vt illa de per ſe
ſufficiat; nam Ruſpolus ceſſit Rotulo generaliter omnes
debitores, & creditores Rationis Bancariæ abſque expreſ-
ſione certarum ſummarum, cum pacto, quòd fierent bi-
lancia, in quibus Sauonantius apponitur creditor in ſcut.
100. mil. & vltra, & hoc iuſtificatur ex libro maſtro, &
alijs libris, & verſa vice apponitur debitor in ſcut. 100.
mil. & vltra, & hoc iuſtificatur ex quinterno capſæ, ſtrac-
ciafolio, & libris, vnde ex natura ipſius rei, & negocij
ſequitur, quòd quando Ruſpolus aſſignauit Rotulo debi-
tum, & creditum Sauonantij Capſerij aſſignauit corre-
ſpectiuè inter ſe, † itaut contrapoſitio, & compenſatio 15
debiti, & crediti admitteretur. Socc. Sen. *conſ.* 65. *nu.* 5.
lib. 4. *verſ. nam ex tali deſcriptione*, Men. *conſ.* 121. *nu.* 43.
Socc. Iun. *conſ.* 74. *n.* 1. *lib.* 3. Greg. *dec.* 366. *n.* 3.

Nec obſtat, quòd Ruſpolus promiſerit manutenere
veros debitores deſcriptos in bilancio; quia Sauonantius
verè, & realiter erat debitor in dicta ſumma appoſita in
bilancio, ex quo partitæ erant veræ, & reales, vt con-
ſtat ex bilancio, & libris, ſed verſa vice erat creditor, vt
ſupra deductum eſt; vnde promiſſio manutentionis non
fuit facta ita, vt dempto credito adhuc Sauonantius re-
maneret debitor integræ ſummæ, ſed quòd dempto, &
compenſato credito, ſi remaneret debitor alicuius ſum-
mę, intraret promiſſio, aliàs ſequeretur abſurdum, quòd
dictus Ruſpolus non ceſſiſſet, & transtuliſſet vniuerſam
rationem bancariam, & debita, & credita, ſed ſolum
vtilia, & credita, & ſibi debita rationis bancariæ reſer-
uaſſet.

Non obſtat, quòd Ruſpolus obligauerit Rotulum ad
ſoluendum creditoribus, quia intelligitur de illis, qui re-
manerent creditores facta compenſatione debiti, & credi-
ti, cùm expreſſè fiat relatio ad bilancium, in quo Sauo-
nantius, & creditor, & debitor apponitur.

Nec ſubſiſtit, quòd Sauonantius impugnauerit debi-
tum, nam ſolùm negauit monitorium, & dixit genera-
lia contra, quòd ſe compatitur cum obligatione, veritate
debiti enunciati in bilancio; ſed cum in eodem bilancio
creditum quoque eiuſdem Sauonantij contineretur, per
dictam compenſationem creditum cum debito tollebatur.

Ad quietantiam ſolutionis factæ per Rotulum Sauo-
nantio fuit reſponſum, quòd ſi Rotulus ſoluit, ſibi im-
puter, non enim cogebatur ſoluere, cum ex ſupradictis
pateat, fuiſſe locum compenſationi inter debitum, &
creditum Sauonantij, imò ſi ſoluit, tanto magis Sauo-
nantius remanet debitor, & verificatur promiſſio Ruſpo-
li, dum promiſit, debitores eſſe veros, ſed nec bonos,
nec exigibiles.

Vltra quòd ſi Rotulus † habuiſſet iſtam quietantiam 16
ſolutionis, illam produxiſſet ante ſententiam Auditoris
Cameræ latam ſuper compenſatione, & non acquieuiſſet
ſententiæ, quæ compenſationem inducebat, non appel-
lando, *l. ad ſolutionem, C. de re iudic.*

Non obſtat, quòd Periti dixerint, Sauonantium rema-
nere debitorem in ſcut. 1272 quia hoc fuit, ex quo com-
putarunt debita, & credita hinc inde, quibus omnibus
creditis, & debitis hinc inde computatis retulerunt Peri-
ti Sauonantium debitorem in dd. ſcut. 1272.

Et ita vtraque parte informante, &c.

* Deciſio in hac cauſa cor. R. P. D. Merlino eſt ſub die 27.
Ianuarij 1627. & eſt ſupra dec. 33.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Bononien. Tertiæ.

Die Veneris 24. *Ianuarij* 1628.

ARGVMENTVM.

Sponſalitia donatio, ſi ſit facta pura, & irre-
uocabilis ex quacumque cauſa ante contra-
ctum matrimonium eſt valida, & à iure
approbata, & ſtatim bona acquiruntur
ſponſæ, & nunquam reuertuntur ad do-
nantem, quod ſecus eſſet, ſi eſſet donatio
propter nuptias.

S V M-

SVMMARIVM.

DECISIO CXXXVIII.

GASPAR Crescentius die 24. Februarij 1592. donauit purè, & irreuocabiliter Lauræ de Vizzanis scuta bis mille auri, cum qua postea eadem die per verba de præsenti matrimoniũ contraxit, quæ scuta bis mille dicta Laura cum alijs scutis mille similibus ei debitis ab hæredibus primi eius viri, & sic in totum scuta tria mille eidem Gaspari secundo viro in dotem dedit, sed cum non solum prædicta scuta bis mille auri constante matrimonio d. Gaspari eius viro retrodonauit, sed etiam sine filijs postea decedens eundem hæredem vniuersalem instituerit, propte-
1 rea Iosephus, & Ludouicus eius † fratres germani, quibus illa sic sine liberis defuncta, ex dispositione statuti Bononien. sub *rubr. de dot. rest. lib. 4. §. & si decesserit, tenebatur relinquere tertiam partem dotis, & eius augumenti, & aliorum suorum bonorum* (quam tertiam partem, vbi cantat d. statutum, fratres in dicto casu petere possunt etiam, quod illis in testamento, non relinquatur) conuenerunt d. Gasparem pro consecutione d. tertiæ partis, coram Auditore generali Bononieñ, qui eum condemnauit ad soluendum illis scuta mille auri in auro pro
dicta tertia parte, sed quia à dicta sententia fuit appellatum, causa appellationis mihi commissa & hodie proposita, Domini resoluerunt, d. sententiam esse confirmandam, quia † cum verba dicti statuti sint clara, illud ser- 2
uari debet, vt latè Bart. *in l. omnes populi, ff. de iust. & iur.* Bald. *in l. Gallus, §. si in eius in secundo notab. ff. de liber. & posthum.* Dec. *cons.* 563. *num.* 7. Ceph. *cons.* 138. *num.* 20. & Surd. *cons.* 58. *num* 3. *lib.* 1.

Quòd autem dicta scuta tria mille auri fuerint effecta de dote, & propria dictæ Lauræ, vt requirit statutum, benè probatur, quia quoad scuta mille, & tempore nuptiarum debita ab hæredibus primi viri, nulla esse poterat dubitatio, quo verò ad alia scuta bis mille auri ei data à d. Gaspare secundo viro ante matrimonium contractum
idem dicendum est, quia dicta donatio fuit sponsalitia † 3
largitas, eo ipso quod ante matrimonium simpliciter facta fuit, & sic valida, & à iure approbata, *glos. in §. est, & aliud, instit. de donat.* etiam quod facta fuerit eadem † die 4
nuptiarum, *l. inter eos, & l. penult. §. vigeri. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Gabr. *cons.* 82. *nu.* 8. *lib.* 1. Anton. Gom. *ad l. si Tauri, num.* 5. vnde fuerunt dicta scuta bis mille pleno iure acquisita dictæ Lauræ adeo, vt per eius mor-
tem † non reuertantur ad maritum, prout reuertitur do- 5
natio propter nuptias, quæ in hoc differt ab sponsalitia largitate, *l. si mater, & l. vlt. C. de donat. ante nupt.* Sanch. *de matrim. lib. 6. disput. 18 num.* 1. Molin. *de contract. disp.* 290. *num.* 1. Gomez *vbi sup. num.* 10. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 20. tit. 1. num. 2. & seqq.* Gratian. *discept. forens. cap* 498. *num.* 37. *&* 40. Rota coram Gregor. XV. *decis.* 364. *quæ fuit postea confirmata coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Antiocheno 16. Martij* 1618 Vnde patet, quòd in prædictis scutis tribus mille vti dotalibus, aut aliàs proprijs d. Lauræ intrat d. statutum ad fauorem prædictorum fratrum.

Neque obstat, quòd Gaspar in exordio d. donationis dixerit (prout sunt ibi expressè verba) se fuisse firmi propositi, & intentionis velle in sponsam, & vxorem hæredem
d. Lauram, & proinde, quòd d. † donatio vti facta ob 6
turpem causam nempè explendæ libidinis sit illicita, & à iure improbata, *l. si ita stipulatus fuero 97. §. fin. ff. de*
verb. oblig quia dispositio † d legis procedit, quando 7
aliquis ob merum lucrum in conditione positum, vult inducere alium ad sibi nubendum, itaut causa finalis contrahendi in vno sit ipsum lucrum, in alio verò libido, vt declarant Couar. *ad 4. decretal. 2. part. cap. 3. §. 3. numer.* 1. Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 33. num. 3. versic. sit prima conclus.* Greg XV. *in d. decis.* 364. *num* 1. in his terminis
loquitur † *text. in § fin.* vbi dictum fuit, si tibi nupsero 8
decem dare spondes, & sic fuit promissio lucri sub conditione nuptiarum, & consequenter nulla, tum quia collata in tempus matrimonij, quæ ideo non valet prout etiam nec
illa, quæ fit † constante matrimonio, *l. 1. C. de donat.* 9
ante nupt. tum etiam quia non fuit conditio necessaria ad actum, nec ad effectum actus, quæ propterea importat causam finalem, Bart. *in l. demonstratio falsa, §. quod autem, ff. de condit. & demonstr.* Tiraq *tract. cess. caus. limit.* 1. *num* 60 Surd. *decis.* 6. *num.* 10. Sarmient. *lib.* 2. *select.*
cap. 1. num. 12. proinde sicut † *in d text* causa finalis 10
promissionis lucri in viro, fuit conditio nuptiarum, itaut, & vice versa in muliere causa finalis nuptiarum fuit promissio lucri: Vnde meritò dicitur *in d. text.* quòd promissio non tenet vti ob turpem causam facta, quia finis ma-
trimonij † non debet esse lucrum, sed ipsummet matri- 11
monium propter eius tria bona, prolem scilicet, fidem, & Sacramentum, *iux. text. in cap. omne itaque 27. quæst.* 2. & Panorm *in c. cum bonum de sponsal.*

Hic autem non versamur in terminis illius textus quia in casu nostro finis contrahendi matrimonium in vtroque coniuge fuit ipsum matrimonium, & donatio non sub conditione, sed simpliciter emanauit ex sponsalitia largitate, itaut donatum censeatur in causam dotis, & pro supportandis oneribus matrimonij,
& sic ex causa iuxt. † *text in d. l. 1. C. de donat an-* 12
te nupt. & tex. quem sic Doctor. communiter intelligunt *in cap. de illis, de condit. apposit.* & benè exitus comprobauit, ex quo illico, & eadem die Laura dicta scuta bis mille sibi donatori in dotem dedit. Vnde nihil refert, quòd in exordio d. donationis fuerit facta expressa nuptiarum mentio, quia alioquim nulla sponsalitia largitas sustineretur cum illa, prout etiam
† dos, licet non sit expressè dictum, tacitè ex legis 13
dispo-

dispositione facta censeatur propter spem futuri matrimo-
nij, *l. cum veterum, C. de donat. ant. nupt.* & ibi notant gloſ.
ordinaria Bart. Bald. Angel. Salic. & communiter DD.
Anton. Gomez Sanch. & Couar. vbi supra. Conditio
14 † autem tacita à lege subintellecta non facit actum
conditionalem, *l. 3. ff. de leg. 1.* cum similibus, quæ
distinctio, & interpretatio benè conuenit, & adaptatur
15 verbis *text. in d. §. fin.* † dum ibi non simpliciter lucri
promissio reprobatur, sed addit ibi Iurisconsultus, cau-
sa cognita denegandam actionem, puto, quasi ex
mente Iurisconsulti sint dandi casus, quorum vnus est
iste, de quo agitur, in quibus tenet inter sponsos lu-
cri promissio, prout ibidem Bart. Paul. Iaſ. Alciat. &
alij.

Sed vlterius in casu nostro cessat penitus omnis diffi-
16 cultas, quia quamuis sponsalitia largitas, † prout
etiam dos, tàm ex iuris dispositione, quam ex præ-
sumpta voluntate partium, habeat in se tacitam con-
ditionem si matrimonium sequatur, itaut matrimo-
nio non sequuto habeatur pro non facto, *vt in d. l.*
veterum. Tamen quando vt hic expressè dicitur, quod
17 donatio sit pura, † & irreuocabilis ex quacumque cau-
sa, & facta pro se, & suis hæredibus, tunc bona do-
nata statim, & indistinctè acquiruntur sponsæ, &
nunquam reuertuntur ad donantem etiam matrimonio
non sequuto, sed in hoc casu iura vetera, quæ hoc
absolutè disponebant in omni sponsalitia largitate, *l.*
2. l. si filiæ, & l. si tibi, C. de donat. ant. nupt. re-
18 manent † incorrecta vt expressè cauetur *in d. l. cum ve-*
teram, & ibi DD. Ant. Gom. vbi sup. *d. nu. 2.* quo fit,
19 vt dicta donatio scut. 2000. non potuerit dici † correspecti-
ua libidinis, seu matrimonij, cum etiam sine matrimo-
nio, & libidine non expleta in omnem casum iam à
principio de tempore factæ donationis illa erat perfecta,
absoluta, pura, & irreuocabilis.

Non etiam obstat si dicatur, quòd dictum statutum
20 dum vtitur verbo † *relinquere* prohibeat tantùm dispo-
sitionem per vltimam voluntatem, non autem retroda-
tionem, & sic dispositionem inter viuos, quàm fecit
Laura ad fauorem Gasparis sui viri, quia reprobata sen-
21 tentia, † Iasonis, qui nulla facta differentia inter cau-
sam lucratiuam, & onerosam, sic distinguit *in l. si ita*
quis, §. ea lege, num. 38. ff. de verb. obligat. Veritas est,
22 quòd dictum statutum † factum ad consulendum fragili-
tati mulieris, ne scilicet à marito impediatur fratri-
bus relinquere, vel fauore agnationis habet locum sem-
per, & quando mulier ex causa tamen lucratiua dispo-
nit de bonis suis, tàm inter viuos, quàm in vltima vo-
luntate iux. tex. optimum *in l. fin. ff. si quid in fraud.*
patr. aliàs enim dispositio statuti de facili eluderetur,
vt in terminis huius statuti, Alex. *conſ. 55. lib. 1.* & plu-
res allegans Barz. *decis. Bononien. 83. num. 2. vsque ad fin.*
vbi quod Iaſ vbi supra malè reprehendit Alex. *qui in d.*
conſ. loquitur in titulo lucratiuo, qui est casus noster, prout
23 etiamsi † statutum defert marito tertiam partem bono-
rum vxoris, non potest vxor in vita ei in dicta tertia par-
te præiudicare, Castrenſ. *conſ. 82. num. 2. lib. 1.* & Barz.
vbi supra num. 27.

Demum non releuat prætensio, quòd statutum non
comprehendat nisi bona prouenientia à patre, aut aliundè,
24 quã à marito, quia statutum † loquitur generaliter de bo-
nis vxoris, & ideo comprehendit d. scuta bis mille, quæ
absolutè fuerunt ei acquisita, ob quam etiam rationem mi-
nus releuat, quòd d. retrodonatio fuerit remuneratoria,
videlicet in recompensationem donationis, quàm Gaſ-
par prius Lauræ fecerat, quia cum medio tempore vigo-
25 re statuti fuerit fratribus ius † quæsitum, non potuit
eis auferri ex causa voluntaria, qualis erat illa, quæ ori-
tur ex beneficio recepto, quæ non obligat ex necessita-
26 te, † sed tantum ad antidora, *l. sed, & si lege, §. consu-*
luit. ff. de petit. hæred. & in puncto Alex. *d. conſ. 55. nu.*
3. verſ. nec obstat.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISSIMO P. D. COCCINO.

Metensi Iuris corrigendi.

Die Lunæ 31. Ianuarij 1628.

ARGVMENTVM.

Monitio trina, & vnica non sufficit ad hoc, vt clericus suspectus de mala familiaritate mulierum, & de incontinentia beneficijs priuari possit.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, vt priuetur beneficijs ex eo, quod est su-*
spectus de mala familiaritate mulierum, & de
incontinentia, non sufficit vnica monitio, sed
trina requiritur.

2 *Qua præmissa, si non corrigatur, tunc demum po-*
test procedi ad priuationem.

3 *Text. in cap. si autem de cohabit. cleric. & mulij de-*
clarantur.

4 *Monitio, quæ fit clerico suspecto de incontinentia in*
synodo habet vim trinæ monitionis.

5 *Concil. Trid. seſſ. 25. cap. 14. de reform. loquitur,*
quando agitur de subtrahenda parte fructuum,
non autem, quando agitur de priuatione bonorum.

6 *Clerico suspecto de incontinentia si fiat monitorium*
sub pœna priuationis alicuius beneficij, illius vi-
gore non potest omnibus priuari.

7 *Citatio partis requiritur ante executionem.*

DECISIO CXXXIX.

CAPITVLVM monuit Ioannem Canonicum vt
assertam Elisabetham malæ famæ mulierem in tre-
scensu de Semelcour, nec in eius domo Canonicali dege-
re, & frequentare permitteret, sub pœna priuationis tre-
scensus, &c. Quare Capitulum prætendens, Ioannem
contrauenisse, per suam sententiam illum non solum di-
cto trescensu, sed etiam alijs priuauit, quam sententiam
cum Auditor Cameræ reuocauerit, dubitaui 19. Aprilis
superioris anni, * An sententia Auditoris Cameræ esset
confirmanda, & Domini affirmatiuè resoluerunt, sed
cum postmodum iura fuerint producta, ex quibus præten-
debatur cessare factum dictæ decisionis, iterum proposui
causam, & Domini adhuc ex sequentibus tamen funda-
mentis omissis illis, quæ ex facto tolluntur, steterunt in
resolutis pro confirmatione scilicet sententiæ Auditoris
Cameræ.

Ratio autem resolutionis fuit, quia cum ageretur de
priuatione trescensuum, ex quo Ioannes erat suspectus
de mala familiaritate mulierum, & de incontinentia, vt
ex suspicione, scandalum generaretur in populo, licet non
fuerit contra ipsum accusator, † non fuit sufficiens vnica 1
monitio, sed trina requirebatur, qua præmissa, si postea
fuisset inuentus cum illis conuersari, aut illas in domo re-
tinere, tunc † demum potuisset procedi ad priuationem 2
cap. si autem 6. de cohabit. cleric. & mul. facit text. in cap.
2. & in cap. sicut 4. & in cap. tua nos 8. eod. tit. Petrus de
Bollo *œconom. canonic. claſſ. 1. §. 5. col. 3. verſic. transgreſ-*
sores benè Imol. *in cap. si autem num. 1. in 1. notab. de coha-*
bit. cleric. & mul. Diaz. *in prax. cap. 79. num. 3. verſic. in-*
de tamen, & ibi Salcedo *in littera F. in verſic. monent omnes,*
qui licet † loquantur de monitione simpliciter, tamen 3
sunt intelligendi de trina, vt per *text. in d. cap. si autem di-*
cit Præposit. *in cap. nullus num. 3. verſic & ista monitio 32.*
dist. & quod requiratur trina monitio implicitè, dicit Sal-
cedo *loco allegato* dum firmat, quod † monitio, quæ fit 4
in Synodo habet vim trinæ monitionis per *gloſ. in c. si Epi-*
scopus, verſic. præception. 18. distinct.

Non obstat, quòd † Concil. Trident. *seſſ. 25. cap. 14.* 5
de reformat. dum loquitur simpliciter de monitione vide-
tur requirere vnicam monitionem, vt per Zerolam *in prax.*
Episcop. par. 1. in verb. concubinarij in fin. verſic. ad quar-
tum, quia quicquid sit de dicto Zerolæ, si consideremus di-
ctum Præpositi, non versamur in terminis Concilij, quia
loquitur, quando agitur de subtrahenda parte fructuum,
non autem quando agitur de priuatione bonorum, prout
in casu isto.

Accedit prædictis, quòd monitio fuit facta sub pœna
priuationis trescensis enumerati in monitorio, & ideo non
potuit † vigore illius monitorij deueniri ad priuationem 6
aliorum

aliorum trescensuum, de quibus non fuit habita mentio in monitorio prout fuit factum, quia verba monitorij sub pœna continent comminationem, & ideo aote executionem
7 requiritur † citatio partis, & declaratoria, incursus pœnæ, Castr. *cons.* 99. *num.* 1. *lib.* 1. quare cum alij trescensus non contineantur in monitorio, quoad illos oon potuit ad aliquam declaratoriam deueniri, cum respectu illorum pœna non fuerit comminata, vt per Castrens. *loco citato*.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

* Est decisio 55. supra in hac parte.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO DECANO.

Romana Officij.

Die Lunæ 31. Ianuarij 1628.

A R G V M E N T V M.

Vendens rem sub falsa assertione, si veritas detegatur, statim contractus ipso iure resoluitur, & est locus restirutioni pretij. Verba importantia dominium an verificari possint in dominio hypotecæ, Vendens rem alienam præsente illius domino, si non contradicit, an dicatur consentire.

S V M M A R I V M.

1 *Veadens rem prius alteri venditam, tenetur ad pretij restitutionem.*
2 *Assertio falsa, si dedit causam contractui, detecta veritate, contractus ipso iure resoluitur.*
3 *Venditio dicitur valida, si sit facta bona fide, & ees sit tradita, & interuenit solutio pretij, & possessio subsecuta spatio 10. annorum.*
4 *Vendens rem sub falsa assertione, tunc locus est restitutioni pretij.*
5 *Emens rem, quam sciebat esse alienam, non potest agere de euictione, aut ad pretij restitutionem.*
6 *Procuratorio nomine videtur quis id egisse, dum in illo talem se enunciabat.*
7 *Verba importantia dominium possunt verificari in dominio hypotecæ.*
8 *Dominium hypotecæ, & dominium vsusfructus ponuntur inter species dominij.*
9 *Dolus, vt excludatur, solet capi omnis possibilis interpretatio, & etiam vt euitetur contrarietas.*
10 *Vendens rem alienam præsente Domino, verisimiliter contraxisset, si venditioni non consensisset.*
11 *Reseruatio non conuenit rebus proprijs.*
12 *Alienationi rei suæ factæ ab alio, quando quis dicatur consensisse.*
13 *Mandatum coniecturis, & præsumptionibus potest probari, quando de scriptura doceri non potest.*
14 *Mandatum an probetur ex assertione Notarii dicentis, rogatum esse mandatum per acta sui.*
15 *Principalis præsentia, & consensus si dedit causam contractui, sufficit pro verificatione mandati enunciati.*
16 *Dominus per procuratorem potest se obligare de euictione.*
17 *Euictionis promissio venit ex natura venditionis.*
18 *Confessio in criminali iudicio probat inter easdem personas etiam in ciuili.*
19 *Dominium procuratoris irreuocabilis, quid operetur.*
20 *Emptores officium Curiæ Capitolinæ, semper illorum sunt Domini, & ad instar bonorum allodialium transmittuntur ad hæredes dictorum officiorum proprietatem.*

DECISIO CXL.

DOMINI recesserunt à decisione in hac causa facta 5. Martij præteriti. * Nam & si verum sit, quod officium, de quo agitur, prius venditum fuerit per Antonium Moschenium, & Fidum Saluium Catuccio pretio scutorum 6000. in cuius pretij solutionem cum D. Laurentius Butius scuta 3000. de proprijs exbursauerit, eidem fuerunt cessa pro dicta rata omnia iura, & omnes actiones super dicto officio, quæ erant penes Moschenium, & Fidum, & exinde cum Catuccius venderet idem officium Erasto Spanocchio, Butius consenserit conditione expressa, vt e dem pro dicta rata reseruaretur decretum, & omnimoda dispositio, prout factum fuit, & postmodum resignauerit eandem partem eidem Erasto cum decreto, quod Erastus officium præfatum vendere, resignare, alienare, & de eo disponere posset ipso Butio non consentiente, & io hoc statu officio existente, nihilominus Butius deuenerit ad venditionem tertiæ partis dictæ medietatis officij in Adamum Cliscum Polonum cum oarratiua, quod officium pro illa parte ad ipsum spectabat, & pertinebat, vti emptum à Catuccio, qui illud emerat à Moschenio, itaut clarè appareret Butium vendidisse † 1
rem prius alteri venditam, & ob id teneri ad pretij restitutionem, *l. si rem quam, ff. de euict.* cum alijs allegatis per Surd. *cons.* 36. *num.* 12. *& decis.* 253. *num.* 10. postquam assertio non vera dedit causam contractui, † derecta au- 2
tem veritare contractus ipso iure resoluitur, Surd. *cons.* 13. *num.* 28 *lib.* 1 *& ead. decis.* 253. *num.* 13. cum alijs in prima decisione allegatis.

Attamen visum fuit Dominis venditionem fuisse validam, † & bona fide factam, & per consequens locum 3
non esse restitutiuni pretij, fuit perfecta per traditionem rei, & solutionem pretij, & possessionem subsequutam spatio decem annorum *l. si quis rem alienam, ff. de act. empt. §. instit. de empt. & vend.* Rot. *decis.* 725. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* vnde ab ea non licet amplius recedere, *l.* 1. *C. quando liceat ab empt. discod.* Afflict. *decis* 280. *num.* 4. *&* 6. Menoch. *cons.* 888. *num.* 1. Castr. *in l. seruus quem §. si sciens num.* 1. *ff. de act. empt.* Neuiz. *cons.* 37. *num.* 18. affirmantes eo difficilius reuocandam possessione subsequuta.

Neque obstat principale fundamentum decisionis, quod Butius asseruerit medietatem officij ad eum spectare, & pertinere, cum verè illius partis non esser Dominus, ex quo antea illam vendiderat Erasto cum plena facultate vendendi, resignadi, & alienaodi, & tunc † ob 4
non veram assertionem esse locum restitutiooi pretij Surd. *decis.* 253. *num.* 12. *&* 13. Rot. *decis.* 318 *num.* 2. *par.* 1. *recent.* cum alijs allegatis.

Quia fuit responsum quatenus esset inhærendum assertionis Butij: nihilominus cum Adamus sciuerit Erastum non Butium esse Domioum ex testibus formiter, & de nouo examinatis deponentibus minutam huius venditionis fuisse factam per Erastum, & manu propria illius conscriptam, & quòd in minuta præsente Adamo posuit, quòd decretum erat reseruatum ad fauorem Butij, & quod Butius contradixit, & fecit hoc delere, & ioco decreti fuit appositum, quòd vendebat vti procurator irreuocabilis Erasti, ex hac † inquam scientia rei alienæ non intrat 5
euictio, aut aliqua pretij restitutio, *l. si fundum sciens, C. de euict.* Surd. *decis.* 243. *num.* 1. *& seq.* sed præterea fuit ponderatum quòd in eodem instrumento postquam Butius asseruit officium pro medietate spectare, & pertinere ad ipsum, subiunxit pro qua rata idem Laurentius Butius asserit esse procuraturem irreuocabilem ad resignandum dictum officium, & exinde cum præseotia, consensu, & interuentu Erasti, & Riccij in dicto officio sociorum præsentium, & consentientium, dictam tertiam partem cessit, & transtulir, atque ita tanquam † procurator, id totum 6
egisse videtur, dum se talem enunciauit, *glos. in l. quacunque, ff. de procur.* Gabr. *cons.* 71. *num.* 2. *lib.* 1. Surd. *cons.* 19. *num* 8. Menoch. *præsumpt.* 49. *num.* 17. *lib.* 3. & benè se compatiuntur præcedentia verba assertiua eiusdem Butij, quod medietas officij ad ipsum spectaret, & pertineret, cum possint referri ad vinculum hypotecæ, quo erat subiecta vsque à prima translatione de Moschenio in Catuccium, postquam eadem verba sunt apta verificari † in 7
Domino hypotecæ, *l. verbum illud pertinere, ff. de verb. signif. l. rem in bonis, ff. de acquir. rerum domin.* & Bald. *in l. pro-*

l. proprietatis in princ. C. de probat. Inter species dominij
8 ponit † dominium hypotecæ, & dominium vsusfructus
aduertendo propterea *in l. qui vsumfructum num. 1. ff. si
vsusfruct. petatur*, differre si quis dicat rem ad se specta-
re, & pertinere, vel addat iure dominij, quia tunc tene-
tur probare dominium rei, non autem vsusfructus, vel
alterius subalterni dominij, quod deseruit pro responsio-
ne ad relationem, quàm habuit Butius ad instrumentum
venditionis Moschenij, ex quo habebat titulum, & pro-
prietatem vigore decreti reseruati, & etiam erant cessæ
omnes actiones; nam dato quod titulus proprietatis prius
fuerit per Butium translatus in Erastum, rectè tamen po-
tuit dicere medietatem ad se spectare, & pertinere, cui
interpretationi eo facilius videbatur inhærendum, post-
quam agitur de excludendo dolo, ad quem effectum solet
9 capi † omnis possibilis interpretatio, & etiam vt euitetur
contrarietas, quòd Butius vendiderit, tanquam Domi-
nus, & tanquam procurator alterius Domini, nempè
Erasti, *l. vbi repugnantia, ff. de regul. iur.* Surd. *cons.* 231.
num. 56. Mantic. *decis.* 359 *num.* 6. quibus omnibus ad-
duntur coniecturæ actum ipsum distinguentes, cessio nam-
que, & translatio medietatis officij facta fuit cum præsen-
tia, consensu, & interuentu Erasti verisimiliter conque-
10 rentis, † si alienationi rei propriæ non consensisset propter
præiudicium in recuperando pretio à vendente rem alie-
nam, Bart. *in l. quæ dotis num.* 21. *ff. solut. matrim.* Ro-
lan. *cons.* 100. *num.* 44. *lib.* 4. & in eodem pariter instru-
mento idem Butius asseruit se creditorem scutorum 2000.
super dicta medietate officij reseruando sibi anterioritа-
11 tem ratione dictæ summæ, quæ reseruatio † non conue-
nit rei propriæ, *l. cum res C. de contrah. empt. l. suæ rei,
ff. eod. tit.* nec minus conduxisset illam sextam partem
prout fecit, & per multos annos mercedem conuentam
12 soluit, nisi alienationi consensisset, & soluendo ratificasset,
Surd. *cons.* 60. *num.* 11. Gratian. *discept.* 706. *num.* 9. &
944 *num.* 57. ac demum eidem Erasto fuit reseruatum pa-
ctum redimendi eandem sextam partem, quòd conuenit
verò Domino rei, non autem subalterno Domino ratione
hypotecæ.

Non obstat, quòd hæc omnia fortè possent sustineri,
si constaret de mandato, & æquè Adamo esset succursum,
quòd neutrum verificari fuit dictum in decisione, quæ
reuidetur.

13 Quia quoad veritatem mandati † vltrà quòd conie-
cturis, & præsuptionibus potest probari quatenus de scri-
ptura doceri non possit, Dec. *cons.* 6. *num.* 9. Cassad. *decis.*
3. *num.* 4. *de procur.* Rot. *decis.* 34. *num.* 1. & 111. *num.* 1.
& *seq.* & coram Card. Seraph. *decis.* 1326. *n.* 2. & coniectu-
14 ræ non desint ex assertione Notarij dicentis † rogatum
esse mandatum per acta sui, cui & si plenè non credatur,
vt dicit Innoc. *in cap. quoniam contra falsam de probat.* lo-
quens de Notario dicente, vt constat in quodam instru-
mento procurationis facto per manus mei, Becc. *cons.* 5.
num. 5. *lib.* 1. Afflict. *decis.* 48. *num.* 2. attamen innctis alijs
coadiuuat probationem, vt dicit idem Afflict. *num.* 3. &
4. & pro alijs deseruiunt supradicta nempè præsentia, &
consensus Erasti constituentis, reseruatio crediti scuto-
rum 2000. pactum de retrouendendo eidem Erasto reser-
15 uatum, & nihilominus sola præsentia, & consensus †
Erasti dans causam contractui sufficit pro verificatione
mandati enunciati, *l. ne satisdatio, ff. rem ratam hab.* Rom.
cons. 63. *num.* 1. Purpur. *cons.* 51. *num.* 5. Felin. *in cap. cum
in iure peritus, num.* 14. *ff. de offic. iud. deleg.*

Et retento quòd mandatum probetur, cessat secundum
obiectum, quòd æquè Adamo non sit succursum, quia
16 Dominus † per procuratorem potuit obligari de euictio-
ne, *l. procurator qui pro euictione, ff. de procur.* Corn.
cons. 223. *num* 6. *lib.* 3. Mant. *de contr. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 3.
nec hæsitari potest super qualitate mandati, quia indiui-
17 duum non requiritur, cum promissio † euictionis veniat
ex natura contractus venditionis, *l. non dubitatur*, vbi
Bald. *in princ. C. de euict. l. pacta conuenta, ff. de contrab.
empt.* Rot. *decis.* 90. *num.* 10. coram Papa Gregor. XV. &
*idem fuit dictum in Terracinen. molendini 28. Ianuarij mensis
præsentis coram me.*

Non obstat, quòd hæc interpretatio de dominio vigore
hypotecæ nullo modo sustineri possit, postquam idem Bu-
tius in constituto criminali, quòd datum fuit num. 2. fas-
sus fuerit vendidisse officij medietatem, quia erat Domi-
18 nus, quæ confessio † inter easdem partes probat etiam in
ciuili, Cæs. de Grass. *decis.* 1. *nu.* 17. *de except.* Caputaq.
decis. 19. *num.* 1. *par.* 1. cum alijs allegatis.

Quia confessio semper potest verificari de dominio habi-
li ad actum venditionis, prout est dominium hypotecæ,
& dominium † procuratoris irreuocabilis, qui etiam dici 19
Dominus secundum Bald. *in l.* 1. *num.* 14. *C. de act. empt.*
Gratian. *discept.* 873. *num.* 25.

Superest secundum fundamentum decisionis positum in
falso supposito, quod officium, de quo agitur non esset va-
cabile, cum tamen contineret decretum quòd vacaret, &
vacare censeatur per obitum Erasti, vnde dicebatur Bu-
tium teneri actione ex empto ad restitutionem pretij ex al-
legatis in eadem decisione.

Verum visum fuit Dominis ex facto cessare obiectum,
quia stylus, & obseruantia declarat hæc Curiæ Capitolinę
officia vacare respectu personæ exercentis, vt eo mortuo re-
nouandæ sint patentes propter emolumenta Datariæ, &
solutionis regalium, non autem respectu † emptoris, qui 20
semper est Dominus, & ad instar bonorum allodialium
transmittit proprietatem illorum ad hæredes vigore indul-
torum Sixti, & Pauli, Gratian. *discept.* 730. *num.* 56. &
idem fuit firmatum in *Rom. offic.* 1. *Iunii* 1620. *coram bon.
mem. Remboldo*, & prout contigit in emptore aliarum dua-
rum partium dictę medietatis, qui Dominus remansit non
obstante morte Erasti.

Et ita &c.

* Vide hanc decisionem infra in Additione prout in Indice
in eius fine posito.

Et infra in eadem causa adsunt aliæ decisiones sub die-
bus 29. Ianuarij 1629. & 22. Iunij eiusdem anni, & 29. No-
uembris eiusdem, & 1. Februarij 1630. sunt decisiones 243.
307. 322. & 343.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Perusina Dotis.

Die Lunæ 7. Februarij 1628.

ARGVMENTVM.

Renunciationes puellarum ingredientium Monasterium ad effectum professionis, quę fiunt successioni parentum ab intestato recepta dote congruenti pro Monasterio, si factæ sint generalissimis verbis, ex hoc comprehenditur eorum voluntas renunciandi, & ex causa de futuro.

SVMMARIVM.

1 *Puellæ ingredientes Monasterium ad effectum possessionis, soleat renunciare successioni parentum ab intestato, recepta congrua dote.*
2 *Et similes renunciationes fiunt de consuetudine.*
3 *Verba, quomodocumque, qualitercumque, & quacumque causa, sunt adeo prægnantia, quod comprehendant futura etiam ex causa de futuro.*
4 *Verba, ex quacumque causa non verificarentur, si fieret aliqua restrictio.*
5 *Legitima in vita parentum filijs non competit.*
6 *Verba, quomodocumque qualitercumque, &c. ex sui natura ampliant dispositionem in rebus maioribus, & diuersis etiam ex causa de futuro.*
7 *Legitimæ nugumentatiuè, quando dicatur fuisse renunciatum.*
8 *Filiæ renunciantes distinguantur ab hæredibus patris, si ipsi hæredes dare debent annuas præstationes d. filiabus.*
9 *Renunciationes, quæ habent tractum successiuum, comprehendunt iura etiam ex causa de futuro.*
10 *Renunciatio ad fauorem hæredum in omnibus bonis ex quo confirmetur.*
11 *Renunciandi voluntas iuri futuro ex causa de futuro, ex quibus benè arguatur.*
12 *Renunciationes successioni parentum ab intestato, si fine probatæ ex publicis instrumentis, consisteates in articulo iuris, an dicantur requirere altiorem indaginem.*

DECI-

DECISIO CXLI.

RECESSERVNT Domini à decisis sub die 7. Iunij
1627. * nam renunciationes Catharinæ, & Mar-
garitæ non sunt restrictæ ad legitimam, & eius supple-
mentum, nec ex causa de præterito, vel præsenti, vt sup-
ponitur in decisione per me facta, sed sunt generalissimæ
de quibuscumque bonis parentum, & ex causa successio-
nis ab intestato de futuro, verba enim renunciationum
sunt ista, renunciauit patri omnia iura, & actiones com-
petentia, & competitura tàm super quibuscumque bonis
iuribus, & actionibus patris, & matris ratione legitimæ,
vel illius supplementi, seu alias quomodocumque, qua-
litercumque, & quacumque de causa, ex quibus verbis
clarè colligitur voluntas renunciandi etiam successioni ab
intestato ex causa de futuro.

Primò quia sumus in renunciatione puellarum Mona-
1 sterium ingredientium ad effectum possessionis, † quæ so-
lent successioni parentum ab intestato recepta dote con-
gruenti pro Monasterio renunciare, & propterea oritur
præsumptio voluntatis earum renunciandi huiusmodi suc-
cessioni ex causa de futuro, Bellon. Sen. *cons.* 15. *numer.* 8.
& 9. Paris. *cons.* 26. *numer.* 46. *& cons.* 69. *numer.* 70. *lib.* 3.
Franc. *decis.* 375. Vasq. *de success. creat. lib.* 2. §. 18. *numer.*
100. *& seq.* Rota *decis.* 714. *numer.* 2. *&* 9. *par.* 2. Panci-
2 rol. *cons.* 62. *numer.* 14. similes enim † renunciationes
puellarum Monasteria ingredientium sunt de consuetudi-
ne, Aym. *cons.* 160. *num.* 1. Dec. *cons.* 3. *col. fi.* Couar. *in ca.
quamuis p.* 3. §. 2. *num.* 5.

Secundò intellectus ex causa vel de præterito, vel de
præsenti repugnat verbis renunciationum, competitura,
3 † quomodocumque, qualitercumque, & quacumque de
causa, quæ verba adeo prægnantia comprehendunt iura fu-
tura etiam ex causa de futuro, Bart. *in l. si de certa*, Ias. *nu.*
6. C. de transact. Dec. *in l.* 1. *nu.* 32. *C. de pact.* Rip. *in l. qui Ro-
mæ*, §. *duo fratres*, *numer.* 11. *&* 77. vbi Bart. *numer.* 19. *ff.
de verb. obl.* Curt. Iun. *cons.* 102. *num.* 1. 8. *& seq.* Pancirol.
cons. 62. *num.* 8. Port. Imol. *cons.* 142. *num.* 45. *&* 46. Menoch.
cons. 401. *num.* 119. Mandel. *cons.* 11. *num.* 17. *& fuit dictum
in Recanaten. successionis* 19. *Febr.* 1618. *coram bo. me. Bu-
4 ratto*, non enim verificarentur verba, † ex quacumque
causa, si fieret restrictio ex causa de præsenti, vel de præ-
terito, & ideò vt operentur eius effectum, important etiam
ex causa de futuro post obitum parentum, *l. si stipulatus, ff.
de vsur.* Bald. *in rubr. C. de contrah. empt. num.* 9. Rota *decis.*
714. num. 6. recent. Paris. *cons.* 26. *num.* 46. *lib.* 3. Honded. *cons.*
49. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 1.

Tertiò quia renunciatur legitimæ, de qua magis dubi-
tati poterat, cum illa de iure naturæ debeatur, & propte-
rea augumentatiuè pro casu magis dubitabili fuit expressa
renunciatio legitimæ, & consequenter multo magis fuit
renunciatum cæteris bonis parentum, ex renunciatione
enim legitimæ arguitur mens renunciandi ex causa de fu-
5 turo, cum legitima † non in vita parentum ex quo nul-
lum ius viuente patre de præsenti competat, sed post obi-
tum debeatur, *l.* 1. §. *si impuberi, ff. de collat. bono.* Bar. *in l.
post emancipationem*, §. 1. *num.* 1. *ff. de liberat. l.* Bec. *cons.* 34.
numer. 17. Paul. de Monte Pic. *cons.* 98. *in fin.* Surd. *de ali-
ment tit.* 1. *q.* 35. *num.* 14.

Maximè cum post renunciationem legitimæ addantur
verba amplissima, & prægnantia, seu aliàs quomodo-
cumque, qualitercumque, & quacumque, de causa, quæ
6 ex sui natura † ampliant dispositionem in iuribus maiori-
bus, & diuersis à legitima etiam ex causa de futuro, Aym.
cons. 294. *num.* 1. *& seq.* Roland. *cons.* 27. *nu.* 15. 18. *& seq. lib.*
4. Honded. *cons.* 49. *num.* 14. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 335. *num.* 22.
Socc. Sen. *cons.* 300. *nu.* 2. *lib.* 2. Rota *decis.* 149. *num.* 3. *par.* 1.
& d. decis. 714. *nu.* 5. *par.* 2. *recent.*

Quartò, quia cum in bonis parentum viuentium nul-
lum ius competat filiabus, nisi ex causa de futuro ne re-
nunciationes tam amplissimæ euanescant, in successioni-
7 bus parentum ab intestato ex † causa de futuro verificari
debent, præcipuè cum legitimæ augumentatiuè fuerit re-
nunciatum, Ias. *in l.* 1. *num.* 17. *in fin.* Dec. *numer.* 32. Cagnol.
num. 80. *&* 84. *C. de pact.* Socc. Sen. 34. *nu.* 5. *lib.* 4. Paris. *cons.*
26. *nu.* 44. *& seq. & cons.* 69. *num.* 65. *lib.* 3. Curt. Iun. *cons.* 49.
numer. 14. Dec. *cons.* 288. *nu.* 16. *versic. quod iura* Honded
cons. 63. *nu.* 88. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 6. *nu.* 15. *& cons.* 335. *nu.* 16.
& 17. *& cons.* 749. *nu.* 13. *&* 15. Surd. *cons.* 267. *nu.* 31. *&* 32.
& cons. 562. *nu.* 6. Rota *d. decis.* 714. *nu.* 6. *in fin.*

Quintò, quia tàm Catherina quàm Margarita post obi-

tum patris reseruarunt quasdam præstationes faciendas
ab hæredibus patris, ex qua reseruatione tria sequuntur.
Primum quod filiæ renunciantes se distinxerunt ab hære-
dibus patris, cum † hæredes ipsis filiabus præstationes 8
annuas dare debeant Menoch. *cons.* 215. *num.* 69. *& seq.*
Secundum, quod adest tractus successiuus ad futurum
tempus, quo casu † renunciationes comprehendunt iu- 9
ra etiam ex causa de futuro, Rot. *d. decis.* 714. *num.* 1. *in
fin. part.* 2. *recent.* Tertium, quòd ista reseruatio facta in
casu mortis patris confirmat † renunciationem ad fauo- 10
rem hæredum in omnibus bonis, *l. in his, ff. de legib. l. nam
quod liquidè*, §. *fin. ff. de pen. legat.* Paris. *d. cons.* 69. *nu.* 58.
& 67. *lib.* 3.

Vltra quod respectu bonorum maternorum cessat om-
nis difficultas, cum tempore renunciationis mater esset
mortua, itaut versemur in iure de præsenti iam acquisi-
to, cui si voluerunt renunciare, multo magis arguitur † 11
voluntas renunciandi iuri futuro ex causa de futuro in bo-
nis patris propter dotem causa ingressus Religionis, vt su-
pra deductum est.

Renunciationes ergo supradictæ † probatæ ex publicis 12
instrumentis consistentes in articulo iuris non dicuntur
requirere altiorem indaginem, sed impediunt immis-
sionem, Rot. *decis.* 557. *num.* 9. *& seq. part.* 1. *recent.* Me-
noch. *de recuperan. remed.* 1. *num.* 223. *& seq.* Put. *decis.* 233.
lib. 3. Bald. *in l. ancillæ, num.* 2. *C. de furt.* Natt. *cons.* 502. *nu-
mer.* 3.

Et ita vna tantum parte informante fuit decisum.

* Vide hanc decisionem infra in Additione prout in Indi-
ce in eius fine posito.

REVERENDISSIMO P. D. COCCINO.

Brachareñ Archidiaconatus.

Die Lunæ 7. Februarij 1628.

ARGVMENTVM.

Iustificare quilibet tenetur concludenter prouisionem Apostolicam ad sui fauorem emanatam, ad hoc vt de eorum bono iure doceatur.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio Apostolica ad alicuius fauorem emanata, quis tenetur plenè iustificare.*
2 *Fundamentum intentionis est concludenter probandum.*
3 *Actor, si plenè iustificauit gratiam suæ prouisionis, reus, & & possessor tenetur quoque suam gratiam iustificare, aliàs non constat de bono ipsius iure,*
4 *Possessio vitiosa non suffragatur.*
5 *Clausula, dummodo dispositio hac vice pertineat, reddit gratiam conditionalem.*
6 *Et ante omnia est verificanda.*
7 *Clausulæ dummodo tempore datæ præsentium, & amotis illicitis, &c. faciunt exequutorem mixtum.*
8 *Subrogatio gratiosa an sufficienter purget vitiosam possessionem.*
9 *Subrogatio gratiosa, si resoluatur in simplicem collationem, tunc in totum est iustificanda.*
10 *Possessio vitiosa non suffragatur ad effectum triennalis.*
11 *Possessor beneficij sufficit, vt legitimè sit citatus, ad effectum, quod interrumpatur possessio triennalis, licet non fuerit reproducta citatio.*

DECISIO CXLII.

FVIT resolutum constare de bono iure Ludouici,
non autem Hectoris. Bonum ius Ludouici satis de-
ducebatur ex eo, quod † prouisionem Apostolicam ad 1
sui fauorem emanatam plenè iustificauit Rota *decis.* 613.
in princip. part. 1. *recent.* de qua iustificatione sufficien-
ter constat ex decisionibus in hac causa factis coram me
sub die 13. Februarij, & 14. Aprilis 1623. De bono
iure autem Hectoris visum fuit non constare, quia cum
in sua gratia narrauerit, quod prouisio Ludouici erat nul-
la, & inualida, ex quo idem Ludouicus originem ab He-
breis intra septimum gradum trahebat, ac proinde ad obti-

nendum d. Archidiaconatum iuxta Constitutionem Clement. VIII. inhabilis erat, & propterea d. Archidiaconatus adhuc per obitum Matthiæ, & incapacitatem Ludo-
2 uici vacabat, tenebatur huiusmodi narratiua, † tamquam fundamentum suæ intentionis, & gratiæ seu modum vacandi expressum, concludenter probare Ioan. Andr. & alij in cap. 1. de lit. contest. in 6. Rota decis. 20. de præb. in non. & decis. 210. numer. 2. vbi latè Adden. apud san. mem. Gregor. & in puncto ità sæpius fuisse resolutum, dicitur in decis. 379. numer. 2. vbi plures aliæ allegantur par. 1. recent. Quæ non modo non iustificauit, sed imò ex decisione in hac causa facta sub 21. Maij eiusdem anni 1623. de contrario constat, nempè de puritate sanguinis, ex qua Ludouici incapacitas, & consequenter vacatio de tempore gratiæ Hectoris narrata omninò excluditur.

Nec possessio ipsum eximit à non iustificatione suæ gra-
3 tiæ, quia cum Ludouicus actor † plenè iustificauerit gratiam suæ prouisionis, Hector licet reus, & possessor tenebatur quoque suam gratiam iustificare, aliàs dici non potest constare de bono iure ipsius, Rota d. decis. 379. numer. 4. p. 1. in recent. Circa quod bonum ius præsens inspectio versatur. Ex abundanti tamen DD. ponderarunt, quod huiusmodi possessio nullatenus potest Hectori suffragari,
4 cum esset † vitiosa, tum quia lite pendente post inhibitionem Rotalem fuit intrusus à Capitulo. Put. decis. 62. lib. 3. Lancell. de atent. post. inhib. par. 2. ampliat. 20. quod non potest controuerti, cum illi tradiderit possessionem ante iustificationem literarum, quæ necessariò erant prius iustificandæ, non solum quia gratia ipsius erat conditio-
5 nalis stante † clausula, *Dummodo dispositio hac vide ad nos pertineat, &c.* quæ restringit gratiam ad reseruationem, & vocationem narratam. Simonet. de reseruat. q. 61. Cassad. decis. 5. numer. 3. de præb. & in puncto S. M.
6 Greg. decis. 314. numer. 3. ac ideò ante omnia † verificanda Ioan. Andr. & alij in d. cap. 1. de lit. contest. in 6. Rota decis. 20. de præben. in nou. & S. M. Gregor. d. decis. 314. numer. 3. Sed etiam quia clausulæ, *dumodo tempore datæ præsentium, &c. & amotis illicitis, &c.* Facie-
7 bant † mixtum exequutorem Rota decis. 91. nu. 2. S. M. Greg & fuit dictum *coram me in causa Toletana Cappellaniæ 26. Maij 1603.* itaut non esset danda Immissio, nisi citato Ludouico, qui ex ipsius Hectoris confessione in supplicatione emanata erat certus contradictor, & habens clarum interesse.

8 Ned d.catur quod † vitium dictæ possessionis fuit sufficienter purgatum per subrogationem gratiosam, quia aduertendum est, quod cum d. subrogatio non detur sine lite, vel reseruatione, & de lite non posset constare, proout nec minus de reseruatione, cum per prouisionem Lu-
9 douici esset iam consumpta vacatio, d. subrogatio † fuit resoluta in simplicem collationem, quæ in totum erat iustificanda. Vital. in clem. 1. numer. 141. & seqq. vt lit pend. Sarn. in Proem. Reg. de subrog. in fin. Mohed. decis. 3. vt lit. pend. Rota decis. 187. numer. 4. par. 2. recent. vna cum latè adductis per Garz. de benef. par. 6. cap. 4. nu. 11. & seqq.

10 Vndè dicta possessio † minus ipsi Hectori suffragari potest ad effectum triennalis, cum esset vitiosa, & talis fuerit in ipsum translata. Put. decis. 62. lib. 3. Lancell. de attent. post inhib. d. par. 3. ampli. 20. Maximè cum Hector
11 post illius assequutionem fuerit legitimè † citatus, quæ citatio, quamuis non reproducta in omnem casum sufficit ad interrumpendam d. triennalem possessionem, & fuit resolutum in causa *Nouarien. Beneficij 7. Maij 1604. coram me, &c.*

Et ita conclusum, &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO DECANO.

Romana Census.

Die Lunæ 7. Februarij 1628.

ARGVMENTVM.

Testator, quando donat fundum alicui, in quo est impositus census, an ad eius hæredem, vel ad donatarium spectet onus census.

SVMMARIVM.

1 *Per census impositionem super fundo proprio, & illius venditionem, cum obligatione, & hypoteca pro ipso annuo censu, fundus remanet effectus tali onere.*
2 *Et inde cum tali onere transit ad quemcunque successorem singularem.*
3 *Emptor census semper potest conuenire possessorem fundi, etiam quod per mille manus transeat, pro solutione census.*
4 *Hæres an teneatur luere censum, & liberare fundum donatum, & num. 9.*
5 *Text. in l. re obligata, ff. de legat. primo, declaratur.*
6 *Argumentum de contractu ad vltimas voluntates valet.*
7 *Legatum in effectu nihil aliud est, quàm donatio.*
8 *Pro donatione non competit euictio, quia censetur donatares, prout erat apud donantem, & num. 16.*
10 *Iura tam actiua, quàm passiua transeunt in hæredem.*
11 *Menoch. Gratian. & Couall. declarantur.*
12 *Census est ius distinctum ab ipsa re, super qua imponitur.*
13 *Census est onus separabile ab ipsa re.*
14 *Census est separabilis ab ipsa re, dum potest redimi, nec inhæret rei inseparabiliter, prout est seruitus, & liuellus perpetuus.*
15 *Regula illa, quod bona transeunt cum suo onere, super quo est fundata.*
17 *Testator, quando præsumatur, velle onerare hæredem ad luitionem rei donatæ.*

DECISIO CXLIII.

GEORGIVS Iustinianus vsque de anno 1614. irreuocabiliter, & inter viuos donauit Congregationi Sanctissimi Rosarij de Vrbe, & Collegio Sanctæ Thomæ de Aquino septem eius domos reseruato sibi vsufructu per sex annos, & cum ante tempus reseruatum decessisset, & domus prædictæ reperirentur grauatæ annuo censu, finito tempore vsusfructus reseruati, orta fuit controuersia inter donatarios, & hæredes Georgij super onere census, ad quem spectaret; & dum emanasset sententia ab A. C. ad fauorem donatariorum, & per appellationem causa in Rota fuisset introduta, quæsitum fuit, an eadem esset confirmanda, & esse infirmandam Domini censuerunt.

Quia negari non potest, quin per † impositionem cen- 1
sus super fundo proprio, & illius venditionem, cum obligatione, & hypoteca pro ipso annuo censu, affectus remaneat idem fundus onere reali, prout remanet ex quacunque impositione seruitutis, canonis, aut liuelli, Crau. cons. 217. numer. 4. Velasc. de iur. emphyt. quæst. 32. num. 13. Cassan. super consuet. Burgun. rubr. 11. des censes §. 2. numer. 29. vers. & aduerte. Couarr. var. resol. cap. 7. numer. 6. lib. 3. Surd. cons. 162. numer. 9. Felic. de Solis de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 4. numer. 13. & inde cum † tali onere fundus il- 2
le transeat ad quemcunque singularem successorem, Clem. 1. de censib. l. rescripto §. sciendum, ff. de muner. & Honor. Crauet. latissimè comprobans d. cons. 217. nu. 5. idem Velasc. d. q. 32. numer. 14. Pedroc. cons. 2. nu. 76. Guttier. pract. quæst. lib. 2. cap. 167. n. 4. Fabr. cons. 141. n. 2. li. 2. & idem sensit Rota in Tolcinna Annatæ de pastrano 22. Ianuarij 1589. coram Orano, quæ data fuit.

Neque obstat, quod ius non consistat super onere reali, aut transitu cum sua causa; cum hæc determinet quæstionem inter possessorem fundi censuati, & emptorem cen-
sus, † qui potest semper conuenire possessorem fundi 3
etiam quod per mille manus transeat pro solutione census Roman. cons. 417. numer. 8. Afflict. decis. 95. numer. 2. Crau. eodem cons. 217. numer. 5. Cenc. de censib par. 2. cap.
2. quæst. 3. art. 7. numer. 8. & 9. sed an hæres, † teneatur 4
luere censum, & liberare fundum, est alia quæstio, & dicebatur determinata pro donatarijs in l. si res obligata, ff. de legat primo, l. licet, ff. de dot. præleg. l. prædia, C. de fideic. Graff. in §. legatum, quæst. 15. Gomes. de legat. cap. 12. num. 39. Barbos. in rubr. solut. Matrimon. num. 42. Menoch. cons. 997. in 2. quæst. Cenc. de censibus par. 2. cap. 2. qu. 3. ar. 7. Gratian. discept. 955. num. 23. & seqq.

Quia prædicti omnes dempto Gratiano loquuntur se-
cundum terminos, l. si res ff. obligata de legat. primo, quæ † 5
determinat casum rei legatæ, non autem donatæ, in quo
nos versamur, & quamuis valeat argumentum † de con- 6
tractu ad vltimas voluntates per l. pactum 47. vbi Bart. numer. 1. ff. de pact. Bald. in l. vnica numer. 1. C. de lege fusia,

Can.

Con. tollen. & latissimè comprobat Euerard. *in loco de contr.*
7 *ad vltim. vol.* & legatum, in † effectu nihil aliud sit quàm
donatio, *l. legatum, ff. de l. secun.* attamen quando ratio-
ne distinguuntur, non licet arguere de vno ad aliud, &
prout in præsenti concurrit manifesta ratio diuersitatis;
quia pro legato competit euictio, *l. si domus §. de eui-*
8 *ctione, ff. de legat. primo*, in donatione † autem non
datur: quia censetur donata res prout erat apud donan-
tem, *l. Aristot. §. fin. ff. de donat. l. vxor. patrui, C. de*
legat. Rota *decis. 621. num. 1. par. 1. diuers.* vbi nisi concur-
rant coniecturæ voluntatis contrariæ statui semper regu-
læ, præterea opinio eorum, qui sustinent hæredem tene-
ri luere rem legatam habet multos contradictores, & non
9 † ita simpliciter recipitur sed tunc demum quando onus
absorberet maiorem partem fructuum, non autem quan-
do ageretur de modica summa respectiuè ad septem do-
mos, vt hic, & declarat Ias. *in d. l. si res obligato, nu. 5. &*
Pedroc. *allegat. cons. 2. num.* 160. & vlterius quando simpli-
citer res legatur, eadem conclusio posset procedere, sed
quando relinquitur cum omnibus iuribus, & pertinentijs,
10 prout factum fuit de domibus prædictis, tunc quia † tran-
seunt iura tam actiua, quàm passiua, onus luendi non
spectat ad hæredem, Bursat. *cons. 5. num. 6. lib.* 1. Pedroc.
cons. 2. num 42. & 159. & cum hac distinctione transit idem
Modern. Perus. *de censibus d. art. 7. in fine*, nec contradi-
11 cunt, † Menoch. *d. cons. 997. in 2. quæst.* quia loquitur de re
legata, & obligata pro tanto, quanto valebat, & Grat.
discept. 955. num 27. arguit tantummodo à legato ad dona-
tionem, & Ceuall. *pract. q. 747 num. 5.* ponit casum in re
legata pro quanto valebat pignorata, & hypotecata, ita
vt non esset spes luitionis, quo casu deficit voluntas legan-
tis, ne legatum remaneat inutile.
12 Non etiam obstat, quod census sit ius distinctum ab †
ipsa re, super qua imponitur, vt propterea Constitutio
Pij V. noluerit venditorem census, prohiberi posse alie-
13 nare rem censui suppositam, & tanquam onus † separa-
bile non transire cum ipsa re, sed ad hæredem spectare lui-
tionem illius, Castr. *in d. l. si res obligata, numer. 8. vers.*
sed nunc oppono, Gratian. *d. discept. 955. numer.* 27. Ce-
uall. *ead. quæst. 747. numer.* 23. qui considerat censum, pro-
14 ut est separabilis † ab ipsa re, dum potest redimi, nec in-
hæret rei inseparabiliter, prout est seruitus, & liuellus per-
petuus.
15 Quia regula quod bona transeant cum † suo onere non
fundatur super omnimoda perpetuitate oneris, prout in
exemplis de seruitute, liuello, vel emphyteusi, sed in
iure rei cohærenti, prout est constitutum census dans ius per-
cipiendi partem fructuum ex fundo censito, vt supra di-
ctum fuit, vt propterea donans eo modo, quo posside-
16 bat † rem suam præsumatur illam donare, & sic ma-
gis quæstio est voluntatis, quàm perpetuitatis inseparabi-
lis, ex qua oritur impotentia separandi onus ab ipsa re ex
parte hæredis.
Demum non obstant coniecturæ voluntatis donatoris,
17 † vt domus prædictæ remaneant liberæ absque onere do-
natarijs, & quæ sufficerent pro onerando hærede ad luitio-
nem, vel ad fructuum census restitutionem, vt Rota in
discussione eiusdem quæstionis admisit *Romano vsusfruct.*
22. Aprilis 1624. coram bon. mem. Archiepiscopo Seleucien.

Quia cum illæ non concludant onus census absorbere maiorem partem fructuum, seu pensionum domorum, neque certam donatoris voluntatem quoad personas in collegio alendas, vel puellas maritandas, ex quibus posset colligi necessitas oneris donationi annexi, sed tantummodo mandauerit ex medietate pensionum manuteneri tot fratres ex prouincijs dissolutis, & ex alia medietate maritari tot puellas, quot poterunt ex dictis redditibus; inde semper erit satisfactum voluntati donatoris, si omnes quod supererunt pensiones erogentur in manutentione fratrum, & dotatione puellarum, absque eo quod recedatur à regula supradicta postquam vltra possibilitatem, & quantitatem pensionum non porrigitur donatoris voluntas.

Et ita, &c.

REVERENDISSIMO P. D. VRGELLEN.

Romana Beneficiatus Sancti Laurentij
in Damaso.

Die Lunæ 7. Februarii 1628.

A R G V M E N T V M.

Agitur in hac decisione de materia, quando aliquod iuspatronatus sit laicale, vel Ecclesiasticum.

S V M M A R I V M.

1 *Iuspatronatus, quod fuit relictum Confraternitati Laicorum, cuius Confratres non induuntur, aut distinguuntur aliquo signo Religionis, & fuit fundatum à Laico, ac de bonis prophanis, dicitur laicale.*

2 *Contrarium quod sit de rigore iuris tenent Lambert. Paul. Hieron. & alij.*

3 *Sed prima opinio, non solum est communior, sed etiam verior, & etiam Ecclesiæ magis fauorabilis.*

4 *Et hanc opinionem in his terminis secuta est Rota semper.*

5 *Ac cum opinione Rotæ adest etiam obseruantia Cancellariæ Apostolicæ.*

6 *Et prædicta opinio multò magis procedit, quando tale iuspatr. fuit relictum Custodibus Confraternitatis, & nu 7. Cum tunc videatur pluraliter considerata solum eorum legalitas, num. 8.*

7 *Relictum ministris alicuius loci pij, ipsi loco videtur esse relictum.*

10 *Beneficium fundatum intuitu Ecclesiæ, dicitur Ecclesiasticum.*

11 *Beneficium ad discernendum an sit laicale, vel ecclesiasticum, quid sit potius attendendum.*

12 *Intellectus l. annua §. Titia. ff. de ann. legat.*

13 *Relictum illius, qui totum templum repræsentant, tunc videtur ipsi templo relictum.*

14 *Legatum factum Episcopo, censetur factum Ecclesiæ.*

15 *Legatum relictum illis Ecclesiam non repræsentantibus, prout sunt custodes Confraternitatum laicorum, non dicitur Ecclesiæ relictum.*

16 *Legatum factum ciuibus, censetur factum Ciuitati cum in ciuibus tota Ciuitas representetur.*

17 *Confraternitates Laicorum sunt de foro Ecclesiastico, & eorum Custodes debent in eo conueniri.*

18 *Patronus laicus solum coram Iudice Ecclesiastico conueniri potest pro patronata laicali.*

19 *Iuspatronatus postquam legitimè fuit acquisitum personis secularibus, & existunt in quasi possessione præsentandi, dicitur laicale.*

28 *Iuspatronatus existens penes Laicum, cum primum transit ad Ecclesiam, dicitur Ecclesiasticum.*

21 *Iuspatronatus, quod competit personis secularibus, quæ religiosè viuunt, & habitu religioso incedunt, dicitur Ecclesiasticum.*

D E C I S I O CXLIV.

FVIT pronunciatum per duas sententias rotales, Franciscum præsentatum à Custodibus Confraternitatis Sanctissimi Saluatoris ad Sancta Sanctorum esse instituendum ad Beneficium, de quo agitur, sed quia præcipua difficultas, quæ in illis duabus instantijs exaduerso fiebat per Petrum Gentilem prouisum Apostolicum, & Nicolaum Antonium, à dicto Gentili causam habentem stat in eo, An iuspatronatus dd. Custodum sit Ecclesiasticum, vel laicale, & super hoc acriter contenderetur, fuit propterea ordinatum, vt omnes DD. viderent; Vndè proposui hodie causam, & fuit resolutum dictum iuspatronatus esse laicale. Ratio resolutionis
fuit, † quia dicta Confraternitas est Confraternitas lai- 1
corum, & Confratres non induuntur, aut distinguuntur, aliquo signo Religionis, & Beneficium fuit à laico fundatum, ac de bonis profanis, cuius propterea iuspatronatus iuxtà magis communem, & receptam opinionem est laicale, Felin. *in tract. quand. liter. Apostol. præiud. Patron. col. 7. circa med. limit. 4. vers. induxit etiam dictam decisionem.* Rocch. *de iurepatr. verb. Ius, num. 18. quæst.* 3. Couar. *pract. cap. 36. num.* 8. Gamb. *de potest. legat. in confer. num.* 414. Fusch. *de visitat. lib. 2. ca. 14. n. 12. ad fin.* Zerol. *in prax. Episc. p. 1. §. Iuspatronatus, vers.* 33. Azeued. *lib. 1. tit. 4. lib. 1. num.* 6. Garz. *de Benef. par. 5. cap. 1. num. 604. circa fin.* Rinc. *in prax. for. Eccl. par. 1. cap.* 152.

numer. 3. Azor. *instit. moral. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 28. *col.* 2. *vers.*
item, iuspatronatus est profanum, Cened. *lib.* 5. *quæst. ca-*
non. quæst. 22. *numer.* 11. *circa fin. vers. eam tamen elegan-*
tissimè probat. Masubr. *in tract. de concurs. & elect. dignit.*
requis. 8. *lib.* 5.
2 Et quidquid in contrarium † sit de rigore iuris, prout
tenent Lambert. Paul Hieronym. & alij plures rationi-
bus non contemnendi, & egregiè examinauit Reuerendis-
simus Dominus meus Decanus in decisione in prima in-
stantia in hac causa facta 22. Maij 1623. tamen Domini,
vltra quòd etiam hæc opinio in iure fundatur optimis ra-
tionibus, ex tribus alijs dicebant, non esse ab ea receden-
3 dum. Primò, quia non solum † est communior, sed
etiam æquior, vt aduertit Garz. *vbi supra num.* 8 & 9. &
est etiam Ecclesiæ magis fauorabilis, vt in puncto, fuit
optima ratione consideratum in *Volaterrana Capellaniæ*
7. *Maij* 1607. *coram bon. mem. Cardin. Lancellotto*. Se-
4 cundò, quia semper Rota † in his terminis illam sequu-
ta fuit, vt in *decis.* 574 *par.* 1. *diuers.* vbi quòd fuit bis deci-
sum in vna *Pistorien. coram bon. mem. Sarmiento*, idem in
fortioribus terminis resoluit in dicta *Volaterrana*, & tan-
dem in *Neocastren. Capellaniæ coram eod. Reuerendiss. Do-*
mino meo Decano, quæ est decis. 680. *num.* 2. *par.* 2. *recent.*
5 Tertiò tandem, † quia cum opinione Rotæ concurrit
etiam obseruantia Cancellariæ Apostolicæ, vt constitit
Dominis ex notabilibus Cancellariæ datis.
Prætereà fuit animaduersum, multò minus in casu no-
stro recedendum esse ab opinione Rotæ, ex quo iuspatro-
natus non fuit relictum confraternitatis, in quibus ter-
minis regulariter loquuntur ferè omnes vtriusque segua-
6 ces, sed † fuit relictum Custodibus Confraternitatis, ita
quòd ipsi soli Custodes, sine Confraternitate præsentant,
in quibus etiam terminis loquuntur prædictæ *decisiones*
574. *par.* 1. *diuers.* & *d. decis. in Volaterrana Capellaniæ*.
7 Vndè solum est habenda ratio, † Custodum, qui sunt laici,
non autem Confraternitatis, vt benè aduertit Rota in ea-
dem *decis.* 574. *numer.* 8. prout nec est habenda ratio loci,
8 quia non locus, sed † Custodes principaliter seorsim fue-
runt considerati, eorumque legalitas contemplata, vt be-
nè Bald. *in l. si quis* 36. §. *in omnibos, numer.* 19. *C. de episc.*
audi.
Ex quibus facili negotio tolluntur rationes contrariæ
opinionis; nam ad illam præcipuam, quòd hæc Confra-
9 ternitas est addita loco pio, † & quòd ille locus fuit con-
templatus, illiusque intuitu iuspatronatus Custodibus re-
lictum, *l. annua*, §. *titia*, *ff. de ann. leg. l.* 2. *ff de reb. dub.*
& Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 502. *nu.* 21. respondet Rota *in d.*
decis. 574. *dicto nu.* 8. & pleniùs in dicta *Volaterrana Capel-*
laniæ; quòd imò in hoc, & similibus casibus iuspatrona-
tus relinquitur Prioribus, aut Custodibus Confraternita-
tum intuitu officij, aut dignitatis, prout illa laicis conue-
niunt, & dari solent, & sic non intuitu Ecclesiæ; licèt sit
10 † benè verum, quòd beneficium fundatum intuitu Eccle-
siæ quæ sunt diuersa; & prætereà respondetur, quod quid-
quid sit de prædictis, non tollitur, quin testator esset lai-
cus, & iuspatronatus fundatum de bonis secularibus, &
relictum Custodibus, qui sunt laici, prout etiam Confra-
ternitas est laicorum, & quòd testator principaliter ad hæc
respectum habuerit, quamuis etiam concurrat aliqualis
11 respectu ad Ecclesiam, quæ ideò ad discernendum, † An
iuspatronatus sit laicale, vel Ecclesiasticum, sunt potius
attendenda, Felin. *vbi supra*, Mohed. *decis.* 9. *de iurepatr.*
& Crescent. *decis.* 9. *eod. tit.*
12 Neque obstat, † *text. in d. l. annua*, §. *titia*, quia ibi
ex mente testatoris legatum factum, ministris templi
fuit simul relictum etiam templo inseparabiliter, prout
colligitur ex verbis tex. in quibus legitur, quod legatum
fuit factum copulatiuè Sacerdoti, & Hierophylaco, qui
Præpositus erat rebus sacris, quasi Princeps sacrorum,
Alx. ab Alex. *lib.* 5. *dier. genial. cap.* 17. & ibi Alciat.
13 Vndè, quia illi totum templum † representabant, pro-
pterea legatum ei factum, templo factum censetur, pro-
14 ut etiam legatum factum Episcopo † censetur Eccle-
siæ factum, *cap. requisistis, de testam.* & ibi Abb. & Co-
uar. in casu autem nostro Custodes, vt ad sensum patet,
non representant locum, quinimò nec totam Confrater-
15 nitatem, & propterea legatum † eis relictum non cen-
setur Ecclesiæ factum, vt in simili Couar. *de legato*
Canonicis facto, loco supra citato numer. 10. Vndè non
intrat etiam dispositio *text. in d. l.* 2. *ff. de reb. dub.* quia vt
16 benè Couar. ibidem idcircò legatum ibi factum † ciuibus
censetur factum Ciuitati, quia in ciuibus tota Ciuitas re-
præsentatur.
Minus facit, quòd Confraternitas sit † de foro Eccle- 17
siastico, & quòd Custodes debeant in eo conueniri, quia
hoc non facit, quòd iurispatronatus Custodibus compe-
tens sit Ecclesiasticum, alioquin non esset dare in Bene-
ficijs Ecclesiasticis aliquod iuspatronatus laicale, quia
etiam quilibet patronus laicus solum, vt notum est coram
† Iudice Ecclesiastico potest conueniri pro patronatu 18
laicali. Vnde non obstat etiam, quod hoc iuspatrona-
tus spectaret anteà ad Capitulum S. Laurentij, quia eo
ipso, quòd per concordiam fuit † legitimè acquisitum 19
Custodibus secularibus, qui etiam existunt in quasi pos-
sessione præsentandi, fuit effectum laicale ex Mohed. &
Cresc. *vbi supra*, prout etiam vice versa si iuspatronatus
est penes † laicum, cum primum transit ad Ecclesiam ef- 20
ficitur Ecclesiasticum.
Non etiam releuat *decis.* 8. *de iurepatr. in antiq.* vbi quòd
iuspatronatus beguinarum est Ecclesiasticum, quia † 21
ex quo beguinæ illæ, licèt seculares religiose viuebant,
ac habitu religioso amictæ incedebant, potiùs decisio
illa retorquetur, Felin. *in d. tract. quand. liber. Apost.*
vbi supra. Alia verò difficultas excitata super præten-
sa incapacitate Francisci reiecta fuit ad aliam disputatio-
nem.
Et ità decisum vtraque, &c.

REVERENDISSIMO P. D COCCINO.

Gerunden. Iurisdictionis.

Die Veneris 11. *Februarij* 1628.

ARGVMENTVM.

Ius statuendi, & disponendi respectu celebrationis Missarum, & aliorum piorum suffragiorum Ecclesiæ relictorum spectat ad Abbatem, & Capitulum priuatiuè quoad Beneficiatos.

SVMMARIVM.

1 *Missarum celebratio, & alia pia suffragia relicta Eccle-*
siæ, ius circa ea statuendi, ad quem spectet, & num. 3.
Abbas vnà cum capitulo repræsentant Ecclesiam, num. 1.
2 *Beneficiati solum Ecclesiæ inseruiunt.*
3 *Administratio circa celebrationem missarum, & aliorum*
piorum suffragiorum relictorum Ecclesiæ, priuatiuè
spectat ad Abbatem, & Capitulum.
4 *Administratio, & iurisdictio sunt diuersa.*
5 *Laudum est stricti iuris, & ideò non debet extendi de*
casu ad casum.
6 *Ius statuendi si spectat ad iurisdictionem nihil commune*
habet cum administratione.
7 *Præscriptio quando excludatur.*

DECISIO CXLV.

DVBITAVI, An ius statuendi, & disponendi,
tam respectu celebrationis Missarum, quàm alio-
rum piorum suffragiorum Ecclesiæ relictorum ad ipsum
Abbatem, & Capitulum, spectet priuatiuè, quo ad Be-
neficiatos, seu Protectores anniuersariorum communium,
& DD. affirmatiuè responderunt, quia † cum dicta ce-
lebratio Missarum, & alia pia suffragia, relicta sint Ec- 1
clesiæ, quam Abbas vnà cum Capitulo representant, non
autem ipsi Beneficiatis, † qui solum inseruiunt Ecclesiæ, 2
vt in puncto de Ecclesia Gerunden dicit Cæs. de Graff. *de-*
cis. 4. *de his quæ fiunt à Prælat.* Caputaq. *decis* 84. *par.* 1.
Rota *in recent. par.* 1. *decis.* 83. *num.* 7. Propterea sequitur,
quod sola administratio spectet † ad Abbatem, & Capi-
tulum, priuatiuè ad ipsos Beneficiatos vt in decisionibus 3
modo allegatis, & fuit dictum in hac causa 12. Decembris
1622. coram me.
Nec refert quod ex laudo sit communicata administra-
tio anniuersariorum Beneficiatis, quia hæc administra-
tio, † & iurisdictio sunt diuersa, & cum laudum † sit 4 5
stricti iuris, non debet extendi de casu ad casum, qua-
re cum ius statuendi spectet ad iurisdictionem, † ni-
hil commune habet cum administratione, vt fuit ponde- 6
ratum coram me in dicta *decis. in hac causa* 12. *Decem* 1622.

quam

quam Rota *secuta fuit 4. Decembris 1624. in causa Vicen. legatorum coram R. P. D. meo Merlino*; & cum verba laudi sint clara parum referunt prætensæ ordinationes factæ à Protectoribus, cum non doceant de præscriptione, Mantic. *decis. 56. num. 9* de qua nec potest doceri, cum semper
7 excludatur per dispositiones, † & statuta facta à Capitulo, iura inferiora habente, Castren. *cons. 179. num. 4 col. 3. in fin. & col. 4. lib. 1.* Aym. *cons. 27. num. 2.* & fuit latè deductum in causa *Burgi S. Sepulchri iurisdictionis 3. Martij 1626. coram bo. me. Buratto*.

Et ita conclusum in nimiam contumaciam Beneficiatorum, & Protectorum, &c.

¶ Quamplures decisiones in hac causa annotaui infra ad decisionem 279. par. 2.

REVERENDISSIMO P. D. VRGELLEN.

Cordubesi dimidiæ Portionis.

Die Veneris 11. Februarij 1628.

A R G V M E N T V M.

In hac decisione habes plures casus, in quibus Rota solet denegare remissoriam. Item etiam qualiter probetur sanguinis puritas, vel impuritas.

S V M M A R I V M.

1 *Purus, quilibet præsumitur donec contrarium non probetur.*
2 *Remissoria non conceditur in materia obiectiua sine fumo.*
3 *Remissoria calumniosè petitur, quando in partibus fuerunt examinati quamplures testes, cum præsumatur facta ea probatio, quæ melius fieri poterat.*
4 *Remissoria denegatur, quando numerus testium fuit effrenatus.*
Examen testium de Iure non admittitur supra 40. testes, num. 4.
5 *Remissoria non datur propter timorem potentiæ.*
6 *Remissoria necessariò tendere debet ad detegendum falsitatem, & periurium testium.*
8 *Remissoria denegatur, quando articuli sunt irreuelantes, aut improbabiles, aut caluniosi.*
9 *Remissoria non conceditur quando articuli dati, iam fuerunt in partibus dati, & testes super illis fuerunt examinati.*
10 *Remissoria non datur, quando insurgit præsumptio, quod articuli sint potius imaginati, quam veri.*
11 *Et hoc maximè procedit post testium publicationem, & didicita testimonia.*
12 *Mulier quinquagenaria si gignat pro re mirabili, & de raro contingentibus habetur.*
13 *Remissoria non conceditur ad probandam rem inuerisimilem, & quasi impossibilem.*
14 *Probationibus per scripturas magis standum est, quàm per testes,*
15 *Puritatis, vel impuritatis nec minima probatio desumi potest ex habitatione in vno loco, vel alio ciuitatis.*
16 *Impuritatis fama probatus ex sola fama, & existimatione.*
17 *Et dicta probatio redditur irreuelans, si probetur fama in contrarium.*
18 *Fama redditur suspecta, si originem habuit à causis non probabilibus.*

D E C I S I O CXLVI.

CVM contra D. Ioannem Rubium de Herrera prouisum Apostolicum de dimidia portione in Ecclesia Corduben. fuisset in partibus declaratum, ei obstare statutum dictæ Ecclesiæ super puritate sanguinis; Rota in gradu appellationis, reuocando sententiam de partibus, pronunciauir, dictum statutum ei non obstare; non
1 solum quia habet pro se regulam. Quod † quisque purus presumatur, dum non probatur conttarium ad *l. ab ea parte, ff. de probat.* & in his terminis Maotic. *decis. 274. num. 1. &* Rota *decis. 182. numer. 4. par. 1. recent.* sed etiam quia ex probationibus per Iudices deputatos à Capitulo Corduben. in prima instantia, & alijs deinde in gradu

appellationis in Curia factis, benè prout de Iure requiritur, constitit eum esse sanguinem purum, nullamque labe Iudæorum, aut Maurorum infectum, vt fuit latè firmatum *in decisionibus 27. Iunij, & 15. Decembris 1625. coram bon. mem. Patriarcha Hierosolymitano*. Sed cùm hodie commissa mihi appellatione causa à dicta sententia Rotali Capitulum Corduben. instaret pro remissoria ad faciendas desuper nouas probationes, dubitaui; An illi sit concedenda; & fuit negatiuè resolutum.

Et Moti fuerunt Domini ex pluribus, quæ Rota passim ad denegandam remissoriam attendere consueuit: Et
I. quia materia † est obiectiua, in qua sine fumo remis- 2
soria concedi non solet. Verall. *decis. 60. 62. & 63. par. 3.* Put. *decis. 18. de dilat.* Rota *decis. 212. numer. 5. & 6. par. 1. recent.* quæ loquitur in his terminis. II. quia in partibus per Iudices fuerunt examinaris nonaginta testes, &
vltra, vndè præsumitur facta ea probatio, † quæ melius 3
fieri poterat; & consequenter hæc noua facultas probandi præsumitur calumniosè peti Crau. *cons. 134. numer. 3.* Ægid. *decis. 38. post princ.* Verall. *decis. 63. par. 3.* Gregor.
XV. *decis. 414. num. 1.* III. quia numerus † testium exa- 4
minatorum fuit effrenatus, cùm de Iure non admittatur exameo testium supra 40. *cap. cum causam*, & ibi *glos. verb. effrænatam de testib. & cap. latores de Cleric. excom. ministr.*
IV. quia datur fumus † quòd in alijs examioibus in Ci- 5
uitare Corduben. fuit incussus metus nonnullis testibus, qui pro puritare deponebant, & quòd scripturæ originales non apud Notarium, sed penes Capitulum custodiebantur; vnde detegitur potentia Capituli in futurum Caputaq. *decis. 50. numer. 6. par. 3.* V. & vltimò, quia
cùm remissoria necessariò † tendat ad detegendam falsi- 6
tatem, & periurium testium, qui super puritate deposuerunt, etiam ex hoc capite meritò remissoria denegatur: tùm quia non datur fumus falsitatis; tum etiam quia stat
præsumptio † pro puritate, de qua testes deponunt: prout 7
in simili fuit resolutum in *Ianuen. pecuniaria 5. Iunij 1613. coram bo. me. Vbaldo*.

Sed illud magis ad deoegandam remissoriam apud Do-
minos vrgebat, quòd articuli in actis dati, † super qui- 8
bus remissoria petitur, aut sunt irreleuanres, aut improbabiles, aut demum euidenter calumniosi, vt ex eorum singulari discussione apparet.

In primo enim articulo ponitur, Ioannem esse filium Sebastiani, & Beatricis; in secundo quòd d. Sebastianus fuit filius Didaci, & Theresiæ, & in tertio quod d. Beatrix fuit filia Alphonsi, & Isabellæ. Qui articuli in hoc non negantur; & fuerunt iam in partibus dati, & super illis examioati per prædictos iudices Capituli testes circiter
80. & consequenter frustra † super eidem petitur nnuum 9
examen Caputaq. *decis. 66 par. 3.* In eo verò quòd d. Articuli vlterius continet, videlicet d. Theresiam auiam Ioannis paternam fuisse cognominatam de Palma, & Isabellam auiam eiusdem maternam fuisse cognominatam de Cordoua, non carent suspicione calumniæ; cum enim in articulis de partibus fuerit positum, & probatum Theresiam fuisse cognominatam de Soria, & Nauatrette, Isabellam verò de Morales, & sic aliter circa
idem, quàm in nouis articulis; indè insurgit † præsum- 10
ptio, articulos nouos esse potiùs imaginatos, quam veros: Itaut propterea remissoria non sit danda, prout in simili Gregor. XV. *decis. 211. num. 4 & 5. vbi addit.* Et tan-
tò magis † post testium publicationem, & didicita testi- 11
ficata *cap. fraternitatis, & cap. intimauit de testib. Auth. At qui semel. C. de probat.* Farin. *de testib q. 73. n. 68.* Greg. XV. *decis. 497. & 583. nu. 1.*

Quartus articulus, qui continet d. Isabellam fuisse filiam Ioannis Gonzalez vltra quod detegitur suspectus ex depositione testium examinatorum de anno 1604. qui deponunt eam fuisse filiam Michaelis de Morales, quibus testibus quamuis examinatis ad perpetuam rei memoriam, & parte non citata multum detulit, Rota in decisionibus bon. mem. Patriarchæ, ex quo fuerunt recepti in tempore non suspecto: ad huc dictis testibus circumscriptis, hic articulus non solùm inuerisimilis est, sed etiam improbabilis videtur: quandoquidem prædictus Ioannes Gonzalez erat iam defunctus, quando de anno 1486. fuit de hæresi condemnatus, vt legitur in inscriptione habitelli à Capitulo compulsati. Vndè si dicta Isabella fuisset eius filia, haberet hodie si viueret circiter 150. annos, & Beatrix filia Isabellæ, & mater Ioannis, (quæ adhuc viuit, & non excedit annos octoginta, vt dicunt testes,

qui illam in infantili ætate cognouerunt)' haberet ad minus centum annos, & esset genita in quinquagesimo an-
12 no ætatis prædictæ Isabellæ eius matris; & tamen † mulierem quinquagenariam gignere pro re mirabili, & de raro contingentibus tradit *text. in l. si maior C. de legitim. hæred.* Tiraq. *de legib. Connub. lib. 6. numer. 22.* ad probandum
13 autem rem inuerisimilem, & quasi impossibilem † remissoria non datur Imol. *in cap. quia verisimile sub num. 1. vers. quandoque est tanta, &c.* vbi etiam Abb. *nu. 2. vers. quandoque verisimilitudo est maxima, &c. de præsumpt.* Greg XV. *decis. 414. num. 3. cum seqq.*

Quintus articulus, in quo habetur, quod Didacus Fernandez auus Ioannis paternus fuit filius Gundisalui de Rubio similiter visus fuit Dominis suspectus, & inuerisimilis; quia ex testibus, & fide inquisitionibus Corduben. necnon ex quodam instrumento publico antiquo de quibus in Sum. Ioan. n. 10. clarè apparet d. Didacum fuisse filium Matthæi Rubio; prout etiam fuit firmatum in vtraque
14 *dec. bon mem. Manzanedo.* Quibus † probationibus vti per scripturas sine dubio magis standum est, quàm futuris testium Capituli depositionibus, *glos. in cap. 1. verb. in scriptis de censib. in 6.* Rota *decis. 582. num. 6 par. 1. recent.* & fuit millies decisum.

Et hinc etiam emanat irreleuantia sexti articuli continentis, quòd prædictus Gundisaluus erat Iudæus, quia esto quòd fuerit talis, non releuaret, cum Ioannes ab eo non descendat. prout etiam ex eadem ratione est irreleuans septimus articulus, in quo ponitur, quòd Ioannes Gonzalez fuit hæreticus; quia (vt supra dictum est) Isabella auia Ioannis materna, non fuit eius filia, sed Michaelis.

Octauus articulus, qui continet hæreses Alphonsi de Herrera, Ferdinandi Lopez, Theresiæ Diaz, & Catharinæ Sanchez, & quòd eorum habitelli, vulgò Benedictini hodie pro rostris habentur in claustris Ecclesiæ Corduben. similiter non releuat, quia dato, quòd prædicti fuerint tales, & vt prætenditur ideò condemnati; dum non ponitur, ex quo capite, & in quo gradu Ioannem attingunt, eum non afficiunt.

Neque obstat prætensio, quòd dictus Alphonsius fuerit auus maternus Ioannis; quia quamuis eius auus maternus nuncuparetur etiam Alphonsus de Herrera, tamen constat quòd non est idem, sed alius ab eo, de quo cantat articulus: ille enim fuit condemnatus, & combustus de anno 1486. & sic ab annis 142. & propterea erat penitus oculis orbatus, vt legitur in inscriptione habitelli à Capitulo compulsati: Alphonsus verò auus maternus; Ioannis viuebat 40. abhinc annis, quem cognouerunt testes, qui vlterius deponunt eum fuisse sani visus.

Nonus articulus cantat habitationem familiæ Ioannis in via Aurificum Ciuitatis Corduben. qui ideò detegitur suspectus, ex quo testes Capituli deponunt, parentes Ioannis habitasse in via dei Batanero: & in omnem casum
15 non releuat, quia † ex habitatione in vno, vel alio loco eiusdem Ciuitatis, desumi non potest, nec minima probatio puritatis vel impuritatis, vt fuit sæpius resolutum Mantic. *decis. 274 num 9.*

Decimus, & vltimus articulus, qui tendit ad probandam famam impuritatis, quæ, vt contenditur, probatur
16 † ex sola fama, & existimatione, *iuxt. glos. in l. 1. ff. de probat.* Marsil. *in l. de minore, §. plurimum num. 88. ff. de quæst.* Auendan *in suo Dictionario verb. Iudios*, & Ioann. Gutier. *pract. quæst. ciuil. lib. 3. quæst. 14. num. 17.* redditur
17 † irreleuans ex quo fuit probata fama in contrarium, vt in his terminis dixit Rota *decis. 494. numer. 12. & seqq. par. 1. recent* & alibi sæpiùs. Et tantò magis, quia fama, de qua in dicto articulo, quando probaretur, præsumeretur orta
18 ex materia prædictorum articulorum; quæ ideò esset † etiam suspecta vti originata ex causis non probabilibus Bald. *in l. diffamari numer. 2. & 3. C. de ingen. & manumiss.* Alex. *cons. 72. num. 13. in fin. lib. 1.* & in puncto famæ super impuritate Mantic. *d. decis. 274. num. 9.*

Neque obstat, quod dicebatur testes de partibus non fuisse examinatos ad instantiam Capituli, sed Ioannis, quia imò fuerunt examinati ex officio à Iudicibus deputatis à Capitulo, qui vt videre est in depositionibus fuerunt diligentissimi Inquisitores; ex quibus Domini vnanimi consensu denegarunt remissoriam.

Et ita vtraque parte informante, &c.

¶ Infra in eadem causa adsunt aliæ decisiones sub diebus 28. Iunij 1628. & 1. Iulij 1630. coram R. P. D. Merlino sunt decis. 202. & 404.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Toletana Iurispatronatus.

Die Veneris 11. Februarij 1628.

ARGVMENTVM.

Transactio super bonis ad Maioratum spectantibus facta in præiudicium vocatorum non substinetur, & hoc maximè quando testator prohibuit expresè quamcunque alienationem illorum, & licet transactio liget hæredes transigentis, non tamen præiudicat vocatis.

SVMMARIVM.

1 *Transactio, est inualida, quæ fit in præiudicium vocatorum.*
2 *Et cum sit inualida potest impugnari.*
3 *Alienationis nomine venit etiam transactio.*
4 *Alienatio, quando est prohibita, tunc quis multo magis potest venire contra transactionem.*
5 *Probare concludenter quis tenetur fundamentum suæ intentionis.*
6 *Res iudicata, quando adest, non dicitur res controuersa.*
7 *Sententia præsumitur iusta, & recta.*
8 *Fundator potest sibi, & successoribus reseruare iuspatronatus, & conditiones apponere.*
9 *Reseruatio beneplaciti Apostolici intelligenda est, quatenus sit necessaria.*
10 *Beneplacitum Apostolicum spatio 30. annorum præsumitur interuenisse, & num. 18.*
11 *Dos ab initio fundationis iurispatronatus assignata, præsumitur sufficiens*
12 *Hæredes non possunt venire contra factum testatoris.*
13 *Filij habent beneficium abstinendi ab hæreditate paterna.*
14 *Fundamentum intentionis est probandum.*
15 *Actus æquiuoci necessariò non inferunt aditionem hæreditatis, sed debent esse certi.*
16 *Ratificatio vt operetur, requiritur, quod ratificans sciat tenorem, & circumstantias facti, & num. 17.*
19 *Beneplaciti Apostolici præsumptio, quod interuenerit, quid operetur.*
20 *Transacta non potest impugnari, nisi prius restitutis ex transactione receptis.*
21 *Text. in l. si diuersa C. de transactione, quando procedat.*
22 *Ex transactione recepta possunt retineri ex alia causa.*

DECISIO CXLVII.

DOMINI recedentes in hac parte à resolutis coram me die 26. Februarij superioris anni, censuerunt, transactionem non obstare, quia cum sit facta super bonis ad maioratum spectantibus, in præiudicium vocatorum non sustinetur ad *text. in cap. 1. §. vassallus il 3. de* 1
feud. fuer. controu. int. dom & agnat. vbi Isern. & Afflict. *numer. 47.* Pineli. *in l. 1. numer. 46. vers. igitur, & numer. 50. vers. 8. limitatio C. de bon. matern. in 3. par.* Bero. *cons. 68 numer. 61. lib. 2.* Molin. *de primog. Hispan. lib. 4. cap. 9. numer. 7. & seq.* Peregr. *de fideicom. art. 40. numer. 123 & seq.* Fusat. *de substit. quæst. 362. numer. 1. & 14.* Gregor. Lopez *in l. 10. tit. 26. par. 4. in glos in verb. vendiendo col. 2. vers. sed an possit quæst. 45.* Anton Gomez *in l. 40. Tauri, numer. 86.* Melch. Palaez *de maior. p r. 4. quæst. 22. numer. 1. & per tot.* Gam. *decis. Lusit. 84. num. 1. decis. 418. num. 11. & ibi addeu. numer. 6. apud. san. mem. Greg.* Et ideò Anna tanquam vocata iure proprio, & ex persona, ac iudicio Roderici fundatoris dictam transactionem † po- 2
test impugnare Tob. Non. *cons. 5. numer. 11. & cons. 39. numer. 7.* Paris. *cons. 23. numer. 203. lib. 1.* Gramatic. *decis. 93. num. 12. & 13.* Viu. *decis. 36. numer. 2. lib. 1.* Accedente præsertim voluntate, & mandato eiusdem Roderici, qui expresè prohibuit non solùm quamcunque bonorum dicti maioratus alienationem, cuius appellationem negari non potest, quin † veniat transactio, de qua agitur 3
l. non solùm C. de prædijs min. Peregr. *d. art. 40 num. 123.* cum remittat bona ad maioratum deuoluta propter non adim-

adimpletas à Monialibus conditiones appositas io donatio-
ne, ſed etiam voluit aduerſus præſatas conditiones nul-
lam competere diſpenſationem; ac propterea tantò ma-
4 gis † poteſt Aona veoire contra ſactum defuncti, qui
per viam tranſactionis rem expreſsè alienari prohibitam
alieoauit. Peregr. *vbi ſup. art. 22. numer. 75.* & dictas con-
ditiones contra voluntatem, & mandatum fundatoris re-
miſit.

Non obſtant igitur, qoæ pro validitate dictæ tranſa-
ctionis fuerunt deducta. Et primò, quòd dicta tranſa-
ctio tanquam vtilis, & ſic facta ea iuſta cauſa, & bona
fide ſuſtinetur etiam ſuper bonis maioratui, fideicommiſ-
ſo, aut cuicunque prohibitioni de non alienando ſuppoſi-
tis, quæ vtilitas, & conſequenter bona fides, & iuſta
cauſa, ea eo apparent; primò, quia in dicta tranſactio-
ne fuit firmatus patronatus etiam ad fauorem ſucceſſo-
rum Roderici, qui videbatur poſſe controuerti ſtante
prima donatione, in qua illum ad ſui vitam tantùm reſer-
uauerat; Secundò, quia Matthæus tranſigens recepit pro
ſe, & ſucceſſoribus in patronatu medietatem cuiuſdam
Molendini. Tertiò, quia Moniales ſe obligarunt ad re-
ceptionem vnius puellæ ſine dote de familia ipſorum tran-
ſigentium, & in patrnnatu ſucceſſorum perpetuis futuris
temporibus. Quartò, & denique, quia eaemit ſe, & ſucceſſo-
res ab onere ſupplendi redditus pro ſufficientibus alimen-
5 tis 20. Monialium fundent † ſuam intentionem in hac
prætenſa vtilitate, debent illam concludenter proba-
re, *l. qui accuſare, C. de edea. cum valgar.* quæ con-
cludentes pmbatio ea prædictis non reſultat, immò eui-
denter conſtat de læſione, quia quoad primum dici non
6 poteſt, quòd patronatus eſſet controuerſus, † cum
pro illo adeſſet res iudicata faciens rem claram, ma-
nifeſtum, & indubitabilem, *cap. veſtra, & cap. fin. de
cohab. cleric.* Bar. *in l. 1. in princ. quæſt. 1. ff. de nou. oper.*
7 *nuac.* quæ præſumitur, † & recta Alex. *conſ. 123. nuaer.
4. & conſ. 136. num. 24. lib. 2.*

Nec poterat contmuerti ex eo, quod in prima donatio-
8 ne fundator † illum ſibi reſeruauerit ad ſui vitam, quia
illum poſtea reſeruauit etiam ſucceſſoribus in conditioni-
bus appoſitis in ſecunda donatione, quas conditiones po-
tuit illi apponere *cap. verum,* & ibi *Canon de condit. ap-
poſit. cap. dilecti,* vbi Abb. *in 3. notab. de donat.* Felin. *in
cap. cum venerabilis num. 39. verſ. nota 3. de except.* Lam-
bert. *de iarepat. par. 1. lib. 1. quæſt. 9. art. 4. num. 3. verſ. 3.
verò caſu.*

Nec obſtat, quòd non conſtet de beneblacito Apoſto-
lico, ſub quo fundator ſibi reſeruauerat facultatem ap-
9 ponendi dictas condictiones, † quia vel non requireba-
tur, niſi quatenus de iure erat neceſſarium. Put. *deciſ.
44. lib. 2. ia correct.* Gabr. *conſ. 92. numer. 5. lib.* 2. Rota *de-
ciſ. 404. num. 6. par. 2. recent.* Seraph. *deciſ.* 1017. *aamer. 7.
& 1319. numer. 2.* Et ex deductis conſtat, quòd non erat
10 neceſſarium, vel quatenus fuiſſet neceſſarium ex † cur-
ſu tanti temporis vltra 30. annos interueniſſe præſumitur,
gloſ. in cap. peruenit, & ibi Imol. *num. 10. & 12. de empt.
& vend.* Seraph. *deciſ. 1228. nam. 1. & apud ſan. mem.* Greg.
deciſ. 52. aum. 2.

Quoad ſecundum circa receptionem medietatis Molen-
dini, cuius quinta pars ſolummodo antea debebatur pa-
tronis, aduertendum eſt, quòd Matthæus vltra remiſ-
ſionem, quæ prætenditur ab ipſo facta Monialibus de om-
nibus decimis bonorum donarorum, accollauit in ſe onus
celebrationis duarum Miſſatum qualibet hebdomada, &
in omnem caſum dicta medietas non eſt correſpectiua
ad ius, quod aliunde etiam fuit remiſſum in dicta tran-
ſactione.

Quo verò ad receptionem vnius puellæ de familia ſine
dote, euidenter patet, quòd illa non erat correſpectioa ad
prælationem, quæ comperebat 22. puellis de eadem fami-
lia quatenus habiles adfuiſſent pro ingreſſo Monaſterij.

Et tandem liberatio patronorum ab onere ſupplendi
redditus pro alimentis Monialium non eſt habenda in
conſideratione, quia quicquid ſit an patroni tenereotur
ad dictum ſupplementum, certum eſt, quod ſi conclu-
denter non probetor talis inſufficientia reddituum do-
11 tis, † illa ab initio fundationis ſufficiens præſumitur *cap.
aemo 109. de conſec. diſt. 1.* Calderin. *conſ. 10. poſt med.
conſ. pro parte contraria de prob. ſan. mem.* Gregor. *de-
ciſ. 483. numer. 6.* Verall. *deciſ. 62. par. 1.* de qua probatio-
ne viſum fuit Dominis, ſufficienter non conſtare. Et in
omnem euentum, quamuis fundator voluerit, quòd nu-

merus Monialium non excederet xx. non ideò tamen ſe-
quitur, quòd voluerit præcisè cogere Moniales ad dictum
numerum adimplendum, itaut propterea poſſit conſidera-
ri talis inſufficientia reddituum.

Non obſtat ſecundò, quòd Anna ſit filia, & hæres
Ioannis filij Matthæi Aui reſpectiuè tranſigentium, &
ideò non poſſit dictam tranſactionem tanquam illorum
factum † impugoare, *l. cum à matre C. de rei vendic. & 12
in pand.* Rota *apud ſan. mem.* Gregor. *d. deciſ. 418. num.
5.* quod procedit etiam in hærede hæredis. Rota *d. deciſ.
285. numer. 3. par. 1. recent.* Quia quoad perſonam Mat-
thæi tranſigentis ceſſet omnis difficultas, cum ea inſtru-
mento publico conſtet, Ioannem filium dicti Matthæi, &
Annæ patrem illius hæreditatem repudiaſſe; quo verò ad
perſonam Ioannis patris, qui dictam tranſactionem rati-
ficauit, cum Anna neget, ſe illius hæredem, talis non
præſumitur, niſi quoad ea, in quibus eſt fauor ipſius, quod
ſit hæres, non in alijs, niſi conſtet, quod expreſsè ſe im-
miſcuerit, propter † beneficium abſtinendi, quod filijs 13
competit *l. ſi filius, qui patri, ff. de vulg. & pupill. l.
nam aec emancipatus, ff. de legat. 1.* Alexan. *conſ. 34.
numer. 5. lib. 1.* Ideoque Monialibus incumbit onus pro-
bandi, illam eſſe talem, cum † ſit fundamentum ſuæ 14
intentionis Innoc. *ia cap. ſaper his, num. 10. verſ. ſed. arg.
coaſ. de acenſ.* Bart. *in l. illa numer. 5. ff. de verb. oblig.* cum
alijs per Natt. *conſ. 199. num. 9. vol. 1.*

Nec officiunt prætenſis actus hæreditarij, de quibus te-
ſtes videntur deponere, quia cum ſint circa bona, in qui-
bus Anna ſuccedit iure maioratus, vt deponunt alij teſtes
io Summario num 10. & ſic ex iudicio, & vocatione Ro-
derici fundatoris, non autem ex perſona patris, & tranſi-
gentium, & tanquam illorum hæredes ſunt æquiuoci, nec
inferunt neceſſariò aditionem † paternæ hæreditatis, quæ 15
tamen per actus certos debet probari, *l. gerit, & l. pro hæ-
rede, & ibidem DD. ff. de acquir. hæred.*

Non obſtat tertiò, quod Anna poſſidendo medietatem
molendini, de qua dictum eſt, tacitè approbauerit tran-
ſactionem, quia cum pars fructuum eiuſdem molendi-
ni pertineret ad patronos, & ſucceſſores in maioratu,
habuit iuſtam cauſam credendi perceptionem fructuum
dictæ medietatis ad ſe pertinere iure maioratus, non au-
tem tranſactionis, & ideò non † poteſt ea hoc inferri 16
ad tranſactionis ratificationem, quæ in hoc caſu non
potuiſſet induci, niſi Anna ſciuiſſet tenorem, & cir-
cumſtantias tranſactionis Aym. *conſil. 197. numer. 14.*
Surd. *coaſ. 49. num. 33.* Rota *deciſ. 66. aumer. 3. par. 2.
recent.* Quæ tamen ſcientia noo probatur, ſed his acce-
dit, quod Anna intra legitimum † tempus reſtitutio- 17
nis de anno 1623. renunciauit expreſsè omnibus, quæ
ſibi vigore dictæ tranſactionis obuenerant ad *text. ia l. 1.
& 2. C. ſi maior. fact.*

Non obſtat quartò prætenſa obſeruatio 30. annorum,
ex qua ſecundum † ſtylum Rotæ reſultat præſumptio 18
confirmationis Apoſtolicæ, quia primò de illa non conſtat,
nec teſtes, qui dantur, percutiunt tempus poſt, ſed an-
te tranſactionem.

Et in omnem euentum dicta præſumprio ſuffragaretur,
ſi nullitas tranſactionis deduceretur ea defectu dictæ con-
firmationis, ſed cum † aliunde deducatur, vt patet, non 19
tollit defectus, & nullitates aliunde prouenientes.

Non obſtat denique, quod non poſſit impugnari tran-
ſactio † niſi prius reſtitutis ex tranſactione receptis, *l. 20
ſi diuerſas, C. de tranſact.* Rota *ia pand. apud ſan. mem.*
Gregor. *d. deciſ. 418. aamer. 9.* Quia ſecundùm opinio-
nem, quàm paſſim ſequitur Rota, *vt videre eſt apud
eundem ſan. mem.* Gregor. *deciſ. 271. numer. 16. & ibi la-
tè adden. aumer. 28.* quibus poteſt addi *deciſ. 111. numer.
3. par. 1. diuerſ.* diſpoſitio dicti teatus † non habet locum 21
quotieſcunque agitur ad nullitatem tranſactionis, vt in
hoc caſu, quia tunc poteſt agi ad nullitatem tranſactionis,
priuſquam fiat reſtitutio accepti, quamuis poſtquam de-
tecta eſt nullitas, non poteſt agi ad exequutionem, niſi
prius facta reſtitutione, vt benè declarauit Rota in Me-
diolan. legati 15. Decembris 1593. coram Gyptio, quam
reſtitutionem Anna eſt parata facere, quotieſcunque con-
ſtiteret ex alio iure ſibi non competere retentionem eo-
rum, quæ apud ipſam eſſe prætendunt iure tranſactionis,
† quæ retentio competit, quoties conſtat recepta ex tran- 22
ſactione, deberi, ea alia cauſa, vt io dicta *deciſ. 111. num.
4. par. 1. diuerſ.*

Et ita concluſum vtraque parte informante.

¶ Infra in eadem causa adest alia decisio 17. Febr. 1628. coram eodem Coccino, est decisio 210. & in sequenti parte adest alia sub die 15. Febr. 1631. coram eodem decis. 1.

R. P. D. MERLINO.

Piscien. Capellæ.

Die Lunæ 14. Februar. 1628.

ARGVMENTVM.

Possessio, quando capi non possit absque vitio attentatorum, & maximè in beneficialibus.

SVMMARIVM.

1 *Lis ad effectum attentatorum non extinguitur per mortem rei.*
2 *Secus tamen est, per mortem actoris.*
3 *Iudicium, quando est duplex, tunc quilibet est actor, & reus.*
4 *Ad possessionem obtinendam, si partes agant, tunc quilibet est actor, & reus.*
5 *Reo mortuo, actor tenetur dirigere actionem contra interesse putantes.*
6 *Actor, mortuo reo non potest capere possessionem rei controuersæ propria auctoritate citra vitium attentatorum.*
7 *Lis dum pendet in Rota, quis non potest adire alium iudicem, nec ab eo, aliquod mandatum obtinere, sed debet expectare Rotæ iudicium, & sententiam.*
8 *Possessio litigiosa apprehendi non potest absque vitio attentatorum.*
9 *Beneficium non dicitur litigiosum, quando lis non est super titulo, sed super possessione.*
10 *Attenta ad hoc, vt intrent, opus non est, quod lis sit super titulo, sed sufficit, quod sit super possessione, quæ ea pendente fuerit apprehensa.*

DECISIO CXLVIII.

DOMINI perstiterunt in decisis ex deductis in decisione.*

Quibus non fuit visum obstare, quod licèt ad effe-
1 ctum † attentatorum lis non extinguatur per mor-
2 tem rei dumtaxat, extincta tamen remaneat † per mortem actoris iuxta tradita per Lancell. *de attent. lit. pend. par. 2. cap. 4. in præfat. numer. 263. & seqq.* Nam placuit responsio quòd in casu proposito vterque collitigans erat actor, & reus.

Horatius enim vti prouisus Apostolicus agebat pro executione suæ prouisionis, & excipiendo contra Cosmum, se seq. illi opponendo controuertebat patronatum, Cosmus verò vti præsentatus à patronis petebat institutionem, & excipiebat contra Horatium impugnando eius
3 prouisionem Apostolicam, & sic † iudicium erat quodammodo duplex, & quilibet erat actor, & reus diuersis respectibus, vt in simili habetur, *l. inter cohæredes, §. qui familiæ herciscundæ ff. famil. herciscund. & in l. in tribus istis iudicijs, ff. de iudic.*

Imò respectu possessionis vterque absolutè erat actor,
4 cum neuter possideret, † sed ambo agerent ad possessionem ipsam obtinendam, & ideo quoad illam lis per mortem Cosmi non fuit extincta, vt per Lancell. *vbi sup. num.*
5 *263. & 265* Sed Horatius superstes † tenebatur actionem dirigere contra interesse putantes, vt loquitur Io. Andr. *in cap. 2. vt lit. pend. in 6. & declarat* Bellamer. *decis. 156. incipit mortuo actore, &c.* non autem potuit pro-
6 pria † auctoritate, non expectata Iudicis sententia possessionem ipsam citra vitium attentatorum apprehendere, vt dicitur in decisione ex traditis per Lancell. *d. cap. 4. in præfat. numer. 271. & seqq.*

Nec quidquam facit, quod Horatius possessionem acceperit vigore mandati obtenti à Vicario, quoniam cum
7 lis † penderet in Rota, non potuit adire Vicarium, nec ab eo mandatum aliquod obtinere, sed debuit expectare Rotæ iudicium, & sententiam.

Non obstat, quòd possessio esset vacans, quoniam vltra responsiones datas in decisione, fuit etiam dictum satis
8 esse, quòd illa fuerit † litigiosa ad effectum, vt apprehendi non potuerit absque vitio attentatorum, *Præpos. in cap. bonæ, numer. 18. vers. vel aliter potest solui de appellat.* Mohed. *decis. 4. vt lit. pend.*

Neque etiam visum fuit obstare, quòd lis non esset super titulo beneficij, † sed solùm super possessione, & con- 9
sequenter beneficium ipsum non esset litigiosum Cassad. *decis. 6. nu. 2. de rescript. & decis. 4. vt lit. pend.*

Nam quicquid sit an hoc in facto sit verum, fuit responsum ad effectum † attentatorum opus non esse, quòd 10
lis sit super titulo, sed sufficere, quòd sit super possessione, quæ illa pendente fuit apprehensa *tot. tit. vt lit. pend.* nihil innouetur Bellamer. *in c. fin. n. 11. eod. tit. & in c. cum* M. Ferrarien. *num. 22. de constit. & ibi etiam* Henric. Boich. *§. reuocatis, nu. 2.* Butr. *nu. 38.* Abb. *num. 32.* & Rip. *nu. 193.* Anchar. *in cap. ex parte, num. 4. versic. 3. opponis de arbitr. & ibi etiam* Card. *num. 3. & 4.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

* Est decisio 123. supra in hac parte.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Meleuitana Prioratus Nauarræ.

Die Veneris 18. Februarij 1628.

ARGVMENTVM.

Eques Hierosolymitanus, qui est debitor communis Ærarij, tempore smutitionis non potest consequi Dignitates, Commendas, & officia, & qualiter probetur, quod sit debitor.

SVMMARIVM.

1 *Debitor Ciuitatis non potest creari officialis.*
2 *Dies interpellat pro homine, & num. 15.*
3 *Libris Officialium creditur in illis rebus, quæ spectant ad eorum officium.*
4 *Negatiua quod quis non sit debitor, non probatur ex vno libro tantum.*
5 *Cum ista negatiua non probetur, nisi fiat requisitio in omnibus libris.*
6 *Fides æquiuoca non probat.*
7 *Debitum an probetur ex sequestro.*
8 *Obligatus soluere non satisfacit deponendo.*
9 *Pecuniæ incontanti vbi requiruntur, non suffragatur apochæ fideiussoriæ depositum.*
10 *Procurator ad exigendum non tenetur de non exactis, nisi sit in culpa in non exigendo.*
11 *Exactoris diligentia in dubio præsumitur.*
12 *Exactor, si adueniente die solutionis non adhibet diligentias, dicitur negligens.*
13 *Casus præsumptus, quando comprehendatur in statuto.*
14 *Hierosolymitanæ Religionis stylus est procedere sine figura iudicij, & sine scriptis, & in voce, num. 16.*

DECISIO CXLIX.

PETENTI D. Equiti Carolo de Monreal adiudicationem Prioratus Nauarræ, vacantis per obitum Prioris Xixenez, contra D. Equitem Martinum de Redin possessorem, denegarunt Domini adiudicationem ob eius incapacitate ratione debiti tempore Smutitionis cum Ærario Hierosolymitano, statuta enim Religionis 24. & 26. de communi Ærario disponunt, quod Eques debitor communis Ærarij tempore Smutitionis, non possit consequi Dignitates, Commendas, & Officia ea ratione; vt Equites debitores quanto citius ob exclusionis timorem à Commendis, & Dignitatibus soluant ærario, vt possit magnitudinem, & honera huius nobilissimæ Re-
ligionis sustinere; qua etiam ratione † debitor Ciuitatis 1
non potest creari Officialis, *l. 1. C. de debit. Ciuit. lib. 11.* Mastr. *de Magistr. lib. 2. cap. 12. numer. 49.* Capiblanc. *in tract. de Baron secundum nouam impressionem pragmat. tonum 114. in fin.*

Quod Eques Carolus tempore smutitionis sub die 27. Octobris 1625. esset, & nunc etiam sit debitor librarum 324. 16 & rubrorum 800. frumenti, probatur, quia cum in solidatione computorum sub die 12. Septemb. 1624 dicatur: *Si faccia buona la partita di libre 324 16.*

proce-

proceduta dal prezzo di rubbia 406. di formeato, poiche non li ricuperò, si come deue farla constare al Ricevitore di Nauarra in termine di dieci mesi, che non lo facendo se li doueranno caricare. E per le rubbia 800. di formeato, che si doueuano ricuperare dalli lauoratori, si dà il detto termine di dieci mesi al detto Monreal d' hauer fatto constare al Ricevitore di Nauarra, come non sa pagato da alcuno; altrimenti passato detto termine, & non hauendo complito, ne sarà caricato; consequenter cum dictus Eques Monreal intra decem menses non fecerit constare coram receptore de non exactione, vtique decem mensibus elapsis, qui expirabant
a 13. Iulij 1625. remansit debitor Religionis, cum dies † interpellet pro homine *l. magnam C. de contrah. stipulat. l. 2. C. de iure emphyt. cap. potuit. de locat.* Ias. *in l. si ex legati causa num. 14. ff. de verb. oblig.* Roland. *cons. 98. nu. 9. lib.* 2. Decian. *cons. 84. num. 4. & 5. lib. 2.*

Vltrà quòd iam sub dicta die 12. Septembris Eques Monreal apparet debitor in solidatione computorum, in quibus licet fiant bonæ duæ partitæ libr. 324. 16. & rubr. 800. frumenti, tamen hoc fit, vt infra decem menses debeat constare de non exactione, & sic elapso termino sine iustificatione non exactionis, d. duæ partitæ debitæ remanserunt accensæ, & nihilominus reperitur facta descri-
3 ptio in libris, vt in summ. num. 14. qui probant † debitum ad fauorem Religionis, Seraph. *decis.* 1390. *in princip. & num. 2. & fuit dictum in Campanien. Prioratus* 18. *Maij* 1618. *coram bon. mem. Archiepiscopo Dunozet, & in Aquitan. Prioratus* 19. *Aprilis* 1624. *coram R.P.D. meo Pirouano.*

Non obstat fides Secretarij dicentis, sub diebus smutitionis, & electionis Equitem Carolum de Monreal non
4 apparere debitorem, quia non inde coarctatur † negatiua, quod non sit debitor in alijs libris, seu alibi, vt fuit dictum in supradicta *Aquitanien Prioratus* 24. *Aprilis* 1624. *co-*
5 *ram R. P. D. meo Pirouano*, talis enim † negatiua tunc remanet probata, quando fit perquisitio in omnibus libris, Ruin. *cons. 35. num. 19 lib.* 1. Aym. *cons* 112. *num.* 7. Seraph. *decis.* 1307. *nu.* 3. quare cum ipsemet Secretarius det aliam
6 fidem de debito, fides † anterior vti æquiuoca non prodest, *cap. in præsentia, de probat. l. non hoc. C. vnd. legit. l. neque natales. C. de prob.*

7 Coadiuuatur probatio † debiti ex sequestro de mense Augusti 1626 adhuc durante super fructibus Commendæ Equitis Caroli, qui reuocationem procurasset, si non remansisset debitor.

Non obstat depositum, quia illud fuit in quodam Torqueo aureo, & in quadam apoca fideiussoria, ac fuit restitutum, & cum statuta 24. & 26. de communi ærario requirant solutionem, & statutum 2. velit pecunias incon-
8 tanti, illis non fuit satisfactum, obligatus † soluere non satisfaciat deponendo, Bart. *in l. item liberatur, §. primo, ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu.* Rot. *decis. 623. num. 2. part. 1. diuers. & decis* 102. *num* 2. *part.* 2. *recent.* & vbi requi-
9 runtur † pecuniæ incontanti, non suffragatur depositum apocæ fideiussoriæ, & Torquei aurei, *l. 2. §. mutuu, ff. si cert. pet. l. item illa, §. fin. ff. de constit. pecun. l. stichum, §. fin. ff. de solut.* Gabr. *cons. 155. num. 29. & 30. lib.* 1. Ruin. *cons. 65. num. 10. lib* 2. Surd. *decis. 30. num.* 9 Greg. *decis.* 347 *num.* 19. & ideò restitutio depositi fuit facta.

Non obstat, quòd hoc non sit debitum proprium Caroli, nec sit contractum cum communi ærario sed proueniat ex administratione Prioratus facta viuente Priore Ezpelleta; tum quia post obitum Ezpelletæ Carolus remansit debitor ærarij ratione spolij Ezpelletæ, ad ærarium spectantis, vt in *Statuto 20. de verb. signific.* tum quia Eques Carolus fuit receptor Religionis in eodem Prioratu, vt constat ex fide Secretarij ærarij à mense Maij 1613. vsque ad mensem Maij 1619. & propterea adueniente obitu Ezpelletæ de anno 1617. cessauit administratio, & procura nomine Ezpelletæ, & successit administratio nomine receptoriæ, & communis ærarij, & vti receptor tenebatur exigere pecunias, & frumentum ex spolio Ezpelletæ tanquam iura ærarij, vt in *Statut. 39. de com. ærar.*

Nec facit, quòd huiusmodi debitum sit contractum ex quo Carolus tanquam receptor non exegerit credita Ezpelletæ, & propterea non sit verum debitum ipsius, cum
10 procurator † ad exigendum non teneatur de non exactis, nec illa veniant in restitutione reliquatus, nisi adsit culpa in non exigendo, Soccin. Sen. *cons. 149. num. 1. lib. 1.* Rota Ianuen. *decis.* 76. *num.* 8. Caputaq. *decis.* 266. *part.* 1.
11 & diligentia † exactoris in dubio præsumatur, Rota Ianuen. *d. decis* 76. *num.* 9. quia fuit responsum, quod statutum 50. de communi ærario mandat, quod si receptores erunt negligentes in exigendo, teneantur de proprio nisi faciant debitas diligentias, de quibus faciant legitimè apparere, vbi enim receptor adueniente die solutionis non
adhibet diligentias, † est negligens, & periculum ad ipsum 12
pertinet, Rota *decis. 253. num. 3. part. 1. recent.* Becc. *cons.* 105 *num.* 25. Eugen. *cons.* 73. *num* 22. Vnde hoc statutum facit debitum proprium, & in hoc casu, quo est factum debitum proprium, requirit quod doceatur legitimè de debi-
tis diligentijs, & sic cum constet † de voluntate statuen- 13
tium, iste casus comprehenditur, Fulgos. *cons.* 179. *versic. circa primum*, iuncta præsertim declaratione ordinationis 77. de communi ærario, quod omnia; & singula statuta aduersus debitores communis ærarij sancita rigorosius, & seuerius comprehendant receptores in proprio munere negligentes.

Nec placuit Dominis, quòd cum in solidatione computorum dicatur, *che non lo facendo se li doueranno caricare, e passato detto termine, non hauendo complito, ne sarà caricato*, ideò requireretur citatio, & declaratoria, & descriptio in libris. Primò, quia aut Eques Carolus exegit, & est verè debitor, & intrant statuta de debitore incapaci, quæ non requirunt nec citationem, nec monitionem, nec declaratorium, nec descriptionem in libris, sed sat est, quod
Eques sit debitor, & de stylo † Religionis Hierosolymita- 14
næ proceditur sine figura iudicij, sine scriptis, & in voce, vt in *Statut. 1. de consil.* Secundò, quia tempore solidationis Carolus erat constitutus debitor, sed vt mitius ageretur cum eo, fuit præfixus terminus decem mensium ad probandum pecunias, & frumentum non exegisse, quo
tempore elapso debitum remansit accensum, & dies † 15
interpellabat. Tertiò, quia adest descriptio in libris.

Aut non exegit, & intrat aliud statutum, & ordinatio Religionis supradicta, quod receptor negligens faciat debitum proprium, & comprehendatur sub omnibus statutis editis contra debitores ærarij, nisi fecerit diligentias debitas, & de illis legitimè docuerit, & huiusmodi statu-
tum, † & ordinatio non requirit citationem, vel moni- 16
tionem, vel descriptionem in libris, vt in *Statut.* 21. *de verb. signific. & in statut.* 50. *de comm. ærar.*

Nec ex eo, quòd distinctè, & diuisim fuerint solidata computa receptoriæ à computis administrationis Prioratus, sequitur, quod non possit agi pro isto debito tanquam pro debito receptoriæ, nam non censetur sublatum statutum de receptoribus, cum ista distinctio fuerit facta pro faciliori intelligentia, & non vt tollerentur dispositiones statutariæ cum præiudicio Religionis, immò Camera computorum noluit sibi præiudicare, dum iniunxit onus Equiti Carolo probandi coram receptore Nauarræ ad eius manus non peruenisse pecunias, & frumentum, quod in substantia est conforme statuto de receptoribus, qui debent adhibere diligentias debitas in exactione; & de illis legitimè docere in eorum computis, vt in supradicto statut. 50.

Non obstat solutio scutorum quinque, quia illa fuit pro soldea, & pro adæquatione alterius computi.

Et ita fuit vtraque parte informante resolutum, &c.

Supra in eadem causa adest alia decisio sub die 8. Martij 1627. coram eodem bon. mem. Card. Virili, est decisio 43. & infra adest alia sub die 14. Iunij 1628. coram eodem, est decisio 186. in Addit. habetur altera sub die 11. Ianuarij 1627. §

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Cæsaraugustana Lectoriæ.

Die Lunæ 21. Februarij 1628.

A R G V M E N T V M.

Ecclesia Regularis, si secularizetur, & officium Lectoriæ Sacræ Scripturæ sit erectum in Canonicatum cum assignatione præbendæ Canonicalis, an si Episcopus Lectori assignauerit ab immemorabili tempore salarium, postea etiam teneatur ad illud præstandum.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Lectoratus Ecclesiæ Regularis, si sit erectus in Canonicatum, cum assignatione præbendæ Canonicalis, an sufficienter videatur prouisum Lectori pro illius mercede. num. 2.*

3 *Itaut ratione salarij, nihil aliud possit prætendere, cum in erectione Canonicatus, sit ei impositum onus legendi.*

4 *Immemorabilem, qui pro se habet, potest allegare meliorem titulum de mundo.*

4 *Fundationis titulus est aliorum magis proficuus, & vtilis.*

6 *Immemorabilis virtus quæ sit.*

7 *Cessante causa, cessat effectus.*

8 *Canonici alicuius Ecclesiæ, si aliquid assignant de eorum præbendis Lectori, per prouisionem sibi factam de beneficio, statim resoluitur huiusmodi assignatio.*

9 *Episcopus tenetur ordinato sine titulo præstare substentationem, quousque illum de beneficio prouiderit.*

10 *Pater dotando filiam facit cessare legatum pro dote, ex quo cessat causa legati.*

11 *Præseruatio operatur, vt omnia iura primæua integra remaneant.*

12 *Etiam si statum antiquum expressè non sit reseruatum.*

13 *Institutio Canonicatus Lectoralis cum assignatione præbendæ, & onere legendi an faciat cessare salarium illi officio antea debitum.*

14 *Text. in cap. quia nonnulli, de magistr. & ibi Doct. intellectus.*

15 *Assignatio, vel debitum, quando est necessarium, si cesset ratio assignationis, vel debiti cessat etiam ipsa assignatio vel debitum.*

16 *Text. in cap. Episcopus de præben. declaratur.*

17 *Episcopus tenetur substentare promotum sine titulo, ne cogatur in dedecus Ordinum mendicare.*

18 *Text. in l. filiæ legatorum. C. de legat. intellectus.*

19 *Nouatio tunc dicitur inducta, quando præexistens prima obligatio transfunditur in secundam, & num. 20.*

21 *Alias, si prima non perimatur, secunda dicitur venire cumulatiuè, quæ primam non tollit.*

22 *Nouatio fit etiam si contractus se compatiuntur, & num. 27.*

23 *Nouatio dicitur inducta per superuenientiam nouæ causæ relatiuæ ad primam quando illa illatio fit circa idem & num. 24.*

25 *Canonicus, & Lector si quis existat, cum duplici fungatur officio, duplicatum debet recipere emolumentum.*

26 *Priuilegium prælationis suæ vocis in paritate, & collationis, sunt alicuius considerationis.*

27 *Obseruantiæ interpretatiuæ proximæ plurimum est defendendum.*

DECISIO CL.

IN Ecclesia Metropolitana tunc regulari Ciuitatis Cæsaraugustanæ Officium Lectoris Sacræ Scripturæ fuit ab immemorabili tempore demandatum vni ex Canonicis regularibus dictæ Ecclesiæ, si in ea sufficiens aderat, cuius electio pertinebat ad solum Archiepiscopum, qui decem cafitia tritici, & decem metretas vini vnà cum scutis duodecim dicto Lectori pro salario assignabat. Cum autem de anno 1605. eadem Ecclesia per sanct. memor. Clementem Octauum secularizata, erectus fuerit vnus Canonicatus Lectoralis cum assignatione præbendæ, dubitaui, An hodie Archiepiscopus post dictam secularizationem teneatur ad solutionem eiusdem salarij, quod ante illam soluebat.

Pro negatiua videbatur facere, quòd cum in seculari-
1 zatione dictæ Ecclesiæ Lectoratus † fuerit erectus in Ca-
nonicatum, vnà cum assignatione præbendæ Canonica-
lis secundùm mentem Sacrosancti Conc. Trid. *cap. 1. sess.*
5. de reformat. Videtur sufficienter Lectori prouisum de
2 prouentibus dictæ † præbendæ, qui soli debent deseruire
pro illius mercede, seu salario, *cap. quia nonnullis, § sanè*
de magistr. & ibi Doct. Abb. *num. 3. versic. secundo casu, in*
princip. Anan. *num. 4. versic. secundo casu.* Hostien. *numer.*
10. Ioann. Andr. *num. 11.* Butr. *num. 5.* Henric. Boich. *num.*
3 *1. & 4.* Itaut ratione salarij Lector nihil aliud possit † præ-
tendere, cum in erectione dicti Canonicatus onus legen-
di sit ei impositum, quòd fieri potuit, *glos. in d. cap.*
quia nonnullis in verb. præbendæ, ad fin. Boich. *ibid.*
num. 15.

Nec obstat, quod ante secularizationem dictum sala-
rium ab immemorabili tempore solueretur ab Archiepis-
copo, itaut possit allegari † contracta huiusmodi obligatio 4
ex meliori titulo de mundo, immò possit dici huiusmodi
onus fuisse impositum etiam in fundationem Archiepisco-
patus, tanquam † titulum magis proficuum, & vtilem, 5
ad cap. super quibusdam, §. præterea, vbi glos. in verbo non
extat. de verb. signif. Dec. *cons. 586. num. 2.* cum ista sit vir-
tus † immemorabilis, latè Felin. *in cap. causam, num. 2 &* 6
seqq. de præscript. Gabr. *de præscript. concl. 1. num. 1.* Rot.
decis. 254. in fin. part. 3. & decis. 642. num. 4. part. 4. diuers.
Quæ immemorabilis in hoc casu supponitur in facto con-
cordato.

Quia respondetur, quòd cum hodie præbenda Canoni-
calis fuerit subrogata in locum dicti salarij, & ex ea suf-
ficienter sit prouisum Lectori, cessat † ratio debiti quoad 7
dictum salarium, *cap. cum cessante, de appell.* & in istis
terminis Ioann. Andr. *in d. cap. quia nonnullis, numer. 11.*
Hostien. *num. 10.* Vbi quòd si † Canonici Ecclesiæ aliquid 8
de eorum præbendis assignarunt Lectori, per prouisionem
sibi factam de beneficio, statim resoluitur huiusmodi as-
signatio, Butr. *numer. 6. in fin. ver. nam & fectio præbendæ.*
Anan. *num. 4. vers. in glos. fin.* & in simili quòd ordinato † 9
sine titulo teneatur Episcopus præstare substentationem
quousque illum de beneficio prouiderit, & non vlterius,
cum cesset ratio dictæ substentationis, *text. est in c. Epis-*
copus, de præb. Et quòd pater dotandum † filiam faciat 10
cessare legatum pro dote, ex quo cessat causa legati, est pa-
riter *text. in l. filia legatorum. C. de legatis.*

Quæ tantò magis videbantur admittenda, cum possit considerari, quòd Archiepiscopus ratione absolutæ nominationis, quam ante secularizationem habebat, videbatur quodammodo obligatus ad prouidendum dicto Lectori tanquam ministro proprio, quæ tamen ratio hodie cessat cum Lectoris nominatio, siue electio fuerit translata ad Archiepiscopum, & Capitulum simultaneè, præuio examine in concursu, seu oppositione.

His tamen non obstantibus in contrariam partem Domini inclinarunt: Considerabant enim, quòd Bulla secularizationis, vltra quam quod præseruat omnia iura, priuilegia, &c. ante secularizationem competentia &c. expressè vult, quæ omnia, & singula, quæ in dicta Ecclesia pro Canonicis, & personis regularibus erant, de cætero pro Canonicis, & personis secularibus etiam post secularizationem esse censeantur.

Vnde cum supposita obligatione Archiepiscopi, quæ re-
sultat ex dicta immemorabili, vt dictum est hoc salarium
esset emolumentum assignatum pro Lectore, & tanquam
tale relatum inter onera. Mitræ Archiepiscopalis, sequi-
tur, quòd secundùm verba expressa secularizationis cen-
seatur etiam esse pro Canonico sæculari Lectore, cum in
hoc Papa voluerit præseruare statum antiquum, ex qua
† præseruatiua remaneant integra iura primæua, & sic an- 11
terior obligatio soluendi istud stipendium, Bald. *in l. penul-*
tima. C. deposit. Oldrad. *cons. 237. in fin.* Becc. qui alios cu-
mulat *cons. 74. num. 34.* Surd. *decis. 163. num. 17.*

Et quamuis Papa statum † antiquum expressè non præ- 12
seruasset, illius tamen mutatio non perimeret ius Lectoris
quæsitum in anteriori statu regularitatis, cum id in secula-
rizatione dictum non fuerit Innoc. *in cap. dilectas, num. 4.*
vers. Monialium, & ibi Abb. *nu. 9. de Capel. monach.* Prob.
ad Monach. *in cap. cum de beneficio, num. 52. & seq. & de*
præb. in 6. Anchar. *cons. 404. num 9. vers. primo quia mu-*
tatio. Belion. *cons. 8. num. 4. & fuit alias resolatum in Aqui-*
lan. iurisdictionis 30. Martij 1601. coram Reuerendiss. D. meo
Patriarcha Antiocheno, & in Tarracon. Sacristiæ 19. Mar-
tij 1601. coram bon. mem. Iusto, & in Theat. iurisdictionis 23.
Iunij 1624 coram me.

Nec institutio † Canonicatus Lectoralis cum assigna- 13
tione præbendæ, & onere legendi, facit cessare huiusmodi
salarium ex adduct. per text & DD *d. cap. quia nonnulli*
de magistr. Quia aduertendum est, quòd prædicta non ap-
plicantur. Primò, quia text. † & Doct. allegati loquuntur 14
in magistro, cui de recenti per modum prouisionis fuit con-
stitutum salarium. Secundò loquuntur ad effectum quòd
nihil possit exigere à scholaribus. Tertiò loquuntur, quan-
do assignatio erat voluntaria, in hoc autem casu non agi-
tur de salario nouiter assignato per modum prouisionis,
sed de salario ab immemorabili constituto, & soluendo
personæ certæ, vel certo generi. Secundò non agitur ad
effectum exigendi à scholaribus, sed ab eo, qui ex melio-
ri titulo de mundo virtute immemorabilis soluere tenetur.

Ter-

Tertiò, non agitur de assignatione voluntaria, sed necessaria, vt dictum est.

15 Nec replicetur, quòd etiam quando † assignatio, vel
debitum est necessarium, si tameo cesset ratio assignatio-
nis vel debiti, cessat etiam ipsa assignatio vel debitum,
vt in *d. cap. Episcopus de præben. & in l. filia legatoram, C. de legat.*

16 Quia ad *text. † in d. cap. Episcopus*, respondetur, quòd
sublstentatio, quam ordinatus sine titulo debet habere ab
Episcopo, donec prouideatur de beneficio & non vlte-
rius, ideò per prouisionem cessat, quia obligatio Episco-
pi promouentis non erat perpetua, sed temporalis, quam-
diu promotus careret congrua sublstentatione, ad quam
17 sublstentationem ideò obligatur † Episcopus ne promotus
cogatur iu dedecus Ordinum mendicare, ideò mirum non
est, si statim ac deficit periculom dictæ mendicitatis per
prouisionem beneficij resoluatur quoque temporanea E-
piscopi obligatio.

18 *Ad text. verò † in d. l. filiæ legatorum*, In quo dicitur,
quòd filia non habet actionem ad legata sibi facta à patre
in testamento pro dote, si ea sibi in dotem fuerunt po-
stea per patrem data; Respondetur, quod legatum do-
tis non erat necessarium quoad solutionem, cum posset
quandocumque reuocari, sed supposito etiam quòd es-
set debitum necessarium, hoc procedit in eo casu, pri-
mò quia eadem persona, quæ tenebatur, facit cessare
anteriorem obligationem, quod non est in casu isto, nam
Archiepiscopus, qui ante secularizationem tenebatur
ad salarium, non assignauit præbendam pro Canonico
Lectorali.

Secundò, id in eo casu procedit, quia idem, qood
prius debebat solui, fuit transfusum in secundam obli-
gationem, nempè eadem legata, quæ prius vigore te-
stamenti debebantur, fuerunt data in dotem, quod est
in casu isto, quia primum salarium non fuit transfusum
in præbendam assignatam dicto Canonicatui Lectorali.
Et sic ex his patet, in hoc casu ex superuenientia nouæ
causæ noo tolli anteriorem causam salarij, quia hoc ha-
beret locum, si vel primum salarium fuisset transfusum
in præbendam nouiter assignatam, quia tunc benè dice-
retur subrogata in locum salarij, vel si eadem persona,
nempè Archiepiscopus, qui tenebatur prius ad salarium,
assignasset de suo proprio istam præbendam, quorum
neutrum cum sit in casu isto, dicendum oon est, quòd
causa diuersa, ratione obligationis personarum, & rei
faciat cessare prædicta.

19 Vt in simili quòd tunc dicatur inducta † nouatio, quan-
do præexistens prima obligatio transfunditur in secun-
dam, est *text. in l. 1. ff. de nou.* Oldr. *cons. 309. num. 2. versic. & si dicatur in fine*, id est cum ex præcedenti causa,
20 † ita noua constituitur, vt prior perimatur. Curt. Inn.
cons. 306. num. 22. aliàs, si prima non perimatur, secun-
21 da dicitur venire cumulatiuè, quæ † primam non tol-
lit, Rom. *cons. 441. num. 8. & est text. in §. præterea inst. quib. mod. collit. oblig. & in l. nouatione, C. de nouat.*

Quæ optimè applicantur ad casum nostrum, quia se
cunda causa salarij, tanquam è diuerso iure proueniens,
dicitur venire cumulatiuè ad primam, non autem ex-
tinctiuè, & ad hoc vt diceretur venire extinctiuè ad pri-
22 mam, opus non esset † quòd inuicem se non compate-
rentur, tanquam contrariæ, vt in *l. fin. C. de nou.* Dec.
cons. 364. num. 14. & 15. Apostil. ad sing. Mattesil. 178. in fin. Cæph. *cons. 444. num. 18. & seq.* plenè Menoch. *de recuper. remed. 9. num. 391.* quæ incompatibilitas hic nullateous po-
test considerari.

23 Et quòd tunc dicitur † inducta nouatio per superue-
nientiam nouæ caosæ relatiuæ ad primam, quando illa
relatio fit circa idem, aliàs secus per *text. in l. quibis, ff. de verb. oblig.* firmat Put. *decis. 290. num. 3. lib. 2.* Quod
optimè etiam applicatur ad casum nostrum, quia vt di-
ctum est, noua causa salarij non operatur, vt primum
salarium dicatur transfusum io præbendam nouiter assi-
gnatam, & sic non est circa idem

Sed tollitur omois difficultas, quia non est verum,
24 quòd † noua caosa superuenit, quod patet, quia assi-
gnatio præbendæ Canonicalis pro Lectore non fuit assi-
gnata simpliciter pro Lectore, sed pro Lectore tanquam
Canonico. Vnde cum Lector tanquam Canonicus in
statu regularitatis haberet eandem præbendam, si non
ita formaliter assignatam, saltem æquipollentem per
alimenta quæ recipiebat à mensa regulari, in hoc ista
assignatio formalis præbendæ Canonicalis in statu secu-
laritatis tanquam subrogata in locum anterioris æqui-
pollentis in regularitate non potest considerari tanquam
noua causa ratione salarij, quod pro Lectore debebatur.
Vnde cum † tanquam Canonicus & Lector duplici fun- 25
gatur officio, non est inconueniens quòd recipiat duplica-
tum emolumentum, *§ illud vbi gloss. in ver. periculum, auth. vt ind fin. quoq. suffrag. fiant.* Rom. *cons. 25. & ibi add.* Surd. *decis. 66. num. 1. lib. 1.* Pinell. *in l. 1. par. 3. num. 78. C. de bon. mat.* Rot. *decis. 354. par. 1. recent.* Menoch.
cons. 228. num 29. & de arbit. casu 223. num. 7. & fuit di-
ctum *in causa Romana mercedis 3. Mart. 1625. coram R. P. D. meo Merlino.*

Nec ex eo, quod dicto Canonicatui fuerit iniunctum
onus legendi, benè infertur, quod ideò non debeatur an-
terius salarium, quia stant simul quod Lector teneatur
præcisè ad legendum, & tamen illi debeatur salarium,
vnde ista iniunctio oneris in hoc quidem immutauit sta-
tum regularitatis quia in statu regularitatis Lectoratus
demandabatur vni ex Canonicis, quatenus sufficiens
aderat, & sic obligatio legendi non erat necessaria ex par-
te Canonici, qui poterat recusare tale onus, quamuis
obligatio assignandi salarium esset necessaria ex parte Ar-
chiepiscopi, vt dictum est. Hodie verò post seculariza-
tionem onus legendi fuit satisfactum necessarium ex parte
obtinentis Canonicatum Lectoralem, sed non ideò obli-
gatio salarij ex parte Archiepiscopi expiranit, aut facta
est voluntaria.

Non obstat denique, quòd Ius conferendi Archiepisco-
pi post secularizationem fuerit diminutum quoad di-
ctum Lectoratum, quia vltra quod adhuc retinet priui-
legium † prælationis suæ vocis in paritate, & collatio- 26
nem, quæ sunt alicuius considerationis, vt dixit Rota
in Oscen. iadulti 10. *Decembris* 1599. & 5. *Decembris* 1601.
coram Illustriss. Card. Millino, quam refert Garz. *de benef. part. 5. cap. 4. num. 163.* Io omnem casum prædicta pro-
cederent si assignatio salarij fuisset correspectiua ad di-
ctum ius conferendi, quod esse nullatenus patet.

Vnde cum nihil commune habeat onus soluendi stipen-
dium Lectori cum eius nominatione; imò in hoc † casu 27
benè se compatiantur ex mutatione status accidentalis
quoad collationem non fuit sublata obligatio soluendi di-
ctum salarium, Rot. *decis. vnica, num. 3. circa fin. vers. in contrarium facit, & aam. 4. de sepult. in antiq.* Rebuff. *super reg. de vnione, glos. 11. nam. 13.*

Quæ tantò magis visa sunt admittenda cum Archiepis-
copus etiam post secularizationem per spacium 17. aono-
rum continoauerit in solutione eiusdem salarij, quod opti-
mè deseruit pro obseruantia Interpretatiua, quæ tanquam
† proxima plurimum est attendenda ad *text. in l. si de inter-* 28
pret. de legib. Crauett. *cons. 101. num. 3.* Aldobrand. *cons. 66. num. 8* Menoch. *cons. 276. num. 19.* Riminald. *cons. 366. num. 17.* Addent *ad decis. 325. num. 1. san mem Gregorij.*

Et ità conclusum negocio maturè discusso, & vtraque
parte informante.

Infra in eadem causa adest alia decisio sub die 9. Februarij ¶
1629. coram eodem bon. mem. Coccino, est decisio 249.

R. P. D. DVNOZETTO.

Florentina Fideicommissi de Guldacijs.

Die Lunæ 21. Februarij 1628.

ARGVMENTVM.

Fœmina quando non censeatur à testatore exclusa à vocatione proximiorum de familia, ita vt faciat deficere conditionem, si sine filijs.

SVMMARIVM.

1 *Vocatus, quando euenit casus sue vocationis, potest agere ad immissionem remedio l. fin. C. de edict. D. Adr. Toll.*

2 *Fœmina comprehenditur sub vocatione proximorum de familia.*

3 *Quod*

3 *Quod procedit etiam quando fœmina est nupta extra familiam.*

4 *Fœmina, tunc multò magis non videtur à vocatione proximorum de familia exclusa, quando testator non respexit ad conseruationem agnationis.*

5 *Et vt hoc habeat locum, sufficit quod testator agnationem non expresserit.*

6 *Coniecturæ pro exclusione fœminarum à proximis de familia debent clarè concludere mentem testatoris, & num. 31.*

7 *A verbis testamenti discedere propter subtiles interpretationes valde periculosum est.*

8 *Neptis non censetur exclusa ex sola coniectura deducta ex exclusione filiarum.*

9 *Testator non præsumitur voluisse excludere fœminas proximiores propter agnatos remotiores.*

10 *Conseruationi agnationis, quando testator videatur prospexisse.*

11 *Decis.203. & 217. in recent part. 2. declaratur. & numer. 15.*

12 *Voluntas determinata testatoris in conseruandis bonis in agnatione, quando considerari non possit.*

13 *In testamento quando non legitur expressa ratio conseruandi bona in agnatione, non præsumitur testatorem voluisse excludere fœminas.*

14 *Et ad hoc non sufficit, quod tacitè colligatur.*

16 *Masculinitatis qualitas, si adsit in præcedentibus substitutionibus, quando debet censeri repetita in sequentibus.*

18 *Fusar quæst. 311. num.2. de fideicomm. & alij declarantur.*

19 *Rota non admittit illam coniecturam de reperita qualitate masculinitatis ad excludendas fœminas, sed illam retorquet.*

20 *Testator non præsumitur voluisse excludere fœminas, si vsus sit verbis aptis comprehendere masculos, & fœminas.*

21 *Remotissimus non debet esse melioris conditionis proximiore.*

22 *Decis in Romana fideicommissi coram Buratto quando procedat.*

23 *Testator, si semel expresserit masculos, si sequens sermo regatur ab eodem verbo, præsumitur repetisse d. qualitatem masculinitatis.*

24 *Personæ, & gradus vbi mutantur, non inducitur repetitio qualitatis masculinitatis.*

25 *Dictio, sin autem, est aduersatiua.*

26 *Bald. dictum in l. omnes populi de iust. & iur. limitatur.*

27 *Fœminæ licet assumant nomen familiæ mariti, non tamen desinunt esse de familia proprij patris.*

28 *Testamentum quando factum est lingua vernacula, tunc attenditur communis vsus loquendi, secus si latina, limita num. 29.*

30 *Fœminæ secundum communem vsum loquendi sunt de agnatione mariti.*

DECISIO CLI.

THOMAS Guidaccius in suo, sub quo decessit testa-
mento, instituit hæredes Carolum, & Iulium eius
filios, & illis decedentibus sine filijs masculis, substituit
Franciscum ipsius testatoris fratrem, seù filios masculos
d. Francisci, si extiterit; sin autem proximiores, &
propinquiores familiæ de Guidacijs; Qui filij Thomæ
testatoris omnes decesserunt, superstite solùm Carolo,
qui demùm etiam decessit, relicta Domina Camilla fi-
lia, quam & hæredem instituit Verùm Dominus Eques
1 Ioannes Guidaccius, putans euenisse † casum suæ vo-
cationis tanquam proximior familiæ de Guidaccijs agebat
ad immissionem remedio *l. fin. C. de edict.* D. Adr. Toll. su-
per quo à me hodie dubium propositum fuit, & Domini
negatiuè responderunt, scilicèt Equitem Guidaccium
non esse immittendum.

Moti fuerunt Domini, quia licèt Carolus decesserit
sine filijs masculis, attamen, cum reliquerit Camillam,
& ipsa Camilla tàm respectu Caroli grauati, quàm Tho-
mæ grauantis sit proximior ipso Equite, certi iuris est,
ipsam præferendam esse, cùm nec vocatio proximiorum
2 excludat fœminam, quia, & fœmina † comprehendi-
tur sub vocatione proximiorum familiæ, *l. voluntas Pa-
tris, C. de fideicomm. l. pronunciatio 195. in fin. ff. de verb.
signific.* Aym. *cons. 656. num. 7. lib. 4.* Decian. *cons. 7. num. 11.
lib. 5.* Curt. Iun. *cons. 49. num. 7. vers. accedit, lib. 1.* Tiraq. *de
retr. lignag. § 1. glos. 9. num. 203.* Peregr. *de fideicomm. art. 22.
num. 46. & seqq.* Rot. *coram san. mem.* Gregor. XV. *decis.
293. & 464. num. 12.* quòd procedit † etiam, quando fœmina 3
est nupta extrà familiam, Odd. *cons. 46. num. 39. & seqq.*
Surd. *cons. 140. num 67. lib. 1.* Gabr. *cons. 190. num. 3. lib. 1.*
Add. *ad decis.* Gregor. XV. *d. decis. 294. num. 23.* Seraphin.
decis. 1436. num. 2. Rot. *decis. 587. num. 8 part. 1. & decis. 281.
part. 2. recent. & coram* Gregor. XV. *d. decis. 464. numero
13.*

Quæ eò certiora sunt in casu nostro, quia non apparet,
testatorem respexisse ad conseruationem agnationis, quo
casu fœmina tantò minùs excluditur † à vocatione proxi- 4
miorum de familia, sed faciliùs comprehenditur; licèt
enim vocauerit proximiores, & propinquiores de fami-
lia, nihilominus non processit vlteriùs, vt bona conser-
uentur in dicta familia, & prepterea satis est, quòd sub
nomine proximiorum, & propinquiorum veniant etiam
fœminæ, cum si illæ admittantur, verificetur disposi-
tio testatoris, & sufficit, quòd vlterius non respexit ad
agnationem, ad hoc vt dicta † Camilla non dicatur ex- 5
clusa, & quod hoc non expresserit, Dec. *cons. 51. num
6. ante med. lib. 2.* Gabr. *cons. 97. num. 18. lib. 1.* Alex.
cons. 97. num 12. vers. Nec obstat, lib. 2. Rot. *coram* Gre-
gor. XV. *d. decis. 464. num. 12.* & fuit dictum in *Montis Fali-
sei fideicommissi Lunæ Iunij 1617. coram Reuerendiss. D. meo
Decano.*

Non obstant coniecturæ ab informantibus pro Equite
pro exclusione dictæ Camillæ ponderatæ; quæ ad hoc, vt
dicta Camilla dicatur non comprehensa in dispositione te-
statoris, debent † clarè concludere ipsius testatoris men- 6
tem, Alciat. *in l. Gallus, §. quidam rectè, num. 5. ff. de liber.
& posthum.* Mantic. *de coniect. lib. 3. tit. 4. num. 6.* quia vt in-
quit Bald. quem sequitur Dec. *cons. 89. num. 1. in fin.* valdè
periculosum est à verbis testamenti † propter subtiles in- 7
terpretationes coniecturales discedere, cum nullum sit
maius signum voluntatis, quàm illud, quòd verba de-
notant.

Et primò non obstat coniectura desumpta ex eo, quòd
Thomas testator in primo gradu instituit hæredes eius fi-
lios masculos, & exclusit proprias eius filias fœminas, ex
quo pariter videtur voluisse excludere neptes remotiores,
& minùs dilectas ex latè deductis per informantes pro
Equite, † quia ista coniectura per plurimos Doctores 8
reijcitur, & signanter per Mant. *de coniect. lib. 11. tit. 14.
num. 14. vers. sed tamen*, & Rota eam non amplectitur,
Seraph. *decis. 880. num. 2. & 3.* vbi refert idem decisum in
Bononien. de Sancto Petro de anno 1585. & *decis. 1216. num.
1. 6.* Gregor. XV. *decis. 514. num. 13.* Rot. *part. 4. diuers. de-
cis. 485.* Ratio liquidem est satis vrgens, Nam testator
proprias exclusit fœminas propter dotem datam, & fa-
uore filiorum masculorum, quos prædiligebat, quæ ra-
tio cessat in nepte ex filio, quam testator non dotauit,
nec præsumitur voluisse † propter remotiores agnatos 9
excludere, vt benè explicat, Cephal *cons. 134. num.
41. & seq.* Onded. *cons. 57. lib 1. num. 63. & seq.*

Non obstat secunda coniectura, quòd testator videa-
tur prospexisse conseruationi agnationis, † dum in præ- 10
cedentibus substitutionibus exclusit fœminas, & vocauit
masculos, & in ista substituit proximiores de familia, &
sic agnatos iuxtà *decis. Carpentoracten fideicomm. impress.
inter recent. part 2. decis. 203. & 217.* Nam respondetur,
conclusionem istam esse quidem verissimam, sed non ap-
plicari casui nostro; Nam supradictæ † decisiones lo- 11
quuntur, vel quando testator expresse voluerat bona
conseruari in agnatione, vel aderat digressus ad plures
substitutionum gradus, sed in hoc testamento nulla fuit
expressa mentio conseruandæ agnationis, seù facta ali-
qua prohibitio alienandi, quia velit testator bona per-
manere in agnatione, & familia; nec adsunt aliqua ver-
ba denotantia perpetuitatem, seu tractum successiuum
in futurum, cum tota series substitutionum testatoris re-
solueretur, si, vel Carolus, & Iulius filij testatoris,
& sic quilibet eorum filios masculos habuisset, quia nec
reuixissent substitutiones iuxtà *cons. Oldrad. 21.* & per vul-
garem erant tantum conceptæ vocationis; Vndè † non 12
potest considerari determinata voluntas testatoris conser-
uandi bona in agnatione. Nam licèt adsit pluralitas per-
sonarum; tamen est coarctata ad vnicum tantùm gra-
dum, & sic benè applicantur deducta per Mant. *de conie-
ctur. vlt. vol. lib. 6. tit. 15 num. 6. & seqq.* Et propterea cum
non legatur expressa in testamento ratio conseruandi in
agnatio-

13 agnatione, & familia, non † eſt præſumendum, te-
ſtatorem illam voluiſſe ex iuribus ſupra allegatis; Nam
eſſet multiplicare præſumptiones, quod ſcilicet teſtator
voluiſſet conſeruare bona in familia, licèt hoc non dixe-
rit, & voluiſſet recedete à concluſione iuris, quæ eſt,
vt dixi ſupra, quod fœmina venit ſub vocatione propin-
14 quorum, & proximiorum, & propterea † pro fœmina-
rum excluſione oportet, quòd ſit expreſſa ratio perpetuæ
conſeruationis familiæ, non autem quòd illa tacitè colli-
gatur, Cephal. *conſ.*401. *num.*39. *lib.* 3. Mantic. loco ſupra
citato *tit* 15 *num.* 5. *in fin.* & in his terminis loquuntur di-
15 cta † *deciſ. Carpentoraſten fideicomm. impreſſ. inter recent.
part.*3.*deciſ.*203. 201. *&* 432 & iura relata per informantes
pro Equite pro contraria opinione, loquuntur quando
adſunt coniecturæ multum vrgentes, quæ hic non con-
currunt.

16 Non obſtat tertia coniectura deducta † ex repetita qua-
litate maſculinitatis in præcedentibus ſubſtitutionibus,
quæ debet cenſeri repetita, dum teſtator immediatè eo-
dem orationis contextu ſubſtituit proximiorem de fami-
lia iuxtà tradita per Fuſar *quæſt.*311. *num.* 22. quia contra-
17 riam opinionem amplectuntur † multi relati ab eodem
Fuſar. *quæſt.*366. *num.*7. *&* 8 & latius *quæſt.*403. *numer.* 6.
verſ. ſecunda eſt opinio, maximè cum dicta Camilla de-
ſcendat à Carolo vltimo grauato, Menoch. *conſ.* 833. n
qua ſententia licèt diſſentiat, Foſar. *d. quæſt.* 311. *num.*
12 *& ſeq.* quando ſæpius fuit repetita qoalitas maſculi-
nitatis, tamen non loquitur, quando ſubſtitutio eſt fa-
cta in vnico gradu, ſed quando eſt proceſſum ad ſucceſ-
ſiuam; & gradualem vocationem, & quando teſtator
expreſſit voluntatem ſuam, quod bona conſeruentur in
18 familia, in quibus † terminis loquuntur Doctores ſupra
relati, & propterea contta repetitionem firmat Cephal.
*conſ.*134. *num.* 41. *& ſeq.* Surd. *conſ.* 448. *num.* 22. *& ſeq.*
Molin. *de primog. lib.*3. *cap.* 5. *num.* 25. *in* 2. *concl.* Mantic.
de coniect. vlt. volunt. 11. *tit.* 14. *num.* 10. *&* 14. quin etiam
ceſſante dicta expreſſa voluntare conſeruandæ agnatio-
19 nis, Rota † nedum admittit iſtam coniecturam de repe-
tita qualitare maſculinitatis, ſed illam retorqoet, &
iure meritò. Nam ſicuti teſtaror in præcedentibus ſub-
ſtitutionibus illam tot, & tàm enixè expreſſit, ſi illam
in poſtrema ſubſtitutione proximiorum de familia voluiſ-
ſet, vtique illam expreſſiſſet, nec contentus fuiſſet,
20 vti illis verbis † generalibus aptis comprehendere tam
maſculos, quàm fœminas, Curt. Iun. *d. conſ.* 49. *num.*
7. *verſ. ex præmiſſis, lib.*1. Dec. *conſ.* 15. *num* 1. *verſ. Nec
obſtare videtur, lib.* 1. Rot. coram Gregor. XV. *deciſ.* 514
*num.*6. *verſ. Non obſtat*, quod in ſubſtitutione, & poſt
conſ. Farin. *deciſ.* 350. *num.* 5. & fuit etiam dictum in *Ro-
mana de Delphinis*, *verſ. nec propterea*, *die* 1. *Decem-
bris* 1623. *coram bon. mem. Remboldo*, vbi quod iſta opi-
nio indubitanter procedit, quando poteſt aſſignari ali-
qua ratio probabilis differentiæ, quæ hic adeſt, nè ſcili-
21 cet, dictus Eques remotiſſimus ſit † melioris conditio-
nis Camilla proximiore, & nepte teſtatoris grauantis,
& filia Caroli grauati, & benè conferunt tradita in *Bo-
nonien. de Maluetijs* 23. *Martij* 1609. *coram bon. mem. Card.
Sacrato, & in Bononien. fideicomm. de Cattaneis* 14. *Aprilis*
1625. *coram R.P.D. meo Pirouano.*

Non obſtat, quòd Rota aliàs admiſerit hanc coniectu-
ram repetitionis maſculinitatis, vt in *Romana fideicomm.
de Ioardis* 13. *Nouembris* 1617. *coram bon. mem Buratto*
reaſſumpta per Adden. ad Gregor. X V. *dicta deciſ* 514.
22 *num.*17. *deciſ.*293. *num.*25. quia † in his caſibus teſtator ex-
preſsè mentionem fecerat perpetuæ conſeruationis bono-
rum in familia, & prohibuerat alienationem bonorum
cum ratione expreſſa, vt perpetuò bona remanerent in
domo, agnatione, & familia, & in his terminis lo-
quuntur ferè omnia iura pro hac opinione ab informanti-
bus pro Equite allegata.

Non obſtat, quod ſub eadem oratione adſit vocatio
maſculorum in præcedentibus gradibus, & propinquio-
23 rum familiæ de Guidaccijs, quæ regitur † ab eodem ver-
bo, *ſubſtituit*, quo caſu repetitionem maſculinitatis con-
ſiderat, Surd. *poſt allegat. ab ipſo conſ.* 564. *num.* 7. quia
alijs non concurrentibus Rota non tenuit iſtam opinio-
nem in *Parinen. Iuriſpatronatus coram Reuerendiſſ. Pa-
triarcha Domino meo Pamphilio die* 26. *Aprilis* 1613. vbi
vocabatur antiquior de domo fundatoris, & concurrebat
eadem contextura orationis, & tamen tenuit, quod vbi
24 mutantur † perſonæ, & gradus, non inducitur repeti-
tio qualitatis maſculinitatis, aſſignans rationem, quòd
cùm iſtæ ſubſtitutiones non poſſint ſimul, & eodem rem-
pore concurrere, iudicantur diuerſæ diſpoſitiones; Ita
vt qualitas adiecta in præcedenti, non cenſeatur repetita
in ſequenti.

Nec releuat argumentum deſumptum à dictione, *ſin au-
tem*, † quæ eſt aduerſatiua, & repetit præcedentes qua- 25
litates, Rot. *deciſ.* 501 *num.*2. *part.*4. *diuerſ.* quia non pro-
cedit, quando vtraque ratio eſt perfecta, ſicuti vocatio
filiorum maſculorum Franciſci, & vocatio proximiorum
de familia, ſunt duæ vocationes perfectæ, quamuis re-
gantur ab eodem verbo, ſubſtituit, Ruin. *conſ.* 176. *nu.*
8. *lib.*2. ſic limitatur † dictum Bald. *in l. omnes populi* quod 26
allegat ſupradicta deciſio, nec repugnat intellectus, quod
vocet teſtator filios maſculos Franciſci, ſi extent, ſin
autem, fœminas proximiores de ſua familia.

Non obſtat, quòd Camilla nupſerit extrà familiam de
Guidaccijs, & quod à communi vſu loquendi Florentiæ
ea vocari debeat de familia mariti; & ita attento commu-
ni vſu loquendi, non debet intelligi, quod teſtator ſen-
ſerit de filiabus in alia familia nuptis. Quia reſpondetur
primò, quòd neque Florentiæ, neque Romæ, vbi fa-
ctum fuit teſtamentum, licèt mulieres † aſſumant no- 27
men familiæ mariti, propterea deſinunt eſſe de agnatio-
ne proprij patris, Odd. *dicto conſ.*46. *num.* 39. Adden. ad
Gregor. *d. deciſ.*293 *num.*23. vbi cumulat plures deciſiones.
Secundò reſpondetur, quòd communis vſus loquendi de-
beret attendi, quando teſtamentum fuiſſet lingua ver-
nacula factum, ſed cùm fuerit lingua † latina conſcri- 28
ptum, verba non recipiunt interpretationem à commu-
ni vſu loquendi, Mantic. qui alios cumulat *de coniectur.
vlt. volunt. lib.*3. *tit.*8. *num.*9. & quamuis hoc non videatur
procedere, quando idem ſenſus † reſultat in vtraqoe lin- 29
gua, vt declarat idem Mantic. vbi ſupra, attamen in
hoc caſu non probatur, quòd quando latinè vocantur
proximiores, & propinqoiores, non intelligatur de fœ-
minis agnatis, etiam quod, ſecundum † vſum loquen- 30
di fœminæ cenſeantur de agnatione mariti, vt ſupra di-
ctum eſt, & Rota in tot deciſionibus ſupra ponderatis,
& in alijs per informantes adductis non habuit in Italia
rationem huius allegati communis vſus loquendi. Tertiò
denique reſpondetur in hoc caſo, cum † non adſint vr- 31
gentes coniecturæ concludentes teſtatorem voluiſſe con-
ſeruare bona in agnatione, vt ſupra dictum eſt, & ex
hoc etiam elidi coniecturam, quòd ex communi vſu lo-
quendi teſtator voluerit excludere fœminas.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Supra in eadem cauſa adeſt alia deciſio ſub die 21. Iunij
1627. coram eodem R.P.D. Dunozetto, eſt deciſio 90. &
infra habetur altera ſub die 21. Iunij 1628. coram eodem;
eſt deciſio 195.

REVERENDISS. P. D PIROVANO DECANO.

Gerunden. Beneficij.

Die Lunæ 21. Februarij 1628.

A R G V M E N T V M.

Poſſidens beneficium de Iurepatronatus laicorum, ſi illud permutet contradicente, & inuito patrono cum alio beneficio, ſi patronus modo ad iuſpatronatus præſentet alium, an valeat, & ſubſtineatur talis præſentatio.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficij adiudicatio, & inſtitutio, quando denegari non poſſit.*
2 *Iuſpatronatus probatur per inſtrumentum fundationis, qui modus probandi ſuperat omnes alios.*
3 *Iuriſpatronatus effectuatio qualiter probetur.*
4 *Iuriſpatronatus pertinentia benè probatur, probata deſcendentia à fundatore, cum titulo hæreditario.*
5 *Iuriſpatronatus vacatio ſuccedit propter reſignationem factam inuito patrono, & propter defectum poteſtatis in*
Ordina-

Ordinario, si confert talia beneficia.

6 *Et tunc remanet apertus locus patrono ad præsentandum.*

7 *Ius patronatus collatio, si fiat ab Ordinario occasione permutationis ignorante, spreto, vel contradicente patrono non est nulla, sed annullanda, & num. 8. & 9.*

10 *Ordinarius non potest præiudicare in iurepatronatus patronis absque vitio nullitatis.*

11 *Dec. 5. de rer. permut. in nou. sensus.*

12 *Resignatio beneficij admissa per Ordinarium, præsumitur ex causa iusta, & rationabili admissa, & num. 13.*

14 *Ordinarius ex facultate sibi à iure tributa, neque ex necessitate, & vtilitate Ecclesiæ potest admittere permutationes beneficiorum inuitis patronis, & num. 18.*

15 *Et quando excludantur omnes causæ ab Ordinario allegandæ.*

16 *C. decernimus 16. quæst. 7. in quibus terminis loquatur.*

17 *Patroni, quando non possint præsentare personam ipsi beneuolam.*

19 *Consuetudo non plenè probatur ex instrumentis, quæ non coarctant negatiuam actus contrarij.*

20 *Permutationes beneficiorum, quando sunt nullæ, qualiter succurratur, & quid, si sint factæ inuitis patronis. num. 21.*

22 *Præsentationis validitas ad iuspatronus qualiter probetur.*

23 *Persona nominata in instrumento secundum hodiernam praxim, non est necessarium, vt præsentetur.*

24 *Præsentat. habilitas ad iuspatronatus iustificatur probato Clericatu ex litteris patentibus.*

DECISIO CLII.

IOANNES possidens Beneficium simplex, & de iurepatronatus illorum de Agullanis in Ecclesia S. Felicis Gerunden. volens permutare illud cum alio Beneficio, petijt assensum D. Eleonoræ patronæ, ea verò recusante obtinuit à Vicario Gerunden. non obstante dissensu admitti dictam permutationem, cuius vigore prætendens D. Eleonora Beneficium vacasse, præsentauit Ignatium Cudinam exinde tam nomine D. Eleonoræ, quàm Ignatij causa per appellationem ad Rotam delata quæsitum fuit, An eidem Ignatio sit adiudicandum huiusmodi beneficium, quod affirmatiuè pro Domino fuit resolutum.

Quia D. Eleonora probat patronatum, & pertinentiam, & vacationem; Ignatius verò validam præsenta-
1 tionem, & habilitatem quibus concurrentibus Beneficij † adiudicatio, & institutio eidem Ignatio denegari non potest, *cap. Monasterium 16 quæst. 7 cap. cum* Bertoldus, vbi Abb. *num. 12. de re iud.* Rot. *decis. 337. num. 1. part. 2. recent.* & idem fuit dictum in *Burgi S. Sepulchri Beneficij 4. Iulij 1625. coram R. P. D. meo Merlino, & in Barchinon. Beneficij 4. præsentis mensis coram me.*

De patronatu sufficienter visum fuit constare ex instrumento fundationis, quòd datur, in quo Ioannes de Agullana de anno 1570. Fundauit Beneficium, de quo agitur, cum sua dote, & consensu Ordinarij, reseruato sibi, &
2 hæredibus suis patronatu, qui modus † probandi superat alios tanquam directè, & in sua substantia fundatus Lambert. *de iurepatr. lib. 1 part. 1. quæst. 2. art. 1. & seq. & vsque in fin. glos. in cap. piæ mentis 16. quæst. 7.* Crauet. *cons. 68. in princip.* Rot. *decis. 615. num. 2. part. 1. recen.* & latissimè comprobat Gonzal *in reg. 8 glos. 18. num. 32.* de cuius effectuatione non etiam dubitatur, quia dantur præsentationes subsequutæ, & effectuatæ de anno 1572. & 1597. &
3 cum enunciatiuis † huius patronatus, & præsentatione pro obitu antea præsentati, quæ sufficiunt ad probandam effectuationem, *iuxt. cons.* Olde. 229. sæpè per Rotam receptum, & idem fuit firmatum *in decis. 224 num. 7. & 8. part. 1. recent. & decis. 452. num. 1. coram PP. Gregor. XV.*

4 Similiter, & pertinentia † benè probatur probata descendentia à Ioanne fundatore cum titulo hæreditario, quæ sufficit, vt dictum fuit in *Regien. Prioratus, & Firmana iurispatronatus*, quæ referuntur in *decis. 146. num. 2 part. 2. recent.* quam D Eleonora probat ex testamento eiusdem Ioannis fundatoris, in quo substituta legitur Raphaeli, & Michaeli sine prole quandocunque decedentibus, qui casus respectu tam Raphaelis, quàm Michaelis probatur euenisse ex sententia adiudicationis bonorum dicti Ioannis, ac immissionis eorundem ad fauorem D. Eleonoræ, quæ data fuit.

Vacatio verò probatur: quia certum est Ioannem ante permutationem sciuisse Beneficium ab eo permutandum esse de iure patronatus D. Eleonoræ, dum prius illam requisiuit semel, & iterum pro consensu permutationi præstando, vnde cum illa recusante, & in actis contradicente, nihilominus Beneficium ad effectum permutationis resignauerit in manibus Ordinarij, & ab eo fuerit admissa permutatio, indè per resignationem successit vacatio, & propter defectum potestatis in Ordinario † con- 5
ferendi Beneficia de iurepatronatus laicorum, *cap. decernimus 16. quæst. 7.* Calder. *cons. 2. in fin. de rer. permut.* apertus remansit locus patrono † ad præsentandum Lap. *in* 6
cap. vnico de rer. permut. num. 7. & in cap. nemo, num. 1. Butr. *num. 10.* Anchar. *ad finem cap.* Gemin. *nu. 11. de elect. in 6.* Gigas *de pens. quæst. 23. num. 5.* Cittad. *de iurepatronatus, part 6. art. 3. num. 102.* Lambert. *eod. tract. part. 1. lib. 2. quæst. 6. art. 6. num 40. & seq.* Garzias *de Benef. part. 11. cap. 3. num 23. & 24.* Gratian. *discept. 835. num. 2. lib. 5.*

Non obstat, quòd collatio † Ordinarij de Beneficio 7
patronali occasione permutationis ignorante, aut spreto, aut contradicente patrono non sit nulla ipso iure, sed veniat anullanda, si patronus ex causa contradicat, Ægid. *decis. 87. & 163.* Mohed. *decis. 8. per tot. de Iurepatronatus*, Thanis *decis. 80.* Rot. *decis. 5. in fin. de rer. permut. in nou. & in Gerunden. permut 5. Iulij 1593. coram bon. memor. Litta; Garzias latissimè hanc conclusionem probans, & ponens eandem Littæ decis. in tract. de Benef. part. 11. cap. 3. numer. 19.* & eo casu † Beneficium 8
non vacare propter implicitum statum validitatis, & euentualis rescissionis ex causis verificandis, Felin. *in cap. cum* Bertholdus, *num. 8. & 12. de sentent. & re iudicat. & in tract. quando litteræ Apost. ampl. 9.* Rocchus *de iurepatronatus, in verbo honorificum, quæst. 3. num. 8.* Couar. *pract. quæst. cap. 36. num. 9.* nec per consequens vacatione non præcedente posse Ignatio Beneficium adiudicari.

Quia fuit responsum, si collatio fiat ab Ordinario spreto, aut ignorante patronu, tunc non esse nullam ipso iure, sed annullandam patrono contradicente intra tempus datum ad præsentandum, & procedere supra allegata ea ratione, † cum possit patronus non contradi- 9
cere, & acquiescere collationi, vel propter iustas causas succumbere in iudicio rescissionis, itaut collatio firma remaneat; interim autem propter euentualem vacationem non est admittenda præsentatio; sed post rem iudicatam Feder. *de permut. Benef. num. 52. & 53.* Coras. *de Benefic. cap. 6. part. 2. num. 3.* Felin. *in tract. quando litteræ Apost. ampl. 9.* Couar. *pract. quæst. d. cap. 36. num. 9.* sed quando patronus requisitus ad consentiendum nedum dissensit, sed præueniendo, vt hic in iudicio contradixit, atque ita nedum interuenit spretus simplex, aut ignorantia patroni habentes implicitum dubium euentum voluntatis eiusdem: sed manifesta voluntas per contradictionem deducta in actis antè collationem, cui non potest † Ordinarius præiudicare absque vitio nullitatis actus 10
per *cap. decernimus 16. quæst. 7.* tunc procedunt dicta in prima conclusione ex Lupo, Gemin. Butrio Lambert. & alijs allegatis, & hanc distinctionem in specie faciunt Lambert. *par. 1. lib. 2. quæst 6. art. 6. num 40. per allegat. cap. decernimus, & cap. cum* Bertoldus, *de re iudic. &* Garz. *de Benefic. d. part. 11. cap. 3. num 23.* qui in hunc sensum intelligit † *decis. 5. de rer. permut. in nouis*, quæ tangit 11
hanc distinctionem sequendo Lap. *in cap. nemo, de elect. lib. 6.* & quamuis subiungat eadem *decis.* 5. dicens quòd dictum intelligo si ex aliqua causa rationabili contradicunt, & infrà tempus à iure statutum, attamen cum non distinguatur de contradictione post factam collationem, vel ante collationem est intelligenda secundum terminos disputationis susceptæ in illo articulo nempè de permutatione facta per Ordinarium de Beneficio spectante ad præsentationem laici ipso contempto, & non vocato, vt indicat principium illius decisionis, & eo casu benè potest dubitari, quòd non sufficeret sola contradictio sine expressione causæ rationalis, ex quo tendit contra reum, † 12
& possessorem, cui sufficit docere de collatione habente præsumptionem pro se, quòd sit facta per Ordinarium ex iusta, & rationabili causa Seraph. *decis. 1320. num. 3.* & potest vincere per non ius actoris, Felin. *in cap. olim, num 9. de rescript.* sed quando concurrit contradictio, & dissensus in actis deductus, vt hic ante collationem † patronus 13
fundat intentionem in proprio iure, scilicet in dispositione *cap.*

ne *cap. decernimus 16. quæst. 7.* irritante collationes factas
per Ordinarios de Beneficio spectante ad præsentationem
Laici, quòd si Ordinarij ità præuenti per contradictio-
14 nem † patronorum contendant admittere permutationes
ex facultate ipsis à iure tributa, nempè ex necessitate, aut
vtilitate Ecclesiæ Vital. *in clem. vnica, num. 31. de rer.
perm.* Garzias *de Benef. d. part. 11. cap. 3. num.* 23. debent
permutantes docere se esse in casu limitationis, vt decla-
rant idem Couar. *pract. quæst. d. cap. 36. num. 9.* Garzias *d. c.
3. num. 21.* quæ causæ necessitatis, & vtilitatis Ecclesiæ si à
permutantibus sunt probandæ tantum adest, vt illæ pro-
bentur, vt immò contrarium apertè detegatur, cum agatur
de Beneficio patronali relinquendo à Sacerdote, sene,
Theologo, concionatore, & resignando iuueni simplici
15 Clerico, & in disciplina Ecclesiastica inesperto, † quæ ex-
cludunt quamcunque causam ab Ordinario allegandam.
Neque vim facit, quòd prædicta de dissensu patroni, &
eius contradictione procedant in collatione voluntaria, in
16 quibus terminis videtur loqui † *cap. decernimus*, secùs au-
tem in collatione necessaria proueniens ex causa permu-
17 tationis, in qua patroni † non possunt præsentare perso-
nam ipsis beneuisam, sed permutantibus tantum collatio
fit debita, Vital. *in clem. vnica, num. 6.* Card. *num. 14. de rer.
permut.* cum alijs allegatis.
18 Quia, & eadem necessitas † conferendi non est arbitra-
ria Ordinarijs, sed concurrente iusta causa, quæ est neces-
sitas, aut vtilitas Ecclesiæ, vt iam dictum fuit, quæ si de-
ficiant cessat etiam facultas Ordinarijs à iure concessa con-
ferendi ex causa permutationis.
Et consuetudo; quæ allegatur in Ecclesia Gerunden.
admittendi permutationes sine consensu patronorum, &
dicitur probata ex instrumentis in actis productis, vltra
19 quod non est absolutum, quòd plenè, † & concludenter
possit probari consuetudo per instrumenta, quæ non coar-
ctant negatiuam actus contrarij, Seraph. *decis. 113. num. 3.*
non etiam actus, qui enuntiantur in dictis instrumentis
probant obseruantiam, de qua agitur, quia præsupponunt,
quòd fiant permutationes patronis vocatis non contradi-
centibus, vel etiam consentire recusantibus, qui casus non
conueniunt cum eo, de quo agitur.
Et stantibus prædictis non est ingredienda alia disputa-
20 tio, An saltem † permutantes sint excusandi, & quo-
modo redire debeant ad proprium Beneficium, An iure
proprio, vel per nouam collationem, etiam patrono con-
tradicente, qui si fuerunt in culpa, ex quo ante permuta-
tionem sciuerunt beneficium esse de iurepatronatus, & re-
21 cusante, & contradicente patrono † processerunt ad per-
mutationem, cessat omnis excusatio Feder. *de permut.
Benef. quæst. 6. & 7. num. 12. & 13.* Gig. *de pens. quæst. 23.
num. 5.* cum allijs allegatis per Garz. *d. cap. 3. num. 30.*
22 Superest nunc probatio † validitatis præsentationis,
quam Ignatius tenetur iustificare, & cum illam deducat
ex Instrumento 13. Augusti 1625. quo D. Eleonora præ-
sentauit, & nominauit ipsum Ignatium sub rogitu Nota-
rij, & præsentia testium pro supplicanda gratia collationis
à S. D. N. quæ expedita fuit 27. Octobris 1625. & in actis
producta intra tempus quadrimestris visum fuit hoc suffi-
cere, Rot. *decis. 3. de iurepatr. in nouis.* Lap. *alleg. 7. num.
7.* Rocch. *de iurepatr. in verb. beneficium quæst. 7. num. 27.*
Lambert. *lib. 2. par. 1. quæst 4. art. 16. num. 2. & par. 2.
quæst. 4. art. 1. num. 2.* neque secundum praxim hodiernam
23 necessarium est, quod actualiter † præsentetur persona
nominata in Instrumento, Garz. *de benef. par. 4. cap. 1.
num. 19. & 25* id affirmans etiam, quòd ex qualitate be-
neficij requireretur examinatio, cum illa possit expe-
diri ante institutionem, & idem fuit dictum *in d. decis.
3. & in Lucana plebis 7. & 14. Maij* 1590. *coram bon. mem.
Gyptio.*
24 Demum habilitas † eiusdem Ignatij probatur pro-
bato Clericatu ex litteris patentibus eiusdem, qui est ve-
rus modus concludendi hanc probationem, Gram. *decis.
81. num. 1.* Rot. *decis. 16. de probat. in antiq.* Felin. *in c.
post cessionem. num. 3. & 15. de probat.*
Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Recanaten. Pensionis.

Die Lunæ 28. Februarij 1628.

A R G V M E N T V M.

Conclauistæ vigore facultatum fel. rec. Pauli V. circa cassationes, & reseruationes pensionum qua forma debent illas cassare, aut reseruare.

S V M M A R I V M.

1 *Consensus non extenditur vltra personas nominatas, immo omnes alias excludit.*
2 *Priuilegia non censentur tollere conuentiones partium.*
3 *Literæ originales facultatis transferendi pensiones debent exiberi coram exequutore, ad hoc vt sit certus de sua iurisdictione.*
4 *Facultas transferendi pensiones debent saltem constare ex transumpto apposito in processu fulminato.*
5 *Conclauistæ, quam facultatem habeant circa cassationes pensionum.*
6 *Conclauistæ debent ad vnguem in reseruatione, & cassatione pensionum seruare formam ei datam in facultatibus.*
7 *Item, nec per æquipollens possit adimpleri, vide num. 11.*
8 *Iudex, quando procedit in materia pensionum per viam cassationis, antiquæ, & creationis nouæ similis, debent coram eo exhiberi literæ reseruationis pensionis.*
9 *Patris iussus de adeunda hæreditate per filium debet esse specialis.*
10 *Mandatum speciale, vbi exigitur debet exprimi in qua causa, nec sufficit generalitas.*
12 *Statutum disponens, quod ad hoc, vt quis possit banniri, quod ipse, vel alius compareat, si iudex simpliciter citabit banniendum, nihil valebit bannum.*
13 *Pensionis cassatio est actus, qui originatur in consensu transferentis, & perficitur in auctoritate executoris.*
14 *Actus pendens à facto vtriusque partis, vt perficiatur, quid requiratur.*
15 *Papa certum est, quòd potest concedere facultatem transferendi pensiones.*
16 *Expressum est maioris auctoritatis, quàm sit tacitum.*
17 *Præsentatio rescripti potest probari per testes.*
18 *Priuilegia, quando non dant certam formam verborum, sufficit, quòd virtualiter fuerit forma data in literis.*

D E C I S I O CLIII.

BErnardinus resignauit ad fauorem Laurentij Ca-
pellanias cum reseruatione pensionis scut. 90. cui
reseruationi consensit dictus Laurentius durante vita
Bernardini tantùm: postmodum idem Laurentius resi-
gnauit dictas Capellanias ad fauorem Hieronymi,
ac tandem præfatus Bernardinus tanquam Conclauista
vigore facultatum S. M. Pauli V. transtulit eandem
pensionem in D. Comitem. Vnde dubitatur an prædictus
Hieronymus teneretur soluere dictam pensionem præfato
D. Comiti. Et pro negatiua primò deducebatur, quod
Laurentius consentit reseruationi pensionis durante vita
Bernardini tantum, & ideo † prædictus consensus 1
non extendebatur ad alias personas immo omnes alias
excludebat, Bart. *in l. 1. num. 1. ff. si quis ius dic. non ob-
temp.* Paris. *cons. 85. num. 45. lib. 2.* Rip. *in l fin. num. 136.
C. de reu. donat.* Et ideo priuilegia transferendi non viden-
tur comprehendere hunc casum, cum non † censeantur 2
tollere conuentiones partium, *c. ex multiplici, de decim.*
Felin. *in cap. 1. num. 3. vers. limita 6.* & ibi Dec. *num. 57.
in 4. Fallen. de rescript.* Menoch. *cons. 36. nu. 57.* Crescent.
decis. 2. de priuil. Achill. *decis. 2. de pactis.*
Secundò dicebatur, quod originales facultatis transfe-
rendi non fuerunt exhibitæ coram † exequutore, ideo- 3
que cum non fuerit certus de sua iurisdictione, translatio
non tenet. Ferrett. *cons. 85. num. 1. lib. 1.* Crescent. *decis.
13. de concess. præben.* Achill. *decis. 7. de pensionibus.* Et
fuit

fuit latè deductum in causa Carthaginen. translationis pensionis 19. Iunij 1606. coram ben. mem. Pat. Manzanedo, quæ est dec. 143. par. 2. in recent. & fuit dictum in causa Bononien. translationis pensionis 1. Maij 1618. coram Reuerendiss. D. M. Pat. Antiocheno, Put. decis. 245. lib. 3. in correct. Achill. decis. 2. de off. deleg. vbi quod saltem de facul-
4 tate transferendi constare debet † ex transumpto apposito in processu fulminato, & in hoc casu non est standum assertioni Notarij Ferrett. d. cons. 85. num. 1. lib. 1. & fuit dictum in dictis Carthaginen. & Bononien.

Tertiò dicebatur, quòd in facultatibus Conclauistarum non datur facultas transferendi coram Notario, & testi-
5 bus, sed datur † facultas Conclauistis cassandi pensiones, & ordinarijs, alijsque Ecclesiasticis ad id electis reseruandi ad fauorem translatariorum, quæ quidem forma neque respectu cassationis, neque respectu reseruationis
6 fuit seruata, & tamen, cum † indubitatum sit hæc de forma requiri. Ferrett. cons. 13. num. 10. Porpurat. cons. 596. num. 6. lib. 2. Mandos. de signat. grat. in verb. translat. num. 1. Paris. de resign. lib. 6. cap. 4. num. 7. Vestr. in prax. lib. 3. c. vlt. num. 1. S. M. Gregor. decis. 17. num. 3. & ibi addent. Rot. decis. 327. num. 4. & 5. par. 1. in recent. propterea dicta forma ad vnguem erat seruanda. Galuan. in istis terminis cons. 27. num. 13. & fuit pluries resolutum ita
7 † vt esset adimplenda in forma specifica non autem per equipollens; glos. in cap. 1. de Baptis. l. qui Romæ §. Flauius Hermes, ff. de verb. oblig. glos. in clem. 1. in verb. tertia de vit. & honest. cler. cum alijs pluribus adductis per Brun. de forma, tit. 13. de implem. & obseru. formæ, col. 10. vers. cæterum, forma fol. 83. col. 4. folij.

8 Quartò dicebatur, quod non fuerunt † exhibitæ literæ reseruationis pensionis, quæ debuerunt exhiberi, cum iudex procedat per viam cassationis antiquæ, & creationis nouæ similis. Gig. de pens. quæst. 74. nu. 1. & quæst. 88. n. 8. Mohedan. decis. 2. de locat. & conduct. & propterea nisi ostendatur antiqua, iudex non potest dici certus de qualitatibus illius, ita vt videre possit an noua, quæ creatur, sit similis.

Cæterum prædictis non obstantibus contrarium fuit resolutum; quia validitas priuilegiorum non potest controuerti, nec quod transferens fuerit Conclauista, nec quod exequutor esset idoneus, nec minus habilitatis D. Comitis, cum hæc omnia satis bene probentur. Et forma priuilegiorum fuit in translatione seruata. In priuilegijs enim Conclauistarum in constitut. §. 9. S. M. Pauli in substantia, & facta constructione sic habetur *Conclauistis, & eorum singulis concedimus, & indulgemus, vt quicumque loci Ordinarij, vel Canonici, &c. quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis, &c. vsque ad summam 100. ducatorum in toto, vel in parte cessare, & extinquere valeant, & postquam cessatæ fuerint, &c. alias similes pensiones annuas, &c. vni, vel pluribus personis Ecclesiasticis per eosdem Conclauistas, &c. nominandis, &c. reseruare, constituere, concedere, & assignare valeant, &c.*

Ex ista formula priuilegiorum non constat, quod Papa voluerit exprimi verba formalia, quia tunc certum esset, quod non sufficeret expressio generalis, vt in l. si quis
9 mihi bona, §. iussum, ff. de acquir. hæred. vbi iussus † patris in adeunda hæreditate per filium debet esse specialis, & propterea Alex. ibid. in 1. notab. infert ad exigen-
10 tia † speciale mandatum quod debeat exprimi in qua causa, nec sufficiat generalitas, idem Alex. in l. 1. circa finem, ff. de liber. & posthum. Soccin. Sen. cons. 45. col. 3. in fine, & exornat Brun. de form. art. 8. de implem. ac obseruantia formæ col. 18. vers. est tamen fol. 85. col. 4.
11 folij. Et ideò cum dicta priuilegia † non dent certam formam verborum sufficit, quod virtualiter fuerit seruata forma data in priuilegio transferendi, prout fuit factum in casu isto, licet superficialiter videatur alius modus ab eo, qui datur in facultate transferendi, ita Bald. post Iacob. Butrigarium in l. fin. num. 2. & 3. vbi etiam Alex. numer. 3. & 4. C. de Procur. Anchat. in repet. c. Canonum statuta, num. 335 vers. sed pone dici statutum de
12 constit. inferentes ad statutum disponens, quod † ad hoc vt quis possit banniri, debeat citari, quod ipse vel alius pro eo compareat, si iudex simpliciter citauit banniendum, nihil valebit bannum, quia tacitè inest quod compareat per se, vel per alium, & Felin. in cap. cum venerabilis, nu. 43. vers & si diceres, de except.

Quod autem forma data à priuilegio transferendi circa cassationem tacitè insit, satis patet, quia cum cassatio † 13
sit actus, qui originatur in consensu, & mera voluntate transferentis, & perficitur in auctoritate executoris, hæc forma satis adimpletur, si ipse transferens declaret se velle transferre iuxta facultates consentiens reseruationi faciendæ per exequutorem, & si exequutor dictum consensum recipit, & admittit, prout fuit factum in casu isto, cum enim sit actus † pendens à facto 14
vtriusque optimè perficitur in facto vtriusque relatiuè ad facultates, l. certum, ff. si certum petat. l. asse toto ff. de hæreditat. instit. & Felin. vbi supra vers. respondet. Aret. Quod autem in hoc casu dicta cassatio resultet quoad personam, & consensum transferentis, patet ex verbis illis translationis, seq. ipsum de pensionibus spoliauit. Et quamuis sup. dixisset, transtulit, & transferre pensiones in D. Comitem, & postea subiungatur seq. spensionibus spoliauit, sensus istorum verborum est, quod cassabat pensiones ad effectum, quod transferrentur per Iudicem electum in D. Comitem, vt probant sequentia verba ibi. *Et eundem D. Prothonotarium sic electum requisiuit, quatenus pensiones prædictas*, vt supra *prædicto D. Comiti reseruare, constituere, & assignare seu translationem*, vt supra *per ipsum factam, consensumque*, vt supra *præstitum recipere, & admittere vellet, & deberet, &c.* Et propterea si voluit prælatum electum posse reseruare, constituere, & assignare, vtique transferens habuit intentionem, quod cassaretur, & quatenus etiam habuisset intentionem cassandi, & transferendi hoc non habuit simpliciter, vt patet ex verbis illis, *seu translationem per ipsam factam, consensum*, vt supra *præstitum recipere*, ex quibus dum vult, quod exequutor possit consensum recipere, in necessariam consequentiam dat illi facultatem cassandi, & reseruandi.

Quo verò ad formam datam Iudici circa facultatem cassandi, & reseruandi, quod virtualiter fuerit seruata satis patet ex requisitione, de qua modo dictum est. Et dum subiungitur *dictus Prothonotarius electus est, &c. dictam pensionem, translationem, reseruationem, & consensum*, vt supra *auctoritate sibi concessa, &c. recepit, & admisit, dictasque pensiones, per eos, per quos decet fuit locis temporibus, & terminis sub censuris, &c. D. Comiti imposterum sicut hactenus dicto D. Bernardino persoluendum decreuit, prout solui mandat, & decernit, &c.* cum ex prædictis Iudex admiserit translationem reseruationem, & consensum, ac postea voluerit solui D. Comiti, per necesse & virtualiter illam cassauit, & de nouo reseruauit in personâ prædicti D. Comitis, quod sufficit per supradicta.

Non obstant in contrarium adducta: Non primum de consensu præstito reseruationi pensionis durante vita Bernardini tantum: quia cum semper quando quis consentit, consentiat durante vita pensionarij tantum, & nihilominus indubitatum sit, quod † Papa potest concedere facul- 15
tatem transferendi, expressio illius, quod tacitè inerat, nihil operatur ad effectum inualiditatis translationis, & non alterat naturam reseruationis pensionis per ea, quæ notat Anchar. in cons. 147. nu. 4. nec efficit, quod expres-
sum † sit maioris efficaciæ, quàm si esset tacitum. Bald. in 16
l. ex verbis, n. 1. C. de donat. inter vir. & vxor.

Non obstat secundum de non exhibitione priuilegiorum, quia de dicta exhibitione satis constat ex testibus, qui deponunt de exhibitione literarum coram exequutore. Præsentatio † enim rescripti potest pro- 17
bari ex testibus DD. in capit. quoniam contra vbi Felin. numer. 56. & Dec. numer. 134. & seqq. de probat. & in puncto fuit resolutum in d. causa Bonon. translationis pensionis 1. Iunij. 1618. coram Reuerendiss. D. Patriarcha Antioch.

Non obstat tertium, quod forma data in priuilegijs circa cassationem, & reseruationem non fuit seruata in for-
ma specifica, quia vt supra dictum est † cum non esset ne- 18
cessaria certa forma verborum, sufficit quod virtualiter fuerit seruata forma data in dd. litteris.

Non obstat quartum de non exhibitione litterarum reseruationis, quia cum Iudex non recipiat iurisdictionem ex reseruatione pensionis, sed tantum ex facultate transferendi sufficit, quod illa tantum producatur, super qua illius iurisdictio fundatur prout loquuntur decisiones in secundo obiecto allegatæ, & propterea satis est, quod in creatione nouæ pensionis reseruetur

pensio

pensio similis antiquæ absque eo quod aliter exprimantur qualitates illius, quas sufficit exprimere per relationem ad antiquam absque eo, quod Iudex, qui est merus exequutor aliter discutiat, qualis sit pensio antiqua, vt io puncto fuit resolutum in causa *Segobien. translationis pensionis* 11. *Decembris* 1587. *coram bon. mem. Card. Pamph.*

Et ita conclusum vtraque parte informante.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Niceñ Parochialis.

Die Lunæ 13. *Martij* 1628.

ARGVMENTVM.

Narratiua non facti concursus pro collatione Ecclesiæ Parochialis, prout requiritur Sacr. Concil. Trid. & Constit. Pij V. per quem sit probanda, & quando in hac materia concedatur restitutio in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionis in integrum fundamentum est læsio.*

2 *Negatiua, vbi consistit fundamentum intentio, est per allegantem probanda.*

3 *Responsis Sacræ Congregationis Concilij, quæ concursum ad Parochiale beneficium annulant Rota semper multum defert.*

4 *Vltimis declarationibus est standum, & non primis.*

5 *Declarationes Sacr. Congregat. Concil. semper intelliguntur emanare iuxta ea, quæ in facto proponuntur.*

6 *Læsio est attendenda de tempore sententiarum ad effectum restitutionis in integrum.*

7 *Restitutio in integrum datur etiam ex actis nouiter deductis.*

8 *Concursus qualiter fiat secundum Concil. Trident. & Constitut. Pij V. circa beneficia Parochialia.*

9 *Restitutio in integrum, vt concedatur, debet quis docere de iure suo saltem summariè.*

10 *Per tituli exhibitionem, quis sufficienter docet de iure suo, ad effectum restitutionis in integrum.*

11 *Vicario in spectantibus ad eius officium credi debet.*

12 *Fides regulariter, maximè ex interuallo, & sine iuramento, & partis citatione non facit fidem.*

13 *Comparatiuum supponit existentiam positiui.*

14 *Electio de idoneo in beneficio Parochiali relicto magis idoneo, an ipso iure annulletur per Concil. Trident. & Constit. Pij V.*

15 *De Iure alicuius dicitur constare, quousque de eo doceri potest.*

16 *Electio de illo ad beneficium Parochiale, qui ante concursum se intruserat in illius possessionem non valet.*

17 *Text. in cap. auaritiæ de elect. in 6. non procedit quando quis nullos fructus percepit.*

DECISIO CLIV.

VICARIVS Niceñ sede vacante in dicto concursu ad Parochialem Ecclesiam loci de Roccabigliera, de voto trium ex quatuor examinatoribus Synodalibus alijs prætulit Horatium de Laurentij, qui habita deinde collatione à V. Legato Auenioneñ fuit etiam possessionem adeptus. Verum quia Io. Andræas Martinus eamdem Parochialem à Sede Apostolica impetrauit sub narratiua, quod in prædicto concursu non fuit seruata forma Constitutionis Pij V. & Sacr. Concil. Trident mota desuper lite contra Horatium possessorem obtinuit ab A. C. mandatum de immittendo, cuius vigore cum possessionem esset ingressus, postea io gradu appellationis in Rota coram bon. mem. Vbaldo, reportauit senteotiam confirmatoriam d. mandati, quæ ob non prosecutam legitimè appellationem, transitum fecit in iudicatum. Vnde commissa mihi causa restitutionis in integrum, dubitani hodie. An constet de causis restitutionis, & Domini affirmatiuè resoluerunt, ex quo constat de iniustitia d. mandati, & sententiæ, & sic † de læsione, quæ est fundamentum restitu- 1
tionis io iotegrum, *cap.* 1. *vbi* Abb. *de rest. in integr.* Rot. *decis.* 1 *de restit. in integr. in nou.* Seraph. *decis.* 245. *num.* 2. & Rot. *decis.* 532. *num.* 2. *par.* 1. & *decis.* 672. *num.* 1. & 731. *num.* 1. *par.* 2. *recent.*

Iniustitia visa fuit clara, quia non erat expellendus Horatius possessor, & danda Io. Andreæ immissio, nisi prius iustificata † per Io. Andream d. oarratiua, quod concursus indictus, & celebratus fuit oon seruata forma Sac. Conc. & Constit. Pij V. quæ fuit causa principalis, & præcipua d. gratiæ, Put. *decis.* 263. *lib.* 3. *ia non. impress.* Rot. *decis.* 482. *in fin. par.* 2. *recent.* & io puncto d. narratiuæ fuit resolutum *in Salamantina Parochialis* 21. *Iunij* 1583. & *in Cæsaraugustana Parochialis* 8. *Nouembris* 1599. *coram Card. Pamph.* & *in Vicen. Parochialis* 14. *Ianuarij* 1611. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, quæ est decis.* 323. *part.* 2. *recent.*

Nec releuat si dicatur, quod dicta narratiua fuit iustificata ex responso Sacræ Congregationis Concilij, quæ concursum prædictum fuisse nullum declarauit, cui Rota semper † solet deferre, *vt firmatur in decis. in hac* 3
causa facta 20. *Maij* 1624. *coram bon. mem. Vbaldo*, quia cum postea eadem Sacr. Congregatio partibus pluries auditis, & facto plenius iustificato, recedendo ab anteriori declaratione, contrarium declarauerit, nempè concursum huiusmodi fuisse validum, consequenter dicta narratiua noo iustificatur, sed standum † est vltimæ Sacr. 4
Congreg. declarationi, & non primæ *ad l. non est nouum cum duabus seqq. ff de leg. c. cæterum extr. de rescrip.* Declarationes enim Sacr. Congregationis semper † iotel- 5
liguntur emanare iuxta ea quæ in facto proponuntur, *l.* 1. *C. de diuers. rescript.* & *ibi* Padill. *num.* 14. & *iuxt. latè tradita* per Rub. *cons.* 12. *num.* 2. Paris. *cons.* 9. *num.* 42. *lib.* 1. Alex. *cons.* 84. *in fin. lib.* 1. & Rota apud Cassad. *decis.* 6. *de rescript.*

Minus obstat, quòd læsio † debet attendi de tempore 6
sententiarum ad *text. in l. si voluntate, C. de rescind. vend.* Odd. *de restit. in integrum par.* 2. *art.* 3. & tamen tunc læsio non aderat eo ipso, quod non emanauerat dicta vltima declaratio Sacr. Congregationis, sed erat standum primæ, vt firmatur in *d. decis. bon. mem. Vbaldi*, qua declaratione attenta, mandatum, & sententia huiusmodi fuerunt iusta, quia d. primæ declarationi tunc standum erat, non quia declaratio ista faciat ius, sed quia ius, quod est, declarat. Vnde quia melius examinata, & intellecta facti serie eadem Sacr. Congregatio concursum fuisse validum censuit, non tribuit post d. mandatum, & sententiam ius de nouo, sed quod erat tempore, quo emanaruot, declarauit. Prout etiam † datur restitutio ex actis nouiter deductis, per 7
quæ probatur, quod in rei veritate tempore sententiarum, ius aliter se habebat, illud autem non erat Iudici notum, aut allegatum, *c. vlt. vbi glos. in verb. nouit de restit. in integ. glos. in l. fin. C. si sæpe restit. postul. fuer.* Odd. *vbi sup. par.* 1. *quæst.* 16. *art.* 6. & *fuit dictum in Fauentina computorum* 24. *Maii* 1620. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*

Non obstat etiam alia gratia Io. Andreæ obtenta Kal. Maij 1621. cum narratiua, quod transacto tempore in edictis per Vicarium constituto, concursus factus non fuit, quia hæc narratiua non solum à Io. Andræa non iustificatur, sed immò apparet io dictis de contrario, ex quo edictum pro concursu habendo emanauit die 6. Aprilis, & 2
competitores, quorum vnus fuit Horatius fuerunt descripti intra 20. dies computan. à d. 6. Aprilis, & secuta deinde notificatione pro certa die ad subeundum examen, fuit habitus concursus io die præfinita, † 8
& facta electio, & approbatio magis idonei intra sex menses à die vacationis, prout disponunt Sacr. Concil. & prædicta Constit. Pij V. & dixit Rot. *decis.* 702. apud Seraph.

Non obstat similiter, quod Horatius † oon docet de 9
Iure suo, de quo saltim summariè debet docere pro habendo restitutione, *cap. auditis de restit. in integr.*

Gemin. *conf.* 144. *num.* 1. quia immò de iure suo sufficien-
10 ter docuit per exhibitionem. † Tituli, necnon appro-
bationis de se factæ in concursu, de qua attestatur Vica-
rius Capitularis, vbi habetur, quod Vicarius adhærendo
votis trium ex quatuor examinatoribus tunc præsentibus,
declarauit Horatium idoneum, & omnibus alijs esse
præferendum, Cui credendum est, ex quo computa-
re, & publicare vota examinatorum in eorum præsen-
tia, illaque Notario renunciare ad eius officium spe-
11 ctat, Vicario † autem in spectantibus ad eius officium
credi debet, *cap. ex frequentibus extr. de inst. & ibi
glos. in cap. fin. de offic. Vicarij in 6.* Rocc. *de iur pa-
trea. verb. competens quæst.* 31. Couar. *lib.* 3. *variar.
cap.* 20. *num.* 7. Rota *decis.* 313. *par.* 1. *recent. cum alijs
cumalatis in Ianuen. Parochialis* 19. *Aprilis* 1627. *co-
ram me*, & præsertim cum non appareat de aliqua exa-
minatorum contradictione de eo tempore, qui verisi-
militer si ita non esset, contradixissent, & coram eo-
dem Notario fuissent protestati.

Vnde nihil releuat fides examinatorum, qua atte-
stantur quemdam Maxiliam fuisse repertum magis ido-
neum, ætate, doctrina, & sufficientia, quia vltra
12 quòd fides † regulariter, maximè ex interuallo, & sine
iuramento, & citatione, vt hic non facit fidem, *l. post
legatum*, *§. his verbis*, *vbi* Bart. *ff. de ijs quibus, vt in-
dign.* Decian. *cons.* 51. *num.* 7. *vol.* 2 Rot. *decis.* 318.
num. 4. *par.* 2. *recent.* ex ea non excluditur sufficientia,
13 & idoneitas Horatij, quia † comparatiuum, quod
Maxilia fuit repertus magis idoneus supponit existen-
tiam, positiui & sic alterius, seu aliorum, qui erant
idonei *l. vbi autem*, *§.* 1. *ff. de verb. oblig.* Surd. *decis.*
65. *num.* 6.

Propterea Horatius vti idoneus potuit à Vicario ap-
14 probari, † quia Sac. Concil. & Constitutio Pij V. non
annulant electionem idonei ipso iure sed appellationis
remedio magis idoneo succurrit, & sic constat de iure
15 † Horatij interim, & quousque Maxilia non obtinet de-
clarari contrarium, Ægid *decis.* 103. Seraph. *decis.* 73.
num. 1. Rot. *decis.* 520. *num.* 4. *par.* 1. *diuers. & in pun-
cto* Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 4. *num.* 139. *& seqq.* & sæ-
pius Sac. Conc. Congregatio declarauit, Maxilia autem
nedum obtinuit contrarium declarari, sed nec constat,
quod appellauerit.

Tandem non obstat, quod Horatius ante concursum
16 † se intruserit in possessionem Parochialis contra dispo-
sitionem *text. in c. auaritiæ*, *de elect. in* 6. quia vltra
quod Horatius excusatur, quia præcessit titulus colo-
ratus V. Legati Aueniouen, Rota *decis.* 741. *numer.* 8.
17 *par.* 2. *recent.* dispositio † d. Decretalis non intrat in ca-
su nostro, quia Horatius nullos fructus percepit, & ta-
men illa requirit fructuum perceptionem, Put. *decis.* 45.
lib. 3. Mantic. *decis.* 761. *num.* 10. & concludunt quæ tra-
dit Rot. *decis.* 531. *num.* 2. *in fin. par.* 2. *recent.*

Et ita vtraque, &c.

¶ Infra in eadem causa adsunt duæ aliæ decisiones sub die-
bus 23. Martij 1629. coram R. P. D. Dunozetto, & 1.
Februarij 1630. coram R. P. D. Verospio; sunt decisio-
nes 260. & 344.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Perusina Landi.

Die Lunæ 13. *Martij* 1628.

A R G V M E N T V M.

De Laudi tacita emologatione, quando dicatur constare, & quando de expressa. Subscribens se alicui scripturæ censetur approbare omnia contenta in ea, nisi ipse aliud doceat.

S V M M A R I V M.

1 *de Laudi tacita emologatione dicitur constare, si à tempore scientiæ laudi, pars non appellauit intra terminum iuris.*

2 *Laudum censetur quis tacitè emologare, si faciat, id, quod in eo disponitur.*

3 *Laudum dicitur expressè emologatum, quando à partibus fuit subscriptum, & approbatum, cum promissione obseruandi omnia.*

4 *Subscribens se alicui scripturæ, censetur approbare omnia in ea contenta, dummodo non probet se deceptum, vel dolo inductum ad ita subscribendum.*

5 *Laudum, quando est emologatum, est exequendum.*

6 *Subscribens se alicui scripturæ censetur habere notitiam omnium contentorum in ea.*

7 *Laudum, quando est nullum, si sit emologatum, valet in vim pacti.*

DECISIO CLV.

DIE 11. Ianuarij 1627. fuit resolutum relaxandum
esse mandatum contra Io. Antonium ad fauorem
Iosephi, prout in decisione desuper extensa, sed quia
fuit prætensum super prædictis extare laudum à Iosepho
emologatum, dubitaui hodie, an constet de emologatio-
ne, & fuit resolutum de ea constare tàm tacitè, quàm
expressè.

De tacita emologatione † constat quia Ioseph à tempo- 1
re scientiæ laudi non appellauit intra terminum iuris, vt
post alios Io. Bapt. de S. Blas. *in tract. de arbitr. q.* 71. *num.*
44. *par.* 2. Lanceliot. *de atten. appell. pend. par.* 2.
cap. 12. *limit.* 50. *num.* 110. Modern. *de appell. q.* 12. *num.*
114. & multo magis quia Ioseph sponte dimisit Io. Anton.
quædam bona stabilia in exequutionem laudi, † immò, 2
& claues cum effectu tradidit, vt benè testes concludunt,
vnde resultat tacita emologatio Iosephi facto ipso, ad *text.
in l. si pars*, *§. illud*, *ff. de inoffic. testam.* & in puncto
Paul. de Castr. *cons.* 216. *num.* 3. *ad fin. lib.* 1. Crauet. *cons*
237. *num.* 2.

De expressa autem emologatione † constat ex quo 3
laudum fuit à partibus subscriptum, & approbatum cum
promissione obseruandi omnia in eo contenta etiam me-
dio iuramento, *l. nec in arbitris*, *§. sin autem*, *vbi* Bald.
num. 12. *versic. vlterius*, & Aretin. *in princ. C. de arbitr.*
prout generaliter se subscribens † alicui scripturæ, cen- 4
setur approbare omnia contenta in ea, dum non docet se
deceptum, aut dolo inductum ad ita subscribendum,
Bart. *in l.* 2. *§. si quis neget*, *num.* 11. *ff. quemadmod. test.
aper. & in l. emptor*, *§. Lucius per illum text. vbi etiam Do-
ctores*, *ff. de pactis*, Paul. de Castr. *cons.* 216. *num.* 3. *lib.*
1. Crauet. *cons.* 73. *num.* 40. Modern. *de probat. conclus.*
1342. *num.* 12. Vnde stante dicta emologatione † stan- 5
dum est laudo, & illud est exequendum, *d. l. nec in arbi-
tris*, *& l. cum antea*, *C. de arbitr.* Dec. *cons.* 60. *num.*
3. Paris. *cons.* 89. *num.* 9. *lib.* 1. Surd. *cons.* 447. *nu.* 8. Hon-
ded. *cons.* 61. *num.* 12. *lib.* 1. & Modern. Roman. *discept.
forens. cap.* 755. *num.* 14. *& seqq.*

Neque obstat, quod laudum (vt prætendit Ioseph) fue-
rit subscriptum eo non viso, nec lecto, quia vltra quod ex
traditione possessionis, & omissione appellationis post ha-
bitam scientiam contentorum in eo, vt supra dictum est
inducta fuit sufficiens emologatio cum præsumptio sit con-
tra Iosephum ex quo subscribens † alicui scripturæ cen- 6
setur habere notitiam omnium contentorum in ea, Bart.
in l. sicut, *§. non videtur in* 1. *not. ff. quib. mod. pign. vel hypot.
solut.* Ias. *in l. si non ita stipulatus*, *§. Chrysogonus*, *num.*
14. *vers. aduerte contrarium*, *ff. de verb. oblig.* Gabr. *tit.
de præsumpt. concl.* 3. *num.* 29. *&* 30. & Rota apud Greg
XV. *decis.* 328. *num.* 1. esset per Iosephum concludenter
probandum contrarium, quod tamen non probat. Vn-
de non obstant nullitates pretensæ contra laudum, quia
in omnem casum † laudum emologatum valet in vim 7
facti, *Glos. in l.* 2. *& ibi DD. C. com. vtr. Iud.* Soccin. *cons.*
85. *in princ. lib.* 1. Paris. *cons.* 46. *n.* 16. *lib.* 1. Modern. Rom.
discept. forens. vbi supra num. 35. & Rot. *decis.* 588. *num.*
1. *par.* 2. *recent.*

Et ita vtraque, &c.

Plures decisiones in hac causa annotaui infra in decisio- ¶
ne 301. par. 2.

R. P. D. MERLINO.

Romana Pecunlaria.

Die Lunæ 13. Martij 1628.

ARGVMENTVM.

Fideiussio facta pro iuuene tyrone, & nouitio, quando fuit admissus ad officium Banchi, an talis fideiussio extendatur, quando d. iuuenis fuit promotus ad officium capserij.

SVMMARIVM.

1 *Iuuenes secundum morem mercatorum, vbi primò admittuntur ad seruitium Banchi intelliguntur admissi ad obeunda leuiora seruitia.*

2 *Stylus, & mos in re mercantili plurimum est attendendus inter mercatores.*

3 *Iuuenis tyro, & nouitius non est habilis ad magna seruitia, in materia Banchi.*

4 *Salarium debet esse proportionatum laboribus.*

5 *In venditione, locatione, & cæteris contractibus ex quantitate pretij, colligitur, quid comprehensum fuit in contractu.*

6 *Fideiussio non extenditur ad incogitata.*
Consensus ad incogitata non pertingit, num. 7.

7 *Fideiussio tanquam stricti iuris, & odiosa, strictissimè debet interpretari.*

8 *Satisdatio debet intelligi, & restringi secundum præsentem statum.*

9 *Dispositio qualibet intelligi debet semper, rebus sic stantibus.*

10 *Fideiussio non debet extendi, ad casum, in quo mutatum sit, vel alteratum seruitium, pro quo fuerat satisdatum.*

11 *Nouatio obligationis inducitur propter alterationem, & mutationem rerum, quæ antecedentes fideiussorum obligationes resoluit.*

12 *In Tutore fideiussio non extenditur ad gesta post pubertatem pupilli.*

13 *Fideiussio de damno infecto non extenditur ad aliam domum, vel aliam partem post fideiussionem quæsitam.*

14 *Fideiussor pro institore non tenetur, quando post factam fideiussionem eius mandatum ampliatum fuit ad negotia.*

15 *Nauium assecuratio, intelligitur pro primo itinere.*

16 *Exponere se, suaque bona, non censetur, quis voluisse periculo inexpertæ fidei.*

17 *Bancheria est, quid vniuersale sub se comprehendens diuersa officia maiora, & minora.*

18 *Diuersitas accidentaria circa qualitates seruitiorum non tollunt substantiam, & identitatem seruitij Banchi.*

19 *Fideiussor censetur se obligare ad omnia, quæ veniunt ex natura contractus cui accedit.*

20 *Inter Mercatores non apices iuris, sed quid ipsi senserint attendendum est, & verba non prout ipsa significant, sed prout ipsi intelligunt, sunt recipienda.*

23 *Satisdatio indefinitè, & generaliter facta debet restringi, vt intelligatur facta pro eo casu, quo minus obligatur fideiussor.*

24 *Et debet restringi ad illud officium, de quo tunc temporis, quando fuit præstita cautio agebatur, & num. 26.*

25 *Fideiussor non obligatur ad ea, quæ verisimiliter cogitare non potuit.*

27 *Indefinita æquipollet vniuersali non ex vi, neque ex proprietate verborum, sed ex æquitate, & benignitate.*

28 *Indefinita tunc non potest vniuersali æquiparari, quando nedum æquitas, sed ius ipsum repugnat extensioni.*

DECISIO CLVI.

DOMINI censuerunt, fideiussionem à D. Bonarello præstitam pro Siluio Troglio erga DD. Palagios, & Falconerios Bancherios, dum d. Siluius admissus fuit in seruitio illorum Banchi in hæc verba, *Ch'essendo stato detto Siluio accettato al seruitio nel Banco de' Signori Palagi, e Falconieri promette, che seruirà con ogni fedeltà, e diligenza, &c.* non extendi ad effectum capserij ad quod promotus fuit à dictis bancherijs postquam per aliquod tempus deseruierat in minoribus officijs banchi. Et

Moti fuot, quia quando Siluius à principio fuit introductus à Bonarello in prædicto bancho erat omninò rudis, & ignarus huiusmodi seruitiorum, mos autem viget inter mercatores, quòd vbi † iuuenes primò admit- 1
tuntur ad seruitium banchi intelliguntur admissi ad obeunda leuiora seruitia, quæ per iuuenes banchi solent expediri, non autem, vt perficiantur capsæ, cuius administratio, & cura vt quæ concernit vniuersam substantiam, & existimationem banchi indiget speciali nota, nec sub generico seruitij nomine intelligitur demandata,
Ita deponunt tres mercatores, & stylus, † ac mos in re 2
mercantili plurimum est attendendus *ad l. cum seruus 82. ff. de cond. & demonstr. l. vel vniuersorum 12. ff. de pignor. act.* Bald. *cons. 400. num. 10. lib. 5.* Soccin. Iun. *cons. 27. nu. 22. lib. 2.* Rot. Ianuen. *decis. 7. num. 11. & decis 91. num. 5.* Rot. coram sanct. mem. Grogor. XV. *decis. 126. num. 2. & 3.*

Et ideò cum Bonarellus fideiusserit pro Siluio cum primo iotroduceretur ad seruitia banchi, credendum est satisdedisse quidem pro fide, ac diligentia præstanda in ijs seruitijs leuioribus, pro quibus sciebat eum assumi, tum ex consuetudine mercatorum, tum ex qualitate iuue-
nis, tunc tyronis, & nouitij, & † consequenter in- 3
habilis ad maiora seruitia, argumeoto *l. si quid venditor 18. versic. hæc omnia, ff. de ædil. edict. l. si vno 17. vers. sed, & si verbo, ff. locat.* Seraphin. *decis. 524. in fin.* & coram sanct. mem. Gregor. XV. *decis. 66. num. 8.* Tum demum id deprehendi multum videtur ex quantitate salarij 60. scut. soliti præstari iuuenibus, & non capserijs, & laboribus iuuenum, non laboribus capserij pro-
portionari, † prout salarium esse debet, *l. Seio 10. ff. de* 4
ann. leg. Bald. *in l. binos 10. C. de Aduoc. diuers. Iudic.* Rom. *cons. 25. per tot.* Surd. *cons. 42. num. 10. & cons. 66. num 6.* & in simili dicitur, quod in venditione, locatio-
ne, & cæteris contractibus ex quantitate † pretij colli- 5
gitur quid comprehensum fuerit io contractu, *glos. in l. 1. §. quia superficiem, verbo agendo, ff. de superficieb.* Bart. *in l. patronus, §. 1. de leg. 3.* Alex. *in l. 2. §. prius, num. 10. ff. de vulg.* Dec. *cons. 347. num. 2. in fin.* Rot. coram san. mem. Gregor. XV. *decis. 126. num. 9.* non autem pro officio capserij, ad quod incertum erat, an vnquam esset promouendus, & vulgati iuris est, quòd ad incogitata
† non extenditur fideiussio, cum nec ad incogitata per- 6
tingat consensus, *l. 1. §. 1. ff. de pact. l. hæreditatem 32. ff.*
mandat. & fideiussio taoquam stricti iuris, † & odiosa 7
strictissimè debet ioterpretari, & de vno ad alium casum non extenditur, *l. si in pignore 55. & l. fideiussores 69. vbi glos.* Bart. Castr. & alij, *ff. de fideiussor.* Soccin. Sen. *consil. 62. num. 14. & 17. lib. 4.* Natt. *cons. 202. num. 5. lib. 1.* Rot. *decis. 50. num. 5. & decis. 55. num. 6. par. 1. recent.*

Nec dicatur, satisdactionem fuisse generaliter præstitam pro seruitijs, nedum iuxta habilitatem de præsenti existentem, sed etiam iuxta in futurum assequendam,
quia immò † satisdatio debet intelligi, & restringi, se- 8
cundum præsentem statum, *l. damni 18. §. si is qui vnas, ff.*
de damn. infect. Quemadmodum qualibet † alia disposi- 9
tio interpretatur semper rebus sic stantibus, *l. quæro 57. §. interlocutorem, ff. locat. l. continuus 137. §. cum quis, ff. de verb. oblig.* Alex. *cons. 85. num. 4. lib. 5.* cum cæteris à Tiraq. *cumulatis in præfatione, l. si vnquam, nu. 167. C. de renoc. donat.* & proindè cum fuerit mutatum in persona Siluij seruitium iuuenis in seruitium capserij, obligatio Bonarelli non potest censeri ad nouam

10 administrationem capsæ prorogata, nec illius † fideius-
sio debet extendi ad casum, in quo mutatum sit, vel
alteratum seruitium, pro quo fuerat satisdatum: per
huiusmodi enim alterationem, seu mutationem induci-
tur nouatio obligationis, quæ antecedentes fideiusso-
11 rum † ubligationes resoluit, quorum census deficit in
obligatione nouata ad *l. nouatione 4. C. de fideiussor. l. vbi-
cunque 61. ff. eod.* Bald *in l. tam mandatori 12. numer. 7.
& 9. C. de non numer. pecun.* Surd. *consil.* 460. *numer.*
45. & 71. Roland. *consil.* 58. *numer.* 18. *lib.* 1. Rota *co-
ram san. mem.* Greg. XV. *decis.* 30. *per tot.* sicque fideius-
12 sio pro tutore † non extenditur ad gesta post puberta-
rem pupilli, *l. Lucius, Titius 47. §. Paulus, ff. de adm
Tut. & l. Tutorem, qui tutelam 38. ff. eod.* sic fideiussio
13 † de damno infecto non extenditur ad aliam domum,
vel aliam domus partem post fideiussionem quæsitam, *l.
damni 18. §. si is qui vnus, ff. de damn. infect.* sic denique non
14 tenetur † fideiussor pro institore, cuius mandatum ad ne-
gotia post factam fideiussionem fuit ampliatum, Aret.
cons. 57. *ante nu.* 1. Surd. *cons.* 460. *nn.* 45. & 71.

Quæ certiura reddi videbantur Dominis ex eo, quia de
tempore, quo Siluius deputatus fuit Capserius, cum
Bonarellus, & à Palagijs, & ab ipso Siluio requisitus fuis-
set de noua satisdatione, renuit eam præstare, & ban-
cherij, antequam Siluium præponerent capsæ, cura-
runt sibi caueri per Bonnanum, ex qua recusatione Bo-
narelli, & noua requisitione pro parte bancheriorum de-
prehenditur, *ipsos* à principio non cogitasse, quod prior
satisdatio extenderetur ad officium capserij, aliàs nec
Bonarellus satisdare recusasset, nec Palagij fideiussio-
nem requisiuissent, sed imò sensisse eam fuisse restri-
ctam ad simplex seruitium iuuenis, prout in simili dici-
15 tur † de assecurante nauim, qui intelligitur eam asse-
curasse pro primo itinere, maximè quando pro secundo
nouæ intercesserunt assecurationes, Rota Ianneo *decis.*
25. *num.* 2. & *decis.* 63. *nu.* 4.

Et dum Bonarellus noluit satisdare pro officio capsæ,
cum tamen Siluius iam dedisset speciem fidei, ac diligen-
tiæ, ex quo à minoribus seruitijs promouebatur ad maio-
ra, multò minus censendum est id voluisse facere ab ini-
16 tio, & † exponere se, suaque bona periculo inexpertæ
fidei, ex qua ingens potuisset sibi iactura contingere, cum
esset reddenda exactissima ratio ad trad per Ias. *in l. si hæ-
res 11. num. 4. ff. de condit. ob. causam,* Dec. *cons.* 110. *num.*
7. Rota *decis.* 522. *nu.* 6. *par.* 1. *recent.*

Nun obstat, quòd pro parte bancheriorum deduceba-
17 tur, rationem banchariam † esse quid vniuersale sub
se comprehendens diuersa officia maiora, & minora, nec
diuersitatem accidentariam circa qualitates seruitiorum
18 tollere † substantiam, & identitatem seruitij Banchi ad
l. cum pauper. 79. §. mensæ, & ibi glos. in verbo mensæ,
& Bart. *ff. de leg.* 2. cum alijs per Gratian. *discept. forens.
cap.* 256. *numer.* 7. & 8. & ideò cum Bonarellus satisdede-
rit pro diligentia, ac fide præstanda circa seruitium ban-
19 chi debeat censeri satisdedisse in omnem causam, quæ †
sub eius seruitio continetur, & pro omnibus officijs
ad seruitium spectantibus ad *l. si quis pro eo, §. si num-
mos, ff. de fideiuss.* Bald. *consil.* 187. *lib* 4. & *consil.*
142. *lib.* 5. Rota *apud san. mem.* Gregor. XV. *decis.* 554.
numer. 3.

Respondetur enim, quidquid sit in abstracto, & de
rigore iuris, secundum quod dubitari posset, quòd ap-
pellatione seruitij banchi veniant omnia officia, siue
per maiores, siuè per minores ministros impleantur,
20 Nos versari † inter mercatores, inter quos non apices
iuris, sed quid ipsi senserint attendendum est, & verba
non prout significant, sed prout ipsi intelligunt recipien-
da, vt notant Doctor. *in l. stipulatio ista 38. §. hæc quo-
que ff. de verb. oblig. cap. quamuis de verb. signif.* Ale-
xan. *consil.* 102. *numer.* 11. *lib.* 6. Corn. *consil.* 319. *numer.*
12. *lib.* 3. Put. *decis.* 16. *numer.* 3. *lib.* 1. & *apud san. mem.*
Gregor. XV. *decis.* 126. *numer.* 7. vndè cum pro parte Bo-
narelli probatum fuerit, quòd vbi quis simpliciter assu-
mitur pro seruitio banchi, nunquam intelligitur assum-
21 ptus pro maioribus officijs, & sic pro capserio, † sed so-
lum ad officia per iuuenes exercenda, ex hoc mercato-
rum vsu resultat, quòd licèt sit verum, quòd capserius
deseruiat bancho, non tamen sequatur, quod appositio-
ne eorum, qui assumuntur pro seruitio banchi, veniant
alij, quam Nouitij assumptis pro minoribus seruitijs
banchi, & consequenter satisdatione pro talibus serui-
tijs restringantur ad solum seruitium iuuenis ex supra-
dicto stylo per testes comprobato, qui sic vbi seruan-
dus est, † id maximè fieri debet inter mercatores ex 22
supradictis.

Sed quatenus etiam appositione seruitij banchi veni-
rent omnia officia, nihilominus Domini putabant in
præsenti casu satisdationem Bonarelli intelligi præstitam
pro seruitio dumtaxat iuuenis; Tum quia satisdatio † 23
indefinitè, & generaliter facta debet restringi, vt intel-
ligatur facta pro eo seruitio, pro quo minus obligatur
fideiussor, quòdque minus est illi periculosum, *l. num-
mis 73. ff. de leg. 3. cap. fin. de præben.* Ioan. Andr. *cap. in
generali, numer. 2. vers. 1. & vers. 22. & vers. 38. de reg.
iur. in 6.* Peregr. *de fideicom. art. 7. numer. 56.* Ostasch. *de-
cis.* 110. *numer.* 10. & *decis.* 127. *numer.* 5. & est restringen-
da † ad illud officium, de quo tunc temporis cum fuit
præstita cautio agebatur, & ad quod de facto Siluius
fuit deputatus, *l. si ita legatum 8. & l. Medico 42. de ann. &
arg. leg. l. nomen. 33. §. 1. de leg. 3. l. in lege fundi 77. ff.
de contrah. empt.* Ioan. Andr. *d. cap. in generali, vers.* 13.
& 14. *de reg. iuris in 6.*

Tum etiam quia intelligendum est satisdatum fuisse † 24
pro eo officio, quod congruebat qualitati, & habilitati
personæ, & salarij, non autem pro officio, de quo fide-
iussor verisimiliter cogitare non potuerit, Ioan. Andr. *d.
cap. in generali, vers. 1. & vers. 17. & cæteri scriben-
tes ibidem de reg. iur. in 6. l. quæ conditio 39. in fin. ff.
de condit. & demonstr.* Surd. *cons.* 431. *numer.* 73. cum
alijs supra allegatis, & consequenter cum Siluius esset
habilis solum ad minora seruitia, & illi fuerit consti-
tutum salarium iuuenibus dari solitum, ac de facto fue-
rit deputatus ad seruitia iuuenum, probabiliter infertur,
satisdationem Bonarelli licèt † generalem, & indefini- 25
tam, esse tamen intelligendum præstitam pro officio
dumtaxat iuuenis.

Et demum cum indefinita † æquipolleat vniuersali, 26
non ex vi, nec ex proprietate verborum, sed ex æqui-
tate, & benignitate, vbi nedum æquitas, sed ius ipsum
extensioni repugnat, vt in casu præsenti nullo pacto po-
terit † vniuersali æquiualere, *l. si seruitus* 22. & ibi 27
Bart. qui eam legit cum præcedenti, *ff. de seruit. vr-
banorum prædiorum, & in l. omnes Populi 9. numer. 57.
ff. de iust. & iur.* Corn. *cons.* 127. *numer.* 20. *lib.* 2. Surd.
cons. 431. *num.* 71.

Et ita decisum fuit vtraque parte ioformante, &c. man-
datum non esse relaxandum.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Vrbeuetana Educationis.

Die Lunæ 20. Martij 1628.

A R G V M E N T V M.

Testator si hæredem instituat aliquem im-
puberem, & iubeat, quod non apud pa-
trem, sed apud aliam personam educe-
tur, si postea existente controuersia su-
per educatione impuberis, Iudes iubeat
illum deponi apud tertiam personam, an
valeat tale decretum, & etiam vtrum
valeat tale præceptum Testatoris in præ-
iudicium patris.

S V M M A R I V M.

1 *Ad declaratoriam quando deueniatur.*

2 *Ætas puerilis debet litteris, & bonis moribus imbui.*

3 *Mora litis, quando adest timor, ne aliquod da-
mnum sit illaturu, tunc passim arbitrio iudicis
interponi solent decreta prouisionalia.*

4 *Super educatione impuberis existente controuersia,
iudex potest interloqui, vt deponatur penes ter-
tiam personam, & num. 6.*

5 *In iure nescitur text. secundum Bart. & Angel.
disponent, quod homo liber deponatur, nisi in l.
3. §. hoc autem ff. de liber. exhib.*

7 *In*

7 *In Seminario Romano ingenui, & probi iuuenes omnibus litteris, & bonis moribus imbui solent.*
8 *Interdictum de liberis exhibendis, quando cessat.*
9 *Impuberi non est habenda ratio eius voluntatis, cum non sit in ea ætate, vt deliberare possit de statu suo.*
10 *Opus censetur factum ab eo, qui ex opere commodum reportat.*
11 *Et hoc amplia etiam in materia pœnali, & in specie in excommunicatione.*
12 *Interdictum de liberis exhibendis datur tam contra detinentes, filios quam contra dolo desientes habere.*
13 *Ex officio ad aliquid quis tenens, non potest se defendere allegando propriam culpam.*
14 *Et hoc casu non sufficit protestatio, quod per ipsum non stetit, sicut nec iuramentum.*
15 *Testator, si iubeat, quod aliquis filius non educetur penes patrem, non tenet tale præceptum in præiudicium patris.*
16 *Iudex à dispositione testatoris recedere potest, & aliter prouidere circa educationem puerorum.*
17 *Abesse non dicitur, qui causa studiorum alibi commoratur.*
18 *Alimenta domi relicta, iudex potest cogi ad ea præstanda etiam extra domum.*
19 *Declaratoria rectè dicitur promulgata ob non paritionem, prius seruatis quatuor terminis substantialibus.*

DECISIO CLVII.

EQVES Iannottus Simoncellus, testamento hæredem scripsit D. Tiberium Baschium eius ex Andreana filia nepotem; sed quia D. Hortensia Montacuta vxor testatoris, cui fuit commissa administratio hæreditatis; & credita cura educationis Tiberij, introduxit causam in Rota contra D. Comitem Franciscum eiusdem Tiberij patrem, qui non obstante dispositione testamentaria, petebat proprij filij exhibitionem, quem nolebat apud D. Hortensiam educari: fuit per Rotam ordinatum, vt disputaretur dubium, vbi, apud quem, & cuius expensis Tiberius in minori ætate constitutus educari deberet, quo dubio sub die 28. Iunij anni præteriti per me proposito, DD. visum fuit per modum prouisionis mandare, Tiberium educari in Seminario Romano, expensis hæreditaris sibi relictæ per d. Iannottum Simoncellum, & in exequutionem dictæ resolutionis fuit die 7. Iulij sequentis decretum mandatum, & D. Hortensiæ intimatum, quæ venit ad Vrbem vnà cum Tiberio, non tamen animo parendi, sed animo contradicendi, prout
1 fecit acerrimè, adeò vt DD. † coacti fuerint deuenire
contra illam ad declaratoriam, nisi infrà octo seruatis
prius quatuor terminis consuetis, *vt in Sam. D. Com. Francisci num. 5.* Sed cum à dicta declaratoria fuerit posteà ex benignitate, absoluta cum reincidentia, fuit interim hodiè disputatum dubium, An supradictum decretum factum à Rota per modum prouisionis sit iustum, adeò vt sit confirmanda declararoria? & fuit affirmatiuè resolutum; nam iustitia decreti prouisionalis est patens, quia dum pater repetebat filiorum existentem penes auiam maternam eo inuito, & Hortensia auia, vice versa excipiebat personam patris esse suspectam, non poterat iudex statim cognoscere, An esset filius patri restituendus, vel educandus apud Hortensiam, ideò iustè fuit ordinatum, vt aliquo decreto interim prouideretur: nè
2 donec huiusmodi lis ad finem perduceretur ætas † puerilis, quæ debet litteris, & bonis moribus imbui, interim pertransiret, *l. in ambiguis, §. quoties, ff. de reg. iur.* Huiusmodi enim decreta prouisionalia passim ar-
3 bitrio iudicis interponi solent, quando adest † timor,
ne mora litis aliquod sit damnum allatura, Rebuff. *in Const. Gall. tom. 1. tit. de sent. prouis. in præfat. num. 19. & 22.* & in terminis, quod existente controuersia
4 super educatione † impuberis, possit iudex interloqui,

vt per modum prouisionis penes tertiam personam educetur, donec iustitia rei certius discutiatur, est *text. in l. 3. §. hoc autem interdictum, vers. Iulianus, vsque in fin. ff. de liber. exhib.* & præsertim ibi, *si verò vtraque persona suspecta est, non alienum erit* (inquit textus) *disponi, apud quem puer interim educetur*; Et ad hoc
signanter notat hunc † textum, Bart. & etiam An- 5
gel. ibi, qui insuper dicit nescire, textum alibi dicentem, hominem liberum deponendum, nisi hic, sequitur, & comprobat Alexand *in consil. 161. num. 10. vers. hoc etiam probabiliter, lib. 5.* vbi subiungit, quòd
hoc totum residet † in arbitrio Iudicis. Vndè istis sic 6
stantibus non potuit esse nec magis iusta, nec magis æquæ prouisio Rotæ, quòd puer deponeretur in Seminario Ro-
mano, vbi ingenui, & † probi iuuenes omnibus li- 7
teris, & bonis moribus imbui solent, vt est notissimum.

Non obstat, quod D. Tiberius non detineatur à D. Hortensia, sed sua spontè apud ipsam pemaneat, & ideò dum non vult ingredi Seminarium, & fugam arri-
puit, † non habeat locum interdictum de liberis exhiben- 8
dis contra dictam Hortensiam, iuxta *text. in l. fin. ff. hoc eod. tit.* quia placuit DD. responsio, quòd id procedit, quando filius est in pubertate secùs verò, quando est impu-
bes; tunc enim non est habenda † ratio eius voluntatis, 9
cum non sit in ea ætate, vt possit liberate de statu suo, debet morati, vbi per maiores iudicetur, Grammat. *decis. 55. nu. 2.* Surd. *de alim. tit. 4. q. 13. nu. 6.* & ideò debet educari in Seminario iuxtà voluntatem Rotæ; Nec per supradicta excusatur D. Hortensia, quia stante dicta puerili ætate Tiberij, dum ipse fugam arripuerit, verimiliter præsumitur illam arripuisse ope, & consilio dictæ D. Hortensiæ,
quæ in hac causa, † se aduersariam constituit, & dixit in 10
commissione, se habere eiusdem Tiberij tutelam, & curam, & accerrimè semper se opposuit contra patrem, iuxtà trad. pe Alber. *in l. 2. §. si quis ita, in fua nu. 1. & seq. ff. ne quid in loco publ.* quòd procedit etiam in materia pœna-
li, † & in specie quando agitur de excommunicatione, 11
Rot. *decis. 259. num. 4. par. 1. in recent. Addent. ad decis.* fel. rec. Gregor. XV. 278. *num* 13. Vnde non est dubium contra Hortensiam habere locum istud interdictum, quòd
adhiberi solet tàm contra illum, qui filium † penes se ha- 12
bet, quàm contra illum, qui dolo desijt habere, vt est *text. in l. 1. in princ. ff. de lib. exhib.* Idque præsertim, cum (vt supra dixi) haberet eiusdem Tiberij tutelam, & curam,
ad cuius custodiam propterea, cum teneretur † ex offi- 13
cio, non potest se defendere, allegando fugam, quia id est allegare propriam culpam, *cap. pen. vbi glos. extr. de reg.
iur.* Nec ad hunc effectum excusationis sufficit † protesta- 14
tio, quòd per eam non steterit cum neque sufficeret iuramentum, Soccin. *cons. 190. num. 5. lib. 2.* Bero. *cons. 191. num. 21. lib. 1.* Seraph *decis. 1224. num. 2.*

Non obstat, quòd dictum decretum possit argui de iniustitia propter testamentum aui, qui iussit Tiberium educari penes D. Hortensiam vsque ad ætatem 20. annorum;
quia huiusmodi † præceptum non valet in præiudicium 15
patris, in cuius potestate filius existit, vt est text. in fortioribus terminis, *in §. permissum, instit. de tut. l. 1. §. fin. ff. de testam. tutel. l. quo tutela, §. nemo potest, ff. de reg. iur.*

Deinde cessat difficultas, quia non est dubium, quòd
ex causa potest Iudex † à dispositione testatoris rece- 16
dere, & aliter prouidere circa educationem pueri, *l. 1. ff. vbi pupill. educ. deb. l. Q. Mutius, §. fin. de ann. l.* Gram. *d. decis. 55. numer. 1.* Surd. *de alim. d. tit. 4. quæst. 13. num. 4. & 8.*

Nun obstat pariter, quòd decretum sit iniustum, dum mādat educari expensis hæreditatis, cuius expensis testator viderur voluisse educari, dum permanebat apud Hortensiam, quia dum Rota ordinauit per modum prouisionis, vt educari debeat in Seminario, illiusque intentio fuerit prouidere indemnitati minoris, & illi præbere occasionem, vt posset operam dare studijs, & artibus liberalibus, non potest dici, quòd extra domum
D. Hortensiæ educetur, cum non † dicatur abesse, 17
qui studiorum causa alibi commoratur, *l. quæsitum, in princ. ff. de legat. 3.* Rebuff. *in l. is, qui natus circa princ. ff. de de verb. signific.* Eugen. *cons. 53. num. 16. lib. 2.* Et in omnem casum concurrente supradicta iusta causa faciendi hanc prouisionem, ex dispositione *text. in d. l. 3. §. hoc autem interdictum, de lib. exhib.* intrat regula vulgata,

18 quòd alimenta domi † relicta Iudex potest cogere ad ea præstanda etiam extra domum, Bart. *in l. Caio*, §. *Imperator*, *ff. de alim. & cib. leg.* Alex. *cons.* 100. *num.* 3. *lib.* 5. Rol. *cons.* 22. *num.* 17. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 170. *nu.* 12. *& seqq.* & dixit Rota *in Romana legati 7. Aprilis 1617. coram bon. mem. Domino meo Vbalde*.

Cum igitur ex omnibus supradictis, satis euidenter appareat de Iustitia decreti de collocando Tiberium in Seminario expensis hæreditatis, sequitur, vt seruatis quatuor
19 terminis substantialibus ob non paritionem, iustè † fuerit promulgata declaratoria contra D. Horrensiam, Felin. *in cap ad proban. num.* 6. *de re iud.* Cassad. *decis.* 6. *num.* 10. *de caus. poss. & propr.* Mohed. *decis.* 1. *de sent. excom.* contra quam Domini dixerunt esse etiam dandam reintrusionem, nisi infra mensem docuerit de diligentijs per ipsam factis ad hoc, vt puer ad Seminarium omninò deducatur.

Et ità decisum, vtraque parte informante.

¶ Infra in eadem causa adest alia decisio sub die 5. Iunij 1628. coram eodem Eminentiss. D. Card. est decisio 183.

R. P. D. DVNOZETTO.

Florentina Fideicommissi de Cambijs.

Die Lunæ 20. Martij 1628.

ARGVMENTVM.

Substitutio facta sub conditione, si quis sine filijs legitimis, & naturalibus decesserit, an expiret, si hæres decesserit cum filijs legitimis, & naturalibus, licet isti filij postea mortui fuerint non relictis liberis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum relictum sub conditione, si sine liberis decesserit, expirat decedente hærede cum liberis.*
2 *Coniecturæ, ad hoc vt recedatur à cons. Oldrad. 21. in transuersalibus debent esse magis vrgentes, quàm in descendentibus.*
3 *Filij in conditione positi, quando censeantur vocati.*
4 *In substitutionibus ex vocatione actiua, non infertur ad passiuam.*
5 *Fideicommissum vt inducatur, cum sit onus, non omnes coniecturæ sufficiunt.*
Sed illæ, quæ ex verbis testatoris prolatis, colliguntur, num. 5.
6 *Testator, quando progreditur ad plures gradus substitutionum, tunc cessat dispositio d. cons. 21. Oldrad.*
7 *Sed hoc intellige, quando digressus est factus tantummodo actiuè, ex parte substitutorum.*
8 *Quia tunc talis digressus non operatur, vt recedatur à regula d. cons. 21.*
9 *Quod tamen secus est, quando digressus factus fuit actiuè, & passiuè.*
10 *Clausula, vt supra, est relatiua ad præcedentia cum omnibus qualitatibus suis.*
11 *Clausula, vt supra, referri non solet ad substantiam, sed ad qualitatem.*
12 *Clausula, vt supra, quando ad personas referri debet, & num. 13.*
14 *Substitutio reciproca non censetur inducta interposita in conditione.*
15 *Testator ex quibus præsumatur aliquem magis dilexisse.*
16 *Præsumptio maioris affectionis quid operetur.*
17 *Affectio, tanta non potest considerari in bonis patrimonialibus, quàm in alijs.*

DECISIO CLVIII.

PRIOR de Cambijs, vt dicebam, dum sub die 26. Februarij 1627. * ageretur de portione Petri Galliani conditio bipartito testamento decessit, in cuius testamenti prima parte, testator in bonis immobilibus, quæ habebat Florentiæ, scripsit Hæredem suum Siluestrum de Cambijs eius fratrem Germanum, cui substituit filios, & filiorum filios masculos in infinitum, & vltimo morienti sine filijs masculis substituit filios legitimos, & naturales Nicolai cambij, quibus substituit filios masculos Laurentij cambij, quibus deficientibus sine liberis substituit filios Iacobi, quibus similiter deficientibus, vt supra substituit Hospitale Innocentium Ciuitatis Florentiæ; In secunda verò testamenti parte deuenit ad aliam institutionem circa bona mobilia, quæ mandauit inuestiri, in quibus pro medietate instituit eundem Siluestrum fratrem, & pro alia medietate Petrum Galliani, & casu quo Siluester decederet sine liberis masculis legitimis, & naturalibus substituit Petrum, si superuixerit, & post eius mortem (vsus fuit testator his verbis) *perueniant ad filios Nicolai, & alios prout supra dispositum fuit*, euenit casus, quòd Siluester obijt relicto Petro filio, qui etiam Petrus obijt sine filijs, institutis hæredibus Ecclesia, & Hospitale S. Ioannis Baptistæ Nationis Florentinæ de Vrbe, contra quam insurrexerunt DD. Petrus Ioannes, & Antonius fratres de Cambijs prætendentes se vigore dictarum substitutionum esse vocatos ad portionem dicti Siluestri, itaque proposito à me dubio, An dd. Antonius, & Petrus Ioannes essent vocati ad d. portionem Siluestri DD. negatiuè responderunt.

Et ratio fuit DD. quia cum substitutio facta à testatore
in portione Siluestri ad fauorem Nicolai, & aliorum sit
sub hac conditione, nempè, casu quo ipse Siluester decederet sine filijs masculis legitimis, & naturalibus, & decesserit cum Petro vnico † filio masculo legitimo, & 1
naturali, substitutiones ex defectu dictæ conditionis expirarunt iuxta *cons.* Oldrad. 21. *de quo latè* Fusar. *de substit. qu.* 480. *num.* 1. *& seq.*

Non obstant coniecturæ per informantes pro dictis fratribus deductæ ad hoc, vt recedatur à dicta regula *consilij* Oldrad. quæ coniecturæ cum simus in transuersalibus, debent esse magis vrgentes, quàm † in descendentibus, in 2
quibus leuiores sufficiunt, Ceph. *cons.* 447. *nu.* 14. *& cons.* 482. *num.* 16. Cras. *de success.* §. *fideic. quæst.* 14. *num.* 7. Adden. ad Gregor. XV. *decis.* 315 *sub num.* 16. *vers. extra verò descendentes*, Rot. *decis.* 538. *num.* 6. *par.* 2. *recent.* & fuit dictum in *Bononien. fideicom.* 11. *Nouembris* 1623. *coram R. P. D. meo Merline*.

Et primò non obstat, quòd in casu, de quo agitur, sit
recedendum à *d. cons.* Oldrad. ex quo filij † in conditione 3
positi censeantur in hoc casu vocati, quia in alia parte testamenti sunt expressè vocati, & sunt positi in conditione sub nomine collectiuo, & cum qualitate masculinitatis, & legitimitatis, iuxta trad. per DD. quos cumulat, & sequitur Crauet. *cons.* 384. *num.* 6. *lib.* 4. & ideò cum testator substituit, vt supra resultat coniectura, quod voluit substituere eodem modo quo supra; Respondetur enim, quòd substitutio est facta Siluestro, si sine filijs decederet, vnde dato, quòd ex prædictis filij eius censeantur vocati, non ideò sequitur, quod censeantur grauati,
quia non benè infertur † de vocatione actiua ad passi- 4
uam, Paris. *cons.* 31. *num.* 28. *lib.* 2. Dec. *qui alios cumulat resp.* 26. *num.* 45. *lib.* 2. Cephal. *cons.* 314. *nu.* 23. Odd *cons.* 66. *num.* 97. *&* 106. Rot. *decis.* 486. *num.* 22. *par.* 1. *recent.* & fuit dictum in *Romana hæreditatis de Fossanis* 12. *Febr.* 1588. *coram bon. mem. Gipsio*. Et meritò quidem, quia nec ex quo substituit, vt supra, dicendum est voluisse grauare filios Siluestri; cum satis sit, quòd voluerit grauare Siluestrum in euentum, quod sine filijs decederet, & in hoc casu benè potest verificari substitutio, & ideò non
debet extendi ad alium casum, cum ad † inducendum 5
fideicommissum, quod est onus, non omnes coniecturæ sufficiant, sed illæ, quæ ex verbis à testatore prolatis colligantur, Paris. *cons.* 14. *num.* 12. *lib.* 3 cum alijs supra relatis, quæ coniecturæ, & verba hic non concurrunt.

Non obstat, quòd testator fuerit progressus ad plures
gradus substitutionum, & ideò videatur cessare † d. 6
dispositio Oldrad. vt per Menoch. *cons.* 348. *num.* 13. *vol.* 4. quia vt ipsemet declarat *num.* 19. *& seq.* Si iste digressus
est fa-

7 est factus tantummodò actiuè † hoc est ex parte substitu-
torum, prout in casu isto, quia in euentum, in quem es-
set factus locus substitutioni Petri, si Siluester obijsset si-
ne filijs, illi substituit, vt supra filios Nicolai, iste di-
8 gressus non operaiut, quod † recedatur à præfato *cons. Ol-*
drad. uam intelligitur factus in casu premisso, scilicet qua-
tenus Siluester obijsset sine filijs, vt censuit etiam Alex.
cons. 139 *num* 3 *& 4. lib. 6. & dixit Rota in causa Tudertina*
fideic. 13. *Aprilis* 1587 *coram Gipsio, & in Bononien. fideic.*
de Gratiolis 31 *Maij* 1606. *cor. Reuerendiss. D. meo Decano*,
9 licèt secus, † eisset si digressus fuisset factus actiuè, & pas-
siuè, Menoch. *benè declarat*.

Non obstat, quòd testator tàm in bonis Florentiæ, quàm in portione Petri Galliani expresè vocauerit filios nedum dicti Siluestri, sed etiam ijs deficientibus filios Nicolai, & illis deficientibus filios Laurentij, & aliorum &c. Quæ substitutiones debent censeri repetitæ in secunda substitutione facta Siluestro de alijs bonis vigore clau-
10 sulæ, † vt supra, quæ est relatiua ad præcedentia cum
omnibus qualitatibus suis, Bart. *in l.* 1. *§. hoc edicto in fine*
de postulat. Ruin. *cons.* 18. *num.* 12. *vol.* 2. Aym. *cons.* 88. *nu.*
3. Quia obseruarunt DD. dictam relationem non fuisse
simpliciter, & absolutè factam, sed subordinando illos,
qui deberent actiuè succedere Siluestro, & capere bona,
casu quo Siluester decederet sine liberis, non autem deter-
minando personas, quibus esset succedendum, & ideo
relatio intelligi debet, vt succedant filij Nicolai, & alij,
prout supra, videlicet ordine, quo supra sunt actiuè vo-
cati cum dicta relatio non sit facta ad conditiones, quæ
sunt de substantia substitutionum, vt per Mandel. Abb.
cons. 171. *n.* 5. sed ad qualitatem, cum testator vsus sit di-
11 ctione, † *prout*, quæ referri non solet ad substantiam, sed
ad qualitatem, Surd. *cons.* 335. *nu.* 3.

Quòd etiam confirmatur, quia testator relationem fecit immediatè post verba (personas respicientia) *ibi* (filios Nicolai, & alios prout supra) vnde referri debet ad personam, non autem ad modum succedendi, tanquam si enumerasset post filios Nicolai filios Laurentij, filios Iacobi, & Hospitale Innocentium, cum sint illi alij su-
pra in parte actiua nominati, & ideò dicta clausula
12 † vt supra, ad personas referri debet, non autem ad mo-
dum succedendi datum tam in bonis Florentinæ, quàm
in portione Petri Galliani, cui substitutus erat Siluester,
13 quia cessat relatio † ex contraria testatoris voluntate,
Grauett. *cons.* 70. *n.* 9 Rim. Iun. *cons.* 606. *n* 24 Men. *cons.*
115. *n.* 14. Rot. *in recent. dec.* 530. *sub n* 10. *par.* 1. Maximè
cum adsit ratio diuersa inter istos casus tàm ex verbis te-
stamenti, quàm ex verisimili mente testatoris in verbis,
quia in bonis Florentiæ filij Siluestri non fuerunt positi in
conditione, sed expresè vocati, & vltimo deficienti sine
liberis fuerunt substituti filij Nicolai, ijsque deficientibus
filij Laurentij, in alijs verò bonis, scilicet in istis, de qui-
bus agitur, filij Siluestri non fuerunt expresè vocati, sed
14 solùm positi in conditione, vndè inter ipsos † non potest
censeri inducta reciproca substitutio, Ceph. *d. cons.* 514. *n.* 23.
cum alijs supra allegatis. Ex verisimili mente verò testa-
15 toris, quia testator † præsumitur magis dilexisse filios
fratris carnalis, quos etiam substituerat in bonis Floren-
16 tiæ, quàm filios Galliani eius ex sorore nepotis ex † qua
etiam præsumptione maioris affectionis, dicta clausula
in fine posita non refertur ad omnia, Bart. *cons.* 54 *sub n.*
4. *vers. & eos, quos magis dilexit.* Quibus addi potest, quod
prima institutio, & substitutio continet bona immobilia
existentia in districtu Florentino, & sic in patria testato-
ris: Secunda verò institutio continet pecunias, quas vo-
luit inuestiri in statu Ecclesiastico, vel in dominio Vene-
17 tiarum, & in Comitatu Venusino, & sic in istis bonis †
non potest considerari tanta affectio, quanta in bonis pa-
trimonialibus.

Et ita vtraque &c.

* Est decisio 40. supra in hac parte, & pariter supra in eadem causa adest alia decisio sub die 9. Iunij 1627. cor. eodem R. P. D. Dunozetto; est decisio 84.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.
D. CARD. VBALDO.

Romana nullitatis permutationis.

Die Veneris 24. Martij 1628.

A R G V M E N T V M.

Beneficij permutatio, vt tanquam nulla, & inualidæ rescindantur, quid requiratur. Falsitas valoris expressi, vt probetur, licet requiratur decennium, hoc tamen non procedit, si agatur de probandis fructibus, ad effectum videndi, an ex illis possit Rector substentari, & alia de quibus in summario.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficiorum permutatio, quando sit nulla.*
2 *Valor fructuum beneficij, quando testes concludenter probent. & n. 3. & 4.*
5 *Materia probationis valoris, & fructuum est difficilis probationis.*
6 *Beneficij permutatio est nulla, & inualida, stante falsitate, & errore super valore expresso.*
7 *Falsitas valoris expressi, vt probetur requiritur decennium.*
8 *Falsitas valoris expressi, vt probetur, non requiritur decennium, quando agitur de probandis fructibus, & redditibus ad effectum videndi an possit ex illis Rector sustentari.*
9 *Probatio valoris expressi aliquorum annorum ante, & post, quando sufficiat.*
Decis. in causa Tiburtina Castri Arsularum cor. Penia, quo casu loquatur. n. 9.
10 *Permutatio regulatur secundum naturam emptionis, & venditionis.*
Permutatio est species alienationis. nu. 10.
11 *Valor bonorum in materia obiectiua per decem annos ante probari debet.*
12 *Agens de damno vitando, non est probationibus onerandus in causa fauorabili, & in materia difficilis probationis.*
13 *Beneficij valor de quo tempore probari debeat.*
14 *Papa in reseruatione pensionis, si sciuisset valorem expressum non esse verum, eam non reseruasset.*
15 *Beneficij valor ad effectum reseruationis pensionis, attenditur de tempore datæ. & n. 16.*
17 *Contra confessionem propriam quis venire non debet.*
18 *Informatus quisque præsumitur respectu propriæ Ecclesiæ.*
19 *Confessio propria, quando ex probationibus posteafactis, detegatur erronea, non præiudicat.*
21 *Testis intercessatus nihil probat.*
22 *Testes conuincuntur ab alijs testibus habentibus plura adminicula.*
23 *Testibus habentibus plura adminicula magis standum est.*

DECISIO CLIX.

DOMINVS Valerianus Marcettus de anno 1626. permutauit Ecclesiam S. Simeonis de Vrbe cum Ecclesia S. Petri Abbatia nuncupata Theatinæ Diœcesis quam obtinebat D. Iulius Cæsar Braccinus, qui narrauit dictæ Abbatiæ fructus ascendere ad ducat. auri de Camera 250. & super illis obtinuit sibi reseruari annuam pensionem ducat. 75. vltra aliam antiquam ducat. 45. sed cum D. Valerianus assecuta possessione dictæ Abbatiæ reperijsset illius fructus non excedere annuũ valorem ducat. 100. illarum partium, ex quibus solutis dictis duabus pensionibus nihil ei remanebat introduxit causam super nullitate permutationis in Rota, in qua proposito dubio, An permutatio esset nulla, fuit sub die 28. Maij præteriti negatiuè resolutum, quia D. Valerianus non benè probauerat FALSAM expressionem valoris, sed cum posteà quatuor testes hic in Curia examinauerit hodie DD. recesserunt à decisis, & firmarunt, permutationem

P 4 † fuis-

1 † fuisse nullam, quia supradicti testes deponunt, fructus
dictæ Abbatiæ certos cum incertis computatos ab anno
1624. 25. 26. & 27. non excessisse, neque excedere ducat.
2 annuos 200. monetæ illarum partium, & concludenter †
probant, tum quia deponunt de anno sterili cum fertili
computato, *iuxta trad. per Sarnen. in reg. de valor qu. vlt.*
Rot. *diuers. dec. 648. n. 4. par. 1. in recent.* Put. *dec. 9. lib. 1.* tum
3 quia reddunt † optimas causas scientiæ, quia sunt de eodem loco, & sunt plenè informati de omnibus, & singulis fructibus d. Abbatiæ, quos ipsi per plures annos exegerunt, & insuper coarctant negatiuam, quòd aliter esse non
4 possit, quin ipsi scirent: vnde ex his depositionibus † plenè, & concludenter remanet probatum, quòd fructus non excedunt supradictam quantitatem annuorum ducat. 200. monetæ illarum partium, Alex. *in l. pretia rerum. nu. 9. vers. potest etiam. ff. ad leg. Falcid.* Rot. *diuers. dec. 20. nu. 5. par. 2 in recent.* Cæs. de Grass. *decis. 3. n. 21. de reb. Eccles. non alien.*

Et licèt hæc probatio sufficeret, attamen comprobatur ex locationibus bonorum, & fructuum d. Abbatiæ producat. 240. ante demolitionem molendini, necnon ex nota introitus, & exitus Abbatiæ manu dicti Braccini conscripta, qui etiam in alia sua præcedenti gratia expressit, fructus non excedere ducat. 150. *vt in summ. iurium n. 3.* quibus omnibus simul iunctis dubium non est, quin probatio sit
5 plena, & concludens præsertim † cum materia probationis valoris, & fructuum sit difficilis Greg. XV. *dec. 245. n. 4. & 5.* vnde patet dictorum fructuum expressionem factam per Braccinum per ascensum ad ducatos auri de Camera 230. esse FALSAM, & erroneam, & consequen-
6 ter † permutationem esse nullam, & inualidam *ad trad. per* Surd. *in cons. 150 nu 49. & seqq.* in his terminis *Prob. ad Monach. c. 2. sub nu. 26. vers. & hanc teneas de renunciat.* Paris. *de resignat. ane lib. 13. qu. 4. per tot.*
7 Non obstat, quòd ad probandum † falsitatem valoris expressi requiratur decennium, quia hoc procedit solùm ad effectum regulæ de valore, non autem quando prout
8 in casu nostro agitur † de fructibus, & redditibus ad effectum videndi, an possit ex illis Rector sustentari, Cæs. de Grass. *decis. 7 n. 13. præben.* Rot. *dec. 550 nu. 1. par. 1. in recent. & fuit tentum in Aquen. pensionis 19. Nouemb. 1608. coram bo. me. Card. Lancel.* euius copia data fuit, tunc enim
9 sufficit probatio valoris † aliquorum annorum ante, & post arbitrio iudicantis, Greg. *Lopez tit. 5. leg. 56. glos. 5. & 6. & fuit dictum in Tiburtina Castri Arsularum 26. Iunij 1598. coram bo. me Penia,* quæ loquitur in venditione, & Rota dicit sufficere probationem per aliquot annos ante, & post, etiam si non sit quinquennium cum materia sit ar-
10 bitraria, & nos versamur † in permutatione, quæ regulatur sicut emptio, & venditio, & est species alienationis, *§. alienantes, Authent. de non alienan. vel permut. reb. Eccles. ca. nulli de reb. Eccles. non alienan.* Mantic. *de tacit. lib. 25. tit. 6. nu. 22. & seqq. & dixit* Rota *in Lucana terrarum 16. Nouemb 1613. cor. bo. me. D. meo Vbaldo.*

Nec impugnatio supradictæ permutationis videtur
11 continere † materiam obiectiuam cum Valerianus non agat, vt Braccinus priuetur sua Abbatia, quo casu requireretur probatio decennalis, Seraph. *decis. 485. nu. 1.* Rot. *diuers. decis. 189. nu. 5. par. 1.* Sed agit ad rescissionem contractus permutationis ad effectum ne cogatur soluere de
12 suo onera d. Abbatiæ; & sic cum tractet de damno † vitando, non est probationibus onerandus in causa fauorabili, & in materia difficilis probationis, Rot. *coram san.*
13 *mem.* Greg. XV. *deci. 245. num. 5. & 11.* sed sufficere † debet supradicta probatio de tempore datæ gratiæ, & per duos annos ante, & per annum post Oldrad. *consil. 58. san. mem.* Greg. XV. *decis. 13. num. 1. & decis. 419. num. 1.* præsertim eum onus consistat in reseruatione pensionis, quam
14 Papa † non reseruasset, si sciuisset, valorem non esse ve-
15 rum, & ad effectum conseruationis † pensionis attenditur valor de tempore datæ, Rot. *in recent. decis 444. num. 1. & seqq. par. 2. & in Monopolitana pensionis 17. Maij 1596. coram Orana.*

Et pro comprobatione prædictorum fuit etiam consideratum, quòd superflua fuisset probatio decennalis, quia valor Abbatiæ diminutus fuit propter destructionem molendini, & deficientiam colonorum, quæ superuenerunt
16 longè post decennium, † quòd propterea probari non debet, iunt. *decis. Guido p. 25. post med. in manuscriptis.*

Non obstat, quòd valor d. Abbatiæ fuerit expressus in supplicatione, in qua vterque ex permutantibus pro oratore nominatur, & sic Valerianus † veniat contra pro- 17
priam confessionem; quia confessio huiusmodi intelligitur distributiuè facta adeo, vt vnusquisque ex permutantibus censeatur fateri de valore propriæ Ecclesiæ, & ideò
confessio non præiudicat supplicanti, nisi respectu † pro- 18
priæ Ecclesiæ, de qua quisque præsumitur informatus, Mohed. *decis. 16. de renunc.* Marescott. *var. resolut. lib. 2. c. 1. num. 171.* sed cessat difficultas, quia in omnem casum
cum talis † confessio ex probationibus postea factis detega- 19
tur erronea, non præiudicauit, *l. cum falsa. C. de iur. & fact. ignorant. l. non fatetur. ff. de confess.* Anchar. *cons. 291. nu. 3.* Mantic. 291. *nu. 3.* Greg. *decis. 125. nu. 50. & 522. nu. 54. & seq.*

Non obstant testes de nouo inducti pro Braccino, quia
non percutiunt tempus permutationis, † quòd tempus 20
attendi debet, *vt in alleg. Metropolitana pensionis coram Orano,* & quid habent plures exceptiones latè in facto pon-
deratas, & præsertim secundus testis tanquam † interes- 21
satus cum habeat pensionem super hac Abbatia, nihil probat, *l. omnibus cum similibus. C. de testib.* Roland. à Vall. *cons. 72. num 15. lib. 2.* Ioseph. Ludou. *decis. Lucen. 54. nu. 12.* Rot. *decis. 700. num. 32. & decis. 235 nu. 3. par. 2. in re-*
cent. & omnes coniunguntur ex alijs testibus † D. Vale- 22
riani, quibus tanquam habentibus adminicola locationum fidei Vniuersitatis, & confessionis ipsiusmet Brac-
cini † in sua gratia magis standum est, *glos. in cap. si testis* 23
4. quæst. 3. & in cap. in nostro ex. de testibus, Viuian. *decis. 377. nu. 9. lib. 2.*

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

R. P. D. MERLINO.

Bononien. Fideicommissi de Desiderijs.

Die Veneris 24. Martij 1628.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum, qualiter probetur, & maximè si sumus in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Identitas, ex quibus benè deprehendatur.*
2 *Fratres, quando post modicum tempus mortis patris, bona diuidunt, illa præsumuntur paterna non data aliqua acquisitione.*
3 *Identitas concludentius probari non potest, quam per partis confessionem. amplia nu. 4.*
5 *Identitas probatur coniecturis, & præsumptionibus.*
6 *Probationes in antiquis non ita rigidè exquirendæ sunt, sed leuiores admitti debent.*
7 *Identitas vt probetur sufficit verificari, duas demonstrationes, licet in alijs sit discrepantia.*
8 *Identitas præsumitur, quando confines sunt verificati, licet in prædio aliquid de nouo reperiatur, cum postea fieri potuisset.*

DECISIO CLX.

PROPOSITVM fuit hodie dubium super identitate alterius fundi, seu possessionis positæ in communi Bagnarolæ tornaturarum 175. & resolutum, constare de illius identitate, quòd scilicet fuerit in bonis Hieronymi fideicommittentis; defuncto enim dicto Hieronymo filij ipsius diuiserunt bona paterna, & hæc possessio Bagnarolæ cum expressione confinium & numeri 175. tornaturarum assignata fuit Alexandro vni ex filijs, & hæredibus eiusdem Hieronymi & successiuè
transiuit in alios posteros, † ex quibus benè depre- 1
henditur identitas, Par. *cons. 25. n. 54. lib. 2.* Pereg. *de fideic. art. 44. n. 5.* Rota apud Card. Seraph. *dec. 553. n. 1. & 3. ad med & in recent. dec. 706. n. 5. pa. 2.* præsertim quia modicum tempus intercessit in-
ter mortem Hieronymi, & dictam diuisionem † fa- 2
ctam ab illius filijs, & sic congrua est præsumptio, quòd bona diuisa fuerint paterna, non data alia acquisitione ad *not. per* Modern. Bonon. *var. resol. lib. 1. c. 12. nu. 14.* & in

dicta

dicta diuisione fuit expressè præseruatum fideicommis-
sum Hieronymi: signum satis vrgens, quòd bona illa erant
eidem fideicommisso subiecta, & sic in bonis Hieronymi
alioquin meptè fuisset huiusmodi fideicommissi conserua-
tioni consultum in dicta diuisione.

Et quod dificulratem tollere visum est, dantur confes-
siones Marci Antonij ad positiones in actis exhibitas, quòd
hoc prædium tanquam fideicommisso Hieronymi subie-
ctum transierit ad Alexandrum, & alios eius successores,
3 qua partis confessione † concludentius identitas probari
non potest, Soccin. Sen. *cons.* 89. *num.* 1. *vers. confirmatur*,
lib. 1. Afflict. *decis* 23. *num.* 5. Rota *coram Illustriss. D. meo*
Decano decis. 120. *num.* 2. & fuit in hac causa resolutum co-
4 ram me, sub die 3. Decemb. præteriti, † maximè cum hæc
confessio sit esto munita dictis diuisionibus prius sequutis
inter filios Hieronymi, & alijs coniecturis, & præsumptio-
5 nibus, quæ in materia † probandi identitatem sufficiunt,
cap. cum causam in fin. vbi Bald. *in princ.* Felin. *num.* 12. *de*
probat. Dec. *cons.* 145. *num.* 14. *vers. in his enim* Rota *coram*
san. me. Greg. XV *decis.* 172. *n.* 5. *& coram Reuerendiss. D.*
meo Decano in Vrbeuitana fideicommissi 27. *Nouembr.* 1620.
6 & versemur io antiquis, quo casu † probationes non ita
rigidè exquirendæ sunt, sed leuiores admitti debent, Soc-
cin. Sen. *cons.* 86. *num* 2. *lib.* 1. Cardin. Seraphin. *decis.* 462.
num. 9. *& fuit dictum in Bononien. fideicommissi de Rubeis* 12.
Febr. 1618. *coram bo. me. D. Vbaldo, & in hac causa sub die* 4.
Martij, & 14. *Iunij* 1627. *coram me.*

Non obstat, puod in inuentario describatur hoc præ-
dium, cum nonnullis qualitatibus, quæ non respon-
7 deut prædictis diuisionibus, quoniam sat est, † quòd ve-
rificentur saltem duæ demonstrationes, licèt in alijs sit di-
screpantia, Rim. Sen. *cons.* 429. *num.* 5. *& seqq. lib.* 3. Ceph.
cons. 98. *num.* 21. *lib.* 1. & in dictis decisionibus in hac causa
emanatis fuit etiam firmatum, & ædificia, quæ præsup-
8 ponuntur modo extare non excludunt † identitatem, cum
de nouo potuerint fieri, vt per Cephal. *ibid. num.* 22. *& seq*
Surd. *cons.* 168 *n.* 45. *&* Rota *coram Reuerendiss. D. meo De-*
cano dec. 120. *n.* 5. *vers. non obstat.*

Et ita pro iustificatione identatis resolutum fuit.

¶ Plures decisiones in hac causa annotaui supra ad decisio-
nem 6. quæ est in eadem causa.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILLI.

Ciuitatis Castelli Beneficij.

Die Veneris 24. Martij 1628.

A R G V M E N T V M.

Agitur de iustificatione gratiæ, scilicet an aliqua Ecclesia sit tota de iurepatronatus alicuius, & plura de quibus in summario.

S V M M A R I V M.

1 *Consuetudo vti fidelis rerum interpres est attendenda.*
2 *Relatum, & non referens attendi debet.*
3 *Valor fructuum beneficij per non excessum qualiter probetur.*
4 *Beneficium resignans, ex quo probetur, quod habeat vnde aliunde commodè viuere valeat.*
5 *Possessio probatur ex publico instrumento captæ possessionis.*
6 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*
7 *Clericatus probatur ex testibus.*
8 *Ecclesia, quod sit beneficium simplex, & collatiuum de iurepatronatus acquisitum ex dotatione, & constructione, & quod in ea adsit aliqua Confraternitas, hoc simul stare potest.*
9 *Oblationes, quæ fiunt in aliqua Ecclesia, spectant ad Rectorem.*
10 *Attestationes simplices nihil probant.*

D E C I S I O CLXI.

FVIT resolutum, Gratiam Galeotti esse iustifica-
tam, nam quòd iuspatronatus sit concessum ab Epi-
scopo super tota Ecclesia, non autem super Capella in Ec-
clesia patet ex ipso instrumento dotationis, & reseruatio-
nis iurispatronatus, in quo narratur, quòd Marchio eius
expensis fundare cœpit quandam paruam Capellam, seu
Oratorium ad honorem Sanctiss. Virginis, quæ eleemosy-
nis tàm Marchionis, quàm piorum ad finem perducta fuit,
& quod deinde Marchio cœpit ædificium Ecclesiæ, & tàm
primam fundationem Capellæ, quàm expensas in con-
structione eiusdem Ecclesiæ, & Capellæ fecit animo, vt
eadem Ecclesia in simplex beneficium erigeretur, & ab
eo dotaretur ad effectum acquirendi iuspatronatus, pro
cuius executione Marchio pro dote Ecclesiæ, & beneficij
Sanctæ Mariæ erigendi, & ad effectum acquirendi ius
præsentandi Rectorem ad dictam Ecclesiam assignat mul-
ta bona & instat per Episcopum Capellam, seu Oratorium
ac Ecclesiam erigi in beneficium, & Episcopus Capellam
seu Oratorium, & Ecclesiam in simplex beneficium erigit
& Marchio ad effectum acquirendi ius præsentandi ad di-
ctam Ecclesiam in simplex beneficium erectam pro dote
& dotis nomine dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ erectæ do-
nauit bona cum potestate disponendi ad dictæ Ecclesiæ li-
bitum, & constituit se nomine dictæ Ecclesiæ possidere,
& Episcopus donationem nomine Ecclesiæ, ac beneficij
Sanctæ Mariæ acceptauit, ius præsentandi Rectorem ad
dictam Ecclesiam concessit; ex qua serie supra narrata
satis apparet tam dotationem, quam reseruationem iu-
rispatronatus fuisse super tota Ecclesia.

Idque docuit obseruantia, nam statim Marchio vti pa-
tronus dictæ Ecclesiæ præsentauit Honorium eius filium,
& Episcopus instituit de Ecclesia, ac possessionem Eccle-
siæ dari ordinauit, deinde supradictus Honorius in mani-
bus Clem. VIII. resignauit Ecclesiam cum narratiua iu-
rispatronatus, & Papa eandem Ecclesiam contulit Chri-
stoforo Stephani Tamburrini, qui possessionem Ecclesiæ
Sanctæ Mariæ accepit, & deinde Episcopi dederunt insti-
tutionem ad dictam Ecclesiam de iurepatronatus, & insti-
tuti possessionem Ecclesiæ cœperunt, & sic obseruantia
declarauit, donationem, & reseruationem fuisse totius
Ecclesiæ, † quæ vti fidelis interpres est attendenda, *l. si de* 1
interpretatione, ff. de legib.

Nec facit, quòd Petrus resignans fuerit præsentatus ad
Capellam, quia est cum clausula relatiua ad instrumen- 2
tum reseruationis iurispatronatus, & ideo reseruatio † su-
pradicta iurispatronatus, ad quam fit relatio, attendi
solùm debet, Rota *diuers. dec.* 27. *n.* 3. *& dec.* 40. *n.* 7. *p.* 2.
Valor fructuum per non excessum † ducat. 24. & cum 3
oblationibus ducat auri 150. de Camera probatur ex testi-
bus de fama, qui sufficiunt, Seraphin. *decis.* 962. *num.* 2.
Mantic. *decis.* 132. *num.* 4. Rot. *in recent. decis.* 298. *num.* 5. *p.* 2.
Greg. *decis.* 35. *num.* 2.

Quòd Petrus resignans † habeat vnde aliunde commodè 4
viuere valeat, probatur ex quo possidet parochialem valo-
ris 80. ducat. & ex testibus, Ægid. *decis.* 116. *in fin.* Cæs. de
Grass. *decis.* 3. *num.* 7. *de probat.* Verall. *decis.* 277. *p.* 1.

Possessio Petri resignantis probatur † ex publico instru- 5
mento captæ possessionis, *l. prædia* vbi Bart. *ff. de acquir.*
possess.

Clericatus Galeotti, & quòd † sit oriundus ex Ciuita- 6
te Cortonen. probatur ex litteris testimonialibus Episcopi
Cortonen. *cap.* 1. *de Cleri.* Peregrin. & ex † testibus Rota 7
decis. 16. *de probat. in antiq*

Non obstat erectio Confraternitatis in dicta Ecclesia,
quia stant simul, quòd adsit Confraternitas, & Ecclesia † 8
sit beneficium simplex, & collatiuum de iurepatronatus
acquisitum ex dotatione, & constitutione.

Nec obstat, quod oblationes spectent ad confraternita-
tem, quia † de iure spectant ad rectorem, *cap. Pastoralis*, 9
de his, quæ fiunt à Præl. in cons. cap. & fuit dictum in Lunen.
Sarzanen. oblationum 8. *Februar.* 1627. *coram R. P. D. meo*
Merlino, & simplices † attestationes contrariæ nihil pro- 10
bant.

Et ita vtraque parte &c.

RE-

REVERENDISS. P. D. COCCINO.
Parmen. Status.

Die Veneris 24. Martij 1628.

A R G V M E N T V M.

Dispositioni vnius testis, quibus concurrentibus, credatur. Testes deponentes de bona fide præferuntur alijs contrarium deponentibus, licet isti sint plures.

S V M M A R I V M.

1 *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.*
2 *T sti vnico statur, quando cum eo concurrit fama.*
3 *T sti vnico creditur, quando cum eius dicto concurrunt coniecturæ.*
4 *Testi vnico creditur, quando cum dicto ipsius concurrunt coniecturæ, & præsumptiones ex circumstantijs facti.*
5 *Testes deponentes de bona famæ magis attenduntur, quàm deponentes de mala fama.*
6 *Amplia hoc etiam si deponentes de bona fama sint numero pauciores, & maximè si agatur de quasi possessione legitimitas num. 7.*

D E C I S I O CLXII.

DOMINI steterunt in decisis, * videlicet, DD. Alexandrum, & Cyrum ex persona Pallauicini aui, & Sigismundi patrui magni esse in sufficienti quasi possessione legitimitatis requisitæ à Io. Francisco Marchione Pallauicino fideicommitrente, hoc est tanquam procreatorum, & natorum de legitimo matrimonio verè, & non fictè. Hoc enim satis probatus ex dicto Presbyteri Baptistæ testis Rangonorum, qui fuit præsens matrimonio, & deponit, quòd post dictum matrimonium inter alios nati sunt Pallauicinus, & Sigismundus, qui testis licet
1 vnicus probat, quamuis enim regula sit, quod † in ore duorum, vel trium stat omne verbum, *cap. licet vniuersis 23. & c. in omni negocio 4. de testibus*. Hæc tamen regula
2 † fallit, quando cum dicto vnius testis concurrit fama, prout vltra allegatos in alia decisione firmant Aret. *cons. 53. num. 9 &* Caputaque *decis. 288. par. 3.* Hic autem concurrit fama benè probata ex duabus testibus, vt fuit consideratum in alia decisione.

3 Secundò prædicta regula non procedit quando vnà † cum dicto testis concurrunt coniecturæ Bart. *per illum textum in l. s. §. idem Cornelio num. 3 ff. de quæst. Glos. in c. fin. in verbo vnus testis de success. ab in. est & in c. cum caussam in verbo Testis de probat.* Caputaque *decis. 271. p. 3.* Hic autem concurrunt plures coniecturæ, nempe fama prædicta communis reputatio, mandatum de dispensando, successio dd. Fratrum, Relatio Cardinalis Simonetæ, & alia ponderata in prædicta decisione.

Tertiò prædicta regula, quòd non credatur vnico testi,
4 non procedit, quando cum dicto ipsius † concurrunt coniecturæ, & præsumptiones ex circumstantijs facti, & hæc conclusio procedit in quacumque materia, Io. And. *in cap. fin. num. 4. de success. ab intest.* Cæs. de Grass *decis. 3. num 6. de prob.* Mauric. *decis. 325. num 4. san. me.* Greg. *decis. 247. num. 6. & fuit dictum coram me in caussa Interamnen. pecuniaria 12. Iunij 1606.* Hic autem concurrunt dictæ præsumptiones, & circumstantiæ facti. Primò ex mandato de dispensando. Secundò ex communi reputatione. Tertiò ex diuisione filiorum facta per Bernardinum, in qua diuisit filios natos ante & post matrimonium, & concurrunt plura alia ponderata in prima decisione, quę satis reddunt rem claram.

Non obstat fama, quæ posset afferri in contrarium, quia
5 magis attenduntur testes † deponentes de bona, quàm de mala fama, Anchar. *cons 253. num. 3 vers. in ista varietate.*
6 Pur. *decis. 2. lib 3* quod procederet etiam † quòd deponentes de bona essent pauciores sæpius firmauit Rota *san. me.* Greg. XV. *decis. 455. num 3. & 4. vbi num. 16. in additione*
7 *aliæ citantur concordant. s.* Quod maximè procedit † cum agatur de quasi possessione legitimitatis & concurrant alia plenè considerata in prima decisione.

Et Ita resolutum vna tantum parte informante, cum datis pluribus dilationibus altera pars non curauerit informare &c.

* Scilicet sub die 8. Iunij 1626. est decisio 16. supra in hac parte, vbi alias decisiones in hac causa annotaui.

EMINENT. ET REVER. D. CARD. VBALDO.

Maceraten. Legitimæ.

Die Lunæ 27. Martij 1628.

A R G V M E N T V M.

Vsurpationis bonorum præsumptio intrat ob non confectionem inuentarij.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres præsumitur vsurpasse bona testatoris ob solam non confectionem inuentarij.*
2 *Et ista præsumptio multo magis augetur stante expressa ordinatione testatoris, de illo conficiendo, & n. 3.*
4 *Testatoris assertio nocet hæredibus.*
5 *Peregrin. de fideicomm. art. 35. num. 24 & alij declarantur.*
6 *Fideicommissario incumbit onus probandi, quæ, & quanta fuerint bona relicta, & peruenta ad manus hæredis.*
Et hoc procedit siue hæres confecerit inuentarium, siue non.
7 *Hæres sine inuentario petens legitimam, vt non repellatur, quid probare debeat.*
8 *Curator, & non minor tenetur conficere inuentarium de bonis testatoris.*
9 *Testes deponentes super negatiua non probant nisi eam coarctent.*

D E C I S I O CLXIII.

HODIE Domini confirmarunt duas decisiones * in hac causa factas, in quibus fuit resolutum omissionem confectionis inuentarij obstare Pellicanis quominus possint prætendere legitimam, ex persona Philippi filij Matthæi testatoris, quia cum Philippus non confecerit inuentarium iuxta dispositionem testatoris, qui in suo testamento expressè mandauit hæredibus, quæ illud conficerent ad effectum, vt ex illo apparere posset, adesse multa bona libera pro legitima filiorum, faciendo mentionem de mobilibus, pecunijs mercibus, notabilis valoris, & de Bibliotheca, sequitur, vt præsumptio † vsurpationis, 1
quæ ob solam non confectionem inuentarij obstare solet, *iuxta decis.* Seraphin. 321. *num. 18. & 609 num. 7. fel. record.* Greg. XV. *decis. 266. num. 16.* multo magis † augeatur ex 2
supradicta ordinatione testatoris, quòd inuentarium conficeretur asserendo, quæ aderant bona libera pro legitima, & quod ad hunc effectum mandabat, inuentarium confici, † vt ex eo posset apparere rem ita se habere, vt latè 3
fuit deductum in vtraque *decis. ex cons.* Bald. 89. *num 3. lib 1.* Moder. Rom *discept. forens. cap. 570. nu. 22. & 23.* cum alijs ibi allegatis.

Non obstat, quòd fideicommissarius debeat probare fuisse à testatore relicta mobilia; tum quia sufficit testatoris † assertio, quæ nocet hæredibus, Mascard. *de probat.* 4
concl. 778. num. 18. & 19. Simon de Pret. *de interp. vlt. volunt. fol. 555. num. 336.* Fusar. *de substit. quæst. 618. num. 30.* tum quia † Peceg. *de fideicomm. art. 35. num 24* Moder. Rom. *di-* 5
scept. cap. 215. num. 9. & num. 23. cum alijs ex aduerso allegatis loquuntur, quando fideicommissarius vniuersalis agit contra hæredem pro recuperatione bonorum, quæ prætendit adfuisse in hæreditate, & peruenisse ad manus hæredis, tunc enim verum est, quòd siue hæres † confe- 6
cerit, vel non confecerit inuentarium, fideicommissario incumbit onus probandi, quæ & quanta fuerint bona relicta, & peruenta ad manus hæredis, sed iste non est casus noster, in quo non fideicommissarius, sed hæres sine inuentario † agit pro legitima quo casu non est dubium in- 7
trare præsumptionem occultationis, subtractionis,

& distra-

& distractionis bonorum , & hinc est, quod repelli debet,
nisi probet , alia bona non extitisse, ex quibus de ea sibi
satisfacere potuerit , & in his terminis loquuntur iura
allegata in vtraque decisione, & per *Addent. ad decis.*
Gregor. 266. *num.* 16. & pluries firmauit Rota, & præser-
tim in *Romana de Victorijs* 10. *Martij* 1627. *coram R. P.*
D. meo Merlino.

Non obstat , quod filij Matthæi, & Franciscus nepos
possederint bona in communi, & sic cesset præsumptio
vsurpationis ex parte filiorum . Quia vt fuit firmatum in
decisionibus, Franciscus erat minor , & existebat sub cu-
ra patruorum, qui omnia administrabant, & ideò benè
remanet fundata contra illos prædicta præsumptio vsurpa-
8 tionis, cum ipsi tenerentur † conficere inuentarium, &
non Franciscus minor *iuxt. tex. in § pupillis , auth. de hæ-*
red. & Falcid. & latè deducitur *in 1. decis.*

Non obstat, quòd post mortem filiorum tota hæredi-
tas , & omnia Matthæi bona ad Franciscum supersti-
tem peruenerit , quia hoc nullibi probatur , & testes ,
qui dantur ex aduerso ad probandum , quòd Matthæus
non reliquit alia bona stabilia, quàm illa, quæ deuene-
runt in Franciscum , non deponunt de mobilibus , pe-
cunijs , mercantia, & libraria , de quibus testator fecit
mentionem in testamento , vt supra , & in quibus po-
tuerunt hæredes satisfieri de sua legitima , vt dixi , &
9 cessat difficultas † quia testes dum super hoc deponunt
non benè probant , cum non coarctent negatiuam, Alex.
cons. 65. *num.* 3. *in fin. vers. & illi* 1. *lib.* fel. rec. Greg. XV.
decis. 41. *num* 5. *& decis.* 510. *num.* 1.

Alia leuiora quamuis longa serie deducta per D. Pel-
licanum non visa sunt digna responsione , præsertim
cum, vt benè aduertit vnus ex Dominis , potius con-
firment , & coadiuuent fundamenta decisionum quam
illa in aliquo tollant. Et ita decisum, &c.

* Prima est sub die 14. Maij 1627. coram eodem Emi-
nentissimo D. Vbaldo , est supra decisio 67. alteram vi-
de infra in Additione prout in Indice in eius fine posito,
& pariter infra in eadem causa habes alias decisiones
sub die 22. Iunij 1629. & 18. Februarij 1630. coram Reue-
rendiss. Vrgellen.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Bononien. Fideicommissi de Maluetijs.

Die Veneris 31. Martij 1628.

ARGVMENTVM.

Dos , quando non sit detrahenda de bonis
ascendentium fideicommisso subiectis ,
& an mulier propter crimen adulterij
amittat dotem , & vtrum super crimine
licita sit transactio.

SVMMARIVM.

1 *Dos detrahitur ex bonis fideicommisso subiectis ascen-*
dentium.
2 *Quod intellige, quando filia non potest dotari, vel*
ex bonis liberis paternis , siue maternis , siue
proprijs ipsius filiæ, & num. 3.
4 *Mulier propter adulterium amittit dotem.*
5 *Mulier quando per adulterium amittit dotem , si*
extant filij, pater tenetur conseruare huiusmodi
lucrum dotis in fauorem filiorum adulteræ.
6 *Transigere super crimine adulterij non licet , nec*
aliquid in pactum deducere .
7 *In adulterij crimine , quæ modificata remissio à vi-*
ro , de iure sit licita.
8 *Transactio super crimine adulterij , quando substi-*
neatur.
Requisita omnia præsumuntur ex præsentia , &
auctoritate Iudicis, num. 8.
9 *Renunciatio litis facta à fideicommissario non nocet*
venienti ex propria persona ad bona fideicom-
missa subiecta.
10 *Prædia existimantur ad rationem quinque pro cen-*
tenario.
11 *Dos dicitur congrua, ex quo in familia talis con-*
stitui , consuetum est.
12 *Probatio in specie magis est attendenda , & præ-*
ferenda , quàm probatio in genere.
13 *Fideicommissarijs non potest præiudicari , quando*
dos est sufficiens , & filia habet aliundè con-
gruam dotem.

DECISIO CLXIV.

CONCLVSERVNT Domini dotem Eleonoræ
non deberi ex bonis fideicommissi , licèt enim re-
gula sit, quòd † ex bonis fideicommisso subiectis ascen- 1
dentium detrahatur dos iuxta *Auth. res quæ, C. comm.*
de legat. tamen intelligitur in subsidium, quando † fi- 2
lia non potest dotari, vel ex bonis liberis paternis, siuè
maternis , siuè proprijs ipsiusmet filiæ , Ias. *in d. Auth.*
res quæ , num. 3. *in fin. & consil.* 231. *num.* 12. *lib.* 2. Boer.
decis. 130. *num.* 13. Roland. *cons.* 85. *num.* 9. *& seq. lib.* 1.
Thesaur. *decis.* 192. *num.* 12. *in fin.* Rota *decis.* 66. *num.*
6. *par.* 1. *recent.* Peregr. *de fideicom. art.* 42. *num.* 66. Petr.
de fideicom. quæst. 8. *nu.* 459. Vndè cum Eleonora habue-
rit pro dote prædium Castenasij, quòd erat proprium ip-
sius Eleonoræ , sibi † quoque relictum à Patre in testa- 3
mento , non est dos deducenda ex bonis fideicommissi
per præallegata.

Quòd autem prædium Castenasij esset proprium Eleo-
noræ patet , nam cum Gentilis mater Eleonoræ, & vxor
Alexandri fuisset querelata de adulterio , de quo plures
testes deponebant, fuit per concordiam determinatum,
quòd proprietas prædij Castenasij esset Eleonoræ filiæ ,
vsusfructus Alexandri patris , mulier † enim propter 4
adulterium amittit dotem , *l. consensus , §. prim. C. de*
repud. l. vnica, §. taceat, C. de rei vxor. act. cap. plerum-
que de donat. inter vir. & vxor. cap. porro de diuor. San-
chez *de matrim. lib.* 10. *disp.* 8. *num.* 2. & existentibus † fi- 5
lijs pater tenetur conseruare huiusmodi lucrum dotis in
fauorem filiorum adulteræ , *§. quia verò plurimis au-*
then. vt liceat matr. & auiæ, Barb. *in l.* 2. *in princ. par.* 1.
num. 62. *ff. solut. matrim.* Bald. *in l. hac Edictali , num.* 5.
C. de secund. nupt. Sanch. *d. lib.* 10. *disp.* 8. *num.* 12.

Nec obstat, quòd super crimine † adulterij non liceat 6
transigere , nec aliquid in pactum deducere , *l. transi-*
gere, C. de transact. quia cum adessent depositiones te-
stium super adulterio , potuit fieri ista concordia, & ma-
ritus remittere iniuriam , & pœnam separationis thori ,
ac vxorem ad societatem coniugalem reuocare , non au-
tem remittere pœnam amissionis dotis , & hoc non est
pactum , nec conuentio in pretium veniæ, & reconcilia-
tionis, sed modificata † remissio de iure licita, Sanchez 7
de matrim. d. lib. 10. *disput.* 8. *num.* 22. Surd. *de alim. tit.* 7.
quæst. 16. *num.* 83. *vers. hoc casu.*

Non obstat, quòd mortuo Alexandro patre Eleonoræ,
& marito Gentilis adulteræ hoc Prædium eidem Genti-
li fuerit restitutum vigore decreti V. Legati Bononien.
vndè vti Prædium auocatum, & restitutum non sit con-
siderabile ad effectum Eleonoræ, quia deinde de anno
1573. Rotæ Auditor Bononien. mandauit deponi fructus
penès Matthæum Beroum , post quod depositum, nihil
aliud fuit actum in causa, vt constat ex illis verbis, & hæc
sunt vltima acta in hac causa facta , *vt in Summ. num.* 1.
dato in responsionibus D. Gregorij , & consequenter pa-
tet, quòd decretum de restituendo Gentili , non habuit
effectum quod euidentius appatet , nam Eleonora ven-
didit dictum Prædium Castensij, vt ex confessione filij
Eleonoræ *in Summ. num.* 19. & ex concordia inter Bassa-
num, & Eleonorã constat, quòd transactio inter Alexan-
drum, & Gentilem ratione adulterij habuit effectum , &
nunquam fuit reuocata , sed Gentilis adultera remansit
sine dote, quæ transactio ratione † adulterij, cum fuerit 8
cum præsentia, & auctoritate Auditoris Turroni Iudicis
causæ criminis adulterij, & cum consensu, & auctoritate
patris, substinetur absque alijs solemnitatibus, Alex. *cons.*
123. *num.* 5. *lib.* 1. *& cons.* 80. *nu.* 3. *lib.* 5. Menoch. *de præ-*
sumpt. lib. 2. *præsumpt.* 75. *num.* 5.

Nec nocet renunciatio litis facta à patre D. Gregorij in
eius testamento, quia illa non præiudicat D. Gregorio ve-
nienti

9 nienti † ex propria persona ad bona fideicommisso subie-
cta, Ruin. *cons.* 138. *num.* 10. *lib.* 2. Alba. *cons.* 74. *num.* 1.
Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 115. *num.* 59. Pe-
regr. *de fideicom. art.* 52. *num* 81.

Quòd autem prædium Cassenasij sit sufficiens pro con-
grua dote Eleonoræ probatur, quia est tornaturarum 50.
& eius valor est lib. 18. mil. quæ conficiunt scut. 4500. &
10 constat quoque de eius locatione pro lib. 650. & prædia †
extimantur ad rationem quinque pro centenario *glos. in
Auth. perpetua, C. de sacros. Eccles.* Ias. *in l. fundum, nu.
5. vers. item adde, ff. de leg.* 1. Greg. *decis.* 553. *num.* 8. Ti-
raq. *de retract. lign.* §. 1. *glos.* 6. *num.* 19. & consequenter
ista summa visa fuit Dominis sufficiens pro dote congrua
11 Eleonoræ, ex quo † in familia de Dulphis consueta dos
solet esse in lib. 5000. aut 6000. & ad summum 8000. vt ex
pluribus instrumentis datis, & de anno 1577. & sic per an-
num antè matrimonium Eleonoræ Hercules frater Pom-
pei de Dulphis habuit in dotem lib. 5000. quæ probatio ex
instrumentis cum sit specialis de solito in eadem familia de
Dulphis, & illas dos Herculis percutiat tempus matrimo-
12 nij Eleonoræ, magis est † attendēda, & præferenda deposi-
tionibus testium, qui generaliter deponunt Alex. *cons.*
148. *num.* 3. & 5. *lib.* 2. & *cons.* 150. *num.* 17. *lib.* 5. Paris.
cons. 88. *num.* 31. *lib.* 3. Soccin. Sen. *cons.* 54. *num.* 14. Aym.
cons. 94. *num.* 3.

Præcipuè cum vltra prædium fuerint quoque data alia
iura, quæ sunt extimabilia, & cum effectu deinde bo-
na habuit, & agitur de minuendis bonis fideicom-
missi.

Nec facit, quòd Alexander pater vltrà prædium reli-
querit etiam scut. 3000. auri in auro, quia non potuit præ-
13 iudicare † fideicommissarijs in casu, quo dos aliàs est
sufficiens, & filia habet aliunde congruam dotem, Mantic.
decis. 319. *num* 3. Rolan. *cons.* 85. *num.* 9. & 10. *lib.* 3.

Et ità vtraque parte, &c.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Ianueñ Parochialis.

Die Lunæ 3. Aprilis 1628.

ARGVMENTVM.

Ecclesia, quando dicatur regularis, & an ab Ecclesia regulari possit exerceri cura animarum.

SVMMARIVM.

1 *Monasteria non datur sine Ecclesijs.*
2 *Monasterium si sit regulare, Ecclesia etiam est regularis.*
3 *Monasterium quale est, talis etiam est Ecclesia.*
4 *Ecclesia regularis an possit exercere curam animarum, & num. 5.*
6 *Loci sanctitas ordinatur ad sanctitatem hominis, qui in loco sacro cultum Deo exhibet.*
7 *Deus, non propter locum gentem, sed propter gentem locum eligit.*
8 *Visitatori Apostolico multum est tribuendum circa qualitatem, & statum Ecclesiarum.*
9 *Possessio quadragenaria, quid operetur.*

DECISIO CLXV.

ORTA lite inter Illustrissimum Archiepiscopum Ia-
nuen. & Moniales Sancti Andreæ de Porta nuncu-
patas eiusdem Ciuitatis super iure nominan. Vicarium
pro exercenda cura animarum in dicta Parochiali Ecclesia
S. Andreæ; absoloto iam possessorio manutentionis, &
super eo emanatis tribus decisionibus conformibus ad fa-
uorem Monialium; quia nihilominus pro earum parte
prosequitur petitorium, & tota difficultas stat in eo, An
dicta Ecclesia sit regularis, vel secularis: propterea de hoc
hodie dubitaui, & fuit resolutum, dictam Ecclesiam esse
1 regularem, quia cum † Monasteria non dentur sine Ec-
clesijs, Rot. *decis.* 204. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* vbi ab existen-
tia Abbatis, & Monasterij arguitur, & infertur ad existen-
tiam Ecclesiæ, & dictum Monasterium non habeat aliam
Ecclesiam, quàm istam, cum † Monasterium sit regula- 2
re, Ecclesia etiam est regularis, *cap.* 1. *de cap. Monach.* &
ibi glos. in verb. Monast. in fin Barbat. *in cap. cum dilectus
num.* 3. *de consuet.* & præsertim, quia cum sit dicto Mona-
sterio incorporata, censetur eiusdem pars integralis, vndè
quale est † Monasterium, talis etiam est Ecclesia, *glos. in* 3
cap. 1. *in verb. exempt. de Priuileg. in* 6. Rota coram Greg.
XV. *decis.* 370. *num.* 2. & 3. ex quibus propterea dubitari
non potest, quin Moniales habeant de iure intentionem
fundatam, etiam quòd in d. Ecclesia † exerceatur cura 4
animarum, prout deprehenditur ex Sac. Concil. Trid. *sess.*
25. *cap.* 11. *de Regular.* dum ibi fit mentio de cura anima-
rum in Monasterijs, seu domibus mulierum; cum tamen
cura in Ecclesia † exerceatur, quæ ideò ex mente S. Con- 5
cilij venit appellatione Monasterij, seu domus mulierum,
& fuit dictum in decisione in hac causa facta 19. *Aprilis
1627. coram me.* *

Deinde cum iuris assistentia concurrit obseruantia regu-
laritatis, quia cum hoc Monasterium antiquitus esset Or-
dinis S. Benedicti, & esse ferè destitutum, fuerunt in illum
auctoritate Papæ de anno 1509. translatæ Priorissa, &
Moniales Sanctæ Margaritę Ordinis S. Augustini, quibus
in specie fuit tradita possessio tàm Conuentus, quàm Ec-
clesiæ, & cum inuentario consignatæ suppellectiles sacræ
ad vsum, & curam Sacramentorum pertinentes; Vndè
cum ex dicta consignatione benè arguatur, & inferatur,
curam animarum dictæ Ecclesiæ ad Moniales spectare,
prout spectat, vt fuit dictum in d. decisione in hac causa fa-
cta coram me in principio; multò magis infertur ad eas
etiam Ecclesiam pertinere; sanctitas † enim loci ordina- 6
tur ad sanctitatem homini, qui in loco sacro cultum Deo
exibet. 4. *dist. per tot.* & vt dicit sacra Scriptura (Non pro-
pter † locum geotem, sed propter gentem Dominus lo- 7
cum elegit) D. Thom. 2. 2. *quæst* 99 *art.* 1.

Præterea pro Ecclesia Regulari, & dependenti à dicto
Monasterio fuit habita per Visitatorem Apostolicum de
anno 1582. & talis nominatur; & reputatur in pluribus
visitationibus Ordinariorum, quibus † multum est tri- 8
buendum circa qualitatem, & statum Ecclesiarum, Ve-
rall. *decis.* 158. *par.* 2. Seraph *decis.* 780. *num.* 1. & 2. & *de-
cis.* 1272. *num.* 3. & *in recent decis.* 371. *num.* 2. *par.* 1. &
decis. 573. *par.* 2. & fuit latè dictum in prædictis decisioni-
bus in hac causa factis.

Tandem accedit quasi possessio Monialium deputandi
Vicarios pro exercitio curæ ad nutum per vltrà 40. annos,
ex qua † quadragenaria possessione benè etiam infertur 9
ad regularitatem, & in puncto, Seraph. *decis.* 1304. *nu.* 1.
vers. 3. comprobatur.

Et ità Monialibus tantùm informantibus, &c.

* Est decisio 53. supra in hac parte, & pariter suprà adest alia in eadem causa 13. Martij 1626. est decisio 5.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Leodieñ Collectarum.

Die Veneris 7. Aprilis 1628.

ARGVMENTVM.

Confirmatio, quando dicatur facta ex certa scientia, & quando in forma communi Clausula, ex certa scientia, circa quod operetur.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio facta ex certa scientia, non autem in forma communi habet vim nouæ concessionis, & ampliationis.*
2 *Confirmatio, quando dicatur facta ex certa scientia.*
3 *Confirmatio, ad hoc vt dicatur facta ex certa scientia ad hunc effectum debet narrari totum factum, vel inseri eius tenor.*
4 *Confirmatio, tunc dicitur facta ex certa scientia, quando est facta cum causæ cognitione.*

5 *Confir-*

5 *Confirmatio, tunc dicitur facta in forma communi, quando non adest causæ cognitio.*

6 *Confirmatio dicitur facta ex certa scientia, si constet Papam ex præcedentibus, & subsequentibus fuisse informatum.*

7 *Confirmatio dicitur facta ex certa scientia, si in confirmatione adsit tenor rei confirmatæ.*

8 *Papa, si in confirmatione dicat ex certa scientia, nihilominus confirmatio non censetur facta causa cognita.*

9 *Clausula, ex certa scientia operatur circa ea, quæ sunt iuris non autem facti.*

10 *Clausula, ex certa scientia, tunc non operatur, circa ea, quæ sunt facti, quando Papa ignorauit præiudicium tertij.*

11 *Clausula, ex certa scientia, tunc etiam operatur, circa ea, quæ sunt facti, si scierit præiudicium tertii.*

12 *Confirmatio vnionis, si petatur, quæ non est sortita effectum, & quæ fuit reuocata per regulas nouas Papæ, signatura confirmationes huiusmodi nihil releuant.*

13 *Clausulæ derogatoriæ, quæ sint fortiores.*

14 *Confirmatio, vt dicatur facta in forma specifica, requiritur citatio partis.*

15 *Confirmatio, si fiat parte citata, dicitur facta cum causæ cognitione.*

16 *Papa, si procedat per viam gratiæ, & non per viam iustitiæ non requiritur partis citatio.*

17 *Citatio partis non requiritur in gratia facta ex certa scientia.*

18 *Clausulæ generales non alterant dispositionem.*

DECISIO CLXVI.

CLEMENS VII. per suum priuilegium, quod refert Decianus *in consil. 51. nu. 18. 19. & 27.* exemit milites Hierosolymitanos ab omni iurisdictione, correctione, visitatione, &c. quoruncunque Patriarcharum, &c. & eximit eos ab omni solutione, & exactione passagij, pedagii, gabellæ, datij, tractæ, collectæ, procurationis iocundi aduentus, &c. & voluit quod tali exemptioni, & immunitati, & singulis in ea contentis non possit per quascunque clausulas generales, vel speciales etiam derogatoriarum efficaciores, & insolitas, ac etiam irritabilia decreta sub quauis expressione verborum nullatenus derogari, nec derogatum censeri, nisi tenor dictæ exemptionis de verbo ad verbum nihil omisso insertus foret, & magistro, & conuentui d. ordinis legitimè fuerit intimatus, vel eorum assensus habitus, & quod aliter factæ derogationes, nemini suffragari valeant neque ad earum obseruantiam milites teneri posse, neque resistentes; & inobedientes puniri, & sic in præmissis, &c. iudicari debere, ac irritum, & inane, &c. per quod priuilegium, & illius confirmationes Rota resoluit in hac causa 19. *Martij* 1604. *coram bon. mem. Attrebaten. & 19. Aprilis* 1619. *& 24 Aprilis* 1623. *coram bon. mem. Buratto*, non potuisse per Clerum onerari Commendatarium S. Io. Hierosolymitani, quod dictum secuta fuit Rota *in alia causa Meliten. Collectarum 7 Maij* 1627. *coram R. P. D. meo Vbaldo*, & cum supra ista exemptione fuisset lata sententia Rotalis dubitaui, an esset confirmanda, vel infirmanda.

Et cum Clerus præcipuum aceret fundamentum super Breue Pij IV. sub dat. 3. Iulij anno 1. in quo disponitur, quod quicquid per Clerum ratione communis subsidij ad vtilitatem Prouinciæ, aut subuentuum Imperij publico consensu hactenus factum est ac posthac, ac quandocunque, & quotiescunque fieri continget ab omnibus, & singulis Capitulis Ecclesijs, Abbatibus, Prioribus, monasterijs, & conuentibus, & eorum singularibus personis cæterisque de Clero existentibus quacunque dignitate, & exemptione fulciantur, tam coniunctim, quàm diuisim exigi debere, illosque efficaciter obligatos fore, nec eos vel eorum quempiam vllius exemptionis, vel alterius cuiuscumque priuilegij, velamento contra ea se tueri neque illa eis adhuc in aliquo prodesse posse, &c. non obstant præmissis, ac Lateranen. & generalium Conciliorum, alijsque Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Sinodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, ordinationibus, necnon Ecclesiarum, monasteriorum, &c. statutis, &c. exemptionibus, & litteris Apostolicis specialibus, & generalibus illis eorum Prælatis, &c. sub quibuscunque tenoribus, formis, ac cum quibusuis etiam præseruatiuis, restrictiuis, & innouatis clausulis irritantibus, & alijs, decretis quomodolibet concessis confirmatis, & innouatis contrarijs quibuscunque per quas clausulas derogatorias prætendebatur sufficienter fuisse derogatum clausulis indulti Clement. VII.

Cæterum hoc non obstante fuit dictum sententiam
Rotalem esse confirman. quia admisso fine veri præiudi-
cio, quæ collectæ legitimè fuerint impositæ, & quod di-
ctæ clausulæ derogent clausulis Indulti Clem. VII. quod
confirmatio priuilegiorum facta per Pium IV. tanquam
anterior non tollat hoc Breue, & quod istud Breue etiam
sit in forma probanti, quod tamen est in confesso
non esse; nihil non releuat stantibus confirmationibus
priuilegiorum post dictum Breue emanatis, præsertim Six-
ti V. Greg XIII. S. M. Clem. VIII & Pauli V. quæ con-
firmationes cum fuerint factæ ex certa scientia non † au- 1
tem in forma communi habent vim nouæ concessionis, &
ampliationis *c. si Apostolicæ, & ibi glos. in verbo confirma-
mus de præb. in 6. cap quia diuersitatem in 2. p. de concess.
præb. c. 1.* vbi Abb. & alij *& præsertim* Dec. *num.* 46. *&
seqq. de confirm. vtil. vel inutil.* Ruin. *cons.* 31. *num.* 5. *lib.* 1.
Gozzad. *cons.* 62. *num.* 15. Hostien. *in cap.* 1. *nu.* 7. *de tran-
sact.* & fuit dictum in *causa Toletana admissionis* 17. *Iunij*
1609. *coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Antiocheno.*

Quod autem confirmatio fuerit ex certa scientia satis
depræhenditur ex verbis ipsarum constitutionum in eis
enim narrantur singulariter priuilegia concessa Religioni
videlicet Leonis V. Clem. VII. Pauli III. Pij IV. Pij V. &
narrantur exēptiones in eis contenta scilicet à solutione, &
exactione decimarum censuum iurium, & sinodalium,
& Canonicarum portionum, seù charitatiui subsidij, ac
iocundi aduentus, seu quartæ, aut aliàs quomodolibet,
aut aliorum quoruncumque onerum, sub certis mo-
do, & forma exemerint, & liberauerint scilicet Pontifi-
ces prænominati, prout in diuersis Prædecessorum desu-
per confectis litteris plenius continetur, &c. & tandem
subditur motu proprio. Non ad Magistri, &c. † sed ex 2
certa scientia, & de mera nostra liberalitate, ac Aposto-
licæ potestatis plenitudine omnia, & singula priuilegia,
Indulta, facultates, exemptiones, immunitates, liber-
tates, & alias gratias eidem magistro, & conuentui quo-
modolibet concessa Apostolica auctoritate tenore præ-
sentium confirmamus, & approbamus, illisque perpetuæ,
& inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ac omnes, &
singulos tam iuris, quàm facti defectus si qui forsan in-
teruenerint supplemus, &c. vnde attento tenore non po-
sest ambigi, quod confirmatio priuilegiorum fuerit facta
ex certa scientia, nam licet aliqui velint, † quod ad hunc 3
effectum debeat narrare totum factum, vel inseri totus
tenor priuilegij Abb. *in c. quia diuersitatem num.* 9. *in fin. de
concess. præb.* Card. *cons.* 44. *num.* 6. *Attamen tutior est opi-
nio glos. in c.* 1. *in vers. de quæst.* de confirmat. vtili, vel
inutili quod confirmatio † ex certa scientia tunc dicitur, 4
quando est facta cum causæ cognitione, in forma verò
communi dicitur facta † quando non adest causæ cogni- 5
tio, & idem dicit Afflict. *in tit. de Iure suæ curiæ obser.
num.* 5. *R.* 4. *lib.* 3. Barbat. *inter cons.* Alex. *cons.* 123. *num.*
18. *vol.* 4. *& idem* Alex *cons.* 13. *num* 2. *in fin & num.* 3.
lib. 5. vbi quod quando ex præcedentibus, & sequenti-
bus constat Papam † fuisse informatum, si dicatur post- 6
modum ex certa scientia, prout in casu nostro confirma-
tio præsumitur ex certa scientia, in prædictis † autem 7
confirmationibus fuit inserta substantia priuilegiorum
confirmatorum, quæ ostendit causæ cognitionem *glos.
in c. pastorales §. Præterea in vers. ex certa scientia de offic.
deleg.* Felin. *in c. cum inter col.* 1. *&* 2. *de except.* Dec *in
porrecta num.* 15. *de confir. vtili, vel inut.* Rom. *cons.* 327.
num 7. Gabr. *cons.* 183. *num.* 14. *lib.* 2. & fuit dictum in
causa *Abulen Iurisdictionis* 25. *Ianuarij* 1588. *coram Ora-
no*, & in similibus terminis fuit resolutum in causa *Toleta-
na admissionis* 17. *Iunij* 1609. *coram Reuerendiss. D. meo Pa-
triarcha Antiocheno.*

Neque obstat quòd licet Papa † dixerint ex certa scien- 8
tia nihilominus cōfirmatio non censetur facta causa cogni-
ta, & sic ex certa scientia cum hæc clausula operetur cir-

ca ea,

9 ca † ea , quæ sunt iuris , non autem circa ea , quæ sunt
facti , vt in punctò dicit Afflict. *in tit. de Iure suæ curiæ
obseruando loc. cit. num.6.* & de Constitutione reuocata
Castr. *cons. 84. num.4. & 5. lib.2. & cons. 230. num.3. eod.
lib.2.* Sebast. Sappia *in addit. ad Abbatem in cap. inter dile-
ctos sub num. 8. in littera A. in verbo priuilegium de fid. in-
stram.* Cresc. *decis. 8. de priuil.* Put. *decis. 26. de præb.
A.A. in epit. de subrept. & obrept. num.* 6. Quia hoc di-
ctum est verum , quando Papa ignorauit præiudicium
10 tertij † tunc enim clausula ex certa scientia operatur quo-
ad ius , non quoad factum , & ita declarat Aff. *loc. cit.
&* Castr. *d. cons. 84. num.4. & 5. lib.2.* in casu autem no-
stro Papa sciuit præiudicium tertij , ex quo fuit inserta
11 substantia † priuilegiorum , & quid continerent , vnde
clausula ex certa scientia operatur *glos. in cap. statutum in
verbo litterarum de rescript. in 6.* Abb. *in cap. cum inter nu.*
8. Felin. *num.1.* Dec. *num.15. de except.* Alex. *cons. 122. num.
23. lib.4.* Gemin. *in cap.1. num.25. de constit. in 6.* Paris. *cons.
3. num. 55. & 57. vol.4.*

Non obstat etiam quod constitutio Clem. VII. & con-
firmatio Pij IV. videantur reuocatæ per prædictum Breue
Pij IV. posterius , quare sequentes confirmationes non
possunt suffragari , vt est notabile Cancellariæ his verbis
12 conceptum , vbi petitur † confirmatio vnionis , quæ
non est sortita effectum , & quæ fuit reuocata per regu-
las nouas Papæ signatura confirmationes huiusmodi nihil
releuant , cum si Papa sciuisset illas reuocatas non con-
gessisset , quia fuit responsum quod in terminis dicti no-
tabilis Papa non ignorabat regulas Cancellariæ , sed igno-
rabat factum scilicet quod vnio non fuerat sortita effe-
ctum , qui non sunt termini nostri , nam in casu isto Pa-
pa voluit confirmare priuilegia non obstan. quibuscunque
in contarium facientibus , & sic voluit tollere de medio
Breue Pij IV. vt patet in dd. confirmationibus ibi non
obstantibus piæ memor. Bonifacij VIII. ac alijs quibusuis
Apostolicis , necnon in Prouincialibus , & Sinodalibus
Concilijs editis specialibus , vel generalibus constitutio-
nibus , & ordinationibus , necnon iuramento confirma-
tione Apostolica , vel quauis firmitate alia roboratis sta-
tutis , & consuetudinibus , priuilegijs quoque indultis ,
& litteris Apostolicis quibusuis personis etiam locorum
Ordinarijs sub quibuscunque tenoribus , & formis , ac
cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs , alijs-
que efficacioribus , & insolitis clausulis irritantibus , &
alijs decretis etiam motu , & scientia similibus etiam
concistorialibus , & de fratrum nostrorum consilio in con-
trarium quomodolibet concessis , confirmatis , appro-
batis , & innouatis , quibus omnibus etiamsi de illis ,
eorumque totis tenoribus specialis specifica , & indiuidua
mentio , seu quæuis alia expressio habenda , aut aliqua
alia forma ad hoc seruanda foret præsentibus pro sufficien-
ter expressis , & insertis habentes , &c. derogamus : &
præseruantur solum certæ litteræ Pij V. & Gregor. XIII.
Ecclesiæ , & personæ in his , quæ ad curam animarum
pertinent , in quibus volunt , quòd decreta sac. san.
Concil. Trid. seruentur , quare manifestissimè apparet
quod per istas confirmationes fuit derogatum clausulis ap-
13 positis in Breue Pij IV. cum † istæ sint fortiores , & ha-
beat derogatorias derogatoriarum , quæ tollunt dictum
Breue Pij IV. ex allegatis per Gonzal. *ad reg. 8. glos. 36.
num. 9. & seqq.* eoque magis dictæ clausulæ operantur ,
quia etiam quod de dicto Breue Pij IV. debuisset fieri
mentio , nihilominus hoc etiam censetur sublatum ex
dd. constitutionibus , quod sufficit per derogationem ex
allegatis per Gonzal. *loco citato numer. 22. cum pluribus
seqq.*

14 Non obstat , quod ad effectum quod † confirmatio di-
catur facta in forma specifica requiritur citatio partis
Mand. *in reg. 22. quæst. 10. num. 11.* qui plures alios alle-
gat. Quia est verum , quod quando confirmatio fit parte
15 citata , dicitur facta ex certa scientia † cum tunc dicatur
facta cum causæ cognitione , idem tamen est si aliter ap-
pareat de certa scientia Principis , prout apparet ex præ-
dictis Aff. *loco superius allegato* ; neque in hoc casu de
iure fuit necessaria aliqua citatio , cum summi Pontifi-
16 ces † processerint per viam gratiæ , & non per viam iusti-
tiæ , vt eleganter declarat Rom. *in cons. 369. numer. 49.*
Emanuel à Corta *in l. Gallus §. & quid si tantam num. 158.
ff. de lib. & postb* Bell. *in cap. inter quatuor num. 3. de Ma-
ior. & obed.* Dec. *cons. 498. num. 31. & seqq.* & simplici-
17 ter quod non requiratur citatio partis † in gratia facta ex
certa scientia , Felin. *in cap. ex parte num. 42. de rescript.*

Denique non obstat , quod dictæ confirmationes nun-
quam habuerint effectum , quia quicquid sit de hoc ,
cum non probetur , & cum in confirmationibus sit dero-
gatum consuetudinibus contrarijs , hoc sufficit , & licet
ista derogatio † sit in clausulis generalibus quæ non al- 18
terant dispositionem , attamen satis est , quòd declaret
in quibus terminis illa procedat Bald. *in l. eam quam numer.
37. C. de fideicom* Dec. *cons. 423. in fine , latè* Surd. *308. num.
40.* & fuit sæpissimè in Rota resolutum.

Et ita conclusum pro confirmatione sententiæ Rotalis
vtraque parte informante , cum alia sint benè sublata ex
decisionibus bon. mem. Attrebaten. & Buratt. &c.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Romana Dotis , siue Saluiani.

Die Veneris 7. Aprilis 1628.

A R G V M E N T V M.

Agitur latè de materia donationis bonorum primogenituræ, obtenta super hoc amplissima licentia à Principe de illis donandis , cui quis voluerit.

S V M M A R I V M.

1 *Hypotecandi facultas non venit sub licentia donandi etiam si vigeat maior ratio in vno, quàm in alio.*

2 *Licentia Principis non extenditur de persona in personam, sed requiritur nouus consensus & num. 3.*

4 *Licentia contra ius commune obtenta est strictè intelligenda.*

5 *Castrum Graffignani est feudum dignitatis , scilicet comitatus erecti ab Eugenio IV.*

6 *Priuilegium non suffragatur circa non expressa.*

7 *Facultas data alicui de alienandis bonis primogenituræ, intelligitur non existentibus bonis liberis.*

8 *Verba intelligi debent secundum subiectam materiam.*

9 *Consensus limitatus non porrigitur vltra.*

10 *Restrictio facta de mente concedentis est attendenda.*

11 *Dictio, &, est copulatiua , & coniunctionem vnius cum altero operatur.*

12 *Verba, per chi più gli parerà, quid importent. num. 14. & 21.*

13 *Priuilegium concessum alicui, de nominando certam personam ad aliquid , non potest illam omittere , aliamque nominare.*

15 *Verba non debent esse superflua , nec illis incontinenti est danda correctio.*

16 *Principes de facili ex iustissima causa solent concedere facultatem obligandi ex causa dotis , bona primogeniture, & alia prohibita alienari, & obligari.*

17 *Ad primogenituræ, & primogenitorum augumentum, & honorem, quæ respiciat , & num. 18.*

19 *Matrimonio , quando lex consentit , censetur etiam consentire doti.*

20 *Causa impulsiua facilitandi matrimonium ex quibus colligatur .*

22 *Gratia concessa alicui à Principe , an sit regulanda à declarationibus , & à precibus Principis porrectis.*

23 *Gratia Principis amplissima , quæ non emanauit per verbum, fiat, est attendenda, & non supplicatio .*

24 *Relatiuum quid operetur , & maximè quando relatio est simplex, & absoluta , num. 25.*

26 *Clausula quorum tenores , quid operetur.*

27 *Verbum, liberè, importat liberum , & absolutum arbitrium disponendi, & num. 49.*

28 *Geminatio verborum multum operatur , ad ostendendam magis eaixam alicuius voluntatem.*

29 *Reseruatio specialis non alienandi in vno casu , importat in alijs omnibus casibus concessa facultas alienandi . & num. 42. & 43.*

30 *Feu-*

30 *Feudum potest reputari, & donari proximo successuro.*

31 *Et an possit vni ex filijs dari in præiudicium aliorum.*

32 *Pactum in inuestitura feudi, quod non alienetur, intelligitur de non alienando in extraneum.*

33 *Feudum hæreditarium, aut fœmininum potest alienari in quoscumque extraneos.*

34 *Arbitrium, quando datur ei, qui illud habet tale arbitrium, ne sit superfluum, operatur liberum, & absolutam voluntatem, & nu. 49.*

35 *Hæredi grauato, si detur facultas alienandi pro suis necessitatibus, & suo arbitrio.*

36 *Tunc illa verba, & suo arbitrio, operantur: vt etiam non consistens in necessitatibus possit alienare.*

37 *Grauatus tenetur restituere, quicquid tempore mortis superest, reseruato quadrante pro fideicommisso.*

38 *Grauatus restituere, si ei sit data licentia alienandi, potest omnia alienare, & nu. 39.*

40 *Donandi facultas comprehendit hypotecam secundum veriorem opinionem.*

41 *Feudum potest hypotecari ex causa dotis.*

42 *Ius Principis si sit reseruatum, nihil refert si sub generali licentia alienandi, & donandi veniat hypoteca.*

45 *Alienationi feudi per quemcunque vassallum in secundum successorem, quando Princeps videatur consensum præstitisse.*

46 *Probatio, quæ non sufficiat ad effectum subreptionis.*

47 *Nomen quando exprimitur, opus non est alia demonstratione.*

48 *In feudis simplex consensus Principis alienandi quid operetur.*

50 *Molin. Seraf. & alij declarantur.*

51 *Mulier pro satisfactione suæ dotis, super quibus bonis possit facere executionem.*

52 *Bona intricata, & debitis grauata, non dicuntur libera, adhoc vt mulier dicatur satisfacta de sua dote.*

DECISIO CLXVII.

FVIT resolutum die 10. Iunij 1626. * D. Domitillam de Cæsijs vxorem q. Adriani Baleoni pro dote scutorum 24. mill. & alijs iuribus dotalibus esse immittendam vigore vtilis Saluiani in possessionem Castri Graffignani, & aliorum stabilium, quæ D. Iulia de Balleonibus prius dederat dicto Adriano eius filio, cum constitutione primogenituræ, & prohibitione alienationis, nisi pro assecuratione, & restitutione dotis prima vice recipiendæ, vt plenius in decisione dicta die in hac causa facta coram me: quia fuit confirmata die 2. Decembris eiusdem anni. Sed quia in dicta secunda decisione fuit reseruatum, vt videretur, an prætensæ hypotecæ ratione dictæ dotis super dicto Castro, quæ est fundamentum Saluiani, obstent Constit. Sixti V. Clement. VIII. & Pauli V. prohibentes alienationis, & obligationes rerum feudalium; & iurisdictionalium fuit propterea sæpius disputatum super dicta reseruatione, & Constitutiones non obstare prætendebatur ex duplici capite, nempè ex quo in illis videtur excepta causa dotis, & quia D. Iulia quando dedit Adriano hypotecandi licentiam pro prima dote, habebat & ipsa eamdem facultatem sibi à Paulo V. concessam cum derogatione dictarum Constitutionum in scriptura eius manu signata, vulgò Chirographum nuncupata. Verùm DD. die 19. Ianuarij præteriti, circumscripto primo capite ordinarunt, vt strictè informaretur super viribus dicti Chirographi, quia quatenus Chirographum suffragetur d. Domitillæ (quicquid sit in simplicibus terminis) consequenter ei in hoc casu non obstant d. Constitutiones, quibus fuit in eod. Chirographo plenissimè derogatum.

Vndè strictè ad Chirographum eius formalia verba, ex quorum intelligentia, & interpretatione tota difficultas pendet, sic se habent. *Hauendo risoluto Giulia Baglioni, si come ci hà fatto esporre di far donatione à fauor d'Adriano figliuolo, con vna primogenitura di tutti li suoi beni, trà quali vi è il Castello di Graffignano, che hà annessa giurisdittione, & non potendo farla senza nostra licenza, ostandogli le Constitutioni di Sisto V. e Clemente VIII. nostri Predecessori di fel. mem. & anco la nostra vltimamente promulgata di non alienar beni giurisdittionali senza licenza della Sede Apostolica, ci hà però con molt'istanza fatto supplicare di volergli concedere la sopradetta licenza. Noi volendo fargli fauore, e gratia particolare ci contentiamo gratificarla in questa sua dimanda. Onde di certa scienza, e pienezza della nostra potestà, senza però pregiuditio alcuno delle ragioni, ch'in qualsiuoglia modo, ò per qualsiuoglia capo, & pretesto, competino, ò possino, ò potranno competere nel detto Castello, & altri beni sudetti alla Camera nostra, alla quale non intendiamo in modo alcuno di pregiudicare, ma perseruargli tutte, e singoli sue ragioni con la presente concediamo alla detta Giulia licenza, & facoltà di poter donare al detto Adriano, e suoi heredi, & successori, e per chi più le parerà, o piacerà, e di fare detta primogenitura delli detti suoi beni, e Castelli di Graffignano con sua giurisdittione, nel modo, e forma, che similmente più le parerà, e piacerà da specificarsi nell'instromento, che si stipulerà sopra di ciò liberamente, e senza incorso di pena alcuna, non ostante le Constitutioni sudette di Sisto V. e Clemente VIII. nostri Predecessori, & anco la nostra di non alienare beni giurisdittionali, caso che ostino, & altre Constitutioni, & ordinationi Apostoliche, & altre cose che facessero in contrario per la causa predetta alle quali tutte hauendo li loro tenori per espressi, e registrati di parola in parola per la validità della presente espressamente deroghiamo. Dat. nel nostro Palazzo di Monte Cauallo il dì 17. Aprile 1618. C. Paulus Papa V.*

Et Chirographum non suffragari D. Domitillæ contendebant Informantes ex aduerso his potissimum rationibus. Primò quia per illud solum videtur D. Iuliæ data licentia donandi Adriano eius filio, eiusque hæredibus, & successoribus, necnon erigendi primogenituram ad eorum fauorem; in materia autem feudali, & similibus, cum sint stricti iuris, sub dicta licentia † donandi non venit facultas hypotecandi, etiam quod vigeat maior ratio in vno casu, quàm in alio. Hern. *in c. Imperialem num. 5. & seqq. de prohib. feud. alien. per* Feder. Frecc. *de subfeud. lib. 2. q. 9.* Intrigliol. *de feud. centur. 2. art. 6. nu. 25.* Rosental. *de feud. c. 9. concl. 44. nu. 1. & seqq.* Cald. *de emphyt. lib. 4. c. 3. n. 12. & seqq.* Franc. à Ponte *de potest. Proreg. tit. 8. de refut. feud. §. 6. n. 4. & 5.* Vincent. de Franch. *decis. 71. nu. 16.* Surd. *decis. 254. n. 5. & 26. in fin. & alij plures allegati per* Pacif. Salu. *inspect. 3. c. 2. n. 36.* 1

Secundò, quia dicta hypoteca non fuit constituta per D. Iuliam, cui fuit à Papa data † licentia, vnde non potuit ipsa dictam licentiam extendere ad Adrianum eius filium, qui dictam hypotecam imposuit, sed opus erat quoad eum nouo Principis consensu. Aluarot. *in d. c. Imperialem in princ. vers. quæro cum glos. num. 8. de probib. feud. alien. per* Feder. Corbul. *de emphyt. de caus. priuat. ob alien. ampl. 8* & maximè in specie Calcan. qui citat. Speculat. *cons. 50. incipit non est dubitandum*. Cum enim vt dictum est dicta † licentia sit strictè intelligenda, ex quò feuda de iure communi etiam ex causa dotis, seu alterius necessitatis non possunt alienari, *§. necessitate, & §. donaro tit. qualit. ol. feud. alien. poter. §. 1. de probib. feud. alienat. per* Lottar. Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum nu. 84. de Constit.* Ias. *in auth. res quæ nu. 26. C. comm. de legat.* Ofasc. *decis. 165. num. 3.* non extenditur † de persona ad personam Dec. *cons. 395. num. 2.* Corbul. *vbi supra ampliat. 4. nu. 5.* Paleaz Merez *de Maior. par. 4. limit. 1. num. 131.* 2 3 4

Tertiò, & vltimò addebant quod cum d. Castrum Graffignani † sit feudum dignitatis scilicet Comitatus erecti ab Eugenio IV. vt testatur Gabr. *cons. 79. lib. 2.* & hæc qualitas non fuerit † Papæ narrata, & in d. Chirographo expressa, propterea quoad illud non videtur dicta licentia suffragari. Freccia *de subfeud. lib. 3. de differ. feudor. diff. 1. num. 6.* Et in omnem casum † bona libera Adriani esse prius excutienda Camerar. *in d. cap. Imperialem lit. M. vers. limitatur*. Minand. *decis. 53.* & Franc. de Ponte *vbi supra tit. 6. num. 38.* Molin. *de Hispan. primog. lib. 4. cap. 7. nu. 1. & seqq.* Peregr. *de fi-* 5 6 7

de fideicomm. art. 42. *numero* 76. Seraphin. *decis.* 440.
num. 4.

Nec obstare verba illa licentiæ, ibi; *e per chi più gli*
parerà, e piacerà, & alia similia verba eiusdem, quia
videbatur illa sunt restringenda ad solam erectionem pri-
mogenituræ, & ad facultatem donandi Adriano, & eius
descendentibus, de quibus principaliter agebatur sub qui-
bus iuxta prædicta non venit facultas hypotecandi,
8 sunt enim dicta verba † de iure intelligenda iuxta sub-
iectam materiam retento eodem principali themate;
itaut vigore dictæ licentiæ possit constitui primogeni-
tura, & fieri donatio ad fauorem cuiuslibet ex descen-
dentibus, cui magis D. Iuliæ placuerit, & cum mo-
9 dis, & formis sibi benè † visis conformibus tamen do-
nationi, & primogenituræ ad fauorem prædictorum,
Natt. *cons.* 582. *numer.* 1. *& seqq.* Dec. *cons.* 379. *numer.* 6.
Mantic. *de tacit. lib.* 2. *num.* 37. *&* 42. Mart. *clas.* 38. *num.*
10 3. *par.* 2. & tanto magis quia dicta restrictio videtur de †
mente Papæ in dicto Chirographo ibi, *per la causa pre-*
detta, quæ causa non videtur fuisse alia quàm dicta do-
natio, & primogenitura, iuxta *text. in l. qui liberis*,
§. hæc verba, ff. de vulgar. & pupill.

Sed his non obstantibus maior pars DD. resoluit Chi-
rographum suffragari D. Domitillæ, quia ex eius lectura,
& setiè clarè conspicitur fuisse D. Iuliæ concessam fa-
cultatem donandi, seu adijciendi grauamina, & con-
ditiones non solum ad fauorem Adriani, & illius de-
scendentium, & successorum, sed etiam alterius cuius-
libet ex verbis Chirographi, ibi, *Concediamo alla detta*
Giulia licenza, & facoltà di poter donare al detto A-
driano, e successori, e per chi più le parerà, &c. pon-
derando illa verba, *e per chi più le parerà, &c.* quæ
dubio procul in hoc casu sunt ampliatiua personarum, ex
quo in verbis immediatè antecedentibus de personis men-
tio facta fuit, nempè Adriani, & eius successorum. Vn-
de intelligi debent de alijs personis distinctis, & diuersis
ab antea mentionatis, & sic diuersis ab Adriano, & eius
descendentibus ampliatiuè tamen, & copulatiuè simul
Adriano, itaut primogenitura seu donatio, cantare
principaliter debeat, & sit facienda ad fauorem, & il-
lius descendentium, simul tamen cum eis posse etiam
adijci pacta, conditiones, & grauamina ad fauorem,
& cum participatione aliorum, hoc enim important di-
11 cta verba, *e chi più, &c.* hoc est dictio, *&*, † est co-
pulatiua, & coniunctionem vnius cum altero operatur,
Soccin. Sen. *cons.* 40. *num.* 28. *lib.* 4. Natt. *cons.* 573. *numer.*
14. & auget dispensationem, *l. si adiiciatur, ff. pro* Soccin.
l. ea tamen adiectio, ff. de legat. 3. Alexan. *consil.* 120. *num.*
1. *lib.* 1. præsertim in casu nostro, cum sequantur illa ver-
12 ba, † *per chi più*, quæ vt patet ad sensum personarum
augumentum inducunt, retenta primogenitura, & dona-
tione ad fauorem Adriani, & descendentium. Vt potuit
D. Iulia simul cum primogenitura, vigore dictæ licentiæ
dare facultatem Adriano hypotecandi primogenituræ pro
restitutione dotis, prout etiam & ipsa poterat, vt inferius
latius comprobabitur.

Et quod iste sit verus sensus prædictorum verborum,
inde clarius colligitur: nam ex quo Adrianus, fuit in specie
nominatus in Chirographo, seu licentia Papæ, non potuit
D. Iulia vtendo dicta licentia, quoad primogenituram ab
13 eo recedere, † illumque omittere, & alium nominare,
Molin. *de Hispan. primog. lib.* 2. *cap.* 55. *num.* 42. Merez.
de Maiorat. part. 4. *quæst. prima limita prima numer.* 136.
& Surd. *decis.* 325. *num.* 9. Vnde dicta verba, *e per*
chi più, non possunt intelligi de Adriano, & eius suc-
cessoribus, itaut per ea fuerit solum data facultas eli-
gendi inter eos, quod si ab Adriano non fuit licitum re-
cedere, idem necessario dicendum est, quod eius descen-
dentes, respectu quorum nulla aderat electio, quia esset
contra naturam primogenituræ, quadoquidem ea iam
fundata in Adriano facultas erigendi illam, fuit consum-
pta, & illius descendendes, & successores maiores natu,
erant ad eam necessariò vocati, & successuri, igitur præ-
14 dicta verba, † *e per chi più*, sunt ad alios referenda, non
quoad essentiam primogenituræ, quia illa sine dubio so-
lùm fieri poterat ad fauorem Adriani, & descenden-
tium, sed quoad facultatem donandi, & grauamina,
& conditiones adijciendi in primogenitura ad fauorem
aliarum personarum retenta primogenitura, alioquin
aut dicta verba essent superflua, aut daretur correctio
15 † incontinenti contra regulam *text. in l. nam ea, ff. de*
de condit. & demonstr. & simili ponderat Surd. *cons.* 16.
num. 6.

Quæ facultas vigore dd. verborum ideò magis debet
suffragari D. Domitillæ, ex quo quasi quid ordinarium
solent de facili † Principes, veluti ex iustissima causa 16
moti, concedere facultatem obligandi ex causa dotis bo-
na primogenituræ, aut aliàs prohibita etiam ob eam
causam alienari, & obligari, Greg. Lopez *in lib.* 10. *tit.*
26. *part.* 4. Couarru. *lib.* 3. *variar. cap.* 6. *numero* 11. Me-
rez *de maior. part.* 4. *quæst.* 5. *limit.* 1. *num.* 7. vnde ex su-
pradictis verbis, & sequentibus, ibi, *nel modo, & for-*
ma che più le parerà, censeri debet simul cum primogeni-
tura data D. Iuliæ absoluta potestas adijciendi onera &
grauamina iusta, & præsertim quæ tendunt ad conti-
nuandam, & perpetuandam primogenituram, prout
quod eius bona, aliàs prohibita alienari sint pro restitu-
tione dotis obligata, quod dubio procul potius † respicit 17
ad augumentum, & honorem primogenituræ, & pri-
mogenitorum, quàm ad damnum, & detrimentum eo-
rum, iuxta ea, quæ latè tradit Molin. *de Hispan. pri-*
mog. lib. 2. *cap.* 52. & maximè, † cum tale onus, & gra- 18
uamen sit aliàs iuri communi conforme, *Auth. res quæ*
cum ibi notat. C. commun. de legat. Camer. *in cap. Imperia-*
lem fol. 52. *sub littera L. in fin. vers. sed quia pro matrimonio,*
& littera seq. de probib. feud. alien. per Feder. vbi quod
quando lex † matrimonio consentit, censetur etiam con- 19
sentire doti, Molin. *de Hispan primog. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 2.

Et quod Papa in prædictis verbis voluerit huiusmodi fa-
cultatem D. Iuliæ tribuere, & remouere impedimen-
tum, quatenus adesset, videtur nedum verisimile, sed
prorsus indubitatum, quia clarum est, & colligitur ex
tenore primogenituræ, quæ in vim dictæ facultatis
fuit statim erecta, quod ipsa supplicauit Papæ, & ob-
tinuit dictam licentiam ea mente, & intentione, vt
Adrianus eius filius facilius, & decentius matrimonium
contraheret, vnde cum iam tunc (vt est notorium)
tractaretur matrimonium Adriani cum Domitilia,
consequenter intentio Iuliæ, dum impetrauit dictam li-
centiam, dirigebatur ad facilitandum † dictum matri- 20
monium, quod propterea fuit causa impulsiua, ex tra-
dit per Modern. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 9. *num.* 5. *part.*
1. *vbi numer.* 12. *cum seq.* quod in donatione parentum
facta filijs dicitur contemplatum certum matrimonium,
quando iam tunc de illo agebatur, & benè elicitur ex
verbis dictæ licentiæ, ibi, *ci hà però con molt' istanza fat-*
to supplicare, & tanto magis ex quo eius intentioni,
quam vt dictum est, expressit in erectione primogenitu-
ræ, nempe vt Adrianus quamprimum, vt decentius ma-
trimonio collocaretur fuit plenissimè consultum per il-
lud, quod iam eo tempore cum Domitilla tractabatur,
vt fuit ponderatum in dicta prima *decisione in hac cau-*
sa facta vers. non minus. Quapropter, aut prædicta
† verba, *e per chi più*, sunt intelligenda iuxta inten- 21
tionem, & mentem D. Iuliæ de illo tempore, & de eo
videtur hæsitari non posse, quin fuerit qualis dictum
est, aut secundum mentem Papæ, quæ dubio procul
dum ille solum reseruauit iura Cameræ, & voluit D.
Iuliæ singulariter gratificare ex illis verbis, ibi, *Noi vo-*
lendo fargli fauore, e gratia particolare ci contentiamo
gratificarla in questa sua domanda, non fuit alia quàm
ipsamet intentio, & mens dictæ Iuliæ. Et in omnem
casum, quicquid sit de voluntate, & intentione D. Iu-
liæ, obligatio de qua agitur, dum prouenit ex † licen- 22
tia à Principe sibi data, non est regulanda ab eius de-
claratione, nec à precibus Principi ab ea porrectis, quæ
tamen non constat an fuerint limitatæ, sed a dicta am-
plissima Principis licentia, ex quo illa non emanauit † 23
per verbum fiat, sed fuit in dispositiuis extensa, & ter-
minata, quæ propterea est attendenda, non autem sup-
plicatio, & multò minus D. Iuliæ declaratio Dominic.
in cap. ex parte, de elect. in sexto. Imol. *in cap.* 1. *de*
pact. Abb. *in cap.* 2. *de treg. & pac.* Paris. *cons.* 94. *num.*
4. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 58. *numer.* 11. Cassad. *decis.* 6. *de*
rescript. & in terminis dictæ licentiæ. Paleaz Mer. *de ma-*
ior. 1. *p. q.* 60. *nu.* 37.

Tandem videtur penitus cessare omnis difficultas
ex verbis dictæ licentiæ, ibi, *nel modo, e forma, che*
similmente più le parerà, & piacerà da specificarsi nel-
l'instrumento, che si stipularà sopra di ciò liberamente,
quæ operantur, vt quicquid continetur in instrumento
primogenituræ postea confecto, dicatur etiam in licentia
conti-

24 contineri, vt ad † illud relatiua; itaut potius valeat,
& teneat ex licentia quàm ex instrumento, *l. si ita scri-
psero, 38. ff. de condit. & demonstr. l. asse toto, & l. insti-
tutio talis, ff. de hæred. instit. glos. in l. petens, C. de pact.*
Ancar. *cons. 7. num. 2. in fin.* & in puncto Io. Franc. à Pon-
te, *cons. 2. num. 25. vers. ex verbis igitur præfat. consen-
sus, & numer. 26. & 27.* Quod confirmat auctoritate
Isern. Camer. & aliorum, & idem à Ponte *in tract. de po-
test. Proreg. sub tit. 6. de assens. Reg. num. 20. propè fin. vers.
& insuper si assensus eum seqq. vbi num. 34.* quod est com-
mune, & indubitatum, & multò magis in casu nostro,
25 ex quo relatio † Papæ ad instrumenta conficienda est sim-
plex, & absoluta, videlicet sine clausula quorum te-
nores, quia sic est certa indubitata, & indiuidua, cum
dicta verò clausula (quicquid aliud sit quando oppo-
nitur in instrumento iam facto) posset dici, & iu-
26 dicari † ficta, vt etiam in proprijs nostris terminis, aduer-
tit, & ponderat Frecc. *de subfeud. lib. 2. qu. 12. num. 16
& seqq.*

Sed quod magis est, omnes Domini tenentes pro D.
Domitilla, qui, vt dictum est, faciebant maiorem par-
tem fuerunt in eo voto, vt etiam nulla facta primogeni-
tura, aut donatione ad fauorem Adriani, & eius de-
scendentium, sed his penitus circumscriptis, potuit D.
Iulia vigore prædictorum verborum dictæ licentiæ dare
Adriano, simpliciter, absolutè, & independenter à di-
cta primogenitura facultatem obligandi d. Castrum pro
restitutione huius, seù alterius dotis ponderando dicta
27 verba, *e per chi più li parerà*, & illud ibi, † *libera-
mente*, quæ important liberum, & absolutum arbitrium
disponendi, Bald. *in l. 1. num. 37. vers. & not. ff. de rer.
diuis.* Ruin. *cons. 18. num. 9. lib. 1.* Menoch. *cons. 216. nu.
26. & de arbitr. q. 8. num. 12* & in similibus nostris termi-
nis Surd. *cons. 10. per tot.* Mantic. *de tacit. & amb. lib. 23.
titul. 24. num. 1. &* Gram. *decis. 103. num. 130. cum seqq.*
& maximè, quia in d. licentia sæpius inculcatur, quòd
D. Iulia possit disponere, & donare, prout sibi videbi-
28 tur, & pro libito, quæ † geminatio demonstrat enixam
concedentis voluntatem ad *l. Balista, ff. ad Trebell.* Natt.
cons. 160. num. 31. Menoch. *cons. 63. num. 13. lib. 1.* & in
his terminis Surd. *d. cons. 10. num. 33.* Quæ enixa Papæ
voluntas vehementius detegitur, ex quo post tot gemi-
nata, & prægnantia verba denotantia liberam, & abso-
lutam alienandi facultatem, Papa in specie reseruauit
29 iura Cameræ, quæ indiuidua, & † specialis reseruatio
importat in alijs omnibus fuisse indistinctè datam alie-
nandi licentiam, *l. cum Prætor, ff. de Iudic. l. nam quod
liquidè, §. si cui, ff. de pen. legat.* & in simili Rot. *de-
cis. 294. num. 6. par. 2. recent. & in Sabinen. Castri Mon-
tis Rotundi 5. Iulij 1627. coram Reuerendiss. D. meo
Decano.*

Prætereà nisi data fuisset absoluta licentia, sed illa es-
set restricta ad primogenituram, prædicta verba videren-
tur superflua, & nihil operarentur, ex quo etiam si-
30 ne licentia Principis poterat D. Iulia dictum feudum † re-
futare, & donare Adriano proximè successuro iuxta *text.
in §. si libellum de alien. feud. patern. capit. 1. §. etsi Clientu-
lus de feud. alienat.* Afflict. *in cap. 1. §. donare num. 2. qua-
liter olim feud. pot. alien. & idem lib. 3. constitut. rub. 5.
num. 17.* Vincent. de Franc. *decis. 71. num. 17.* prout etiam
31 vni ex alijs † filijs cui voluerit in præiudicium aliorum
Menoch. *cons. 401. num. 45. vers. non obstat nunc.* Corbul.
in tit. de caus. priuat. ob alien. in 6. limit. num. 4. optimè ex
multis latè comprobat Surd. *cons. 305. num. 32. vers.
& quamuis multi vbi num. 33.* Id etiam extendit proce-
32 dere, quando in Inuestitura † adest pactum non alie-
nandi, quia intelligitur de non alienando in extraneum.
Quæ fortius procedunt, si verum est, prout supponitur,
33 quòd dictum Castrum Graffignani est feudum † hæ-
reditarium, aut fœmineum, quod propterea de iure
circumscriptis dictis Constitutionibus, poterat liberè
alienari in quoscunque extraneos Alex. *cons. 28. col.
2. vers. & potuit vol. 5.* Afflict. *in cap. 1. col. 4. versicul.
modo quæro tit. de alien. feud. patern.* Menoch. *vbi supra,
& latius* Surd. *cons. 105. numer. 8.* Igitur facultas liberè
donandi, de qua in dicta licentia, vt aliquid operetur,
necessariò intelligi debet simpliciter, & absolutè etiam
quoad alios, & non restricta ad primogenituram, seu
donationem ad fauorem filiorum, quia quando datur
34 arbitrium ei, † qui illud iam habet, tale arbitrium ne
sit superfluum importat liberam, & absolutam vo-
luntatem Glos. *in l. si quando in princ. ff. de inoffic. test.*
Alex. *in l. si sic num. 10. ff. de leg. 1. & cons. 214. num. 3. lib.
6.* Alciat. *in cap. perniciosam in 3. notab. extr. de offic. ordin.*
Imol. *in l. filius familias ff. de donat.* & in simili optime Surd.
in dicto cons. 10. nu. 33.

Tandem vt congruis exemplis res illustretur, multum
confert, quod resoluit Peregrin. *de fideicom. art. 40. in pri-
ma difficultate num. 46.* Vbi quòd facultas data hæredi gra-
uato, quòd possit alienare pro suis necessitatibus, & suo 35
arbitrio extenditur per dicta verba, *& suo arbitrio*, vt
hæres possit † liberè alienare etiam non constitutus in ne- 36
cessitate, & in fine, quod ita fuit iudicatum, Vndè pa-
riter in casu nostro potuit D. Iulia vigore dictæ licentiæ
circumscripta etiam primogenitura, & donatione ad fa-
uorem Adriani, & successorum liberè donare etiam alijs;
Et non minus conducit, quòd licet † grauatus restituere 37
quicquid superest tempore eius mortis teneatur reseruare
quadrantem pro fideicommisso iuxta dispositionem *text.
in Auth. contra rogatos C. ad Trebell.* si tamen † vlterius 38
data est ei etiam facultas alienandi, illa non restringitur
ad orantem, sed iuxta magis oratorem, & veram opi-
nionem potest totum alienare, Ias. *cons. 232. num. 4. cum
seqq. lib. 2.* Alciat. *cons. 102. lib. 9. &* Decian. *cons. 27. vol.
3.* & ratio est iuxta præcitatos Doctores, quam approbat
Pereg. *d. art. 40. num. 26. vers. contra verò*; quia impu-
tandum † est testatori, cum nimis effuso sermone loqu- 39
tus sit *ad l. fin. C. de dot. promiss.* nè alioquin rei emptor ex
testatoris verbis aptis id comprehendere elusus rema-
neat. In casu autem nostro Papæ, qui sibi iura Cameræ
reseruauit, nihil imputandum est, sed imputet sibi D.
Iulia, quæ ita amplissimis, & prægnantibus verbis licen-
tiam impetrauit, ne D. Domitilla, eiusque parentes,
& consanguinei decepti, & fraudati remaneant, quia
absque dubio d. matrimonio non consensissent, nisi cer-
to certius intellexissent ex supra ponderatis verbis licen-
tiæ de se amplissimis, datam fuisse D. Iuliæ facultatem
assecurandi dotem super bonis primogenituræ, quorum
credulitas, dum iura Cameræ sunt reseruata, & solum agi-
tur de interesse D. Iuliæ eo magis attendenda est, ex quo
eadem D. Iulia in instrumento primogenituræ, quam po-
stea occasione huius matrimonij erexit, inserere fecit teno-
rem dictæ licentiæ, ac eius vigore dedit Adriano dictam
obligandi facultatem.

Ex quibus non obstant in contrarium adducta. Nam
ad primum quod facultas donandi † non comprehendit 40
hypothecam, præterquam quod contrariam opinionem
sequuntur plures, & veriorem dicit Molin. *d. Hispan.
primog. lib. 4. cap. 5. num. 15. cum seqq. &* Cald. *de emphyt.
lib. 4. cap. 15. nu. 17.* in omnem casum iuxta omnes vtrius-
que opinionis sequaces illa non procedit † in hypotheca 41
ex causa dotis Pacif. *de Saluian. inspect. 3. cap. 2. numer.
66.* nec generaliter, quando vt hic data est libera, &
absoluta potestas alienandi posita in voluntate vassal-
li etiam quoad modum, & personas, Rosental. *de
feud. cap. 9. concl. 33. num. 4.* à Pont. *d. cons. 2. num. 243.* &
cessat penitus difficultas quia, vt dictum est, constat in
casu nostro de Principis voluntate, dum reseruauit iura
Cameræ, & postea subdit verbum *liberè, &c.* quæ † re- 42
seruatio operatur, vt in alijs censeatur data libera dispo-
nendi facultas, vt per Rot. *in decisionibus supra citatis*, &
ratio est clara, quia stante dicta † reseruatione quan- 43
documque postea, aperto feudo omnis hypotheca solui-
tur Camer. *in cap. si aliquem in verb. antiquus numer. 246.
& seqq. de success. feud.* Præposit. *in cap. 1. §. quid ergo nu.
2. de inuest. de re alien. fact.* vbi etiam Afflict. *numer. 3.*
Osasch. *decis. 164. num. 7. & seqq.* & alij plures, quos ci-
tat, & sequitur Rosental. *de feud. cap. 9. concl. 18. num.
4.* Vnde cum ius † Principis sit reseruatum nihil est cur 44
sub generali alienandi, & donandi licentia non veniat hy-
potheca.

Ad secundum de noua licentia in Adriano requisita.
Resp. adducta in argumento ad hoc probandum non
procedere in casu nostro stantibus dictis verbis appositis in
licentia *di poter donare à detto Adriano, e suoi successo-
ri, e per chi più li parerà, e piacerà*, ex quibus videtur
Papa vsque ab initio præstitisse † consensum cuique 45
alienationi per quemcumque vassallum in feudum suc-
cessorem faciendæ, vt est *text. ad litteram in capit. 1.
de feud. non haben. propr. natur. feud. & in capit. 1. prop.
fin. vers. feud. ea lege datur, tit. si feud. defunct. conten.
sit inter Dom. Agn.* & est communiter receptum Iser.

in d. cap. 1. & ibi etiam Afflict. *de feud. non hab. prop. nat.*
Camerar. *in d. cap. Imperia em fol. 29. col. 1. id med. vers.*
Alterum verò caput. Intrigliol. *de feud. cent. 2. art. 6. num.*
23. Clar. *in §. feudum q. 31. & in §. emphyteusis q. 13. num.*
9. & reprobato Galcan. Rosent. *d. cap. 9. concl. 40. num. 3.*
& ibi Addon. litt. B. & seqq. Gratian. *discept. forens. cap.*
730. nu. 53.

Non obstat tertium, quod hoc feudum sit dignitatis,
& quod hæc qualitas non fuerit Papæ expressa, quia vltra
quod non probatur esse tale nisi per *d. cons.* Gabr. quæ pro-
46 batio † non sufficit ad effectum subreptionis, eo ipso tol-
litur omnis subreptio, quod Papa nominatim concessit li-
47 centiam alienandi d. Castrum, quo casu † non est opus
vlteriori demonstratione *l. 2. ff. de liber. & posthum.*
& in puncto Intrigliol. *de feud. centur. 2. capitul. 1.*
num. 263. & præsertim stantibus tot geminatis, &
prægnantibus verbis, & reseruatione Iurium Ca-
meræ.

Demum non obstat, quod sit prius facienda excussio
48 de bonis liberis Adriani, quia vltra † quod etiam in sim-
plici consensu Principis contraria opinio est in feudis ve-
rior, & reprobato *Camerario vbi supra.* Afflict. *in Const.*
Regni, quæ incipit: *Si Dominus vassallum numer. 6. &*
Francisci à Pont. *de potest. proreg. tit. 6. num. 27.* & ita
fuisse iudicatum refert Vincen. de Anan. *alleg. 115. in*
fine, etiam retenta opinione Camerarij, illa non pro-
cedit in casu nostro, stante quod facultas alienandi da-
49 ta D. Iuliæ non fuit simplex, sed cum clausulis † arbi-
trio, & liberè, vt in proprijs nostris terminis Francisc.
à Pont. *d. tit. 6. num. 13. cum seqq.* & ratio est clara,
quia stantibus prædictis clausulis, & insuper speciali re-
seruatione iurium cameræ Princeps, cui nihil interest,
quod fiat excussio, aut non, censetur dedisse amplam,
& absolutam potestatem alienandi, quo ad modum, &
personas, ex supradictis, quo verò ad D. Iuliam cum
non agatur de hypotheca constituta super primogenitura
prius erecta, & sic de præiudicio tertij, prout nec de
præiudicio Principis, vt dictum est, sed de hypotheca
per relationem vnius ad aliud constituta in eodemmet
actu erectionis primogenituræ ab ipsamet Iulia consti-
tuente, & ad hoc liberam potestatem habente consequen-
ter non intrant exaduerso allegata, quia Molin. Seraph.
50 † & alij in argumento citati loquuntur de hypotheca, &
facultate alienandi ex simplici licentia Principis, & in
fideicommisso, & primogenitura iam constitutis, aut
in feudis ex pacto, & prouidentia, & sic quando versatur
tertij præiudicium.

Et cessat omnis difficultas, quia etiam in simplicibus
terminis, & retenta opinione Camerarij, ex quo noto-
rium est, & ex actis constat bona Adriani, quæ præten-
51 duntur libera † esse intricata, & debitis grauata, itaut
certò certius sit, quod D. Domitilla non posset ex eis ci-
tò, & absque longa mora, & non leui impensa satisfieri
de sua dote, illa non dicuntur libera ad effectum de quo
agitur, & propterea non est facienda excussio eorum,
52 sed † potest prius fieri executio arbitio D. Domitillæ su-
per dicto Castro, & alijs bonis primogenituræ expeditis,
Rot. Ianueo. *decis. 156. num. 7. & seqq.* & in puncto Rot.
decis. 472. par. 1. diuer. & tandem placuit etiam Dominis
illa alia responsio data in dicta prima decisione in hac cau-
sa facta, *vers. 6. obijciebatur*, quæ vt dictum est fuit po-
stea confirmata.

Alia verò quæ in contrarium fuerunt excitata, &
ponderata, aut penitus non obstante, aut visa fuerunt
Dominis adeo parui momenti, vt non sint particulari dis-
cussione digna.

Et ita vtraque, &c.

* Est decisio 17. supra in hac parte, & infra in eodem cau-
sa habentur aliæ decisiones sub diebus 13. Iunij, & 20.
Decembris 1630. coram R. P. D. Queipo, sunt decisiones
383. & 416. & in sequenti parte habentur duæ aliæ sub
diebus 24. Ianuarij 1631. coram eodem Queipo, & 10.
Decemb. 1632. coram Reuerendiss. P. D. Pirouano De-
cano, sunt decisiones 8. & 161. & infra in par. 5. habetur
alia decisio, & quidem magistralis sub die 1. Iulij 1635. co-
ram eodem Reuerendiss. Decano.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.
D. CARD. VIRILI.

Romana fideicommissi de Sabellis.

Die Lunæ 10. Aprilis 1628.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus tenetur, & compelli potest, præstare cautionem ad fauorem substitutorum, & petentibus nullo Iure denegari potest, etiamsi hæres grauatus sit diues, & idoneus, & siue dissipet, siue non, & alia de quibus in Summ.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus tenetur, & cogi potest cauere ad fauorem substitutorum, & num. 6.*
2 *Quod procedit, etiamsi hæres grauatus sit diues, & idoneus, & nulla suspicio de eo haberi possit.*
3 *Et siue hæres grauatus dissipet, siue non.*
4 *Cautionis præstatio, quod hæres grauatus, teneatur cauere, recessit ab aula, si non adsit timor dilapidationis, sed hoc intellige, quo ad stabilia, num. 5.*
7 *Filij primi gradus, si sint grauati ad hæreditatem restituendam, non teneantur cauere, si testator id non dixerit.*
8 *Text. in l. iubemus §. in supradictis, C. ad Trebellian. in quibus terminis loquatur. & nu. 12.*
9 *Liberi primi gradus, si sint grauati, tunc non tenentur cauere, quando sunt substituti fratres, vel proprij filij, cum lex ob illorum amorem de eis confidat.*
10 *Extensio in materia cautionis non debet fieri de persona in personam.*
11 *Filius tenetur cauere ad fauorem patrui.*
13 *Inter cautionem, & imputationem fructuum in Trebellianicam est diuersa ratio.*
14 *Pater, si sit rogatus restituere hæreditatem filio, vel frater fratri, cauere cogantur, si bona dilapidant.*
15 *Fideicommissarij incertitudo, an sit causa, quod hæres grauatus cautionem non præstet.*
16 *Incertitudo ex certis non nocet, quin hæres grauatus non teneatur cautionem præstare.*
17 *Dos non est minuenda, nec hypotecanda in casu consumptionis bonorum fideicommisso subiectorum.*
18 *Exceptio non adimplementi fideicommissariorum, quando non attendatur, si ab hærede grauato petatur cautio ad eius fauorem.*

DECISIO CLXVIII.

VOLVERVNT Domini, dandam esse cautionem
quo ad mobilia, & se mouentia, & loca Montium.
Quia Ducissa Camilla grauata vigore fideicommissi pa-
terni tenetur, † & cogi potest cauere in fauorem substitu- 1
torum, *l. inter omnes, ff. qui satisd. cogant. l. cum Arthe-*
midoram, C. vt in possess. legat. l. hæc stipulatio, ff. vt leg.
seù fideicom. nom. caueat. Bart *in l. cum tale, §. Titius, nu.*
3. ff. de condit. & demonstr. Alciat. *cons. 30. num. 3. lib.*
9. Cephal. *cons. 381 num. 29. & 30.* Peregr. *de fideicom.*
art. 40. num. 10. Molin. *de primog. Hispan. lib. 1. cap. 15.*
na. 1. & 4.

Quod procedit etiamsi † hæres grauatus sit diues, & 2
idoneus, nullaque suspicio de eo haberi possit, *l. 1. §. sem-*
per, ff. vt leg. nom. caueat. Peregr. *d. art. 40. num. 10. vers.*
& cautio hæc, Intrigl. *de subst. centur. 3. q. 73. n. 107.* Lud.
dec. Perus. 63. nu. 2.

Et siue hæres † grauatus dissipet, siuè non *d. l. inter om-* 3
nes, vbi DD. ff. qui satisd. cog. Molin. *d. c. 15 a. 16. vers. in 3*
casu, & nu. 18. & 24. Peregr. *d. art. 40. nu. 10. & 14.*

Non

4 Non obstat, quòd hæc † præstatio cautionis recesserit ab aula, si non adsit timor dilapidationis, quia
5 Peregr. *d. articul. 40. numer. 54.* loquitur quod † stabilia, Molin. *d. capit. 5. num. 35.* fatetur huiusmodi
recessum incepisse per errorem, & ignorantiam, &
6 petentibus nullo iure posse † denegari, Modern. *verò alleg. discept. forens. capit. 822. num. 2. & 3.* loquitur
ex mente Peregr. & Molin. & ideò ab illis recipit interpretationem.

Nec facit, quod filij primi gradus, prout est Duciss-
7 sa Camilla non teneantur † cauere, cum testator id
non iusserit, *l. iubemus, §. in supradictis, C. ad Trebell.*
8 qoia dispositio dicti text. procedit solummodo † in liberis primi gradus rogatis restituere fratribus, vel fi-
lijs proprijs, nec extenditur ad alias personas ob di-
uersitatem rationis, fauore enim fratrum, vel filio-
9 rum lex † ob amorem confidit de grauato, ne sit dila-
pidaturus, quæ ratio cessat in alijs remotioribus, vel
10 extraneis, & ideò non † fit extensio de persona ad
personam, *d. l. Iubemus, §. illud, glos. in l. 1. in verb. semper in fin. & in l. filio, verbo cautioni, ff. vt leg. nom. caueat, & in auth. contra rogatus, in verb. exponit, C. de Trebell.* Castr. *in d. l. Iubemus, §. in supradictis, num. 2. vers. contrarium dic.* Bart. *in l. cum tale, §. Titius, num. 3. in fin. ff. de condit. & demonstrat.* Peregr. *d. art. 40. num. 10. in fin.* Molin. *de primog. Hispan. lib. 1. d. cap. 15. num. 31.*

11 Et quòd filius teneatur † cauere ad fauorem patrui. Alex ad Bart. *in d. l. Iubemus in littera A. in vers. adde dum hic dicitur* Abb. *cons. 79. num. 1. & 3. vers. quid plura, lib. 1.* Alex. *ad l. quod de bonis, §. cum auus, nu. 2. circa fin. ff. ad l. Falcid.* Morot. *respons. 32. nu. 18.* Ludou. *decis. Perus. 63. nu. 3.*

Nec obstant DD. in contrarium allegati, quia loquuntur ad effectum, vt filij primi gradus possint detrahere
quartam, etiam quando extraneus est substitutus, &
quod fructus non imputentur in Trebellianicam, & sic
12 extra terminos cautionis, & dicti † *§. in supradictis*,
qui limitat dispositionem cautionis in restitutione facienda fratribus, vel filijs proprijs, nec fit extensio de persona ad personam propter diuersitatem rationis per præallegata.

13 Et quòd adsit diuersa ratio inter † cautionem, & imputationem fructuum in Trebellianicam, considerat Thesaur. *q. 50. nu. 3. in fin. lib. 1.*

Vltrà quod ex venditione mobilium, & animalium, & ex mutatione nominis in patentibus locorum
montium, oritur sufficiens causa, quòd etiam patet
14 † filio, fraterque fratri cauere cogatur *l. Imperator, ff. ad Trebell.* Pinell. *in l. 5. par. 2. num. 33. & 34. C. de bon. matern.* Peregr. *de fideicom. d. articul. 40. num. 14. & 15. & seq.* Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 26. nu. 5. & 8. priuil. 88. nu. 2. & cons. 403. nu. 82.* Simon. de Præt. *de interpr. vlt. vol. lib. 5. dubit. 1. nu. 66.* Bero. *cons. 92. nu. 1 & 2. lib. 2.* Boer. *dec. 61.*

15 Nec etiam officit † incertitudo fideicommissarij,
quia si Ducissa Camilla decederet ab intestato, Dominus Cardinalis, & Princeps, illiusque descendentes sunt substituti, & sic in isto casu ab intestato,
qui potest euenire, substituti sunt certi, si verò Ducissa faceret testamentum, habet facultatem eligendi
16 vnum ex vocatis, vnde incertitudo ex † certis non
nocet, & interim omnes vocati habent ius, *l. vnum ex familia, ff. de leg. 2.* Aym. *consil. 363. in fin.* Menoch. *consil. 408. num. 25.* Peregr. *de fideicom. articul. 33. num. 57.*

Nec obstat, quòd substituti retineant in manibus
17 dotem scutor. 40. mil. quia ista dos non † est minuenda, nec hypothecanda in casu consumptionis bonorum fideicommisso subiectorum, *l. 1. ff. solut. matrimon.*

18 Tandem exceptio non † adimplementi fideicommissariorum tollitur, quia Domini de Sabellis se obligarunt iuxta formam testamenti, quam offerunt separatos in omnibus ad vnguem adimplere.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Placentina Decimarum.

Die Mercurii 10. Maij 1628.

A R G V M E N T V M.

Decimarum solutio, cui sit facienda ex locis nouiter ruptis, an scilicet Parocho dictorum locorum tamquam administranti Sacramenta cultoribus, vel an Parocho in cuius parochia sita sunt bona.

S V M M A R I V M.

1 *Decimæ spectant ad Ecclesiam intra cuius limites sita sunt prædia.*

2 *In decimarum materia propter difficultatem, & concurrentiam opinionum debet maximè attendi consuetudo.*

3 *Maximè, quando in hac materia non reperitur aliquis casus decisus in iure.*

4 *Decimarum prædialium solutio ab eo, qui in vna parochia degit, & in alia prædia colit fieri debet, vbi sita sunt prædia.*

5 *Consuetudo particularis, vt probetur, quid requiratur, & maximè si sit conformis dispositioni iuris, nu. 6. 7. & 14.*

8 *Consuetudo particularis seruari debet.*

9 *Consuetudo particularis in concursu præualet generali.*

10 *Consuetudo generalis Diœcesis, & particularis Parochiæ si concurrit in materia decimarum, tunc est seruanda particularis Parochiæ.*

11 *Decimæ ex noualibus, cui debeantur.*

12 *Decimæ, quæ soluuntur de grege ratione pascuorum dicuntur prædiales.*

Decimæ, quæ soluuntur de fœtibus, lana, lacte, & caseo, dicuntur mixtæ, nu. 12.

13 *Decimatorium, quando efficitur prædium, decimæ debeatur Ecclesiæ Sacramentali.*

15 *Præscriptio formalis requiritur, quando agitur de acquirendo iure alicui, vti priuato.*

16 *Speciem nouam decimæ sabrogatæ in loco alterius, vt quis percipere possit, quid probare teneatur, & nu. 17. & 18.*

D E C I S I O CLXIX.

MONASTERIVM B. Mariæ de Guadalupe de anno 1613. concessit naturalibus locorum del Escurial, & Burdalo ad rumpendum quasdam terras, vulgò nuncupatas las Deesas de Valuerde, & del Palatio sitas intra limites territorij de los Aguixones inter duo flumina de Guadiana, & Ruecas. Vnde orta controuersia, cui deberentur decimæ ex dictis locis nouiter ruptis, an scilicet Parocho dictorum locorum del Escurial, & Burdalo tanquam administranti Sacramenta præfatis cultoribus, an verò Parocho de Meaxadas, in cuius parochia sita sunt dicta prædia de Valuerde, y del Palatio, ad fauorem Parochi de Meaxadas, cuius loco est D. Episcopus, & Capitulum Placentinum vti participans emanauit sententia in partibus; cui Parochus de Burdalo acquieuit, quare cum Fratres dictis Monasterijs de Guadalupe prætendentes participare de decimis horrei del Escurial, y Burdalo pro suo iure, & interesse admissi fuerint ad causam, quæ postmodum fuit in Rota introducta; Dubitaui, an constet de bono iure partium, & Domini censuerunt constare de bono iure Episcopi, non autem Monasterij.

Et pro resolutione huius dubij. Primò firmarunt prædia ista, seu Deesas de Valuerde, & Palatio sitas esse intra limites territorij de los Aguixones, vt satis constat ex depositionibus plurimorum testium, qui dantur in Summario Episcopi, quibus non obstat, quod prædia ista habeant proprias denominationes de Valuerde,

& Palatio : quia nuncupatio de los Aguixones est ge-
nerica continens sub se plura alia huiusmodi prædia, quæ
licet tanquam species habeant proprias denominationes,
non ideo tamen sequitur, quod non veniant sub generali
appellationes de los Aguixones, & sic intra limites ipsius
territorij non comprehenduntur, prout satis clarè ijdem
testes deponunt.

1 Cum igitur prædia ista sint intra † limites Eccle-
siæ de Meaxadas, decimæ illorum pertinent ad ipsam
Ecclesiam, *cap. cum sint homines, capit. cum in tua
cap. cum contingat de decim.* Boich. *in capit. peruenit.
num. 2. de decim. cum alijs per* Rebuff *de decim. qu.
6. & fuit resolutum in causa Barchinonen. decimarum 20.
Maij 1591. & 3. Iunij 1594. coram bon. mem. Cardin.
Pamphilio.*

Et quamuis ista conclusio satis videatur controuersa
apud Doctores, quando prout in casu nostro, agitur de
solutione decimarum prædialium facienda ab eo, qui in
vna parochia degit ibi recipiens Sacramenta, & in alia
2 prædia colit, itaut in hoc casu recurrendum † sit ad con-
suetudinem, quæ propter difficultatem, & concurren-
tiam opinionum debet maximè attendi, vt in dicto *cap.
cum sint homines, de decim.* Achill. *decis. 3. num. 1.* Put.
*decis. 150. num. 4. vers. tamen istis non obstantibus lib. 1.
in correct.* Abb. *cons. 58. numer. 2. vers. bis argumentis,*
Rot. *decis. 274. nu. 1. & decis. 289. par. 2. in recent.* Gut-
tier. *Canonic. quæst. lib. 2. cap. 21. nu. 58* Rot. *dec. 163. nu.
3. par. 2. diuer. & fuit dictum in causa Tuden. decimarum 13.
Nouembr. 1591. coram bon. mem. Card. Pamphilio,* ex quo
3 casus † iste non reperitur in iure decisus, vt apud eum-
dem Achil. *decis. 6. num. 2. de decim. &* Put. *decis. 176. nu.
4. lib. 3.* attamen vltra quod videtur esse communior opi-
4 nio decimarum prædialium † solutionem ab eo, qui in
vna parochia degit, & in alia prædia colit, fieri debere
in loco, in quo sita sunt prædia iuxta terminos, *cap. quo-
niam, cap. cum contigat, c. Apostolicæ de decim. & cap.
ad decimas de restitut. spoliat. in 6. vt notant* Doct. *in d.
cap. cum sint homines de decim. & testatur* Achil. *decis. 3.
num. 1. eodem tit. quæ est eadem apud* Put. *decis. 176. num.
3. lib. 3.*

Considerarunt Domini cessare omnem difficultatem,
quia constat, quod in dicto territorio de los Aguixones
adest particularis consuetudo, vt decimæ prædiorum,
quæ coluntur, & de nouo rumpuntur in prædicto territo-
rio deferantur in horreum loci de Meaxadas nullu habita
distinctione, quod Agriculæ, & cultores dictorum præ-
diorum sint incolæ huius, vel alterius parochiæ, vt vni-
formiter concludunt vigintiquinque testes in Summa-
rio Episcopi, quorum aliquid deponunt non solum de
publica voce, & fama, & de auditu à maioribus, sed
etiam de visu supra 40. annos, quamuis sufficeret, quod
deponerent de decennio, cum satis sit, quod consuetudo
5 † particularis per decennium probetur, Abb. *in d. capit.
cum sint homines num. 6. vers. ideo consuetudo de decim.*
Achil. *d. decis. 3. nu. 5. eodem tit.* Put. *d. decis. 150. num. 5.
lib. 1. in correct.* Rota dicta *decis. 163. par. 2. diuers. & fuit
resolutum in causa Calaritana Decimarum 19. Martij, &
27. Iunij 1610. coram Illustriss. Caualerio,* & aliàs sæpissi-
mè. Quod maximè procedit, cum dicta consuetudo non
6 solum non sit contra, nec præter ius, sed conformis †
dispositioni iuris, secundum quam decimæ ex prædijs no-
uiter ruptis pertinent ad Ecclesiam prædialem, vt est
tex. expressus in d. cap. cum contingat de decim. Imò
7 iuris conseruatiua, & † aduersus contrariam consue-
tudinem præseruatiua, Suarez *de legib. lib. 7. cap. 4.
num. 16.*

8 Stante igitur hac † particulari consuetudine, quæ ser-
uari debet, *glos. in cap. super eo in verb. vicinis in fin. de
censib. l. quibus, ff. de legib. l. venditor §. si constat, ff. com-
mun. prædior. l. 1. C. quæ sit long. consuetud. etiam in de-
cim. soluen.* Paris. *cons. 25. num. 41. lib. 4.* Aym. *cons. 206.
num. 14. vers. idem, & magis, & fuit dictum in dicta causa
Calaritana decimarum 19. Martii 1610. coram Illustriss.
Caualerio.*

Non obstat, quod Monasterium probet ex consuetudi-
ne vniuersali Diœcesis Placentinæ huiusmodi decimas sol-
ui Parocho, qui cultoribus prædiorum Sacramenta ad-
ministrat, non autem illi, in cuius parochia situ sunt
9 prædia; quia † in concursu consuetudo particularis præ-
ualet generali, Bart. *in l. 2. num. 41. C. quæ sit long. consue-
tud.* Paris. *d. cons. 25. nu. 42. vbi alios refert vol. 4.* Put. *d.
decis. 176. num. 6. & 7. lib. 3.* & in puncto, quod vbi agi-
tur inter Ecclesiam sacramentalem, & prædialem, si con-
currit generalis † consuetudo Diœcesis, & particularis pa- 10
rochiæ circa solutionem decimarum attendenda sit parti-
cularis, *fuit resolutum in causa Oxomen. decimarum 18.
Maij 1592. coram Platto, & in d. causa Tuden. decima-
rum 13. Nouembris 1591. coram bon. mem. Card. Pamphi-
lio, in Ciuitaten. decimarum 18. Martij, & 28. Iunij 1596.
coram bon. mem. Pena, & in dicta causa Calaritana
decimarum 19. Martij, & 7. Iunij 1610. coram Illu-
striss. Caualerio, quæ sunt in recent. decis. 279. & 289.
par. 2.*

Non obstat consuetudo, quod Parochus de Burdalo
perciperet ex his prædijs, antequam redigerentur ad cul-
turam decimam agnorum, casei, & lanæ, ideoque † 11
decima noui fructus eidem Parocho debeatur, cum
ex eisdem terris percipiatur, *cap. cum in tua de decim.*
Paris. *consil. 73. num. 17. volum. 4.* Couar. *var. lib. 1.
cap. 17. num. 43.* Monet. *de decim. capit. 4. quæst. 3.
num. 88.* Rota *decis. 223. num. 3. par. 1. rec.* quæ decima,
† quæ soluitur de grege ratione pascuorum dicitur præ- 12
dialis & quæ soluitur de fœtibus, lana lacte, caseo, &
similibus dicitur decima mixta, *vt coram me in causa
Cordubena. redecimarum 20. Iunij 1625.* & ideo cum præ-
dium † sit effectum decimatorium Ecclesiæ Sacramenta- 13
li, ne idem prædium diuerso iure censeatur, si redi-
gatur ad culturam, decimæ adhuc debentur Ecclesiæ
sacramentali, *d. cap. cum in tua, vbi* Butr. & Abb. *in
cap. commissa de decim.* & ita tenent in puncto allegan-
do dicta iura, *Addent. ad* Monet. *de decim. d. cap. 4. quæst.
1. num. 15.*

Quia huic motiuo fuit responsum. Primò huiusmo-
di perceptionem non probari ex depositionibus testium,
nisi per spatium nouem annorum, & tamen quate-
nus essemus in casu, quo † simplex consuetudo suf- 14
ficeret, saltim decennium requireretur ex iuribus supra
deductis.

Secundò fuit responsum, quod cum Parochus prædia-
lis de Meaxadas, probauerit particularem consuetudi-
nem ad sui fauorem, non sufficeret consuetudo decenna-
lis contraria, sed requireretur formalis præscriptio, cum
agatur de † acquirendo iure alicui vti priuato iuxta *doctr.* 15
Abb *in cap. fin. num. 20. de consuetud. & in cap. cum Eccle-
sia Sutrina num. 45. vbi* Rip. *num. 124. de caus. poss. & propr.*
Ruin. *cons. 41. num. 46. lib. 1.* Bald. *de præscript. par. 4.
q. 10. num. 3. glos. in pragmat. sanct. tit. de causis, §. sta-
tuit il primo verb. præscripta vers. si tamen consuetudo
esset, & fuit resolutum in causa Toletana redecimarum
20. Maij, & 27. Iunij 1586. coram bon. mem. Card. Pamphi-
lio, & aliàs sæpius.*

Tertiò fuit consideratum, quod licet probetur Paro-
chum de Burdalo percepisse decimas agnorum, lanæ, &
casei, tamen ad effectum, quod solus posset exigere † no- 16
uam speciem decimæ tanquam subrogatæ deberet consta-
re, vel quod ipse solus percepisset omnes decimas ex præ-
dijs ad culturam nouiter redactis, Paris. *d. cons. 73. num.
19. lib. 4.* vel quod prædia ista essent noualia, † 17
hoc est, quod antea nullum fructum ex pascuis, fœ-
no, herbis; caneto, aut similibus reddidissent, ad *text.
in cap. quid per nouale,* vbi communiter scribentes *de ver-
bor. signif.* Ruin. *cons. 263. num. 16. lib. 5.* Ferret. *cons. 195.
num. 2. lib. 1. & dixit* Rota *in Oriolen. decimarum 19. Ia-
nuarij 1592. coram Gyptio.* Vnde cum neutrum probe-
tur, & Ecclesia prædialis præsumatur percepisse decimas
omnium fructuum exceptis illis, quæ probantur alteri
solutæ, sequitur, quod licet ista prædia fuerint redacta
ad nouam culturam, quamuis Parochus de Burdalo pro
pter mutatam speciem fructuum, & personarum amise- 18
rit ius speciale suæ decimæ; attamen ius vniuersale † de-
cimæ, quæ præsumitur soluta Parocho prædiali de Mea-
xadus, remanet integrum ipsi Parocho, vt in puncto vide-
tur sensisse. Rota *in causa Conchen. decimarum de Villanue-
ua 28. Aprilis 1589. coram Orano.*

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.
Infra in eadem causa adsunt aliæ decis. sub diebus 28. Maij ¶
1629. & 18. Febr. 1630. coram Reuerendiss. Vrgellen. &
11. Ianuarij 1630. coram R.P.D. Merlino, sunt decisiones
295. 350. & 333.

R. P. D. MERLINO.

Piscien. Capellaniæ.

Die Mercurii 30. Maij 1628.

ARGVMENTVM.

In iudicis, quæ sunt duplicia, quilibet substinet vices duorum scilicet actoris, & rei, & qualiter hoc intelligatur, & in his iudicijs quis dicatur actor: lis, vt dicatur extincta per mortem actoris, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *In iudicijs duplicibus, singulæ personæ duplex ius habent, & agentis, & eius, quo cum agitur.*
2 *In iudicijs duplicibus etiam is dicitur actor, qui prius ad iudicium prouocauit. & nu. 6.*
3 *Actor, quis dicatur.*
4 *L. in tribus ff. de iud. declaratur.*
5 *Reus sufficit, vt quis sit, quoad litis decisionem, ad hoc vt per eius mortem lis ipsa non remaneat extincta.*
7 *In iudicijs duplicibus quilibet est actor, & reus, & qualiter hoc intelligatur.*
8 *Lis per mortem actoris non extinguitur, nisi reus superstes non velit illam prosequi, & hoc non constat ex aliquo actu saltem tacito.*
9 *Lis non potest dici finita, quando est in gradu appellationis.*

DECISIO CLXX.

PROPOSVI tertia * vice dubium, An intret arbitrium pro reiectione attentatorum bis negatiuè resolutum, & Domini steterunt in decisis, & deductis in decisionibus, quæ placuerunt.

Nam postquam D. Horatius à Sede Apostolica Capellaniam, de qua agitur, obtinuit, & Vicarius executor illam eidem contulit, ipsumque in possessionem immitti mandauit, *vt in Summario ipsius num. 1. & 2.* Cosmus tamquam præsentatus à patronis causam appellationis ab huiusmodi decreto Nuncio Apostolico Florentiæ committi obtinuit, coram quo Horatius, qui nondum possessionem fuerat adeptus, comparendo mediante persona procuratoris diuersas opposuit exceptiones, & vlterius etiam petijt, & institit reuocari supersessoriam, dictasque litteras Apostolicas Vicario, vt supra præsentatas executioni demandari, seseque in possessionem immitti, *vt in Summ. D. Abbatis Capponij num. 1. 2. & 3* Cosmus verò excepit litteras prædictas non esse executioni demandandas, & deinde vtraque pars institit pronunciari iuxta petita eodem *Summ. num. 5.* & deinde interposita hinc inde appellatione à decreto, quod procederetur ad vlteriora ad effectum possessionis tantum, causa ad instantiam Cosmi commissa fuit in partibus Pandulphino iudici Synodali, coram quo Horatio comparuit, & præuia omnium actorum, & scripturarum repetitione petijt sententiari, ac declarari litteras Apostolicas ad ipsius fauorem obtentas, & dicto Vicario præsentatas fore, & esse exequendas, seseque in dictæ Capellaniæ possessionem immitti, reiecto Cosmo exaduerso comparente, contra quem etiam plures, ac diuersas exceptiones opposuit, *vt in dicto Summar. num. 9. & 10.* Cosmus autem è contra coram eodem similiter comparuit, suamque petitionem porrexit, & diuersas exceptiones dedit, & demum pronunciari obtinuit, litteras prædictas non esse exequendas, maléque per dictum Vicarium Iudicem exequutorem fuisse iudicatum, & benè per dictum Cosmum fuisse appellatum, seu de nullitate dictum, vt eodem *Summario numer. 11. 12.* & 13. à qua sententia Horatius appellauit, & causam appellationis in partibus committi fecit, quæ postmodum ad instantiam Cosmi fuit auocata, & ad Rotam deuoluta *Summar. num. 14.* vbi plures decisiones ad fauorem Cosmi super existentia iurispatronatus emanarunt, quo tandem in hoc statu causæ defuncto, Horatius propria auctoritate, siue absque mandato Rotali possessionem apprehendit.

Ex qua facti serie satis apertè visum fuit constare, quòd
vterque erat actor, & reus, nam respectu prouisionis Apo-
stolicæ Horatius erat actor, & Cosmus reus; respectu verò
præsentationis Cosmus erat actor, Horatius autem reus,
quemadmodum in simili videmus, quòd in iudicijs † dupli- 1
cibus familiæ herciscundæ, communi diuidundo, & finium
regundorum singulæ personæ duplex ius habent, & agen-
tis, & eius, quo cum agitur, vt dicit *text. in l. Iudicium 10.
ff. fin. regund. l. inter cohæredes, §. qui familiæ, ff. famil.
hercisc. & in l. si defunctus, §. fin. vbi glos. in verb. ad defen-
dendum, ff. de procurat. glos. in c. ex litteris, in verb. vices
duorum,* & ibi etiam Abb. & Dec. *n. 12. de prob.* Barbos. *in
l. tribus, nu. 1. ff. de Iudic.*

Neque obstat, quòd etiam in huiusmodi † duplicibus 2
iudicijs actoris dicatur, qui prior ad iudicium prouocauit
*d. l. in tribus, ff. de Iudic. l. 2. §. in tribus, & ibi glos. ff.
commun. diuidun.* Roman. *cons. 217. n. 1.* cum alijs per Bar-
bos. *in d. l. in tribus, num. 2.* & consequenter cum actus
prædicti facti ab initio per Horatium coram Vicario fue-
rint extraiudiciales, ex quo Cosmus nondum erat in cau-
sa, præsentatio verò Breuis coram Nuncio Apostolico,
& primæ citationis executio facta fuerit ad instantiam
Cosmi apertè apparere dicebant informantes pro Horatio,
eundem Cosmum, † qui primus ad iudicium prouocauit, 3
fuisse actorem.

Quoniam si sequamus opinionem, quam post Iacob.
de Rauen. Alber. & Angel. *in d. l. in tribus, & Mathesilan.
singul.* 109. probat, & veriorem dicit Dec. *in d. cap. ex li-
teris num. 49 versic. sed Iacobus, & num. 50. & seq.* Ron-
chegal. *in rubr. num. 30. ff. de duobus reis,* & alijs quos re-
fert Barbos *in d. l. in tribus, num. 44.* vbi quod opinio
videtur magis recepta nempè quod dispositio *d. l. in
tribus,* † procedat quoad ordinem iudicij, ne aliàs 4
inducatur causæ, & processus confusio, quò verò ad
effectum, & litis decisionem quilibet censeatur actor,
& reus, responsio est clara, quia sufficit, quòd Cosmus
fuerit etiam reus quoad litis decisionem, ad hoc, † vt 5
per eius mortem lis ipsa non remanserit extincta, vt per
Bellam. *decis. 556.* Io. Andr. *in cap. 2. vt lit. pend. in 6.*
Rot *decis. 8. eod. tit. in nou.* Mohed. *decis. 8 num. 3. & 4.
de appellat. &* Lancell *de attent. lit. pend. in præfat. n. 263.*

Si verò malimus in iudicijs diuisorijs illum tantum, qui
primo prouocat petendo partem suam, esse actorem,
quia tacitè † confitetur alteram partem ad socium perti- 6
nere, & sic ille non tenetur aliud probare, neque acto-
ris partes subire, conclusionem verò prædictam, quòd in
iudicijs duplicibus quilibet est † actor, & reus, solùm 7
procedere, dum durat dubium, & controuersia diuisio-
nis, vt conciliando contrarias opiniones declarat Barb.
in d. l. in trib. num 46. & seqq. vsq. ad 51. adhuc benè deprehenditur nulla ratione dici posse Cosmum fuisse simplicem, & merum actorem, quoniam ipse nunquam neque tacitè, neque expressè fassus fuit beneficium spectare ad Horatium, imò potius videtur ab initio comparuisse tanquam reus introducendo coram Nuncio causam appellationis, & opponendo coram eo diuersas exceptiones, ex quibus prætendebat litteras prædictas non esse exequendas; Horatius verò expressè petendo coram eodem Nuncio ad dictarum litterarum executionem deueniri, seseque in possessionem, quam adhuc nactus non fuerat immitti, clarè demonstrauit quod respectu suæ gratiæ fuit verus actor, licèt respectu præsentationis, & immissionis, ac confirmationis, institutionis, quas Cosmus similiter petijt, fuerit reus, vt apertius etiam apparet ex dictis actibus, & processu postea facto coram dicto Iudice Synodali, & consequenter per mortem Cosmi, qui huiusmodi controuersia adhuc durante decessit, nullo modo dici potest, litem fuisse extinctam iuxta superius allegata.

Præterea visum etiam fuit cessare difficultatem, quia
etiamsi Cosmus fuisset merus actor, adhuc tamen lis
non fuisset extincta, illa enim per actoris mortem non
extinguitur, † nisi quando reus superstes non vult illam 8
prosequi, & de hoc constat ex aliquo actu saltem tacito,
*Clem. 1. §. si verò aliter vbi glos. in verb. prosequatur, vt lit.
pend.* Io. Andr. *in cap. 2. n. 2. eod. tit. in 6.* Mohedan. *decis.
54. de caus. possess. & propr.* Cassad. *decis. 1. de re iud. &
dec. 3. n 4. vt lit. pend.* Mil. *in repert. in verb. litis penden-*

tia non finitur, Achill. *decis.* 8. *vt lit. pend.* Gambar. *de offic. legat. lib.* 3. *nu.* 465. Rot. *decis.* 109. *n.* 3. *& 4. par.* 1. *recent. & in Concheu. Archipresbyteratus* 19. *Ianuarij* 1598. *coram bo. me. Litta*. In proposito verò tacitus aliquis actus ad hunc effectum sufficiens non adest, reuocatio enim procuratoris facta fuit 10. Septembris 1622. & sic postquam ipse Horatius sub die 28. Iulij propria auctoritate, seu absque mandato Rotali possessionem controuersam fuerat adeptus, & proindè contrarium animum litem scilicet prosequendi declarauerat; Ita vt attentata sint clara ex deductis in dd. decisionibus in hac causa factis; Præsertim quia Cosmus non decessit pendente lite
9 in prima instantia, sed in gradu appellationis † per Horatium interpositæ à sententia contra eam lata, qua stante lis dici non potest finita, etiamsi admittatur, eundem Horatium fuisse simpliciter, & absolutè reum, vt declarando *decis. Bellam.* 156. tradit Put. *decis.* 159. *num.* 1. *& seqq. lib.* 2. & Lancell. *de attent. par.* 2. *in præfat. cap.* 4. *num.* 274.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

* Idest sub diebus 17. Decembris 1627. & 14. Februarij 1628. coram eodem R. P. D. Merlino sunt supra decisiones 123. & 148.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Bononien. Exemptionis.

Die Lunæ 15. *Maij* 1628.

ARGVMENTVM.

Legatus de latere, quam potestatem habeat. Vasallus, licet teneatur seruire Domino in bello, tamen si ei præstet ampla seruitia, dignus est remuneratione. Rebellio qualiter probetur.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere, potest dissoluere uniones Pontificias, & dismembrare, subsistente iusta causa.*

2 *Legatus de latere etiam contra ius commune statuere potest.*

3 *Priuilegio abutens, illo debet priuari.*

4 *Ciuitas per rebellionem ammittit omnia iura, & priuilegia per prius quæsita.*

5 *Vasallus, licet teneatur seruire Domino in bello, tamen si subsidia ampla, & non ordinaria præstat, dignus est remuneratione.*

6 *Assertioni Cardinali, iunctis adminiculis, sufficienter creditur.*

7 *Rebellio, qualiter probetur. num.* 8.

9 *Narrata ex cursu longi temporis præsumuntur vera, & iustificata.*

DECISIO CLXXI.

DOMINI confirmarunt hodie decisiones in hac causa factas coram bo. me. Buratto, & coram me,* in quibus fuit resolutum constare de dismembratione Cardinalis Cosciæ, eamque suffragari Communitatibus Medicinæ, Ganzanighi, & Villæ Fontanæ; quia vera est conclusio in dd. decisionibus firmata, quod Legatus de
1 latere, prout erat † d. Cardinalis, potest dissoluere vniones Pontificias, & dismembrare subsistente iusta
2 causa, cum tunc possit † etiam statuere aduersus ius commune. *cap. fin. de transact.* Abb. *cons.* 77. *numer.* 4. *vers. Aut subest legitima causa, lib.* 2. Rom. *cons.* 428. *incipit in terminis propositæ consultationis, num.* 13. Gambar. *de offic. & auth. Legat. de later. lib.* 2. *titul. de var. ordin. num.* 154. *in fin. & lib.* 5. *in titul. de potest. legat. in vnien. nu.* 153. *& seq.* Mandol. *super reg.* 19. *qu.* 19. *num.* 16.

In casu autem nostro fuit habita pro iusta, & sufficienti causa dismembrationis, rebellio Ciuitatis Bononiæ, & subsidia Sedi Apostolicæ præstita per Communitates pro illius recuperatione, nam sicut rebellio præbebat causam auferendi priuilegium vnionis Ciuitati concessum, quia abutens priuilegio † illo debet priuari, *c.* 3
vlt. de Immun. Eccles. & c. Romana de sent. excom. in sexto. Et per rebellionem † ammittuntur omnia iura, & priui- 4
legia per prius quæsita, *l. si quisquis vbi omnes, C. ad Iuliam Maiest.* Peregr. *de iure fisc. lib.* 3. *tit.* 8. *lib.* 6. & firmatur in decisione in hac causa facta coram me, ita subsidia pro illius recuperatione præstita per dd. Communitates, cum non † fuerint ordinaria, sed ampla, præbuerunt le- 5
gitimam causam dd. Communitates remunerandi mediante d. dismembratione, quamuis aliàs essent subditæ Sedis Apostolicæ, vt in puncto voluit Menoch. *in cons.* 1003. *nu.* 71. *vers. Respondetur, & seqq. lib.* 11. & firmatur in d. decisione.

Supradicta verò rebellio, & seruitia, quæ fuerunt causa dismembrationis sufficienter remanent † probata, non 6
solum ex assertione eiusdem Cardinalis Legati, iunctis adminiculis latè deductis in supradicta decisione, sed etiam ex historijs, nam Platina in vita Bonifacij Noni attestatur, quod Dux Mediolani recuperauit Bononiam absque difficultate, & defensione Ciuitatis, † signum 7
euidens rebellionis, & quod Cardinalis Coscia postea d. Ciuitatem obsedit, illamque redegit in potestatem Ecclesiæ existente militum Duce Brachio Fortebrachio Perusino, & quidem cum vnio fuerit facta à Bonifatio Nono, non est verisimile, quod eo viuente fuerit facta dismembratio à d. Cardinali Coscia creatura eiusdem Bonifatij, nisi eo sciente, & consentiente, & nisi adfuisset supradicta causa rebellionis, & seruitia respectiuè ex parte Communitatum, nam aliàs facilis fuisset recursus ad eumdem Papam, qui vnionem concesserat. Concurrunt præterea, † vt dixi, adminicula in decisione 8
considerata, & desumpta ex attestatione, Cresc. *in decis.* 7. *de probat.* nec non ex capitulis anni 1411. in quibus eadem rebellio continetur, & ex antiquitate, & cursu longi temporis † præsumitur vera, & iustificata. Seraph. *dec.* 9
1432. *n.* 4. Cætera fuerunt sublata in supradictis decisionibus de quibus agitur.

Et ita vtraque parte informante, &c.

* Idest sub die 21. Maij 1627. est supra decis. 70.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Syluæ.

Die Lunæ 15. *Maii* 1628.

ARGVMENTVM.

Spolium, vt dicatur purgatum, quid sit necessarium.

SVMMARIVM.

1 *Spolium an censeatur purgatum ex venditione facta rei captæ aduersario, aut ex possessione vigore d. venditionis subsecuta, num.* 2.

3 *Consensus requiritur ad hoc, vt remittatur spolium.*

4 *Ratificationis actus non inducitur sine scientia expressa facti, & iuris.*

5 *Sententia non executa, non habetur in consideratione.*

6 *Purgatio spolij, vt sit valida est necessaria possessionis translatio in spoliatum, quæ cum effectu remaneat.*

7 *Spolium debet etiam purgari, quo ad restitutionem fructuum.*

8 *Mulier possidens fundum ex Saluiano, & quousque sibi suæ dotis fructibus sit satisfacta, cui possideat.*

9 *Possessionis actus facti iure familiaritatis non suffragantur.*

10 *Statutum Vrb. lib.* 1. *cap.* 189. *prohibens post annum dici de nullitate, non habet locum in nullitate executionis.*

DE-

DECISIO CLXXII.

DOMINI Franciscus, & fratres de Fabijs introdocto iudicio spolij super Sylua, de qua agitur contra D. Antoninam Velliam coram R. P. D. Vbaldo bo. me. eoque vita functo per binas decisiones sub diebus 3. Iunij 1626. & 16. Februarij 1627. * coram R. P. D. meo Durano subrogato, firmata nullitate, & iniustitia adiudicationis factæ Angelo Clauario per A. C. de anno 1599. reportatunt sententiam reintegrationis fauorabilem in spolio, a qua per appellationem causa mihi commissa proposui dubium, An sententia Rotalis esset confirmanda, quod DD. affirmatiuè resoluerunt.

Probarunt enim Fabij suam possessionem anteriorem non solum per testes, qui deponont de actibus possessorijs, sed etiam ex adiudicatione, & exequutione contra eos facta per Angelum, quod est primum extremum, & requisitum in spolio. Probarunt possessionem iuniorem Antoninæ, & Angli ex eisdem testibus, & litis substentatione, quæ sufficit cum adminiculis. Probarunt iudicem oulliter, & iniustè processisse, & spoliasse, imò etiam, circumscriptis nullitatibus iodicialibus, Angelum aggressum fuisse huint possessionem syluæ authoritate propria, cum non doceat de effectuatione adiudicationis, & mandatum de adiudicando non æquipolleat ipsi adiudicationi. Quæ omnia laté, & doctè deducta sunt in decisionibus R. P. D. Durani, quæ DD. placuerunt.

1 Neque spolium purgatum † censuerunt ex venditione, seu retrouenditione eiusdem syluæ facta per D. Angelum Clauarium Innocentio, & Honufrio præsentibus pro seipsis, ac pro Hortenlio, Francisco, & Mario absentibus,
2 pro quibus de rato promiserunt, aut ex possessione † vigore dictæ venditionis subsequuta de ann. 1601. ad ann. 1604. iuxta *text. in leg. si aliquam rem, ff. de acquir. possess. leg. suæ rei, l. in emption. §. rei suæ, ff. de contrahen. emption.*

Placuerunt oamque responsiones datæ in dictis decisionibus, quod, s. nesciuerunt Fabij emptores nullitatem ad-
3 iudicationis, itaut licet præsentes, consensus † tamen eorum deficeret remittendi spolium, cui error est de directo contrarius vulgata, *l. nihil consensui, de reg iur.* Nec rectè arguitur posse à scientia adiudicationis, & actorum, de quibus est facta mentio in instrumento prædicto venditionis ad scientiam nullitatis, quæ est iuris. Cum ad hunc effectum, vt inducta dici possit ratificatio adiudicationis
4 eum nullæ, & purgatio spolij, scientia præsumpta † non sufficiat, sed requiratur scientia specifica facti, & inris, Surd. *cons. 49. num. 29.* Gabr. *cons. 69. num. 26. lib. 2.* Rot. *decis. 31. n. 5. dec. 9 p. n. 4. dec. 280. n. 10. p. 1. & dec. 262 p. 2. rec. & in Vrbeuetana bonorum 14. Martij 1594. coram Card. Blancheto*, & latè *Moderni Romani discept. Forens. 429. num. 22. 29. & seqq.*

Minus spolium purgatum dici potest ex prætensa reintegratione, vt dicitur, data Fabijs ad possessionem syluæ de anno 1605. aut actro spolij inde consumpta; illa enim Fabiorum reintegratio, non probatur effectuata, tum quia ab ea fuit appellatum, & R. P. D. Iustus Iudex appellationis inhibuit, tum quia ab eo tempore eltra semper Angelus continuauit suam possessionem, ipse enim conuentus fuit in Saluiano per Antoninam, & succubuit; Idem vti Dominus, & possessor, syluam vendidit Antoninæ reseruato sibi dominio pro rata precij non soluti, & inre exigendi fructus compensatiuos, quos idem Angelus semper perexegit vsque ad annum 1626. & hodie loitat coram R. P. D. Vitellio pro decursis, & non solutis, vt proinde dubitari non possit, quin Angelus, & non Fabij possideret & quod afferta reintegratio effectum sortita non fuerit,
5 Ideoque † super ea fundamentum fieri aliquod non possit, *l. sciendum, §. qui sufficit, ff. qui satisd. cogant. l. non est nouum in fin. ff. de pignorat. act.* Grau. *cons. 10. num. 5* Ceph. *cons. 96.*
6 *num. 18.* Cum tamen † ad purgationem spolij sit necessaria possessionis translatio in spoliatum, quæ cum effectu permaneat, *ad notata in c. conquerente de restit. spoliat cap. quanto, & cap quandiu 3. quæst. 2.* Rip *in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. possess.* Roland. *cons. 6 in fin. vol.*
7 *2.* Et debet etiam † spolium purgari, quoad fructuum restitutionem, *d. cap. conquerente, & ibi* Bald. *num 1* Rota *decis. 15. eod. tit. de restit. spol. in nouis*, Put. *dec. 298. l. 2.* Rot. *in Romana spolij 10. Iunij 1615. coram Ludouisio, & in Romana vineæ 28. Iunij 1606. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quæ dicuntur de possessione Fabiorum vnà cum matre deducta ex fidis animaliũ in dicta sylua arrendamentis, & similibus non fuerunt in consideratione, quia eum † Antonina esset in possessione ex Saluiano, & quousque libi de suæ dotis fructibus satisfieret, non sibi possidebat, sed Angelo quem reiecerat Saluiano Alexand. *in l. 1. §. per servum corporaliter, numer. 5. & 6. ff. de acquir. possess.* & notant omnes *in l. cum notissimi in princ. C. de præscript. 30. annorum.* 8

Multò minus possidere dici possunt Fabij filij, qui † præsumuntur actus omnes huiusmodi fecisse iure familiaritatis ad *l. qui iure, ff. de acquir. poss. cum similibus.* 9

Demum non obstat *Statutum Vrbis cap. 189. lib. 1.* quo prohibetur post annum dici de oullitate. Quia hoc † statutum limitatur in specie io nullitate exequutionis, & nullitate admixta cum spolio, Cæs. de Graf. *decis. 1. num. 5. de consiis.* Rot. *diuers. decis. 285. num. 4. & 5. part. 1. & in Romana societatis, seu spolij 25. Iunij 1610. coram Ottemberg. & in Elboren. spolij 8. Febr. eod. anno 1610. coram Penna.* 10

Et ita conclusum vtraque parte informaote.

* Est decisio 39. supra io hac parte.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Tusculana Bonorum.

Die Mercurij 17. Maij 1628.

ARGVMENTVM.

Sententiæ validitas, & iustitia ex quibus deducatur. Dicta testium, quæ conquassantur ab alijs testibus melius informatis non habentur in consideratione.

SVMMARIVM.

1. *Appellatio interposita post decem dies non suffragatur.*
2. *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
3. *Actor, quando non probat intentionem suam, reus absoluitur ab impetitis.*
4. *Interdictum, quorum bonorum intentans, vt obtineat, quid debeat probare.*
5. *Dicta testium non attenduntur, si conquassentur ab alijs testibus magis informatis, & n. 9.*
6. *Testis deponens de iud cio suo non probat.*
7. *Possessor semel, semper præsumitur possessor.*
8. *Probatio exactior, vbi r quiratur.*

DECISIO CLXXIII.

FVIT resolutum constare de re iudicata, quæ sit exequenda, res iudicata enim satis deducitur, ex quo sententia fuit lata die 8. Octobr. 1625. appellatio verò die 17. Nouembris sequentis, & sic post † decem dies, quæ propterea non suffragatur. *Auth. hodie, C. de appellat. & quod consultationem de re iudic. c. Romana, §. a. de appellat. in 6.* 1
Quod etiam dicta res indicata debeat exequi satis deduci- tur, cum ex reuolutione † actorum appateat valida, & iusta. Validitas probatur, cum interuenerint omnia necessaria pro validitate iudicij, iustitia probatur, quia cum Catherina. & Iulia sint reæ, & possedittices, Lutius actor † non probauit intentionem suam, & ideò benè dictæ mulieres fuerunt absolutæ ab impetitis, *l. qui accusare, C. de edendo.* 2 3

Quod autem Lutius nihil relenans deduxerit, ex eo apparet, quia eum intentauerit interdictum, quorum † bonorum tanquam hæres patris, non probauit, quod Ioannes pater de tempore obitus possideret, quod est necessarium in hoc interdicto. Bart. *in l. 1. ff. quorum bonorum*, Menoch. *de adipiscen. rem. 1. num. 78.* Rot. *dec. 105. num... in recent.* Hanc autem possessionem non probat, quia cum Catherina soror prædicti Ioannis fuerit nupta Nicolao de anno 1575. vt patet ex fide matrimonij, depositiones testium, quibus dictus Lutius nititur, non suffragantur, quia primus iuxta duodecimum deponit, quod postquam Catherina fuit nupta Nicolao, ille Nicolaus vineam possedit cultiuando, locando, dislocando, ac fructus perci- 4

percipiendo. Secundus testis de Nicolao nihil dicit, & ter-
tius testis iuxta tertium dicit se nescire, an Nicolao hæc
vinea in dotem fuerit data; & quantumuis dictus secun-
dus, & tertius testes super septimo deponant. Ioannem
5 possedisse vsque ad mortem, attamen eorum † dicta con-
quassantur ex dicto primi testis benè informati, & quia
6 idem tertius testis deponit, quòd iudicio † suo mater erat
omnium bonorum domina, & vterque testis super inter-
rogatorijs de possessione Ioannis continuata vsque ad
7 mortem nihil deponit, & quamuis semel † possessor sem-
per præsumatur possessor, & illis testes se declarauerint
super articulis, nihilominus stante dicto primi testes opti-
8 mè informati, & alijs supra ponderatis † exactior requiri-
tur probatio, & prædictis addebatur etiam quod acta iudi-
cij, in quo fuerunt examinati illi testes, non fuerunt inte-
grè transportata, vt videri possit validitas examinis. Ma-
rescott. *var. ref. c. 43. num. 1. & seqq. lib. 2.*

Quantum attinet ad domum, conquassantur etiam
probationes, cum tertius testis iuxta quartum deponat,
quod Ioannes matri prædecessit, & quod ipsa mater dum
vixit domum possedit, in qua etiam obijt, & iuxta sextum,
quod de iudicio suo erat omnium domina; Vndè licet alij
testes videantur deponere de possessione Ioannis vnà cum
9 alijs fratribus, tamen depositiones † conquassantur ex su-
pradictis, & omnia illa eo magis placuerunt Dominis,
quia Ioannes pater Lutij mortuus est 40 ab hinc annis, vt
deponit tertius testis iuxta secundum. Vnde licet non
possit allegari præscriptio, cum sit demendum tempus mi-
noris ætatis Lutij, tamen negari non potest, quin illud
tempus multum coadiuuet prædicta ad conquassandas
probationes, quod Ioannes vsque ad obitum non possede-
rit; cum non sit verisimile, quod Lutius factus maior
per tantum tempus tacuerit, & prius illius tutores, aut
agentes, &c.

Et ita conclusum, &c.

R. P. D. MERLINO.

Cracouien. Parochialis de Coniuf.

Die Lunæ 22. Maij 1628.

ARGVMENTVM.

Iurispatronatus vsurpatio intrat in vniuersitate. Præsentatus ab eo, qui habet quasi possessionem præsentandi, si ius ab eo euincatur, quando non remoueatur, & quando è contra.

SVMMARIVM.

1 *Iuris patronatus vsurpationis præsumptio, intrat quando versatur in vniuersitate.*
2 *Præsentatus ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi remouetur, ius patroni euincatur.*
3 *Iurispatronatus, quasi possessio, non attenditur, quando constat de proprietate veri patroni.*
4 *Proprietas absorbet causam possessionis.*
5 *Sententiæ faciunt constare de bono iure alicuius, & n. 14.*
6 *Iurispatronatus donatio, vt sortiatur effectum, quid requiruntur, & num. 13.*
7 *Patroni possunt conuenire inter se, vt alternis vicibus præsentent.*
8 *Vox maior absorbet minorem.*
9 *Iurispatronatus præsentationes referendæ sunt titulo legitimo, & valido.*
10 *Ex præsentatione facta per vnum ex compatronis, censetur præseruata possessio aliorum compatronorum, ampli. num. 11.*
13 *Sententia quando dicatur esse in forma probanti.*
15 *Approbatus ad vnam parochialem non resultat approbatio ad aliam.*
16 *Parochialem quis non assequitur, nisi prius fuerit in examine approbatus.*
17 *Parochialem duplicem quis potest retinere stante dispensatione Apostolica.*
18 *Incompatibilitas beneficiorum fit respectu primi beneficij, cum per assecutionem secundi vacat primum.*
19 *Beneficium secundum, quis non prohibetur assequi, sed solum vtrumque retinere prohibitum.*

DECISIO CLXXIV.

Resolutio emanata coram bo. me. Patriarcha Manzanedo sub die 9. Iunij 1627. in fauorem Martini;
in qua fuit dictum sententiam Nuntij esse infirmandam,
quoad iustitiam duobus innitebatur fundamentis. Primò,
in bono iure, quod detegebatur ex sententijs latis ad fauo-
rem octo villarum, quæ præsentarunt eundem Marti-
num. Secundò, in eo quod versaremur † in vniuersita- 1
te in qua intrabat præsumptio vsurpationis, de qua per
Sac. Concil. Trid. sess. 25. cap. 9. & propterea rigorosa proba-
tio de qua in Concil. requirebatur. Et quamuis secundum
hoc fundamentum Rota reiecerit sub die 24. Ianuarij præ-
teriti; attamen ex primo fundamento hodie DD. appro-
barunt prædictam resolutionem, & sic responderunt sen-
tentiam Rotalem esse confirmandam.

Vera est enim conclusio, quòd † præsentatus ab eo, qui 2
est in quasi possessione præsentandi non remouetur, licet
Ius patroni euincatur, iuxta *cap. consultationibus de iure-
patr.* Sed tamen hæc sibi locum non vendicat, vel ex re iu-
dicata, vel ex confessione constat de proprietate veri pa-
troni, quia † tunc non attenditur quasi possessio, Abb. *in c.* 3
consultationibus num. 9. de iure. Lamber. *de iurepat. par. 1. lib.*
2. *quæst. 3. art. 6. num. 4. & 6.* Roch. *de iurepat. in verb. com-
petens quæst. 19. num. 45. & seqq.* Paul. Citradin. *eod. tract.
par. 6 art. 3. num. 16.* Rot. *decis. 167. num. 10. par. 2. diuers. &
in Lucana iurispatr. 23. Ianuarij 1612. coram bo. mem. Tenia,
cum alijs relatis in decis. bo. mem. Patriarchæ Manzanedi.* Et
ratio est quia veritati quæ ex liquidissimis probationibus
deducitur, incontinenti cedit præsumptio, quæ resultat
ex quasi possessione, & proprietas † absorbet causam pos- 4
sessionis.

In proposito autem casu constat de bono iure octo villa-
rum ex sententijs latis ab Ordinarijs Cracouien. de
ann. 1523 & 1536. vt in Summ. Martini nu. 3. & 4. in qui-
bus † fuit pronunciatum iuspatronatus spectare ad Domi- 5
nos, & possessores dictarum octo villarum ab immemo-
rabili tempore ipsisque adiudican. fore, & esse, prout in
ijsdem sententijs adiudicatur, & huiusmodi sententiæ in
re iudicatam transiuerunt.

Nec obstant quatuor donationes dicti iuspatronatus fa-
ctæ per quatuor ex dictis villarum possessoribus cuidam
Domino, & possessori vnius ex ijsdem octo villis, Vilnicæ
nuncupatæ, cuius successor tam ius dictæ propriæ villæ,
quam aliarum quatuor vt supra donatum in Collegium
Iuristarum transtulit.

Quoniam vltra quod cum dictum Iuspatronatus esset
annexum villis non poterat separari, & præscindi ab ijs-
dem villis, † non constat istas donationes fuisse sortitas ef- 6
fectum, prout requirebatur Calderin. *cons. 6. de caus. possess.
& propr.* Caputaque *decis. 337. numer. 2. & seqq. part 2.*
Gonzal. *ad reg. 8. glos. 45. §. 2. num 37* Imò ex prædictis sen-
tentijs apparet donationes fuisse improbatas, quia illis
non obstantibus fuit canonizatum iuspatronatus in fauo-
rem octo villarum, & pronunciatum ad octo villas illud
spectare. Primaque donatio facta fuit de anno 1521. & sen-
tentiæ emanarunt de anno 1523. & 1536. in hisque senten-
tijs expressè comprehenduntur tam Domini villarum Co-
rovv. Damianice, & Porembe donantes, quam Dominus
villæ Visnicæ donatarius, & ex acquiescentia partium re-
sultat, quod d. donationem neglexerint, & 2. & 3 dona-
tio sunt anteriores sententiæ ann. 1536. & sic iudex illas
quoque contempsit.

Quo autem ad 4. donationem licet post dd. sententias
emanauerit, attamen constat non fuisse effectuatam, quia
cum de ann. 1552. orta fuisset controuersia inter omnes
octo villas, † mediante laudo transactum fuit, vt alterna- 7
tiuè iuxt. *term. clem. plures de iurep.* in posterum fieret præ-
sentatio à prædictis octo villis, scilicet quod 4 villæ præ-
sentarent pro vna vice, & aliæ 4. pro alia vice, alternis-
que istis præsentationibus procederetur in successiuis va-
cationibus, quòd omninò repugnat donationibus, quo-
niam vigore dictarum donationum quinque voces coa-
luissent in vnam vocem, † quæ absorbuissent, & superas- 8
sent reliquas tres voces, & sic semper præualuisset illa vox
quæ implicitè habebat in se quinque voces, nempè vnam
propriam, & quatuor donatas, & tamen in laudo præser-
uantur distinctè octo voces, scilicet vna cuilibet ex octo
villis, seu earum possessoribus.

Neque obstat, quod imò apparet de effectuatione dd.

4. do-

4 donationum ex præsentationibus subsequutis per so-
lum Dominum villæ Visoicæ de ann. 1548. 1552. 1586. vt
io Summ. Iacobi n. 6. 7. & 8. Quoniam in huiusmodi præ-
sentationibus non ea primitur, quod prætentauerit vigo-
re donationum, & potius intrat præsumptio, quod præ-
sentauerit iuxta sententias, quæ in iudicatum transie-
runt, & sic iure, & nomine proprio, cum per sententias,
9 & rem iudicatam fuerint dd donationes reuocatæ. Et †
propterea præsentationes referendæ sunt titulo legitimo,
& valido, Grauet. *cons.* 3aa. *sub nu.* 3. Dec. *cons.* 497. *u.* 2.
Becc. *cons.* 6. *nu.* 6 *lib.* 1. & ea tali præsentatione facta per
10 vnum ea compatronis † censetur preseruata possessio alia-
rum villarum, quæ sunt compatronę, Caputaq. *dec.* 492.
par. 2. Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 5. *numer.* 125. Rota *coram*
san. me. Greg. XV. *decis.* 417. *nu.* 9 & 452. *nu.* 9. præsertim
11 cum non † exprimatur in dd. præsentationibus factis per
Dominum villæ Visnicæ, quod præsentauerit pro vna
voce tantum, stante dictis sententijs, & laudo, in qui-
bus vna tantum vox assignatur eidem Domino villæ Vis-
nicæ.

Et quoniam de anno 1573. laudum fuit executioni de-
mandatum, quia 4. villæ, quibus iuxta turnum præscri-
ptum in laudo competebat ius præsentandi, præsenta-
runt de facto Franciscum Bonar institutione, & posses-
sione subsequuta, vt in Summar. Martini nu. 2. & Iaco-
bi nu. 8. in quo animaduertendum est, quod duę villæ ex
his quatuor, quæ pręsentarunt, nempè villa Poremba,
& villa Damianice erant ea illis, quæ donationem fece-
12 runt, Et sic † ea hac præsentatione ann. 1573. resultat non
effectuatio donationum, actusque contrarius, & effectua-
ctio laudi, quod fuit promulgatum de anno 1552.

Non obstat, quod sententia siue laudum de anno 1552.
non sit in forma probanti, & quod nunc coram Ordina-
rio pendeat lis indecisa super eius falsitate; Quoniam de
13 forma † probanti apparet ea publico instrumento publica-
to per Notarium de eo rogatum, quod exhibitum fuit par-
te citata coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, vt in
Reg. fol. 112.

Quò verò ad prætensam falsitatem nec de ea constat.
14 Et io omnem euentum sufficerent dictę duæ † sententiæ,
quę in iudicatum transierunt, & effectuatio præsentatio-
nis factę de ann. 1573. iuxta terminos clem. plures.

Non obstat quod Martinus non fuerit examinatus, nec
ei suffragetur quod olim ad alias parochiales fuerit admis-
sus, & modo etiam habet parochialem, ea eo enim quod
15 quis † approbatus est ad vnam parochialem, non resultat
approbatio ad aliam ex latè deductis per Garz. *de benef. p.*
6. *cap.* 2. *nu.* 253. & 266 & fuit dictum in *Calaguritana be-*
neficij de Ornilles 12. *Octobris* 1587. *coram Card. Pamph.* &
in Pistorien. Parochialis 6. *Febr.* 1623 *coram me.* Quoniam
antequam immittatur in possessionem, & relaxentur e-
xecutoriales, ipse Martinus poterit se subijcere examini,
16 nec eum effectu † assequetur parochialem, nisi prius fue-
rit in examine approbatus.

Non obstat quod habeat aliam parochialem, & intret
17 incompatibilitas Quoniam omisso † quod Martinus ha-
bet dispensationem Apostolicam retinendi vtramque pa-
rochialem, quæ fuit exhibita, & in actis postmodum pro-
ducta, quatenus etiam illa non suffragaretur, incompa-
18 tibilitas est respectu primæ, Per † assecutionem enim se-
cundæ vacat prima. Gabr. *cons.* 193. *n.* 6. & *seq. lib* 1. Mo-
hed. *decis.* 14 *de præb* & *cor. Card. Seraph. dec* 773. *nu.* 2.
& *in Calaguritana beneficij de Arnedo* 20. *Ian.* 1622. *cor. me.*
19 Nec impeditur † assequi secundum, sed solum retinere
vtrumque, prohibitum est, Cassad. *dec.* 9. *nu.* 2. *de caus.*
poss. & *propr.* Gabr. *d. cons.* 193. *n.* 8. & 9. & fuit dictum in
prædicta *Calaguritana beneficij de Arnedo co. me.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit pro
confirmatione sententię Rotalis.

☞ * Est decisio 83. supra in hac parte.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Florentina Subdecanatus.

Die Lunæ 22. Maij 1628.

A R G V M E N T V M.

Iuspatronatus acquiritur ex assignatione dotis, etiam quod non legatur aliqua particularis reseruatio, & ista tacita acquisitio non solum censetur facta pro se, sed & pro eius hæredibus quibuscunque.

S V M M A R I V M.

1 *Iuspatronatus acquiritur ex dotatione, etiamsi non reperiatur facta reseruatio.*
2 *Iurispatronatus acquisitio resultans ex dotatione, censetur facta non solum pro acquirente, sed etiam pro suis hæredibus.*
3 *Iuspatronatus est de sui natura hæreditarium, & transitorium ad hæredes, etiam extraneos, atque ita seruat totus mundus. nu.* 4
5 *Clausulæ executiuæ declarant concessionem.*
6 *Gratia corruit, si narrata non verificentur.*
7 *Confirmatio non mutat statum præcedentem.*
8 *Confirmationis natura non est alterare statum rei confirmatæ, sed ei robur addere, remanentibus omnibus in eisdem statu, & in terminis.*
9 *Confirmatio iurispatronatus ex cursu longissimi temporis præsumitur interuenisse.*
10 *Titulus insufficiens productus, quando non excludat præsumptionem melioris tituli.*
11 *Obseruantia subsecuta in aliquo actu, potius præsumi debet in vim tituli habilis, quàm inhabilis.*
12 *Consensus eorum qui interesse habent, requiritur in immutatione prioris status rei, quæ fit mediante gratia.*

D E C I S I O CLXXV.

SVBDECANATVS Ecclesiæ Florentinæ fuit erectus à Sixto IV. dotandus ex quibusdam pijs eleemosynis à Christi fidelibus elargiendis, & ius præsentandi, vt dicitur, fuit reseruatum Consulibus artis lanæ d. Ciuitatis, sed quia dotatio ex eleemosynis non fuit certis de causis sortita effectum, postea de anno 1510 Antonius de Puccis prouisus Apostolicus de d. Subdecanatu conuenit cum Capitulo Florentino tam nomine proprio, quàm Alexandri eius patris, & Laurentij patrui, necnon Francisci, & Raphaelis fratrum, vt assignatis quibusdam prędijs (prout cum effectu ea tradidit, & assignauit) ipse, & alij futuri Subdecani participarent de distributionibus quotidianis ea mensa capitulari, prout aliæ dignitates eiusdem Ecclesię, & tandem intra tres menses (& non post tres annos prout fuerat ea errore informatio. dictum io *decisione in hac causa facta die* 10. *Ianuarij præteriti*) idem Antonius nominibus etiam quibus supra cum narratiua prædictorum obtinuit d. conuentionem confirmari à Iulio II. cum reseruatione iurispatronatus dicti Subdecanatus ad fauorem supradictorum Laurentij, & fratrum de Puccis, eorumque descendentium in infinitum. Orta autem lite super pertinentia iurispatronatus inter D. Octauiam vxorem, & hęredem Roberti de Puccis ex vna, & alios descendentes ex dd. fratribus ex alia cum punctus difficultatis consisteret, an hoc iuspatronatus sit gentilitium, vel hæreditarium, Rota voluit videre de anteriori statu ante Bullam Iulij II. & in d. decisione, fuit firmatum statum ante d. Bullam quatenus aliquis sit (siue attendatur iuspræsentando. competens Consulib. ea dicta concessione Sixti IV. siue ius acquisitum illis de Puccis ea prętensa dotatione virtute d. conuentionis cum Capit. Florentino factæ) semper fuisse liberum, & sic transitorium ad quoscunque hęredes, sed reproposita causa super eisdem, Domini die 17 Martij ordinarunt, vt præsupposita decisione videretur, an sit attendenda d. Bulla, & fuit hodie resolutum, illam non obstare quominus hoc iuspatronatus sit hæreditarium, & moti fuerunt

runt Domini, quia ex quo Subdecanatus erat sine dote,
ea d. assignatione prædiorum facta in conuentione cum
1 Capit. dd. de Puccis ibi nominatis fuit acquisitum † iuspa-
tronatus, etiam quod non legatur facta aliqua particula-
ris reseruatio, Abbas *cons. 59. col. 2.* Io. Andr. Card. Butt.
& alij relati per Fel. *in c. significauit, num 2. de test.* Paris.
cons. 35. num. 16. lib 4. & est vera, & recepta opinio teste
Rocch. de Curt. *de iurepat. ver. & dotauit num. 4. & Rota
dec 5. de iurep. in antiq. & decis. 167. num. 4. par. 2. diuers.*
quam etiam sæpissimè sequuta est, & signanter *dec. 517.
num. 2. par. 1. recent. & decis. 674. numer. 5. part. 2. & alibi
pluries.*
2 Quod in tantum est verum, vt huiusmodi tacita † ac-
quisitio iurispatronatus resultans ex d. sola dotatione cen-
setur facta non solum pro Antonio, & alijs de Puccis no-
minatis in conuentione, sed etiam eorum hæredibus qui-
3 buscunque, quia iuspatronatus de † sui natura est hære-
ditarium, & transitorium ad hæredes etiam extraneos,
Io. Andr. *in c. cum sæculum, & Ber. in c. 1. num. 6. de iurep.*
Curt. Iun. *cons 257 num. 9.* Lambert. de iurep. *l. 5. part. 2.
4 q. 2. art. 5. nu. 15. & seqq. vbi nu. 26.* quod † totus mundus
ita seruat, Gabr. *cons. 196 num 1. lib. 2.* Seraph. *decis. 364.
num. 3. & decis. 378. num. 1. &* Rota *decis. 675. nu. 1. par. 5.
recent.* quod tanto magis in casu nostro dicendum est, dum
vltra iuris præsumptionem, quæ stat pro hæredibus qui-
buscunque fit in dicta conuentione mentio de hæredibus
5 dd. de Puccis quamuis in executiuis, quia etiam † clau-
sulæ executiuę declarant concessionem, Bald. *in l. cum
quam num. 36. C. de fideic.* Curt. Iun. *cons. 3. nu. 3. &* Osasc.
decis. 61. num. 3.

Neque obstat Bulla Iulij II. tum quia cum in ea narra-
tum fuerit iuspatronatus fuisse reseruatum pro DD. de
Puccis, & eorum descendentibus, & in dicta conuentio-
ne nullum fiat verbum de descendentibus, nec alibi de hoc
constet. Imò de contrario ex supradictis, illa fuit subre-
ptitia, cum enim emanauerit ad supplicationem, cen-
6 setur Papa se fundasse super narratis, vnde si narrata †
non verificantur, gratia, seu confirmatio corruit. Fel.
in cap. constitutus in princip. de rescript. vbi Decian. *in 4. not.*
Caputaqu. *decis. 271. numer. 2. & 3 par. 1. & decis. 240. in
princip. per tot. par. 2.* & in terminis confirmationis, Rot.
dec. 569. numer. 2. & 3. & decis. 676. num. 4. part. 2. recent.
Tum etiam quia stante præcedenti statu iurispatronatus
hæreditarij, & quod Bulla confirmatoria emanauit cum
7 narratiua instrumenti dictæ dotationis confirmatio † Pa-
pæ non mutat statum præcedentem, nam licet adsit pote-
stas non tamen concurrit voluntas, Calder. *cons. 15. de iu-
repatr.* Dec. *cons. 126. num. 4* Lambert. *de iurepatr. art. 6.
quæst. 7. lib. 3.* Achill. *decis. 13. de iurepatr.* Caputaq. *decis.
189. par. 3.* Seraph. *decis. 799. num. 3. & decis. 1273. num. 2.*
8 Rot. *decis. 360. in fin. par. 2. recent.* Natura enim † confir-
mationis non est alterare statum rei confirmatæ, sed il-
lum conualidare, aut ei robur addere remanentibus tamen
omnibus in eisdem statu, & terminis, *l. Aurelius, §. Te-
stamento ff. de liber. leg. cap. 1. & 2. de confirm.* Ruin. *cons.
12 num. 16. lib. 3.* Surd. *cons. 361. num. 37.* Gregor. XV. *de-
cis. 267. n. 1. & 511. n. 1.*

Non etiam releuat si dicatur, quod si Bulla non est at-
tendenda iuspatronatus remanet sine confirmatione, quia
ea effectuatione dictæ conuentionis cum obseruantia lon-
gissimi temporis subsequuta, quoad existentiam iurispa-
9 tronatus, quæ non controuertitur, † præsumitur adesse
valida confirmatio conuentioni conformis, Rota *dec. 407.
nu. 4. par. 1. diuers.* Seraph. *decis. 1272. nu. 4. vers. difficul-
tas quæ excitatur, &* Rota *decis. 381. n. 2. vers. tamen quia,
par. 5. recent. & dec. 106. nu. 11. apud Reuerendiss. D. meum
Decanum.*

Tandem non obstat si dicatur, quod dum constat de
expressa confirmatione ex dicta Bulla, & intra tres men-
ses à dicta conuentione excluditur inde præsumptio alte-
rius confirmationis, quia cum Bulla non fuerit producta
10 per D. Octauiam, illa non excludit † præsumptionem me-
lioris confirmationis ad fauorem eiusdem, Sarnen. *in reg.
de trien. q. 10. in fin.* Put. *decis. 346. lib. 1. in correctis,* Se-
raphin. *decis. 474. nu. 4.* Rot. apud Greg. XV. *dec. 353. nu.
53. vbi etiam* Adden. *nu. 19. & in Firmana pensionis 3. Apri-
11 lis præter. coram me,* & cum dicta Bulla † fuerit subrepti-
tia, obseruantia subsecuta potius præsumi debet in vim
tituli validi, & sic confirmationis præsumptæ, quàm ti-
tuli inualidi qualis est Bulla, *l. similes ff. de testam. milit.*
Crau. *cons. 322. nu. 5. vers. rursus non obstat,* & dixit Ro-
ta *in Maioricen. Sacristiæ 5. Nouemb. 1603. coram bon. mem.
Card. Pamphilio,* qualis autem fuerit obseruantia nempè
an de hæreditario, an verò de gentilitio reiecerunt Domi-
ni ad aliam disputationem.

Quibus omnibus vnum vrgentissimum accedit ex quo
videtur cessare omnis difficultas, quod solus Antonius in
dicta Bulla supplicans legitur, & orator, cum tamen iux-
ta anteriorem statum siue ea prætensa cessione Vniuersi-
tatis artis lanæ, siue ex præcedenti dotatione non solum
Antonio, sed alijs etiam de Puccis fuit iuspatronatus ac-
quisitum, vnde cum illud vti hæreditarium sit quo ad pa-
tronos pleniùs, & vberiùs, quàm gentilitium, de quo in
Bulla, ex quo de patronatu hæreditario facilius patroni
disponere valent fit inde, quod solus Antonius non potuit
alijs compatronis, de quorum mandato non apparet,
præiudicare per impetrationem dictæ Bullæ l. in conce-
dendo, ibi nec immerito, cum † enim minuitur ius eo- 12
rum, consequens fuit exquiri an consentiant, *ff. de aq.
plu. arc.* Anch. *in c. suggestum num. 2. de iurepatr.* Seraph.
decis. 351. n. 27.

Et ita vtraque parte, &c.

Infra in eadem causa habentur duæ aliæ decisiones sub die-
bus 20. Decembr. 1628. & 30. Aprilis 1629. coram eodem,
sunt decisiones 228. & 271. & infra in par. 2. adest alia de-
cisio sub die 28. Aprilis 1636. co. Illustriss. Patriarcha Con-
stantinopolitano, est decisio 525.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Rauenaten. Emphyteusis.

Die Lunæ 22. Maij 1628.

A R G V M E N T V M.

Sententia, quando transitum fecit in rem iudicatam, nihil remanet, nisi quod exequatur. Emphyteusis concessio facta pro se filijs, & nepotibus, an in ea comprehendantur fœminæ. In emphyteusis concessione, quando intret ius accrescendi, feudo, seu emphyteusi non censetur renunciatum per diuisionem, & quando secus. Emphyteusis ecclesiastica, quando est finita, si Ecclesia pro se retinere nolit, tenetur proximiores defuncti inuestire.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia ex reuolutione actorum apparet an sit iusta.*

2 *Sententia transit in rem iudicatam, si in tempore non fuerit appellatum.*

3 *Sententia, quando transiuit in rem iudicatam, nihil remanet, nisi quod exequatur.*

4 *Emphyteusis, quando est concessa pro filijs, & nepotibus, hoc casu non comprehenduntur fœminæ.*

5 *Emphyteusis concessa duobus, intelligitur pro virili concessa, limita nu. 6.*

7 *Dictio, quælibet, tribuit vnicuique actum insolidum.*

8 *Concessia emphyteusis facta duobus insolidum, tunc ex hac concessione resultat, vt sit locus iuri accrescendi.*

9 *Emphyteusis concessa, quando est facta vni soli, intrat ius accrescendi inter vocatos.*

10 *Prohibitio alienationis emphyteusis quando fuit apposita in prima inuestitura, censetur etiam repetita in renouatione.*

11 *Fœminæ vnius lineæ excludunt masculos alterius lineæ.*

12 *Per diuisionem bonorum non censetur renunciatum feudo aut emphyteusi.*

13 *Angel. in cons. 320. n. 4. declaratur.*

14 *Fen-*

14 *Feudam si fuerit consolidatum in personam vnius per diuisionem, aut alio modo, non est locus successioni masculorum alterius lineæ.*
Donec ex linco illius, in quo feudum est consolidatum, extat fœmina, quæ sit capax sit capax feudi, num. 14.
15 *Text. in cap. 1. de nat. success. feudi declaratur.*
16 *Per diuisionem simplicem non censetur renunciatum emphyteusi, etiam si vnus dicat, quod remittit alteri iura, quæ habet, & vide num. 17.*
18 *Emphyteusi in diuisione, tunc censetur renunciatum, si sit data licentia alienandi, & in ea diuisione sint apposita verba ampla, & lata, & 19.*
20 *Acquireas ex titulo oneroso potest præiudicare vocatis.*
21 *Successio emphyteusis spectat ad eum, qui de ea fuit inuestitus.*
23 *Descendentium appellatione veniunt etiam fœminæ.*
24 *Emphyteusis concessio facta pro se, suis filijs masculis legitimis, & naturalibus, ac descendentibus suis, transit ad soles masculos.*
25 *Emphyteusim primò acquirens, an dicatur comprehensus in prima inuestitura.*
26 *Emphyteusim renouatio nihil mutat, & non dicitur noua inuestitura, sed renouatio.*
27 *Voluntariè dicitur aliquid factum, quod quis facere non tenebatur.*
28 *Emphyteusis Ecclesiastica, quando est finita, si Ecclesia eam pro se retinere nolit, tenetur reinuestire proximiores.*
29 *Alia enim Ecclesia iniuriam faceret eis, quod cedit pariter in fœminis, etiam si sint comprehensæ in inuestitura prima, num. 30.*
31 *Emphyteusis Ecclesiastica, quando est finita, si Ecclesia extraneum inuestiat, excluso proximiore, iste potest appellare, & petere, vt extraneus inuestitus remoueatur.*
32 *Ecclesia in renouatione emphyteusis potest censum augere.*
33 *Emphyteusis, vel locatio illa non solum dicitur renouata, quæ semper est vna.*
34 *Sed etiam illa, quæ iam finita est, & extincta, iterumque eidem, aut consorti, sed filijs conceditur.*
35 *Emphyteusis renouatio dicitur, & non noua concessio, quæ fit filijs post lineam finitam.*
Emphyteusis antiqua dicitur, quando filij renouantur ad lineam finitam, secus si ob delictum, num. 35.
36 *Emphyteusis renouatio, quando fit filijs, non dicitur noua concessio, etiamsi in renouatione adsint verba, de nouo concedimus.*
37 *Emphyteusis renouatio non est titulus nouus, sed prioris tituli concessi renouatio.*
38 *Emphyteutæ dominus directus non potest præiudicare, vide num. 39.*
40 *In emphyteusis concessione, quando clausula, ad habendum, est posita in clausulis executiuis, non ampliat dispositionem.*
41 *Dispositio principalis, quando non tenet, nec etiam sustinentur clausulæ in ea positæ.*
42 *Locari, quando res dicatur solita.*
43 *Locari res solita non potest iterum locari alterato solito, & num. 49.*
44 *Vtile per inutile vitiatur.*
45 *Beneplacitum Apostolicum, quando spatio 30. annorum non præsumatur interuenisse vbi requiritur.*
46 *Possessio æquiuoca non concludit aliquam obseruantiam.*
47 *Hæres non potest venire contra factum defuncti.*
48 *Hæres potest venire contra factum defuncti, quando factum est inualidum.*
50 *Obligatio defuncti non transit in hæredem.*

DECISIO CLXXVI.

NOBILIS vir Andreas Maurocenus de anno 1541.
obtinuit inuestituram de bonis, de quibus agitur
pro se, filijs, & nepotibus masculis legitimè descendentibus. Cumque de anno 1550. Petrus ipsius filios obierit,
Maurocena, & Angela sorores superstites eiusdem Andreæ filiæ de anno 1551. obtinuerunt nouam inuestituram pro se, & qualibet ipsarum, earumque respectiuè filijs, & nepotibus masculis legitimis, & naturalibus, quæ quidem sorores de anno 1575. deuenerunt ad diuisionem horum bonorum, & Maurocenæ obuenerunt tornaturæ 157. Angelæ verò tornaturæ 150. & successiuè de eodem anno singula earum obtinuit in instrumentis separatis inuestiri pro se, ipsiusque filijs, & nepotibus masculis legitimis, & naturalibus cum clausula, Ad habendum, & quicquid ipsis Maurocenæ, & Angelæ, & comprehensis in inuestitura deinceps placuerit faciendum, Ac tandem prædicta Maurocena carens prole masculina, de anno 1596. obtinuit inuestiri Lauram, & Mariam filias cum clausula, Ad habendum, &c. Ex prædicta Maurocena vxore Serenifs. Principis Marini Grimani Ducis Venetiarum remansit prædicta Illustriss. D. Laura vxor Illustriss. D. Nicolai Cornelij, ex prædicta verò Angela vxore Illustriss. & Excellentiss. D. Hermolai Grimani Procuratoris S. Marci, remansit Illustriss. D. Petrus; Vndè quæsitum fuit coram R. P. D. meo Pirouano, ad quem spectaret huiusmodi emphyteusis, An ad Illustriss. D. Lauram, vel ad Illustriss. D. Petrum; & Rota censuit ad Illustrissimum D. Petrum, prout pronunciatum fuit per sententiam, quam hodie
DD. resoluerunt esse exequendam, cum † ex reuolotio- 1
ne actorum appareat valida, Veral. *decis. 260. part. 2.* &
ex mox dicendis iusta: transitum enim fecit in iudicatum,
ex quo non fuit † appellatum in tempore, *auth. hodie*, 2
C. de appellat. cap. quod consultationem, de re iudic. Rot. *de-*
cis. 30. de appell. in nou. & ideò nihil remanet, † nisi quòd 3
exequatur, *l. 1. col. fin. C. de execut. rei iudic. l. si cum nulla*,
ff. de re iudic. Iustitia verò rei iudicatæ ex eo deducitur,
quia de anno 1551. emphyteusis fuit renouata pro se, scilicet Maurocena, & Angela, & qualibet ipsarum, earumque respectiuè filijs, & nepotibus masculis legitimis, & naturalibus, quare duo resultant. Primò quòd in hac emphyteusi post dd. fœminas sint vocati tantùm masculi, vt expressis verbis legitur, quod etiam procederet si inuestitura fuisset facta pro filijs, & nepotibus, quo
casu non comprehenderentur † fœminæ, vt est magis 4
communis sententia Doctorum, ex quo versamur in contractibus, vt patet *ex cumulatis in voto bon. memor. Cantuccij, quod habetur sub num. 125. part. 2. diuers.* & hanc sententiam tenet Rota, *vt fuit resolutum in causa Ceraien. bonorum 7. Febr. 1583. coram bon. mem. Card. Seraphino, & alias sæpiùs.* Secundò, quòd intrat ius accrescendi, quia licet regulariter loquendo emphyteusis
† concessa duobus intelligitur concessa pro virili, ita v 5
non sit locus iuri accrescendi, *cap. 1. de duobus fratribus*, Bart. *in l. si mihi, & Titio, & ibi* Imol. *num. 3.* Alex. *num. 11. ff. de verb. oblig.* tamen secus est in casu isto, ex
quo † emphyteusis fuit concessa duobus insolidum, quod 6
colligitur ex verbis illis *Pro se, & qualibet ipsarum, ea-*
rumque respectiuè filijs, &c. cum dictio † *qualibet*, tri- 7
buat vnicuiq; actū insolidū, *l. hoc articulo, ff. de hæred. instit. l. si pluribus, & ibi glos. sed ad omnes, ff. de leg. 2.* & in puncto Soccin. Sen. *cons. 50. nu. 1. & seqq. lib. 1.* Alciat. *in d. l. si mihi, & Titio, nu. 27. ff. de verb. oblig.* & fuit resolutum *in causa Forolinien. Bonorum 4. Decembris 1618. coram bon. mem. Rembeldo, & in ead 13. Martij 1620 coram. R. P. D. meo Pirouano, & in hac causa coram eodem 15. Iunij* 1626. 15. *Martij, & 14. Iunij* 1627.
Vndè ex hac concessione † facta duobus insolidum re- 8
sultat, quod est locus iuri accrescendi, Bald. *in c. 1. §. filius in fine de success. feud. & in l. vnica, nu. 36. C. quand. non petentium partes*, Alex. *in d. l. si mihi, & Titio, nu. 18. vers. quid enim si dicatur, ff. de verb. oblig. & in cons. 30. num. 8. vers. pondera verbum cuiuslibet, et nu. seq. lib. 1.* Dec. *cons.* 326. Soccin. *cons. 50. lib. 1.* Menoch. *cons. 464. nu. 2. vers. vrgere videtur, et fuit dictum in prædictis decisionibus.* Et hæc vocatio masculorum cum iure accrescendi est conformis primæ inuestituræ facta Andreæ. Cum enim fuerit
facta † vni soli, intrabat ius accrescendi inter vocatos, 9

Clar.

Clar. qui de comm. in §. emphyteusis, qu. 39. num. 2. vers. sed
quando vni concessa est, Bero. qu. 40. num. 2. vbi pariter de
comm. vel saltem competit istud ius succedendi ex inuesti-
tura. Clar. vbi supr. in princ. vbi pariter de com. Alexand.
cons. 29. num. 3. & cons. 44. an. 3. lib. 1. & fuit dictum Bart.
in d. l. si mihi, & Titio, num. 4. ff. de verb. oblig. Et ex hoc
10 etiam resultat, quod si non fuisset in renouatione † ex-
pressum ius alienandi, nihilominus cum adesset in prima
inuestitura, censetur repetitum in renouatione, etiam
quod duobus fuerit facta, vt voluit Anchar. in cons. 30. nu.
12. vers. super 3. dub.

Neque prædictis resistunt diuisio bonorum facta de an-
no 1657. inter Maurocenam, & Angelam ita vt ex ea sit
11 † dicendum fœminas vnius lineæ excludere masculos al-
terius lineæ, vt voluit Arg. in cons. 301. num. 4. Surd. cons.
377. num. 18. Et inuestitura inde singulariter obtenta pro
se, ipsiusque filijs, & nepotibus masculis legitimis, & na-
turalibus cum clausula, Ad haben. &c. Et quicquid deinde
placuerit faciendum. Non quidem diuisio, quia per diui-
12 sionem † bonorum non censetur renunciatum feudo, &
emphyteusi, glos. in c. si quis miles in tit. Constitutiones feu-
dales D. Lotharij Imperatoris, & pro hac opinione sunt
20. Doctores, quos refert Menoch. in cons. 974. num. 6. &
fuit resolutum in hac causa in decisionibus supra allegatis;
& in d. causa Forolivien. & in causa Paduana feudi 16. De-
cembris 1622. coram Illustriss. D. Card. S. Eusebii, & in
ead. 20. Decembris superioris anni coram R. P. D. meo Mer-
13 lino. Nec resistunt † Angel. & Doctores supra allegati,
quia mouentur ex tex. in cap. 1. de natur. success. feud. In
quo disponitur, quod si feudum fuit consolidatum in perso-
14 nam † vnius per diuisionem, aut alio modo non est locus
successioni masculorum alterius lineæ, donec ex linea il-
lius, in quo feudum est consolidatum, extat fœmina quæ
15 sit capax feudi, † qui tex. non facit cum præsupponat ca-
sum, quando feudum consolidatur per diuisionem. In
hoc autem casu per simplicem diuisionem non fuit emphy-
16 teusis consolidata, vt supra probatum fuit ex sententia †
tot Doctorum, etiam quod fuisset dictum, quòd vnus re-
mittit alteri iura, quæ habet, Bart. in l. qui Romæ, §. duo
fratres, quæst. 6. nu. 10. & ibi cæteri DD. ff. de verb. oblig.
Curt. Iun. cons. 83. num. 1. & cons. 92. num. 13. Aret. cons.
44. nu. 7. Morquecus de diuis. bon. lib. 4. c. 9. num. 3. & etiam
17 si dictum sit, quod vnus alteri remittit † sibi ex testamen-
to relicta, & partes libere assignatæ fuerint, Bart. qu. 5. nu.
18. Ruin. cons. 59. num. 10. & seqq. vol. 4. Boer. decis. 147.
nu. 4. Morquecus loco allegato num. 6. & tunc potuisset di-
18 ci conualidata emphyteusis, si data potentia alienandi †
in diuisione fuissent apposita verba lata, veluti si fuisset di-
ctum, vt de rebus diuisis alter ab altero in perpetuum aliqua
ratione, iure, vel causa, quæ de iure, vel de facto dici, vel
cogitari possit aliquid petere, vel exigere non valeat, istis
enim casibus data potentia alienandi, & scientia feudi, vel
19 emphyteusis † censerentur partes voluisse renunciare
emphyteusi, ita vt in alia linea consolidaretur, quæ verba
non adsunt in hoc casu, Io. Andr. in add. ad Specul. in tit.
de testam. num. 27. vers. sed quid si fideicommissarius litt.
F. Curt. Iun. cons. 94. num. 4. lib. 5. Aym. cons. 24. num. 12.
vers. amplius. Marzar. de fideicom. par. 3. quæst. 59. vbi
dicit in Rota ita fuisse iudicatum Morquecus vbi supra
num. 7.

Nec etiam obstat prædicta inuestitura de anno 1575.
quia licet inuestitura facta Andreæ de anno 1541. expira-
uerit per obitum Petri eius filij, & de anno 1551. mediante
solutione scut. 600. auri prædictæ Maurocena, & Angela
acquisiuerint d. inuestituram; ideo dicatur deberi censeri
primas acquirentes, & propterea cum post diuisionem quę-
libet de per se obtinuerit d. nouam inuestituram, illa est at-
20 tendenda, cum primus acquirens ea titulo † oneroso pos-
sit præiudicare vocatis, Surd. post alios cons. 305. Rot. in
recent. decis. 435. nu. 13. & decis. 438. num. 1. & ideo suc-
21 cessio spectat ad Illustriss. D. Lauram, † quæ adhuc vi-
uente matre vnà cum sorore Maria fuit inuestita, attamen
fuit responsum quod si attendamus lecturam inuestituræ
22 antiquæ datæ † pro parte d. Illustrissimæ D. Lauræ non
esse indubitatum, quod per obitum Petri filij Andreæ
emphyteusis esset finita, cum fuerit concessa pro se, filiis,
23 & nepotibus, & legitimè descendentibus, appellatione †
enim descendentium veniunt etiam fœminæ, Ruin. cons.
24. num. 9. lib. 1. Curt. Sen. cons. 64. num. 12. & quamuis
Ceph. in cons. 11. num. 22. teneat, quod emphyteusis con-
24 cessa † pro se, suis filijs masculis, legitimis & naturalibus,
ac de legitimo matrimonio natis, ac descendentibus suis
transeat ad solos masculos, tamen negari non potest, quin
sit aliqua dubietas, an verba sint intelligenda de descen-
dentibus masculis tantum, an verò etiam de fœminis, sed
quicquid sit de hoc, quia in originali non adest copula, &,
posita ante verba legitimè descendentibus, nec in hac lectu-
ra fiebat vis pro parte Illustrissimi D. Petri, veritas vide-
tur esse, quòd dd. Maurocena, & Angela non fuerunt pri-
mæ acquirentes, quia etsi † primus acquirens dicatur, qui 25
non est comprehensus in prima inuestitura, Salic. in l. fin.
num. 15. & ibi Ias. num. 41. C. de iur. emph. Surd. cons. 538.
num. 1. Molin. de contract. disp. 472. num. 1. vers. obserua
tamen. Afflict. decis. 12. num. 5. & decis. 248. num. 8. Ro-
sental. de feud. c. 2. concl. 25. Caldas de renou. emphyt. qu.
1. num. 5. Attamen hæc conclusio non applicatur in casu
illo quia quando † Ecclesia tenetur renouare, certum est, 26
quod renouatio nihil mutat, & non dicitur noua inuesti-
tura, sed renouatio, l. si fideiussor. §. 1. ff. qui satisdar. cog.
secus autem si voluntariè sit facta renouatio, quia tunc
videtur beneficium nouum, & dicitur † voluntariè facta, 27
quando aliàs Ecclesia non tenebatur ad renouandum ita
eleganter, Alciat. in l. similis, & Titio, num. 27. vers. idque
simpliciter his verbis, ff. de verb. oblig. in proposito autem,
dato quod emphyteusis esset finita per obitum Petri cum
Ecclesia † nollet pro se retinere tenebatur inuestire pro- 28
ximiores, Bart. in l. 1. §. permittitur, num. 1. ff. de aq. quo-
tid. & æst. Roman. cons. 22. num. 5. Alex. cons. 80. num. 17.
& 20. lib. 1. Dec. cons. 13. Paris. cons. 26. num. 1. lib. 1. Ve-
rall. decis. 304. par. 1. & quamuis hæc opinio procedat ex
æquitate, attamen si Ecclesia † non vult retinere pro se, 29
iniuriam facit proximioribus, Rom. cons. 22. num. 5. Alex.
d. cons. 80. num. 10. & 20. lib. 1. Dec. 131. Paris. cons. 29.
num. 1. lib. 1. etiam fœminis, etiam quod † non sint com- 30
prehensæ in prima inuestitura, modo pacta primæ inuesti-
turæ non alterentur, Bero. cons. 98. & 99. lib. 1. & fuit di-
ctum in causa Ciuitatis Castelli emphyteusis 23. Iunii 1586. co-
ram Card. Plato. Marescott. var. lib. 1. cap. 3. num. 5. cum
aliis pluribus Doctoribus, & decisionibus congestis coram me
in causa Imolen. bonorum 18. Iunii 1618. & datur appellatio
† & proximior potest petere, vt extraneus inuestitus re- 31
moueatur, Rip. in l. 1. num. 10. ff. de priuil. credit. Alciat.
in d. l. si mihi, & Titio, num. 31. ff. de verb. oblig. Gozad.
cons. 39. nu. 21. Card. Mantic. decis. 10. nu. 9. nec ex eo po-
test dici noua inuestitura, ex quo fuerint soluta scut. 600.
quia † in renouatione sicut potest Ecclesia censum auge- 32
re, Veral. d. decis. 304. ita potuit dd. pecunias in recompen-
sam augumenti census recipere, l. si cum, §. qui iniuriarum,
ff. si quis caut. & quamuis istam renouationem, Ang. Aret.
in cons. 41. nu. 13. vers. his non obstantibus vocet nouam in-
uestituram, tamen in puncto quod non solum † renoua- 33
ta dicatur illa concessio, vel locatio, quæ semper vna est,
vt per Butr. & alios in cap. 1. de præcar. sed † etiam illa, 34
quæ iam finita est, & extincta, iterumque eidem, aut
consorti; seu filijs conceditur, vt est tex. & ibi glos. in cap.
2. de feud. & Imol. & alij per glos. in c. non satis 34. qu. 2.
& in cap. 1. per tex. ibi de donat. & in cap. cum venerabilis
de censibus, Bero. cons. 116. num. 21. vol. 1. Caldas de reno-
uat. emphyt. qu. 2. num. 16. & in nostris terminis de inuesti-
tura concessa filijs post lineam † finitam, quod censeatur 35
renouatio, non autem noua concessio, Bart. in l. si mihi,
& Titio in princ. num. 7. & ibi etiam Alexand. ff. de verb.
oblig. & quod dicatur antiqua emphyteusis, quando filij
renouantur ad lineam finitam, secus ob delictum, Cald.
de renou. emph. c. 4. num. 18. & seqq. vbi in puncto, & ita
concludit num. 21. & in puncto etiam Bero. cons. 122. num.
23. vol. 3. & hæc procedunt etiam quod † in renouatione 36
sit dictum, prout in casu isto Et de nouo concedimus, quia
nihilominus non immutatur natura concessionis antiquæ,
itaut semper ista censeatur renouatio, non autem noua
concessio, Cassad. decis. 1. de confir. vtil. vel inutil. & fuit
dictum in causa Mediolanen. decursus aquarum 28. A-
prilis 1581. coram fel. memoriæ Clemente VIII.
& in causa Tuden. iurisdictionis de Tudela 1. Aprilis
1587. coram bon. mem. Card. Blanchetto, & in istis proprijs
terminis post Bart. & Isern. in cap. 1. de vassallo decrepit.
ætat. Alciat. in d. l. si mihi, & Titio num. 27. vers. quod
Bart. ff. de verb. oblig.

Hinc sequitur, quòd cum ista fuerit renouatio † em- 37
phyteusis non est titulus nouus, sed prioris tituli con-
cessi Andreæ renouatio, Curt. Sen. cons. 48. num. 46. Fe-
lin. in c. de causis, num. 1. de offic. deleg. Valasc. de iur.
emph.

empb. qa. 11. aum. 15. ad finem. Gamma *decif. 222. num. 7.*
Caldaſ. *de renou. empb. qu. 3. num. 1. vbi num. 2. poſt infini-*
tos, ques allegat, dicit, quod renouatie empb. regulanda
eſt iuxta terminos inueſtituræ antiquæ, quia non noua,
ſed antiqua emphyteuſis dicitur, Bart. *in d. l. ſi mihi, &*
Titie, & ibi Alex. *ff. de verb. oblig.* Crot. *conſ. 18. aum. 1.*
& idem Caldaſ. *numeris ſeqq. ſatis exorant hanc mate-*
riam, & propterea Manrocena, & Angela obtinendo no-
uas inueſtituras non potuerunt præiudicare Illuſtriſ. D.
38 Petro, prout † nec potuit præiudicare Dominus dire-
ctus, *vt infinitos Doctores huius ſententiæ cumulat* Cal-
daſ. *d. quæſt. 3. num. 7.* & in puncto, quod licet poſt diuiſio-
39 nem quilibet diuidentium obtineat † nouas inueſtituras,
non propterea cenſeantur præiudicare iuri accreſcendi
comprehenſo in prima inueſtitura dicit Bald. *in conſ. 431.*
lib. 2. per tot. quod duplicatur conſ. 280. lib. 3. nec potuit
fieri fundamentum quoad iſtud *in clauſula ad habendum,*
& quicquid placuerit faciendum, poſita in d. inueſtitura
anni 1551. quia quatenus fuiſſet appoſita in diſpoſitiua,
nihil operaretur, cum alteraret primam inueſtituram
conceſſam Petro, vt patet ex ſupradictis, & ſic non
40 obſtaret, ſed veritas eſt, quod † eſt poſita in clau-
ſulis exequutiuis, & ideo non ampliat principalem
diſpoſitionem, Dec. *conſ. 495. num. 18. & conſ. 500. num. 8.*
verſ. & ideo. Honded. *conſ. 33. num. 10.* Oſaſch. *decif.*
164. num. 2. Vinc. de Franch. *decif. 6. num. 7.* Corbul. *de*
emphyt. tit. de cauſ. priu. ob alienat. lim. 3. num. 8. &
41 ideo ſi principalis † diſpoſitio non officit, vt patet ex
prædictis, nec clauſula *ad habendum*.

Secundò principaliter fuit reſponſum, quod cum aga-
tur de emphyteuſi Eccleſiaſtica, non potuit concedi fa-
cultas Maurocenæ, & Angelæ, & comprehenſis in in-
ueſtitura, *deinceps quicquid placuerit faciendi*, quia
cum iſta facultas non eſſet conceſſa in prima inueſtitura
circa hoc alteraretur ſolitum, quod non poteſt alterari,
42 & hinc quod res † ſolita locari, quod eſt quando vnica
locatio procedit, vel duæ effectum ſortitæ ſpatio 40. an-
norum, Præpoſ. *in c. 1. nu. 23. & ſeq. qui feud. dar. poſſ.*
43 non poſſit alterato † ſolito iterum locari, Curt. Iun.
de feud. par. 2. quæſt. 6. Dec. *in auth. qui rem num. 22. &*
ibi Cagnol. *nu. 58 C. de ſacroſ. Eccleſ.* Alex. *conſ. 9. n. 2.*
44 *lib. 3.* ita vt vtile per † inutile vitietur, Couar. *var. lib. 2.*
cap. 16. num. 5. verſ. eadem, & infra verſ. ad præmiſſa
Baldi ſentent. Rot. *decif. 709. num. 2. vſque finem par. 1.*
vbi alios refert, & fuit dictum in cauſa Romana domus 9.
Decembri 1620. coram me, & ſic quatenus ſolitum fuiſſet
alteratum, alteratio nihil operaretur, & contractus
non ſubſtineretur, ſed attendenda eſſet inueſtitura anni
1551. Nec in hoc caſu poteſt deduci beneplacitum Apo-
45 ſtolicum † ex curſu 30. annorum cum non adſit aliqua
obſeruantia ſuper iſto pacto, Anchar. *con. 136.* Alex. *in*
l. qui aliena, num. 11. ff. de acq. hæred. Put. *decif. 355. num.*
7. in addit. Marginal. l. 2. in correctis, Mohed. *dec. 2. de tranſ.*
& quamuis Maurocena, & Angela poſſederint, tamen
cum eſſent in poſſeſſione vigore inueſtituræ anni 1551,
46 iſta poſſeſſio † eſt æquiuoca, & ideo non concludit ad
obſeruantiam ſecundæ inueſtituræ, Abb. *in c. 2. in fin.*
de cenſib. Felin. *in c. cum Bertoldus num. 26. de re iud.* & ad
effectum, quod poſſeſſio probaretur circa iura ſecundi
contractus deberet probari effectuatio pacti prædicti, quod
repugnat primæ inueſtituræ, *vt fuit reſolutum in cauſa*
Senen. tenutæ pontis Arrighi 10. Martij 1578. coram ſanct.
mem. Clem. VIII.

Non obſtat, quòd Illuſtriſ. D. Petrus ſit filius, & hæ-
47 res Angelæ, qui propterea non poteſt venire † contra
inueſtituram obtentam à matre *l. cum à matre, C. de rei*
vend. Quia regula illius legis non habet locum in facto
48 inualido † defuncti, prout eſt illud ex ſupradictis, Soccin.
Sen. *conſ. 79. num. 47. lib. 4.* Grat. *conſ. 91. num. 24. in fin.*
& num. 25. & 26. lib. 1. cum alijs per Rot. *decif. 110. num.*
1. par. 2. diuerſ. Pinel. *in l. 1. par. 3. num. 83. lim. 10. C. de*
49 *bon. matern.* quod procedit † de plano, & in caſu
iſto, quia cum dicta inueſtitura non potuerit alterari,
50 vt dictum eſt, obligatio † defuncti non tranſit in hære-
dem, Bald. *in d. l. cum à matre num. 4. in fin.*

Et ita concluſum vtraque parte informante.

R. P. D. M E R L I N O.

Narnien. Succeſſionis.

Die Lunæ 22. Maij 1628.

A R G V M E N T V M.

Statutum alicuius loci an poſſit comprehendere bona exiſtentia extra territorium, & in ſpecie de ſtatuto excluſiuo fœminarum propter agnatos.

S V M M A R I V M.

1 *Fœminæ ſecundum ius commune æqualiter ſuccedunt in bonis paternis, ſicuti fratres.*

2 *Statutum non comprehendit bona extra territorium, & hanc opinionem indiſtinctè tenet Rota, & ab hac non eſt recedendum, nu. 3.*

4 *Statutum excluſiuum fœminarum propter agnatos, an non comprehendat bona extra territorium, quia eſt odioſum.*

5 *In ſucceſſionis materia conſtituere differentiam inter maſculos, & fœminas eſt maximum vitium.*

6 *Statutum excluſiuum fœminarum, licet ſit derogatorium iuri communi, non tamen inde odioſum, odio ſaltem irrationabili cenſendum eſt.*

7 *Familiæ, quæ diuitiarum penſio deſtitutæ ſunt, ſordeſcunt.*

Statutum excluſiuum fœminarum eſt fauorabile ex receptiori calculo, num. 7.

8 *Statutum excluſiuum fœminarum eſt conforme iuri Diuino 12. tabularum, & iuri prætorio.*

9 *Statuere eſt actus iuriſdictionis, qui exercetur circa adminiſtrationem rerum ſuarum.*

10 *Princeps extra territorium proprium eſt, veluti priuatus.*

11 *Populus non poteſt exercere iuriſdictionem extra territorium.*

12 *Statutum etiam omnino eſſet fauorabile, non tamen extenditur extra territorium.*

13 *Bart. diſtinctio in l. cunctos populos num. 33. C. de ſumm. Trin. & fid. Cath. Rota ſemper reiecit.*

14 *In ſtatutis non cortex verborum, ſed facultas ſtatuentium, quidque ipſi principaliter intelligant, attendendum eſt.*

In ſtatutis tunc verba indaganda ſunt, quando quæſtio eſt voluntatis, quæ verbis declaratur, & extenditur, nu. 14.

15 *Secus verò ſi quæſtio eſt poteſtatis, quæ cum ſit limitata, non poteſt quibuſcumque verbis, quomodo conceptis vltra limites extendi.*

16 *Bart. diſtinctio in d. l. cunctos populos, eſt potius verbalis, quàm iuridica, & ideo DD. eam redarguunt.*

17 *Statutum poteſt inhabilitare perſonam ſubditam, & ita incapacem reddere illam, vt quocunque loco vadat, ſemper remanet incapax, & hoc quatenus verum ſit, num. 18. & 25.*

19 *Salyc. opinio in l. cunctos populos nu. 3. C. de ſum. Trinit. & fid. Cathol. & ſequacium non eſt tuta, & illos Rota reprobat, & num. 33.*

20 *Opinio fundata ſuper diſtinctione reprobata, neceſſe eſt, vt corruat.*

21 *Statutum de ſucceſſione non extenditur extra territorium, etiam ſi hoc expreſſe diceret, & num. 24.*

22 *Statutum de ſucceſſione, licet in ſuo cortice loqueretur in perſonam, tamen quia diſponit de ſucceſſione, videtur principaliter de bonis, & non de perſonis diſponere.*

23 *Bannitus, & hoſtis patriæ, qui eſt omninò incapax ſucceſſionis, attamen ſuccedit ab inteſtato in bonis extra territorium.*

26 *Tex.*

26 *Tex. in l. magis puto, §. illud, ff. de reb. eorum, & in l. propter litem, §. licet, ff. de excusat. tut. in quibus terminis procedant.*

27 *Tutor datus ia vno loco, est etiam tutor in alio, licet extra territorium, quia tutor datur personæ.*

28 *Statutum si inhabilitaret fœminas, & solum masculos admitteret ad bona extra territorium existentia, disponeret de re, & materia sibi non subiecta.*

29 *Curator datus in vno loco, extra territorium non remanet talis, quia curator datur bonis.*

30 *Hæreditas est quid vniuersale, & indiuiduum, nec loco circumscribitur, sed consistit in intellectu.*

31 *Hæreditas, siue patrimonium scindi non debet, cum ex omnibus bonis conflatur vna tantum hæreditas, & vnum tantum patrimonium.*

32 *Hæreditas scinderetur, si respectu bonorum in aliquo loco existentium masculi solum succederent, & respectu aliorum bonorum alibi existentium admitterentur cum fœminis.*

34 *Hæreditas, tunc tanquam, quid intellectuale, & indiuiduum non scinditur, quoties bona hæreditaria sunt sub eodem territorio.*

35 *Bona quoties sunt separata, considerantur plures hæreditates, & defunctus tunc tot repræsentat personas, quot tunc territoria, vbi bona sita sunt.*

36 *In statutis verba debent interpretari cum effectu.*

37 *Statutum non potest disponere de bonis existentibus extra territorium, etiamsi minor, vel maior pars bonorum reperiatur in illo, vel alio loco.*

38 *Loca montium tanquam perpetuo mansura inter bona immobilia reputentur.*

Statutum exclusiuum fœminarum habet etiam locum in locis montium, num. 38.

39 *Loca montium etiamsi vacabilia, veniunt appellatione bonorum.*

40 *Statuentibus alicuius loci, parum refert conseruare familias exteras, sed benè subditas, & 41.*

42 *Statuta diuersæ Ciuitatis an connectenda sint, vt mutuo suppleantur circa exclusionem fœminarum, vbi bona sita sunt.*

43 *Statuta diuersæ Ciuitatis connectenda non sunt quando vtrumque de per se est imperfectum, & inutile ratione scilicet potestatis, & voluntatis.*

44 *Statutum, vt afficiat, requiritur, vt eidem statuto subiaceat insimul bona, & personæ, quæ ad successionem aspirant, nec sufficit alterum.*

Statutum vnum cum alio coniungi non debet ad correctionem iuris communis, num. 44.

Statutum exclusiuum fœminarum non extenditur ad bona extra territorium, vbi contraria est iuris dispositio, num. 44.

45 *Arguere à contrario sensu præsertim in dictis Doctorum non licet, quando absonus resultaret intellectus.*

46 *Statutaria dispositio vbi deficit subintrat semper dispositio iuris communis.*

47 *Alex. in cons. 44. n. 6. lib. 5. & aliorum intellectus.*

48 *Bona defuncti, si maneant in duobus locis, statuta vtriusque loci seruanda sunt, & coniungenda, & quatenus hoc sit verum, & 49.*

50 *Bona sicuti quis potest habere in pluribus locis, sic & potest habere domicilium, & subiacere pluribus locis.*

51 *Statutum personarum, & statutum loci coniungenda sunt, quando vterque locus manet sub eodem Principe.*

52 *Statutum Principis, quando pariformiter in toto suo statu seruandum est.*

53 *Confirmatio, quid operetur.*

54 *Consuetudo, qualiter probari debet.*

55 *Populus subiectus immediatè Sedi Apostolicæ, non potest condere statuta sine confirmatione Pontificis.*

56 *Consuetudo æquiparatur statutis.*

57 *Priuilegijs ciuilitatis vt quis gaudeat, quid requiratur.*

DECISIO CLXXVII.

ANDREAS superstitibus tàm filijs masculis, quàm
fœminis intestatus decesserat, bonaque nedum in
territorio Narniesi vbi degebat, sed & hic Romæ relin-
quit. Vnde fuit dubitatum, an in his bonis fœminæ æqua-
liter admittendæ essent vnà cum masculis, illisque danda
immissio. Et quamuis attenta iuris communis dispositio-
ne non sit ambigendum, quin ad fœminas † æqualiter, 1
prout ad masculos spectet paterna successio, *§. intestatorum
inst. de hæred. quæ ab intest. defere. l. maximum vitium, C.
de liber. præterit. l. lege 12. tabularum, C. de legit.
hæred. auth. nouissima, C. de suis, & legit.* attta-
men difficultatem faciebat, quod tàm Narnij, vbi & testa-
tor, masculique, & fœminæ ad successionem adspirantes
domicilium habent, quàm hic Romæ, vbi bona reperiun-
tur, statutum viget exclusiuum fœminarum extantibus
masculis, & proinde quodcumque statutum attendatur,
semper resultat exclusio fœminarum.

Verum Domini responderunt, in his bonis Romæ exi-
stentibus dandam esse immissionem filiabus fœminis pro
medietate, & sic iuris communis dispositionem in proposi-
ta facti specie esse attendendam, neutrumque ex prædictis
statutis sibi locum vendicare.

Nun inquam statutum Narniense, quoniam quam-
nis Doctores inter se certauerit, an huiusmodi statutum
fœminarum exclusiuum comprehendat, vel extenda-
tur ad bona extra territorium, in variasque acies diuisi sint,
& distinctionibus aliqui opiniones contrarias conciliaue-
rint, attamen semper Rota † indistinctè censuit, bona 2
posita extra territorium non comprehendi statuto, quem-
admodum, magis communiter Doctores tenuerunt,
ita Bart. qui fuit auctor huius opinionis *in l. cunctos po-
pulos, num. 32.* Bald. *ibid. num. 91. C. de summ. Trin. &
fid. Cath.* Anchar. *in c. canonum statuta num. 214. de const.*
Felin. *in cap. postulasti, num. 4. de for. com.* Alex. *cons. 16.
num. 1. & seqq. & cons. 228. lib. 1.* Gozadin. *cons. 49. num.
8.* Brun. *de statut. art. 8. num. 130.* qui affirmat † ab hac 3
opinione non esse recedendum, Rol. *cons. 80. per tot. lib.
4.* Bero. *cons. 155. num. 12. & seqq. lib. 2.* Ioseph. Lud.
decis. Perus. 76. num. 8. Hond. *cons. 5. num. 14. lib. 1.* Peregr.
decis. Patauin. 117. num. 2. & 3. & cons. 7. nu. 8 lib. 5. Me-
noch. *cons. 875. per tot. & cons. 1121. num 9. & 10.* vbi 56.
Doctores recenset hanc opinionem sequentes Aldobr. *cons.
2. num. 10. & seqq. l. 1. & cons. 145. num. 8. lib. 2.* D. Fach
cons. 86. num. 4. & cons. 87. num. 1. & seqq. lib 2. Osasch.
cons. 76. num. 19. Caball. *cons. 11. num. 1. & seqq. lib. 2.*
qui de vera, & magis communi attestatur, & quod optimis
fundamentis innitatur, Pappon. *cons. 54. nu. 33.* Aldouin.
cons. 98. nu. 3. & Rota perpetuo, vt dictum est, hæsit huic
opioloni, ita coram Puteo *decis. 341. lib. 1. in correct. coram
Card. Blanchetto in Rom. seu Terracinen. bonorum 16. Mart.
1576. quæ est decis. 304. num. 3. par. 1. diuers. coram Comitu-
lo in Perusina bonorum de Balleonibus, 8. & 13. Iunij 1590.
coram Brauo in Romana supplementi legitimæ 21. Octobris
1580. coram Penia in Perusina reintegrationis 15. Ianuarij
1596. coram Card. Pamph. in Balneorgien. bonorum 7. Iunij
1591. & 16. Maij 1594.* coram sanct. mem. Gregor. XV.
*decis. 255. num. 1. & seqq. & coram bon. mem. Buratto in
Collen. hæreditatis 10. Iunii 1616. & 5. Maii 1617. & nouis-
simè coram R. P. D. meo Durano in Romana, seu Bergomen.
successionis 11. Maii 1616.*

Et quamuis Rota in conclusione assentiat Bartolo, in
duobus tamen dissentit, in ratione scilicet, & in distinctio-
ne, seu declaratione, non enim vera † est ratio ab eo 4
ponderata, quòd nempè huiusmodi statutum non compre-
hendat bona extra territorium eo quia sit odiosum, dum
æquitati naturali repugnat, constituendo in materia † 5
successionis differentiam inter masculos, & fœminas, quod
veluti maximum vitium reprehendit Imperator in *d. l.
maximum vitium, C. de liber. præterit.* & propterea stri-
ctè interpretandum, nec extendendum extra territo-
rium. Quoniam licet tale † statutum sit derogatorium 6
iuri communi, non tamen inde odiosum, saltem odio irra-
tionabili censendum est, fundatur enim in bono publico,
nempè in motiuo conseruandi agnationes masculorum,
& principaliter, ac primariò non intendit exclusionem fœ-
minarum

minarum, nec in earum odium est promulgatum, sed in
7 fauorem familiarum, quæ † diuitiarum præsidio destitutæ
sordescunt, & hoc considerari debet ad effectum iudicandi,
an aliquid sit odiosum, vel fauorabile, l. qui exceptionem,
ff. de cond. indeb. Roman. cons. 39. numer. 2. & cons.
328. num. 2. Decian. con. 17. nu. 25. lib. 1. Cephal. cons. 278.
num. 102. Aldobr. cons. 2. nu. 141. lib. 1. Caputaq. decis. 15.
num. 6. par. 2. Rot. decis. 117. n. 1. par. 1. diuersor. & quod
huiusmodi statutum sit fauorabile receptiori calculo affirmant
Doctores Alex. cons. 141. n. 10. l. 7. Cephal. cons. 278.
n. 102. & 103. Decian. cons. 1. n. 319. & cons. 17. nu. 25. lib.
1. & cons. 30. n. 10. l. 3. Gabr. cons. 15. n. 3. l. 2. Brun. de statut.
art. 8. n. 127. vers. nec obstat, Surd. cons. 553. nu. 9. &
Rota pluries amplexa est hanc opinionem, vt in Nucerina
bonorum 4. Martij 1612. coram bon. mem. Card. Sacrata,
quæ est decis. 51. par. 1. recent. & in pluribus relatis in Bonon.
Successionis 9. Decembris 1622. coram bon. mem. Vbal-
8 do, immò huiusmodi † statutum est conforme iuri Diuino,
12. tabularum, & iuri prætorio, Crauet. cons. 243. nu.
5. Decian. d. cons. 1. num. 318.

Sed vera ratio illius conclusionis supra firmatæ ea est,
9 quoniam statuere † est actus iurisdictionis, qui exercetur
circa administrationem rerum suarum, c. final. de constit.
in 6. l. finali, ff. & C. de iurisd. omn. iud. & ibi DD. communiter
Alexand. in l. 1. num. 10. ff. eod. & extra pro-
10 prium † territorium Princeps est veluti priuatus, dict.
cap. fin. de constit. in 6. cap. per venerabilem qui filij sint
legit. cap. quæ contra 8. distinct. d. l. fin. de iurisdict.
omn. iud. l. 3. ff. de offic. Præsid. cum alijs per Bero.
11 cons. 155. num. 14. lib. 2. Vnde nec † poterit populus
exercere iurisdictionem in alieno territorio, ita Lap.
alleg. 91. num. 7. Castr. consil. 22. num. 1. lib. 2. Rolan.
cons. 80. num. 25. & 26. lib. 4. Bero. dict. consil. 155. num.
13. & 14. Peregr. decis. Patauin. 117. num. 2. Aldobr.
cons. 2. num. 10. & 15. lib. 1. Brun. de Stat. d. art. 8. nu.
130. vers. quicquid autem sit, Gerard. Mazzol. cons. 36.
num. 17. Bellon. Iun. cons. 74. num. 103. & per hanc rationem
Rota sequitur Bartolum, vt obseruauit Put. d.
decis. 341. in fin. lib. 1. & tangit Surd. cons. 553. num. 8.
Bellon. d. cons. 74. num. 104. Imò etiamsi omninò esset
12 statutum † fauorabile, non tamen extenderetur extrà
territorium, Rolan. d. cons. 80. sub num. 29. sub vers.
superest modo, Bellon. ibid. num. 105. semper enim obstaret
defectus iurisdictionis.

Distinctionem etiam Bart. in d. l. cunctos populos num.
13 33. C. de Sum. Trin. & fid. cath. an statuto † loquatur in
rem, siuè in personam, semper reiecit, Rota vt in d. decis.
304. num. 3. par. 1. diuers. in Balneoregien bonorum 16. Maij
1594. coram bon. mem. Card. Pamph. & coram sanct. mem.
Gregor. XV. d. decis. 255. nu. 6. & in d. Collen. hæreditatis
14 coram bon. mem. Buratto, quoniam non † cortex verborum,
sed facultas statuentium, quidque principaliter intelligant
ipsi, attendendum est, & verba indaganda essent,
si quæsito foret voluntatis, quæ verbis declaratur,
& extenditur, l. Paulus §. non tantùm verbis, ff. rem rat.
hab. cap. is autem, 22. quæst. 2. Aym. cons. 20. num. 2. se-
15 cùs autem † dum quæstio est potestatis, quæ cum sit limitata
territorio statuentium, l. duum virum, C. de decur.
lib. 10. non potest quibuscunque verbis, quoquo modo
conceptis, vltra limites extendi Lap. d. alleg. 91. nu. 8. Neguf.
respons. 278. num. 6. & 7. Bellon. Iun. d. cons. 74. num.
107. alioquin in facultate cuiuslibet positum esset ingeniosa
verborum structura alienam supplantare, ac propriam
extendere iurisdictionem vltra fines territorij, & propterea
d. distinctionem DD. ferè omnes pro principali conclu-
16 sione supra relati † reprobant, & potius verbalem, quàm
iuridicam redarguunt, Aret. in l. iustè possidet sub num. 4.
vers. præterea illa differentia, ff. de acq. poss. Soc. Iun.
cons. 25. num. 13. in fin. lib. 3. Dec. cons. 71. num. 7. lib. 2.

Nec suffragatur id, in quo potissimum insistunt, qui
17 contrarium tuentur, quod scilicet statutum possit † inhabilitare
personam subditam, & ità incapacem illam efficere,
vt quocunque vadat semper remaneat incapax, &
sic vinculum iniectum à statuto originis comitetur personam
etiam quoad bona in alieno territorio existentia, vt
censuit Salyc. in l. cunctos populos num. 24. vers. confirmatur
secundò, C. de Summ. Trin. & fid. cath. Alex.
cons. 128. sub num. 2. lib. 1. Surd. cons. 535. num. 18. &
cons. 553. nu. 12. Cephal. cons. 309. n. 30. & 35. Gabr. de stat.
concl. 8. n. 3. & 4. Bellon. Iun. d. cons. 74. n. 122. Rimin. Iun
cons. 72. num. 20. & 21. Rim. cons. 91. num. 2. lib. 1.

Quoniam hæc opinio firmatur à prædictis Doctoribus,
quatenus † statutum de bonis in alieno territorio expressè 18
disponeret, vt per Ruin. cons. 39. num. 16. in fin. lib. 1.
Bursat. cons. 39. num. 35. Surd. d. cons. 435. num. 18. Peregr.
decis. Patauin. 117. num. 13. alijque supra allegati, quod
non adest in Statuto Narnien.

Verum nec dicta opinio tuta † est, & Salyc. in hoc art. 19
post Tiraq. de primog. qu. 46. nu. 21. & seq. Alex. cons.
128. lib. 1. & alios, reprobauit Rot. in d. decis. 304.
par. 1. diuer. vbi ostenditur opinionem communem, &
rationem contra illum militare. Et certè dicta conclusio
fundatur † in illa distinctione, an statutum loquatur in 20
rem, siue in personam, & quando loquitur in personam,
videtur quod semper statutum afficit illam personam
subditam, & sic bona vbicunque reperiantur non
possint acquiri personæ incapaci, vndè si hæc distinctio
communiter reprobatur, vt supra dictum fuit, consequenter
opinio, quæ dicta distinctione innititur, vt
corruat necesse est, & ideo post Alex. & Signorol. Rub.
Alex. cons. 71. num. 10. absolutè negat hoc † statutum 21
extendi extra territorium, etiam si expressè diceret, &
sequitur Rolan. d. cons. 80. num. 29. in fin. Menoch. cons.
1021. sub num. 10. in fin. & num. 11. & sanè statutum † 22
quamuis in suo corticè loqueretur in personam, tamen
quia disponit de successione, videtur potius principaliter
de ipsis bonis disponere, non autem de personis, Cyn.
in d. l. cunctos populos in fin. Brun de stat. artic. 6. quæst.
1. num. 18. & art. 8. numer. 123. in fin. Roland. cons. 80. nu.
41. lib. 4. Soccin. Iun. cons. 25. num. 13. lib. 3. Cephal. cons.
309. num. 47. Facchin. cons. 86. numer. 2. lib. 2. idem Surd.
cons. 257. num. 15. & 343. num. 10. & cons. 553. num. 18.
Rot. decis. 295. num. 11. & decis. 304. num. 3. par. 1. diuers.
& videmus in fortioribus terminis, quod bannitus, † & 23
hostis patriæ, qui omninò incapax est successionis, attamen
succedit ab intestato in bonis extrà territorium, quia
hæc bona non subiacent Statuto Ciuitatis bannientis,
Castr. in l. 1. num. 4. C. de hæredit. instit. Imol. in l. ex
facto §. 1. num. 20. vers. si in alio, ff. ad Trebell. Menoch.
cons. 271. num. 19. in fin. & fuit dictum in Mantuana bonorum
27. Nouembr. 1579. coram Bubalo, & semper † coar- 24
ctatur illa dispositio, quoad bona existentia intra fines
iurisdictionis disponentis, non autem quoad bona extra
territorium sita, Castr. cons. 32. n. 1. lib. 2. Rimin.
Iun. cons. 5. num. 207. & cons. 437. num. 63. Card. Seraphin.
decis. 782. num. 2.

Et in omnem euentum illa conclusio ità temperari deberet,
vt statutum posset quidem inhabilitare personam
subditam, & quod hæc inhabilitas adhærebit
personæ quocunque in loco reperiatur, etiam in alieno
territorio, sed tamen † in illis actibus, qui personæ prin- 25
cipaliter hærent, nec extra illam exercentur, vt in
obligationibus, dispositionibus, & pœnis personalibus, ac
similibus, & in his terminis procedunt text. † in l. 26
magis puto §. illud, ff. de reb. cor. l. propter litem, §. licet,
ff. de excusat. tut. ponderati, & inducti à præallegatis
DD. conclusionem illam firmantibus, & ideò tutor
datus vno † loco, est etiam tutor in alio loco, licet ex- 27
tra territorium, quia sufficit personam esse subiectam, &
tutor datur personæ, Bart. in l. pupillo, ff. de tut. & curat.
Bald. in l. 1. C. vbi petan. tut. sed non respectu actuum,
quorum effectus principaliter oritur in rebus, & ipsas afficit,
vt est vocatio masculorum, & exclusio fœminarum,
in successione bonorum, & in qua materia, vt dictum est,
agitur principaliter de ipsis bonis, sicque statutum posset
inhabilitare fœminas, & solùm admittere masculos ad
bona extra territorium existentia, † non solum dispo- 28
neret super persona illis subdita, sed illorum iurisdictio
exerceretur principaliter in re, & materia, quæ illis subiecta
non est, vt in his terminis considerat Roland. d. cons.
80. num. 32. & 33. lib. 4. & egregiè Pappon. cons. 54. num.
34. & seqq. & attingit Rom. cons. 39. num. 3. & Alderan.
Mascar. de gen. interp. stat. concl. 6. num. 113. & 131. &
benè Brun. de Stat. art. 8. numer. 13. & 131. vbi notat,
quod licet tutor datus in vno loco trahatur etiam extra
territorium, quia datur personæ, secus † tamen est in cu- 29
ratore, quia hic datur bonis.

Non obstat quod hæreditas † sit quid vniuersale, & 30
indiuiduum, nec loco circumscribatur, sed consistat in intellectu,
itaut debeat vniformiter vbique iudicari, l. hæreditas,
ff. de reg. iur. l. si vt certi, §. si duobus, ff.
commodati, nec hæreditas, siuè patrimonium scindi debet, 31
quia

quia ex omnibus bonis conflatur vnum tantum patrimo-
nium, & vna hæreditas *l. Iurisperitus §. cum oriundus, ff.*
32 *de excus. tut.* quemadmodum scinderetur, † si respectu
bonorum Narnij existentium, masculi solummodò suc-
cederent, in alijs verò bonis, vnà cum fœminis admitte-
rentur, vt per Salyc. *in d. l. cunctos populos n. 14. vers. si ve-
rò bona C. de Sum. Trin. & fid. cath.* Io. de Rāponibus *cons.
34. tit. de testam. inter cons.* Calder. & sequitur plures re-
lati per Surd. *cons. 530. n. 18 & seqq. & cons. 553. num. 11.*
33 Quoniam, vt dictum fuit, † hæc opinio Salyceti fuit
in Rota acriter examinata, vt patet ex *decis. 304. par. 1. di-
uers.* & conclusum fuit illam esse reprobatam communi-
ter à Doctoribus, & rationes illius non subsistere, &
34 re vera patrimonium, siuè hæreditas † tanquam quid
intellectuale, & indiuiduum non scinditur, quoties bo-
na hæreditaria sunt sub vno, & eodem territorio, sed
35 quoties sunt separata bona, † considerantur plures hæ-
reditates, & defectus tot repræsentat personas, quot sunt
territoria, in quibus habet bona, Alexand. *cons. 16.
num. 2. & cons. 128. num. 2. vers. allegabat* Salyc. *lib. 1.*
Ruin. *cons. 48. num. 2. lib. 3.* Brun. *de Stat. art. 8. num. 124.*
Rol. *cons. 80. num. 37. vers. non obstat lib. 2.* Gail. *pract.
obseruat. cap. 124. num. 14. lib. 2.* Bursat. *cons. 8. num. 35.*
Aldobr. *cons. 2. num. 13. & 14. lib. 2.* Menoch. *cons. 1021.
sub num. 8.* Surd. *cons. 553. num. 16.* reprobaturque meritò
36 à Peregr. *d. decis. 117. num. 18.* Illa distinctio de † statuto
loquente de hæreditate, vel de bonis, quia est merè verba-
lis, & verba in statutis debent interpretari cum effectu,
vt per Peregr. *ibid.*
37 Sique deficit potestas in Statuto † Narnij disponendi
de bonis extra territorium extantibus, non refert an
maior pars, vel minor bonorum reperiatur in illo, vel
alio loco, quicquid dixerit Io. de Ramponibus *d. cons. 34.
de testam. inter cons.* Calder. Io. de Anan. *cons. 4. num. 3.*
Gabr. *de Stat. concl. 8. num. 32.* quos reprobat Roland. *d.
cons. 80. num. 40. vers. non obstat, & aliud, & num. 41.
lib. 4.* & Rota *in Balneoregien. bonorum 11. Februarij 1594.
coram Card. Pamph.*
38 Quo autem ad statutum Vrbis, licet loca † montium
tanquam perpetuò mensura in Vrbe inter bona immobi-
lia reputentur, & in eis lucrum habeat statutum ex-
clusiuum fœminarum, Peregr. *cons. 90. num. 29. lib. 1.*
Thesaur. Iun. *qq. forens. lib. 2. qu. 4. num. 16.* Bellon. Iun.
cons. 74. num. 111. & sequuta est Rota in his terminis in
Collen. hæreditatis 18. Maii 1620. coram bon. mem. Buratto,
39 & loca † montium etiam si vacabilia veniunt appellatione
bonorum, Gabr. *cons. 141. num. 23. lib. 2.* Modern. Ro-
man. *discept. forens. cap. 923. num. 20.*
Attamen cum tàm Andreas defunctus, quàm mascu-
li, & fœminæ, & sic exclusi, & excludentes fuerint,
& sint forenses, nec subiaceant iurisdictioni statuti Vrbis;
Imò cum statuentes ipsi per exclusionem fœminarum
intellexerint prospicere dumtaxat conseruationi familia-
rum subditarum, hæc prouidentia non respicit familias
40 exteras, parum enim † referebat statuentibus Roma-
nis conseruare agnationes Narnienses, & propterea præ-
dictum statutum licet in eius territorio bona sint posita,
non tamen intrat respectu forensium, ità Alexand.
*cons. 111. in princ. lib. 7. & cons. 44. num. 5. vers. hanc
conclusionem lib. 5.* Crot. *in l. omnes populi num. 244. in
fin. vers. sed hæc ratio, ff. de iust. & iur.* Paris. *cons.
12. num. 25. lib. 3.* Ruin. *cons. 48. nu. 4. lib. 3.* Crauet. *cons.
844. num. 1. & seqq. per tot.* Soccin. Sen. *cons. 128 nu. 5.
lib. 4* Socc. Iun. *cons. 80 num. 9. lib. 4.* Flamin. Rub. *cons.
2. per tot.* Cephal. *cons. 278. num. 112. vers. ad vltimum,*
Peregr. *cons. 90. num 13. & 20. lib. 1. & decis.* Puteus.
117. nu. 3. Modern. Roman. *discept. forens. cap. 431. num.
26.* & Rota *millies respondit, vt in Perusina de Balleonibus
8. & 13. Iunij 1590. coram Comitulo, in Balneoreg. bonorum
7. Iunij 1590. coram Card. Pamphilio, & in Ciuitatis Ca-
stelli hæreditatis* coram sanct. mem. Gregor. XV. *decis.
255.* & in terminis statuti Vrbis apud Put. *decis. 31. nu.
6. & seqq. lib. 2.* & apud *Card. Blanchettum decis. 295.
num. 1. & 4. par. 1. diuers.* & demum *coram bon. mem.
Buratto in d. Collen. hæreditatis 10. Iunij 1616.* vbi ex
41 Thesauro monet † rem dubitatione carere, quoties per-
sona excludens est etiam forensis, vt in casu nostro, &
respondet ad vota Cardd. Mattheicæ, & Tusci, & in *Ro-
mana, seu Cæsenaten. hæreditatis 6. Nouembris 1619.
coram Domino meo Pirouano*, vbi firmatur id procedere ex
defectu potestatis.

Neque statuta hæc Vrbis, & Narnij connectenda
sunt, vt † mutuo suppleantur ad exclusionem fœmina- 42
rum, itaut quod deficit statuto Narnij, scilicet subie-
ctio bonorum suppleatur ex statuto Vrbis, quod deficit
statuto Vrbis, nempè subiectio personarum suppleatur
ex statuto Narnij, vt post Bald. *in l. 1. num. 19. vers. ta-
men benè teneo, C. de Sum. Trin.* Castr. *cons. 32. in princ.
lib. 2.* Soccin. Sen. *cons. 36. sub num. 2. vers. quod intellige.*
Cephal. *cons. 309. num. 43. & 81.* cum alijs relatis per
Surd. *cons. 343. num. 20. & cons. 553. num. 13. vers. ter-
tiò,* & Bellon. Iun. *d. cons. 74. num. 99. & seqq.*
Quoniam, cum vtrumque † statutum, de per se sit 43
imperfectum, & penitus inutile, eo quod in vtroque
deficiat iurisdictio, & voluntas, vt supra probatum
fuit, non potest fieri coniunctio, Bald. *in l. si quis ex
argentarijs num. 3. ff. de eden.* Ias. *in l. centurio num.
57. in fin. ff. de vul. & pup.* & ità in his terminis re-
spondit Rota *in dicta Ciuitatis Castelli hæreditatis* coram
sanct. mem. Gregor. XV. *decis. 255. num. 4. & in Ro-
mana supplementi legitimæ 21. Octobris 1580. coram Bru-
no, & coram bon. mem. Buratto in d. Collen. hæreditatis
10. Iunij 1616. vers. ex quibus in fin. & sequuntur* Mo-
der. Rom. *discept. forens. cap. 431. num. 16. & pluri-
bus seqq.* quia ad effectum, vt statutum afficiat † re- 44
quiritur, quod eidem statuto subiaceant insimul bona,
& personæ, quæ ad successionem aspirant, nec sufficit
alterum, nempè vel subiectio personarum, vel bono-
rum, quia semper erit statutum penitus inutile. Et vnum
statutum cum altero statuto coniungi non debet ad cor-
rectionem iuris communis, Menoch. *consil. 784. nu-
mer. 20.*
Nec contrarium dixit Bald. *in d. l. 1.* licèt admittat
statutum exclusiuum fœminarum non extendi ad bona
extra territorium, vbi contraria est iuris dispositio, tum
quia non licet arguere † à contrario sensu, præsertim 45
in dictis Doctorum, quando absonus resultaret intelle-
ctus, *l. 2. C. de cond. insert. l. conuenticulam, C. de
Episc. & Cler. c. decet, de Immun. Eccles. lib. 6.* Ro-
man. *cons. 194. num. 8. cons. 392. num. 24. & cons. 399.
num. 6.* quemadmodum hic resultaret, si statutum loci læ-
deret personas non subditas, & faueret familijs exte-
ris, quarum conseruatio ad illos Statuentes non spectat;
Tum quia satis dicitur extare contrariam iuris disposi-
tionem, si Ius commune extat admittens æqualiter
masculos vnà cum fœminis, & quotiescunque statuta-
ria † dispositio deficit, subintrat semper dispositio iuris 46
communis, *l. si cum dotem, ff. solut. matrim. l. si extra-
neus, ff. de cond. caus. dat.* Ancharan. *cons. 26. num. 2.*
Soccin. Sen. *cons. 228. sub num. 2. lib. 2.*
Minùs applicatur doctrina † Alexand. *d. cons. 44. nu. 47
6. lib. 5.* Soccin. Sen. *cons. 288. num. 2. vers. & secundum,
lib. 2.* Surd. *cons. 343. num. 20. & cons. 553. num. 13.* &
aliorum, quos late congerit Bellon. Iun. *d. cons. 74. nu. 100.*
asserentium in hæreditate † defuncti habentis bona in 48
duobus locis, vtriusque loci statuta seruanda esse, & con-
iungenda. Quoniam hæc conclusio, quatenus vera sit,
intelligi debet datis terminis habilibus, scilicèt dummo-
dò non obstet defectus iurisdictionis, vel voluntatis, &
sic quod nedum vtroque in loco quis habeat bona, sed
& quod † personæ subiaceant iurisdictioni vtriusque 49
loci, vt etiam considerat sanct. mem. Gregor. XV. *d.
decis. 255. num. 4.* vbi respondet ad Castren. & alios; sique
aliter hæc Doctorum assertio intelligeretur, repugnaret
conclusionibus supra firmatis, quæ frequentius à Docto-
ribus receptæ sunt, & à Rota approbantur, & sicuti † 50
quis potest habere bona in pluribus locis, sic & potest ha-
bere domicilium, & subiacere pluribus locis ad *l. ciues
C. de incolis lib. 10.* Abb. *in cap. fin. nu. 8. in fin. de pa-
roch.* Felin. *in cap. dilectus in 1. num. 12. de rescript.* Me-
noch. *de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 86. num. 2.* & fuit dictum
in *Toletana matrimonij 10. Decembris 1625. coram me, & in
Romana, seu Bergomen. successionis 21. Maii 1626. coram
R. P. D. meo Dunozo*; & hoc casu statutum vtriusque
loci attenderetur.
Minus obstat quod locus eidem Principi, scilicèt Sum-
mo Pontifici subiaceat, & vtrumque statutum sit ea-
dem auctoritate Apostolica confirmatum, prout in his
terminis statutum personarum, & † statutum loci 51
coniungenda esse tradiderunt Archiepiscopus Petrus *cons.
vltimo apud* Odd. *nu. 108. et 115.* Thes. *quæst. forens. lib.
2. quæst. 5. num. 13.* Bellon. *prealleg. cons. 74. nu. 36.* Quo-
niam

niam motiuum vrget si Summus Pontifex per viam suæ
dispositionis sanxisset ad hæreditatem patris masculos so-
lummodò exclusis fœminis esse admittendos, quia tunc
52 in † toto Statu Ecclesiastico pariformiter seruanda esset
Principis constitutio *l. leges C. de legib.* Verum cum pro-
cessetit confirmaodo singulis Ciuitatibus, & locis eorum
statuta, & sic remouendo solummodò obstaculum defe-
ctus iurisdictionis, huiusmodi confirmationes regulantur
iuxtà terminos dispositionis confirmatæ, quam nec dicun-
tur ampliare, & sic nec vltra fines cuiusque Ciuitatis, &
53 loci extendere, † sed solum addere robur, *l. aurelio §. vl-
timo, ff. de liberi, leg.* Bald. *in l. nominationes in fin. C. de
appellat.* Bero. *cons. 107. num. 11. lib. 1.* Menoch. *cons. 658.
numer. 8. & cons. 704. numer. 36.* Rota *coram bon. mem. Car-
dinali Seraphino decis. 671. num. 7. & decis. 981. num. 5. & in
Balneoregien. bonorum 11. Februarij 1594. coram bon. mem.
Cardin. Pamphilio*, & ideò prudenter Rota *in dicta Ciuita-
tis Castelli hæreditatis coram sanct. mem. Greg. XV.* noluit
coniungere, nec combinare statutum Ciuitatis Castelli,
cum statuto Citernæ, quamuis vterque locus Sedi Aposto-
licæ subiaceat, & ab eadem Sede Apostolica confirmatio-
nem statuti obtinuerit.

Nec obstat consuetudo, vt etiam in bonis extra territo-
rium seruetur statutum Narniense exclusiuum fœminarũ,
quam masculi nitebantur probare; quia defecerunt, nec
probarunt concludenter cum requisitis, scilicet quod talis
54 consuetudo sit vniuersali, † quod fuerit in contradictorium
deducta, & obtinuerit, quod verisimiliter deuenerit ad noti-
tiam, & frequenter id contigit, prout opus erat DD. *in l. 2.
C. quæ sit long. consuetud. & in l. de quibus, ff. de legibus*, Paris.
cons. 27. n. 35. & seqq. l. 1. Dec. *cons. 31. n. 10. & seqq. l. 2.* Natt.
cons. 374. n. 14. Rot. *decis. 235. n. 4. & decis. 524. n. 3. p. 1. recent.
& decis. 497. n. 2. p. 2* & quod idem casus cum iisdem qualita-
tibus cõtigerit pluries, & pro masculis fuerit resolutus, An-
char. *cons. 339. n. 8.* Honded. *cons. 75. n. 22. l. 2.* Card. Mantic.
dec. 284. n. 7. Et in casibus, qui recensentur à testibus, fœminæ
fuerunt fortasse exclusæ ob renunciationes, quæ passim per
eas fieri consueuerunt; sed quatenus etiam probaretur hæc
consuetudo, aliqui ex Dominis dubitabant de illius validi-
tate: cũ enim Populus Narniensis sit immediatè subiectus
55 Sedi Apostolicæ, † quemadmodum non posset sine confir-
matione Pontificis condere statuta, Bald *cons. 407. n. 2. vers.
Quia meras est, li. 2.* Rot. *decis. 336. & decis. 780. n. 1. par. 1 di-
uers.* cum alijs cumulatis in *Bononien successionis 9. Decemb.
1622. coram bo. me. Vbaldo*, ita & consuetudinem absque ea-
dem confirmatione videtur, quod non potuerit introducere
56 præsertim contra ius, statutis † enim æquiparatur consue-
tudo *ad not. in l. de quibus, ff. de legib.* Bald. *in l. 2. n. 3. C. quæ
sit longa consuet.* Alex. *cons. 173. n. 12. lib. 6.*

Postremò nec suffragatur, quod Iacobus vnus ex mascu-
lis fuerit à Senatu per Priuilegium Ciuitate Romana do-
57 natus, quia † dicto Priuilegio non est vsus, nec vnquam
habitauit, nec onera sustinuit; Vnde Priuilegium non pro-
dest, vt multis cumulatis firmauit Rota *in Romana, seu Ce-
senaten. hæreditatis 6. Nouemb. 1619. & 15. Ianuarij 1620.
coram R. P. D. meo Pirouano.*

Et ita vnanimiter resolutum fuit, in bonis extra territo-
rium Narniense extantibus, fœminas æqualiter admitten-
das esse cum masculis, & illis dandam immissionem, &c.

¶ In eadem causa adsunt infra aliæ decisiones sub diebus 7.
Februarij 1629 & 26. Nouembris eiusdem anni coram eo-
dem R. P. D. Merlino.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Bononien. successionis.

Die Veneris 24. Maij 1628.

ARGVMENTVM.

Statuta omnia recipiunt interpretationem à iure communi. Statutum mandans seruari ius commune, de quo iure sit intelligẽdum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum etiam iuris communis correctorium recipit ab illo interpretationem.*
2 *Limitatio iuris communis correctorij debet latè interpretari.*
3 *Dictio, ex, quid operetur.*
4 *Statutum mandans in aliquo casu seruari ius commune, est intelligendum de iure municipali, quod in ea Prouincia, vel districtu est*
5 *Exceptio non debet idem continere, quàm regula.*
6 *Statuta prouinciæ, quando ius commune appellatur.*
7 *Ius commune non est strictè interpretandum.*
8 *Verba posita ad vnum effectum, non debent contrarium operari.*
9 *Statutum adhærens iuri communi, dicitur fauorabile.*

DECISIO CLXXVIII.

DOMINI perstiterunt in decisis die 19. Nouembris
1627. * Nunc enim deducta, aut in decisione desu-
per facta fuerunt sublata, aut penitus non releuant: Nam
quòd statutum, de quo agitur, sit iuris communis corre-
ctorium, nihil ad rem facit, † quia nihilominus recipit 1
declarationem à Iure communi, Roland. *cons. 80. num. 27.
lib. 4.* Honded. *cons. 1. num. 33. lib. 1. &* Magon. *decis.
Lucen. 22.* & in omnem casum limitatio † statuti iuris 2
communis correctorij, in qua versamur, debet latè in-
terpretari, cum illa restringens dispositionem statuti sit
iuri communi conformis, Cuman. *cons. 30. num. 4. ante
med. vers. tamen in except.* Laderch. *cons. 66. num. 4.* Curt.
Iun. *cons. 7. n. 10.* Vndè dum statutum in genere corrigit ius
commune in successione fratrum, in bonis autem prouen-
tis à matre, vel à coniuncta persona per matrem vult ius
commune seruari: propterea exceptio ista debet latè inter-
pretari, & præsertim quia lata interpretatio verbis non re-
pugnat, cum dictio, † ex, per quam prætenditur restrictio, 3
quandoque etiam ex proprietate sermonis causam imme-
diatam denotet, vt in dicta decisione dictum fuit.

Neque obstat si dicatur, quod dum dictum statutum in
prædicta limitatione, ibi, *exceptis bonis, quæ ad defunctam
personam peruenerint ex dote, vel titulo lucratiuo, vt supra à
matre, vel coniuncta persona per matrem dictarum sororum,
in quibus talibus ius commune seruetur* debet intelligi *ius
commune seruetur*, idest, † ius municipale, quòd in ea Pro- 4
uincia, seù districtu est, ibi, *Ius commune*, Natt. *cons. 541. n. 16.*
Gamb. *dec. 3. n. 6* & Rodet. Suar. *in l. quoniam in prioribus in
declar. leg.* Regn. *in princ. C. de inoff. testam. &* Lup *de donat.
int. vir. & vxor. in princ. nu. 3. & 4.* Quia imò ius commune
dicit in dicto statuto prout contraponitur iuri municipali,
quòd propriè loquendo in ea Prouincia non ius commune,
sed ius generale illius Prouinciæ nuncupetur, aliàs † exce- 5
ptio idem contineret, quod regula, & in vanum DD. dum
statuta exponunt, & interpretantur, passim illa restringe-
rent, aut ampliarent iuxta iuris communis dispositionem:
quinimò præcitati DD. qui statuta † Prouinciæ ius com- 6
mune appellant, quando de eis loquuntur nullo modo illa
extendenda esse volunt, sed solùm intelligenda esse dicunt
in casibus, in quibus loquuntur, vt idem Suar. *ibid. q. 9. n. 16.
&* Gamb. *dec. 283. n. 4.* & tamen ius commune † non est stri- 7
ctè interpretandum argumento *leg. non est nouum cum duo-
bus seqq. ff. de leg.* Zabar. *in Clem. procuratorem, n. 12. de pro-
curat.* & idem Gamb. *decis. 314. n. 6.*

Minùs obstat, quòd in statuto antiquo excipiantur tan-
tùm bona, quæ ad defunctum peruenerunt a matre, & in
nouo statuto addatur, *ex dote, vel titulo lucratiuo, &c.* quia
cum dicta † verba sint adiecta ad ampliandum, aut potius 8
causa maioris declarationis non debent contrarium operari
ad *leg. legata inutiliter, ff. de legat. 1. & l. quæ dubitationes, in
princ. ff. de reg. iur.* Maximè cum † dicta limitatio tàm in 9
antiquo, quàm in nouo statuto reducat successionem in illo
casu ad ius commune, Hond. *cons. 5. n. 60. l. 1.* cum alijs supra
allegatis. Et ita vtraque, &c.

* Est decisio 107. supra in hac parte.

R. P. D. VEROSPIO.

Reatina Iuris redimendi.

Die Veneris 27. Maij 1628.

ARGVMENTVM.

Cessione probata, transeunt omnia iura, necnon effectus rei cessæ in cessionarium, & sicuti cedens poterat agere, ita & cessionarius. Nullitatis actus in aliquo contractu à à quo allegari possit.

SVMMARIVM.

1 *Ius quando est transmissibile ad hæredes, est etiam cessibile.*
2 *In cessionarium transeunt omnia iura, & effectus, quæ competebant cedenti.*

3 *Actione principali cessa, censetur etiam cessum ius executiuum.*
4 *In alienatione rerum ecclesiasticarum requiritur solemnitas, & causa.*
5 *Nullitas ab illo solum potest allegari, cuius fauore actus est nullus.*
6 *Contractus cum Ecclesia non potest declarari nullus in ipsius Ecclesiæ præiudicium, si illum ratum voluerit habere.*
8 *Hypoteca competit pro legato, & num. 10.*
9 *Sub hypoteca, quæ competit pro legato, venit ius redimendi, quod, & vendi potest, & ad hæredes transmitti.*
11 *Cedens sicut poterat agere, ita & cessionarius in quem fuit translatum ius cum sua causa, & qualitate.*
12 *Actio vtilis personalis, quæ competebat cedenti, competit etiam cessionario.*
13 *Actio vtilis transit etiam sine cessione, si non sit, qui illam cedat, vel vbi is, qui eam cedere debet, mortuus est.*
14 *Creditores hæreditarij in subsidium contra quos agere possunt.*
15 *Emptor rei, cuius prætium fuit solutum creditoribus, cum obligatione de restituendo prioribus, potest cogere posteriores, vt prioribus creditoribus soluant.*

DECISIO CLXXIX.

DOMINI causa sæpiùs proposita persistentes in decisis coram bon. mem. Buratto sub die 22. Iunij 1626. Dixerunt DD. Mansueto, & Fausto de Capellettis competere Ius redimendi tam ex credito iure legati sibi ab Ægidio Dilecto relicti, quàm etiam ratione cessionis impetratæ ab Euphemia sorore, & hærede Claudij Dilecti cui hoc ius ex obligatione D. Hippolyti Vincentini competebat. Cum enim Claudius venditionis prædij controuersi factæ ab Ægidio patre, & Paulo patruo non aliter consenserit, quàm sub promissione de eo sibi intra quadriennium retrouendendo, eidemque Claudio ab intestato successerint, & Ægidius pater, & Euphemia illius soror, vt firmatur in decisione Buratti, sub generali cessione omnium iurium Euphemiæ competentium (istius etiam Iuris cessione quod in hæreditate Claudius reliquerat) impetrata per Capellettos ab ipsa Euphemia, non videtur dubitandum, quin ea vti potuerint aduersus Vin-
5 centinum; Cum sicut illud est † transmissibile ad hæredes, ita etiam sit cessibile, *l. ex pluribus, ff. de administr. tut.* Bart. *in l. si minoris, numer. 5. ff. eod. tit.* Castr. *cons. 1. numer. 2. & cons. 249. numer. item 2. vol. 2. glos. in l. 2. in verb. siue hæredes, C. de pact. inter empt. & vend.* Vt
2 etiam agere potuerunt † executiuè virtute obligationis cameralis ex instrumento ad fauorem Claudij cum omnes illius effectus ad cessionarium transeant probata cessione, *l. 1. C. de contrar. iudic. tut. l. in iudicio, ff. fam. ercis.* Bald. *in l. ex legato in fine, C. de legat.* Florianus *in d. l. in iudicio, ff. fam. ercisc.* Miles *in repert. vers. cedi potest actio iudicati,* Gales. *ad formul. Camer. oblig. q. 2. 2. a. 2.* Boer. *decis.* 10. Rota *in Bononien. pensionis 17. Maij 1593. coram Card.*
3 *Millino.* Cum cessa † actione principali, censeatur etiam cessus ius executiuum, Franc. Aret. *in l. 1. col. pen. ff. si cert. pet.* Calc. *cons.* 18. *numer.* 22. Guid. de Suzar. *de instr. quarent. numer.* 37 Bened. de Barzis *de quarentig. quæst.* 9. *in fin. vers. item quod agenti nomine alieno,* Berous *cons.* 187. *numer.* 27. *vol.* 3. Tiraq. *de retract. legal.* §. 26. *glos.* 3. *num.* 22. & 23.

De cessionis autem validitatem videbatur dubitari non posse cum in ea interuenerit consensus Abbatissæ, & defensorum monasterij, in quo erat Euphemia monialis, eademque fuerit postea ab omnibus monialibus capitulariter comprobata: Vt etiam causa illam faciendi, & admittendi visa fuit iustissima cum ex legato scutor. mille, quod propter inopiam, in qua decessit Ægidius, super hoc solum prædio consequi poterant Capelletti, vsusfructus ipsi Eu-
4 phemiæ deberetur, atque † ita interuenerint solemnitas, & causa, *cap. 5. de reb. Eccles. non alien. Clem. 1. eod. tit.* Rota *in nouis. diuers. decis. 160. & 178. p. 2.* Vltra quod de solemnitatis defectu non potest Vincentinus opponere, cum ab
5 eo solùm nullitas † allegari valeat, cuius fauore actus nullus est, *glos. & DD. in l. 2. C. de iur. emph.* Menoch. *cons.* 89 *n.* 84. Surd. *cons.* 284. *nu.* 7. Tiraq. *in l. si vnquam in verb. reuertatur n. 393. C. de reu. donat.* Rota *decis. 133. n. 12. p. 2.*
6 Et contractus cum Ecclesia † non potest declarari nullus in Ipsius Ecclesiæ præiudicium, si illum ratum velit habere, *c. si qua de rebus 12 q. 2. glos. in cap. 1. de his, quæ fiunt à Prælat. sine cons. cap.* Butr. *in cap. si quis Presbyterum, nu.* 9. Imola *num. 21. de reb. Eccles. non alien.* Crescent. *decis.* 122. *aliàs 1. de locat.* Put. *decis. 310. lib. 1.*

Et licet ex hac sola cessione † ab vno ex hæredibus Im- 7
petrata possent Capelletti oblato integro pretio prædium redimere, Tiraq. *de retract. legal. §. 1. glos. 6. numer.* 37. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 31. numer.* 27. & firmatum fuit in *decis. Buratti,* cum præsertim Paulus, qui Ægidio cohæredi cum Euphemia successit, decesserit nullis relictis hæredibus: atque ita ius illud redimendi videri possit consolidatum in Euphemia. Sunt etiam creditores ex causa legati scutorum mille sibi ab Æ-
gidio relicti; vnde † sicuti pro eo habent hypothecam, *l.* 8
1. vbi Ias. *numer. 4. C. comm. de leg. DD. communiter in l. 1. ff.*
de legat. 1. ita cum sub ea hypotheca, † quæ competit pro 9
legato venerit hoc ius redimendi quod, & vendi potest, & ad hæredes transmitti, *ad l. fin. C. de reb. alien. non alien.* Ruin. *cons. 123. numer. 20. lib. 2.* Vti creditores benè potuerunt Capelletti agere ad redemptionem prædij contra debitorem debitoris.

Vel directè per transfusionem exercitij directam factam
per † hypothecam, ex causa dicti legati prouenientem, 10
l. nomen debitoris, C. quæ res pignor. obli. poss. vbi gloss. in verb. vtilibus, Bart. *num.* 4. Bald. *num.* 1. Salic. *numer.* 3. & *seqq.* & ante omnes Cynus *numer.* 2. Imol. *in l. à Diuo Pio, §. sic quoque, num.* 30. Ang. *num. 2. in fine de re iudic.* Bart. *in l. grege, §. cum pignori ff. de pign.* Castr. *in l. si conuenerit 2. in ordine nu. 2. ff. de pig. act.* Ias. *in l. 1. §. vsufructuarius num. 6. ff. de nou. oper. nunciat.* Franc. Aret. *cons.* 124. Alex. *cons. 17. num. 3. & seq. lib.* 1. Castr. *cons. 198. lib.* 1. Neguf. *de pign. 3. memb. 2. p. princ. numer. 24. & 25.* Vincent. de Franc. *decis. 273. numer. 4. & seq.* adeo vt sicut Claudius poterat agere ad redemptionem prædij ita etiam Cappellet-
ti, in quos id iuris † transiuit ex hypoteca cum sua cau- 11
sa, & qualitate ad *l. licet cum ibi notat. C. qui potior. in pign. hab.* Castr. *in l. si non. C. de non nu. pecun.* Neguf. *de pignor. 2. memb. 5. p. prin. in 1. falleat. num* 15. Mandel. *cons.* 447. *num.* 32.

Vel saltem vtili actione personali, † quæ apud ipsum 12
Claudium directa dicebatur, *d. l. nomen debitoris,* vbi etiam *gl. in eodem verb. vtilibus secundum priorem lecturam cum alijs super relat. C. quæ res pign. ob poss. gl. in l. 2. in verb. conuenti, C. quando fisc. vel priuat.* Bald. *in l. 1. numer. 26. C. de act. & obl.* Castr. *in l. postquam, C. de hæred.*
vel act. vend. Quam † actionem cum etiam sine cessione 13
transire, si non sit qui illam cedat, vel vbi is, qui eam cedere debet sit mortuus notent *gl. & DD. in l. 1. C. de act. & obl.* Bald. *cons. 238. lib.* 5 Fulgos. *cons. 184. in fi.* Castr. *cons. 445. numer. 4 lib.* 2. & fuit firmatum in eadem *decis. coram Baratto,* Capelletti rectè etiam potuerunt agere contra Vincentinum licet fortè esset id ius personale, & soli Claudio, & illius hæreditati debitum, siue vti creditores
† hæreditarij in subsidium propter inopiam ipsorum Ægi- 14
dij, & Pauli iuxta notata, & tradit in *l. pro hærede, §. si quis tamen, ff. de acq. hæred.* Castr. *in l. filiusfamil. §. diui. numer. 4. ff. de leg. 1. & in cons. 1. nu. 3. vol. 2.* Ang. Aret. *cons. 28. num. 23.* Tiraq. *de retract. legal. §. 26. glos. 1. numer. 12. & 13.* siue vt ex sua obligatione de retrouendendo prædium restitueret hæreditati ipsius Ægidij, vt deinde ex eo-
dem prædio sibi de suo legato satisfieret, vt in simili † de 15
emptore rei vnius pretium fuerat solutum creditoribus cum obligatione de restituendo prioribus, quod possit cogere posteriores, vt prioribus creditoribus soluant ad hoc, vt ipse liberationem à molestijs sibi à prioribus illatis super re empta consequatur est *decis.* Seraph. 1233. *num. 2. & seq.*

Quæ DD. firmarunt ad comprobandam Iustitiam decreti Auditoris Cam. circa immissionem omissa validitate, vel inualiditate associationis, cuius merita remiserunt ad iudicium spolij.

Et ita vtraque parte informante resolutum &c.

* Est decis. 937. inter eius impressas.
Infra etiam habetur alia decisio sub die 28. Nouemb. 1628. coram eod. R.P.D. Verospio est decis. 229.

R.P.D.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Fideicommissi de Guidis.

Die Lunæ 29. Maij 1628.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius, quæ remedia habeat contra hæredem grauatum, ad hoc vt ei hæreditatem restituat. Fideicommissum absolutum, & perpetuum, ex quibus verbis, & coniecturis videatur, & appareat à testatore esse inductum.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. competit etiam fideicommissario contra hæredem grauatum.*
Actiones vtiles sine cessione transeunt in fideicommissarium num. 1.
2 *Restitutio legalis idem operatur, quod verbalis.*
3 *Fideicommissario competit vtile saluianum, & hypotecaria contra hæredem grauatum, vt restituat hæreditatem.*
4 *Fideicommissario dicitur clarè inductum, quando testator voluit, quod bona sua perpetuò ad conseruationem domus subiacebant.*
5 *A cons. Oldrad. 21. passim ex coniecturis recedi solet.*
6 *Fideicommissum perpetuum censetur inductum, quando testator digreditur ad plures gradus substitutionum.*
7 *Verba habentia tractum successiuum in fideicommissum perpetuitatem designant.*
8 *Fideicommissum perpetuum dicitur inductum, quando testator habuit rationem conseruandæ agnationis, & cippi, & qualiter hoc procedat.*
9 *Fideicommissum absolutum, & perpetuum inducitur, si testator post omnes substitutiones prohibuit alienationem.*
10 *Fideicommissum perpetuum inducitur per dictiones illas (mai, & per alcun tempo)*
11 *Substitutio, vt bona remaneant in agnatione pro conseruatione familiæ, dicitur esse separata, & stare de per se.*
12 *Verba in diuersa oratione posita diuersam dispositionem inducunt.*
13 *Alienationis prohibitio facta post omnes substitutiones, non autem post primam, censetur prohibitio principalis, & non accessoria.*
14 *Alienationi prohibitio, si sit latior ipsa vocatione, & facta post omnes substitutiones, non potest vllo modo referri tantum ad primam dispositionem.*
15 *Tertij, ius, quando quis dare possit, & num. 22.*
16 *Tertij ius, non videtur, quis opponere, quando ipso iure excludit agentis intentionem.*
17 *Fideicommisso, quis potest renunciare.*
18 *Iuri suo, cuilibet licet renunciare.*
19 *Substitutio caducata per renunciationem vocatorum tunc factus est locus substitutioni sequenti.*
20 *Caducitas fideicommissi non solum, non impedit quominus fideicommissum debeatur sequenti, sed ei aperit viam.*
21 *Substitutio prima caducata per renunciationem statim secundus substitutus admittitur.*

DECISIO CLXXX.

EX testamento Antonij Guidi Senioris institutis primò Io. Baptista, & Benedicto filijs, eorumque alteri sine filijs descendenti altero substituto, cum deinde ipsis hæredibus sine filijs masculis descendentibus post vocationem filiarum fœminarum tàm ipsius testatoris, quàm hæredum essent vocati proximiores de Cippo, & Casata ipsius testatoris ex linea masculina, eisque deficientibus, siue non existentibus proximiores, & descendentes ex linea fœminina, Io Lucas de Fabijs, M. Antonius Panicatus, Io. Matthæus Bussius tanquam ex tribus ipsius testatoris filiabus descendentes immissionem petierunt aduersus Franciscum de Alexandris, qui ex testamento Antonij iunioris nepotis Antonij fideicommittentis ex Io Baptista filio possidebat: vndè firmata prius eorum descendentia coram bo. me. Buratto sub die 15. Ianuarij 1627 obtinuerunt hodie coram me dubitari. An ipsis esset immissio concedenda, & DD. affirmatiuè responderunt, cum firmato fideicommisso, de quo videbatur dubitari non posse illa denegari, nec etiam posset siue ex remedio *l. fin. C. de edict. diu.* Adr. Toll. quod
† competit fideicommissario etiam non restituta verbo hæ- 1
reditate contra fideicommissarium grauatum restituere,
cum actiones vtiles sine cessione dicantur in fideicommis-
sarium transire, & idem † operetur restitutio legalis, quod 2
verbalis *glos. in l. faucimus, §. cum autem in verb. ipso iure*, &
ibi etiam Bart. *num. 3 C. ad Trebell.* idem Bart. *in l. fin. §. sin
autem nu 9. C. de edict. diu* Adr. Toll. Honded. *cons. 26 num.
8. & 21. lib. 2.* Peregr *de fideicom. art. 48 nu 14. 18. & seq.* siue
etiam ex vtili saluiano, † hypotecaria contra hæredem, 3
vt sibi hæreditatem per fideicommissum relictam restituat
Gabr. *cons. 44. n 2. lib 2* Couar. *in cap. Raynutius, §. 10 n. 4. de
testam* Card Seraph. *dec. 828. n. 1.* Rota *in Romana hæredit.
de Comitibus 30. Iunij 1581. coram Aldobr. & in Fauentiana
legati 24. Nouembr. 1598. coram Pamphilio.*

Fideicommissum autem clarum videbatur tàm ex ver-
bis ipsius testatoris expressis, in quibus professus est, &
& se velle declarauit, vt bona † sua perpetuo, & ad con- 4
seruationem domus, & Cippi fideicommisso subiacerent,
Dec. *cons. 86. num. 1.* Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 4. numer.
7* quàm ex pluribus etiam coniecturis, ex quibus non in-
trare *cons.* Oldrad. 21. suadebatur, vt licet Io. Baptista
vnus ex filijs testatoris decesserit relicto Antonio filio, non
inde tamen deficeret conditio perpetui fideicommissi, cum
passim † ex coniecturis à dicto Oldrad *cons.* recedi soleat 5
Gabr *de fideicom. concl. 7. numer. 4.* Grass. *in §. fideicom. qu.
33 numer. 6.* Peregr *art. 29. numer. 30.* Card. Seraph. *decis.
1373. num. 1.* Rota *decis. 181. num. 4. & decis. 193. num. 14
par 1. in recent. & in Viterbien. fideicom. 10. Maij 1613. coram
bo. me. Manzanedo, & in Bononien. fideicom. 11. Decemb.
1623 coram D. meo Merlino.*

Et quæ in hac materia considerari solent coniecturæ vi-
debantur omnes concurrere; constabat enim fuisse testa-
torem nedum digressum † ad plures substitutionum gra- 6
dus, quam coniecturam vnà cum alijs plurimum operari
dixit Ripa *in l. Centurio numer. 165. de vulg* Soccin. Iun.
cons. 119. numer. 28. lib. 1. Grat. *cons. 89. numer. 9. lib. 2.* Ce-
phal. *cons. 114. num. 26. & 476. in fin.* Mantic. *de coniect.
vlt. vol. lib. 11. tit. 3. num. 13.* Verum etiam vsum verbis † 7
habentibus tractum successiuum, & quæ perpetuitatem
denotant Crass. *in §. fideicom. quæst. 4. nu. 16.* Simon de Pret.
*de interpret. vlt. vol. lib. 3. interpr. 3. dub. 1. solut. 8. num. 8.
& solut. 12. num 10* Menoch. *cons. 398. num. 95. & 96.* Ma-
gon. *decis. Florent. 37 num. 28.*

Vt etiam testatoris voluntatem perpetuum fideicom-
missum inducendi concludebat ratio agnationis conseruan-
dæ, & Cippi, quam etiam coniecturam indubitatè pro-
cedere tradunt DD. † vbi illa non enunciatiuè, & per 8
modum illationis sed per modum, & expressè deducitur
Peregr. *de fideicom. art. 11. num. 56* Mantic. *de coniect. vlt.
vol lib 6. tit. 15. num. 6.* Menoch. *præsumpt. 69 num 16. lib. 4.
& cons. 1088.* vbi alios complures congerit *num. 8.* Fusarius
*relatis etiam quampluribus de substit. quæst. 480. num. 23. &
seq.* Rota *decis. 193. num. 6. & 300. num 22. vers. vltra quod
par. 1. in recent.*

Concludit idem alienationis prohibitio facta post omnes
substitutiones vt bona pro fideicommisso conseruentur,
quia fideicommissum censetur inductum ad fauorem om-
nium vocatorum, & ea solum † sufficeret ad constituen- 9
dum absolutum, & perpetuum fideicommissum, Soccin.
Sen. *in l. qui Romæ, §. cohæredes, numer. 17. ff. de verb oblig.*
Corn. *cons. 22 num 6. lib 2* Dec. *cons 23. num. 2 & 4.* Aym.
cons. 130 num. 10. Gabr. *cons. 111. num. 21. cons. 132. numer.
67. lib. 1* Rota *decis. 10 numer. 1. par. 1. in recen. & in Fir-
mana fideicomm. de Fulchis 2. Aprilis & 10. Decembris
1601. coram Card. Pamph.* Stantibus præsertim dictioni-
bus † illis *mai, & per alcun tempo*, quæ etiam ipse fi- 10
deicommissum absolutum inducere videbatur Soccin. Sen.
*d. l. qui Romæ, §. cohæred. num. 18. vers. hanc conclus. ff. de
verb. oblig* Curt. *in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1.* Paris. *cons.
37. num. 24. lib. 2.* Roland. *cons 23. numer. 17. lib. 4.* Gabr. *de fi-
deicom. concl. 9. num. 12.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib 6. tit 15.
num. 13.* Rota *in nou. diuers. decis. 121. num. 4. par. 2. & decis.
33. num. 7. & 8. par. 1. in recent.*

Quæ certè sine difficultate procedunt, cum non conse-
quutiuè, sed per expressam, & separatam dispositio-
nem fuerint iniuncta † ita vt non possint dici pendere à 11
prima dispositione Paris. *cons. 90. numer. 27 & cons. 92. nu-
mer. 33. vol. 2.* Gabr. *cons. 111. num. 21. & 132 num. item 21.
par. 1.* Peregr. *cons. 57. num. 11. & 52. lib. 5. & dec. 134. nu. 11.*

Rota *diuerſ. deciſ.* 368. *numer.* 3. *par.* 1. quia ab ea non regu-
lari ſuadent verba illa teſtamenti. *Dichiarando eſſo teſta-
tore far queſto, perche vuole, che detti beni ſiano ſoggetti,
& ſottopoſti à fideicommiſſo per conſeruatione del Ceppo,*
52 *& Caſata*, quæ etiam in diuerſa † oratione poſita diuer-
ſam diſpoſitionem inducunt Dec. *conſ.* 38. Peregr. *conſi.* 57.
per tot. l. 5. Rota *deciſ.* 14. *nu.* 7. *par.* 1. *in recent.* & cum pro-
hibitio alienationis ſit iniuncta poſt omnes diſpoſitiones
53 † non autem poſt primam ſubſtitutionem cenſetur prohi-
bitio principalis, & non acceſſoria Gabr. *conſ.* 123. *aute nu-
mer.* 1. *verſ. etenim cum prohibitio lib.* 1. Menoch. *conſ.* 348.
num. 43. *lib.* 4.

Adeo vt cum prohibitio ſit latior, & amplior ipſa vo-
catione (ex quo eſt facta omnibus inſtitutorum deſcen-
dentibus, & poſtquam omnes diſpoſitiones expreſſæ fue-
runt, non obſtantibus dictionibus illis repetitiuis ex cauſis
ſupradictis, quæ poſt diſpoſita ad fauorem omnium legun-
54 tur) non † poſſit vllo modo referri ad primam diſpoſitio-
nem, *Petraſanta de fideicomm. qu.* 6 *numer.* 26. *&* 27. *q.* 11.
num. 559. *cum ſeq.* Menoch. *d. conſ.* 348. *numer* 43 *lib* 4. Rota
diuerſ. par. 4 *deciſ.* 133. *num.* 3. *&* 6. *& deciſ.* 193. *num* 7. *&* 8.
par. 1. *in recent. & in Romana fideicommiſſi de Albanis* 29.
Maij 1587. Moder. Rom. *diſcept. forenſ. lib.* 3. *cap.* 828. *num.*
53. *& ſeq.*

Nec ſaltem obſtare videbatur quominus immiſſio his de-
ſcendentibus ex fœminis concederetur, quia in ſubſtitutio-
ne conditionali non probarunt euentum conditionis, ex
quo enim illorum vocationi locus eſſe non poteſt, niſi de-
ficiente Cippo, & deſcendentibus ex maſculis de ipſius te-
ſtatoris familia, & hæc deficientia nedum non probatur,
verum etiam conſtat de exiſtentia eorum de Bernis, qui
per ſententiam A. C. ſunt canonizati de agnatione teſtato-
ris, non poteſt dici factum fuiſſe locum vocationi aliorum
ſubſtitutorum non deficientibus primo vocatis, quod qui-
15 dem licet ſit † dare de iure tertij, admittitur tamen, cum
ſit excluſiuum iure agentis, *l. fi. C. de rei vendic.* Soccin. *in
l.* 2. *numer.* 6. *ff. de except. rei iudic.* Tiraq. *in l. ſi vnquam in
verb. euertatur, numer.* 336. *C. de reuoc. donat.* Crau. *conſ.*
191. *num.* 3. Socc. Iun. *conſ.* 101. *nu.* 29. *vol.* 2. Theſaur. *deciſ.*
16 4. *nu.* 1. immò hæc exceptio, † quod ſint alijs pares in gradu
non tam videtur de iure tertij, quàm ipſo iure excluſiua
intentionis agentis, Surd. *conſ.* 415. *num.* 17. Caſtr. *conſ.* 77.
num. 6. *in fin. vol.* 2.

Reſponderunt enim DD. quidquid ſit, an illi de Bernis
ſint de agnatis, & vocati ad hoc fideicommiſſum, cum
ſciant cauſam, quæ agitur, & ſint in cauſa, ac non re-
clament, immò cum prædictis Fabijs, Panicato, & Buſ-
ſio, tranſegerint, videntur nedum tacitè, ſed etiam ex-
preſſè renunciaſſe ſubſtitutioni ad ſuorum fauorem ex
57 tranſactione, qua ius † ipſorum excluditur in fideicom-
miſſo puro: prout ideſt, de quo agitur *l.* 1. *§ quod ait, ff.
quor. legat.* Cynus *in l.* 1. *vbi etiam* Salyc. Bald. *& alij C. de
pact.* Ruin. *conſ.* 70. *num* 9. *lib.* 1. Peregr. *de fideicom. art.* 52.
18 *numer.* 13. *& ſeq.* cum † cuique iuri ſuo liceat renuncia-
re, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. cap. ſi diligenti de
foro compet.* Socc. Sen. *conſ.* 230. *num.* 1. *lib* 2. Peregr *conſ.*
66. *n* 4. *lib.* 4. Ideoque caducata ſubſtitutione facta de Cip-
po, & deſcendentibus ex maſculis per renunciationem vo-
19 catorum, factus † eſt locus ſubſtitutioni ſequenti ad eo-
rum fauorem vti deſcendentium ex fœminis, *l. vnica, §.
pro ſecundo, & §. fin autem aliquid ſub conditione, C. de
caduc. toll.* Bart. *in l. quamdiu vbi omnes, ff. de acq. hæred.*
Idem Bart. quem pariter omnes ſequuntur *in l. quæ habe-
bat, ff. de vulg. & pub.* Rota *deciſ.* 374 *nu.* 1. *par.* 1. *diuerſ. &
deciſ.* 332. *nu.* 6. *&* 7. *par.* 2. *recent.*

Idque duplici ratione, & quia fideicommiſſum quod re-
manet penes hæredem grauatum reſtituere, ſi reſtitui non
poteſt primo ſubſtitutio, reſtituitur ſecundo, & tertio, &
20 vlteriori ſubſtitutio, & caducitas † non modo non impe-
dit, quo minus fideicommiſſum debeatur ſequenti, ve-
rum ei viam aperit, & facit, vt debeatur *d. l. vnica, §. pro
ſecundo, C. de caduc. toll.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum
ita, numer.* 44. *ff. ad Trebell.* Bald. *conſ.* 83. *lib.* 4. Caſt.
conſ. 422. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 1088. *numer.* 10. Gabr. *con-
ſil.* 115. *num.* 8. *lib.* 1. & quia in ſubſtitutionibus graduali-
bus teſtator duas videtur feciſſe vocationes actiuam, qua
omnes ſubſtituti vocantur per vulgarem, & paſſiuam, qua
omnes etiam vocati grauantur ſequenti ſubſtituto reſtitue-
re, vt explicat Menoch. *conſ.* 943. *nu.* 39. vnde ſublata per
renunciationem ſubſtitutione deſcendentium ex maſculis,
deſcendentes ex fœminis dicentur ſuccedere in hoc fidei-
commiſſo per vulgarem, vt in his terminis, † quod cadu- 21
cata prima ſubſtitutione per renunciationem, ſtatim ſe-
cundus ſubſtitutus admittatur, vt dixit Rota *deciſ.* 458.
nu. 3. *par.* 4. *in nouiſ.*

Ex quibus etiam videtur ſublatum, quod dictum eſt de
iure † tertij, cum ex dictis ius tertij euanuerit adeo, vt 22
nec ab ipſo poſſit allegari, Tiraq. *in l. ſi vnquam in verb. re-
uertatur, num.* 358. *C. de reuoc. donat.* Crauett. *in reſponſo
pro genero num.* 278. Surd. *deciſ.* 108. *nu.* 4. *&* 5.

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO DECANO.

Nouarien. Legitimæ.

Die Lunæ 5. *Iunij* 1628.

A R G V M E N T V M.

Legitima matris eſt triens omnium bono-
rum filij. Statutum ſi excludat matrem
à ſucceſſione filij, propter ſolam exiſten-
tiam agnatorum etiamſi illi ſint excluſi
per inſtitutionem perſonæ extraneæ, an
hoc ſtante remoueatur etiam à legitima,
quæ pariter debetur iure ſucceſſionis. O-
pinio negatiua eſt verior, licet iſte pun-
ctus ſit valde arduus.

S V M M A R I V M.

1 *Matris legitima eſt triens.*
2 *Mater ſi excludatur à ſucceſſione filij à ſtatuto per ſo-
lam exiſtentiam agnatorum etiam quod illi ſint exclu-
ſi per inſtitutionem extraneam, an per conſequens re-
moueatur à legitima, quæ etiam iure ſucceſſionis ve-
nit.*
3 *Bart. in l.* 1. *c. ſi pater. num.* 2. *ff. de coniug. cum eman. liber.
communiter damnatur, & num.* 12.
4 *Statutum non operatur vltra caſum expreſſum.*
5 *Statutum vbi non diſponit, remanet intacta iuris communi
diſpoſitio.*
6 *In Statutis caſus omiſſus habetur pro omiſſo, nec impe-
dit effectum iuris communis.*
7 *In legitimæ caſa non valeat argumentum à poteſtate, ex
quo à lege defertur.*
8 *Filius non poteſt adimere legitimam matri.*
9 *Matri, vt poſſit tolli legitima per ſtatutum, paſſus iſte eſt
valde arduus, & periculoſus.*
10 *Gratian. diſcept. for.* 490. *num.* 31. *declaratur.*
11 *Theſaur. quæſt. forenſ.* 97. *in quo caſu loquatur.*
13 *Monachi retinent iura ſanguinis ad effectum ſucceden-
di.*
14 *Ex Profeſſi perſona acquiritur Religioni vti Religioni, &
non è contra.*
15 *Filius quicquid acquirit parti acquirit, ratione patriæ pote-
ſtatis, & non è contra.*
16 *Legitima non poteſt detrahi de bonis ſubiectis fideicom-
miſſo.*
17 *Religio in quam bona profeſſi fuerunt tranſlata an aliquo
titulo diuerſo, poſſit excludere matrem à legitima.*
18 *Tranſactio ſemper præſupponit rem dubiam.*
19 *Mater tranſiens ad ſecunda vota, an priuetur omni com-
modo ſucceſſionis in bonis filiorum.*
20 *Matri tertius non poteſt dare de iniuria facta filijs propter
tranſitum ad ſecunda vota.*
21 *Mater non priuatur commodo legitimæ, propter tran-
ſitum ad ſecunda vota, quando filij ſuperſtites non
ſuccedunt, ſed extraneo, cum quibus non concurrunt,
& num.* 22.

D E C I S I O CLXXXI.

CENSVERVNT Domini ſtandum eſſe in deci-
ſis in hac cauſa 3. Decemb. præterit, * vbi firmatum
fuit legitimam deberi D. Paulæ, in bonis filiorum profeſ-
ſorum, & à die profeſſionis non expectata morte naturali
eorundem.

Quoad pertinentiam legitimæ, & quotam illius,
nempe

5 nempe quod † esset triens, dicebatur esse indubitatum,
non obstante statuto Nouatiæ excludente fœminas pro-
pter agnatos vsque ad quartum gradum: Aut quod age-
setur de bonis vinculatis, ac demum quod D. Paula tran-
sierit ad secundas nuptias. Quod verò deberetur, non ex-
pectata morte professorum, similiter dicebatur, iam fuis-
se hanc quæstionem in Rota decisam, & in Tridentina
legitimæ, & eam decisionem in præsenti etiam esse se-
quendam.

Non obstat, quæ hodie replicantur ex eodem statuto
Nouariæ, nempe veriorem esse opinionem, quod mater
excludatur à successione filij per solam existentiam agna-
torum, etiam quod illi sint exclusi per institutionem per-
2 sonæ extraneæ, & per † consequens remoueatur à legiti-
ma, quæ pariter iure successionis debetur, sequendo ori-
ginalem doctrinam Bart. *in l. 1. §. si pater, num. 2. versic. ex
hoc concludo aliam quæstionem. ff. de coniug. cum eman. liber.
quam agnouerunt* Corn. *cons.* 98 *num.* 3. *lib.* 2. Brun. *de stat.
exclud. fœmin. art.* 12. *n.* 107. Clar. *in §. testamentum qu.* 42.
Menoc. *cons.* 206. *nu.* 1. *& seq.* Thesaur. *quæst. forens.* 97.
nu. 3. *lib.* 1. Gratian. *discept.* 490. *n.* 31. cum alijs ab eisdem
allegatis.

3 Quia fuit responsum, opinionem † Bart. *in d. l. 1. §. si
pater*, esse communiter improbatam, sicuti eam mani-
festè improbant Ang. Imol. Castren. Rom. Alex. Corn.
Soccin. Ruin. & alij allegati per Menoch. *d. cons.* 207. *nu.*
32. *& à* Bart. dissentiunt infiniti relati per Surd. *cons.* 416.
nu. 13. *& seq. &* Rota *sequuta est contra* Bart. *coram Card.
Seraph. decis.* 885. *& in Romana de Marescottis* 14. *Decemb.*
1611. *inter impressas post tract.* Modern. *de legitima decis.* 46.
& in Fauentina successionis 24. *Ianuarij* 1603. *coram Illustriss.
Card. Millina, quæ est* 50. *in ordine post eundem tract.*

4 Non enim statutum † operatur vltra casum expressum
scilicet quando contingit casus intestatæ successionis, exi-
stentibus agnatis intra quartum gradum, & fœminis di-
rectè cum agnatis concurrentibus: ex quo versamur in li-
mitata dispositione restricta ad casum expressum, in reli-
5 quis † autem remanet intacta iuris communis dispositio,
vt est de mente eiusdem Bart. *in l. 1. §. qui habebat, n. 3. ff.
de bon. possess. contra tab.* & in statutis casus omissus habe-
6 tur † pro omisso, nec impedit effectum iuris communis,
cap. in nostra de iniur. c. penul. de iur. iuran. Tiraq. *de retract.
consanguin. §.* 20. *glos. vnica, nu* 11. Surd. *eod. cons.* 416. *n.*
22. Ant. Gabr. *latissimè conclus.* 4. *de success. ab intest.* quæ
ratio, non tollitur ex fundamento Bart. *in d. §. si pater*,
quod scilicet liceat testatori auferre agnato, & dare alte-
ri, & ideo agnatus, ita est impedimento matri, ac si non
fuisset exclusus in testamento, aut præteritus, quia in
7 † casu legitimæ, non valet argumentum à potestate, ex
quo à lege defertur, per *l. cum ratio de bon. damnat. & in l.
nam si parentibus, ff. de inoff. test.* atq; ita si reducitur hæ-
reditas ad casum testatæ successionis, cessat facultas in
8 filio, adimendi † legitimam matri, & nihilominus te-
nentes cum Bart. *nempè* Clar. *in dict. q.* 42. *in fin.* relinquit
9 cogitandum, dicens passum † este arduum, & periculo-
sum Menoch. *d. cons.* 206. agnoscens difficultatem, tran-
sit ad interpretationem statuti Cremonæ, vt loquatur,
in casu etiam quod mater, & extraneus instituantur,
10 Gratian. † *discept.* 490. *nu.* 31 loquitur de filia dotata, quę
excluditur vigore statuti, siue instituatur filius mascu-
11 lus, siue extraneus Thesaur. *quæst. forens* 97. † loquitur
quando agnati, & altera soror sunt instituti, non autem
quando extraneus, & alij relati loquuntur in certis casi-
bus, in quibus statuta considerarunt tantummodo exi-
stentiam agnatorum, non autem, vt in præsenti, vbi
contemplata est successio in casum prouisum, *ibi, & ipsi
succedant*, vnde si non succedunt, & extranei sunt insti-
tuti non obstant matri petenti supplementum suæ legiti-
mæ, atque ita parum refert, quod adhuc supersint patrui
istorum professorum in quarto gradu agnati, postquam il-
lis non est delata successio ex testamento filiorum D. Pau-
lę, sed Monasterio, seu Religioni extraneis.

12 Non obstat, quod supposita etiam opinione † veriori
contra Bart. saltem respectu hæreditatis Pauli, qui secun-
do loco professus Religionem, in qua iam reperiebatur
professus Dominus Gaudentius dici non possit instituisse
extraneum, sed eumdem fratrem, matrem excluden-
tem, tanquam agnatum intra quartum gradum, & qui
13 † adhuc retinuit iura sanguinis ad effectum succedendi,
Glos. in l. Deo nobis C. de Episcop. & Cler. Bald *in l. cunctos
populos n.* 55. *C. de sum. Trin. & fid. Cath.* Crass. *§. successio*

ab intestato, q. 8. *in fin.* Mantic. *de coniect. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 25.
Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 80.

Quia admisso etiam quod professi iura sanguinis ad effe-
ctum succedendi retinent, non tamen sequitur, quod per
institutionem Religionis succedant, vt singuli, & tan-
quam agnati quod est principale fundamentum ad exclu-
dendam matrem, benè verum est, quod ex persona † pro- 14
fessi acquiritur Religioni, vti Religioni, sed non è conuer-
so per Religionem acquiratur pro, vti personæ singulari,
prout quicquid † acquirit filius, acquirit patri ratione pa- 15
triæ potestatis, sed non è conuerso quicquid acquirit pa-
ter, acquirit filijs.

Secundò principaliter non videbatur obstare, quod age-
retur de bonis vinculatis ex duplici fideicommisso, scilicet
Constantini patris professorum, & Ioann. Pauli pa-
trui eorumdem, † de quibus legitima non potest de- 16
trahi.

Quia decisio respondet, quod D. Paula non prætendit
legitimam de bonis vinculatis, sed de peruentis ad religio-
nem nomine, & ex persona professorum, pro quibus fidei-
commissa non possunt obstare; Nec vlla fuit releuans re-
plicatio, quod Religio vtatur iure vocatorum ex transa-
ctione inita cum eis, & per consequens ex titulo diuerso,
quam † ex persona professorum translato in religionem, 17
cui ad exclusionem matris adhærere possunt, Bald. *in l. si
inter vos, C. commun. vtriusque iud.* Tiraquel. *de tractat. li-
gnag.* § 11. *glos.* 14. *num.* 12. Seraphin. *decis.* 602. *num.* 12.
quia fideicommissarij dimiserunt religioni, quod iam pe-
nes eam ex personis professorum reperiebatur, non autem
ab eis bona hæreditaria in religionem fuerunt translata.
Quare adhuc incertum, & dubium est, an Religio tran-
sigendo alienauerit de bonis professorum, vel acquisiuit ex
iuribus grauatorum, ex quo † transactio semper supponit 18
rem dubiam, *l. 1. ff. de transact. l. 1. C. de eod. tit.* Bocc. *cons.* 109.
num. 6. Seraphin. *decis.* 138. *num.* 3. Rota *dec.* 104. *num.* 2. *p.* 2.
recent.

Demum, nec etiam vim faciebant replicata quoad bi-
nubatum matris, quasi omne † commodum successionis 19
amiserit per transitum ad secunda vota; Quia decisio cau-
sæ satisfacit distinguendo casum superexistentiæ filiorum
à casu quando successibiles non extant, vt alij † non pos- 20
sint dare de iniuria filijs facta per transitum ad secundas
nuptias; quia verè mater respectiuè ad hæredem extra-
neum, non priuatur, & quoad filios superstites, † dum 21
non succedunt, sed extraneus, cum quo non concurrunt,
semper cessat illorum interesse, Bald. *in auth ex testamento,
num.* 2. *C. de se. und. nupt.* Modern. *de imput. & de tract. qu.* 3.
num. 20. latè comprobant. Propterea non obstant, quod
adhuc extent filiæ fœminæ eiusdem D. Paulæ, & ipsi pro-
fessi, quia cessante concursu successionis, † non habentur 22
in consideratione ad minuendam matri legitimam, ad
commodum extranei instituti.

Et prædictis stantibus, non est iterum disputandum,
quæ sit quota istius legitimæ, quæ triens † est omnium bo- 23
norum ipsorum professorum, vt in decisione causæ fuit fir-
matum, postquam variatio tota pendebat à quantitate bo-
norum vinculatorum, quorum deductio non est in consi-
deratione ad hunc effectum, vt iam fuit ostensum.

Et ita &c.

* Est decisio 166. supra in hac parte.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Neapolitana Beneficij.

Die Lunæ 5. Iunij 1628.

A R G V M E N T V M.

Prouiso Apostolico, quando debeatur mandatum de manutenendo in possessione beneficij stantibus deductis hic in decisione.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur per publ. cum instrumentum.*
2 *Possessio, quando ceditur alicui, perinde est, ac si ipse cessionarius ab initio possessionem accepisset, & ei datur manutentio.*
3 *Possessio, quando dicatur cessa alicui.*
4 *Possessio beneficij capta vigore monitorij habentis clausulam, si quis, si non adsit legitimus contradictor, non est attentata.*
5 *Bulla Pij IV. circa adeptionem possessionis beneficij cessat, quando Commissarius Cameræ accepit possessionem, & illam edit prouiso Apostolico.*
6 *Beneficij possessio sufficit, quod sit capta in massaritijs, quando non habet Capellam, nec Ecclesiam materialem, nec nomen alicuius Sancti.*
7 *Clausula, constito, debet iustificari etiamsi non adsit contradictor.*
8 *Prædo etiam est manutenendus in sua possessione.*
9 *Instrumenti recognitio, quando sufficiat, quod sit facta.*

DECISIO CLXXXII.

CORAM bo. me. Remboldo duæ fueront factæ decisiones, vna sub die 10. Maij 1621. in qua fuit dictom Ioanoi Mariæ prouiso Apostolico dandum esse mandatum de manotenendo in possessione beneficij, de quo agitur, altera sob die 21. Iunij 1626. in qua fuit resolutom, nec contra Ioannem Baptistam, nec contra Octauianum dandam esse declaratoriam. Vnde dato dubio, An sit standum, vel recedendum à decisis super maoutentione sub dicta die 10. Maij, vel potius danda sit declaratoria: Pluries causa proposita die 17. Decembris 1627. fuit dictum, noo liquere, & die 13. Martij 1628. fuit restrictum vt informaretur, cui sit dandum mandatum de manutenendo, & tandem die 5. Iunij 1628. fuit responsum: recognitis prius iuribus, dandum esse mandatum de manutenendo Ioanni Mariæ, & sic standum in decisis sub die 10. Maij 1621. coram bo. me. Remboldo, quia de possessione Ioannis Mariæ constat, nam cum Commissarius Came-
1 ræ, siue eius procurator acceperit possessionem, † vt ex publico instrumento, per quod probatur possessio, *l. prædia ff. de acquir. possess.* illamque cesserit Ioanni Mariæ, vtique io cessionarium fuit translata possessio, pro-
2 inde ac si ipsemet † cessionarius ab initio possessionem accepisset, & ei datur manutentio, Natt. *cons.* 398. *nu.* 38. Menoch. *de retinen. remed.* 3. *num.* 259. Gonzal. *super reg.* 8 *glos.* 34. *n.* 118. *& fuit dictum in Romana census* 2. *Iun.* 1610. *cor. bon. me. Penia.*

Quod Commissarius Cameræ cesserit possessionem Ioanni Mariæ patet; nam præmissa narratiua, quod mediante eius procuratore acceperat possessionem realem, & actualem, omnia, & singula iura, super Capella, eiusqoe bonis quomodolibet competentia, cessit Ioanni
3 Mariæ cum clausula, † ponens &c. constituens &c. vnde satis apparet, quod fuit cessa ipsamet possessio capta per Commissarium, Fel. *in rubr. de rescript. nu.* 6. Rot. *decis.* 5. *de rescript. in nou.*

Nec obstat, quod possessio Ioaonis Mariæ sit atteotata, ex quo fuit capta cum monitorio Auditoris Cameræ executoris breuis, quod facit litem respectu impetrantis, & habet clausulam, Si quis &c. quæ resoluitur io simplicem citationem, quia fuit responsum, quod non erat monitorium, sed mandatum, & quatenus contineat monitorium, cum clausula, si quis &c. ad effectum, vt possessio sit attentata, requiritur, quod Octauianus Caraffa esset in possessione, quia tunc esset legitimus contradictor,
4 de † qua cum oon doceatur, cessat ratio legitimi contradictoris, & non fit resolutio in simplicem citationem, & possessio non est attentata, *vt fuit dictum in Tuden. parochialis S. Christinæ* 4. *Nouembris* 1592. *co bo. me. Card. Pamphilio*, Rot. *coram Reuerendiss. Domino meo Decano decis.* 492.

5 Nec facit, quod possessio non sit capta † de manu Nuntij iuxta Constitutionem Pij IV. qoia illa non habet locum, quando Commissarius Cameræ accipit possessionem, & illam cedit prouiso Apostolico, ex quo cessat suspicio malitiæ considerata à Constitutione, *vt fuit dictum in Auersana fructuum* 18. *Iunij* 1607. *cor. bon. me Card. Sacrato.*

Vltra quod Quintius Bonoiannis Commissarius in specie deputatus vigore litterarum Nuntij, relaxauit possessionem procuratori Commissarij Cameræ Apostolicæ, retentis prius fructibus solitis pro Camera iuxta ordinem litterarum Nuntij, vt in Summario n. 5.

Noo obstat, quòd non fuerit capta possessio Ecclesiæ, sed massariæ, quia beneficium non habet Cappellam, nec Ecclesiam materialem, oec nomen alicuius † Sancti, & narratiua in gratia est de nuda nuncupatione beneficij, vnde sat fuit capere possessionem massariæ, *iuxta cons.* Surd. 323 *n.* 46. & 47. 6

Non obstat, quod clausula, Constito † &c. non sit plenè iustificata; ptout requiritur, etiam quòd non adsit contradictor, *vt fuit dictum in Abulen. beneficij* 26. *Iunij* 1609. *coram bo. me. Penia*: quia de hac iustificatione, quæ potest quoque adesse, videndum est in petitorio, cum † etiam prædo sit manutenendus, *l. cum fundus ff. de vi, & vi arm. cap. in litteris de restitut. spoliat.* Seraphin. *decis.* 382. *num.* 5. 7 8

Non obstat, quòd instrumentum captæ possessionis non sit recogoitum; quia omisso, quòd adest sigillum Nuntij in Curia notum, adest recognitio, quæ † sufficit fieri aote relaxationem maodati *iuxta Put. dec.* 18. *de fid. instr.* 9

Et ita vtraque &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Vrbeuetana Educationis.

Die Lunæ 5. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Reintrusioni est locus, si non appareat de adimplemento. Diligentiæ ad aliquem reperiendum vt valeant, vbi sit faciendæ.

SVMMARIVM.

1 *Reintrusioni, quando sit locus.*
2 *Paritionis negatiua eo ipso probatur, quod terminus præfixus ad parendum est elapsus.*
3 *Testes ad hoc, vt probent, concludere debent.*
4 *Verba non sufficiunt, vbi factum requiritur.*
5 *Decreta respiciunt futura, & non præterita.*
6 *Decreta obtinent vim leg s.*
7 *Diligentiæ ad reperiendum aliquem, debent fieri in loco, vbi est, vel esse potest.*

DECISIO CLXXXIII.

FVIT factum decretum sob die 14. Aprilis * super reintrusione D. Hortensiæ, nisi intra mensem doceret de diligentijs per ipsam factis ad hoc, vt puer ad Seminarium duceretur. Vnde cum hodie fuerit disputatum, An esset reintrudenda, Domini affirmatiuè responderunt, cum non appareat † de adimplemento illius conditionis, 1
quod supradictas diligentias fecerit, Fel. *in ca. ad nostram el primo a 2. de tur. iur an.* Rot. *dec.* 2. & *vlt. de sent. excommunic. in nou.* eo enim ipso quod terminus præfixus ad parendum est elapsus, † negatiua non paritionis dicitur pro- 2
bata, Rot. *decis.* 591. *n.* 5. *part.* 2. *recent.*

Non obstant testes hic in Curia examinati super diligentijs, † Quia non concludunt de diligentijs faciendis infra 3
mensem assignatum io decreto, sed solum de quibusdam diligētijs verbalibus factis aote decretum de tempore, quo puer erat penes D. Hortensiā, quæ propterea suffragari nō possuot, tū quia verba non sufficiunt, † vbi facta requirun- 4
tur, ex quo D. Hortēsia tenebatur procurare omni meliori modo, etiam implorando auxilium Superiorum, vt ad Seminariū puer duceretur, Suid. *cons.* 3. *n.* 39. Rim. Iun. *cons.* 281. *n.* 20. *vers. Non obstat diligentia, lib.* 3. Men. *cons.* 318. *n.* 4. Tum quia diligentiæ erant faciendæ post decretum infra mensem præfixum, de quo tempore puer non erat amplius apud D. Hortensiam, sed fugam arripuerat, vnde diligentię verbales prius factę nihil operabantur, sed erant facien-

de no-

de nouæ diligentię pro reditu, quòd etiam de sui natura
5 arguit † decretum, vt respiciat futura, & non præterita, *l. leges*, *C de legibus*, *cap. fin. de constit.* habent enim † de-
6 creta vim legis, tot *tit. C. de decret. decur.* Bald. *in l. Nec quidquam*, *§. vbi decretum*, *nu. 1. & 2. ff. de off. procons. & leg.* Menoch. *cons.* 340. *nu.* 28.

Non obstant diligentiæ factæ de reperiendo puerum in Vrbe, & in Ciuitate Vrbis veteris, Quia ex epistola Tiberij responsiua D. Hortensiæ, sub die 26. Aprilis, quæ habet datam, *di Monteaguto*, colligitur, quod D. Hortensia habebat scientiam, quod puer non erat in Vrbe, nec in Ciuitate Vrbeuetana, in quibus locis propterea di-
7 ligentię factę † non suffragantur, cum eæ fieri debuissent in loco, vbi puer erat, vel esse poterat, Bart. *cons.* 102. *circa fin.* incipit, *Carissime Domine*, *lib.* 2.

Et ita decisum vtraque &c.

☞* Est decisio 157. supra in hac parte.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILLI.

Perusina Fideicommissi de Cincijs.

Die Veneris 8. Iunij 1628.

A R G V M E N T V M.

Hæredes duo, quando concurrunt ad petendam immissionem, quis eorum præferatur. Testator in eius testamento non potest disponere, de bonis subiectis restitutioni. Verba, pleno iure, & sine diminutione, posita in substitutione, quid opererentur.

S V M M A R I V M.

1 *Hæredes duo, quando concurrunt ad petendam immissionem, & neuter possidet, ille præfertur in immissione, qui melius, & clarius ius suum iustificat.*

2 *Fideicommissario, quando euenit casus fideicommissi, & substitutionis, debetur immissio, vel ex remedio l. fin. C. de ed. d. Diu. Adr. toll. vel ex Saluiano.*

3 *Possessio iure familiaritatis non suffragatur.*

4 *Testator in eius testamento, non potest disponere de bonis subiectis fideicommisso.*

5 *Sub institutione vniuersali non includuntur bona restitutioni subiecta.*

6 *Substitutio facta alicui, cum clausula, pleno iure, & sine diminutione censetur ei data potestas capiendi possessionem directè, & propria auctoritate.*

7 *Testator quando siue expressè, siue æquipollenter dat facultatem fideicommissario capiendi possessionem propria auctoritate, tunc ille non tenetur capere illam de manu hæredis, sed recta via datur immissio.*

8 *Fideicommissarius de iure Canonico non eget restitutione verbali, sed recta via agit pro immissione.*

9 *Trebellianica censetur probibita ex verbis, pleno iure, & sine diminutione.*

10 *Æs alienum testatoris, quando non impediat immissionem fideicommissario.*

DECISIO CLXXXIV.

IOANNES Baptista, & Iulius Cęsar de Columbis hæredes quondam Olimpiæ vigore illius testamenti prætendebant immissionem: Ludouicus verò Cincius, vel fideicommissarius, & substitutus in testamento quondam Petri Hieronymi pariter eandem immissionem petebat, & propterea dedi dubium, cui danda esset immissio & Domini vtraque parte informante, quoad duas domos positas in Ciuitate Perusina, & census acquisitos, & emptos per D. Petrum Hieronymum, Ludouico dandam esse immissionem resoluerunt, de reliquis particulariter reseruarunt videndum. Moti fuerunt, nam cum neutra
1 † pars possideat, illa præfertur in immissione, quæ melius, & clarius ius suum iustificat Bart. *in l. fin. num.* 21. *C. de edit. diu.* Adr. Tollen.

In casu proposito Ludouicus melius probat ius suum. Primò quia cum Petrus Hieronymus instituerit hæredes Olimpiam, & Virginiam sorores, ac Isabellam vxorem vita durante, ac vltima earum decedente substituerit Ludouicum, & sorores, & vxor obierint, euenit casus fideicommissi, † & substitutionis ad fauorem Ludouici, 2
cui debetur immissio, vel ex remedio *l. fin. C. de edict. diu.* Adrian. Tollen. *vel ex Saluiano* Seraph. *decis.* 828. *n.* 1.

Secundò, Quia Ludouicus probat quod supradictæ domus, & census fuerunt acquisita, & empta à Petro Hieronymo, vt constat ex acquisitionibus factis, & ab eo possessa, vt apparet ex depositionibus testium, & consequenter stante supradicto titulo emptionum duo sequuntur; Alterum quod possessio Olimpię viuente Petro † 3
Hieronymo erat iure familiaritatis Bart. *in l. qui iure vbi* Castren. *ff. de acquir. poss.* Surd. *cons.* 221. *num.* 29. *& cons.* 260. *nu.* 16. *& seq.* Rota *decis.* 761. *n.* 4. *par.* 2. *recent.* Men. *lib.* 6. *præsumpt.* 67. *nu.* 12. Alterum quod Olimpia in eius
† testamento non potuit disponere de bonis suppositis fi- 4
deicommisso Petri Hieronymi, cum ius Olimpię morte extingueretur, nec voluit, quia sub vniuersali † institu- 5
tione non includuntur bona restitutioni subiecta Rota *decis.* 94. *nu.* 5. *in fin. par.* 2. *recent.*

Tertiò, Quia cum Petrus Hieronymus substituerit
Ludouicum pleno iure, † & sine aliqua diminutione, cen- 6
setur ei data facultas capiendi possessionem directè, & propria auctoritate Peregr. *de fideic. art.* 3. *nu.* 96. *in fin.* Hondded. *cons.* 66. *nu.* 8. *& seq lib.* 2. Aym. *cons.* 174. *n* 1. Greg. *decis.* 421. *num* 13. at quando testator siuè expressè, siuè
ęquipollenter dat facultatem † fideicommissario capiendi 7
possessionem propria auctoritate, tunc fideicommissarius non tenetur capere illam de manu hæredis, sed recta via datur immissio Men. *de adipisc. remed.* 4. *nu.* 633. *post med.* Cuman. *cons.* 61. *ante fin* Rot. *decis.* 615. *nu* 2. *& 11 par.* 1. *& decis.* 182. *nu.* 2. *par.* 2. *recent.* & de ęquitate Canonica,
† vt euitentur inanes circuitus, fideicommissarius non 8
eget restitutione verbali, sed recta via agit pro immissione Bald. *in ca. in præsentia n.* 3. *vbi* Dec. *in* 2. *not. de probat.* Paris. *cons.* 12. *n.* 115. *lib.* 2. *& cons* 53. *n.* 115. *lib* 3.

Nec in bonis d. Petri Hieronymi aliquid est detrahendum; non legitima, qua agitur de fideicommisso transuersalis, non Trebellianica, † quia censetur prohibita 9
ex verbis pleno iure, & sine aliqua diminutione Rot. *dec.* 259 *n.* 5. *par.* 2. *rec.* Greg. *d. dec.* 421. *n.* 13. Peregr. *de fideic. art.* 3 *n* 89 *&* 96. Eugen. *cons.* 56. *nu.* 58. *lib.* 1.

De ęre alieno Petri Hieronymi non constat, de quo, † 10
illiusque solutione docendum esset ad impediendam immissionem fideicommissario. Nati. *cons.* 569. *nu.* 1. Men. *præsumpt.* 1. 5. *lib.* 3. Rot. *decis.* 516. *n.* 2. *par.* 2. *recent.*

De testamento verò q. Francisci patris Petri Hieronymi nunc non videtur agendum, cum resolutio sit restricta super bonis emptis, ac acquisitis à Petro Hieronymo, in quibus claré Ludouico immissio debetur ex supradictis, particulariter enim disputabitur super dicto testamento Francisci, & illius bonis iuxta ordinem Dominorum.

Et ita, &c.

¶ Infra in par. 3. habentur alię decisiones in hac causa sub diebus 9. Iunij 1629. & 19. April. 1630. sunt decisiones 274. & 277. vbi alię.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Soanen. Hæreditatis.

Die Mercurij 14. Iunij 1628.

A R G V M E N T V M.

Plura adducuntur in materia primogenituræ. Et per quas exceptiones non impediatur immissio primogenito in d. bonis.

S V M M A R I V M.

1 *Hæreditarium non dicitur castrum, quando per mortem possidentis expirat omne ius.*
2 *In primogenitura censentur primogeniti gradatim, & & successiuè semper vocati, vnus post alium.*
3 *Primogenitura censetur deuoluta ad primogenitum, & non ad secundum genitum.*
4 *Obseruantia in materia primogenituræ plurimum attendi solet.*
5 *Immissio quando non denegetur propter exceptiones requirentes altiorem indaginem.*
6 *Primogenitura ex quibus reddatur clara.*
7 *Fideicommissi exceptio, quando non sit apta impedire immissionem.*
8 *Ad immissionem impediendam, non est legitimus contradictor, qui non possidet.*
9 *Contradictor legitimus ad impediendam immissionem est, qui ex testamento, habet facultatem capiendi possessionem propria auctoritate.*
10 *Contradictor legitimus habetur ille, qui ex aduerso citatur, & admittitur pro tali.*
11 *Dominij exceptio clara est apta impedire immissionem super bonis, super quibus quis ius non habet.*
12 *Prætium succedit, & subrogatur loco rei.*
13 *Trebellianica potest prohiberi etiam filijs primi gradus.*
14 *Legitima prohiberi non potest.*
Legitima detrahi non debet ex bonis subiectis primogenituræ existentibus alijs bonis hæreditarijs, n. 14.
15 *Filius quando non confecit inuentarium, tunc præsumuntur adfuisse tot bona, vt ei sufficerent pro legitima.*
16 *Immissio, vt impediatur propter detractionem melioramentorum funeris impensæ, & æris alieni, requiritur, vt de illis constet.*
17 *Primogenitura non potest constitui super castris feudalibus ex pacto, & prouidentia in præiudicium vocatorum.*
18 *Primogenitura certum est, quod potest constitui super bonis, quæ reperiuntur in statu hæreditario.*

D E C I S I O CLXXXV.

DOMINI Bartholomæus, & Petrus de Ottherijs
fratres germani contendunt inter se successionem
Castrorum Ottherij, & S. Ioannis, D. Petrus illa præ-
tendit saltem pro medietate in concursu cum fratre vti hæ-
reditaria Sinulphi iunioris, cuius ipsi tanquam proximio-
res sunt hæredes ab intestato. Dominus verò Bartholo-
mæus prætendit ad se solum spectare, tanquam primoge-
nitum vigore fideicommissi Sinulphi senioris, vndè in hac
controuersia commissa causa in Rota, fuit hodie disputa-
tum dubium. An D. Petro sit danda immissio, & fuit
negatiuè resolutum. Quia hæc Castra non sunt, neque
1 dici possunt hæreditaria Sinulphi iunioris cum per † eius
obitum expirauerit omne ius, quod ipse habebat super il-
lis, Ceph. *cons.* 158. *n.* 4. *lib.* 2. Soccin. Iun *cons.* 72. *nu.* 19.
vol. 1. Peregr. *de fideic. art.* 6. *per tot. & nu.* 12. Mantic. *de*
coniect. lib. 9. *tit.* 2. *sub nu* 29. *vers. Id quod, & dixit* Rota
in Romana Dotis 23. *Maij* 1614. *cor. bo. mem. D. meo Vbaldo.*
Erat enim supradicta primogenitura erecta, & con-
stituta à Sinulpho seniore in suo testamento verbis claris,
& apertis dum substituit vulgariter, pupillariter, & per
fideicommissum primogenitum, qui perpetuis tempori-
bus succedere debeat in dd. Castris, adeò vt deuenire de-
beat in perpetuum de primogenito, in primogenitum, qui
2 propterea censentur gradatim, † & successiuè semper vo-
cati vnus post alium, Decian. *cons.* 23. *nu.* 10. *& seqq. lib.*
4. Menoch. *cons.* 120. *nu.* 34. Fusar. *de subst. q.* 390. *nu.* 3. &
4. vnde cum per mortem Sinulphi iunioris sit finita d. pri-
mogenitura in sua persona, & alij primogeniti, ex supra-
dicto testamento sint vocati, sequitur quod cum hodie e-
xistat D. Bartholomæus filius primogenitus Attilij filij
Sinulphi senioris, hæc primogenitura ad ipsum deuoluta
3 censeatur, tanquam primogenitum, † & natu maiorem,
non autem ad Petrum eius fratrem. Secundo genitum,
Decian. *cons.* 16. *nu.* 21. *ad fin. & seq. vol.* 4. Menoch. *cons.*
401 *n.* 20. *in fin. & cons.* 1005. *n.* 22. Mol. de Prim. Hispan.
lib. 1. *c.* 11. *nu.* 9. *& lib.* 3. *c.* 1. *n.* 1. *& seqq. & c.* 6. *nu.* 29.
Et hoc maximè procedit cum post mortem Sinulphi per
multos annos fuerit primogenitura per D. Petrum obser-
uata, qui contentus fuit de alimentis sibi præstitis à fra-
tre primogenito iuxta formam testamenti Sinulphi; hæc
enim † obseruantia in his terminis plurimum attendi so- 4
let. Menoch. *cons.* 349. *n.* 15. Molin. de Primog. *lib.* 2. *c.* 6.
n. 57. Honded. *cons.* 92. *nu.* 27. *& seqq. lib.* 1. *benè* Surd. *in*
cons. 362. *n.* 10.
Non obstat, quòd exceptio primogenituræ, seu fidei-
commissi, tanquam requirens altiorem indaginem non
possit † impedire immissionem D. Petro in bonis per Si- 5
nulphum iuniorem possessis de tempore obitus, quia cum
primogenitura sit clara, † vt supradixi, & fuerit etiam 6
approbata per filios testatoris, & per eundem Petrum me-
diante etiam transactione, non potest dici, vt requirat
altiorem indaginem, & sic est apta impedire immissio-
nem, Rot. *decis.* 157. *nu.* 8. *& 9. apud tract. de Saluian.* Et
de exceptione † fideicommissi incontinenti probata, *dec.* 7
83. *num.* 11. *apud eund. tract.* Cardin. Seraphin. *decis.* 757.
nu. 1. *& 2. & dixit* Rota *in Bonon. Legati de Marescottis* 24.
April. 1626. *coram R. P. D. meo Merlino.*
Non obstat, quod D. Bartholomæus non sit legitimus
† contradictor ad immissionem impediendam cum non 8
possideat. Quia sufficit, quod in testamento sit data fa-
cultas capiendi † possessionem propria authoritate, Men. 9
de adip. rem. 4. *n.* 633. *in fin* Eugen. *cons.* 55 *n.* 12. *lib.* 1. *cum*
alijs per Modern. Bonon. *de legit. contrad. qu.* 2. *nu.* 170. &
175. *cum seq & q.* 10. *n* 47. Fus. *de subst. q.* 613. *n.* 5. *&* 13. Quod
maximè procedit, cum D. Bartholomeus † fuerit ex ad- 10
uerso simpliciter citatus, & admissus pro legitimo con-
tradictore, Menoch. *cons.* 722. *n.* 7. *vers. Quarto suffraga-*
tur, & n. 12. *& de adipisc. d. rem.* 4. *nu.* 611. *& seq.* Fusar.
d. q. 613. *num.* 8 Rota *in Bonon. fideicom. de Vellis* 9. *Martij*
coram bo. me. Card. Sacrato. Vndè semper verum erit,
quod ista exceptio dominij prouenientis ex vocatione cla-
ra primogeniti est apta impedire immissionem D. Petro in
d. Castris, super † quibus ius aliquod non habet, Bart. 11
in l. 1. *n.* 3. *ff. quor. legat.* Menoch. *de adipisc. rem.* 5. *n.* 104.
vers. Secundus est casus, & d. rem. 4. *n.* 746. prout neque il-
lud habere potest super pretio ex dd. Castris redacto, cum
† pretium succedat, & subrogetur loco rei, Menoc. *cons.* 12
202. *n.* 110. Surd. *cons* 330. *n.* 9. *& decis.* 15. *nu.* 19. Verall.
dec. 28. *n.* 2. *par.* 2. Rot. Ianuen. *decis.* 127. *nu.* 10. *& decis.*
171. *nu.* 2.
Non obstant detractiones, quia Trebellianica † est pro- 13
hibita, & potest prohiberi, etiam filijs primi gradus Rot.
decis. 67. *nu.* 2. *& decis.* 318. *n.* 3. *par.* 1. *in recent.* Legitima
verò licet prohiberi † non possit, tamen detrahi non debet 14
ex istis Castris, Primogenituræ suppositis, existentibus
alijs bonis hæreditarijs, Bald. *in Rubr. ff. de rer. diuis. col.*
1. *vers. Sed pone* Gabr. *de legit. conclus.* 6. *nu.* 2. Surd. *decis.*
316. *nu.* 10. Menoch. *cons.* 401. *nu.* 138. & quidem cum non
fuerit confectum † inuentarium, præsumuntur adfuisse 15
tot bona libera sufficientia pro legitima Natt. *cons.* 169. *nu.*
8. *& seqq.* Giouan. *cons.* 20. *n.* 22. *& 27. lib.* 2. *& tenuit* Ro-
ta *in Macerat. legitimæ* 14. *Maij* 1627. *&* 28. *Februar. &* 27.
Mart. præteriti coram me.
Non obstat detractio melioramentorum funeris impen-
sæ, & æris alieni; Quia hæc nec † in genere, nec in spe- 16
cie fuerunt probata, vt requiritur, Rot: *decis.* 161. *nu.* 1.
par. 2. *recent.*
Non obstat, quod dd. Castra sint feudalia ex pacto, &
prouidentia, & ideò in illis non potuerit constitui † pri- 17
mogenitura in præiudicium D. Petri; Quia iam fuit in
hac causa resolutum, inuestituram Othonis Primi Im-
peratoris, in qua se fundabat D. Petrus, nihil probare,
cum sit simplex copia, vndè cum ista Castra reperiantur
in statu hæreditario † non est dubium, quod potuit super 18
illis constitui supradicta primogenitura, Clar. *in §. feudum*
quæst. 40. *nu.* 2. Socc. Iun. *cons.* 72. *n.* 22. *lib.* 5. Roland. *cons.*
84. *n.* 19. *lib.* 4. Alb. *cons.* 382. *n.* 64. Intrig. *de subst. cent.* 3. *q.*
74. *n.* 118. Fusar. *de subst. q.* 631. *n.* 1.
Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

EMI-

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Meleuitana Prioratus Nauarræ.

Die Mercurij 14. Iunij 1628.

A R G V M E N T V M.

Subscribens censetur approbare contenta in scriptura. Negligens in exigendo quis dicatur. Intimatio, & monitio, vt aliquis aliquid faciat, quando non requirantur.

S V M M A R I V M.

1 *Subscribens se alicui scripturæ, eam approbare dicitur, & num. 2.*
3 *Negligens in exigendo quis dicitur, si non docet de diligentijs, amplia n.4.*
5 *Liberatus sub conditione, ea non existente non dicitur liberatus.*
6 *Intimatio, & monitio non requiritur, quando quis est obligatus aliquid intra certum tempus facere.*
7 *Certus, quando quis est aliquid faciendi, non est amplius certificandus.*
8 *Voluntas à potestate declaratur.*

D E C I S I O CLXXXVI.

STETERVNT Domini in decisis, * non obstantibus scripturis nouiter productis per Equitem Carolum; nam partita debiti lib. 324. 16. de qua in decisione, remanet etiam iustificata ex solidatione computorum facta de anno 1619. ab Equite Michaele Zappata Commissario Ærarij nuper producta, in qua Eq. Carolus se constituit debitorem in lib. 966. 13. inter quas connumeratur partita
1 lib 324. 16. cui solidationi, cum † Carolus se subscripserit cum eius sigillo, oritur probatio debiti etiam de anno 1619 Paris. *cons. 47. num 6. lib. 1.* Aym *cons. 73. num. 40. & fuit dictum in Romana canonis 1. Iulij, & 11. Decembris 1609 coram D. Cardinali Caualerio.*

Quamuis enim supradicta solidatio de ann. 1619. fuerit facta de effectibus Prioratus Nauarræ, de tempore quo Eapelletta erat Prior, tamen debitum lib. 324. 16. non fuit Equiti Carolo imputatum tanquam administratori Eapellettæ, qui cum decessisset de anno 1617. administratio iam de anno 1619. cessauerat, sed tanquam Receptori, quod patet claré, nam vti receptor tenebatur facere diligentias, atque de illis in computis docere, alias ipsi alienum debitum imputandum erat, *vt in Statuto 50. de com. mun. Aer.* & propterea in solidatione fuit factus Eques Carolus vti Receptor, debitor, quamuis non exegisset, vt patet ex supradicta solidatione, in qua de illis diligentijs faciendis à Carolo vti Receptore cauetur non solum in dicta partita lib. 324 16. quæ est decima nona, ibi, *Fu consegnato al detto Commendatore Monreale come à Riceuitore, acciò faccia le diligenze con esso del suo riscuotimento*, sed etiam in decimaottaua partita, ibi, *Acciò faccia le diligenze per riscuotimento di questa partita*: nec non in vigesima, ibi, *che fù consegnato à detto Commendatore Monreale come à Riceuitore, acciò faccia le diligenze per il loro riscuotimento*; ex quibus tribus partitis in solidatione supradicta appositis colligitur fuisse actum cum Equite Carolo, vt tanquam Receptor exigeret, vel saltim faceret diligentias de quibus donec doceret, Vti Receptor constitueretur debitor seruando formam statuti supradicti 50.

Idque corroborarut ex partita crediti num. 21. quæ licet fuisset in exacta, non fuit admissa, cum non ostenderentur diligentiæ ibi, *per fare le sue diligenze, per il riscuotimento hà pigliato la lista, & si faccino le diligenze necessarie per il riscuotimento, & caso, che non si potessero ricuperare mostrando le diligenze, hauerà ricorso, ancorche adesso Don Michele Zapata non gli la fa bona per non mostrare le diligenze.* Vndè claré patet quod Eques Carolus, vti Receptor constituitur debitor de effectibus Prioratus tempore Ex-
2 pellettæ, quia non constabat de diligentijs, & cum † ipsemet in fine se subscripserit eum sigillo dicitur omnia subscripta approbasse *l. si ego §. dotis ff. de iur. dot. l. 1. §. 1. ff. de constitut. pecuniar.* Gabriel. *conclus. 3. numer. 1. de probat.*

Partita quoque debiti rubrorum 800. probatur ex scriptura nouiter producta, & probatio desumitur ex spropriatione Expellettæ, & ex eo quod dicta rubra 800. fuerunt in lista à Secretario Ærarij subscripta connumerata inter spectantia ad commune Ærarium ratione spolij Expellettæ, vt ea rubrica, ibi, *le quali come suo spoglio si deuono recuperare, & appartengono al commun Tesoro*; eumque non doceatur de aliqua diligentia in exigendo remanet Carolus debitor iure proprio vigore supradicti statuti.

Non obstat, quod negatiua non exactionis à se ipsa remaneat probata, & non doceatur de negligentia: quia Eques Carolus vel Receptor vigore supradicti statuti 50. declaratur negligens, & tenetur de proprio si eueniente die non procuret exactionem, & faciat debitas diligentias,
de quibus doceat, quare eo ipso quod non † docet de dili- 3
gentijs, est negligens, & debitor ex dispositione statutaria, Eugen. *cons. 73. num. 22.* Rota *in recent. decis. 153. num. 2. par. 1.*

Nec obstat, quod in solidatione de anno 1624. Eques Carolus fuerit liberatus, & quamuis liberatio fuerit cum conditione, quod intra decem menses deberet docere de non exactione, aliàs *ne sarà caricato*, requireretur monitio, & noua descriptio debiti, quia fuit responsum, quod ex vrbanitate fuit data dicta dilatio decem mensium, ad docendum de non exactione, & diligentijs iuxta formam
statuti, quibus elapsis maior † reputatur negligentia, 4
si non doceat de diligentijs, & non exactione Ruin. *cons. 12. nu. 8. lib 5.* & Eques Carolus habetur, ac si nunquam fuisset liberatus, nec requiritur monitio, nec noua creatio debiti, sed elapso termino perinde est, ac si à principio fuisset puré declaratus debitor, cum paria sint aliquid fieri puré, vel sub conditione, quæ non purificetur, & li-
beratus † sub conditione, ea non existente non censetur 5
liberatus, *leg. si pupillus ff. de condit. instit. l. sed & si de sua in fine, ff. de acquir. hæred.* Roland. *consil. 58 num. 16. 17. & 25. lib. 3.* Cephal. *cons. 56. n. 11. & cons. 445. nu. 17 & 18.* Surd *cons. 179. num. 10. & seqq. lib. 2. & cons. 201. numer. 27 lib. 2.* Mantic. *decis. 343. num 3. & decis. 354. num. 1.* Paris. *cons. 11.*
num. 64. lib. 1. Nec requirebatur intimatio, † & monitio, 6
nam eum Eques Carolus esset obligatus intra certum tem-
pus, reperiebatur certus de eo quod facere tenebatur, † 7
ideo non erat amplius certificandus, *cap. eam qui de regulis iur. lib. 6.* Surdus *consil. 272. num. 2. lib. 2. & decis. 288. num 4.*

Quare expirato tempore decem mensium, & non adimpleta conditione, docendo de diligentijs, & non exactione, expirauit liberatio conditionaliter facta, & remansit debitum accensum in vim solidationis de anno 1619. & dispositionis statuti, imputantis debita Receptoribus non ostendentibus diligentias.

Ex quibus tollitur prætensa noua descriptio in libris, quia incapacitas non fundatur in descriptione in libris, sed ea sola existentia debiti in non docendo de diligentijs, & sat, est quod de anno 1619. per subscriptionem cum Sigillo Eques Carolus se constituerit debitorem, vltra quod adest etiam descriptio, quæ facit debitorem Equitem Carolum à die 13. Iulij, & sicante Smutitionem, & Electionem.

Non obstat, quod frumentum non esset in manibus laboratorum, sed procuratoris, quia sunt ostendendæ diligentiæ factæ, vel contra laboratores, vel contra eum, qui habuit frumentum.

Non obstat diuisio computorum Receptoriæ, & administrationis, quia fuit facta pro faciliori intelligentia, & eodem tempore fuit facta solidatio Receptoriæ, & administrationis inhærendo solidationi factæ de anno 1619. in qua Eques Carolus fuit constitutus debitor vti Receptor, & de anno 1624. ex benignitate, & vrbanitate fuit data dilatio decem mensium Equiti Carolo vti Receptori, & de eo tempore debitori, quia non docebat de diligentijs, quibus elapsis remansit quoque debitor vigore statuti, cui, cum non potuisset fieri præiudicium per Præsidentes Cameræ Computorum, cum non habeant potestatem remittendi debita ex *Statuto 69. de Com. Aerar.* ita nec dicendum est
eos voluisse facere, † voluntas enim à potestate declaratur 8
l. cum te C. de donatione propterea nupt. cap. cum super de offic. deleg. Roland. *cons. 33. numer. 20. versicul. 2. non obstat lib. 2.*

Ad

Ad alia quæ dicuntur, patet responsio ex alia decisione.

Et ita vtraque, &c.

☞ * Idest sub diebus 8. Martij 1627. & 18. Februarij 1628. sunt supra decisiones 43. & 149. Et infra in Additione habes aliam decisionem sub 11. Ianuarij 1627. coram eodem bo. me. Card. Virili.

EMINENTISS. ET REVEREND. D. CARD. VBALDO.

Soanen. Castrorum.

Die Mercurij 14. Iunij 1528.

A R G V M E N T M.

Exemplum simplex fidem non facit, maximè si exemplum exempli sit, etiam quod solemniter, & legitimè exemplatum fuerit, & quando hoc cesset. Antiquitas io scripturis, quid ooeretur.

S V M M A R I V M.

1 *Copia simplex noa exhibito originali uihil probat, & numer. 2. & 3.*
4 *Exemplo exempli, non est ei aliquo modo fides adhibenda.*
5 *Exemplum ex alio exemplo extractum, est simili testimonio de auditu auditus, quod non facit fidem.*
6 *Exemplum exempli non facit fidem, etiam si solemniter, & legitimè exemplatum fuerit.*
7 *Exemplum, si in aliqua parte reperiatur erroneum, idem potest dici, & præsumi de alijs partibus.*
8 *Exemplo adhibetur fides concurrentibus adminiculis.*
9 *Exemplo, vt adhibeatur fides, quodlibet adminiculum debet esse in sua specie perfectum, & plenè probatum.*
10 *Antiquitas non probatur per datam.*
11 *Antiquitas ex facie scripturæ debet per necesse probari.*
12 *Antiquitas non potest tollere, quin scriptura, quæ ex sui natura apparet copia copiæ, non sit talis.*
13 *Antiquitas non supplet vitia visibilia, nec defendit scripturam à defectibus substantialibus.*
14 *Testes de auditu non probant.*
15 *Testes vt probent confessionem extraiudicialem, debent esse contestes de loco, & tempore.*
16 *Testes non concludentes non probant.*
17 *Fundamentum suæ intentionis debet quis probare per vera, & concludentes rationes.*
18 *Singula, quæ non prosunt, vnita iuuant, hæc regula non procedit, quando singula sunt imperfecta in sua specie.*

D E C I S I O CLXXXVII.

CVM D. Petrus Ottherius prætenderet immissionem in Castris, de quibus agitur, tanquam ad illa vocatus, vigore inuestituræ ex pacto, & prouidentia Otthonis Primi Imperatoris, & solum in actis exhiberetur copia assertæ inuestituræ, de qua in *Summar. num. 1.* fuit hodie disputatum, An huic copiæ sit adhiben. fides, & negatiuè resolutum. Quia cum sit simplex † copia, non exhibito
1 originali nihil probat, *cap. 1. & ibi gloss. in fin. per tot. de fid. instrument.* Couarr. *pract. quæst. cap. 21. num. 1. in fin. & per tot. cum alijs per Modern. de probat. conclus. 711. num. 1. & seqq.* Rota *coram Reuerendiss. D. meo Decano, decis. 85.*
2 *num. 6.* Et in terminis † de exemplo alterius inuestituræ Otthonis Primi tradit Menoch. *in con. 906. numer. 2. vers.*
3 *Prætereà non constat, cum seqq. vol. 10.* Et de exemplis † aliarum inuestiturarum, & priuilegiorum Imperialium tradit Mandell. *in cons. 111. num. 16. in fin. vers. Et per responsionem, & consil. 112. vers. Non obstant deducta,* Decian. *cons. 24. numer. 22. in fin. vers. 1. quoniam, cum seqq. vol. 1.*

Et hoc maximè procedit, cum neque exemplum sit originalis, sed † exemplum exempli, vnde non est illi aliquo
4 modo fides adhiben. *Auth. si quis in aliquo, vbi gloss. 1. post med. C. de eden. vbi* Decian. *num. 3. & 9.* Rota *coram sanct. mem.* Greg. XV. *decis. 432. num. 1. & ibi Addent. numer. 8. & decis. 469. num. 1. & decis. 550. num. 1.* Et ratio est; quia exemplum † ab alio exemplo extractum, vt dicit Bald. *in* 5
l. 2. num. 2. in fin. C. de diuers. rescript. est simile testimonio de auditu auditus, quod non facit fidem, idque procedit etiam si fuisset solemniter, & legitimè † exemplatum, quod ne- 6
que constat fuisse factum in casu nostro, Put. *dec. 155. num. 2. vers. & procedit, & decis. 469. num. 3.*

Considerabant etiam Domini, quod in dicta copia continetur Castrum Proceni, quod nunquam fuit in familia DD. de Ottherijs, & ideò sicuti in hac parte hæc copia detegitur † erronea, idem potest etiam dici, & præsumi de 7
alijs in ea contentis, iuxta tradit per Decian. *cons. 46. n. 30. lib. 2.*

Non obstat, quod concurrentibus adminiculis soleat fides † adhiberi, etiam copiæ, iuxta textum in *l. instrumen-* 8
ta, C. de probat. Verall. *decis. 234. par. 1.* Quia hoc procedit † quando quodlibet adminiculum est in sua specie perfe- 9
ctum, & plenè probatum Alexand. *cons. 13. num. 19. lib. 1.* Cephal. *cons. 206. num. 20. lib. 2.* In casu autem nostro omnia videntur imperfecta, nam illud deductum ex antiquitate propter datam nihil facit, quia data † non probat antiqui- 10
tatem Put. *decis. 186. num. 2. lib. 3. in antiqu. sanct. mem.* Gregor. XV. *decis. 393. num. 2. & 16. Addent. nu. 5.* prout neque talis antiquitas † ex facie scripturæ per necesse dicitur pro- 11
bata, vt aduertit Farinac. *de falsis, & simul. quæst. 153. nu. 173. ex mente* Baldi *in cap. inter dilectos, num. 15. in fin. & n. 18. de fid. instrum.* Vltrà quod † antiquitas non potest tol- 12
lere, quin ista scriptura quæ ex sui lectura apparet esse copia copiæ, non sit talis; nam antiquitas non supplet † vitia 13
visibilia, nec defendit scripturam à defectibus substantialibus, *sanct. mem.* Greg. XV. *decis. 393. n. 2. & 3.*

Non obstat primus, & quartus testis in Summ. D. Petri num. 5. Quia solum dicunt † audisse à D. Bartholo- 14
mæo, quod ipse habebat patentem Imperialem Otthonis, quod nihil probat, tum quia testes non sunt contestes de † 15
loco, & tempore, prout requiritur ad proban. confessionem extraiudicialem, Cæs. de Grass. *decis. 4. de sentent. & re iudic.* Seraphin. *decis. 1172. num. 5.* Rot. *diu. decis. 700. num. 33. a 1. fin. part. 2. recent.* Tum quia † nihil concludunt 16
quoad tenorem, quod concordet cum copia, de qua agitur.

Alter testis in dicto Summario num. 7. nihil pariter concludit circa tenorem inuestituræ, & solum deponit per possibile, quòd DD. de Ottherijs possunt habere infeudationem ab Otthone Imperatore, ex quo iste Imperator fecit alias inuestituras: Eadem responsio adaptatur testibus datis in d. Summ. num. 8. Quia primus deponit de simplici auditu de possessione Castrorum, vt in feudalium, quod non concludit de tenore, prout neque illum concludunt testes, cum infeudatio, de qua videntur deponere ex publica voce, & fama possit esse diuersa à tenore copiæ, vt dixi. Vndè cum † hodie agatur ad probandam naturam 17
feudi ex pacto, & prouidentia, ad effectum excludendi fideicommissa facta per possessores Castrorum, D. Petrus debet hoc plenè, & concludenter probare, tanquam fundamentum suæ intentionis, *l. in illa, la 1. vbi* Bart *num. 5. ff. de verb. oblig.* Gabr. *de probat. concl. 6. num. 1.* Quæ probatio certè hic non adest, cum omnia per eum deducta sint † in sua specie imperfecta, vt dixi, quo casu non intrat 18
regula, quæ singula non prosunt, vnita iuuent, Alexand. *d. cons. 13. num. 19. & 20. lib. 1.* Ias. *in l. admonendi sub num. 99. ff. de iur. iur.* Soccin. Iun. *cons. 86. nu. 29. lib. 3.* Cætera fuerunt sublata per informantes.

Et ita &c. vtraque &c.

Infra in par. 3. in eadem causa habentur duæ aliæ decisiones sub diebus 14. Martij 1634. & 27. pariter Martij 1637. coram bon. memor. Motmanno; sunt decisiones 287. & 207. ¶

R. P. D. M E R L I N O.

Romana Vineæ.

Die Mercurij 14. Iunij 1628.

A R G V M E N T V M.

Sententia contra sententiam lata, ad hoc vt substineatur, quid opus sit. Melioramentorum

torum

torum fructus, qualiter ſint deducendi, & alia de melioramentis.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia ſecunda lata contra primam, quæ tranſitum fecit in rem iudicatam, vt valeat, quid requiratur.*
2 *Iudex non poteſt procedere non reuocata prima ſententia ne detur ſententia contra ſententiam.*
3 *Spolij actio non competit contra iuſtè poſſidentem.*
4 *Fundamentum ſuæ intentionis, quis non debet probare per præſumptiones.*
5 *Fructus meliorationum ſunt deducendi tanquam proprij meliorantis, & ad ipſum ſpectantes, nec ſunt in eius primum creditum imputandi.*
6 *Iudex iniuſtè procedit ad reintegrationem non præfixo termino ad liquidandum melioramenta.*
7 *Retentio pro melioramentis competit, non obſtante cautione ex aduerſo præſtita de illis reficiendis.*
8 *Inſtrumentum declaratum ſimulatum nullius eſt roboris, & momenti.*
9 *Simulatio melius non poteſt declarari, quàm per propriam confeſſionem.*
10 *Declaratio facta à procuratore non habente ad hoc ſpeciale mandatum principali non præiudicat.*
11 *Quod maximè procedit, quando principalis in contrarium proteſtatus eſt.*

D E C I S I O CLXXXVIII.

PARTHEMIA Thomaſina in vim ſententiæ in iudicio Saluiani ad ſui fauorem latæ pro credito ſuæ dotis fuit à ſan. me. Greg. XV. tunc Iudice deputato immiſſa in poſſeſſionem vineæ, de qua agitur, vſque de anno 1595. vt in ſummario num. 1. Paulus verò Ghiriantius anno 1607 contra eandem Parthemiam à D. Triuultio Vicarij Locumtenente obtinuit ſententiam in ſpolio, quæ deinde à D. Marcheſano ann. 1615. fuit reuocata, cum impoſitione perpetui ſilentij, vt in ſumm. num. 4. & hæc ſententia poſterior tranſiuit etiam in iudicatum. Sed anno 1624. Idem Paulus rurſus in iudicio ſpolij contra Margaritam filiam, & hæredem q. Parthemiæ obtinuit aliam ſententiam, vt in ſumm. num. 5. quæ deinde ab altero iudice fuit etiam confirmata, & executioni demandata. Modo autem cauſa ex reſcripto Signaturæ in Rota commiſſa, dubitaui, An dictæ vltimæ ſententiæ eſſent confirmandæ, vel infirmandæ, & hodie reſponſum fuit eſſe infirmandas, vti nullas, & iniuſtas.

Nullitatem quidem in penultima ſententia deducebãt DD. ex eo, quia iudex pronunciauit ad fauorem Pauli ſu-
1 per reintegratione † non reuocata contraria ſententia D. Marcheſani prius lata, & in iudicatum tranſacta, Clem. *ſi appellationem de appell.* Gabr. *conſ. 54. num. 8. lib. 1.* Caſſad. *deciſ. 1. num. 4. de ſeqq. poſſ. & fruct.* Rot. *deciſ.* 161. *num. 2. par. 1. in recent.* quæ nullitas ſubſiſtit, & obſtat, etiam ſi ſententia dicatur lata tanquam in prima, quia imò dictus penultimus Iudex aſſeruit ſe iudicem tertiæ inſtantiæ, & vti talis proceſſit, nec nouus proceſſus fuit confectus, ſed ſuper priori proceſſu pronunciauit, quibus concurren. Iu-
2 dex non potuit procedere non † reuocata ſententia præcedenti, ne detur ſententia contra ſententiam, *l. 1 C. quando prouoc. non eſt neceſſ.* Felin. *in cap. inter monaſterium numer. 15. & ſeqq. de ſent. & re iud.* & benè declarat Gabr. *d. conſ. 54. num. 8 lib. 1.*

Iniuſtitia verò in ſententijs poſterioribus deſumebatur à DD. ex eo quia cum Parthemia auctrix Margaritæ fuiſſet immiſſa in poſſeſſionem vineæ iudicis auctoritate in iudicio ſaluiani, iuſtè, & rectè poſſidebat, & conſequen-
3 ter Paulo non † competebat actio ſpolij contra iuſtè poſſidentem, *l. iuſtè poſſidet ff. de acquir. poſſ.* Bald. *in l. fin. C. vnde vi.* Ruin. *conſ. 49 num. 15. lib. 4.* Rota *in recent. deciſ. 646. num. 1. par. 2. & coram ſan. mem.* Greg. XV. *deciſ. 43. numer. 1. & fuit dictum in Romana ſpolij 27. Aprilis 1622. cor. me.*

Non obſtat, quod Parthemia ex lapſu tanti temporis, quo vineam poſſedit, præſumatur ea fructibus ſatisfacta de ſuo credito, quia fuit reſponſum, quòd cum à Paulo non fuerit probata quantitas fructuum perceptorum, nec facta illorum liquidatio, quæ tamen ad ipſum ſpectabat,
4 tanquam fundamentum † ſuæ intentionis, non intrat allegata præſumptio, & exceptio ſatisfactionis, *l. ab ea, ff. de probat.* Menoch. *præſumpt. 135. num. 1. & 2. lib. 3.* Rot. *deciſ. 516. num. 2 par 2. recent. & apud Modern. Roman. de ſaluian. deciſ. 62. & 101.* ac fuit dictum in his terminis *in Firmana ſeu Maceraten. dotis 10. Decemb. 1627. coram R. P. D. Pirouano.* Præſertim verò, quia potius videtur conſtare de non ſatisfactione, cum vinea de tempore immiſſionis eſſet diruta, ac deſerta, & nullos produceret fructus, vt probant teſtes dati in ſumm. nu. 3 imò amplius cum d. vinea fuerit poſtea per eandem Parthemiam meliorata, & ad culturam redacta, cum impenſa ſcutorum 618. vt ea relatione
peritorum ſum. n. 7. fructus † huiuſmodi meliorationum 5
ſunt deducendi tanquam proprij meliorantis, & ad ipſum ſpectantes, nec ſunt in eius primum creditum imputandi, Put. *deciſ. 275. lib. 3.* Afflict. *deciſ. 87. nu. 6 & 7. & ibi* Vrſill. *num. 3.* Garz. *de expenſ. c. 23. num. 56. & ſeqq.* Rot. *deciſ. 435. num. 15. part. 1. recent. cum alijs per* Modern. Bononien. *var. reſolut. lib. 2. c. 112. num. 52. & ſeqq.* indeque iudices viden-
tur iniuſtè † proceſſiſſe ad reintegrationem non præfixo 6
ſpecialiter termino ad liquidan. dicta melioramenta, cum de illis conſtaret in genere ex depoſitione teſtium ſummar. num. 3. & interim non erat procedendum ad exequutio-
nem, ſed Margaritæ competebat † retentio, non obſtan. 7
cautione ea aduerſo præſtita de melioramentis reficiendis iuxta *deciſ.* Put. 10. *de ſentent. & re iud.* Menoch. *de recuper. remed. 15. num. 570.* Eugen. *conſ. 85. nu 97. ad 114. lib. 2.* Capic. *deciſ. 17. num. 7. cum alijs cumulatis per* Modern. Bononien. *var. reſ. lib. 2. d. c. 112. num 19 & 20* & tenuit Rot. *in recent. deciſ. 151. num. 2 & 5. par. in Romana ſaluiani interdicti 1. Iulij 1609. coram bon. mem. Patriarcha Manzaneda impreſſ. penes* Marcheſan. *de commiſſ. par. 1. fol. 1018. in Romana de Theſaur. 11. Ianuar. 1613 coram bo. me Card. Sacrato, apud eund.* Marcheſan. *d. part. 1. fol. 1087 & in Foroliuien. fideicmm. 9. Maij 1611. coram Reuerendiſſ. D. meo Patriarcha Pamphilio, & Spoletana bonorum 22. Aprilis 1616. coram bon. memor. Buratto.*

Minus obſtat, quod conſtet de extinctione crediti Par-
themiæ per ſolutionem à Paulo factam, vt ex † inſtru- 8
mento, quietantiæ, quia illud inſtrumentum fuit ab eodem Paulo declaratum ſimulatum, & ſic nullius roboris, &
efficaciæ, vt in ſumm. num. 6. nec ſimulatio † poterat 9
melius probari, quàm per illius confeſſionem *l. vnica. C. de confeſſ.* Crau. *conſ. 147 num 7. verſ. ad hæc.* Dec. *conſ. 62. num. 66. lib. 3* Rot. *deciſ. 806. num. 5. part. 1. diuerſ. & fuit dictum in Rom cenſus 17. Decemb 1627. coram me.*

Tandem nec obſtat, quod Parthemia ſemel coram D. Triuultio declarauerit ſe poſſediſſe vigore inueſtituræ habitæ à Canonicis Laterañ à quibus Paulus ſe prætendit ſpoliatum, & ſic quod non poſſederit ex titulo ſaluiani, quoniam, quicquid ſit de d. ſpolio, quod non iuſtificatur,
placuit reſponſio, quod cum prædicta † declaratio 10
facta fuerit à procuratore non habente ad hoc ſpeciale mandatum, & cum ſtatutarijs ſolemnitatibus, *c. 151. lib. 5.* confectum, non potuit præiudicare Parthemiæ, ad tradita per Pariſ. *conſ. 108 num. 48. lib. 4* Surd. *deciſ. 81. num. 16.* Modern. Rom. *ad ſtat. vrb. gloſ. 7 num. 127. & ſeq.* Rot. *apud eoſd. deciſ. 5. num. 8. & 12. & in recent. deciſ. 68. num. 1 par. 2. & coram ſanct. mem.* Greg. XV. *deciſ. 75. num. 1.* præſertim
cum in actu apprehenſionis † poſſeſſionis proteſtata fuiſſet 11
ſe velle poſſidere vtroque titulo iuxta Creſcen. *deciſ. 5. de reſtit. ſpol.* cum alijs, ideoque adhuc iniuſtè fuit Paulus reintegratus in iudicio ſpolij.

Et ita vna tantum parte informante concluſum fuit.

Infra in eadem cauſa adeſt alia deciſio ſub die 25. Iunij 1629. eſt deciſio 312. & in parte 3. habentur duæ aliæ nempè ſub diebus 5. Maij 1636. & 5. Iunij 1637. coram R. P. D. Veroſpio; ſunt deciſiones 130. & 223.

EMINENTISS. ET REVEREND. D. CARD. VIRILI.

Ciuitatis Caſtelli Beneficij.

Die Veneris 16. Iunij 1628.

A R G V M E N T V M.

Eccleſia aliud eſt, & illud beneficium in Eccleſia. Status vltimus in beneficialibus attendi.

tenditur. Ecclesia potest venire appellatione Capellæ maioris dictæ Ecclesiæ.

S V M M A R I V M.

5 *Ecclesiam habere aliud est, & aliud habere beneficium in Ecclesia.*
2 *Status vltimus in beneficialibus est attendendus, vide n.8.*
3 *Resignatarij ius est metiendum à iure resignantis.*
4 *Iurispatronatus reseruatio, quando dicatur habuisse effectum.*
5 *Confraternitas potest esse in aliqua Ecclesia, & quod tamen illa Ecclesia sit collatiua de iurepatronatus ex dotatione, & constructione.*
6 *Appellatione Capellæ maioris alicuius Ecclesiæ venire potest ipsa Ecclesia, cum sit caput principale illius.*
7 *Relatum potius, quàm referens debet attendi.*
9 *Fides non facit fidem.*
10 *Fides æquiuocæ non sunt attendendæ.*

D E C I S I O CLXXXIX.

PERSTITERVNT Domini in decisis * ex rationibus in decisione deductis.

Nec visa fuerunt obstare tria, quæ ex aduerso deducuntur. Primum, quod cum aliud sit habere ipsam Eccle-
1 siam, † aliud beneficium in Ecclesia, *c. fin. de præb.* Abb.
in cap. fin. num. 4. de concess. præb. ideò gratia Galeotti non
capiat ipsam Ecclesiam, quæ est sub administratione Confratrum, qui expendunt eleemosynas in fabrica; Secundum, quod cum duæ prouisiones Lancellotti, & Petri lo-
2 quantur de Capella, constituant † vltimum statum attendendum ad effectum iustificationis, Rot. *par. 2. recent. dec.*
737. & p. 1. decis. 578. Tertium, quod cum Galeottus veniat ex resignatione Petri prouisi de Capella, ius resigna-
3 tarij † metiendum sit à iure resignantis, iuncta confessione eiusdem Petri resignantis, & Christophori, quod non habuerunt possessionem nisi Capellæ.

Quia pro responsione fuit firmatum, quod erectio beneficij, & reseruatio iurispatronatus est super tota Ecclesia
nam Episcopus Capellam, seu Oratorium, & Ecclesiam in simplex beneficium erigit & ius præsentandi ad Ecclesiam concedit, vt expressè legitur in instrumento erectionis, & reseruationis, cuius effectuatio probatur quoque
ex tribus prouisionibus immediatè subsequentibus, quæ loquuntur de ipsa Ecclesia, & habuerunt effectum non
4 solum ex adeptione possessionis Ecclesiæ, † sed etiam ex
prouisione subsecuta per mortem, aut resignationem illorum iuxta *cons.* Oldr. 229. Vnde non obstat, primum, quia
erectio, & reseruatio iurispatronatus est de ipsa Ecclesia, non de Capella; & existentia Confraternitatis in Ecclesia
5 non repugnat, cum possit † adesse Confraternitas, & tamen Ecclesia sit collatiua de iurepatronatus ex dotatione & constructione, nec probatur quod Confraternitas administret bona, & redditus Ecclesiæ.

Non obstat, secundum nam licet duæ prouisiones Lancelloti, & Petri loquantur de Capella, tamen præsentationes patronorum sunt de Ecclesia, & licet institutiones videantur loqui de Capella, hoc euenit, quia ipsamet erectio loquitur de Capella, seu Oratorio, & Ecclesia, vnde
6 mentio † Capellæ Sanctissimæ Virginis videtur facta tanquam de capite principali, ex quo Capella est in Altari maiori, prout in simili fuit consideratum de sacello in Ecclesia Lauretana, vt *in Lauretana iurisdictionis* 23. *Ianuarij*
& 21. Aprilis 1617. coram bo. me. Card. Sacrato, idque indicant illa verba subsecuta post mentionem Capellæ, nempè cum omnibus iuribus, & pertinentijs vniuersis, & iuramento præstito de seruanda lege in dotatione apposita, cum expressa relatione ad instrumentum erectionis, & dotationis,
7 & cum † potius relatum quàm referens attendi debeat, *l. si
ita scripsero, ff. de cond. & demonstrat.* Surd. *cons.* 313. *nu.* 30.
Greg. *decis.* 439. *num.* 1. cum ipsa erectio, & reseruatio loquantur de Capella, & Ecclesia, & quod prius fuit cœpta parua Capella, seu Oratorium, deinde aucta, & in formam Ecclesiæ redacta, sequitur, quod prouisiones Lancellotti, & Petri virtualiter loquantur de ipsa Ecclesia, & propterea non constituant vltimum statum diuersum ab
8 erectione, † & reseruatione, & prouisionibus anterioribus vel saltem debeant cedere veritati, & declarari ex lectura, & inspectione erectionis, & reseruationis, & aliarum prouisionum antecedentium, *c. cum de beneficio de præben. in
6.* Dec. *cons.* 126. *n.* 3. *in fi.* Rot. *in recent. dec.* 313. *n.* 2. *p.* 2. Greg.
dec. 77. *n.* 12 & ibi additio *versic. prædictis.*

Non obstat tertium, quia ex supradictis patet, quòd ius Petri resignantis erat super ipsa Ecclesia, non super Capella tantum.

Vnde non obstat fides Christophori, & Petri, tum quia
fides † non facit fidem, tum quia dum dicunt se fuisse Re- 9
ctores Capellæ fundatæ in Altari maiori satis videntur
non uere fuisse Rectores Ecclesiæ, cum Christophorus possessionem Ecclesiæ acceperit, & Petrus se referat ad instrumentum erectionis, & dotationis quod loquitur de ip-
sa Ecclesia, & ideo † tanquam fides æquiuocæ non sunt 10
attendendæ.

Et ita vtraque parte informante, &c.

* Idest sub die 24. Mart. 1628. est sup. decisio 161.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO DECANO.

Gerundesi Beneficij.

Die Veneris 16. Iunij 1628.

A R G V M E N T V M.

Beneficium iurispatronatus ex permutatione an, & quando vacet.

S V M M A R I V M.

1 *Ordinarius non habet potestatem conferendi beneficia de iurepatronatus laicorum, & n.12.*
2 *Ius à resignante beneficium de iurepatronatus non abdicitur, si inuito patrono sit facta.*
3 *Beneficia vacant per renunciationem ex causa permutationis.*
4 *Resignationes beneficiorum conditionales ad fauorem certæ personæ coram Ordinario non admittuntur.*
5 *Resignatio beneficij, etiam in casibus in quibus ius non abdicitur à resignatione, nihilominus producit vacationem.*
6 *Decis. Achill. Put. & Mohed. declarantur.*
7 *Permutatio beneficij iurispatronatus potest fieri etiam contradicente patrono, absque iusta causa.*
8 *In permutatione beneficij iurispatronatus non requiritur consensus patroni, sed sufficit, si requiratur, & nu. 9.*
10 *Ignorantia iuris excusare non solet.*
11 *Decis. 3. de rer. permutat. in nou. & rebuff. declarantur.*
13 *Narratiua omnia, sunt in primis iustificanda.*
14 *Præsentatus habens instrumentum suæ præsentationis, & illud producens intra tempus iuris coram habente facultatem illud instituendi, sufficit ad obtinendam adiudicationem.*

D E C I S I O CXC.

RESOLVTVM fuit, standum esse in decisis, * quia vacatio, ad quam præcipua difficultas istius causæ reducitur, verè contigit ex permutatione, quæ cum, nisi
præuia in manibus Ordinarij ad inuicem beneficiorum resi-
gnatione, sequi, aut admitti possit: inde † propter defe- 1
ctum potestatis eiusdem Ordinarij conferendi beneficia de iurepatronatus laicorum *per c. decernimus*, 16. *qu.* 7. Cald.
cons. 2. *in fin. de rer. permutat.* post resignationem remanet apertus locus patrono ad præsentandum intra tempus à iure determinatum, & per consequens Ignatio debetur beneficium, qui à patronis, se præsentatum in hac noua vacatione iustificat.

Neque obstat, quòd non agatur de resignatione simplici, sed ex causa permutationis, & ad fauorem, vt
ideò, si permutatio sit inualida propter contradictionem
patroni, non fuerit † abdicatum ius à resignante, nec per 2
consequens vacatio contigerit, Mohed. *decis.* 2. *de renunc.*
& decis. 8. *de iur. patron.* Put. *decis.* 412. *lib.* 1. Achill. *decis.* 10.
num. 1. *& seqq. de rest. spol.* Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 3. *num.*
16. *&* 17.

Quia cum scluerint permutantes, beneficium iam permutandum esse de iurepatronatus laicorum, & quidam absque hæsitatione, dum Ioannes requisiuit D. Eleonoram semel, & pluries pro consensu permutationi præstando, quæ nedum consensit, sed expressè ante permutationem iudicialiter se opposuit, & contradixit, & nihilominus
fuit

fuit processum ad permutationem; inde intrat vacatio,
3 nedum, quia † beneficia vacant per renunciationem ex
causa permutationis, *c. 1. de rer. permut. in 6. Clem. 1.*
eod. tit. Garz. *post alios ead. par. 11. capit. 4. num. 2.* Sed
4 etiam, quia coram Ordinario non † admittuntur resigna-
tiones conditionales ad fauorem certæ personæ, tanquam
per Canones improbatæ, Rebuff. *de resign. pur. & tit. de*
resig. cond. Sarnien. *de triennali, q. 16.* Mandos. *reg. 19. de*
infirmis, q. 16. num. 11. cum alijs cumulatis per eundem
Garz. *ead. par. 11. cap. 3. num. 152.* Ac demum, quia con-
currit culpa permutantium propter indubitatam scien-
5 tiam iurispatronatus, quæ in casibus etiam, † in quibus
jus non abdicatur à resignante, nihilominus producit va-
cationem, Paris. *de resig. lib. 1. q. 3. num. 71. & num. 118.*
Rebuff. *cons. 192. num. 5.* dicens clausulam (non aliàs, nec
alio modo) non operari, quando adest culpa resignantis,
6 & in his terminis decisiones, Mohed. Put. & Achill. †
sunt declarandæ, prout etiam sensit idem Garz. *d. cap. 3.*
nu. 35. & prius idem firmauit Vital. *in clem. vnica, num.*
92. & 97. de rer. permut. Rot. *decis. 214. numer. 5. par.*
1. diuers. & in Salamantina pensionis 13. Iunii 1586. co-
ram Bubalo.

Non obstat, quòd indubitata scientia iurispatronatus
non constituat permutantes in culpa, sed permutatio in-
ualida facta scienter, quæ scientia inualiditatis permuta-
tionis dicebatur non posse probari, dum quamplurimi
7 Doctores teneant posse fieri † permutationem contradi-
cente patrono absque iusta causa, Rot. *decis. 5. circa fin.*
de rer. permut. Rebuff. *in prax. 3. p. signaturæ in verbo,*
nec iuspatronatus num. 40. & tit. de permut. num. 22. par. 11.
cap. 3. num. 27. in qua ponitur in permutatione beneficij
8 iurispatronatus, non requiri consensum patroni, † sed
sufficere si requiratur, & vlterius in Diœcesi Gerundensi
vigeat consuetudo, quòd admittantur permutationes abs-
que consensu patronorum, quæ omnia deseruire possunt
pro iusta causa, ad euitandam culpam, vt quilibet possit
redire ad suum beneficium.

9 Quia culpa principalis † pendet à scientia iurispatrona-
tus ante permutationem, vt Rota firmauit *in Gerunden.*
permutationis 5. Iulij 1593. relata per Garziam *eadem par.*
11. cap. 3. num. 19. qui num. 29. plenius comprobat, cæte-
rum quòd ea supposita possit Ordinarius, spreto vel recu-
sante patrono, admittere permutationem, aut patronus
contradicendo illam impedire, vel iam sequuta rescinde-
10 re, pendet à iuris determinatione, in qua ignorantia †
excusare non solet, nisi sit probabilis Bellam. *decis. vlt.*
num 2. de rer. permut. idem Garz. *d. cap. 3. num. 32. & 36.*
Cochier. *de permut. benef. par. 1. cap. 19. num. 13.* probabi-
litas autem illius qualitatis ignoratæ ex allegatis pro con-
traria opinione non probatur, neque ex consuetudine de-
ducta, quia quicquid sit in casu spreti patroni, aut recusan-
tis consentire, aut contradicentis post iam sequutam per-
11 mutationem, in quibus † terminis loquuntur allegatæ
auctoritates, & consuetudo deducta, & declaratio Con-
cilij est intelligenda concurrente scilicet magna vtilitate
Ecclesiæ, vt illam intelligit idem Garz. *d. cap. 3. num. 28.*
Verum in casu, quo patronus ante permutationem com-
paruit, & contradicendo iudicialiter se opposuit, ne Or-
dinarius procederet ad permutationem concedendam, ex
allegatis nullus firmat hanc partem vt latè fuit ostensum
in prima decisione: vnde cum, difficultas non cadat su-
per casu controuerso non etiam potest considerari probabi-
lis ignorantia, præseferens bonam fidem ad effectum ex-
12 cusationis, sed potiùs detegitur mala fides † propter Ca-
nonem, *cap. decernimus 16. q. 7.* actui resistentem Bart.
in l. sed & si lege, §. scire, ff. de pet. hæred. Osasch. *decis.*
160. num. 11. Becc. *cons. 95. nu. 18. & 24.* Surd. *cons. 115.*
n. 21. vol. 1.

Demum non obstat, quòd adhuc beneficium, non pos-
sit adiudicari Ignatio, qui non expediuit literas super sua
supplicatione, vel saltem eas non produxit, obstante re-
gula de non iudicando, iuxta formam supplicationis,
13 ac etiam quia † omnia narrata, sunt ante omnia iustifi-
canda.

Quia, cum Ignatius habeat instrumentum suæ præ-
sentationis sub die 13. Augusti 1625. & illud produxit in
Rota intra tempus quadrimestris, coram habente faculta-
tem illum instituendi vigore *Clem. auditor de rescript.* suf-
ficit ad effectum obtinendæ adiudicationis, Rota *in nouis,*
decis. 3. n. 1. de iurepatr. Et ita &c.

* Idest sub die 21. Febr. 1628. est sup. decis. 132.

R. P. D. DVNOZETTO.

Lucana Iurispatronatus.

Die Mercurij 18. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Instituendus est ille, qui est præsentatus ab existenti in quasi possessione præsentandi, & ad hoc vt non instituatur, iurispatronatus proprietas qualiter sit probanda à vero patrono. Ordinarij consensus in donatione iurispatronatus, quando non requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi est instituendus.*

2 *Nisi plenè, & concludenter doceatur de proprietate alterius veri patroni.*
Vel per rem iudicatam, num. 2.
Vel confessionem partis, num. 2.
Vel per instrumentum fundationis clarum, & indubitatum, cui nihil opponi possit, num. 2.

3 *Ex consensu præstito in permutatione iurispatronatus in manibus Ordinarij, quæritur quasi possessio præsentandi, etiam in casu vacationis per obitum.*

4 *Et si iste, qui consentit, sit pupillus, benè talis consensus potest præstari per tutorem.*

5 *Iurispatronatus donatio facta compatrono, non eget consensu Ordinarij, & num. 11.*

6 *Ordinarij consensus in donatione iurispatronatus dicitur constare, ex illius subsecuta tolerantia plurium annorum, necnon ex admissionibus præsentationum.*

7 *Ordinarij consensus in donatione iurispatronatus, potest quandocumque interuenire, etiam post donationem.*

8 *Beneplacitum Apostolicum in alienatione patronatus Ecclesiastici requiritur.*

9 *Beneplacitum Apostolicum in alienationibus rerum Ecclesiæ ex lapsu 30. annorum, iuncta obseruantia subsecuta, præsumitur interuenisse.*

10 *Ordinarij consensus de iure communi requiritur in translatione iurispatronatus siue Ecclesiastici, siue laicalis.*

12 *Productio vnius tituli ad vnum finem, & effectum, non tollit præsumptionem alterius tituli melioris, ad aliud finem, & effectum diuersum.*

13 *Præscriptio quadragenaria sufficit ad præscribendum iuspatronatus.*

DECISIO CXCI.

DOMINI dixerunt Dominicum esse instituendum
tanquam præsentatum † à Martino existente in 1
quasi possessione præsentandi, *cap. consultationibus, vbi*
Butr. *num. 9. de iurepatronatus,* Ripa *in cap. cum Ecclesia*
Sutrina, num. 130 de caus. poss. & propriet. Rota *decis. 167.*
num 7. & 8. part. 2. diuers. hæc enim sola attenditur ad hunc
effectum, nisi † plenè, & concludenter doceatur de proprie- 2
te alterius veri patroni per rem iudicatam, confessionem
patris, aut instrumentum fundationis clarum, & indubita-
tum, cui nihil opponi possit, Butr. *in cap. ex litteris, num 8. de*
iurepatronatus, Lambert. *de iurepatronatus lib. 2. quæst. 3.*
art. 6. num. 4. part. 1. Rota *in Lucana iurispatronatus coram*
bon. mem. Penia inter recent. decis. 374. num. 4.

Quasi possessio verò Martini satis est iustificata † ex 3
consensu præstito de anno 1622. permutationi factæ de hoc
beneficio in manibus Ordinarij, cuius vigore fuit quæsita,
quasi possessio, etiam in casu vacationis per obitum, Abb.
cons. 54. in fin. part. 1. Crescen. *decis. 2. de iurepatronatus,*
Put. *decis. 301. lib. 2. in recent.* Rota *coram sanct. mem.* Greg.
XV. *decis. 349. vbi Adden. num. 7.* & hic consensus † benè 4
potuit præstari per tutorem pro Martino tunc pupillo, Fe-
deric. Sen. *cons. 102. in 1. dub.* Lambert. *de iurepatronatus, lib.*
2. part. 1. quæst. 2. art. 10.

Non obstat instrumentum fundationis de anno 1613. in
quo medietas huius patronatus legitur reseruata Vni-
uersitati Capellanorum; omne enim qualecumque ius fuit
de anno 1534. translatum in Martinum seniorem vigore
donatio-

5 donationis, de cuius viribus Domini non dubitabant, †
tum quia vti facta compatrono, qualis de illo tempore erat
Martinus senior non indigebat consensu Ordinarij, Achill.
decis.10.de iurepatronatus, Caputaq. *decis.* 284. *part.1.* &
131.*part.2. Reuerendiss. D. meus Decanus decis.* 464.*num.8.*

Tum etiam quia, quatenus præfatus consensus fuisset
6 necessarius, satis de eo constare videbatur ex † subsequuta
Ordinarij tolerantia pluium annorum, necnon ex admis-
sionibus præsentationum factarum per Martinum dona-
tarium, eiusque successores, quæ non potuerunt fieri citra
approbationem donationis, Lambert. *d.tract. lib.1. part.2.*
quæst.1.art.7.in fine, Rota *in Bononien. iurispatronatus de*
Viola 27. Nouembr. 1597.*coram bon.mem. Gipsio*, & hæc ap-
7 probatio † potuit quandocumque superuenire, etiam post
donationem, *cap. cura*, & *cap. suggestum de iurepatrona-*
tus. Rota *decis. vlt. eod. tit. in antiquis*.

Non obstat allegatus defectus beneplaciti Apostolici,
8 quod videbatur necessarium † in alienatione patronatus
Ecclesiastici, *ex Constitutione Paulina de reb. Eccl non alie-*
9 *nan* illud enim ex lapsu 30. annorum, † iuncta obseruan-
tia subsequuta, præsumitur interuenisse, Anchar. *cons.*
536. Seraph. *decis.671. num* 1. Rota *decis.506. num.* 2. & 4.
part.2. recent.

Neque hæc præsumptio eliditur ex productione alterius
tituli insufficientis, nimirum consensus Vicarij. Quia
hic non fuit exhibitus ad effectum ostenden. esse satisfa-
ctum *Extrauaganti Pauli Secundi de reb. Ecclesiæ non*
alienan sed fuit productus ex abundanti pro maiori caute-
la, & ad magis remouendum scrupulum iuris communis,
10 † quo attento in translatione patronatus, siue Ecclesiasti-
11 ci, siue laicalis, (nisi actum esset de donatione † facta com-
patrono) videbatur adhibendus consensus Ordinarij, *cap.*
12 *nobis, vbi DD. de iurepatronatus*, productio † autem vnius
tituli ad vnum finem, & effectum, non tollit præsumptio-
nem alterius tituli melioris allegatam ad alium finem, &
effectum diuersum, Rota *decis.* 285.*num.*4 *part.*2 *recent.*

Præterea cum ab anno 1551. quo Martinus senior præ-
sentauit Pardum emanauerint per eius hæredes plures
præsentationes effectuatæ, & sit lapsum spatium 40. anno-
rum, videbatur etiam Martinus iunior, qui præsentauit
13 Dominicum, † aduersus prætensiones Capellanorum tu-
tus præscriptione quadragenaria, *cap. de quarta, de præ-*
script. Couarru *in regul. possessor. part.* 2. §.18. Purpurat.
*cons.*560.*num.*16. Rota *decis.*407.*num.*1. *part* 1. *diuers.*

Et ita vtraque &c.

Habentur infra duæ aliæ decisiones in eadem causa sub
diebus 20. Decembr. 1628 & 7. Maij 1629. coram eodem R.
P.D. Dunozetto; sunt decisiones 255. & 277.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO DECANO.

Romana Societatis officij.

Die Lunæ 19. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Acta, quæ sint transportanda. Sententia an ferri possit pendente termino ad probandum. In contractu Societatis officij, si aliquid sit promissum facere in termino præfixo, an transacto d. tempore, si id non fuerit ad impletum, quis ex eo amittat lucrum d. societatis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia an sit valida, probatur ex reuolutione actorum.*
2 *Concil. Trident. sess 24. cap. 20. non intrat ad causandum nullitatem, propter iurisdictionem impeditam, donec sequatur transportatio.*
3 *Sententia lata absque visione actorum potest esse nulla.*
4 *Acta non sunt transportanda, si non releuant ad inferendum, quod Iudex iniustitiam fecerit.*
5 *Sententia an ferri possit, stante pendentia termini ad probandum.*
6 *In seruatione terminorum ad sententiam de stylo reuocantur omnes dilationes.*
7 *Societatis officij lucrum an impediatur, si quis promiserit aliquid facere in termino præfixo, & eo transacto nihil adimpleuit, & num. 16.*
8 *Clausula alias, &c. quid importet.*
9 *Per electionem vnius actionis, vel remedij, censetur alteri renunciatum.*
10 *Termini beneficio censetur, quis renunciasse, si petat aliquid post terminum conuentum.*
11 *Fructus percipi debent de societate subsistente, & non de dissoluta propter vitium vsuræ.*
12 *Agens, vel excipiens ex instrumento, in quo promissa non adimpleuit, commodum aliquod ex eodem instrumento consequi non potest.*
13 *In contractu quocumque si promissa non seruentur siue defectus sit in substantialibus, siue in accidentalibus, aut naturalibus, & siue in paruo, vel magno, tunc agens caret omni actione, & exercitio agendi, siue excipiendi, & nu. 15.*
14 *Pœnitentiæ non est locus in contractibus nominatis.*
17 *Dies, qui solet interpellare pro homine, si in contractu deficiat, tunc necessaria est interpellatio, vt quis possit dici ad aliquid faciendum, in mora constitutus declaro, num. 18.*
19 *Implementi exceptio opponi non potest per eum, qui contractui acquieuit.*
20 *Exceptio non implementi non competit, quando nullum resultat interesse ex non implemento*
21 *Voluntas, quando non censeatur mutata.*
22 *Testes, vt probent confessionem extraiudicialem, debent esse concordes de loco.*
23 *Probatio imperfecta potest ex adminiculis impleri.*

DECISIO CXCII.

CENSVERVNT Domini, sententias Rotales esses
confirmandas, quia validæ ex † reuolutione proces- 1
suum probantur, & iustæ ex decisionibus in causa factis ap-
parent.

Nec validitati earum obstare potest defectus integræ
transportationis actorum, & quod pendente termino ad
probandum lata fuerit secunda sententia.

Quia in profanis, prout est præsens causa †, Concilium 2
Trid. *sess.24. cap.* 20. non intrat ad causandum nullitatem
propter iurisdictionem impeditam, donec sequatur trans-
portatio, Rot. *decis.508.num.10.coram Papa* Gregor. XV.
& *decis.501.num.12.1.part. recent. cum alijs per Add. rela-*
tis in d. decis. 508. & quamuis sententia † prout de iure, 3
possit esse etiam nulla ob eundem defectum, ob non visio-
nem actorum, Cagnol. *in l.2.num* 68.*C. de eden.* Gabr. *de*
sent.conclus.9.num.7 attamen, quando acta, quæ deficiunt,
non releuant ad inferendum, quòd iudex † iniustitiam fe- 4
cerit, prout verè instrumentum deficiens non releuabat;
aut quando acta postmodum fuerunt transportata, prout
fuerunt per correctionem extracti processus, tunc semper
sustinetur sententia, Achill. *decis.7 de sent. & re iud.* Rot.
in Leodien fideicom. de Steuordia 3. *Iulij* 1623. *coram D. De-* 5
cano, & in Romana vsusfructus 17. *Martij* 1628.*coram me*;
Nec aduersatur pendentia dilationis ad probandum per *l.*
siue pars, C. de dilat. cum alijs allegatis per Gabr. *conclus.* 1.
num 4 *eod. tit.* quia in seruatione terminorum † ad senten- 6
tiam de stylo reuocantur omnes dilationes, Rota *decis.*327.
num.11.coram Papa Greg. vbi stylus Rotæ refertur.

Similiter quæ iustitiæ opponebantur de defectu non ser-
uatæ formæ nouarum Constitutionum sanct. mem. Pauli
V. & de duplici defectu implementi: visæ fuerunt non ob-
stare.

Nam quantum ad formam non seruatam sufficienter
fuit responsum, in tribus decisionibus præsentis causæ e-
manatis in prima, & secunda instantia, quibus cum nihil
releuans fuerit replicatum, non egent alia comprobatione.

Quo verò ad alterum ex præmissis per Pirrum imple-
mentis, nempè, quòd Robertus ratificasset societatem ter-
mino dierum viginti, & in eodem termino instrumentum
ratificationis in actis eiusdem Notarij consignasset, quòd
verè per Pirrum præstitum non fuit in tempore † conuen- 7
to, & dicebatur propterea impediti acquisitionem lucri so-
cietatis, Boccac. *de societ.offic num.*143. cum alijs allegatis.
Fuit responsum quòd cum D. Fuluius, ex tenore instru-
menti haberet duplicem formam agendi contra Pirrum, vel
recedendo à contractu in casum non impletæ ratificationis
in tempore, propter clausulam, † aliàs, &c. quæ in sui ex- 8
tensione per Collegium Notariorum facta, & aliàs per
Rotam approbata in 484. *coram Papa* Greg. XV. importat
facultatem recedendi à contractu, vel petendo, & compel-
lendo

lendo per iuris remedia Pirrum ad reportandam, & con-
fignandam ratificationem, prout petijt, & producta fuit;
9 tunc per electionem vnius actionis, † aut remedij censetur
alteri renunciatum, maximè quando sint contraria, prout
essent petere ratificationem contractus, & illum dicere es-
se nullum, aut resolutum, *l. quod in hæredem, §. eligere, ff.*
de Tribut. actio. latissimè Gabr. *de actio. concl.* 1. *num.* 1. *&*
10 18. *& concl.* 2. *in princip.* & in proximis terminis, petens †
aliquid post terminum conuentum, quod censeatur re-
nunciasse beneficio termini responderunt, Angel. *cons.* 373.
col. penult. vers. tertio quia solutio, Crauet. *cons.* 106. *num.* 3.
Corn. *cons.* 299 *col.* 2. *num.* 5. *vol* 1. Surd. *qui prædictos allegat.*
decis. 317. *num.* 3. Quibus accedit alter actus præiudicialis,
nempè receptio fructuum secundi semestris, de qua appa-
ret ex quietantia eiusdem D. Fuluij in Summ. Roberti nu.
1. afferentis se die 4. Martij 1622. recepisse scuta quinqua-
ginta, & ba. 30. monetæ pro vno semestri inchoato de men-
se Nouembris die 3. 1622. & finito die 3. Maij 1623 qui fru-
11 ctus cum percipi non potuissent, nisi de † societate subsi-
stente, non autem de dissoluta propter vitium vsuræ, inde
infertur ad approbationem contractus, etiam quod non
fuerit in tempore adimpletum, vt plenissimè comprobat
Gratian. *discept.* 301. *et* 302. in quibus ex professo de hac re
agit.

Maior difficultas versabatur, quoad defectum secundi
implementi promissi de renouando fideiussores in casum
mortis, absentiæ, vel deteriorationis alterius eorum. Obijt
enim Pirrus Nutus die 25. Iunij 1622. in societate pro fide-
iussore datus, & de illius obitu Robertus ignorantiam
prætendere non poterat, quia conuincitur ex productione
duorum instrumentorum, nempè ratificationis factæ per
Robertum post mortem Pirri, & dationis in solutum fa-
ctæ ab hæredibus Pirri dicto Roberto, & ex depositione
duorum testium formiter examinatorum, qui dictam
12 scientiam ex pluribus in Roberto concludunt. Vera est †
etiam conclusio, quòd agens, vel excipiens ex instrumento,
in quo promissa non adimpleuit, commodum, aut lucrum
aliquod ex eodem instrumento consequi non potest, *vulga-*
ta l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. Roland. *cons.* 69. *num.*
8. *vol.* 4. Becc. *cons.* 45. *num* 6. Surd. *cons.* 52. *num.* 32. *&* 34. *&*
cons. 563. *num.* 4. Latissimè comprobantes hanc conclusio-
13 nem † in quocunque contractu, & siue defectus sit in sub-
stantialibus, siue in accidentalibus, aut naturalibus, & si-
ue in minimo, siue in magno, vt interim agens careat om-
ni actione, & exercitio agendi, aut excipiendi, Seraph. *de-*
cis. 225. *nam.* 2. latissimè Ioseph Ludou. *concl.* 14. *vers. infer-*
tur nonagesimoquarto; Quod etiam fuit firmatum in *Roma-*
na pensionis domus 16 *Nouembr.* 1611. *coram me*; quem defe-
14 ctum, non etiam sanari, ex eo quod in contractibus † no-
minatis (prout iste societatis) non sit locus pœnitentiæ;
sed agendum sit ad obseruantiam, vel ad damna secundum
veriorem, quam firmauit Rota *in Senogalien. prædii* 5. *Iu-*
nii 1617. *coram bon. mem. Andrea*; postquam conclusio illa
15 † venit intelligenda agendo, vt quis non possit recedere à
contractu nominato, excipiendo tamen contractus nomi-
nati rescindantur ope exceptionis, quando non est sequu-
tum implementum Roland. *d. cons.* 69. *num.* 34. Becc. *cons.*
45 *num.* 38. Surd. *cons.* 52. *num.* 37. *&* 563 *num.* 4. & idem fuit
firmatum in eadem causa *Senogalien. prædii* 10. *Iunii* 1619.
coram me; Denique est etiam certum, quod mors Principis
Vrbini contigit iam cœpto tertio semestri, nempè in die 2.
Iulij 1623. Ex quibus duo inferebantur, Robertum non
posse iuuari pacto lucrandi societatem ex prædicto instru-
16 mento, postquam non adimpleuit † renouationem fide-
iussoris Pirri Nuti iam mortui; & idem D. Filio non ob-
stare receptionem fructuum, dum illos non recepit in tem-
pore tertij semestris, sed secundi, & expressè pro secundo se-
mestri, pro quo tantummodò præsumitur renunciasse per
supradictam rationem, Boccac. *de societ. offic. num.* 245. Gra-
tian. *discept.* 302. *num.* 12. *&* 13. & Rota de secundo semestri
non recepto, cum tamen primum esset exactum, idem sen-
sit in alia *Romana societatis officii scutorum mille coram D.*
Decano 24. *Mari* 1624 & postmodum coram *D. Durano* 10.
Nouembr. 1625.

Sed prædictis non obstantibus, visum fuit, cessare diffi-
cultatem huius secundi non implementi, quia obligatio
Ruberti de renouando fideiussores, non legitur cum præ-
fixione alicuius temporis, vel ad statim altero ex fideiusso-
ribus mortuis, sed est simplex de renouando; Vnde quia
17 dies, † qui solet pro homine interpellare, deficiebat, neces-
saria erat interpellatio, vt Robertus posset dici in mora
constitutus ad renouandum fideiussorem, *l. magnam, C. de*
contrahen. & commutt. stipul. Bald. *in l. vniuersa, C. de prec.*
Imper. offer. Bero. *cons.* 139. *num.* 39. *vol.* 3. Rota *decis.* 113.
num. 6. *part.* 1. *diuers.* & prout facta fuerat interpellatio in
casu supradictarum decisionum coram DD. meis *Decano*,
& Durano, etiam quamuis prædicta conclusio soleat de-
clarari, vt locum non habeat in eo, qui † contendit lucrum 18
consequi ex contractu, in quo non adimpleuit, sed tan-
tummodò, quando agitur de illo excusando à pœna incur-
renda, vt expressè dictum fuit coram Seraph. *decis.* 225. *nu.*
4. & allegatæ decisiones *Romana societatis officii scutorum*
mille, hoc ipsum admittunt, & comprobant; attamen quia
concurrit receptio fructuum pro secundo semestri, & depo-
sitio duorum testium, quorum vnus deponit de auditu ab
ipso Maphæo, alter verò de voce, & fama, asserentium
Maphæum post mortem Pirri sciuisse, Robertum esse di-
tissimum, & asseruisse, quòd propterea non curabat alium
fideiussorem in locum Pirri demortui; per huiusmodi † 19
acquiescentiam contractui, absque renouatione fideiusso-
ris, non potest amplius dare, vel excipere de non imple-
mento, Rota *decis.* 75. *num.* 2. *coram Papa* Greg. XV. *&*
decis. 577. *num.* 10. *part.* 1. *recent.* & per exuberantes faculta-
tes ipsius Roberti, quarum notitia superuenit ipsi Ma-
phæo per depositionem eorundem testium, quam fortè non
habuit ab initio, dum plures fideiussores adhibuit, † cessat 20
interesse renouationis fideiussionis, quo circumscripto non
tenetur implere promissor illius, Crauet. *cons.* 59. *num.* 2.
Surd. *cons.* 101. *num* 24. Rota *decis.* 347. *num.* 11. *coram Pa-*
pa Greg. XV. Seraph. *decis.* 265. *num.* 39. Propterea Ma-
phæus de contraria voluntate docere non potuit, nisi per
interpellationem ad renouandum fideiussorem, de qua
cum non constet, & interim illa † voluntaria acquiescen- 21
tia non præsumitur mutata, Gabr. *cons.* 97. *num.* 29. *lib.* 1.
Alciat. *reg* 2. *præsumpt.* 16. *num.* 1. sequitur defectum imple-
menti prædicti non obstare agenti ad lucrum consequen-
dum.

Neque obstat, quòd vnus testis de auditu ab ipso princi-
pali, alter de voce, & fama, præsertim in † diuerso loco, 22
scilicet Cantiani, non probant confessionem extraiudicia-
lem, Put. *decis.* 466. *num* 2. *lib.* 2. Gabr. *de probat. concl.* 1. *nu.*
7. Rota *decis.* 700. *num.* 34. *part.* 2. *recent.*

Quia etiam imperfecta † probatio potest ex adminicu- 23
lis impleri, *l. instrumenta, C. de probat.* Guid Pap. *quæst.* 441.
Achill. *decis.* 1. *de confess.* Rota *decis.* 375. *num* 8. *part.* 1. *di-*
uers. Quæ in præsenti videbantur concurrere, ex receptio-
ne fructuum secundi semestri iam mortuo Pirro, habita-
que notitia de morte illius, & ex amplissimo patrimonio
Ruberti, de quo concludenter deponunt prædicti duo te-
stes, & primus testis Maphæi iuxta sextum interrogato-
rium, ex quibus potest coadiuuari veritas confessionis ac-
quiescentiæ, concurrente verisimili cessatione interesse,
propter sufficientes facultates Roberti, & præsumpta re-
missione implementi per actum contrarium sequutum ex
receptione fructuum.

Et ita, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Colonien. Monasterij.

Die Mercurij 21. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Bona Ecclesiastica sub pœna excommunicationis, non possunt vltra triennium locari. Gratia semper vitiatur ex defectu intentionis in Principe.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati sunt, qui locant bona Ecclesiastica, vltra triennium.*
2 *Excommunicatus non debet manuteneri in possessione exigendi pensiones.*
3 *Particulares personæ non possunt præiudicare congregationibus.*
4 *Executor, quando non benè procedit, & pars non habet se pro spoliata, tunc ei competit manutentio.*

5 *Nulli-*

5 *Nullitatis contractus quæstio non discutitur in iudicio summarijssimo manutentionis, sed ad petitorium reijcitur.*
6 *Veritas, quando elucescit per plures probationes, non est curandum de aliqua attestatione in controrium data.*
7 *Monasterij antiqui translatio, quando fit in nouum Monasterium, intelligitur facta cum omnibus bonis.*
8 *Defectus intentionis Principis semper vitiat gratiam.*

DECISIO CXCIII.

PLACVERVNT Dominis duæ decisiones* in hac causa factæ, in quibus abundè fuit firmatum dandam esse manutentionem Canonicis in possessione Monasterij B M.V. siti in Oppido Nouesij, & eius bonorum. Nec obstare dixerunt, quod de nouo hodie deducitur, non posse
1 concedi manutentionem Canonicis, cùm sint † excommunicati propter locationes vltra triennium factas bonorum Ecclesiæ vigore *extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non*
2 *alienan.* & de † excommunicato est in puncto *decis. 275. num.3 post cons.* Farin *sanct.mem.* Greg. XV *decis.64.vbi Adden.num.13.* Quia in omnem casum requirunt altiorem indaginem, & hodie non agitur nomine particularium, qui locationes fecerunt, sed nomine Congregationis pro inte-
3 resse Ecclesiæ, † cui particulares præiudicare non potuerunt *cap. 1. & per tot.* de his quæ fiunt à *maior. par. cap.* Cassad. *decis.8.de caus.poss.& propriet.* Alex. *cons.81.num. 7.lib.4.* Et fuit dictum in *Theanen. beneficij 11. Ianuarij 1621. coram bon.mem. Domino meo Vbaldo.*

Non obstat repetitum motiuum nullitatis translationis ob defectum licentiæ Papæ, quia placuerunt responsiones datæ in vltima decisione in fine, & in omnem casum nulli-
5 tas translationis non impedit, quin saltem de facto isti Regulares, vel pro eis Religio possideret, cuius possessionis vi-
4 gore cum † se non habuerint pro spoliatis ab exequutore, qui non benè processit, debent interim manuteneri *sanct. mem.* Greg. XV *decis.9.num.6.& decis.307. num.6. & 7.* Et firmatur in decisionibus de quibus agitur, vbi etiam quod
5 ista exceptio nullitatis non † est discutienda in iudicio manutentionis summarijssimo, sed ad petitorium reijcienda Gabr *cons.51.num.13. vol.1.* Put. *decis.108.lib. 3* Achill. *decis.13. de restit.spol. & dixit* Rota *in Spoletana pensionis 21. Maij 1619.coram bon.mem. Domino meo Vbaldo.*

Non obstat pariter, quod hoc, de quo agitur, non sit Monasterium, sed Hospitium in Oppido Nouesij, quia istud etiam obiectum fuit sublatum in vltima decisione in qua ex multis probationibus adductis pro parte Canonicorum sufficienter probatum fuit constare de contrario, & hodie augetur ista probatio ex nouo instrumento status istius loci ex quo optimè comprobatur, quod est Monasterium, non domus, vel hospitium, & quod habet Ecclesiam forma-
6 tam. Vnde in concursu tot probationum, ex quibus veritas elucescit, Domini non curarunt attestationem quandam ex aduerso datam in contrarium.

Non obstat, quod bona essent vacantia, ex quo Monasterium antiquum erat dirutum, & super istis bonis habeat saltem ius Archiconfraternitas, quia cum fuerit facta
7 translatio antiqui Monasterij in Monasterium † nouum, translatio intelligitur facta cum omnibus bonis antiqui Monasterij *cap.2.de relig. dom.* Zeroll. *in prax.Episcop.par. 1.in verb.Moniales vers. ad decimum septimum in fin.* Et ita censuit Sac.Congreg.Concil. vt in declaratione, quæ est impressa post Concil. *cap.5.sess.25.de Regul. num.12.*

Non obstat quod Canonici fuerint expulsi auctoritate Papæ, qui absque dubio potuit illos expellere, quia non reuocatur in dubium potestas Papæ, sed voluntas, cum non fuerit ei narratum quod aderat Monasterium cum Ecclesia subrogatum in locum antiqui, sed fuit præsuppositum, quod bona essent vacantia, quod non erat, vt supra, & sic
8 intrat defectus † intentionis Papæ, qui semper vitiat gratiam Paris. *cons.4.num.27.lib.2* Gabr. *de claus. concl.a. num. 20.* Rot. *decis.451.num.1.par.1.diuers.* Seraph. *decis.981. in princip.& decis.998.num.12.*

Et ita decisum vtraque parte acerrimè informante, &c.

¶ Idest sub diebus 21. Iunij 1627. & 3. Decembris eiusdem anni coram eodem Eminentiss. D. Card. Vbaldo sunt supra decisiones 91. & 115. & infra in hac parte habentur duæ aliæ scilicet sub diebus 12. Februar. 1629. & 7. Maij eiusdem anni coram eodem, sunt decisiones 250. & 276.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Viterbien. Castrorum.

Die Mercurij 21. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Donatio facta alicui pro se, ac pro eius liberis, & descendentibus in infinitum, cum conditione, quod si omnes moriantur, tunc, & eo casu bona donata ad ipsum donatorem reuertantur, & si ipse non adsit, deuoluantur ad eius filios, nepotes, &c. an hoc casu, si donatarius decedat, relictis liberis, dicta conditio cesset. Et pariter vtrum hoc casu conditiones appositæ primo donatario censeantur repetitæ in eius liberis, ac descendentibus in infinitum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum factum sub conditione, quod si aliquis hæredum sine filiis, vel nepotibus, aut descendentibus masculis decesserit, eius portio deuoluatur ad cohæredes, expirat, si primus hæres moriatur cum filiis, vel nepotibus.*
2 *Et ista opinio etiam procedit licet postea filij, vel nepotes omnes decesserit.*
3 *Cons. Oldrad. 21. procedit tam in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus.*
4 *Donatio castri si fiat à Rege alicui per hæc verba, ita quod habeas ipsum tu, & tui hæredes, & reliqua vide hic, huiusmodi pactum non censetur repetitum in personas descendentium. vide num. 81. 82. & 83.*
5 *Verbum, dictus, est personalissimum.*
6 *Verba, quando sunt personalissima, non debent extendi.*
7 *Interpretatio stricta est facienda in contractibus.*
In contractibus, quicquid scriptum non legitur, pro omisso habetur, num. 7.
8 *Donans, si in donatione aliquid voluisset, id expressisset, & num. 14.*
9 *Donatario sufficit dicere, quod aliquid non legitur in donatione.*
10 *Donatio, si sit stipulata pro se, filiis & descendentibus in infinitum, si donator dederit particularem formam successioni filiorum, præsumitur voluisse bona transire in eos ad veram proprietatem.*
11 *Clausulæ, pleno iure, &c. in donatione appositæ, faciunt eam transitoriam ad hæredes extraneos, num. 88.*
12 *Descendens vltimus habet liberam facultatem alienandi bona in quoscumque.*
13 *Donatio facta pleno iure possessionis, & proprietatis, nullum grauamen restitutionis continet, sed liberam facultatem in quoscunque alienandi.*
14 *Ex actu incontinenti gesto elicitur voluntas contrahentis.*
16 *Disponentis voluntas ex quo deprehendatur num. 15.*
17 *In dispositione præcedenti, si sint expressè plures conditiones, & in sequenti vna tantum exprimatur, censentur aliæ omissæ, nec repetitæ.*
18 *Donatio solet esse perpetua, ita vt bona donata numquam reuertantur ad donantem & num. 102.*
19 *Donata ad quoscunque etiam singulares successores transeunt.*
20 *In donatione semper in dubio sumenda est interpretatio pro donatario contra donantem.*
21 *Donatarius sibi imputet, si legem clarius sibi non dixerit.*
22 *Dictio, pariformiter, repetitionem importat*
23 *Dictio, pariformiter, denotat omnimodam communicationem supradictorum.*
24 *Dictiones pariter, & similes, solum operantur, quo ad substantiam contractus.*
25 *Verba in contractibus superflua, & otiosa censeri non debent, & num. 33.*
26 *In contractibus, nec syllaba quidem remanere sine operatione, & misterio debet.*
27 *Decis. in causa Romana de Patricijs coram Reuerendiss. P. D. Coccino Decano declaratur.*
28 *Dictio, pariformiter, sonat paritatem formæ, & numero 32.*
29 *In donatione, quæ sit pars formalis.*

30 *Condi-*

30 Conditio, si in donatione sit incontinenti reseruata, & correspectiuè apposita, dicitur ipsi donationi apposita.
Donantis voluntate enixa stante, non aliter donandi quàm cum quibusdam conditionibus dictæ conditiones sunt omninò inseparabiles, num. 30.
33 In donationibus inspici debet forma originalis, atque essentialis.
34 Dictio, huiusmodi, est repetitiua præcedentium.
35 Dictio, huiusmodi, sequentem dispositionem restringit ad præcedentem.
36 Dictionum relatiuarum natura, quæ sit, & nu. 37.
38 Verbum, transferri, quid operetur.
39 Adequatio vnius rei si fiat, tunc ad alteram censetur omnia rei adæquatæ communicata, amplia num. 40.
41 Donationis translatio, quando est facta post tempus, transit sine oneribus, & conditionibus primo donatario.
42 Hæres secundus, vel substitutus non tenetur ad legata relicta ab instituto.
43 Peregr. de fideicom. art. 16. num. 98. declaratur.
44 Loquendi modus in vna parte deseruit pro interpretatione alterius partis.
45 Verba intelligi debent secundum subiectam materiam etiam impropriè.
46 Verbum idem diuersis respectibus diuersimodè intelligitur.
47 Verba geminata, & repetita magis enixam voluntatem alicuius ostendunt, & num. 48.
49 Relatum dicitur esse in referente verè, & propriè.
50 Clausula, æqualiter, quid importet.
51 Donatio, quando est facta pluribus successiuè, & postea fuit apposita clausula conditionum, &c. refert ad omnes æqualiter.
52 Singula singulis referenda sunt.
53 Generi quicquid adscribitur, etiam singulis speciebus sub eo contentis adscribitur.
Pluralis numerus saltem in duobus debet verificari.
54 Dispositio simplex non potest vocari conditio.
55 Verba, quando stant declaratiuè ad præcedentem conditionem, nouam conditionem non inducunt, sed primæ cohærent.
56 Donatio, quando est facta pluribus personis successiuè, tunc primo gradu excluso venit sequens iure suo, & non iure transmisso.
57 Et eadem donatio in sequenti gradu iam consumpta, in sequenti tanquam noua incipit, & instauratur, & stat principaliter de per se, vide nu. 58.
59 Forma originalis concessionis inspici debet.
60 Concessio si facta vni, postea deueniat ad alios, censetur etiam, quo ad eos repetitum ius accrescendi, si sic à principio concessum sit.
61 In emphyteusis paternæ renouatione facta duob. fratribus, censetur repetitum idem ius accrescendi, secundum naturam primæ concessionis.
62 Donationes, vbi tot censetur, quot sunt gradus, non præsumuntur facta concessio posterioribus, nisi secundum verba, quæ probantur expressa in prima donatione.
63 Nepotum appellatione veniunt etiam pronepotes.
64 Stylus, ac solitus modus loquendi inseruiunt pro interpretatione dispositionum.
65 Loquentis opinio magis attenditur, quàm ipsa veritas.
66 Hæredum, & successorum appellatione veniunt omnes tam hæredes, quàm successores in infinitum, limita num. 67.
68 Ratio generalior dicto, illud extendit.
69 Affectio nulla verisimilis considerari potest magis in primis hæredibus, quàm in secundis, & vlterioribus, & num. 70.
71 Vocatio vnius supponit in necessarium antecedens grauamen alterius.
72 Ex vocatione actiua non infertur ad passiuam.
73 Ex vocatione actiua infertur ad passiuam sic suadentibus coniecturis.
74 Decis. in causa Bononien. Fideicomissi coram R.P.D. Merlino declaratur.
75 Descendentes omninò extranei, ac incogniti, & sic minus dilecti censentur multo magis grauati, quàm cogniti, dilecti, & benemeriti, & nu. 100.
76 Qualitas vni ex connexis adiecta, censetur etiam in altero repetita.
77 Feudi natura est, vt deficiente vocatorum linea, bona non transeant ad extraneos, sed reuertantur ad concedentem.
79 Oldrad. in cons. 21. & Theor. Cyn. declaratur, & num. 80.
84 Dictiones relatiuæ operantur, vt conditio vni adiecta, censeatur alteri repetita.
85 Expressum habet maiorem vim, quàm tacitum.
86 Donatio facta alicui, & eius filijs, &c. in casu deficientiæ lineæ, vt bona reuertantur ad donantem, ad hoc sufficit eius verisimilis mens, vide num. 87. & 104.
89 Verba in perpetuum debent intelligi secundum naturam præcedentium.
90 Perpetua ea dicuntur, quorum status, & mutatio pendet à futuro euentu, donec casus veniat.
91 Grauatus pendente conditione est verè dominus, ac dicitur habere plenè dominium.
Emptor dicitur habere in re empta plenum dominium, licet d. res possit ab eo auocari, num. 91.
92 Clausula, pleno iure, restringitur secundum subiectam materiam.
93 Clausulæ vltra earum terminos aliquid non possunt operari.
94 Verba quantumuis ampla, & generalia, limitantur, & restringuntur à verbis, quæ adijciuntur.
95 Verba præcedentia non possunt considerari, nisi cum limitatione quæ totam orationem qualificat
96 Taciti, & expressi eadem est virtus, & iudicium.
97 Disponentis opinio magis attenditur, quam veritas.
98 Verba secunda subiectam materiam diuersimodè interpretantur.
99 Argumentum Brocardicum potest retorqueri à solito.
101 Argumentum à discretiuo modo loquendi, non procedit in diuersis scripturis.
Argumentum à discretiuo modo loquendi non habet locum in diuersa parte dispositionis, num. 102.
103 Donatio restricta vsque ad certum tempus, eo eueniente reuertitur ad donantem.
104 Et hoc casu sufficit, quod appareat ex verbis de reuersione cogitatum.
105 Coniecturæ simul iniunctæ debent ponderari, cum inuicem corroborentur.
106 Castrum ad hoc, vt cognoscatur an sit feudale, vel allodiale, coniungi debent coniecturæ.
Coniecturæ dubiæ declarantur, & viuificantur à certis, num. 106.

DECISIO CXCIV.

BONÆ mem. Gentilis Virginius Vrsinus de anno 1493. per hæc verba; *Donauit strenuo armorum Ductori Georgio de Sanctacruce recipienti, & acceptanti pro se, ac liberis masculis, ac per virilem sexum descendentibus in infinitum, quibus quidem liberis, & nepotibus masculis de gradu in gradum descendentibus pariformiter donationem huiusmodi transferri voluit ad veram proprietatem, perpetuamque hæreditatem, ac pleno iure, Castrum Viani, ac tenimenta Rotæ, & Ischiæ, cum infrascriptis conditionibus, ac modis, & reseruationibus.* Intet quas conditiones, modos, ac reseruationes eam præcipuè adscripsit, quod si dictus Georgius sine legitimis, & naturalibus filijs ex suo corpore procreandis, vel non extantibus nepotibus masculis ex eis legitimè descendentibus moriatur, tunc, & eo casu, & casibus dicta donatin reuertatur ad ipsum donatorem, si tunc superuixerit, aliàs si ipse donator tunc non supersit, ad legitimos, ac naturales filios, & nepotes, siue ad Hæredes, & successores eiusdem ipso iure, & ipso factn transferatur, & translata esse intelligatur plenn iure possessionis, & proprietatis. Volens idem donator, quod tot censeantur donatinnes, quot sunt personæ, & gradus ad quas, seu quos transferuntur, & quod tunc directè ad dictos substitutos ordine prædictn perueniant, & acquirantur.

Vndè Georgio cum liberis prædefuncto, ac per obitum Honuphrij iunioris, descendentia eiusdem Georgij extincta. Dubitaui, An Domino Valerio Sanctacrucio immissionem petenti in Castrum, & tenimenta in dicta donatione compræhensa, & nunc vigore cessionis à Reuerenda Camera Apost. obtentæ possessa ab Excellentiss. Domino Duce Brachiani obstaret dicta conditin, seu pactum reuersiuum, & pro Domino Valerio dicebatur negatiuè resoluendum, quia dato etiam, sine veri præiudicio, quod in dictn pacto reuersiuo, sub nomine nepotum venirent alij descendentes in Infinitum; Nihilominus, cum Georgius obierit relictis filijs, dictum pactum cessauit iuxta celebre *consilium* Oldrad. 21. vbi fideicommissum † factum sub hac conditione, si ali- 2
quis hæredum sine filijs, aut nepotibus, aut deinceps descendentibus, & masculis decesserit eius portio deuolua-

rur ad cohæredes, expirat si primus hæres moriatur cum
2 filijs, vel nepotibus masculis, licet † postea filij, vel ne-
potes omnes decesserint, onus intelligitur iniunctum pri-
mis hæredibus, non autem alijs, quod consilium sæpius
3 fuit à Ruta canonizatum, tàm in vltimis † voluntati-
bus, quam etiam in contractibus, vt in causa *Aucnio-
nen. status 6. Iunij 1575. coram Bubalo, & in Romana fi-
deicommissi de Columna 31. Martij 1623. coram bon. mem.
Vbaldo*, & in terminis est Theorica Cyni in Auth. *Sed,
& si quis, numer 6. vers. vltimo colligitur, C. de secund.
nupt:* vbi in puncto tenuit, quod si Rex donauit Ca-
4 strum † militi per verba: *ita quod habeas ipsum tu, & tui
hæredes de corpore tuo descendentes, & si decedas sine
hæredibus de corpore tuo descendentibus, Castrum ad me
reuertatur*. Pactum huiusmodi reuersiuum non cense-
tur repetitum in personas descendentium tanquam con-
ceptum in casu obitus personæ primi donatarij, Bald. *ibi-
dem numer. 8. vers. vnde deciditur talis quæstio*, Alberic.
numer. 3. idem Bald. *in l. final. in 25. quæst. numer. 63. C. de
hæred. instit.* Alexand. *consil. 43. lib. 3. aliàs cons. 53. numer.
51. lib. 6.* Soccin. Iun. *cons. 53. in princip. lib. 2. & consil.
142. numer. 19. & seqq. lib. 3.* Achill. *decis. vnica de prob.*
Put. *decis. 273. lib. 3. in correct.* Palacius Ruius *in rubr.
C. de donat. inter vir. & vxor, §. 69. numer. 23.* Molin. *de
primog. Hisp. lib. 1. cap. 6. numer. 16. vers. his etiam accedit*
Roder. Suar. *consil. 10. numer. 41. & 42.* Peregr. *de fideicom.
art. 29. num. 12.*

Quod faciliùs procedit in hoc casu, quia pactum reuer-
sionis habetur solummodo expressum quoad personam
5 Georgij per verba † dictus Georgius, quæ sunt persona-
lissima, vt de similibus pronominibus, Cagnol. *in l. 2. nu.
46. vers. secundo principaliter, ff. de pact. inter empt. &
vend.* Menoch. *cons. 125. numer. 50.* Quod ideò non debet
6 † extendi ad filios, nepotes, & eiusdem Georgij descen-
7 dentes, quibus appositum non reperitur, cum simus †
in contractu, in quo facienda est stricta interpretatio, itaut
quicquid scriptum non legitur, pro omisso habeatur, *l.
quicquid adstringendæ, ff. de verb. oblig* Bald. *in cap. vene-
rabilem, num. 21. de elect.* Soccin. Iun. *cons. 142. num. 14 &
8 seq.* vbi in puncto, quod si † donans voluisset illud pa-
ctum in secundis donatarijs, illud expressisset, prout ex-
pressit in primo, quem ibidem sequitur Gerard. Mazzol. *in
in suo decisiuo consilio 144. num. 26.* Itaut sufficiat D. Vale-
9 rio dicere, quod talis † repetitio non legitur Ias. *cons. 220.
nu. 19. & seq.* Afflict. *decis. 403. num. 5.*

Et prædicta corroborantur, quia post donationem fa-
ctam Georgio stipulanti pro se, filijs, & descendentibus
10 † in infinitum, statim donator, dando particularem for-
mam successioni filiorum, voluit in illos bona transire ad
veram proprietatem, perpetuamque hæreditatem, ac
pleno iure, quæ verba repugnant, quod vltimus lineæ
decedens vigore repetitionis dicti pacti sit grauatus, resti-
11 tuere bona donanti, cum huiusmodi † clausulæ faciant
concessionem transitoriam ad hæredes extraneos, Bald.
*in l. fœminæ, §. illud, C. de secund. nupt. & cons. 310. nu-
mer. 3. in fine, lib. 3.* Soccin. Sen. *cons. 43. numer. 10. lib. 4.*
Soccin. Iun. *cons. 102. num. 31. & seq. lib. 2.* Gratian. *cons.
7. numer. 12. & 18. lib. 2.* Paris. *cons. 33. num. 18. lib. 3* quos
sequitur Menoch *præsumpt. 30. numer. 42. 44. & 49. lib. 3.
& consil. 1. numer. 12.* Gabr. *de fideicom. col. 8. numer. 37.*
Marcabr. *consil. 521. numer. 17.* & discretiuè (vt pretende-
batur) apposita descendentibus non autem Georgio, tan-
tò magis indicant mentem donatoris non fuisse repeten. in
descendentes, grauamen reuersionis appositum Georgio,
sed voluisse, quod ipsi descendentes haberent bona dona-
ta ad veram proprietatem, perpetuamque hæreditatem
itaut licet durante linea effectiua, quilibet grauatus te-
12 neretur restituere sequenti, † vltimus tamen ex ipsis
descendentibus haberet liberam facultatem alienandi in
quoscumque *iuxt. text. in l. cum pater, §. libertis, & l.
qui solam, §. penult. vbi glos.* Bart. & Doct. *ff. de legat. 2.*
Roland. *cons. 25. numer. 19 lib. 1.* Peregr. *de fideicom. art.
14. numer. 50.* Rota *decis. 203. numer. 1. par. 2. recent.* &
ista verba, ita intelligenda satis etiam ex eo colligitur,
dum ijsdem ferè vtitur in casu, quo deficiente Georgio
sine liberis bona debent reuerti ad donantem, seu legiti-
13 mos, † & naturales filios, & nepotes siue ad hæredes,
& successores pleno iure possessionis, & proprietatis, quo
casu, certum est nullum importare grauamen restitutio-
nis, sed liberam facultatem in quoscumque alienandi con-
tinere.

Quæ tantò magis confirmantur, quia si mens donan-
tis fuisset repetere huiusmodi pactum, † etiam in descen- 14
dentibus Georgij id expresse fecisset, prout fecit eadem
die coram eodem Notario, & testibus in donatione eo-
dem tempore facta Carolo filio legitimato, in qua eam-
dem conditionem Carolo donatario appositam expres-
sè in ipsiusmet Caroli filijs, & descendentibus repetijt,
*argum. l. 1. §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. toll.
& cap. ad audientiam, de decim.* Anan. *consil. 8. num.
5. vers. sed in casu nostro*, ex quo actu tunc in † continen- 15
ti gesto elicitur contraria voluntas donatoris, quæ ex
ordine, quem seruauit disponens in altera scriptura suf-
ficienter deprehenditur, † vt in puncto de duobus testa- 16
mentis arguunt, Alex. *cons. 12. num. 6. circa fin. & cons.
70. num. 12. lib. 2.* Decian. *cons. 515. num. 6. latè* Curt. Iun.
cons. 163. num. 14. & seqq. Ruin. *cons. 144. num. 17. versic.
quinimo, & cons. 93. num. 13. & 14. lib. 2.* Surd. *cons. 466.
num. 7. vers. si ego, & nu. 8.* Menoch. *cons. 85. num. 110.
& seqq.* & in puncto si in præcedenti dispositione sunt † 17
expresse plures conditiones, in sequenti verò vna tantùm
exprimitur, aliæ censentur omissæ, nec repetitæ, Anan.
cons. 8. nu. 5. & cons. 22. nu. 3. Dec. *cons. 190. num. 3.* Surd.
cons. 200. nu. 23.

Et prædicta eò magis debent procedere, quia secun-
dum regulas iuris D. Valerius † videtur super exclusione 18
repetitionis dicti pacti habere intentionem fundatam,
cum donatio soleat esse perpetua, itaut bona donata nun-
quam reuertantur ad donantem, *l. 1. ff. de donat. l. Se-
nat. ff. de donat. caus. mort. & in puncto* Put. *d. decis. 273.
num. 4. lib. 3. in correct.* Achill. *d. decis. vnic. num. 2. de do-
nat.* Tiraq. *in l. si vnquam, in verb. libertis, numer. 19.
C. de reuoc. donat* Card. Mantic. *de tacit. lib. 13. tital.
21. num. 20.* † sed ad quoscumque etiam singulares suc- 19
cessores transeant, vt in terminis dicit Siluan. *d. cons. 98.
num. 7.* maximè quia semper in dubio sumenda est † in- 20
terpretatio pro donatario contra donantem, qui impu-
tandum, si clariùs † sibi legem non dixerit, *l. veteribus*, 21
ff. de pact. Surd. *cons. 143. nu. 36. decis. 225. nu. 2. par. 1. di-
uers.* Card. Mant. *decis. 29. num. 2.*

His tamen non obstantibus affirmatiuè fuit resolutum,
quia huiusmodi pactum reuersiuum non fuit appositum
Georgio dumtaxat, sed ex voluntatem, ac mente do-
nantis fuit repetitum, in descendentibus eiusdem Geor-
gij, itaut cum Honuphrius iunior sine liberis decesserit ad
fauorem descendentium Gentilis Virginij donantis sit fa-
ctus locus dicto pacto reuersiuo, quod propterea visum
fuit Dominis obstare D. Valerio ad effectum immissionis,
de qua agitur.

Mentem verò, ac voluntatem donantis Domini elicie-
bant ex pluribus.

Et primò dum idem donans vix conceptam in persona
Georgij donationem voluit pariformiter in descendentes
transferri, cum modis, conditionibus, ac reseruationi-
bus infrascriptis, inter quas cum præcipua sit conditio di-
cti pacti reuersiui, negari non potest, quin donans illud
propterea voluerit repetere in ijsdem descendentibus, cum
in translatione donationis induxerit repetitionem non
solum eiusdem substantiæ; verum etiam eiusdem formæ
specificatæ, & qualitatum in donatione Georgij expressa-
rum; primò † in dictione illa pariformiter, quæ talem 22
repetitionem importat, Alciat. *cons. 131. num. 6. & seq.
lib. 9.* & similiter dictum fuit *in causa Pistorien. Prioriæ 9.
Decemb. 1615. coram Illustriss. Verospio*, vbi quod dictio
illa pariformiter † denotat omnimodam communicatio- 23
nem iurium, itaut quemadmodum donationi factæ Geor-
gio inerat pactum reuersiuum, ita etiam insit eidem do-
nationi pariformiter ad eiusdem Georgij descendentes po-
stea translatę.

Nec obstat, quod dictio ista † prout etiam aliæ simi- 24
les, solùm operentur quoad substantiam donationis,
Gabr. *d. cons. 6. num. 4 & seqq.* & in terminis dictionis
pariter fuit resolutum coram me in *causa Romana de
Patricijs 21. Iunij 1624.* idest ad effectum, vt eadem
Castra, & bona donata censeantur, non autem cum ijs-
dem conditionibus, quia † quatenus id solùm importa- 25
ret, esset omninò superflua, & otiosa, qualis censeri
non debet, maximè in contractu, in † quo ne syllaba 26
quidem remanere debet sine operatione, atque misterio,
l. hanc legem, ff. de contrah. empt. Bald. *in rubr. C. eod. tit.
numer. 16.* Surd. *decis. 272. num. 36.* cum ad hunc effectum
satis fuisset, quod donatio esset facta Georgio recipien-
ti pro

ti pro se, liberis, & descendentibus.

Et cessat omnis difficultas, quia quicquid sit de alijs
dictionibus similibus prout de dictione pariter, de qua in
27 dicta Romana de Patricijs, quæ non † applicatur ad ca-
sum nostrum, ex quo ibi agebatur de pluribus diuersis le-
gatis, non autem de vniformi, eademque donatione di-
28 ctio ista † pariformiter, quæ sonat paritatem formæ, vt
per Alciat. *d. cons.* 131. *numer.* 6. dum repetit æqualem
formam de necessitate repetit etiam conditionem, quæ
29 † est pars formalis ipsius donationis, immò contra-
ctum donationis informat, *l. si conuenit, 6. ff. de rescind.
vend.* Ias. *in l. petens, numer.* 13. *& seq. C. de pact.* & cum
30 sit incontinenti reseruata, † & correspectiuè apposita,
dicitur ipsi donationi inesse tanquam pars intrinseca, &
formalis, *l. lecta*, & ibi Bart. *n.* 30. Bald. *n.* 2. Castrens. *n.*
15. Angel. *numer.* 4 Purpur. *numer.* 42. Fulgos. *numer.* 7.
*vers. vbicumque autem, ff. si cert. pet. l. iuris gentium, §. qui-
nimo, & ibi etiam* Bald. *numer.* 2. *in fin. vers. quinto noto,*
Fulgos. *numer.* 4. Ias. *numer.* 5. *vers. sed in textu nostro, ff.
de pact. idem* Bald. *in l. bonæ fidei, numer.* 1. *&* 2. *& ibi-
dem etiam* Aret. *numer.* 2. *C. eod. tit.* Gabr. *de præsumpt.
conclus.* 13. *numer.* 1. itaut stante enixa mente donantis
non aliter donandi, quàm cum prædictis conditionibus
dictæ conditiones sint omnino inseparabiles, & factæ vna
substantia cum ipsa donatione, Petr Greg. *de feud. par.*
3. *quæst.* 1. *numer.* 7. cum igitur forma donationis non con-
sistat in eo, quod bona sint donata, sed quod sint tali-
ter, & super prædictis conditionibus donata, si debent
pariformiter transferri à primo donatario in sequentes,
vtique transferri debent cum conditionibus appositis, à
31 quibus † donatio recipit formam essentialem, atque
originalem, quæ inspici debet; Petr. Greg. *loc. cit. quæst.*
10. *num.* 1.

32 Nec minus dicatur dictionem istam † pariformiter im-
portare æqualitatem formæ succedendi inter ipsos liberos,
nepotes, ac descendentes Georgij non autem connectere
Georgium cum suis descendentibus, quoad formam dona-
tionis, quia, vt pariter superius ponderatum fuit, si ad-
33 mitteretur ille intellectus, dictio † ista esset omninò otio-
sa, & superflua, cum ad istum effectum abundè sufficе-
ret, quod donatio facta esset Georgio acceptanti pro se, &
suis liberis masculis, ac per virilem sexum descendentibus,
&c. maximè cum donator certam succedendi formam de-
scendentibus præscripsisset, dum voluit tot censeri dona-
tiones, quot essent personæ, & gradus ad quas, seu quos
transferentur.

34 Secundò, in dictione illa † *huiusmodi*, quæ pariter est
repetitiua cum suis qualitatibus, & eisdem conditionibus,
gloss. in cap. Abbate, in verb huiusmodi de electione in 6. Re-
buff. *à leg.* 1. *verb. huiusmodi stipulatione ff. de verb. signif.*
Corn. *cons.* 233. *numer.* 5. *lib.* 2. Paris. *cons.* 52. *numer.* 32. *lib.*
3. Gabr. *cons.* 107. *numer.* 7. *& seq. lib.* 2. & sequentem dis-
35 positionem † restringit ad præcedentem, Felin. *in cap.
Apostolicæ, nu.* 3. *in fin. vers quia decisio de except.* itaut
quamuis donans in donatione facta descendentibus vsus
36 fuisset vnica dictione † relatiua, perinde sit, ac si omnia
contenta in termino ad quem fuit facta relatio, essent ex-
pressa in donatione facta descendentibus, Bart. *in l.* 1. *§.
vlt. caus. fin. ff. fam. ercisc.* Decian *cons.* 47. *numer.* 1. *&
cons.* 434. *numer.* 5. Paris. *cons.* 25. *numer.* 51. *lib.* 1. Ruin.
cons 127 *numer.* 4. *in fin. volum.* 2. Bero. *cons.* 140. *numer.*
36. *lib.* 2. Crauet. *consil.* 45. *numer.* 4. ergo id multò facili-
37 liùs debet procedere in casu isto, † in quo donator non
fuit contentus apponere vnicam, sed quidem plures, &
efficaces, Gabr. *d. cons.* 107. *numer.* 10. vt ponderatum est
& mox etiam dicetur.

38 Tertiò, in verbo illo † *transferri*, quod operatur trans-
lationem cum eisdem oneribus, conditionibus, & qua-
litatibus, *l. Caio, Seio, & ibi glos. in verb. transferreba-
tur, ff. de alim. & cib. leg.* vbi agitur de translatione de
persona ad personam, & in puncto de translatione pri-
mæ donationis in secundam, exemplo translationis le-
gati firmant Decian. *cons.* 190. *numer.* 3. *vers. quinto com-
probatum cum seqq. et cons.* 136. *numer.* 3 Rimin. Iun.
consil. 112. *numer.* 88. Natt. *cons.* 476. *numer.* 13. *vers. aut
loquitur de alia dimidia*, Pedroc. *cons.* 17. *num.* 88. Menoch.
cons 334 *numer.* 14. Bellon. Iun. *cons.* 15. *num.* 21. Peregr.
de fideicom art. 16. *numer.* 49. *et melius numer.* 95. Mantic.
39 *de coniectur. lib.* 10. *tit.* 6 *numer.* 19. vnde si quando †
fit adæquatio vnius rei ad alteram, censentur omnia
rei adæquatæ communicata, Bart. *in l.* 1. *et ibid.* Soccin.

num. 4. *& cæteri, ff. de leg.* 1. multò magis hoc est dicen-
dum in donatione facta vni, & ad alium translata pari-
formiter, & cum alijs dictionibus repetitiuis, † quæ ad ef- 40
fectum repetitionis, de qua agitur, sunt maximè effica-
ces, vt in puncto Peregr. *d. art.* 16. *n.* 16. *& art.* 29. *n.* 41.

Nec obstat, quod translatio donationis non fuerit facta
purè, & simpliciter, sed penes Georgium primum dona-
tarium pro tempore resederit, quo casu translatio tan-
quam facta † post tempus transiuit sine oneribus, & con- 41
ditionibus iniunctis ipsi Georgio, vt per *text. in l. quære-
batur, §. final. ff. de testam. milit.* Ias. & Socc. *concludit*
Peregr. *d. art.* 16. *num.* 98. quia iura, & DD. à Peregr.
alleg. & secundum quos venit intelligendus, solum di-
cunt secundum hæredem, † vel substitutum non teneri 42
ad legata relicta ab instituto, quod non facit ad casum
nostrum, & cessat omnis difficultas, quia vt patet Pe-
regr † loquitur in translatione simpliciter facta, non 43
autem cum dictionibus repetitiuis, & importantibus
earumdem conditionum translationem, vt in casu isto
per verba pariformiter, & cum conditionibus infra-
scriptis.

Nec minus ex eo, quod donans vsus fuerit hoc eodem
verbo *transferri in casu reuersionis bonorum donatorum ad
se, filios, & descendentes*. Inferri potest, quod sicuti in
illo casu non potest importare repetitionem huiusmodi
conditionis. Ita nec minus in isto, cum modus † loquen- 44
di in vna parte inseruiat pro interpretatione alterius, *l.
vniuersorum, & ibi glos. ff. de pign. act* quia cum verba
intelligi † debeant secundum subiectam materiam etiam 45
impropriè, *l.* 1. *vbi glos. & Doct. ff. pro* Soccin. Surd. *cons.*
554. *num* 38. *vers. respondeo secundo, lib.* 4. non est mi-
rum, si in casu, de quo agitur de repetitione pacti reuersi-
ui propter subiectam materiam, & verisimilem mentem
donantis, hoc verbum dissimilem recipiat interpretatio-
nem cum similis sit incongrua Idem enim † ver- 46
bum diuersis respectibus diuersimodè intelligitur, Bel-
lam. *cons.* 39. *nu.* 9. & ad propositum considerauit Rota *in
Taruisin. feudi* 16. *Decembr.* 1622. *coram R. P. D. meo Pi-
rouano*.

Quartò, in clausula, cum infrascriptis conditionibus,
ac modis, & reseruationibus in serie donationis sæpius à
donante repetita, vt ostenderet magis † enixam volunta- 47
tem, & indubitatam intentionem non aliter donandi,
quàm cum dd. conditionibus tanquam restringentibus, &
modificantibus præcedentem donationem, *l. balista, ff.
ad Trebell.* Decian. *cons.* 1. *num.* 201. *&* 204. *lib.* 1. Cra-
uett. *cons* 205 *numer.* 42 *in fine*, & benè ad propositum,
Surd. *consil.* 572. *numer.* 19. *versic. non obstat lib.* 4. quæ
propterea conditiones, † inferius expressæ referendæ 48
sunt, atque inserendæ, *cap. in quo fuerunt reseruatæ*,
ac si ibi clarè fuissent expressæ cum in prædictis clausulis
reseruatoris admixtæ continerentur per relationem ad
textum expressum *in l. si testamentum* 8. *in princ. & in
verb. sin autem conditiones, C. de institution. & sub-
stitut.* Ruin. *consil.* 101. *numer.* 19. *versic. quia ergo
lib.* 2. relatum † enim dicitur esse in referente verè, 49
& propriè, *l. asse toto, vbi* Bart. *ff. de hæreditat.
institut.* Decian. *cons.* 19. *numer.* 3. Paris. *consil.* 9. *consil.*
17. *lib.* 3. Gozzad. *cons.* 57. *num.* 16. quos in puncto refert
Rotæ *decis.* 35. *num.* 6. *in fin. par.* 1. *recent.* Vnde cum du-
bitari non possit, quin prædicta clausula æqualiter refe-
ratur tàm ad Georgium, quàm ipsius descendentes, vel
quia † donans vnica æqualis naturæ determinatione, tàm 50
donationem factam Georgio, quàm descendentibus qua-
lificauit, *l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupillar. & l.
quamuis, C. de impub. & al. substit.* vel quia post omnes † 51
donationes apposuit clausulam conditionum, quæ ideo ad
omnes æqualiter refertur, *l. talis scriptura, ff. de leg.* 1.
& cap. 2. *requiris, & cap. inquisitioni de appell.* Corn.
cons. 43. *num* 5. *vol.* 3. Eugen *cons.* 89. *num.* 52. & ad pro-
positum Menoch. *d. cons.* 334. *num.* 8. sequitur quod om-
nes particulariter afficiat, itaut quilibet ex descenden-
tibus Georgij donatarij easdem subeat conditiones, pa-
cta, & reseruationes, quas subijt Georgius primus do-
natarius cum quoad substantiam, formam, ac quali-
tates donationis inuicem parificentur, ex quibus patet
dictam clausulam ad Georgium dumtaxat nullate-
nus, posse inserti prout † singula singulis iungendo refer- 52
ri posse in contrarium dicebatur, vlterius tamen fuit
ponderatum, quod quatenus etiam ad Georgium, dumta-
xat esset referenda dicta relatio esset intelligenda facta ad

personam illius demonstratiuè tanquàm ad eum, in quo
forma donationis ad alios æqualiter transferendæ suam ha-
bet originem, itaut donans considerando in donatione fa-
cta Georgio tanquam in genere singulares donationes fa-
ctas cuilibet ex descendentibus, voluerit easdem condi-
53 tiones omnibus adijcere, quicquid † enim adscribitur
generi, adscribitur etiam singulis speciebus sub eo con-
tentis, *l. si chorus in princip. ff. de legat. 3. & l. grege, ff. de legat. 2.* quod ex eo etiam comprobatur, dum pri-
mo appositurus conditiones, & secundo obseruantiam
contentorum in donatione promittens ad significan-
dam, maiorem vniformitatem, vtitur voce singulari,
quam quidem donationem, vt indicaret quoad condi-
tiones, & robur donationis omnes donationes pro vni-
ca habuisse.

Nec dicatur, quod prædicta clausula, *cum conditioni-
bus, &c.* possit referri ad conditionem superioritatis,
quam sibi, suisque descendentibus donans reseruauerat,
quia relatio facta in numer. plurali, debet saltem verifica-
ri in duabus, *l. inter illam, §. ita, ff. de verbor. signif. l. li-
bertos, § post annos, ff. de manum. testam. cap. vbi nume-
rus de testib. cap. hoc quoque in verb. si duobus, de con-
secrat.* ideoque referri debet necessariò ad alteram condi-
tionem pacti reuersiui, cum aliæ non reperiantur, in qui-
bus dicta verba in plurali possint verificari facultas enim
concessa Georgio disponendi de parte bonorum donato-
rum in bastardos, non potest dici conditio, cum sit sim-
54 plex † dispositio respiciens solùm fauorem Georgij, quæ
ad ipsius descendentes nullatenus potest referri, prout
nec minus contenta in ver. incipiente, ita tamen, cum
55 stent limitatiuè, & † sic declaratiuè ad præcedentem
conditionem, idque nouam conditionem non indu-
cant, sed primæ cohereant, Rota *decis. 709. numer. 8. p. 1. recent.*

Secundò, eamdem donantis voluntatem, ac mentem
DD. eliciebant ex eo, quod idem donans voluit tot cen-
seri donationes, quot essent personæ, & gradus, ad
quos, seu quas præfatæ donationes transferrentur, &
quod directè ad dictos substitutos perueniat, in hoc
enim casu, cum quilibet ex vocatis veniat iure directo in
vnoquoque gradu vocatorum, censetur vna esse rece-
56 ptio, atque vocatio, itaut primo † gradu exclusio ve-
niat sequens iure suo, non iure transmisso, Andr. de
Isern. *in cap. Imperialem, §. præterea ducatus numer. 38. col. fin. vers. censetur plures donationes, de prohibit. feud alienat. per* Feder. Castrens. *in l. fin. in princ. C. de legat. & cons. 164. nu. 5. vers. applicando igitur ad casum nostrum, l. 2.* Marin. Frecc. *de subfeud. lib. 3. in princip. quæst. 1. numer. 2.* Molin. *de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 1. nu-
mer 17. post med. & in simili,* Calcan. *cons. 78. num. 14. & 17.* Seraphin. *decis. 416. numer. 18* Modern. *discept. foreas. 751. numer. 23. & discept. 247. numer.* 10. eademque dona-
57 tio in præcedenti † gradu iam consumpta in sequenti tan-
quam noua incipiat, & instauretur, ac stet principali-
ter de per se, Castren. *in l. si pecunia, in princip. ff. de cond. ob caus.* Decian. *consil. 468. numer. 28. & cons. 498. numer. 19.* Menoch. *cons. 1153. num. 1. cum seqq. & nu. 75.* Paris. *cons. 65. numer. 17. lib. 3.* Siluan. *cons. 15. numer. 9.* Roder. Suar. *in repet. l. quoniam in prioribus in declara-
tione legis fori quæst. 8. numer. 6. vers. præterea,* vnde in-
ferebant DD. quod sicuti quilibet ex vocatis agnoscit sub-
stantiam, formam, & qualitates donationis directè ab
58 ipso donante tanquam in se ipso † renouatas, ita eas-
dem etiam conditiones, quæ dederunt formam, ipsi do-
nationi in Georgio originatæ tenetur admittere, vt ex
Bald. *in consil. 448. lib. 4. numer.* 3. deducitur in decisione Il-
lustrissimorum Cardinalium in hac causa emanata, Ori-
59 ginalis enim forma concessionis † inspici debet, quæ in
eo esse conseruatur, in quo formam, & originem assum-
psit idem Bald. *in l. 1. numer. 40. vers. item super eo, C. quand. non pet. part.* vbi ad propositum firmat, quod si
60 concessio † facta vni postea deuenit ad alios, censetur
etiam quoad eos repetitum ius accrescendi, quia sic a
principio concessum est, & superius *numer.* 39. pariter fir-
61 mat in renouatione † emphyteusis paternæ facta duobus
fratribus censeri repetitum idem ius accrescendi secun-
dum naturam primæ concessionis, Petr. Greg. *de feud. par. 3. quæst. 10. numer. 1. & seqq.* Menoch. *cons. 191. num. 94.* Cephal. *cons. 27. num. 1. & 3.* Rimin. Iun. *cons. 780 n. 7. & 521 n. 31.* & in puncto, quod vbi tot censentur dona-
62 tiones † quot gradus non præsumatur facta concessio poste-
rioribus, nisi secundum verba, quæ probantur expressa
in prima donatione, Andr. de Isern. *in dict. c. Imperialem, n. 38. in fin. de probib. feud. alien. per* Feder.

Tertiò considerabant Domini, quod in casu reuersio-
nis, dum cauetur, quod donatio reuertatur ad ipsum do-
natorem, si tunc superuixerit, aliàs si ipse donator tunc
non supersit ad legitimos, & naturales filios, & nepotes
siue ad hæredes, & successores eiusdem, donans primò
vocauit nepotes, † quorum appellatione non solum re- 63
gulariter veniunt pronepotes, vt de magis communi
testatur, Modern. Brixien. *quæst. 323. per tot.* sed in
hoc casu secundum stylum atque intellectum donantis,
veniunt etiam omnes descendentes in infinitum; ap-
paret enim ex serie ipsius donationis, quod donans ha-
buit pro sinonimis nepotes, ac descendentes, primò
dum liberos masculos per virilem sexum descendentes in
infinitum superius vocatos, statim inferius nepotes ap-
pellat, *vt numero quarta ibidem. Quibus quidem liberis, ac nepotibus, &c.* Secundò dum volens dare Georgio &
ipsius descendentibus in infinitum donatarijs vniformem
facultatem capiendi propria auctoritate possessionem
Castrorum, &c. vtitur verbis, *quod tàm ipse, quàm eius filij, & nepotes masculi propria auctoritate, &c.*
Stylus † enim, ac solitus modus loquendi inseruit per 64
interpretatione alterius partis dispositionis, *d. l. vniuerso-
rum, & ibi glass. ff. de pignor. act.* Soccin. Iun. *cons. 51. num. 9. lib. 4. & in puncto cons. 53. numer. 16. & 17. lib. 2.*
Crauett. *cons. 15. nu. 3.* Mant. *decis. 94. nu. 4.* Seraph. *decis. 1384. num.* 11. & opinio † loquentis magis attenditur, 65
quàm ipsa veritas, Mantic. *de coniect. lib 3. tit. 10. num. 1. & seqq.* Seraph. *decis. 534. num. 4. & 739 num. 9.* Rot.
decis. 453. num. 9. par. 1. recent. Secundariò autem vo-
cauit hæredes, † & successores, quorum appellatione ve- 66
niunt omnes, tàm hæredes, quàm successores in infini-
tum, *l. secundam, & l. hæredis appellatione, ff. de verb. signif.* Socc. Iun. *cons. 108. numer. 26. lib. 2.* Rot. *decis. 538. num. 9. par. 2. recent. vt latè idem* Modern. Brixien.
de substit. quæst. 343. num. 1. & 2. præsertim verò in con-
tractibus, Peregr. *de fideicom. art. 32. num. 72.* & quam-
uis dicta verba hæredes, † & successores videantur restri- 67
cta per relatiuum eiusdem ad primos hæredes, ac suc-
cessores immediatos, vt post Oldrad. Decian. & alios
scribit Simon. de Præt. *de interpræt. vlt. volunt. fol. 198. num. 27.* Attamen cum eadem sit ratio in primis, quàm
in secundis hæredibus dicta dictio relatiua non obstat, quo-
minus veniant omnes, vt in puncto Ias. *in l. filiasfam. §. diu in secunda lectura num. 108. ff. de leg. 1.* Dec. *in reg. qui per successionem, nu. 4. ff. de reg. iur. & ibid.* Cagnol. *nu. 6. & 9.* Alciat. *in l. hæredis appellatio, ff. de verb. signif.* Corn.
cons. 69. lib. 4. Cæphal. *cons. 158. nu. 44. lib. 2. &* Peregr. *de fideicom. art. 32. num. 70.* Ratio † enim generalior dicto, 68
illud extendit Bart. *in l. pater filium §. qui fundum, ff. de legat. 3.* & per prædictos firmat idem Modern. *allegat. quæst. 343. n. 15. & 17. in fin.* Quod autem hic eadem ratio con-
currat tàm in primis, quàm in secundis, ac vlterioribus
in infinitum hæredibus, & successoribus, patet cum nul-
la † verisimilis affectio considerari possit magis in hæredi- 69
bus primis, quàm in secundis, & vlterioribus, vt post
Dec. & Cagnol. Corn. & Alciat. *allegatos, firmat* Cæphal.
d. cons. 158 num. 44. lib. 2. Itaut eadem dictio † relatiua 70
stet demonstratiuè, non autem taxatiuè ad filios primi
gradus, vt in puncto fuit resolutum in causa *Bononien. fi-
deicommissi de Desiderijs 20. Maij 1626. coram R. P. D. meo Merlino*, quæ tantò magis in casu isto procedunt,
quia in eadem donatione sub numer. 19. dum idem
donans voluit in perpetuum remanere superioritatem
in Domo Vrsina, vtitur simili dictione relatiua, suos
successores, quæ verba non tam primos, quàm vlterio-
res in infinitum successores comprehendunt, vnde his
stantibus inferebant Domini, quod cum effectus pacti
reuersiui sit collatus in remotissimum tempus, de quo
tempore erat impossibile, quod Georgius primus dona-
tarius superuiueret sicuti donans in casu reuersionis vn-
cauit proprios descendentes in infinitum, ita perne-
cesse dicendum sit grauasse in infinitum descendentes
Georgij successiuè repetito restitutionis onere vltra casum
obitus eiusdem Georgij, cum † vocatio vnius supponat 71
in necessarium antecedens grauamen alterius, alio-
quin esset frustratoria vocatio secundum doctrinam Imo-
læ *in l. Gallus, §. instituens num. 48. & ibid.* Alex. *num. 7. ff. de liber. & posthum.* quàmpluries sequuta est Rota, &

nuper

nuper in d. causa *Bononien. fideicom. de Desiderijs* 20. *Maij*,
& 26. Ianij 1626. *coram R. P. D. meo Merlino*.
Nec dicatur, quod Rota non seruat opinionem, quod
72 ex † vocatione actiua, non inferatur ad passiuam, quia fe-
73 cus est, quando dicta vocatio corroboratur † ex coniecturis,
quæ contrarium suadeant, vt fuit resolutum coram me, in
causa *Vrbeuetana fideicommissi* 3. *Aprilis* 1609. *& in decis.*
181. *numer.* 5. *ad fin. par.* 1. *in recent.* & benè deducitur in *d.*
decis. Bononien. 26. *Iunii coram R. P. D. meo Merlino*. Quæ
quidem coniecturæ, tam ex deductis, quàm mox deducen-
dis hic abundè resultant, vnde prætendi non potest, quod
74 dictæ decisiones † Domini mei Merlini non applicentur
ex quo ibi deducebantur aliæ coniecturæ, cum hic non inæ-
quales, & forsan vrgentiores concurrant.
Quartò, ponderabant vlterius pro repetitione non so-
lum concurrere identitatem, sed immò maioritatem ratio-
75 nis, cum descendentes omninò † extranei ac incogniti,
& in consequentiam minus dilecti censendi sint multò ma-
gis grauati huiusmodi onere pacti reuersiui, quàm Geor-
gius, cognitus dilectus, & benemeritus, iuxta termi-
nos, *l. Publius*, *§. vlt. ff. de cond. & demonstr.* vt in simili
arguunt Aym. *cons.* 147. *num.* 2. *& cons.* 130. *nu.* 6. Decian.
cons. 28. *num.* 21. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 85. *num.* 24. *&* 25. *&*
cons. 105. *num* 33. *& seqq. & in puncto in cons.* 334. *num.* 12.
& seq. Rota *decis.* 361. *n.* 12. *versic. Et illa, p.* 1. *recent.* Quæ
identitas, immò in casu nostro, maioritas rationis opera-
tur non solum, vt faciliùs fiat relatio cum omnibus qualita-
76 tibus, & modis, sed vt conditio, & qualitas † vni adiecta,
censeatur in altero repetita *ad text. in l. nihil, ff. de coniug.*
cum emancip. liber. Bart. *in l. Seiæ §. Caio numer.* 1. *ff. de*
fund. instruc. Bald. *in l. Titius in fin. C. oper. libert. & in con-*
sil. 153. *ant. numer.* 3. *vol.* 5. Soccin. Iun. *cons.* 71. *numer.* 7.
vol. 3. Aret. *cons.* 1. *num.* 14. Decian. *d. cons.* 190. *nu.* 3. *versic.*
7. Aym. *cons.* 719. *num.* 3. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 334. *num.* 9. *&*
17. Peregr. *d. art.* 16. *n.* 26.
Quintò, & vltimò visum fuit etiam plurimum suffra-
gari qualitatem bonorum donatorum, quæ cum negari
non possit, quin sit Illustria, & insignia in hac Familia
Vrsinorum tantò faciliùs censendum est inductam fuisse
etiam in descendentibus Georgij repetitionem oneris pacti
reuersiui, vt in puncto de repetitione fideicommissi plu-
rimos congerit Modern. Brixien. *de substit. quæst.* 480. *nu-*
mer. 76. Quod eò magis videtur, admittendum in casu
isto stante superioritate, & confederatione, quam sibi,
suisque descendentibus in infinitum donans expressè reser-
uauit. Itaut ex hoc satis colligatur mentem donantis fuis-
se facere concessionem, tanquam feudalem, de cuius na-
77 tura † est, vt deficiente vocatorum linea bona non tran-
seant ad extraneos, sed reuertantur ad concedentem toto
titulo de successione feud. & de natura success. feud. Et in
puncto considerarunt Cyn. *in d. Auth. sed & si quis in fine,*
versic. & aduertatis, C. de secund. nupt. & Bald. *ibid. num.*
9. Alber. *in fin.* vt in casu deficientiæ lineæ Donatarij Ca-
stra, & bona donata reuerterentur potiùs ad propriam Fa-
miliam Vrsinam, quàm ad extraneos peruenirent, quod
78 † menti donantis magis etiam congruum videtur, vt in si-
mili arguunt Bart. *cons.* 118. *num.* 3. *lib.* 1. Alex. *cons.* 93. *nu.*
5. *& seqq. vol.* 3.
His igitur firmatis cessant in contrarium deducta, &
79 primò non † obstat *consil.* Oldrad. 21. & Theor. Cyn. quia
ab vtriusque opinione receditur primò concurrentibus co-
niecturis, vt de *cons.* Oldrad. *passim firmauit* Rota & de
Theor. Cyn. *fatentur*, Soccin. Iun. *in allegat. consil.* 53.
numer. 20. & Alex. *pariter alleg. consil.* 53. *num.* 15. dicens
80 doctrinam Cyni † non procedere vbi in alia parte donatio-
nis adest dictio perpetuo. Acchil. *d. decis. vnic. num* 5. vbi
clarè dicit sufficere ex aliquibus verbis apparere rem dona-
tam habuisse reuerti ad donantem, quod etiam innuit,
Put. *alleg. decis.* 273. *num.* 5. *in fine*, & tacitè admittit Surd.
in d. cons. 16. *numer.* 48. *vers. tertia, & vltima solutio*, qui
immò facit pro hac parte, dum num. 79. fundat se in super-
existentia fratrum, & aliorum descendentium à primo
donatario, & ibidem in fine fatetur, quod si omnes descen-
81 dentes † primi donatarij decessissent bona donata ad Re-
gem donantem reuerti deberent, quibus addi possunt, Al-
ciat. *consil.* 3. *num.* 27. *versic. Et licet aliquib. lib.* 8. Gratian.
consil. 5. *numer.* 58. *& seqq & numer.* 85. *volum.* 2. Bursatt.
consil. 31. *numer.* 7. *vers. Non enim*, Peregr. *d. art.* 21. *num.*
21. *versic. quarto quia*, Thesaur. *d. decis.* 270. *num* 29. *vers.*
Verum ab istis generalibus, & num. 30. vbi in fortioribus
terminis dicit Alex. *d. cons.* 53. *volum.* 2. & Cassan. *cons.* 62.

n. 12. hanc opinionem tenuisse cōtra Cyn. in casu, quo præ-
ter nomen hæredum, & descendentium alias coniecturas
non habebant † ex quibus contraria voluntas disponen- 82
tis colligeretur subdens in casu nostro omnem dubitandi ra-
tionem conquiescere, Marcabr. *cons.* 10. *num.* 43. *&* 38.
vbi dicit hanc opinionem † æquè procedere in vltimis vo- 83
luntatibus, quàm etiam in contractibus, & nu. 64. Leon.
cons. 11. *num.* 30. Decian. *cons.* 31. *num.* 72. *vers.* 4. *lib.* 1.
Honded. *cons.* 29. *num.* 86. *& seq. lib.* 1. latè Neuiz. *cons.*
62. *per tot.* secundò concurrentibus dictionibus relatiuis,
quæ operantur, vt conditio vni † adiecta compræhendat 84
alios substitutos, Rot. *decis.* 35. *nn.* 6. *par.* 1. *& decis.* 453.
num. 8. *par.* 2. *recent.* Peregr. *de fideicomm. art.* 16. *num.*
15. 16. *&* 47. vbi firmat faciendam † esse maiorem vim 85
in expressa relatione, quàm in tacita repetitione, tertiò
concurrentibus verbis repetitiuis, Peregr. *vbi supra art.* 29.
num. 41. *& art.* 51. *num.* 22. *vers.* 4. *circa med.* Thesaur. *d.*
decis. 270. *num.* 29. *&* 30. *in princ. & vers. Neque obstat*,
Soc. Iun. *d. cons.* 53. *num.* 15. *lib.* 2. quæ quidem coniectu-
ræ, ac dictiones, tam relatiuæ, quàm repetitiuæ hic ex
superius deductis abundè concurrunt.
Secundò, non obstat, quòd conditio pacti reuersiui ha-
beatur solummodo expressa quoad personam Georgij, ideò-
que non sit extendenda quoad personas descendentium; † 86
quia sufficit, quod ex verisimili mente donantis subintel-
ligatur etiam repetita in descendentibus ad effectum, vt
dicatur in casu expresso contineri non per extensionem,
sed per intentionem, neque † per ampliationem; sed 87
per declarationem, ac intellectiuam interpretationem,
quæ eamdem prorsus habet rationem secundum *glos. in l.*
Quamuis, in verb. curauit, vers. & ex hoc tacitè, vbi
Bald. *in princ.* Ias. *num.* 7. *C. de fideic. idem* Bald. *in l. illud,*
num. 6. *C. de sacros. Eccles.* Alex. *cons.* 34. *nu.* 8. *& cons.* 75.
nu. 3. *lib.* 5. *& cons.* 51. *num.* 4. *ad fin. lib.* 6. & in puncto ita
respondet Thesaur. *decis. Pedemont.* 270. *num.* 31. ac pro-
inde licet expressè, & nominatim ipsis descendentibus non
fuerit adiecta, tamen cum verisimili mente donantis fue-
rit subintellecta, ac repetita, vt probatum est, satis quoad
personas descendentium censetur etiam expressa.
Tertiò, non obstat, quòd donatio facta descendentibus
fuerit discretiuè in ipsos descendentes concepta ad veram
proprietatem, perpetuamque hæreditatem ac pleno iure,
quod apertè repugnat pacto reuersionis. † Quia primò 88
fuit responsum non esse verum, quod dicta verba ad veram
proprietatem, &c. fuerit discretinè apposita descendenti-
bus cum æqualiter ad Georgium etiam referatur, quod
patet combinando lecturam donationis, secundum ma-
gis congruum intellectum, vt scilicet verba illa; *Quibus*
quidem liberis, vsque ibi, *vel interorit in futurum*, tam-
quam parentesi claudantur, qua circumscripta resultat
lectura satis consentanea, quod scilicet Virginius dona-
nit Georgio recipienti pro se, & liberis in infinitum,
&c. ad veram proprietatem perpetuamque hæreditatem,
ac pleno iure Castrum, &c. Secundò fuit responsum, quod
in omnem casum dicta verba tanquam restricta ad per-
sonas descendentium sunt intelligenda secundum natu-
ram, & formam ipsius donationis hoc est ad effectum, vt
vnusquisque ex descendentibus Georgij, quamdiu exta-
hunt habeant donationem vti nouam personalem, ac pro-
prio iure, & ex persona propria cum eisdem pactis hono-
ribus, & oneribus, quibus primus illam obtinuit, vt in
simili, quod verba † in perpetuum debeat intelligi secun- 89
dum substitutiones præcedentes, Surd. *d. cons.* 554. *num.*
38. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 253. *num.* 16. Peregr. *de fideicomm.*
art. 29. *num.* 27. *&* 35. Rot. *decis.* 490. *nn.* 10. *& decis.* 491.
part. 4. *diuers.* Seraph. *decis.* 874. *nn.* 5. Ideoque secundum
† regulas iuris ea dicuntur perpetua, quorum status, & 90
mutatio pendet à futuro euentu, donec casus eueniat, *l.* 1.
vbi glos. & Doct. ff. pro socio. Surd. *cons.* 321. *num.* 11. *&*
cons. 123. *num.* 15. *& d. cons.* 554. *num.* 38. & grauatus pen-
dente † conditione est verè dominus, ac dicitur habere 91
plenè dominium, Idem Surd. *cons.* 73. *num.* 78 prout etiam
emptor licet res empta ab eo possit auocari, Tiraq. *de re-*
tract. conuent. §. 2. *glos.* 1. *num.* 40. Bero. *cons.* 102. *num.* 22.
& 23. *lib.* 1. *& cons.* 27. *n* 8. *lib.* 3. Molin. *de primog. Hispan.*
lib. 1. *c.* 19. *n.* 4. Guttier. *pract. lib.* 2. *qu.* 2. *nu.* 20. Et de clau-
sula pleno iure, quod restringatur † secundùm subiectam 92
materiam post Alex. Gozzad. & Ruin. dicit Menoch. *cons.*
21. *num.* 26. *lib.* 1. *& cons.* 327. *num.* 17. *ac præsumpt.* 115.
num. 72. *lib.* 3. Ex quibus clarè resultat non repugna-
re quod bona essent penès Georgium, & ipsius de-

scendentes ad perpetuam hæreditatem, & tamen essent
subiecta reuersioni in casu deficientiæ vocatorum; Maxi-
mècum essent immediatè limitata, & restricta à reserua-
93 tione conditionum sequentium, ideoque † non vltra il-
larum terminos possent operari tanquam intelligenda sal-
uis pactis, & conditionibus appositis. Surd. *d. conf.* 554.
numer. 38. Bertazz. *claus.* 42. *glos.* 5. *numer.* 1. Verba enim
94 quantumuis † ampla, & generalia limitantur, & restrin-
guntur à verbis, quæ adijciuntur, Bart. *in l. generali, §. vxo-
ri ff. de vsufruct. legat.* Ruin. *conf.* 78. *numer.* 4. *versic. Præ-
95 terea, vol.* 1. Itaut præcedentia verba non † possint consi-
derari nisi cum limitatione, quæ totam orationem quali-
ficat, Neuiz. *conf.* 72. *numer.* 23. & sic substantiam dona-
tionis informat ad *tex. in l. cum dotem, C. de iur. dot.* maxi-
mè per viam conditionis, Dec. *conf.* 11. *numer.* 9. Tertiò,
& denique cessat omnis difficultas cum eadem clausula
fuerit adiecta in instrumento donationis Caroli, in quo
pactum reuersiuum legitur expressum, tam in primo Do-
natario, quàm in alijs ipsius Donatarij descendentibus,
vnde sicuti dicta verba ibi non possunt importare, quod
bona donata remaneant libera ab onere reuersionis penès
vltimum decedentem sine liberis, tanquam ad veram pro-
prietatem, perpetuamque hæreditatem, ac pleno iure con-
cessa, cum obstet pactum reuersiuum expressè appositum,
ita nec minus in casu isto, in quo si non exaratis verbis, sal-
tem ex verisimili mente donatis expressum censetur ex
96 deductis cum taciti, † & expressi eadem sit virtus, & iu-
dicium, *l. cum quid, ff. si cert. pet. cum vulgar.* Quod qui-
97 dem tacitum in casu isto æquipollet expresso cum † magis
attendatur opinio disponentis, quàm veritas, *l. quo loco,
§. si iam mortuo, vbi* Castr. & Imol. *nu.* 2. *ff. de hæred. instit.
gl. in l. seruo, in verb. test. ff. de cond. indeb.* Mant. *de coniect.
lib.* 3. *tit.* 10. *n.* 1. *& seqq.* Nec potest fieri vis in eo quod Do-
nans similibus verbis vtitur in casu reuersionis ad se, filios,
98 & descendentes, quia verba † secundùm subiectam ma-
teriam diuersimodè interpretantur, vt supra proba-
tum est.

Quartò, non obstat donatio facta Camlo legitimato.
99 Primò quia Argumentum † ab illa desumptum tanquam
Brocardicum potest retorqueri à solito, Soccin. Iun. *conf.*
103. *numer.* 55. per doctrinam Abbatis *in conf.* 36. *nu.* 1. *lib.* 1.
maximè in casu isto concurrente maioritate rationis, quod
si pactum reuersionis fuit à donante appositum descenden-
tibus filij dilectissimi, qualem ipsum in donationis instru-
mento nuncupat, multò magis censendum sit appositum
100 descendentibus extranei, † ad quod disponentes solent es-
se proniores, Surd. *conf.* 464. *numer.* 3. Marcab. *conf.* 10.
num. 41. *in fin. cum seqq.* Thesaur. *d. decis.* 270. *num.* 29. *ver-
101 sic. si Donator.* Secundò quia idem argumentum à † di-
scretiuo modo loquendi non procedit in diuersis scripturis,
immò nec in diuersa parte dispositionis, vt fuit resolutum
in causa *Romana fideicommissi de Palluzzellis* 4. *Maij* 1625.
coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo. Tertiò, quia
in omnem euentum sufficit, quod aliundè ex corpore di-
ctæ donationis factæ Georgio compræhendatur intentio-
nem donantis fuisse æqualiter, tam in Georgio, quàm in
descendentibus repetere pactum reuersiuum ad effectum,
vt in hac donatione expressum pariter censeatur ex supra
deductis.

102. Non obstat denique, quod † donatio de sui natura sit
perpetua, itaut bona donata nunquam reuertantur ad Do-
nantem, quia hic non versamur in donatione perpetua,
sed conditionali restricta ad certum tempus, nempè du-
103 rante linea, quo casu resoluta per defectum † lineæ con-
ditione, donatio tanquam facta ad tempus reuertitur ad
Donantem, *d. l.* 1. *versic. dat aliquis, ff. de donat. l. si re-
rum, & l. quoties, C. de donat. quæ sub mod. l. fin. vbi glos.
& DD. C. de legat.* Peregr. *de fideicom. art.* 51. *numer.* 21.
104 Itaut sufficiat ex verbis † apparere de reuersione cogita-
tum, Acchill. *alleg. decis.* 1. *de donat.* Peregr. *loc. cit. versic.
Verum penitus considerando*, prout expressè cogitatum fuis-
se in casu nostro liquet ex supradeductis, quæ non separa-
105 tim, sed simul coniuncta † debent ponderari, cum inui-
cem corroborentur, vt fuit benè consideratum in dicta *Bo-
nonien. fideicommissi de Desiderijs* 26. *Iunij* 1626. *coram
eodem R. P. D. meo Merlino*, vt etiam in simili ad effectum
106 cognoscendi; An Castrum † sit feudale, vel allodiale,
quod coniecturæ debeant simul coniungi, quia dubiæ de-
clarantur, & viuificantur ex certis per *text. in l. quod non
militabat, §. Lucia, ff. de hæred. instit. l. verum, ff. de pe-
tit. hæred. l. quemadmodum, ff. ad l. Aquil.* & Rom. *conf.*
121. *in fin.* fuit dictum in causa *Sabinen. Montis Rotundi* 23.
Iunij 1627. *coram me.*

Et ita conclusum vtraque parte informarte.

Plures decisiones notaui supra in hac causa ad decisio-
nem 4.

R. P. D. DVNOZETTO.

Florentina Fideicommissi de Guidaccis.

Die Mercurij 21. *Iunij* 1628.

ARGVMENTVM.

Filiorum appellatione regulariter veniunt etiam filiæ, & faciunt expirare conditionem, si sine filijs. Testator ex quibus coniecturis appareat voluisse conseruare bona pro sua agnatione, & ex quibus non.

SVMMARIVM.

1 *Filia regulariter loquendo, venit appellationem filiorum.*
2 *Filia facit deficere conditionem substitutionis, si sine filijs.*
3 *Substitutio facta alicui, si sine filijs decesserit, expirat deficiente conditione, & quando hoc cessat, num. 4.*
5 *Filios masculos, quando appareat testatorem voluisse ponere sub conditione.*
Testator quando expressit suam voluntatem absolutam conseruandi bona in agnatione, tunc conditio, sine filiis, intelligitur de masculis, num. 5.
6 *Substitutio non debet egredi gradus à testatore præscriptos, & limitatos.*
7 *Voluntas, & ratio conseruandi bona in agnatione recepit conditionem primæ substitutionis.*
8 *Substitutio, si fuerit facta per nomen collectiuum, tunc censetur testatorem habuisse animum conseruandi agnationem.*
9 *Verba habentia tractum successiuum in perpetuum, ostendunt animum conseruandæ agnationis.*
10 *Testator quando substituit maiorem natu, ex hoc colligitur eius animus conseruandæ agnationis.*
11 *Arguere non licet à ratione conseruandæ familiæ restricta in vno casu, ad alterum, in quo non fuit considerata.*
12 *Agnationis conseruandæ ratio considerata in descendentia hæredis, non trahitur ad descendentiam substituti.*
13 *Agnationis conseruandæ ratio considerata in descendentia substituti, non trahitur ad descendentiam hæredis.*
14 *Substitutio vulgaris, quando dicatur restricta.*
15 *Neptes, si quis excluserit, quanto magis censetur velle excludere proneptes vti minus dilectas, sed Rota non admittit hanc coniecturam, num. 16.*
17 *Testator qui dotauit neptes, & eas exclusit ab hæreditate, ista ratio exclusionis non potest considerari in pronepotibus, non dotatis ab eo.*
18 *Decis. in causa Cæsenaten. fideicommissi 24. Ianuar. 1628. declaratur.*
19 *Decis. 843. par. 4. diuers. & decis. 503. eadem par. declaratur, num. 20.*
21 *Decis. in causa Fulginaten. fideicommissi coram Cardin. Lancell. declaratur.*
22 *Statutum Vrbis excludens fœminas propter masculos, procedit ab intestato, non autem ex testamento.*
Fœminæ de iure communi non excluduntur propter masculos, num. 23.
23 *Testator præsumitur respectu suæ successionis voluisse admitti eos, qui ab intestato ex dispositione statuti vocantur.*

DECISIO CXCV.

FRANCISCVS Guidaccius de anno 1574. suum vltimum condidit testamentum, in quo hæredem suum vniuersalem instituit Carolum Guidaccium, ex Thoma germano fratre nepotem, cui quo ad partem ipsum Franciscum testatorem tangen. tenutæ Decimo nuncupat. & aliarum tenutarum aliàs per Thom. Guidaccium, & ipsum Franciscum empt. à Ven. Hospitali S. Spiritus in Saxia de Vrbe,

de Vrbe, prædicto Camlo hæredi suo sic, vt præmittitur
instituto, quandocunque decedenti absque filijs legitimis,
& naturalibus substituir, & substitutum esse voluit vul-
gariter, pupillariter, & per fideicom. proximiorem tunc
existentem legitimum, & naturalem familiæ Guidaccio-
rum ipsius testatoris de linea masculina, ita quod si essent
plures in eodem gradu proximiores sit, & intelligatur sub-
stitutus maior natu eorum, quam substitutionem in d.
euentum, quod d. Carolus decederet absque filijs legitimis
& naturalibus voluit esse, & seruari debere io perpetuum
in sua familia masculina Guidacciorum, & in proximiore
maiore natu legitimo, & naturali. Vnde cum decesserit
Carolus relicta D. Camilla vnica filia, & hærede. Dubita-
ui, an esset factus locus substitutioni ad fauorem D. Equitis
Io. Guidaccij, vti masculis proximioris d. familiæ, itaut esset
ei danda immissio in possessionem bonorum supradicti te-
statoris, quo dubio à me proposito DD. negatiuè respon-
deruot.

Fuit enim principaliter consideratum, substitutionem
fuisse factam à testatore de proximiore familiæ de Guidac-
cijs sub conditione bis repetita, si Camlus decederet sine fi-
lijs legitimis, & naturalibus, quæ conditio cum non fuerit
purificata sed Carolus decesserit relicta d. Camilla filia, quæ
1 † regulariter loquendo venit appellatione filiorum, ad
*text. in l. filiæ oppellatione, ff. de verb. signif. l. qui duos, ff. de
leg.* 3. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib* 11. *tit.* 14. *n.* 2. Seraph.
decis. 880. Rota *coram son. mem.* Greg. XV. *decis.* 514 *n.* 1. *&
in receat decis.* 316. *n.* 2 *por.* 1. *& fuit dictum in Roman. fidei-
com. de Marmittis* 9. *Decemb.* 1613. *coram bon. mem. Vbaldo.*
2 Quæ conclusio procedit † etiam ad effectum, vt deficiat
conditio substitutionis si sine filijs, Honded. *cons.* 57. *n.* 25. *li.*
1. Mantic. *de coniect. vlt. vol. d. lib.* 11. *tit.* 14. *n.* 10. Rot. *decis.*
485. *n.* 1. *p.* 4. *diuers. & decis.* 316. *nu.* 2. *&* 3 *p.* 1. *recent.* Seraph.
3 *d. decis.* 880. *& decis.* 1216. *n.* 5. Meritò expirauit † fideicom-
missum, & perpetua vocatio familiæ, quæ tanquam con-
secutiua pendet ab illa conditione, si decesserit sine filijs,
iuxt. *valg. cons.* 21. Oldrad. Alex. *cons.* 139. *nu.* 3. *lib.* 6 Surd.
cons. 348. *nu.* 10. Rot. *decis.* 490. *n.* 2. *&* 3. *par.* 4. *diuers. & de-
cis.* 14. *n.* 7 *decis.* 19. *n.* 2. *&* 4. *& decis.* 486. *n.* 6. *par.* 1. *recent.* &
nuper *in Romano de Moximis* 18. *Febr. præteriti corom Re-
uerendiss. D. meo Decano.*
4 Non obstat, quod à præfata † opinione recedatur ex co-
niecturis, Mantic. *loc. cit. n.* 5. *& fuit dictum in d. Camerinen.
bonorum, quæ est decis.* Seraph. 880. Quia hic non visæ fue-
runt adesse coniecturæ diuersæ, & efficaces, prout requirun-
5 tur ad hoc, vt ex ijs clarè appareat, testatorem † voluisse so-
lum ponere in conditione filios masculos, Gabr. *cons.* 97. *nu.*
12 *lib.* 1. Mantic. *l. c. d. tit.* 14. *n.* 5. Rot. *d. decis. Camerinen. fidei-
com. n.* 3. *& in d. fideic. de Marmittis coram b. me. Vbaldo.*

Minus obstat, quod vbi testator expressit suam volun-
tatem absolutam conseruandi bona in agnatione, tunc
conditio, si sine filijs intelligatur de masculis, quia id non
procedit, vbi ex verbis testamenti apparet, testatorem vo-
luntatem suam limitasse, seu restrinxisse ad aliquem ca-
sum, vel graduum, prout in casu nostro testatorem fecis-
se colligitur, dum dixit (cui decedenti sine filijs) & pau-
lo inferius (quam substitutionem in d. euentum, quod
d. Camlus decederet sine filijs, voluit seruari debere in sua
6 familia) hoc enim † casu substitutio non debet egredi
casum, seu gradus à testatore præscriptos, & limitatos,
Honded. *cons.* 78 *numer.* 35. *& seq. lib.* 1. Bec. *cons.* 636.
numer. 12. *vers. nec supradictis, & numer.* 13. *&* 24. Pe-
regr. *de fideicom. art.* 14. *numer.* 47. *vers. quamobrem.* Rota
decis. 568 *numer.* 7. *&* 8. *par.* 1. *& decis.* 121. *numer.* 2. *par.*
2. *diuers.* Seraph. *decis.* 883. *numer.* 3. & in specie, quod
7 voluntas, † & ratio conseruandi bona in agnatione, vel
familia recipiat conditionem primæ substitutionis, nem-
pè si hæres decesserit sine liberis, adeout non procedat in
liberis in conditione positis, immò io illis deficiat, & so-
lum procedat in substitutus quatenus filij illi non extite-
rint, *trad.* Alex. *d. cons.* 139. *numer.* 3. *vers. & substitutio
lib.* 6. Ceph. *cons.* 17. *numer.* 24. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 85. *nu-
mer.* 46. 47. *lib.* 1. Surd. *cons.* 448. *per. tot. lib.* 3. Peregr. *de
fideicom. art.* 29. *numer.* 27. Rota *decis.* 230. *per tot. par.* 2.
& diuers. d. decis. 486 *numer.* 6. *p.* 1. *recent. & latius in Ro-
mana fideic. de Gallis* 16. *Nouemb.* 1597. *coram Pamphilio,
& in Romana domus, & viridarij* 27. *Ianuarij* 1597. *&* 15.
Nouemb. 1599. *corom Corduba.*

Et ex hac vnica responsione tolluntur etiam omnes aliæ
coniecturæ ab informantibus deductæ, tum ex illis ver-
bis testamenti, ibi (substituit proximiorem legitimum,

& naturalem Guidacciorum ipsius testatoris de linea ma-
sculina) ex quo colligi prætenditur, cum substitutio fue-
rit † facta per nomen collectiuum testatorem habuisse 8
animum conseruandi agnationem, Ceph. *cons.* 137. *numer.*
52. *lib.* 1. Mantic. *decis.* 305. *numer.* 2. *& decis.* 351. *numer.*
3. tum ex illis (quam substitutionem voluit seruari in per-
petuum) quæ verba vti † habeotia tractum successiuum 9
in perpetuum ostendunt animum conseruandæ agnatio-
nis, Paris. *cons.* 63. *numer.* 10. *lib.* 2. Seraph. *decis.* 864 *nu-
mer.* 5. Rota *decis.* 48. *aumer.* 5. *por.* 1. *recent.* Tum etiam
quia testator substituit † maiorem natu, ex quo pariter 10
colligitur eius animus conseruandi agnationem, ad tradit.
per Decian. *cons.* 31. *numer.* 90. *vers.* 2. *ad probandum lib.* 1.
Mantic. *d. tract. lib.* 6. *tit.* 15. *numer.* 15. *vers item, si testa-
tor*, quia sufficit dicere, quod testator non habuit ratio-
nem conseruandæ agnationis in descendentia Caroli pa-
tris Camillæ, sed solum in familia masculina substituta
dictum solum euentum, quo Camlus decederet sine filijs,
ideo † non licet arguere à ratione conseruationis fami- 11
liæ restricta io vno casu ad alterum, io quo non fuit conside-
rata, Riminald. Iun. *cons.* 117. *numer.* 71. Peregr. *cons.*
23. *numer.* 27. *lib.* 4. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 5. *numer.*
37. *& lib.* 3. *cop.* 5. *aamer.* 17. *& seq.* Surd. *cons.* 448. *num.*
23. Rota *decis.* 491. *numer.* 6. *vers. quia exclusio par.* 4. *di-
uers. & decis.* 267. *num.* 6. *vers. & quando fuisset par.* 2. *rec.*
& sicuti quando ratio conseruandæ † agnationis fuit con- 12
siderata in descendentia hæredis non trahitur ad descen-
dentiam substituti, *vt fuit dictum in Parmen. iurispatr.
26. Aprilis 1613. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha
Antiocheno*, etiamsi ambo sint de agnatione, Gregor.
XV. *decis.* 464. *num.* 14. ita † nec è conuerso quando fuit 13
considerata in descendentia substituti non trahitur ad de-
scendentiam hæredis, Facchin. *cons.* 35. *num.* 5. *lib.* 1. Dec.
cons. 596. *numer.* 2. *vers. non obstat lib.* 2. *& fuit dictum
in Romana fideicom. de Comitibus* 5. *Iunij* 1591. *coram
Gypsio*, maximè ponderando illa suprad. verba bis repeti-
ta (in euentum, quod d. Carolus decederet sine filijs)
quæ restringunt dispositionem, † & voluntatem adie- 14
ctam seruandi fideicommissum in familia ad d. tem-
pus, & casum expressum, quod Carolus decederet si-
ne filijs, & sic extra descendentiam Caroli, *l. in substi-
tutione, ff. de vulg. & pupill. substit. l. penult. de te-
stam. tut.* Anchar. *cons.* 356. *numer.* 3. *vers. tertio hoc
probat.* Dec. *cons.* 63. *numer.* 2 Mantic. *d. tract. lib.* 3. *tit.*
14. *numer.* 10. Surd. *decis.* 207. *num.* 17. *& fuit dictum in Ra-
uennaten. fideicom.* 27. *Maij* 1596. *coram Reuerendiss. D. meo
Patriarca Antiocheno.*

Non obstat, quod testator instituerit Carolum, ma-
sculum, & non vocauerit fœminas sorores dicti Caroli,
quarum dotes auxerat tantum, ex quo elicitur coniectu-
ra, quod cum † neptes excluserit tanto magis excludere 15
voluerit pronepotes vti minus dilectas, ne illæ essent me-
lioris conditionis, quàm essent neptes proximiores, *l. si
viua mater, C. de bon. mater.* Curt. Iun. *cons.* 11. *numer.* 4.
lib. 1. quia ex hoc non potest elici aliqua euidens coniectu-
ra. Tum quia † Rot. passim illam nō admittit, Seraph. *de- 16
cis.* 880. *& decis.* 1216. Rota *decis.* 790. *numer.* 2. *par.* 1. *di-
uers.* Greg. XV. *decis* 514. *numer.* 13. Tum etiam quia ma-
xima adest diuersitatis ratio inter fœminas sorores ipsius
Caroli, & filias illius. Quia † sororibus Camli testator 17
auxerat dotes, quæ ratio exclusionis non potest considerari
in filiabus Caroli, quæ non fuerant dotaræ, Curt. Iun. *d.
cons.* 11. *numer.* 4. *vers. nec obstat lib.* 1. Rota *decis.* 485. *nu.*
5. *vers. aderat. prætereo par.* 4. *diuers.*

Neque obstant † decisiones ab informantibus ex aduer- 18
so deductæ, & primò non obstat decisio in *causa Cæsenaten.
fideicom.* 24. *Ianuarij* 1628. *coram R. P. D. meo Durano*, quia
ibi extabat simplex, & absolutum fideicommissum ad fa-
uorem familiæ & insuper concurrebant plures aliæ conie-
cturæ, videlicet qualitas masculinitatis sæpius repetita, &
conseruatio bonorum in familia.

Prout etiam non obstat † *decis.* 483. *par.* 4. *diuers.* quia 19
ibi etiam concurrebant plures coniecturæ, & propterea in
sequent. *decis.* 484 *quæ est* Seraph. 480. plenè firmatur, quod
debent concurrere plures aliæ coniecturæ cum ista, quam
decis. confirmauit Rota *in ead. causa coram* Penia *decis.*
485. *ead. par.* 4. *diuers.*

Nec facit *decis. Nucerina fideicom. corom* Mantic. *de-
cis.* 503. *par.* 4. *diuers.* Quia in illo casu vltra exclusionem
fœminarum erat substitutus vnus ex descendentibus testa-
toris, hic sumus in transuersalibus, deinde simpliciter,

S 4 & abso-

& absolutè habita fuerat ratio conseruationis agnationis
familiæ, quæ hic fuit restricta extra descendentes Caroli,
21 & eadem responsio aptatur † *decisioni Fulginaten. fidei-
com. coram bon. mem. Card. Lancellotto ead. par. 4. diuers.
decis. 507. vb id super allegatur *decis.* 80. *par.* 3. *diuers.* Quia
vltra plures alias coniecturas, quæ ibi concurrebant, illa
fundatur, quando cum exclusione propriarum filiarum ab
vniuersali successione concurrebant aliæ due coniecturæ,
vna ex statuto excludente in proprio casu, altera ex con-
seruatione familiæ prospecta simpliciter, & absolutè, &
ideo decisiones non sunt contrariæ.

22 Denique non obstat † statutum. Vrbis excludens fœ-
minas. Tum quia procedit in successione ab intestato, non
autem ex testamento, tum etiam quia potius retorque-
tur, ex quo non excludit fœminas propter agnatos remo-
tissimos, qualis est D. Eques immò sicuti filiæ de iure com-
muni non excluduntur propter masculos adeo remotos, ita
23 etiam præsumendum † est, testatorem respectu suæ suc-
cessionis voluisse admitti illos, qui ab intestato ex disposi-
tione statuti vocantur, Honded. *cons.* 57. *numer.* 20. *lib.* 1.
Gabr. *cons.* 88. *num* 4. *lib.* 2. Cephal. *cons.* 46. *numer.* 19. *vers.*
non obstat. Soccin. Sen. *cons.* 6. *num.* 21. *lib.* 3. & *cons.* 33. *nu.*
3. & 4. *lib.* 4. Mantic. *de coniect. vlt. volunt.* *d.l.* 11. *tit.* 14. *nu.*
16. *vers.* 2. *etiam respondetur.*

Et ita vtraque &c.

¶ Supra in eadem causa habetur alia decisio sub die 21. Februar. 1628. coram eodem R. P. D. Dunozetto; est decisio 151.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Giennen. Beneficij de Anduxar.

Die Mercurij 21. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Veri familiares Papæ, qui sint, & an eorum beneficia sint reseruata. Indultum concessum à Papa de conferendis beneficijs reseruatis ratione familiaritatis, an expiret, necnon extinguatur per mortem ipsius Pontificis.

SVMMARIVM.

1 *Cubicularij sunt veri familiares Papæ.*
2 *Beneficia familiarum Papæ, sunt reseruata per regulam quartam, & septimam Cancellariæ.*
3 *Gratia, si sit concessa, motu proprio, non indiget aliqua iustificatione.*
4 *Quod procedit etiamsi in gratia motu proprio, sit clausula, vt accepimus, & ita seruat Rota nu 5.*
6 *Indultum concessum à Papa, an expiret, & extinguatur ipsius morte.*
7 *Qualitas iuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi.*
8 *Familiaritas Papæ, quæ nihil aliud est, quàm quædam quasi societas, morte ipsius Papæ extincta remanet.*
9 *Dictio, quamdiu, cuius sit naturæ, & nu. 25.*
10 *Cessante causa cessat effectus.*
11 *Papa, si alicui concesserit indultum conferendi beneficia reseruata ratione familiaritatis suorum prædecessorum, multo magis censetur velle concedere eadem beneficia vacantia post eius mortem, & num 26.*
12 *Beneficia semel reseruata semper durant effecta.*
13 *in Beneficijs affectio. non est noua reseruatio.*
14 *in Beneficijs, quando Papa semel manus apposuit per reseruationem, non potest inferior collator de illis disponere.*
15 *Exceptio est de regula, & recepit easdem qualitates, quas habet regula.*
16 *Geminian. in cons. 95. communiter refutatur, & d. consil. est valde periculosum, atque Rota contrarium seruat.*
17 *Felin. in cap. in nostra num 20. de rescript. declaratur.*
18 *Gambar. decis. 24. aliàs 25. non est decisio, sed discursus, & num. 19.*
20 *Mohed. decis. 23. numer. 2. de præbend. Rota illam non sequitur.*
21 *Familiaritas Papæ defuncti consideratur ex effectu, ex ea resultante, quæ durat etiam eo defuncto.*
22 *Beneficii reseruatio, & affectio semel producta, semper durat, etiam mortuo Papa.*
23 *Effectus iam perfectus, & consumatus durat, etiam si cessauerit causa.*
24 *Dispositio l. in delictis §. si extraneus, ff. de noxal. quando intret.*
27 *Papa præsumitur se velle iuri conformare, & num. 28.*
29 *in Beneficiis familiarum Papæ, qui indultum concessit, potest aliquis ex eodem indulto per eius mortem aliquid sperare.*
30 *Quæ res cessat in beneficiis familiarum Pontificum prædecessorum.*

DECISIO CXCVI.

CVM beneficium simplex situm in Ecclesia Sancti Michaelis de Anduxar, Giennesi (de quo agitur vacauerit per obitum Io. de Zuniga, & de eo, vti reseruato, ratione familiaritatis, dicti Io. fuerit motu proprio prouisus à S. D. N. Dominus Beltrandus Velez de Gueuara, ab Illustrissimo autem Cardinali Episcopo Giennesi vigore Indulti de prouidendo omnia beneficia Sedi Apostolicæ reseruata de eodem beneficio prouisus fuerit D. Lupus Pimentel, & Moscoso, & inter prouisos prælibatos lis desuper orta esset: Dubitaui hodie in Rota An gratia D. Beltrandi sit iustificata, itaut illi non obstet indultum D. Cardinalis. Et Domini quoad primam dubij partem affirmatiuè, quoad secundam verò negatiuè resoluerunt.

Quantum enim attinet ad primam dubij partem, videlicet circa iustificationem gratiæ, solùm fuit ex aduerso facta aliqualis difficultas super reseruatione. Et visum fuit reseruationem esse claram. Quia ex testibus D. Beltrandi benè probatur Ioannem, de tempore quo obtinebat hoc beneficium, fuisse cubicularium honoris Pauli V. & Gregorij
XV. & idem constat ex fide Computistæ Palatij Apostoli-
ci, vbi quod in Rolis prædictorum Pontificum Ioannes le-
gitur descriptus inter Cubicularios honoris: Huiusmodi au-
tem Cubicularij † sunt veri familiares Papæ ex *Bulla de-* 1
claratoria Pauli III. in Bullario nono tom. 1. *bull* 3. & 4. *fol.*
615 & *ex constitutione Pauli V. edita* 10. *Febr.* 1618. Vn-
de eorum † beneficia sunt reseruata per regulam quartam, 2
& septimam Cancellariæ, & in puncto decidit Rota *in Pla-*
centina, seu Corduben. beneficiorum 10. *Decembris* 1617. *co-*
ram Reuerendiss. D. meo Decano. Et super hac decisione
emanauit postea dicta Constitutio Pauli V. quæ idem
etiam disponit.

Et præterea videtur penitus omnis difficultas cessare,
non solum quoad iustificationem reseruationis, sed etiam
aliorum narratorum. Quia ex quo gratia fuit † conces- 3
sa motu proprio, non indiget alia iustificatione, sed rele-
uat ab onere probandi etiam narratiuas facti alieni, *cap. si*
motu proprio, de præben. in 6. Seraph. *decis.* 1484. *numer.*
10. & 1498. *nu.* 1. & Rota *decis.* 656. *num.* 1. & 2. *par.* 2. *re-*
cen. & procedit, † quamuis (vt in nostro casu) gratia 4
motu proprio sit cum clausula, vt accepimus, Mart. *de*
clausulis, par. 1. *claus.* 138. Cassad. *decis.* 4. *num.* 9. *de probat.*
Achill. *decis.* 10. *num.* 1. *de probat.* Put. *decis.* 100. *lib.* 3. *in*
nou. Seraph. *decis.* 388. *num.* 2. & Rota *in d. decis.* 656. *nu.* 3.
vbi quod eadem † Rota ita obseruat, & *in Meten. Mona-* 5
sterij 11. *Februarii* 1600. *coram Litta*, & *in Abulen. pensio-*
nis 11. *Maii* 1607. *coram bo. me. Sacrato.*

Quoad secundam partem dubij (nempè circa obstaculum indulti,) fuit maior difficultas. Quæ in eo posita erat, quod illud dat D. Cardinali facultatem conferendi omnia beneficia Sedi Apostolicæ specialiter, vel aliàs generaliter reseruata: seu quæ ex generali reseruatione affecta existunt, etiam ratione familiaritatis prædecessorum, & futurorum Pontificum. Vnde quamuis in eodem indulto dicta facultas restringatur, vt non comprehendat familiares, & continuos commensales eiusdem Pauli V. in illis
verbis ibi, *præterquam ratione familiaritatis continuæ com-*
mensalitatis familiarum nostrorum continuorum commensa-
lium, qui nunc sunt, seu aliàs, etiam dum Cardinalatus
honore fungebamur, fuerunt, aut quandiu militantis Ec-
clesiæ regimini præfuerimus, erunt, &c. Tamen cum † hoc 6
beneficium vacauerit post mortē Pauli V. dicebatur, quod
exceptio (de qua indulto) expirauit, & extincta fuit eius-
dem Pauli V. morte Gemin. *cons.* 93. *n.* 25. & in puncto fuit
etiam data quædam asserta *decis.* Gambar. 24. *aliàs* 25. qui
idem reperit in *tractat. de offic. legat. lib.* 3. *n.* 167. *cum seqq.* &
in simili fuit allegata *decis.* Mohed. 23. *n.* 1. *de præb.*

Ratio-

Rationes autem, quibus informantes pro D. Lupo
nitebantut, habentut in præcitatis Doctoribus, & de-
cisionibus. Quatum tres præcipuè recensentur. Prima:
quod prælibata exceptio (videlicet ratione familiaritatis
Papæ) est intelligenda de familiaritate existente de tem-
pore, quo beneficia vacare contigerit, quia nisi vacent
conferri non possunt. Vnde huiusmodi qualitas, nem
pe familiaritas, debet adesse tempore vacationis. Cum,
7 enim tunc temporis tantum intret facultas indulti † eo
etiam tempore debet intrare exceptio, & non antea,
vel post, ad *l. in delictis*, *§. si extraneus*, *ff. de noxal.*
& facit textus optimus *in l. 2. ff. de aur. & arg. legat.* sed
sic est quod Ioannes, tempore quo obijt, non erat fa-
8 miliaris Papæ, quandoquidem † per mortem Papæ
† familiaritas (quæ nihil aliud est, quàm quædam
quasi societas,) extincta remansit, vt ex multis con-
cludit Gambar. *in præcit. loc.* ergo videtur in præsenti
casu non intrare dictam exceptionem, sed intrare indul-
tum. Et accedunt verba indulti, ibi, *quamdiu mili-
tantis Ecclesiæ regimini præfuerimus, erunt*. Ponde-
9 rando † dictionem, *quandiu*, quæ est limitatiua tem-
poris, Anchar. *cons.* 230. *num.* 2. Honded: *cons.* 6. *num.*
36. *lib.* 1. & Surd. *cons.* 476. *num.* 2. *circa med.* Secunda
tatio est. Quod non sit verisimile, quod Papa voluerit
ptiuare Cardinalem facultate conferendi hoc beneficium
10 eo casu (nempe tempore vacationis) quo ipse Papa, †
qui tunc mortuus erat, non poterat gratificari familiari-
bus suis, *ex regula cessante causa*, & aduertit Gambar.
in d. tract. num. 173. Tertia, & vltima ratio adducitur.
Quia si Papa concessit Cardinali indultum conferendi be-
neficia reseruata tatione familiatitatis Pontificum præ-
decessorum (quæ ipse poterat prouidere, si vacarent in
11 eius vita) sic & multò magis beneficia † reseruata ra-
tione suæ familiaritatis vacantia post eius mortem,
quæ ipse tunc non poterat prouidere, ad *l. illud*, *ff. ad
l. aquil.*

Cæterum, his non obstantibus, fuit ad fauorem D.
Beltrandi resolutum, indultum non obstare. Et tatio
resolutionis fuit; quia cum hæsitari non possit (vt su-
pra dictum est) quin hoc beneficium per familiaritatem
Ioannis fuerit reseruatum, consequenter, quamuis fa-
miliaritas per mortem Papæ fuisset extincta, nihilomi-
nus semper etiam post mortem eiusdem, durauit affectio
12 ex trita regula, quod beneficia † semel reseruata sem-
per durant affecta: vt expresse disponit *Extrauagans
Pauli II. incipien. Ad Romani de præben* inter commu-
nes, Gambar. *in d. tract. num.* 132. & 180. *vbi num.* 167.
quod sic sæpè resoluit Rota, & idem Gambar. *decis.* 67.
Felin. *in cap. in nostra num.* 20. *vers. postea mutaui*, *de
rescript.* Anchar. *cons.* 138. *propè fin.* Menoch. *de ar-
bitr. iud. cas.* 201. *num.* 113. Gomes. *in regula de impetr.
per obit. quæst.* 18. *vers. & licet*. Simonet. *de reseruat.
quæstion.* 57. & 58. Silua *de benefic. part.* 3. *quæstion.*
11. Æn. de Falcon. *de reseruat. quæst.* 5. *princip. in* 2.
quæst. num. 6. Granut. *in addit. ad Simonet. quæst.* 35.
Gonzal. *super reg.* 8. *§.* 5 *proem. num.* 79. & Rota *de-
cis.* 13. 15. & 31. *num.* 1. *de præb. in antiq.* & *decis.* 10.
& 12. *eod. tit. in nou.* prout voluit Gambar. *vbi supra*
13 sed est tacita quædam reseruatio inducta (vti effectus ex
sua causa) ex expressa reseruatione Papæ tatione suæ fa-
miliaritatis. Ob eam nimirum causam: quod ex quo
14 semel † Papa manus apposuit per reseruationem, non
potest inferior collator de huiusmodi beneficijs disponere,
donec Papa semel disposuerit, *cap. vt nostrum de appellat.
cap.* 1. & 2. *de confirmat. vtil.* ex quibus iuribus in spe-
cie postea emanauit dicta constitutio, seu *Extrauagans
Pauli II vt benè Simon. quæst.* 64. *num.* 1. *cum seqq.* Garz.
de benef par. 5. *cap.* 1. *num.* 140. & Rota *in dicta decis.*
31. *num.* 2. *vers. in oppositum de præben. in antiq.* Bisi-
gnet. *decis.* 20. *de concess. præben.* & disponit expressè
regula 11. Cancellariæ.

Sed vlterius in casu nostro multum vrget. Quia sicut
ex tenore indulti apparet, quod Papa in generali facul-
tate Cardinali data, voluit comprehendere beneficia re-
seruata, & affecta, & ideo non solum vacantia in eius
vita, sed etiam post eius mortem paritet cum exceptio
15 † sit de regula, & recipiat easdem qualitates, quas ha-
bet regula, ad *l. nam quod liquidè in fin. de pen. leg.* Ca-
str. *cons.* 79. *num.* 3. *lib.* 1. dum Papa excipit à dicta gene-
rali facultate beneficia suorum familiarium, voluit
etiam in exceptione comprehendete dicta beneficia suo-
rum familiarium, nedum ex capite reseruationis expres-
sè, nempè familiaritatis, & sic vacantia in eius vita,
sed etiam ex capite reseruationis tacitæ, nempè affectio-
nis tesultantis ex præcedenti reseruatione expressa, &
pet consequens etiam beneficia suorum familiarium va-
cantia post eius mortem, quo solum tempore in hoc casu
potest considerari affectio. Qui sensus (vti dicebant Do-
mini) tantò magis recipi debet, ex quo exceptio reducit
rem ad ius primæuum ante indultum, & quia est etiam
litteralis, quandoquidem incipit clausula dispositiua in-
dulti, & ante orationem perfectam intermittitur exce-
ptio, ibi, *præterquam ratione familiaritatis*, *&c.* &
postea prosequitur: & finitur eadem clausula, ibi, *ge-
neraliter reseruata*, *seu ex generali reseruatione Apostoli-
ca affecta existunt*, *vel fuerint*. Vnde luce clariùs patet,
quod verba illa *reseruata & affecta* referuntur etiam ad
exceptionem, itaut exceptio comprehendat beneficia
familiarium Papæ, vacantia, tàm Papa viuente,
quàm eo mortuo.

Ex quibus non obstat † *cons.* Gemin. quia communi- 16
ter reprobatut, vt aduertit Simonet. *quæst.* 58. *num.* 14.
& idem Gemin. *in eod. cons.* seu verius additio in eo in-
troclusa, *num.* 15. *vers. sed demus*, fatetut quod dictum
consilium est multum periculosum, ex quo Rota passim
obseruat contrarium. Et † Felin. *in cap. in nostra num.* 17
20. *vers. & caue de rescript.* dicit: quod prius consuluit
iuxta *cons.* Gemin. sed quod postea mutauit sententiam
pet dictam *Extrauagantem Pauli II.* Minus obstat asser-
ta decisio, † Gambar. quia non est decisio, sed discur- 18
sus. Ex quo in eo non deciditut causa, nec quidquam
firmatur, sed solum Gambar. vti integer & fidelis rela-
tor recenset vtriusque opinionis argumenta. Et quæ ad-
ducit pro hac sententia (cum præcipuè fundentur in dicta
Extrauaganti) magis incalescunt, & præponderant,
vt affirmat Mandos. *in reg.* 3. *num.* 15. Prout etiam idem
Gambar. sentire visus fuit in dicto tract. loco † supra cita- 19
to dum attestatur, sic Rotam obseruare. Demum non
obstat decisio Mohed. quia veritas est quod Rota illam
non sequitur, sed contrarium † iuxta antiquas Rotæ de- 20
cisiones, & Extrauagantem prædictam, prout aduer-
tit Granut. *in addit. ad Simonet. quæst.* 35. *num.* 40.

Non obstat etiam prima ratio in contrarium adducta:
nempè quod sit attendendum tempus vacationis, † quia 21
immò ex supradictis debet attendi tempus reseruationis,
vt etiam resoluit Cassad. *decis.* 23. *num.* 4. *de præben.* vbi
quod nihil tefert, duret, vel non duret, familiaritas,
ex quo semel produxit reseruationem, & affectionem, † 22
quæ ideo semper durat, etiam mortuo Papa, itaut non
sit attendenda præcisa familiaritas, vti familiaritas, sed
vinculum, & effectus ex ea resultans, Felin. *in d. cap.
in nostra*, *num.* 20. *vers. mouetur*. Sarnen. *in d. reg. de
impetr. benef. vac. per obit. quæst.* 18. *vers. & licet*. Bisi-
gnet. *d. decis.* 20. *de concess. præb.* Seraph. *decis.* 1251. *num.*
20. *in fin.* Et propterea nihil ad rem, quod causa cessaue-
rit; quia † durat nihilominus effectus iam perfectus, & 23
consumatus *l. inter stipulantem*, *§. sacram de verb. oblig.*
Tiraq. *in tract. cessante causa limit.* 12. *num.* 1. Prout etiam
Papa in dicta exceptione insinuauit, dum non excepit
beneficia vacantia per obitum suorum familiarium. Quo
casu forte procederet obiectum, & meritò dubitari pos-
set, an † intraret dispositio *text. in d. §. in extraneis*, sed 24
dixit quòd excipiebat beneficia reseruata ratione familia-
ritatis suorum familiarium. Quæ verba benè perpensa
dubio procul exceptionem realem, & perpetuam efficiunt.
Ex quo etiam reseruatio ex capite familiaritatis iuxta di-
ctam Extrauagantem, & tegulas Cancellariæ realis est,
& perpetua: quamuis familiaritas non sit perpetua, sed
morte Papæ extincta fuerit. Vnde non obstant etiam
verba restrictiua dictæ exceptionis ibi: † *quandiu &c.* 25
quia (vt patet ex lectura) non limitant teseruationem
ad vitam Pontificis, sed solum qualificant personas fami-
liarium suorum, siue dum Papa Cardinalatus fungeba-
tur honore, siuè dum vniuersali Ecclesiæ præfuit.

Tandem non obstant secunda, & tertia tatio. Nam
illa: quod non sit verisimile, quod Papa post eius mor-
tem (quo tempore non potest conferre) voluerit priuare
Cardinalem facultate conferendi, penitus cessat. Quia
si admitteretut, *Extrauagans Pauli II* & *d. reg.* 11. *Can-
cellariæ*, quæ reseruant † successoribus beneficia reser- 26
uata per Pontifices prædecessores essent inanes, & super-
fluæ: cum semper opponi posset de huiusmodi verisimili
mente

mente reseruantis. Et præterea dicta ratio retorquetur.
27 Quia verisimilius est, † quòd Papa voluit se iuri confor-
mare. Alia autem ratio, quòd Papa non excepit bene-
ficia prædecessorum, quæ ipse poterat prouidere, & id-
circò quod multò minus excepit beneficia suorum fami-
liarium vacantia post mortem suam, quæ non potest
prouidere, est nullius considerationis, quia eò ipso quod
illa non excepit etiam retorquetur. Et in beneficialibus
non admittitur hoc argumentum *cap. si cui de præben. in*
28 *6.* sed imò (vt dictum est) quod voluit Papa † se confor-
mare cum dicta Extrauaganti, & regulis Cancellariæ.
Et insuper inter vnum, & alium casum (præter maio-
rem animi affectum, quem habet Papa ad Beneficia suo-
rum familiarium) adest etiam alia optima disparitatis
29 ratio: quia quoad † Beneficia familiarium Papæ, qui
Indultum concessit, posset ex eodem Indulto per eius
mortem aliquid sperari. Quod Papa penitus noluit.
30 Quæ ratio † cessat in Beneficijs familiarium Pontificum
prædecessorum iuxta tradita per Doctores in *l. illæ insti-
tutiones cum l. præcedenti per illa iura, ff. de hæred. instit.*
Et quæ ego dixi in *tractatu de condit. & mod. impossib. 3.
part. cap. 5. num. 20. & per tot.* Et in omnem casum ces-
sant omnia cum ex verbis dictæ exceptionis appareat de
clara mente Pontificis.

Et ita decisum vtraque, &c.

¶ Infra in eadem causa adest alia decisio sub die Lunæ 20. Nouembris 1628. coram eodem R. P. D. Vrgellen. est decisio 212.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Ferrarien. Archipresbyteratus.

Die Veneris 26. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Institutio in Iurepatronatus facta, quando, & ex quibus causis dicatur attentata. Iudex aliundè quàm ex actis moueri non potest. Iuspatronatus quando versatur in persona potenti, qualiter probetur tam secundùm ius commune, quàm secundùm dispositionem Concil. Trident. latè, & abundè iste articulus discutitur. Enunciatiuis Papæ quando stetur, & quando è contra.

SVMMARIVM.

1 *Institutio in Iurepatronatus est attentata, quando facta fuit in contradictorio iudicio.*
2 *Institutio si fuerit concessa, pendente termino ad appellandum, dicitur attentata.*
3 *Institutio, licet non habeat vim diffinitiuæ, nihilominus ab ea datur appellatio.*
4 *Lex, si diceret, quod à sententia interlocutoria, quæ trahit secum executionem, vt ne detur appellatio, esset iniqua, & quando à d. sententia appellatur, causat attentata, num. 5.*
6 *Præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi, etiam quod nullum detegatur ius possessionis, non debet amoueri.*
7 *Episcopus non potest instituere, quando ante præsentationem, fiat mota lis existenti in quasi possessione præsentandi.*
8 *Patronus non potest præsentare, quando lis fuit mota possessori ante vacationem.*
9 *Appellatio ad effectum suspensiuum, quando agitur de institutione in Ecclesia Parochiali, non datur, sed ad effectum deuolutiuum tantum, & num. 12.*
10 *Concil. Trid. sess. 24. cap. 18. de reform. in quo casu loquatur, declaratur, & num. 27. & 49.*
11 *Attentata in institutione iuris patronatus, quando euitari non possunt.*
13 *In Actis ea, quæ non sunt, nulla de illis est habenda consideratio.*
14 *Iudex aliundè, quàm ex actis sumere non potest informationem.*
15 *De actis ea, quæ non sunt, dicuntur non esse de hoc mundo.*
16 *In Actis non sufficit iura esse, nisi etiam fuerint producta, parte citata ad dicen. con.*
17 *Instrumentum rogatum in officio Notarij causæ, non dicitur de actis, nisi fuerit repetitum, cum partis citatione.*
18 *Productio facta in vno iudicio, non nocet in alio.*
19 *Iurispatronatus vsurpatio, præsumitur quando sumus in magno Principe.*
20 *Iurispatronatus probatio, quando spectat ad personam Magnatis, requiritur immemorabilis, cum præsentationibus effectum sortitis per 50. annos, secundùm Conc. Trid.*
21 *Probatio immemorabilis iurispatronatus requiritur in Magnate, de iure communi.*
22 *Iurispatronatus vsurpatio præsumitur in eo, qui habet iurisdictionem in loco beneficij.*
23 *A Tituli primordio, euentus posterior formatur.*
24 *Principium attenditur in actu nulliter concepto.*
25 *Principium debet attendi, vbicunque aliquid fit in executionem præcedentis actus.*
26 *Vsurpatio iurispatronatus, vt præsumatur in Magnate sufficit, quod sit, vel fuerit Dominus temporalis loci, vbi existit beneficium.*
28 *Decis. in causa Toletana iuris decimandi 3. Maij 1582. reprobatur à Rota.*
29 *In iurepatronatus dato concursu paris, vel maioris potentiæ Episcopi, an esset præsumptio vsurpationis.*
30 *Iuspatronatus si prætendat familia potens, & magna, eisdem modis debet illud probare, quàm dominus Castri.*
31 *Iuspatronatus præsumitur ex vsurpatione, nedum in dominis, sed etiam in familia potenti, & Vniuersitate, & num. 32.*
33 *Potentia probatur ex diuitijs, amicis, numerositate personarum, & familiarum, ac populari existimatione.*
34 *In potentia iudicanda hoc est reliquendum arbitrio, & religioni iudicantis, & num. 35.*
36 *Iuspatronatus præsumitur ex vsurpatione, in Vniuersitate etiam parua, & sine iurisdictione.*
37 *Iuspatronatus, vt præsumatur ex vsurpatione in persona potenti, requiritur potentia in loco beneficij.*
38 *Iurisdictio extra locum beneficij non sufficit ad præsumendum iuspatronatus ex vsurpatione in persona potenti.*
39 *Consequentia illa, habet iurisdictionem in loco beneficij, ergo intrat præsumptio vsurpationis iurispatronatus, valet.*
Sed illa alia, non habet iurisdictionem in loco, ergo non intrat præsumptio vsurpationis regulariter non valet, num. 39.
40 *Iurispatronatus quasi possessio, vt acquiratur plura requiruntur.*
41 *Iurispatronatus probatio in persona potenti iuxta formam Concil. Trid. requiritur, tam in petitorio, quàm in possessorio. Vide rationem, num. 44. 48.*
42 *Præsentandi quasi possessio non sufficit docere, ad effectum manutentionis iurispatronatus, quando sumus in persona potenti.*
43 *Patronus potens, qui semel docuit de iurepatronatus iuxta formam Conc. Trid. non est repellendus à quasi possessione præsentandi.*
45 *Ex præsentatione facta sine titulo, Patronus censetur in mala fide vera, & propterea non acquirere aliquod ius in possessione.*
46 *Præsentandi quasi possessio, an attendatur, si sit facta sine titulo, quando adest bona fides.*
47 *Bona fides in quasi possessione præsentandi præsumitur adesse spatio 20. annorum.*
50 *Iuspatronatus quasi possessio non probatur ex assertione Episcopi, sed ex actis probari debet, sicuti etiam probari debet iuspatronatus, num. 51. & 61.*
52 *Iudicis assertionibus non creditur, nisi factæ sint præuia causæ cognitione, & de illis appareat in processu.*
53 *Episcopi confessio, quod beneficium sit de iurepatronatus non præiudicat Ecclesiæ.*
54 *Iuspatronatus quando iustificatur, debent citari illi, de cuius interesse agitur.*
55 *Causæ cognitio, quod non fuerit adhibita, apparet ex breuitate temporis.*
56 *Acta omnia indigent tempore, vt aliquid maturius agatur.*
57 *Iudex, quando potuit instrui breuitate temporis, tunc breuitas non vitiat.*
58 *Sententia antiqua potest exequi sine actis.*

59 *Sen-*

59 Sententia, vt dicatur antiqua, debet esse lata ante 30. annos.
60 Probationes antiquas, qui vult impugnare, tenetur exhibere acta.
62 Forma data à Conc. Trid. sess. 24. cap. 18. de reformat. super probatione iurispatronatus potentium, non potest adimpleri per æquipollens.
63 Neque hoc casu sufficit probatio præsumpta resultans ex enunciatiuis, & institutionibus Episcoporum.
64 Assertioni Episcopi de præsentatione coram se factis creditur; sed secus est, attenta dispositione Conc. Trid. num. 65.
66 Assertione Episcopi standum est in his, quæ concernunt suum officium.
67 Iuspatronatus secundum dispositionem Conc. Trident. debet probari ex actis.
68 Ecclesia regulariter præsumitur libera, nec suffragatur institutio in iurepatronatas sine causæ cognitione, num. 69.
70 Enunciatiua Papæ non iuuat, quæ non fuit facta motu proprio, nec continet, factum proprium ipsius Papæ.
71 Quod procedit etiam si super ea fundetur intentio Papæ.
72 Enunciatiuis Papæ non statur, quando concernunt interesse partis.
73 Decis. in causa Pertuen. Beneficiû declaratur, & num. 75.
74 Assertioni Papæ, quando stetur.
76 Ordinariæ probationes, quando sufficiant in iurepatronatus.
77 Probationes leuiores sufficiunt ad probandum iuspatronatus quando de eo pluraliter non agitur.
78 Probationes exactæ requiruntur ad probandum iuspatronatus quando agitur ad effectum institutionis in præiudicium libertatis beneficii.
79 Verbum, remaneat, cuius sit naturæ.
80 Concessionem alicuius Castri, si Imperator faciat, cum suis pertinentiis, quid veniat.
81 Concedere id, quis videtur, quod suum erat.
82 Priuatio præsupponit habitum.
83 Iurispatronatus existentia, quando est fundamentum agentis, qualiter probari debet.
84 Dispositio Papæ ex certa scientia facta præiudicat libertati Ecclesiæ.
85 Conc. Trident. sess. 25. cap. 9. de reformat. declaratur, num. 86.
87 Iuspatronatus an præscribi possit.
88 Patronus potens, si velit iuuari præscriptione ad probandum iuspatronatus de iure communi debet docere de immemorabili.
89 Patronus potens, si prætendat iuspatronatus ex priuilegio, vel confirmatione Apostolica, debet de eis docere.
90 Priuilegium inualidum non iuuat patronum, licet sit in quasi possessione præsentandi per quodlibet longissimum tempus.

DECISIO CXCVII.

VACANTE Archipresbyteratu Bondeni, Sere-
nissimus D. Dux Mutinæ prætendens, illum esse
de iurepatr. præsentauit coram Suffraganeo Ferrariensi
Iulium Veneticum, cui præsentationi se opposuit Pro-
motor Fiscalis Episcopatus, & hinc inde pluribus actita-
tis, tandem idem Coadiutor die 31. Iunij superioris anni
per hæc formalia verba præsentato Institutionem conces-
sit; mandans Sereniss. D. Ducem manuteneri in possessione,
seu quasi iuris præsentandi, & nominandi, & ad hunc ef-
fectum mandauit, præsentatum institui, prout ipse die 3.
Augusti sequentis instituit, & die 23. eiusdem mensis
Promotor Fiscalis à die habitæ notitiæ interposuit appel-
lationem cum protestatione, quòd nihil fieret appella-
tione pendente. Vndè introducta causa in Rota, dubi-
taui, An dicta Institutio suffragaretur, & negocio ma-
turè discusso, negatiuè fuit resolutum ex duplici ca-
pite.
1 Primò, quia huiusmodi Institutio † fuit attentata, ex
quo cum fuerit facta in contradictorio Iudicio, habet vim
diffinitiuæ, & causat attentata glos. in cap. fin. in verb.
Inanes de elect. in 6. Ioann. Andr. in cap. Auaritiæ, ante
num 4. vers. item facta ordinato Iudicio. Gemin. ante num.
7. vers. tertias quando fit ordinato iudicio cum contradicto-
re. Franc. num. 3. de elect. in 6. Innoc. in cap. constitutus 46.
in fin. vers. secus autem. Ost. num. 11. in fin. vers. si autem
procederetur. Abb. num. 14. de appellat. Lancellot. de at-
tent. 2. part. cap. 12. limit. 49. per tot. vbi num. 2. dicit, quod
etsi Lambertin. de iurepatron. lib. 2. part. 2. art. 5. quæst. 11.
num. 2. teneat contrarium, Nihilominus cum fuerit allega-
tus in causa Neapolitana de Squillagiis coram Oradino de
mense Decembris 1562. Rota non admisit hoc dictum, & di-
xit quod lectura erat corrupta, & subdit, quod plerique ex
Dominis idem sentiebant, dum proponebatur causa Bituntí-
na Beneficiorum 16. Iunii 1561. coram Rubeis, & tandem
concludit, quòd dictum Lambertini potest saluari, quando
extraiudicialiter proceditur, tunc enim ab Institutione non
datur appellatio, vt dicunt etiam omnes DD. supra allega-
ti, & num. 4. in fine dicit, quod Abb. in cap. constitutis, lo-
quitur quando Ordinarius summariè, & extraiudicialiter
procedit ad Institutionem, vt dixit Rot. in causa Compostel-
lana coram Chissanen. 16. Ianuarii 1554. & verè ita loqui-
tur Abb. & distinguit, quando extraiudicialiter procedi-
tur, vt videre est num. 5. & quando iudicialiter allegato
num. 14. Rota decis. 6. num. 2. part. 2. vbi aliæ decisiones
allegantur, & latè Garz. de Benefic. par. 9. cap. 4. num.
16. cum pluribus seqq. & ista procedunt, siue appellatio
antecesserit, siue subsequuta fuerit actualem institutio-
nem, quia sufficit ad effectum † attentatorum, quod 2
institutio fuerit concessa pendente tempore ad appellan-
dum, cum actualiter fuerit appellatum in tempore. Cas-
sad. decis. 3. de rest. spol. Cæs. de Grass. decis. 2. de appellat.
Put. decis. 414. num. 2. lib. 3. in correct.
Et prædicta eò magis placuerunt Dominis, quia dato
etiam sine veri præiudicio, quod † institutio non haberet 3
vim diffinitiuæ, nihilominus ab ea dabatur appellatio,
cum traheret secum executionem, & non posset reparari
per diffinitiuam. Federic. de Senis cons. 66. in princip. vbi
quod si à tali interlocutoria non posset appellari, lex † per 4
hoc dicendum esset iniqua, quia præstaret occasionem
Iudicibus perperam interloquendi, Anchar cons. 372. nu.
5. versic. circa verò secundum. Rot. decis. 181. in fin. lib. 3.
part. 3. Natt. consil. 172. num. 2. & seqq. lib. 1. & ideò gesta
appellatione pendente etiam ex illo capite essent attenta-
ta, quia † appellatio, etiam ab interlocutoria, quando 5
est admittenda, causat attentata, Roman. consil. 301.
num. 2. vbi Apostill. dat. concord. Quod autem ab ista inter-
locutoria daretur appellatio, non potest ambigi, ex eo
quod Suffraganeus Ferrariensis instituit, ex quo Sereniss.
D. Dux erat in possessione, ergò interlocutoria trahebat
secum executionem, itaut non posset per diffinitiuam re-
parari, quia tunc videtur posse reparari, quando possessor
si succumbat, tenetur restituere omnes fructus, quos
percipit post litem contestatam: sed si institueretur præ-
sentatus appellatione pendente ab Institutione iudiciali-
ter concessa, & succumberet, Ordinarius, qui præten-
dit libertatem, non posset recuperare fructus, hoc est,
prouisionem illius beneficij, quia præsentatus † ab exi- 6
stente in possessione præsentandi, etiam quod nullum de-
tegatur ius possessoris, non debet amoueri, cap. consul-
tationibus, de iurepatr. cap. querelam, de elect. & vtro-
bique DD. Calderin. consil. 23. in princ. vers. illud tamen,
de præb. Oldrad. cons. 312. n. 2. Abb. consil. 54. n. 2. p. 1. Rot.
decis. 374. n. 3. par. 1. in recent. & ità in puncto licèt ad aliud
propositum dicit glos. in cap. ex litteris, in verb. vel an-
tequam, & ibi Abb. num. 9. versic. ratio est ista, de iuris-
patron. Alex. consil. 75. num. 46. lib. 4. Rocch. de iurepatr.
in verb. competent quæst. 23. in 2. & 3. opin. qui Docto-
res licet loquantur, quando ante præsentationem fuit
mota lis existenti in quasi possessione præsentandi, benè
tamen applicantur in terminis ad casum nostrum, quia
ratio huius opinionis respicit casum, quare † Episcopus 7
instituere non possit, vt considerat Lancellott. de attent.
lit. pend. part. 2. cap. 4. in præfat. num. 649. licet in casu, quod
lis moueatur possessori ante † vacationem, verior opi- 8
nio sit, quòd nec Patruus possit præsentare, vt per Lan-
cellot. de attent. vbi sup. d. num. 449. & seqq.
Non obstat, quod hic agitur de Parochiali, & ideò † 9
non erat admittenda appellatio ad effectum suspensiuum,
sed deuolutiuum tantum, vt disponit Concil. Trident.
sess. 24. cap. 18. de reformat. & est constit. sanct. mem. Pii V.
33. in nouis. in §. 5. Incipiente Decernentes. Quia fuit
responsum, quod Concilium loquitur † in relatione fa- 10
cienda ab examinatoribus, quæ non potest suspendi per
appellationem, quo minus fiat institutio, secus in casu
illo,

isto, in qno agitur de Iurepatronatus & Sereniss. D. Dux
prętendit esse in quasi possessione pręsentandi ac iudiciali-
ter fuit processum ad institutionem, non ex relatione Exa-
minatorum, sed ex prætensa quasi possessione; vnde ex pre-
11 dictis euitari † non possunt attentata, vt fuit resolutum
in causa *Lucan. Plebis, seu Parochialis 8. Iunii 1571. co-
ram bon. mem. Cardin. Lancellotto seniore, siuè Binarino*,
quam refert Garz. *de Benefic. part. 9. cap. 4. num.* 18. &
in istis terminis loquitur etiam Constitutio prædicta san.
12 mem. Pij V. & in puncto, quod institutio Parochialis †
iudicialiter facta pendenre appellatione sit attentata,
fuit resolutum in causa *Aurien. Parochialis 1. Iulii 1596.
coram recol. mem. Francisco Penia*, & in alia *Aurien.
Parochialis 4. Decembris 1596. coram bon. mem. Cardin.
Lancellott. iuniore*, ac in causa *Compostellana Parochia-
lis de Bayona 9. Decembris 1598. coram eodem bon. mem.
Penia*, quas decisiones refert Garz. *vbi sup. num. 22. cum
seqq.* & passim meo tempore hoc fuit dictum, & sine
controuersia admissum.

Secuodò principaliter dictum fuit, institutionem non
suffragari, quia aut prætenditur, quod illa possit susti-
neri ex quo constat de Iurepatronatus Sereniss. Ducis; aut
ex quo est in quasi possessione præsentandi, ad quam se
restrinxit Suffraganeus Ferrariensis. Et ex probatione
Iurispatronatus dicta iostitutio defendi non potest, quia
aut illud prætenditur probari, ex dotatione, & funda-
tione iuxta formam præscriptam à Concilio, vel ex
Priuilegio, si ex dotatione & fundatione, de illa non
constat: si ex priuilegio oec minus; Non potest enim fieri
vis in priuilegijs ponderatis in causa *Comaclen. & Ferra-
rien. Præpositurę, & Beneficii 15. Decembris 1625. co-
ram bon. mem. Remboldo*, quia copiæ illorum fuerunt pon-
deratæ per Datariam impugnando d. prætensa priuilegia,
qualia illa esseot, nec fueruot producta in actis, vnde
in illis non potest fieri aliquod fundamentum, nisi per
Serenissimum Ducem producantur in actis hujus causæ,
vt per Rot. cognosci possit, quantum releuent, & ideò,
13 † cum non sint in actis, nulla est illis habenda conside-
ratio, cum Rota non admittat, quòd possit Iudex aliun-
14 dè, quàm † ex actis sumere ioformationes, vt fuit re-
solutum in causa *Perusina separationis Thori 28. Iunii 1589.
coram bon. mem. Gypsio, sanct. mem.* Gregor. *decis. 224. in
fin.* Rot. *decis. 445. num. 8. part. 1. diuers. & decis. 278. num.
2. part. 4.* & passim hoc tenet Rota; quod etiam fuit opti-
ma ratione ponderatum in causa *Romana hæreditatis 17.
Iunii 1611. coram bon. mem. Cardin. Sacrato*, vbi quòd si
Iudex extra acta moueri posset, non posset pars facere
suas diligentias, & ita tollerentur defensiones, vnde ea,
15 quæ † non sunt de actis, dicuntur non esse de hoc
mundo Rot. *decis. 404. sub num. 1. part. 1. recent.* quæ adeò
16 vera sunt, vt non sufficiat, † iura esse in actis, nisi etiam
fuerint producta parte citata ad dicendum contra; Cas-
sador. *decis. 7. in fin. de appellat.* Cæs. de Grass. *decis. 3. nu.
17 7. de restit. spol.* etiam quòd instrumenta † sunt rogata in
actis eiusdem Notarij causæ, nisi saltem repetantur cum
partis citatione, vt fuit dictum in causa *Romana Saluia-
ni 25. Maii 1616. coram Illustriss. D. Cardin. S. Eusebii, &
coram san. mem.* Gregor. *in decis. 508. num. 6.* immò si di-
18 cta priuilegia † fuissent producta in illo iudicio (quod ta-
men non est verum) non nocerent in isto, Ceph. *consil.
377. num. 86.* Riminald. Iun. *cons. 213. num.* 20. Achil. *decis. 2.
de confess. san. mem.* Gregor. *decis. 432 num. 5.*

Aut verò prætenditur probari Iuspatronatus iuxta for-
mam Concilij, & cum agatur de magno Principe, cer-
19 tum est, qnod tam de iure communi præsumitur † ex
vsurpatione Put. *decis. 55. & 56. lib. 1. & decis. 356. part. 2.
in correct.* Mohed. *decis. 10. de Iurepatron.* quàm ex dispo-
sitione Concilij Rota *coram san. mem. Clem. VIII. decis. 199.
part. 2. diuers. & decis. 331. ead. part. 2.* & ideò aut Serenis-
simus D. Dux prætendit hoc Iuspatronatus ex persona
cla. mem. Ducis Alphonsi vltimi Ducis Ferrariæ, aut
ex persona propria: Si ex persona Ducis Alphonsi, pro-
ut videtur prætendere, vt paret ex litteris obtentis à
sanct. mem. Paulo V. ibi, *quæ de Iurepatron. Laicorum
Nobilium virorum dilecti filii Cæsaris de Este Mutinæ, &
Regii Ducis ex fundatione, vel dototione iuxtà Capitulatio-
nem Fauentinam existis:* Si enim prætendit hoc Iuspatro-
natus ex Capitulatione Fauentina, in necessariam con-
sequentiam illud prætendit ex successione Ducis Al-
phonsi, & isto casu, dum illud prætendit ex iure Ducis
Alphonsi, seqnitur, quod istud Iuspatronatus habeat
præsumptionem iuris contra se, ita vt, cum agatur de
Iurepatronatus spectante ad personam Magnati, † requi- 20
ratur probatio immemorabilis cum præsentationibus ef-
fectum sortitis spatio 50. anoorum iuxtà dispositionem
S. Concilij Trident. *sess. 25. cap. 9. de reformat.* in eo enim
solo Concilium alterauit dispositionem iuris communis,
vt debeat doceri de dictis præsentationibus effectum sorti-
tis spatio 50. annorum, quia etiam de iure communi † in istis 21
Magnatibus requiritur probatio immemorabilis, vt in-
fra dicetur. Et quòd Dux Alphonsus comprehenderetur
sub ista dispositione Concilij, est extra † omnem difficul- 22
tatem, cum haberet Iurisdictionem in loco, Put. *d. de-
cis. 55. & 56. & vtrobique additio lib. 1. in correctis, &
decis. 3. & 8. de iurepatron.* Chissanen. *decis. 67.* Capu-
taq. *decis. 128. part. 2.* Mohed. *decis. 10. num. 2. de Iure-
patron.* Cotta *decis. 356.* Rota *decis. 52. num. 2. 6. & 7.
& decis. 219. num. 1. vers. Ratio, part. 1. in recent. san.
mem.* Gregor. *decis. 222. num. 1. & ibi latè Add.* & fuit
resolutum in causa *Lucana Iurispatron. de Podiis 5. Mar-
tii 1621. coram me*, & hac quidem probatione vti debet
Sereniss. D. Dux Mutinæ, cum sit successor Ducis Al-
phonsi: a primordio † enim tituli posterior formatur 23
euentus, *lib. 1. §. nulla, & ibi glos. in vers. Primordium
tituli C. de impon. lucr. descript. lib. 10.* Oldrad. *cons. 94.
in princip. vers. Es quantum ad primum*, vbi quod prin-
cipium attenditur in actu nulliter † concepto, qnia si à 24
principio fuit actus nullus io sua conceptione respectu vi-
tij personarum, etiam quod actus sit sub conditione non
conualidatur, licèt tempore purificatæ conditionis ces-
set vitium, & generaliter vbicunque aliquid fit in execu-
tionem præcedentis actus, attenditur actus † præcedens, 25
& sic principium, Anchar. *cons. 28. num. 3.* & in terminis
iurispatronatus. Rota *d. decis. 219. num. 1. vers. ratio fuit,
part. 1. recent.* vbi æquiparat illos, † qui suot, vel ali- 26
quando fuerunt Domini temporales loci, vbi existit be-
neficium.

Si verò Sereniss. D. Dux prætendit hoc iuspatronatus
ex persona propria, eget eadem probatione, quia decre-
tum prædictum † Concilij *sess. 25. cap. de reformat.* propter 27
dictionem *plerumque* qua vtitur, habet locum etiam quan-
do cessat præsumptio vsurpationis, si iuspatronatus præ-
tendatur à persona Potenti, vel Magnate, siue Vniuer-
sitate, vt censuit Congregatio Illustrissimorum Inter-
pretum, & dixit Rota *in causa † Sorana iurispatron. 28.* 28
Aprilis 1603. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, vbi fuit
reprobata decisio in causa *Toletana iurisdecimandi 3. Mai
1582.* in qua dicebatur, quòd dato † concursu paris, vel 29
maioris porentiæ Episcopi, cessat præsumptio vsurpatio-
nis, & idem fuit dictum coram eodem *in Iacen. Parochia-
lis 27. Iunii 1603.* & admissa in d. causa *Lucana iurispatro-
nat. de Podiis 14. Iunii 1621. coram me*, & quod requira-
tur eadem probatio, † quando ad iuspatronatus agit fa- 30
milia potens, & magnas, prout requiritur, quando agit
Domious Castri, sæpissimè fuit resolutum A.A. *decis. 104.
lib. 2. aliàs 1273. lib. 3. part. 3. diuers.* vbi simpiiciter loqui-
tur io iurepatronatus Magnatum, Achil. *decis. 4. num. 10.
de iurepatronat.* Crescent. *decis. 1. eod. tit.* Chissanen. *d. de-
cis. 67.* Ioan. Paul. *decis. 8. aliàs 842. lib. 3. part. 3. diuers.* vbi
quod iuspatronatus præsumitur † ex vsurpatione, nedum 31
in Dominis, sed etiam in familia potenti, & vniuersita-
te, & quod D. Simone, dum erat Auditor annotaue-
rat, quòd de familia † potenti hoc pluries fuerat resolu- 32
tum, Cotta *decis. 356.* Peregr. *decis. 5. lib. 2. & fuit resolu-
tum in causa Neapolitana Cappellaniæ 29. Ianuarii 1579 co-
ram bon. mem. Cardin. Lancellot. seniore*, vbi de familia Ca-
racciola, Seraph *decis. 952. num. 6.* vbi de Nobilibus Ve-
netis io Statu Venetorum, quæ conclusio fuit habita pro
indubitata in d. causa *Lucana Iurispatr. de Podiis 5. Mart.
1621. coram me.*

In proposito autem, siue dicamus † potentiam proba- 33
ri ex diuitijs, amicis, numerositate personatum, & fa-
miliarum, ac populari existimatione, prout volunt DD.
in lib. 1. ne liceat, in petent. & in cap. fin. vbi Card. *num. 3.
& 5. de alien. iud. mut. causa fact.* & negari non potest, quod
Serenissimus D. Dux censeri debeat persona potens respe-
ctu Nobilitatis, & magnæ potentiæ, ac magnarum diui-
tiarum, etiam in statu Ferrariæ, totiusque populi exi-
stimationis; cum illa Ciuitatis fuerit sub dominio istius
familiæ, & in illa Ciuitate adsint quamplures familiæ à
principibus Atestinis beneficatæ: † siue dicamus in iudi- 34
canda potentia hoc esse relinquendum arbitrio, & reli-
gioni

gioni iudicantis, prout voluit Bald. *conf.* 151. *sub num.* 1.
*verf.uam illa lex lib.*1. cuius dictum sequuta fuit Rota in d.
causa *Lucana iurispatron. de Podiis* 14. *Iunii* 1621. *coram*
me, & nemo sanæ mentis inficiari poterit, quin intret ar-
35 bitrium † Iudicis in casu, de quo agitur pro iudicanda per-
sona Sereniss. Ducis potenti in Ciuitate Ferrariæ, tam
propter magnitudinem personæ, & diuitiarum, præser-
tim in ditione Ferrariesi, quàm propter alias adhærentias,
vt supra dictum est.

Et prædicta esse vera, quòd scilicet vfficiat potentia in
loco, quamuis non sit coniuncta cum iurisdictione, satis
deprehenditur ex eo, quia Sacra Congregatio, prout e-
tiam Rota, sæpè censuerunt, iurispatronatus voiuersi-
36 tatis † etiam paruæ, & sine iurisdictione in loco, ac etiam
Parochianorum præsumi ex vsurpatione, Put. *d.decis.*55.
& 199. *lib.*1. *in correct.* Mohed. *d. decis.* 2. *in fin. de iurepa-*
tron. Crescent. *decis.* 1. *num.* 2. *eod. tit.* Ioann. Paul. *d. de-*
cis. 842. *num.*1. *vers. secus tamen*. Chissanen. *d. decis.* 67.
in princip. Mantic. *decis.* 234. *&* 253. *num.*1. Rot. *d. decis.*
199. *part.*2. etiam quòd qualitas sit parua, vt fuit resolu-
tum in causa *Nullius Archipresbyteratus Fossæ Secchæ* 2.
Maii, *&* 1. *Iulii* 1588. *coram bon. mem. Cardin. Pamphil.*
ac etiam quod iuspatronatus prætendatur à paucis Paro-
chianis, siue vicinis, fuit resolutum coram me in causa
Cremonen. Capellaniæ 11. *Aprilis* 1601. *& in causa Bono-*
nien. de Varignana 20. *Martij* 1589. *coram Gyptio*, *& in*
causa Ilerden. beneficii 11. *Martij* 1596. *coram Pena*,
Mantic. *d. decis.* 234. *num.*1. *vers. quod locum*, *& d.de-*
cis. 253. *num.* 3. Rot. *decis.* 431. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* &
optimè facit *doctrin. Specul. in tit. de iurepatron. num.* 11.
Gonz. *super regul.*8. *glos.*18. *num.* 68. *vers. quod etiam* Garz.
*de benef. part.*5. *cap.*9. *num.*102.

37 Non obstat, quod † ad effectum, vt præsumatur ius-
patronatus ex vsurpatione in persona potenti requiratur
potentia in loco, vt in decisionibus supra allegatis, itaut
iurisdictio extra locum beneficij non sufficiat ad præsu-
38 mendum † iuspatronatus esse ex vsurpatione; vt fuit re-
solutum in causa *Meliten. iurispatron.* 10 *Martij* 1608. *cor.*
Illustriss. Card. S. Eusebii. Quia fuit responsum, prædicta
rectè intellecta non obstare: nam vera est consequentia:
habet iurisdictionem in loco, ergo intrat præsumptio vsur-
39 pationis, sed regulariter: † non est vera consequentia:
non habet iurisdictionem in loco: ergo non intrat præ-
sumptio vsurpationis, nisi quando cessante iurisdictione
ex alijs, cessat quoque potentia, prout *in d. causa Me-*
liten. in qua cum prætendens iuspatronatus non præsu-
mebatur ex vsurpatione, quia ex alijs cessabat potentia
in loco, quæ quidem potentia in statu Ferrariæ non ces-
sat in Sereniss. D. Duce, licet cesset iurisdictio stante
magnitudine illius personæ, ac diuitiarum, alijsque su-
pra ponderatis.

Aut verò prætenditur, institutionem posse sustineri, ex
quo Sereniss. D. Dux est in quasi possessione præsentandi,
& illa non suffragatur. Et pro huius articuli resolutione
40 tria sunt præmittenda Primum, † quòd ad acquirendum
possessionem iurispatronatus plura requiruntur; & primò
quòd ille, qui vult præsentare, præsentauerit bona fide.
Secundò, quòd præsentatio fuerit admissa. Tertiò, quòd
institutus fuerit habitus tanquam Rector in possessione
Rectoriæ. Quartò, quòd præsentans credat vti iure suo.
Quintò, quòd ille, in cuius præiudicium possessio quæri-
tur, hoc sciat, & patiatur, Calder. *cons.* 12. *de iurepatr.*
Dec. *cons.* 129. *num.*3. Gig. *cons.*48. *num.*42 *& cons.* 49. *num.*
79 *&* 80. Roch. *in verb competens*, *quæst.*14. *num.*35. *cum*
pluribus seqq. Lambert. *de iurepatr. lib.*2. *part.*1. *quæst.*3. *art.*
10 Paleott. *decis.*680. *lib.*3. *part.*3. *& decis.*687. *num.*1. *part.*1.
diuers. & fuit dictum in causa Firmana iurispatron. 17. *Iunij*
1588. *coram bon. mem. Cardin. Pamphil.* & aliàs sæpissimè.

Secundum est præmittendum, quòd probatio iurispa-
41 tronatus ex quo versamur in persona potenti iuxta † te-
norem Concilij, requiritur tàm in petitorio, quàm in pos-
sessorio secundum declarationem Sacræ Congregationis
Illustriss. Interpretum, quam refert Gonz. *ad reg.* 8. *glos.*
19. *num* 23. & reueventer passim Rota sequitur, vt in *Rea-*
tinen. iurispatr. 28. *Octobr.* 1587. *coram Robusterio*, *in causa*
Valentin. Capellaniæ 28. *Aprilis* 1595. *coram bon. mem. Card.*
Blanchetto, *in causa Auximana iurispatron.* 28. *Maij* 1595.
coram Illustriss. Mellino, *in Calaguritana iurispatron. de Via-*
na 15. *Martii* 1599. *coram bon. mem. Penia*, *in causa Roma-*
na Parochialis de Publicolis 31. *Ianuarij* 1600. *coram Epis-*
copo Pacen. in causa Bononien. Parochialis de Gadeo 17. *Iu-*
nij 1615. *coram Andrea*, *san. mem.* Greg. *d. decis.* 222. *num.* 2.
vers. quæ probatio. Rot. *decis.* 756. *num.*31. *vers. vnde sequi-*
*tur part.*2. *recent. & fuit dictum coram me in Pampilonen. de*
Iansi 1. *Iulii* 1605. *& in Barchinonen. Prioratus* 11. *Maii*
1609. itaut non † sufficiat docere de quasi possessione præ- 42
sentandi, ad effectum manutentionis, Garz. *d. glos.* 18.
*num.*23. *vers. vbi etiam*, quia Concilium sustulit omnem
possessionem, Seraph. *decis.*1395. *num.*4. *vers. neque obstat.*
*& num.*5. *vers. & ex eo.*

Tertium est præmittendum, quòd prætensus, † patro- 43
nus, qui semel docuerit de iurepatronatus non est repel-
lendus à quasi possessione præsentandi, si tamen dum do-
cuerit de iurepatronatus seruauerit formam Concilij Tri-
dentini, prout declarauit Sacra Congregatio, & refert
Gonz. *vbi supr. num.*26. *&* 27. Seraph. *d. decis.* 1395. *num.*7. *&*
fuit dictum in causa Volaterrana Capellaniæ 28. *Aprilis*
1595. *coram bon. mem. Blanchetto*, *& in d. Romana Parochia-*
lis 31. *Ianuarii* 1600. *coram Episcopo Pacen. ac etiam in d.*
Comaclen. & Ferrarien. coram bon. mem. Remboldo. Ratio
autem, cur requirantur probationes etiam in possessorio
iuxta formam Concilij † est clarissima, quia cum Conci- 44
lium præscribat certam formam probandi iuspatronatus,
si eo modo non probetur, abrogat, & irritat iuspatrona-
tus cum quasi possessione subsecuta; ergo ne iuspatronatus
cadat sub hoc decreto, probatio illius debet fieri nedum in
iudicio petitorio, sed etiam possessorio, seruata forma
Concilij, & in hac parte Concilium adhæret illi opinioni,
quod ex præsentatione † facta sine titulo patronus censea- 45
tur in mala fide vera, & propterea non acquirere aliquod
ius in possessione, Alex. *cons.*75. *num.* 47. *& seqq. vol.* 4.
non autem illi † opinioni, quòd quasi possessio attenda- 46
tur, si erat bona fide facta, Put. *d. decis.*56. *in addit. lib.*1.
in correct. Crescent. *decis.*2. *de iurepatron. idem* Put. *decis.*
27. *eod tit.* Dec. *cons.*117. *num.*2. *vers. vnde ex ista*, quæ qui-
dem † bona fides præsumebatur, si præsentatus spatio 20. 47
annorum possederat, Put. *d. decis.*55. *in addit. lib.*3. *& de-*
*cis.*237. *lib.*2. *in correct. & decis.* 24. *de iurepatron.* quibus in
locis loquitur in terminis præsentati, qui possederat spatio
25. annorum. Vnde Concilium tollit istam præsumptio-
nem bonæ fidei ex possessione longi temporis, & vult,
quòd iuspatronatus probetur, aliàs illud irritat cum quasi
possessione præsentandi. Hinc meritò Sacra Congregatio
resoluit, tàm in petitorio, quàm in possessorio requiri † 48
probationes Concilij. Nec dicatur, quòd Concilium irri-
tat possessionem, quando iuspatronatus prætenditur ex
priuilegio, & ideò deberet doceri, quod iuspatronatus præ-
tendatur ex priuilegio, quia † Concilium loquitur genera- 49
liter per verba *reliqui patr. omnes*, & verum est quod com-
prehendit iuspatronatus ex priuilegio ex adductis per
Garz. *de benef. part.*5. *cap.*9. *num.*116. Sed non ideò dicen-
dum est, quòd non comprehendat omnes, quocumque
titulo prætendantur, præterquam ex dotatione & funda-
tione per dicta verba generalia, vt in specie probat Gonzal.
*reg.*8. *gloss.*18. *num.*23.

His positis, quasi possessio præsentandi non suffraga-
tur, vt dictum est: & cum Sereniss. D. Dux possit allega-
re duas præsentationes, de illis singillatim agetur. Quan-
tum enim attinet ad primam de anno 1599. licet Ordina-
rius in institutione dixerit: *cognito tamen prius de bono*
iurepatronat. præd. & quod in terminis edicti nostri per
nos hac de causa specialiter propositi &c. attamen ista as-
sertio Episcopi non suffragatur, sed ex actis probari de-
bet, fuisse cognitum super iurepatronatus iuxta ter-
minos Concilij, quia † non statur assertioni factæ per 50
Ordinarium, vt in nostris terminis Rot. *decis.* 421. *nu.*3.
vers. minus obstare par. 2. *in recent. & in causa Mediolanen.*
iurispatronat. 21. *April.* 1589. *coram bon. mem. Perusino*,
& in causa Albanen. iurispatr. 22. *Iunij* 1592. *in fin. coram*
bon. mem. Gyptio, *& in d. causa Romana de Publicolis* 31.
Ianuarij 1600. *in versic. nec obstat coram bon. mem. Pacen.*
& idem est † in probatione iurispatronatus quæ debet fieri 51
de iure communi, nisi iustificetur ex actis Rot. *d. decis.*
199. *num.* 5. *versic. ex his*, *par.* 2. *diuers. & decis.* 235. *nu.*
4. *par.* 2. *recent.* vbi dicitur, non credi etiam assertionibus
Iudicis, nisi † factæ sint præuia causæ cognitione, & de 52
illis appareat in processu iuxta *cons.* Soccin. 47. *numer.* 15.
vol. 4. nec confessio † Episcopi, quod beneficium sit de iu- 53
repatronatus præiudicat Ecclesiæ, Caputaq. *decis.* 128.
num. 4. *par.* 2. Rot. *d. decis.* 421. *num.* 3. *in fin. versic. tamen*
etiam part. 2. *recent.* & deberet etiam constare, fuisse, † 54
citatum Procuratorem Fiscalem, de cuius interesse ageba-
tur

tur Seraph. *d.decis.*1395. *num.7. versic.nec fuit citatus*, &
prædicta eo magis procedunt in casu isto, cum edicta fue-
rint facta die 19. Octobris 1599.& de eadem die fuerit facta
55 præsentatio, & institutio; Vnde ex ista † breuitate tem-
poris satis liquet, quod non fuit adhibita causæ cognitio
ad *text. in cap tum ex litteris, vers. perspeximus quoque de*
in integ. restit. glos. in cap. iurgantium, in verb. celeri in fine,
de re iudic. & ibid. Butr. *num.3.* Bart. *in l. prolatam, in fin.*
& ibi latè Add. *in littera L. & M. C. de sent.* & ratio est,
56 quia † in omnibus actibus tempore indigemus, vt aliquid
maturius agamus, Anchar. *cons.36. incip. visa quadam pe-*
titione, num.2. & 3. per text. in l. cum hi, §. si prætor, ff. de tran-
sact. & quamuis ista non procedant, quando temporis bre-
57 uitate † iudex potuit institui, quia tunc breuitas temporis
non vitiat *d. cap. iurgantium* ibi *celeri sententia*, & ibidem
Imol. *in princip. de re iudic.* Alex. *cons. 23. num. 3. vol.7.*
Bald. *cons.204. num.4. versic. & licet fuerit factum lib.3.* at-
tamen hic non ostenditur, quòd breuitas temporis suffice-
ret, immò cum non doceatur de titulo fundationis, & do-
tationis, aut priuilegio: præsumptio stat in contrarium,
quòd requireretur congruum tempus ad probandam im-
memorabilem cum præsentationibus effectum sortitis spa-
tio 50. annorum, quæ probatio est necessaria cessantibus
prædictis, vt supra probatum fuit. Nec Sereniss. D. Dux
potest iuuari in hoc concordia Fanentina, vt statim dice-
58 tur. Nec etiam applicatur conclusio, quod † sententia an-
tiqua potest exequi sine actis: Primò, quia quatenus age-
59 retur de sententia, ad hunc effectum requiritur, quod † sit
lata ante 30. annos, Put. *decis. 328. lib. 2. in correct.* Rip.
resp.1. num.9. de iurepatron. lib.1. Mantic *decis.296. num.7.* In
hoc autem casu prima inititutio non fuit facta ante 30. an-
nos. Secundò cum constaret de tempore secundæ præsen-
tationis de anno 1618. quæ prima inititutio fuit facta sine
causæ cognitione, vt patet ex prædictis, requirebatur in se-
cunda institutione ad acquirendam quasi possessionem
causæ cognitio, vt statim probabitur. Tertiò veritas est,
quòd hic non sumus in sententia, & quamuis idem dicatur
de probationibus, quod de sententia, quod si sunt antiquæ,
60 probant sine actis, itaut qui vult † impugnare probationes
antiquas, teneatur exhibere acta, *san.me* Greg. *d.decis.535.*
num 9. & 10. tamen hic nullæ afferuntur probationes, sed
61 sola assertio Episcopi, † cui non statur in istis terminis, vt
supra dictum est, & modo etiam dicetur, & tandem cessat
omnis difficultas, quia vt iam ostensum fuit, liquido ap-
paret, nullam causæ cognitionem adhibitam fuisse.

Neque in hac facti specie discutiendum est, quid posset
operari assertio Episcopi, si ageretur de probando iurepa-
tronatus in familia non potenti, quia cum agatur de fami-
lia potenti, requiritur immemorabilis cum præsentationi-
bus effectum sortitis spatio 50. annorum, quæ debent pro-
bari per scripturas authenticas, quæ probatio requiritur a
62 Concilio pro forma, ita quod aliter facta, vt per † testes,
vel aliud æquipollens non suffragetur, vt pluries fuit reso-
lutum per Sacram Congregationem Concilij, & per Ro-
tam in causa *Sabinensis beneficiorum 15. Octobris 1581. co-*
ram Robusterio, Rat. *decis. 199. num.4. part. 2. coram san.*
mem. Clemente VIII. & in causa nullius Archipresbytera-
tus 2. Maii, & 1. Iulii 1588. coram bon.mem.Card. Pamphil.
& in Albanen. Prioratus 26. Nouembr. 1588. coram Orano,
& in Aquinaten. iurispatron. 19. Ianuarii 1590. coram bon.
mem.Card. Mantica, & aliàs sæpissimè, & nouiter Gonzal.
ad regul.8. glos.18. num.79. Gratian. *discept.168. num.21. vsque*
ad finem, quæ adeo vera sunt, vt nec sufficiat probatio præ-
63 sumpta, † quæ resultat ex enunciatiuis, & institutionibus
Episcoporum de præsentationibus coram ipsis factis, vt
fuit resolutum in causa *Aquinatensis iurispatronatus 9. Iu-*
nii 1600. coram Card. Seraph. & *in Sorana iurispatron. 28.*
Aprilis 1603. coram Card. Pamphil. & in Lacen. Parochialis
27. Iunii 1603. coram eodem, & nouissimè articulo maturè
discusso *in causa Terracinen. Canonicatus 10. Aprilis præte-*
riti coram R.P.D. meo Merlino, licèt de iure circumscripta
64 dispositione Concilij, assertioni † Episcopi de præsenta-
tione coram se facta, credatur Rota *decis. 11. de iurepatr.*
in nou & ideo cum præsentationes debeant probari per
authentica documenta, & Concilium hoc disponat de for-
65 ma, vt supra dictum est, non sufficiunt † assertiones Episco-
pi, vt in prædictis decisionibus, & præsertim in *decis. D. mei*
Merlini, in qua cum pars, quæ informabat, contrarium
prætenderet, contra ipsam solam informantem Rota res-
pondit. Neque dicatur, quòd hodie non agitur de ista pro-
batione, sed an fuerit facta, quod præsumitur ex dicta as-
sertione Episcopi, cui † standum est in his, quæ concernunt 66
officium suum, Rota *decis.698. num.4. p.1. diuers.* quia, vt
modo dictum est, in hoc casu non statur assertioni Episco-
pi, sed debet † ex actis constare, iuspatronatus fuisse proba- 67
tum iuxta dispositionem Concilij, & sic iuxta prædicta
modo ponderata.

Quantum attinet ad secundam præsentationem de an-
no 1618. vnà cum enunciatiua in litteris san. mem Pauli V.
sic concepta: *Quæ de iurepatronatus Laicorum Nobilium*
Virorum dilecti filii Cæsaris de Este Mutinæ, & Regii Ducis
ex fundatione, vel dotatione iuxta Capitulationem Fauenti-
nam existit, &c. nec ista præsentatio, & inde secuta assertio
Papæ, ac institutio Ordinarij suffragantur, non quidem
præsentatio, & institutio, quia licet Serenissimus D. Dux
de facto esset in quasi possessione præsentandi ex præsenta-
tione effectum sortita anni 1598. nihilominus ostendere te-
nebatur, illam primam institutionem fuisse factam cum
causæ cognitione, vt ex illa bona fides resultaret, & inde
subsequi posset secunda institutio, cum illi resisteret Sacro-
sanctum Concilium, & Ius commune, Ecclesiaque † regu- 68
lariter libera præsumatur, & præsentatio ex gratia compe-
tat *cap. quoniam de iurepatron. cap. omnes Basilicæ 16. quæst.*
7. ita in puncto dicit Didacus Spino *de testam. glos.4. in fine*,
& benè ad propositum Valasch. *consult.163. nu.9. cum seqq.*
Gonzal. *d. glos.18. num. 48.* & propterea † cum ista institutio 69
fuerit facta sine causæ cognitione, non suffragatur, vt in di-
ctis Sacræ Congregationis Concilij, & Rotæ decisionibus,
nec potest iuuari ex † enunciatiua Papæ, quia cum non 70
fuerit facta motu proprio, nec contineat factum proprium
ipsius san. mem. Pauli V. sed sit ad supplicationem partis,
non tribuit aliquod ius, nec probat iuspatronatus, de quo
principaliter dubitatur, *Clem fin. in fin. de sent. excomm.* Pa-
ris. *cons. 128. n.22. vers. insuper, lib.4.* Aret. *cons. 23. n.8. & seqq.*
vbi dicit, hoc † procedere, etiamsi super ea fundetur inten- 71
tio Papæ, Dec. *cons.602. n.15. latè* Aym. *de antiq. temp. part.*
1. §.1. n.9. præsertim quia † concernit interesse partis Capu- 72
taq. *decis.337. n.5. par.3.* & fuit in puncto *dictum in causa So-*
rana iurispatr. 28. Aprilis 1603. coram bo. mem. Card. Pamph.

Et ad propositum non applicantur † decisiones in causa 73
Portuen. beneficii 9. Maii 1594. cor. bon. mem. Pacea. & coram
Illustriss. Mdino 22. Martii 1596. quæ sunt decisiones 523. &
524. par.4. diuers. quia ibi agebatur de assertione Papę facta
Motu proprio, & super facto, quod sibi causa cognita inno-
tuerat, & super ea fundabatur intentio Papæ & ideò † eius 74
assertioni standum erat *Clem. 1. de probat. et ibi DD. glos. in*
d. Clem fin. in verb. non intelligitur de sent. excomm. cum alle-
gatis in prædictis decis. & fuit consideratum in prædicta
causa Sorana, in qua ponderatum etiam fuit, quod in casu
dictatum decisionum † Portuen non controuertebatur exi- 75
stentia iurispatronatus, sed solum pertinentia inter empto-
rem Castri, qui prætendebat iuspatronatus competere Ca-
stro, & venditorem, qui dicebat illud esse gentilitium, &
ideò sufficiebant ordinariæ † probationes, vt fuit dictum in 76
causa *Firmana iurispatr. 21. Iunii 1593. coram bo. me. Cardin.*
Blanchetto. Imò etiam leuiores, cum non ageretur principa- 77
liter de iurepatronatus, neque Ordinarius, aut aliquis ab eo
prouisus esset in causa, sed incidenter, & ad alium finem, vt
videretur, an esset emptoris, vel venditoris Castri, vt
considerauit *bo. me. Pacen. in sua dec.* in hoc autem casu du-
bitari non potest, quin ageretur de ipso iurepatronatus, licèt
alius non esset in causa, cum ageretur ad effectum institu-
tionis in præiudicium libertatis beneficij, maximè cum
Fiscalis esset in causa, ideoque certum sit requiri † exactas 78
probationes, vt fuit resolutum in causa *Pampilonen. Paro-*
chialis de Iausi 10. *April. et* 20. *Nouemb. 1595. cor. bon. mem.*
Card. Mantica.

Nec vt dictum est, Serenissimo D. Duci potest iuuari as-
sertio Papæ circa concordiam Fauentinam, quia si concor-
dia Fauentina non suffragatur, nec ipsa assertio potest suf-
fragari, quòd autem dicta concordia Fauentina non suffra-
getur, satis patet, cum in ea dicatur, *rimanghi à lui*, scilicet
Serenissimo Duci, *et à suoi heredi, et successori, cosi vniuer-*
sali, come singolari solamente il iuspatronato della Prepositu-
ra di Pomposa, et quello della Pieve di Bondeno, con tutte le
loro pertinenze, cuius † verbi *(remaneat)* natura est in hoc 79
casu, vt importet continuationem, & perseuerantiam iuris,
& dispositionis præcedentis, *l. si manente, ff. de precar.* & fuit
consideratum in dicta causa *Comaclen. et Ferrarien. coram*
bon. mem. Remboldo. Ideoque nisi doceatur, quod hoc iuspatr.
spectaret ad Ducem Alphonsum, dispositio horum Capitu-
lorum non potest suffragari Serenissimo D. Duci *c.1. et ibi*
Bald.

Bald. *n. 2 et seqq. de capit. qui cur. vendidit*, vbi dixit, quòd si
80 Imperator fecit † concessionem alicuius Castri cum pertinentijs in huiusmodi concessione non veniunt defensæ, vel molendina, quæ erant propria Communitatis, neque ve-
81 niunt res singulares vicinorum, quia tantum videtur † Rex concedere, quod erat proprium *arg. l. si domus, §. fin. ff. de leg. 1. & l. vxor patrui, C. de leg. & l. qui Tabernas, ff. de contrah. empt.* Franc. Aret. *in cons. 13. n. 2.* sic in proposito cum in Capitulis dicatur, quòd beneficia remaneant de iurepatr. ideò
82 Papa † præsupponit, quod talia sint, & quod talia debeant remanere penes Sereniss. D. Ducem, qualia fuerant penes Ducem Alphonsum, & propterea nisi doceatur, quod de tempore Capitulorum beneficia essent de iurepatron. Ducis Alphonsi, Capitula non suffragantur Sereniss. D. Duci,
83 cum existentia † iurispatron Ducis Alphonsi sit fundamentum intentionis Sereniss. D. Ducis, & dispositionis Capitulorum, Bart. *in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flum. public.* Tiraq. *de vtroq. tract. §. 8. glos. 7.* Papa enim vt supra relatum est in Capitulis dixit; *rimanghi anco à lui il iuspatronato*, non autem voluit simpliciter concedere iuspatronatus, prout si di-
84 xisset, beneficia sint de iurepatronatus, quo casu † dispositio ex certa scientia facta præiudicaret libertati Ecclesiæ, vt in simili considerat Franc. Aret. *d. cons. 13. n. 9 vers. bis non obstantib.*
85 Non obstat, quod † Conc. Trid *d. sess. 25. c. 9. de reformat.* excipiat patronatus competentes sublimibus, ac supremis Principibus Iura Imperij in Dominijs suis haben. quia hodie de hoc non est disputandum, cum Concilium præseruet tantum consuetudines, seu præscriptiones, & facultates, ac priuilegia, dictorum Principum, & ideo frustra disputatur, an sit locus huic exceptioni, cum de prædictis non constet: Et quod hoc sit verum, satis patet, quia Sacrosanctum
86 Concilium decernit, † vt iuspatronatus sit ex fundatione, & dotatione, & vult illud probari per authenticum documentum, vel aliàs iuxta modum ibi præscriptum, post quem modum ibi præscriptum subdit: *Reliqui patronatus &c. seu facultates, & priuilegia concessa &c cum vacant*, scilicet beneficia *(exceptis patronatibus super Cathedralibus &c. & exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, & Reges, seu Regna possidentes, aliosque sublimes, ac supremos Principes, iura Imperij in dominijs suis habentes pertinent) in totum prorsus abrogamus*; Vnde cum præseruet iuspatronatus dictorum Principum, etiam quod non sit ex dotatione, & fundatione, præsumit Concilium, quod de iurepatronatus debeat constare secundum dispositionem iuris communis, quòd non corrigitur quoad dictos Principes, & propterea si Sereniss. D Dux prætenderet hoc iuspatronatus esse præseruatum per Concilium, etiam quod non esset ex dotatione, &
87 fundatione, deberet † probare aliquem titulum de iure sufficientem ad inducendum iuspatronatus. Et si niteretur sola præscriptione, prout iuspatronatus posse præscribi tenet Federic de Senis *cons. 234.* quem refert, & exornat Paul de Cittadinis *de iurepatr. par. 3. caus. 5. n. 5. cum pluribus seqq. fol. mihi 58.* vt isto capite posset iuuari, deberet docere de im-
88 memorabili, † quæ requiritur in persona potenti etiam de iure communi ad hunc effectum, Butr. *in cap. dilectus, sub n. 12. vers. solue, dic contrarium*, vbi etiam Card. *sub nu. 2. q. 41.* præcipuè ibi, *Populus autem, de offic. leg.* Mohed *decis. 10. nu. 1. & 2. & de iurepatr.* Achill. *decis. 4. n. 4 eod. tit.* Put. *d. decis. 55. 56. & 199. in princ. lib. 1. in correct.* Caputaq. *decis. 128. nu. 3 & 4. in fin. & nn. 5. par. 2.* Guidob. *decis. 114. incip. Thomas Pantiaticus in fin. vers. secus si de illo.* Chissanen. *d. decis. 67. incip. iuspatronatus in magnis* Card Mantic. *decis. 89 num 3. vers. sed neque, & decis. 234. n 1.* fuit latè deductum *in d. Co-*
89 *macleu. & Ferrarien. Præpositura coram Remboldo*; si † verò tueretur se concessisse, ex priuilegio, deberet ostendere priuilegium, aut concessionem Apostolicam, cum priuilegium aut concessio Ordinarij non sufficiant, *cap. 2. de reb. Eccl. non alien. in 6* Rebuff. *in prax. in 3. par. Signaturæ vers. decnon iuspatronat.* Staphil. *de litteris gratiæ, de modo & for. impetr. §. 1. de iurispatr. prærogatiua n. 3. & 4* etiamsi pa-
90 tronus esset in † possessione per centum, & quadraginta annos, vel alio longissimo tempore, cum consturet de priuilegio inualido, Gonz. *ad reg. 8. glos. 18. n. 48* Paris. *de confiderat q. 28 n. 280.* & hanc opinionem sequitur Rota vt in decisionibus relatis per Garz. *de benef. par. 5. c. 9. n. 128. & 129.*

Et ita conclusum negocio maturè discusso, licet vna tantum parte informante.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Meleuitana Indultorum.

Die Lunæ 26. Iunij 1628.

A R G V M E N T V M.

De potestate Papæ circa Commendas Religionis Hierosolymitanæ non est dubitandum. Dementia alicuius ex quo probetur. Papæ voluntas derogandi contrarijs, ex quo desumatur.

S V M M A R I V M.

1 *De Papæ potestate circa Commendas, & Prioratus, ac dignitates Magnæ Crucis Religionis Hierosolymitanæ non est dubitandum.*

2 *Voluntas Principis aliquid concedentis apparet, si omnia narrata, quæ eum mouerunt ad concedendum, sint iustificata.*

3 *Licentia, quando conceditur in forma communi, quid sufficit, vt specificetur.*

4 *In alternatiuis sufficit vnam partem esse veram.*

5 *Dementia alicuius probatur ex datione curatoris.*

6 *Officium cognitionis causarum est voluntarium, & lucrosum.*

Papæ voluntas, quod voluerit contrariis derogare, apparet ex clausula, quorum tenores.

8 *Gratia facta alicui, quæ plurimum qualificata est, non potest transire in exemplum.*

D E C I S I O CXCVIII.

A SANCTISSIMO D. N. Vrbano VIII. Eques Bernardus Pereira die 24. Augusti 1624. duo obtinuit Indulta gratiosa, vnum, vt possit consequi quascunque Commendas Hospitalis Hierosolymitani de melioramento, vel alias quomodolibet nuncupatas, alterum, vt consequi valeat Prioratus, Baiulatus, & quascunque alias dignitates Magnæ Crucis in Turno suæ Antianitatis obuenientes, non obstante, quòd ei deficeret vna Carauana, debitamque residentiam in Conuentu non perfecerit, contra quæ indulta, cum insurgerent Equites Bernardus, & Blasius Brandam, necnon alij Equites Prioratus Portugalliæ, ac etiam linguæ Castellæ, Sanctissimus præuia oris aperitione commisit causam in Rota super nullitate, & subreptione dd. Indultorum, cum clausula non retardata eorundem executione; & propterea proposito dubio, An supradicta Indulta suffragentur Equiti Bernardo, Domini affirmatiuè responderunt. De potestate enim † Se- 1
dis Apostolicæ circa Commendas, & Prioratus, ac dignitates Magnæ Crucis Religionis Hierosolymitanæ non est dubitandum, *cap. licet de præben. in 6. Clem. 1. in fin. vt lit. pend.* Rot. *decis. 778. num. 1. par. 1. recent.* De voluntate
Pontificis apparet, † cum omnia narrata, quæ mouerunt 2
supremum Principem ad concedendum sint iustificata, *cap. 1. de lit. contest. in 6.* Rot. *decis. 613. in princip. part. 1. recent. & fuit dictum in Bracharen. Archidiaconatus 7. Februarij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano.*

Fuit enim narrata dementia Equitis Ioannis fratris germani Bernardi cum necessitate eundi ad patriam.

Secundò fuit narrata residentia Bernardi de illo tempore.

Tertiò quod à residentia recessit, vt curam fratris haberet.

Quartò quod discessit, & ad Portugalliam accessit de ordine Magni Magistri de Vignancurt, & ista quatuor probantur, tum ex fide fratris Aloysij de Britto Baiulivi de Acre, tum ex fide Secretarij communis ærarij, tum ex Indulto facultatiuo Pauli V. fel record directo eidem Magno Magistro de Vignancurt, qui vigore indulti sub eadem narratiua discessus propter dementiam Equitis Ioannis, dispensauit Equitem Bernardum ad consequendas Commendas de Cabimento, quòd non fecisset, si narratiua indulti non fuisset vera, & iustificata, ex quibus simul iunctis hæc satis remanent iustificata.

Nec

Nec facit quod in licentia discedendi à Conuentu, & residentia non fuerint supradicta narrata, quia omisso quod implicitè, & tacitè possent dici supradicta narrata in illis verbis, pro nonnullis suis negocijs peragendis, quæ commodè per alios exequi non possent nisi personaliter, cum dementiam fratris publicare non cogeretur,
3 versamur in † licentia expedita in forma ordinaria, secundum quam causæ non specificantur, & propterea sufficit, quod narrata aliunde probentur ex supra deductis.

Nec placuit Dominis ponderatio ex aduerso facta, quòd deputatio curatoris Equitis Bernardi quoad personam, & bona Equitis Ioannis fratris fuerit facta à Magno Magistro, & consilio, multo post recessum supradictorum Bernardi, & Ioannis à Conuentu; nam distinxerunt, quod narratiua indultorum intelligitur de cura, siue guberniodomestico circa personam, & bona Equitis Ioannis dementis, quam nemo melius, quàm frater germanus in persona magnæ qualitatis facere poterat, committendo famulis seruilem, & inferiorem curam; deputatio verò longè postea facta ex aduerso considerata est de cura iudiciali, & legali; cum enim Eques Ioannes demens consequutus fuisset Commendam S. MARIÆ, requirebatur noua deputatio curæ, vt Bernardus frater bona Commendæ administrare valeret, cum Religionis stabilimenta id prohiberent.

Quòd Eques Bernardus fecerit tres Carauanas, & sic vna taotum deficeret, constat ex fide extracta ex libris linguæ Castellæ nuncupatis delle Carauane.

Prout quod Eques Bernardus resideret in Coouentu per annos quatuor, menses sex, & dies 21. & sic pro integro quinquennio deficerent tantum menses sex, & dies nouem, probatur ex fide extracta ex libris nuncupatis de Residentia.

Quinta narratiua quod infirmitas, & causa manendi extra Conuentum durauerit vsque ad diem obteotorum indultorum, seu saltem quod ea cessante fuerit deputatus à Capitulo Prouinciali ad cognoscendas causas, etiam verificatur quoad vtrumque licèt vnum ex supradictis sufficeret,
4 cum † in alternatiuis sat sit vnam partem esse veram, *cap. in alternatiuis, de regul. iur. in 6.* Rot. *decis. 619. num. 2. part. 2. recent.*

Quòd enim infirmitas dementiæ duraret, probatur; nam indulta fuerunt concessa die 24. Augusti 1624. & tamen dementia durabat quoque die 14. Iunij 1625. & sic post decem menses, vt ex fide Ludouici de Britto, iuncto Indulto Sanctissimi sub die 14. Decembris 1624. & sic post quatuor menses post concessionem Indultorum, in
5 quo ob † dementiam confirmatur cura data à Magno Magistro, super qua etiam dementia permanente datur fides Curialium.

Quòd Eques Bernardus à Capitulo Prouinciali fuerit deputatus ad cognoscendas causas Religionis ac officium de tempore datæ Iodultorum exerceret, probatur ex fide Ludouici de Britto, & ex fide Notarij Apostolici, & scribæ causarum, ex quibus apparet de deputatione, & essercitio cum accurata defensione priuilegiorum Religionis.

Sexta narratiua quod Eques Bernardus non possit ad Conuentum redire, nisi cum maximo incommodo rerum suarum domesticarum, iustificatur ex natura rei, cum cura personæ Equitis Ioannis dementis, & bonorum propriorum, & Commendæ sentiret incommodum, & damnum, & ex munere causatum Religionis.

6 Nec obstat, quod officium † cognitionis causarum sit voluntarium, & lucrosum, & ab Equitibus postulatum, & desideratum, quia Eques Bernardus non narrauit officium esse dispendiosum, & necessarium, sed qualitatem officij expressit, ob quam dixit morari in Portugallia, vnde sufficit quod in hoc gratia remaneat iustificata; vltra quod non apparet, quòd officium habeat salarium, immò Eques Bernardus suis expensis illud exercuisse asserit.

Tandem non obstat prætensa subreptio, & defectus intentionis Sanctissimi ob præiudicium framaldorum, idest concurrentium, & Religionis, vigore statuti quinti de elect. in quo disponitur attendendam esse potius Bene-
7 merentiam, quàm Antianitatem; nam cum † Sanctissimus in specie huic statuto quinto derogauerit cum clausula quorum tenores, satis constat de mente Papæ, & quod huic statuto voluerit derogare iuxta vulgatum cons. Butr. 2. Rot. *decis. 1. num. 2. de praeben. in nou. & decis. 192. num. 6. par. 1. recent. & fuit dictum coram me in Romana pecuniaria 26. Maii 1627.*

Præcipuè cum de Benemerentia Equitis Bernardi satis apparenter constet ex intercessione Catholicæ Maiestatis, quæ secum fert præsumptionem meritorum, & ex exercitio officij cognitionis causarum in Regno Portugalliæ pro defensione priuilegiorum Religionis spatio 14. annorum, itaut gratia † supradictorum Indultorum tam 8
qualificata non possit transire in exemplum.

Et ita vtraque parte informante, &c. fuit resolutum.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Nouariens Bonorum.

Die Lunæ 26. Iunii 1628.

A R G V M E N T V M.

Processus comparationis scripturarum quando dicatur validè factus. Item latè declaratur, quæ necessaria sint, ad hoc vt d. comparatio scripturarum dicatur legitimè facta per peritos.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex delegatus habet eamdem auctoritatem, quam delegans.*
2 *ex Commissionis distributione facta Auditori, ipse recepit super omnibus, quæ ad causam pertinent, plenariam potestatem.*
3 *Iurisdictione concessa, censetur etiam id concessum sine quibus iurisdictio explicari non potest.*
4 *Principali commisso, censetur quoque commissum accessorium.*
5 *Rota facit vnum Tribunal, & vna est omnium iurisdictio, itaut vnus loco alterius subrogatus dicatur, & numero 7.*
6 *Acta facta coram vno Auditore in causa alteri commissa substinentur, & valida reputantur.*
8 *Pars si fuerit citata pro certa hora, ad interessendum in aliquo actu, si id fiat non expectata d. hora, actus erit nullus, & num. 13.*
9 *Pars, si fuerit citata pro certa hora, non requiritur, quod expectetur totus lapsus horæ, sed sufficit, quod incipiat.*
10 *Citatio, si fuerit facta ad aliquem actum non momentaneum, in quo plura requiruntur, itaut si pars esset expectanda vsque ad vltimum momentum diei, nihil posset probari, tunc citans, quandocunque intra terminum præscriptum potest curare, vt actus expediatur.*
11 *Citatio ad hodie per totam, non arguit sententiam ferri non posse, nisi in extrema hora diei, sed intelligitur pro hora audientiæ.*
12 *Castr in i more Romano num. 5. ff. de fer declaratur.*
14 *Citationis verba, quem intellectum possint recipere.*
15 *Ordo litteræ non est attendendus, si ex contextu verborum aliud appareat.*
16 *in Citatione vnica possunt plures actus expediri.*
17 *in Iudicio comparationis scripturarum quid debeat interuenire.*
18 *Iudex in comparatione scripturarum, adhibitis peritis, ipsisque iuramento delato, corpora litterarum respicere debet.*
19 *Petens recognitionem scripturarum, iurare debet calumnia.*
20 *Recognitionem scripturarum petens per comparationem, iurare debet, se non habere alium modum recognoscendi dd. scripturas.*
21 *Probatio subsidiaria non admittitur, donec adsint aliæ probationes.*
22 *Iudex si scripturarum comparationem, recognoscere velit, potest hoc facere, sed tutus est, vt adhibeat duos peritos.*
23 *In scripturarum comparatione debent esse plures periti, & non sufficit vnus.*
24 *In scripturarum comparatione periti non debent esse suspecti partibus.*
25 *Pars, si fuerit citata ad eligendum peritum, si hoc neglexerit, iudex potest illum eligere.*
26 *Periti electi propter scripturarum comparationem de iure necessarium est, & de forma, vt iurent.*

27 *Peri-*

27 *Periti electi ad comparationem scripturarum, debeat interrogari, an id, quod dicunt, causa odij, vel inimicitia, aut gratia teati dicaat.*

28 *Periti electi ad comparationem scripturaram iurare debeat iuxta formam l. comparationes §. omnes autem C. de fid. instrum.*

29 *Responsio relatiua ad interrogationem habet implicitam tenorem interrogationis, à qua recipit declarationem.*

30 *De scriptura certitudine, quando non possit dubitari, casu, quo fit comparatio.*

31 *Scripturæ duæ requiruntur, quando est facienda comparatio, vna, quæ debet recognosci, & altera, ad quam debet fieri comparatio.*

32 *Periti in comparatione scripturarum inspicere debeat singulas literas, seu elementa, dictiones, & elementorum. verborumque tractus, signa, & similia.*

33 *Periti electi ad comparationem scripturarum, relationem suam debeat facere in scriptis, vel in actis scribere facere.*

DECISIO CXCIX.

AGITVR de recognitione Instrumenti Inuestituræ factæ per viam transactionis de anno 1502. per Cardinalem de Sancto Seuerino Ioanni Iacobo Triuultio, de qua quidem Inuestitura adsunt duo Instrumenta; Alterum leuatum à Francisco de Badagio, qui de eo fuit rogatus; Alterum verò exemplatum per Petrum Cellam. Vndè difficultas hodie fuit restricta ad Instrumentum leuatum per Notarium rogatum, vt videatur, an fuerit vltimo loco legitimè recognitum per comparationem, reseruato, vt quid inde resultet, videatur, cuius difficultatis resolutio circa duo versatur. Primò circa validitatem processus comparationis. Secundò circa id, an comparatio fuerit legitimè facta.

Et quantum attinet ad primum, non potest dubitari
de validitate processus comparationis, cùm ille fuerit fa-
1 ctus à Iudice per Rotam subdelegato, qui ideò quoad †
hunc actum eamdem auctoritatem habet, quam Rota
cap. vlt. §. delegatas, & ibi not. Franc. *num. 2. de iudic.*
lib. 6. Nec minus ambigi potest de facultate Rotæ in fa-
cienda huiusmodi recognitione per comparationem,
2 cùm ex distributione Commissionis † facta Auditori,
ipse reciperet super omnibus, quæ ad causam perti-
nent plenariam potestatem iux. in *cap. præterea de of-*
fic. deleg. & concessa iurisdictione, ea quoque concessa
3 † videantur, sine quibus iurisdictio explicari non po-
test, *cap. suspiciens, de offic. deleg. l. 2. ff. de iurisd. omn.*
4 *Iud.* prout & commissio principali, censetur quoque † com-
missum accessorium *c. prudentiam §. sexta in fin. de offic.*
deleg.

Non obstant tres nullitates oppositæ contra dictum processum factum super hac comparatione. Non prima defectus mandati clar. mem. Odoardi Cardinalis Farnesij tunc Commendatarij, quod videtur restrictum ad videndum exequi litteras compulsoriales relaxatas per nunc Illustrissimum Cardinalem Verospium, tunc Rotæ Auditorem, & ideo Procurator non poterat petere executionem litterarum compulsorialium postea relaxatarum per bon. mem. Cardinalem Sacratum, vnde processus remanet nullus, vt in decisione vltima Sanctæ mem. Gregorij, quia fuit responsum, quòd bon. mem. Cardinalis Sacratus non relaxauit nouas litteras compulsoriales, sed tantùm deputauit nouos Iudices in Curia concordatos pro executione litterarum compulsorialium per prius relaxatarum, quarum vigore fuit facta recognitio per comparationem, & sic non potest dubitari de viribus mandati, quatenus etiam ità rigorosè esset interpretandum. Secundò fuit responsum,
quòd in Rota materia ista non est adeò strictè interpre-
5 tanda, cum Rota † faciat vnum Tribunal, & vna sit
omnium Iurisdictio, ita vt vnus loco alterius subroga-
6 tus dicatur, & acta facta coram † vno in causa alteri com-
missa sustineantur, & valida reputentur Put. *decis. 339.*
lib. 3. in correctis, maximè parte non opponente, idem
Put. *decis. 460. lib. 2. pariter in correct.* Quare, etsi prius
Illustrissimus Verospius relaxasset compulsoriales; Atta-
men bon. mem. Cardinalis Sacratus, denuò easdem po-
tuit relaxare, quo casu mandatum Procuratoris videba-
tur sufficere ex ratione prædicta; quia scilicet, non cen-
sebatur mutata persona Iudicis, cùm, vt dictum est,
Rota † faciat vnum Tribunal. Tertiò fuit responsum, 7
quòd mandatum habet duas partes, prima est ad exequen-
dum litteras compulsoriales relaxatas per Illustrissimum
Cardinalem Verospium; Secunda continet hæc verba:
Item petendum, & obtinendum recognosci per comparationem Instrumentum transactionis Inuestituræ, & aliorum celebratorum inter tunc Commendatarium, & Abbatem S. Bartholomæi, & Ioannem Iacobum Triultium, rogatum per quondam Franciscum de Badagio, &c. quæ secunda pars ad effectum, de quo agitur, abundè sufficit. Neque potest huic motiuo obijci, quòd facultas recognoscendi per comparationem est registrata in litteris compulsorialibus; quia cùm non possit dubitari de validitate comparationis, esto quod mandatum Procuratoris de partibus non esset sufficiens pro scripturis compulsandis, non potest tamen inficiari, quin esset sufficiens pro recognitione scripturarum per comparationem; quia in hoc casu non erat necessaria compulsatio, & postea recognitio per comparationem, cùm iam dictum Instrumentum fuisset productum in Rota, & exhibitum sub oculis Dominorum, vt illius facies posset considerari, & certum est, quoad recognitionem per comparationem, quòd mandatum non erat restrictum.

Non obstat secunda nullitas, quòd scilicet pars fuerit
† citata pro certa hora ad recognoscendum, & non fue- 8
rit expectata; Quia primò fuit responsum, quòd pars
fuit vltimo loco citata 16. Martij pro die 18 in vesperis
ad videndum præsentari tres libros matricalæ per publicos Officiales, per quos erat facienda comparatio Instrumenti, & Protocolli antea iam producti, &c. & eadem
die 18 in vesperis fuit reproducta intimatio, vt in pro-
cessu compulsoriali fol. 47. vbi legitur, tàm exequu-
tio citationis die 17. quàm illius reproductio facta die
18. in audientia, hora vespertina, & accusata contuma-
cia pro parte Cardinalis Farnesij, Officiales præsenta-
runt libros, & fuit facta recognitio per Peritos, quæ qui-
dem recognitio valida fuit, etiam quòd † non fuerit ex- 9
pectatus totus lapsus horæ vigesimæ quartæ, quia suf-
ficit, quòd fuerit facta statim, ac incæpit hora vespera-
rum, Bart. *in l. qui ante Calendas 13. sub numer. 5. vers.*
quandoque datur terminus, ff. de verb. obligat. vbi quòd
si citatio fuit ad aliquem actum non momentaneum,
in quo plura requirantur, † itaut si pars esset expe- 10
ctanda vsque ad vltimum momentum, dici nihil pos-
set probari, tunc citans, quandocunque intra termi-
num præscriptum potest curare, vt actus expedia-
tur. Francisc. *in capitul. compareat numer. 24. & 25.*
de appellat. Abb. *in capitul. consuluit numer. 5. & 10.*
de offic. delegat. vbi dicit, quòd si citetur † ad hodie 11
per totam, non arguit sententiam ferri non posse nisi
in extrema hora diei, sed intelligitur pro hora audien-
tiæ. Et ita seruatur in Curia, Seraphin. *decis. 1115.*
numer. 2. & 3. Nec contrarium dicit Castr. *in l. more*
Romano numer. 5. ff. de ferijs; quia loquitur quando 12
agitur contra aliquem contumacem lapso termino, ita-
ut post lapsum termini debeat contumax iudicari, qui
non est casus noster. Secundò principaliter fuit respon-
sum, quòd verba citationis sunt ista: *Citetur Dominus*
Marchio, & Marcus Antonius eius Procurator com-
parituri die 18. Martij in vesperis, &c. Vnde licet
comparitio debuerit † fieri in vesperis, aliàs fuisset 13
nulla, vt in puncto Bart. *in l. fin. §. si is qui, ff. quod*
vi, aut clam; Nihilominus cùm verba illa, *in vesperis*,
sint generalia, & possint comprehendere vltimam horam,
& omnes horas vesperarum, vt in simili notat in puncto
idem Bart. *in consil. 175. col. 1. vers. præterea adhoc viget*
ratio, lib. 1. ad saluandam comparitionem, si constaret
non fuisse factam in vltima hora, citatio deberet inter-
pretari, vt sonet in omnibus horis vesperarum, cùm † 14
verba citationis possint recipere huiusmodi intellectum,
Bart. *in d. consil. 175. in fin. versic. item possunt intelli-*
gi lib. 1. Tertiò fuit responsum, cessare omnem dif-
ficultatem; quia Procurator Marchionis 18. Martij
in vesperis comparuit, & protestatus fuit, *non debere*

fieri recognitionem, per comparationem, sed consulendam
esse Rotam, & instante Procuratore Card. Commendata-
rij procedi ad vlteriora, replicauit Iudicem debere abst-
nere à comparatione. Vnde, ex tenore istius facti sa-
tis apparet, quòd comparitio fuit facta in hora, in qua
cadebat citatio, cum Procurator Marchionis comparue-
rit in vesperis, & se opposuerit recognitioni facien-
dæ, & Procurator Commendatarij institerit procedi
ad vlteriora. Nec huic tertiæ responsioni obstat, quod
protestatio videatur facta post comparitionem, cum
15 ex ordine litteræ de hoc appareat; quia ordo † litteræ
non est attendendus, cùm ex contextu verborum de
contrario expressè appareat, quòd scilicet protestatio
fuit facta ante comparitionem, ex quo continet non de-
ueniri ad comparitionem, & sic ad actum de futuro, &
de præterito l. si ita quis substitutus, vbi Bald. ff. de
hæred. instit. DD. in l. ambiguitates, C. de test. Sord. cons.
523. num. 7. vol. 4. & benè Menoch. in cons. 400. num. 11.
vol. 4.

Non obstat etiam tertia nullitas, quòd scilicet, vnica
citatione, & audientia fuerint cumulati plures termini,
videlicet exhibitionis, & admissionis trium librorum ma-
triculæ, vocationis Peritorum, delationis, ac receptio-
nis iuramentorum, inspectionis vtriusque scripturæ
tàm comparatæ, quàm comparandæ, & relationis su-
per earum comparatione; nam huic motiuo fuit res-
16 ponsum, non esse nouum in iure, † quòd sub vnica ci-
tatione possint plures actus cumulari, glos. in cap. a.
in ver. & si veneritis, de Testib. cogen. Soccin. de citat. art.
28. num. 1. Carpan. ad Statut. Mediolan. par. 1. cap. 2. num.
113. quod procedit de plano in casu isto, in quo omnia
prædicta vno, eodemque tempore erant explicanda; ex-
hibitio enim librorum debuit sic fieri, cum stante statu-
tum Mediolani cap. 354. non possent extra custodiam
Officialium deputatorum dimitti, delatio autem iura-
mentorum facta Peritis, inspectio Iurium inuicem com-
paratarum, & relatio ab eisdem facta, præsentibus Iudi-
cibus, non inducunt inculcationem terminorum, cum
17 hæc † omnia in Iudicio comparitionis debeant successiuè
fieri. Cyn. post glos. in l. comparationes, num. 10. in fin. C.
de fid. Instrum. & ibi etiam Odofredus n. 4. vers. etiam ipse
Iudex Bald. nu. 30. vers. sed certè tutus est, cum seqq. qui
in specie dicit, quòd omnia prædicta interuenire debent,
18 † cùm Iudex adhibitis alijs Peritis, ipsisque iuramento de-
lato corpora litterarum respicere debeat, Angel. ibidem
num. 4. vers. secundo quod Iudex, Castren. num. 20. vers.
sed dicit, Angel. Salicet. num. 8. vers. nisi ea saluando,
Sicard. numer. 4. Menoch. latè de arbitr. casu 114.
num. 26.

Quantum attinet ad secundam inspectionem. An com-
paratio fuerit legitimè facta, pendet ex tribus. Primò,
vt videatur, an esset locus recognitioni per comparatio-
nem: Secundò quatenus sic, an fuerint adhibitæ solem-
nitates requisitæ: Tertiò quatenus etiam sic, an Periti
rectè retulerint. Et quantum attinet ad primum. An
scilicet esset locus recognitioni per comparationem, nul-
la adest difficultas; agitur enim de Instrumento con-
fecto de anno 1502. & Procurator Commendatarij ha-
19 bens sufficiens mandatum, ac petens recognitionem, †
iurauit de calumnia, quod est speciale in hoc casu, in
quo non solum in causa principali iuratur de calumnia,
sed etiam quando agitur in specie de recognitione per
comparationem, & iurauit se non habere alium mo-
20 dum † recognoscendi dictum Instrumentum, quæ duo
iuramenta ex parte petentis comparationem tamquam
de necessitate, & forma requiruntur vt in Auth. de
Instr. cautel. & fid. §. si verò moriantur, glos. in l. com-
parationes, in verb. ab his, vers. iurant autem, & ibi
Angel. numer. 11. Castrens. numer. 12. vers. addo Salyc.
numer. 7. Bald. numer. 7. vers. tertio oppono, Sicardus nu.
5. vers. sunt autem, Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 114.
21 numer. 34. & ratio est, quia ista est subsidiaria † pro-
batio, donec enim sunt aliæ probationes non recurritur
ad comparationem. Bald. in d. l. comparationes num. 10.
Cyn. num. 6.

Circa secundum, An scilicet fuerint adhibitæ solemni-
22 tates requisitæ, certum est, quòd si Iudex vult † ipse re-
cognoscere potest hoc facere; sed tutius est, vt adhibeat
duos Peritos, prout fuit factum in casu isto, vt notat
Cyn. in d. l. comparationes numer. 10. Bald. quæst. 6. num.
30. & latè Menoch. de arbitr. cas. 114. nu. 26. & quod
† debeant esse plures Periti, nec sufficiat vnus, dicit Cyn. 23
in d. l. comparationes d. num. 10. Bart. in lectura antiqu.
numer. 3. Bald. numer. 30. qui quidem Periti, vt dicit
Salyc. in eadem l. comparationes, quæst. 6. num. 18. in fin.
debent esse non † suspecti partibus, & idem etiam dicit 24
Bald. ibidem num. 32. & propterea cum pars Marchionis
noluerit nominare suum confidentem, sufficit quòd Iudex
nominando ex officio, non nominauerit aliquem suspe-
ctum, quam quidem nominationem Iudex potuit facere,
cùm pars Marchionis fuit specialiter † citata ad eligendum 25
suum Peritum, & hoc facere neglexerit, l. final. versic.
electione videlicet, & ibi glos. in ver. dirimenda, C. de
Iudic. Cagnol. in l. 2. num. 259. vers. partibus verò, C. de
rescind. vendit.

Et in hac recognitione interuenerunt tria requisita;
nempè iuramentum Peritorum, scriptura certa ad quam
debuit fieri comparatio, & diligens examinatio Perito-
rum. Primùm enim requisitum, hoc est iuramentum
Peritorum, quod est † de iure necessarium, & de forma, 26
vt dicunt DD. mox allegandi, & ad litteram dicit text.
in d. l. comparationes §. omnes autem C. de fid. Instrum. qui
text. dicit per formalia verba, omnes autem comparatio-
nes, non aliter fieri concedimus, nisi Iuramentum antea
præstitum ab his, qui comparationem faciunt fuerit affir-
matum, quod neque lucri causa, neque inimicitijs, neque
gratia tenti, huiusmodi faciunt comparationem, quod iu-
ramentum ita debere concipi videtur de forma, vt sen-
sit Salycet. in d. l. comparationes, numer. 3. vers. item no-
ta formam iuramenti, Sicard. numer. 4. Bald. numer. 4. vbi
quòd Periti debent interrogari, an id † quod dicunt cau- 27
sa odij, vel inimicitia, aut gratia tenti dicant, Bart.
ibidem in lectura antiq. in fin. vbi quòd Periti debent
iurare secundum formam † in d. l. traditam, quod ad 28
vnguem fuit seruatum, vt in processu Compulsoriali
fol. 50. p. pag. vbi apparet, Peritos fuisse interrogatos,
An prece, precio, odio, vel amore, seu aliqua spe lucri,
& interesse ducti accesserint ad iudicium perhibendum,
qui responderunt medio iuramento, seipsos pro veritate
tantùm dicenda de eo, quod sciuerint, & requisiti fue-
rint accessisse, quod sufficit, licèt non repetierint se ac-
cessisse non prece, precio, odio, amore, vel spe lucri,
† cùm responsio relatiua ad interrogationem habeat im- 29
plicitum tenorem interrogationis, à qua recipit de-
clarationem l. si defensor, §. qui interrogatus, ff. de
interrog. act. §. præterea in Instit. de inutil. stipul. Bald. cons.
54. num. 2. vers. ex hoc sequitur lib. 1. Alexand plenè cons.
75. num. 12. vers. cum responsio, lib. 5. Surd. cons. 414.
num. 72.

Secundum etiam requisitum interuenit, nempè scri-
ptura certa ad quam comparationem prædictam fecerunt,
vt disponitur in d. l. comparationes, certitudo autem scri-
pturarum ex eo deducitur, quia fuerunt exhibiti per Of-
ficiales tres libri matriculæ Notariorum Mediolani, qui
conficiuntur iuxta formam statuti illius Ciuitatis, de
quo Carpan. cap. 353. lib. 1. in quibus libris Matriculæ
inter alia continentur signum, & subscriptio manu pro-
pria Francisci de Badagio, & quibus libris ex eodem
Statuto cap. 374. apud eundem Carpanum eod. lib. 1. certa,
& indubitata fides adhibetur, quare non potest dubitari
de certitudine scripturæ, † ad quam debuit fieri compa- 30
ratio, vt benè ad propositum Bald. in d. l. comparationes,
num. 6. in fin. vers. ego addo septimam scripturam, cum
seqq. & optimè comprobat text. in Authen. ad hæc, §.
item, & carta, C. de fid. instrum. & in §. illud etiam auth.
de his qui ingred. ad appell. vnde sumitur, quibus in lo-
cis dicitur sufficere cartam esse prolatam ex Archiuio pu-
blico, quod ex eisdem iuribus repetit Salycet. in d. l.
comparationes, numer. 13. vers. quanta scriptura. Si-
card. num. 8. & propterea sequitur comparationem ex hoc
capite sustineri, cum in ista materia duæ † scripturæ re- 31
quirantur, vna quæ debet recognosci, altera ad quam
debet fieri comparatio, quæ debet esse certa, quarum
vtraque interuenit, & secunda est certa. Cyn. in d. l. com-
paratione n. 4. vers. differentia, Bart. num. 1. Bald. nu. 10.
Fulgos. num. 5.

Tertium quoque requisitum interuenit, quòd scilicet
Periti † inspiciant singulas literas, seù elementa, di- 32
ctiones, & elementorum, verborumque tractus, signa,
& his similia, vt notat Bald. in d. l. comparationes num.
30. & 21. Salyc. num 19. quæ omnia præstiterunt secun-
dum tradita per dictos DD. quæ ad praxim nouissimè
reduxit

reduxit Eques Iulius Cæsar Buttifangus Vrbeuetanus in suo eleganti tractatu de recognitione literarum per comparationem nondum impresso, qui extat apud me manuscriptus; & quamuis prædicti DD. dicant, quod Periti debent aduertere etiam ad stylum Notarij, & admodum dictaminis, attamen cum dictis libris Matriculæ adhibeatur plena fides, in quibus continetur signum tantùm, & subscriptio manu propria Notariorum, & in specie Francisci de Badagio, ad quam fuit comparatum signum, & subscriptio posita in calce Instrumenti de quo agitur, & ad decem, & septem lineas scriptas manu propria eiusdem Francisci, cum tota reliqua pars Instrumenti sit scripta aliena manu, & in hac parte. Periti optimè retulerunt comparando omnes quatuor manus, & signum, tres videlicet positas in dictis tribus libris, & quartam positam in Instrumento, de quo agitur.

Circa tertium, & vltimum, An scilicet Periti rectè retulerint. Salyc. *in d. l. comparationes, num. 19. in fine, &* Curt. Sen. *in l. admonendi, num. 114. vers. vltimò requiri-*
33 *tur, ff. de iur. iur.* dicunt quod † Periti relationem suam debent facere in scriptis, vel in actis facere scribi, quia est species probationis, quod ad vnguem fuit seruatum, repetendo etiam in relatione recognitionem signi, & aliarum qualitatum, de quibus supra dictum fuit. Vndè negari non potest, quin etiam constet de valida relatione facta per Peritos.

Et ità hodie fuit conclusum visis etiam scripturis, quas in positione huius causæ Dominus Marchio aliàs dederat, licet hodie, nec in voce, nec in scriptis informare voluerit.

¶ Infra in eadem causa in par. 2. habentur duæ decisiones sub die 30. Aprilis 16 2. & 15. Decemb. eiusdem anni coram eodem bo. me Coccino, sunt decisiones 120. & 164. & infra par. 5. habetur altera decisio sub die 17. Decembr. 1641. coram eodem Reuerendiss. Coccino.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Romana Donationis de Capranica.

Die Lunæ 26. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Dominium, necnon possessio filiorum in bonis paternis ex quibus probetur. Donatio quando est facta absque solemnitatibus à statuto requisitis est nulla, & an insinuationi possit renunciari per iuramentum, & quando in donatione requiratur talis insinuatio.

SVMMARIVM.

1 *Ex Inuentario bonorum paternorum communiter, & simul per fratres confecto, probatur dominium, & possessio patris.*

2 *Inuentarium plenè probat contra conficientem.*

3 *Dominium, & possessio filiorum in bonis paternis, probatur ex immistione, & aditione hæreditatis, & num. 4.*

5 *Ex statuto Vrb. possessio patris continuatur in filium, qui propterea in d. possessione continuata manutenendus est.*

6 *Donatio facta sine solemnitatibus requisitis à statut. quod habet clausulam irritantem, est nulla, ac si non fuisset facta.*

7 *In donatione facta personæ coniunctæ multo magis, quàm in alijs, præsumitur fraus.*

8 *Donatio si fuerit iurata, stante statut. quod hoc casu iuramentum annullat, nihil operatur.*

9 *Insinuationi per iuramentum non potest renunciari, stante statut. Vrb. de quo hic.*

10 *Donatio, si fuerit correspectiua, & ob causam hoc casu, non requiritur insinuatio.*

11 *Donatio censetur pura, & simplex, si non subsit necessitas, propter quam quis donare teneatur, & hoc præsertim ad effectum insinuationis.*

12 *Insinuatio requiritur in excessu donationis remuneratoriæ, cum pro illa parte habeatur pro vera, & simplici donatione.*

13 *Hæres fideicommisso grauatus interim est verus dominus, necnon verus possessor.*

14 *L. hæreditatum ff. ad l. falcid. computatio qualiter fiat.*

15 *Donator quando vult reuocare donationem, an prius debeat restituere quod accepit ex causa donationis.*

16 *L. si diuersas C. de transact. quando procedat.*

17 *Transactio, quando est nulla, tunc agi potest, etiam non præmissa restitutione.*

18 *Possessio etiam ex contracta inutili transfertur, declara num. 19.*

20 *Possessio etiam per actum realis traditionis non amittitur, neque transfertur sine animo.*

21 *Donatio, quando est imperfecta ratione insinuationis, & nulla ex defectu consensus, non sustinetur, tam ratione dominij, quàm possessionis.*

DECISIO CC.

DOMINVS Asdrubal Capranica de anno 1615. donauit D. Camillo eius fratri bona quædam descripta etiam in inuentario hæreditatis paternæ, quæ ad eum vti filium, & hæredem pro medietate spectabant necnon medietatem integræ dotis maternæ, & quædam alia iura prout in dicta donatione, & vice versa Camillus in eodem donationis instrumento promisit soluere quædam debita Asdrubalis scut. 2500 sed quia d. donatio nunquam fuit insinuata, nec testibus subscripta, & sic fuit celebrata sine solemnitatibus per Statuta Vrbis 149. & 150. pro forma requisitis, propterea Asdrubal præuia declaratione, quòd nolebat dictæ donationi stare, petijt manuteneri in dictis bonis sic donatis perinde, ac si donatio nunquam fuisset facta, & proposita causa die 13. Maij 1622 Domini voluerunt gustare de bono iure, & hodie resoluerunt de eo constare ad effectum manutentionis ad fauorem Asdrubalis, quia in primis † ex inuentario bonorum pa- 1
ternorum communiter, & simul per vtrumque fratrem confecto probatur dominium, & possessio patris, Paris. *cons. 45. numer. 20. lib. 2.* Manticul. *de inuent. quæst. 232. num. 462. in tract. de inuent. diuers.* Rot. *decis 387. num 2. & 559. num. 4. par. 1. recent* & præser-
tim contra † Camillum conficientem Plot. *de in lit. Iuran.* 2
§. 5. nu. 28. Rot. *dec. 1. in fin. de donat. inter vir. & vxor. in an iunior.*

De dominio autem, & possessione Asdrubalis con-
stat ex immixtione, † seu aditione hæreditatis, *l. hære-* 3
ditat, ff. de regul. iur. § pro hærede, Instit. de hæred. qualitat. & differ. Necnon ex dicto donationis instrumen-
to, † quo plenè probatur, bona fuisse communia etiam 4
quoad possessionem, *l. 2.* & ibi Bart. *C. commun diuid. idem* Bart. *in l. cum falsa, num. 6. C. de iur. & fact. ignor.* Soccin. Sen. *consil. 46 in princ. lib 3.* Ruin. *consil. 128. numer. 5. & 18. lib. 2.* Paris. *cons. 26. numer. 54 lib 2.* Aldobr. *cons. 51. numer. 6.* Seraph. *decis. 553. in princ.* Et demum
de possessione Asdrubalis non potest dubitari † cum ex 5
Statuto Vrbis patri possessio in filios continuetur, qui propterea est in dicta possessione per statutum continuata manutenendus, Gabr. *de acq. poss. concl. 7. numer. 3. & 6.* Honded. *consil. 18. numer. 15. & seqq. lib. 11.* Menoch. *de retin. remed. 3. numer. 39.* & fuit dictum in *Romana domus de Nocebiellis 27. Iunij 1622.* & in terminis statutis Vrbis in *Romana hæreditatis 31. Maij 1613. coram bo. mem. Vbaldo.*

Nequæ obstat dicta donatio, quia vti facta sine prædi-
ctis † solemnitatibus statuti, quod continet clausulam 6
irritantem actum aliter factum, fuit nulla, & ac si nunquam fuisset facta, *glos. communiter approbata, in clem. 1. in verb. iubentes de iurepatr.* Rebuff. *de insinuan. donat. art. 1. glos. 6. & 7.* Bursat. *cons. 396. numer. 19.* & multò magis ex quo statutum fundatur in causa publicæ vtilitatis, nempè ad euitandas fraudes, quæ fortius proce-

7 dit in casu nostro † in quo donatio facta fuit coniunctæ
personæ, vt in puncto Bald. *in l. data iam pridem, numer.* 3.
& 4. C. de donat. Barbat. *cons. 23. num. 12. in fin. lib. 2.* Maresc.
var. resolut. lib. 2. cap. 29. nu. 7. & Modern. Roman. *discept.
forens. cap. 887. num. 17. cum seqq.*
8 Non obstat † quòd donatio fuerit iurata, quia, vt disponit
dictum statutum, iuramentum præsumitur etiam
fraudolenter interpositum adeò, vt non possit contrarium
probari, quod propterea vti annullatum ob publicam vtilitatem
nihil operatur, Bar. *in l. si quis pro ea, numer.* 8.
ff. de fideiuss. Bald. *cons.* 450. *lib.* 5. & fuit latè dictum in
*Romana nullitatis obligationis 16. Ianuarii 1626. coram
me*, cui propterea meritò potuit Asdrubal. contrauenire,
vt in terminis Imol. *in l. Aquilius, ff. de donat.* Surd.
9 *cons.* 361. *numer.* 10. & quod † solemnitati insinuationis
non possit renunciari, etiam cum iuramento stante dicto
statuto, Cæs. de Gras. *decis.* 150. *aliàs secunda de donat.
num.* 14.

10 Non etiam obstat, quòd prædicta † donatio fuerit
correspectiua, & ob causam, quo casu non requiritur insinuatio,
Tiraq. *in l. si vnquam, verb. donatione largitus,
num. 139. C. de reuoc. donat.* Molin. *de Hispan. primog. lib.
2. cap. 8 num.* 15. Quia aut causa donationis deducitur
ex quo illa prætenditur facta contemplatione matrimonij,
& vltrà quod talis causa non subsistit in facto, quia Camillus
tempore donationis erat iam matrimonio coniunctus,
& ex eo habebat filios, cum dicta causa quoad
Asdrubalem non fuerit necessaria, nec respiciat
11 eius commodum, nec etiam sit dos, † nec donatio propter
nuptias correspectiua ad dotem, erat nihilominus
donatio insinuanda, Becc. *cons. 52. num. 22.* Surd. *d.* 361.
num. 24. & Rot apud Pic. ad Stat. Vrb. *decis. 42. num. 7.
& decis. 49. num.* 10. Aut verò causa deducitur ex quo
Camillus donatarius se obligauit soluere debita Asdrubalis
scut. 2500. & huiusmodi causa solum operatur, vt
vsque ad æquiualentem dictorum debitorum quantitatem
dicta donatio non esset insinuanda, non autem si
12 quod donatur, vt hic longè excedit, quia † in excessu
habetur pro mera, & simplici donatione iuxta tex.
in *c. relatum, ibi iux. seruitij meritum, & c. de testam.*
Bald. *in l illud, C. de sacros. Eccles.* Io. Garz. *in tract.
de donat. remuner. num.* 51. Gabr. *cons. 77. num.* 20. & plenius
Rot. apud Seraph. *decis. 416. numer. 20. &* 28. Et in
puncto quod in excessu requiratur insinuatio, Angel.
Imol. & Rom. *in d. l. Aquilius, ff. de donat.* Tiraq. *in d.
l. si vnquam, verb. donat. largit. num.* 80 Mantic. *de tacit.
& ambig. lib. 13. titul. 15. &* 31. excessus autem est patens
cum res donatæ, vt cernere licet ad oculum ex
enumeratione specierum donatarum, necnon medietas
dotis maternæ etiam donatæ nedum decies, sed
bis decies, & multò pluris excedant dictam summam
scutorum 2500. quam vice versa D. Camillus soluere promisit.

Nec releuat, quod bona donata essent fideicommisso
grauata ad fauorem Camilli, & propterea quod Asdrubal
non dedit, nisi vsufructum durante vita sua, quia
præterquam quod sola medietas dotis maternæ donata,
quæ erat libera, & liquida ex confessione Camilli in scutis
4750. excedit ferè duplum prædictam summam debitorum,
cum tempore donationis Asdrubal esset ætatis
33. annorum, clarè liquet quod facta computatione iuxt.
tex. in *l. hereditatum, ff. ad l. falcidiam*, fructus rerum
donatarum longè excedunt dicta debita accollata. Cum
13 † enim hæres fideicommisso grauatus interim sit verus
Dominus; verusque possessor, *l. si ij, & l filius hæredes,
ff. de vsu, & vsufruct.* Socc. sen. *cons. 10. num.* 11. Peregr.
de fideicom. art. 4. nu. 6. Molin. *de Hisp. primog. lib. 1. cap.
19. nu. 4. cum seqq. &* Rota *in Reatina fideicommissi 17. Maij,
& in Arimin. legitimæ 5. Maij 1627. coram me*, non est du-
14 bium, quin excessus † veniat etiam æstimandus ex eo,
quod hæres grauatus percipere potest, vti Dominus iuxta
computationem d. legis Crauet. *cons. 105. num.* 10. &
Rot. in Bonon. *de Montereat. 17. Aprilis 1617. coram bo.
mem. Seleucien.*

15 Minus releuat, quod Asdrubal non possit † agere, nisi
prius restitutis per eum acceptis, vel solutis per Camillum
ex causa huius donationis, *iux. reg. text. in l. si diuersas,
C. de transact.* Tum quia non constat, quòd fuerit
quicquam acceptum, vel solutum. Tum etiam, quia
16 quando † dispositio d. legis (quæ loquitur in transactione,
in qua non versamur, cum nulla esset lis, nec esse
poterat, quia ex confessione Camilli bona donata erant
Asdrubalis ab eoque possidebantur) habeat etiam locum
in donatione correspectiua non intrat in casu nostro, ex
quo non agitur ad rescissionem, nec ad executionem rescissionis,
sed ad manutentionem ex eo, quod donatio
fuit nulla, & sic possessio nunquam amissa ab Asdrubale,
nec Camillo acquisita. Quo casu † etiam nulla 17
præmissa restitutione agi potest, Rol. *cons. 7. numer.
3. lib.* 3. Rot. apud Greg. XV. *decis. 271. num.* 16. & benè
ibi Add. *num.* 28. & in omnem casum Camillus peteret,
quod intus habet, quia iuxta computa data fructus
ab eo percepti ex rebus donatis longè excedunt dicta debita.

Demum non obstat, quòd † ex contractu inutili trans- 18
feratur possessio, *l. 1. §. si vir vxori, vbi communiter DD.
ff. de acq. possess.* & sic quod fuit translata in Camillum,
etiam quod dicta donatio fuerit nulla, quia dicta regula
non procedit in casu nostro. Tum † quia non fuit deuen- 19
tum ad actum actualis traditionis, vt post Bald. Tiraq.
& alios, Honded. *cons. 23. num. 25. cum seqq. lib.* 1. Quinimò,
nec fuit apposita clausula, *Constituti*, quæ etiam
nihil operaretur, vt ibidem Honded. *numer.* 26. Tum
etiam, quia † possessio etiam per actum realis tradi- 20
tionis non amittitur, nec transfertur sine animo, *l. 3.
§. in amittenda, & l. quemadmodum, ff. de acqu. poss.* Bald.
in l. non dubium, num. 18. in decima oppositione, C. de leg.
& in puncto Honded. *vbi supra nu.* 27. Put. *decis. 476. lib.
3. in nou. impress.* Rot. *decis. 93. num. 2. par. 2. diuers.* Stante
autem defectu insinuationis † donatio fuit imperfecta, 21
& nulla ex defectu consensus tam quoad translationem
dominij, quàm possessionis, Rebuff. *de insinuat. donat.
glos. 6. & 7. articul.* 1. Honded. Put. & Rot. *vbi
supra.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO

Parmen. Status.

Die Lunæ 26. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Fusè tractatur materia, an & quando, & ex quibus coniecturis filiatio legitima præsumatur, & præsertim quando non principaliter, sed incidenter discutitur matrimonium, ad effectum, vt filij succedant, & alia de quibus in Summar.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio legitima præsumitur ex matrimonio præcedenti.*
2 *Legitimus, vt quis dicatur, satis est, esse natum in constantia matrimonij.*
3 *Matrimonium vbi est, ibi filij legitimi nascuntur.*
Filij, qui post concubinæ nuptias sunt procreati, iusti filij appellantur, n. 3.
4 *Matrimonium sufficit, quod sit præsumptum, ad hoc vt non obstent verba fideicommissi de legitimo matrimonio verè, & non fictè.*
5 *Legitimus ad hoc, vt dicatur filius, sufficit esse natum ex ea, quæ credebatur vxor.*
6 *Legitimus dicitur filius, qui natus est ex ea, cum qua dicebatur legitimum matrimonium in domo, vicinis scientibus.*
7 *Legitimus est filius, qui susceptus est in tempore, quo communiter reputaretur matrimonium verum, licet verum esse non posset.*
8 *Testis vnicus in probanda legitimitate filiorum probat, maximè quando concurrunt alij testes de publica voce, & fama.*
9 *Testis vnicus, concurrentibus alijs præsumptionibus plenè probat.*

10 Te-

10 *Testis dicitur omni exceptione maior respectu inducentis, cum censeatur approbata persona, ita vt amplius non potest reprobari.*
11 *Imperfecta probatio potest ex adminiculis suppleri.*
12 *Testis examinatus in causa, licet contra aliam personam negari non potest, quin possit deseruire pro adminiculo.*
13 *Filiorum legitimorum distinctio à filijs illegitimis, an probet legitimitatem.*
14 *Filij dicuntur legitimi, si post eorum procreationem perseueranter durauit vox, nomen, & reputatio matrimonij.*
15 *Matrimonium, quando principaliter non discutitur, sed incidenter ad effectum legitimæ successionis, per leuiores probationes probatur.*
16 *Filij, qui sunt in quasi possessione legitimitatis, eis prodest, & suffragatur ad effectum successionis.*
17 *Testis, si deponat, quod fuit præsens alicui actui, sed non recordatur de tempore præciso, ex hac responsione excluditur solum probatio circa tempus præcisum.*
18 *Actui potest esse, quod quis fuerit præsens, & quod tamen non recordetur de tempore.*
19 *Clausula non se astringens, posita in articulis, quid operetur.*
20 *Confessio facta in articulis, quando possit reuocari, etiam non docto de errore.*
21 *Articulans non fatetur.*
22 *Dictio (in circa) quid operetur.*
23 *Adulterium solum, non causat impedimentum matrimonij, nisi adsit fides data, vel machinatio.*
24 *Adulterij mentio, in contrahendo matrimonio, ante Concil. Trident. non erat facienda.*
25 *Concil. Trid. sess. 24. c. 5. de refor. matr. in quibus casibus procedat.*
26 *Raptus ante Concil. non dirimebat matrimonium.*
27 *Beneficia vacant per contractum matrimonij.*
28 *Pluralitas in actibus hominum non præsumitur nisi probetur.*
29 *Tempus in contractu, quando est de substantia, debet præcisè probari.*
30 *Verba æquipollentia sufficiunt, vbi ex ipsis sequitur illud, quod exprimi debuit.*
31 *Effectum dummodo habeamus, non curamus de modo.*
32 *Temporis dubium vbi est, præsumitur in benigniorem partem.*
33 *Actus ex præsumptione iuris præsumitur in tempore legitimo factus.*
34 *Contra testes, licet debentur exceptiones, ex hoc non sequitur, quin Iudex non possit informare animum suum ex dictis depositionibus.*
35 *Iudicis est, vndequaque veritatem indagare.*
36 *Pars durante oppositione partis aduersæ contra testes, potest vti depositionibus d. testium, & numer. 37.*
38 *Pars tunc non potest vti depositionibus testium, si pars aduersa in impugnatione contra eos obtinuit.*
39 *In legitimitate probanda, in concursu præualet probatio pro legitimitate.*
40 *Testibus deponentibus de bona fama magis creditur, quã deponentibus de mala, etiamsi numero d. testes aliquantulum excederent.*
41 *Filijs, quantum potest lex fauet, ad hoc, vt in dubio sint legitim.*
42 *Ex cohabitatione masculi, & feminæ non præsumitur matrimonium, sed fornicatio.*
Sed hoc non procedit respectu filiorum, nam vt ipsi dicatur legitimi, tunc præsumitur matrimonium n. 42.
43 *Legitimus, potius quàm illegitimus quisquis in dubio præsumitur.*
44 *Præsumptiones fortiores cedunt debilioribus.*
Præsumptiones cedunt probationibus, n. 43.
45 *Fama si habeat ortum à non probabilibus causis attenditur.*
46 *Fama si sit vana vox populi, nihil probat.*
47 *Prothonotariatus honoris, an vacet per contractum matrimonium.*
48 *Abbreuiatores, de Parocho maiori qui sunt Prælati, & sedent in Capella, olim habebant vxores.*
49 *Testis deponens de simplici auditu, nihil probat.*
50 *Testes non concludentes in dicto non attenduntur.*

DECISIO CCI.

BIS fuit resolutum DD. Alexandrum, & Cyrum ex persona Pallauicini aui, & Sigismundi patrui magni esse in quasi possessione legitimitatis requisitæ à March. Io. Francisco fideicommittente, hoc est tamquam procreatorum, & natorum de legitimo matrimonio verè, & non fictè; Et nunc tertiò eadem sententia placuit DD. Ratio decisionis fuit, quia cum iam Rota pluries resolut erit constare de matrimonio sine coarctatione temporis, ex procreatione, & natiuitate filiorum post matrimonium, in antecedens necessarium, etiam quod de certa præcisa die contractus non constaret, satis virtualiter, & implicitè resultat coarctatum tempus præexistentis matrimonij sufficiens, & habile ad concludendum illorum legitimationem; cum filiatio † legitima probetur ex causis, & pri- 1
mò signanter à matrimonio procedenti. Bald. *in leg. filium eum diffinimus sub numer. 9. de his qui sunt sui vel ali. iur.* quem in proposito sequuta est Rota *in illa Mediolanen. illegitimitatis 5. Iunij 1599. coram bon. memor. R. P. D. Rubeo*; satisque sit quem esse natum † in consistentia matri- 2
monij: latè Paris. *cons. 10. num. 1. & seqq. lib.* 2. Euidenti concurrente ratione, quòd vbi est matrimonium ibi filij † 3
legitimi nascuntur, & qui post concubinæ nuptias sunt procreati iusti filij appellentur ex adductis in *decis. die 8. Iunij 1626.* Et accedente, quòd, † non obstantibus ver- 4
bis fideicommissi, *de legitimo matrimonio verè, & non fictè*, in huiusmodi causa firmatum fuit sufficere matrimonium præsumptum Cardin. Seraphin. *decis.* 978. claraque sint Iura, quod ad concludendum † legitimationem sufficiat 5
vel probare, quod quis natus sit ex ea quæ credebatur vxor *glos. in cap. lator. in verb. probari qui fil. sint legit.* vel quòd natus sit ex ea cum, qua † dicebatur legitimum matri- 6
monium, & in domo, vicinis scientibus, *leg. si vicinis, & ibi sumat* Salyc. *Cod. de nupt.* Immò, & fortius sufficiat probare prolem susceptam in tempore, quo communiter putaretur † matrimonium, verum licet ve- 7
rum esse non posset, Lapus *allegation. 89. num. 9. vbi benè additio.*

Ideò matura præhabita discussione in pluribus positionibus, An probetur dictos Pallauicinum, & Sigismundum fuisse procreatos, & natos post matrimonium contractum inter Bernardinum, & Catherinam DD. iterum, & tertiò affirmatiuam sunt amplexi ex deductis in duabus decisionibus super hoc emanatis, quæ placuerunt, & signanter ex depositione Presbyteri Baptistæ testis Rangonorum qui fuit præsens matrimonio; vt enim sæpè dictum fuit, super 17. interrogatorio deponit quod Bernardinus, & Catherina per plures annos steterunt simul reputantes se pro legitimis coniugibus, & procrearunt articulatos filios videlicet inter alios præfatos Pallauicinum, & Sigismundum, & sic de vera scientia deponit Pallauicinum, & Sigismundum natos, & procreatos fuisse post matrimonium, qui testis, licet sit vnicus, tamen in hac facti specie plenè probat, ex quo cum dicto ipsius concurrunt † alij testes deponentes de pu- 8
blica voce, & fama, Specul *in titul. de testam. in cap. de numer. test. num. 11. in 25. casu*. Eoque magis quia concurrit etiam † præsumptio multiplex, cum 9
tamen vnica vehemens sufficeret. Aym. *cons.* 400. *numer. 36. lib. 3. cons. 911. numer.* 24. Decian. *resp. 17. num. 12. lib. 3. & cons. 93. num. 8. lib. 2. vbi infinit. allegat. & licet num.* 34. declaret id procedere, quando vnicus testis est omni exceptione maior; tamen, quicquid sit de hac conclusione dubitari non potest, quin respectu DD. de Rangonibus iste testis non sit omni exceptione maior, eum † ab illis fuerit 10
inductus; ex inductione enim testis, illius persona censetur approbata, itaut amplius non possit reprobari *glos. in §. & licet in vers. Supplicijs. Authen. de testib.* Cassan. *cons. 34. num.* 36. Honded. *cons 84. numer. 49. volum. 2. Et dixit* Rot. *in hac causa 11. Ianuarij 1616. coram bon. memor. Cardin. Sacrato*. Et eò amplius d. Presbyter Baptista probat, quia multæ præsumptiones, & coniecturæ procedunt ex circumstantijs facti ex allegatis in alijs decisionibus, & plenè

Farinac. *de testib. quæst.* 63. *num.* 3. Mantic. *decisione* 325.
11 *nu.* 4. Et quod † imperfecta probatio possit ex adminiculis suppleri, allegando *text. in leg. Instrumenta Cod. de probat.* Guidopap. *decis.* 441. Achill. *decisione* 1. *de confes. &* Rota *decis.* 385. *num.* 8. *part.* 1. *diuers. fuit dictum in causa Romana societatis officij* 19. *præsentis mensis cor. R. P. D. meo Piratano.*

Fama enim, vt sæpè dictum fuit, satis probatur ex depositionibus Bernardini de Franzosijs, & Io. de Magistris testium DD. de Rangonibus, quorum dicta coadiuuantur ex depositione Baroccij de Burgo pariter testis DD. de Rangonibus, qui deponit de auditu, & ex Damiano Cornazzano teste Pallauicinorum, qui optimè deponit de matrimonio, & procreatione, ac natiuitate filiorum constan-
12 te matrimonio, & licèt iste non † sit examinatus in hac causa, sed contra fiscum, negari tamen non potest, quin possit inseruire pro adminiculo; & hæc latè fuerunt ponderata in *decis. facta* 8. *Iunij* 1626. & repetita in *decis. facta* 24. *Martij* 1628.

Coniecturæ autem, & quidem vrgentissimæ non deficiunt, videlicet fama prædicta communis reputatio, mandatum de dispensando, relatio Cardinalis Simonettæ & alia, & quidem ex circumstantijs facti, si ponderetur dictum mandatum de dispensando, communis reputatio, distinctio filiorum facta per Bernardinum in suo testamento, qui filios natos post matrimonium à natis ante
13 matrimonium distinxit. Quæ distinctio † legitimorum ab illegitimis facta in testamento, apud Cæs. de Grass. *decis.* 18 *num.* 5. *de probat.* admissa legitur. Et quod plus est in casu isto vera comprobatur non solum ex depositione testium DD. Rangonorum similiter distinguentium natos ante matrimonium à natis ex post, nominantium inter natos ex post Pallauicinum, & Sigismundum, vt sunt Raymundus del Pizzo, Bernardinus de Franzosijs, super interrogatorio si sciunt, & Ioan. de Magistris ad 13. interrogatorium, qui licèt loquantur de auditu, comprobant tamen eorum dictum de visu vniuersalis reputationis, deponentes, quòd illos totales viderunt ab hominibus loci teneri, & reputari, vt est Raymundus del Pizzo, & Ioan. de Magistris, quòd vidit haberi, & reputari publicè, & palam, & Bernardinus de Franzolijs, quòd publicè dicebatur in loco Zibelli, & sic de publica fama; Sed etiam coadiuuatur, & corroboratur ex scripturis, & publicis instrumentis, in quibus (probata natiuitate Pallauicini, & Sigismundi de anno 1511. & 1512. respectiuè, prout ex instrumentis 1526. & 1530. iuncta depositione Raphaelis de Ferrarijs testis Rangonorum) elicitur vterius ante talem natiuitatem, & procreationem matrimonium contractum, prout ex mandato de dispensando de anno 1508. obtento, quod DD. Rangoni prætendunt executum de mense Ianuarij 1510. necnon ex instrumento quietantiæ anni 1510. in quo Catherina contrahendo, & stipulando nominata legitur tunc vxor Illustr. D. Bernardini March. Pallauicini in secundo matrimonio, in terra Varani, cuius erat Dominus ipsemet Marchio Bernardinus taleque instrumentum rogatur à Notario Vassallo coram tribus testibus vassallis inter quos supradictus Pres-
14 byter Baptista Parochus; & † post procreationem dictorum filiorum eiusdem matrimonij perseueranter continuata vox, nomen, & reputatio ex instrumentis anni 1511. 1512. 1513. & 1519. cum alijs deductis in *decisione* 8. *Iunij* 1626. cum quibus accedit tractatus parentum, & alia quamplura ponderata in *decisione facta* 27. *Aprilis* 1622. De qua decisione licet hodie non agatur, nec sit præsupponenda in disputatione huius dubij, quoad personam Vberti; tamen factum ibi ponderatum quoad Pallauicinum, & Sigismundum optimè facit, ne iterum hic eadem transcribantur, & sufficit, vt respondeatur obiectis, quæ hodie denuo repetuntur, vt statim fiet.

Et prædicta licet videantur probare procreationem, & natiuitatem filiorum ad quemcunque effectum, attamen eò magis probant in casu de quo agitur, cum matrimo-
15 nium † non principaliter discutiatur, sed incidenter ad effectum legitimæ successionis; vnde leuiores probationes sufficiunt. Gemin. *cons.* 27. *num* 8 *& seqq. & consil.* 16. *numer.* 5. *&* 6. Roland. *cons.* 93. *num.* 21. *lib.* 3. Decian. *in regula, Nuptias num.* 4. *ff. de reg. iur. & in cap. Ecclesia S. Mariæ num.* 39. *de constitut. & in consil.* 153. *num.* 3. Curt. Iun. *consil.* 52. *numer.* 3 Paris. *consil.* 13. *numer.* 22. *lib.* 2. *& cons.* 57. *num.* 41. *& seqq. vbi num.* 46. dicit communem *lib.* 4. Paleot. *de notb. & spur. cap.* 19. *num.* 10. vbi pariter de communi Ferret. *cons.* 353. *num.* 4. *& per tot. & consil.* 364. *num.* 9. Apostil. ad Alexand. *consil.* 364. *num* 9. *lib.* 5. *versic. aliud* Cott. *decis.* 22. Cæs. de Grass. *decis.* 6. *num.* 1. *qui fil. sint legit.* & fuit dictum in hac causa 20. *Martij* 1556. *coram præcl. mem. Anton. Augustino.* Eoque amplius ista procedunt, quia cum ex prædictis constet DD. Pallauicinum, & Sigismundum esse in quasi possessione legitimitatis verè, & non fictè, ista † 16
quasi possessio eis, & habentibus ab eisdem causa suffragatur ad effectum successionis Cyn. *in l. non nudis in* 3. *quæstione, versiculo pone pater meus C. de probat.* Cæs. de Grass. *dicta decis.* 6. *num.* 2. *qui fil. sint legitim.* Put. *decis.* 169. *&* 306. *lib.* 2. *in correct.* & alios congerit Lup. *de illegit. com.* 2. *§.* 3. *n.* 44 cum DD. de Rangonibus non probent contrarium, prout tenentur probare, vt in *cap. lator vbi glos. in verb. probare, & Præpos. nu.* 8. *qui fil. sint legitim.* Cæsar. de Grass. *dicta decis.* 6. *num.* 3. *eodem tit.* cum alijs, qui possent allegari, & pluries censuit Rota.

Non obstat, quòd depositio Presbyteri Baptistæ, vel est falsa, cum percutiat annum 1502. & sic ante obtentum mandatum de dispensando, ac illius executionem, & antequam Bernardinus resignaret Præposituram de anno 1508. vel deponit de matrimonio nullo facto ante dictum mandatum de dispensando, eo quod etiam cum dicta depositione concordent articuli dati per DD. Pallauicinos, quia huic motiuo fuit satisfactum per tres *decisiones coram sanct. memor.* Gregor. XV. videlicet 290. & 344. & 390. & per quartam *coram bon. memor. Cardinali Sacrato* 11. *Ianuarij* 1616. quæ iuxta stylum Rotæ non debent in hac disputatione in dubium reuocari, præsertim cum in indiuiduo respondeant fundamentis hodie excitatis; firma enim est depositio Presbyteri Baptistæ, quòd ipse fuit præsens matrimonio, & quamuis interrogatus de tempore, respondeat, quod de eo præcisè non recordatur, sed quod iudicio suo sunt triginta anni, vel circa parum plus, vel minus; attamen † ex 17
hac responsione solum excluditur probatio circa tempus præcisum matrimonij, ex quo circa tempus iudicat, Bart. *in quid tamen §. si arbiter numero tertio, ff. de recept. arbitr.* sed non propterea eliditur depositio, quòd fuerit præsens matrimonio, quia ex quo non recordatur de anno matrimonij, non ideò sequitur quòd non fuerit præsens dicto matrimonio, cum stent simul † quod fuerit præsens, & quòd tamen non recordetur de anno, & propterea pro- 17
bet matrimonium, & natiuitatem, ac procreationem filiorum post dictum matrimonium, licet non probet tempus, Bart. *in leg. de ætate numer.* 7. *versiculo interrogatæ de anno, ff. de minor.* & latissimè fuit deductum in præcitata *decisione bon. memor. Cardinal. Sacrati*, in qua etiam ad articulos, de quibus in obiecto, fuerunt datæ plures responsiones, & præsertim quòd articuli fuerunt dati à procuratoribus dum DD. Pallauicini erant minores, cum clausula †, *Non se restringens*, vnde nihil certi continent, Ioan. de Imol. *consil.* 102. *numero secondo* Gram. 19
consil. crim. 19. *numero primo*, & cessat omnis difficultas, quia confessio facta † in dictis articulis ex rationibus præ- 20
dictis potuit reuocari, etiam non docto de errore. Rota *decisione* 19 *de procurat. in nouit.* prout in effectu dicta confessio fuit reuocata. Vltra quod † articulans non fatetur, vt in *decisione sanct. memor.* Gregor XV. 247. *nu-* 21
mer. 15.

Secundò fuit ex abundanti responsum, quòd misso, quòd, vt fuit consideratum in dictis *decisione sanct. memor. Gregorij, & bon. memor. Cardinal Sacrati*, dictio † in
(circa) non operatur quòd iste testis deponat præcisè de 22
anno 1502. quatenus Presbyter Baptista deponeret de matrimonio ante annum 1508. adhuc illius depositio subsisteret, nec eliderentur ex d. mandato de dispensando; quia quicquid sit circa tempus executionis dicti mandati; cum
in eo narretur solum † adulterium, certum est, quòd illud 23
non causat impedimentum, nisi adsit cum fide data, vel machinatione, *cap. significasti* 6. *de eo qui dux. in matrimonio.* Et licet dictum mandatum loquatur de matrimonio contrahendo, potest intelligi vigore illius mandati, nec iste intellectus redditur inuerisimilis, ex quo in eodem mandato nulla fuit facta mentio de matrimonio contracto quia ante † Concilium non erat facienda talis mentio,
cuius mentionis necessitas prouenit, ex dispositione Sa- 24
crosf. Concil. Tridentin. *sess.* 24. *c.* 5. *de reform. matrim.* Nauarr. *in manual. cap.* 22. *num.* 66. *vers. quarta dicendum est.*

est. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 25. num. 23. cum alijs qui
25 possent allegari. Et quidem dispositio Concilij † habet
locum nedum inter contrahentes in gradu prohibito
seu etiam inter contrahentes cum impedimento dirimente
Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 56. art. fin. dub 2. diffi-
cul. 5. conclus. 2 fol. mihi 497. Sanchez de matrim. lib. 3. disput.
42. num. 7. & lib. 8. disput. 25. num. 24. Superfluum est etiam
26 allegare raptum; quia, † quicquid de eo sit, ante dictum
Concilium non dirimebat matrimonium, cap. fin. de rapt.
vbi omnes DD. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 12. num. 41. in
fin. Resignatio autem Præpositurae postea facta nihil ob-
stare in hoc casu, quia si ante resignatione probaretur ma-
trimonium certum est, quòd retentio fuisset de facto, non
27 de iure, cum † per contractum matrimonij beneficia va-
cent, vt notum est. Verum de hac resignatione etiam in-
ferius.

Sed veritas depositionis Presbyteri Baptistæ ad proban-
dum verum matrimonium, satis ex eo deprehenditur,
28 cum pluralitas † in actibus hominum non præsumatur, ni-
si probetur, vt fuit super hoc decisum in hac causa coram
san. me. Gregor. XV. decis. 390. Et cessat omnis difficultas
quia Bernardinus extitit in clericatu vsque ad annum
1508. & cum beneficijs, & appellatur Reuerendiss. Pro-
thonotarius in instrumentis eodem anno 1508. 16. Aprilis
& 3. Maij resignauit beneficia, vt infra dicetur, & ex tunc
in posterum fuit appellatus Illustriss. Marchio, vt patet
ex 14. instrumentis datis per DD. de Pallauicinis. Vnde
ridiculum esset dicere, quod de anno 1502. existens in habi-
tu clericali, & cum beneficijs matrimonium contra-
xerit.

Nec prædictæ responsiones eliduntur ex adductis,
29 quòd † tempus matrimonij sit de substantia in hoc casu, &
ideò debeat præcisè probari. Bald. cons. 106. num. 1. vers pri-
mum est, lib. 1. Castren. cons. 454. circa princ. vers. nam verba
sequentia, lib. 1. quia fuit responsum in hoc obiecto attenta
serie depositionis Presbyteri Baptistæ consistere magnum
æquiuocum. Nam Testis non simpliciter deponit, quòd
fuit præsens matrimonio, & quod non recordatur de tem-
pore; sed tempus habile ad legitimitatem includendo,
non memor de præciso anno subdit, quòd post dictum ma-
trimonium procreati, & nati fuerunt dd. Pallauicinus,
& Sigismundus; & sic ista depositio æquipollet, ac si
Testis deposuisset de tempore præciso matrimonij per su-
periusdicta, cum habeamus effectum, plenum quòd Pal-
lauicinus, & Sigismundus nati sunt post matrimonium,
30 † æquipollentia enim verba sufficiunt, vbi ex ipsis sequa-
tur illud, quod exprimi debuit, præsertim de iure canoni-
co, & in foro Ecclesiastico, Fedet. de Sen. cons. 158. in
princip Alexand. cons. 2. in princip. lib. 2. & intrat vulgaris
31 conclusio, quod non curamus † de modo dummodò ha-
beamus effectum, l. 3. vbi Bald. C. de inst. & subst. & stant
simul, quòd Testis non recordetur de præciso tempore
matrimonij, & tamen recordetur filios procreatos esse
32 post matrimonium. Accedente, quòd vbi est † dubium
temporis, præsumitur in benigniorem partem, Ias. cons.
46. num. 28 lib. 3 & semper fauore partus filiorum, Guliel.
de Benedict. in cap. Raynutius 3. part. §. & quæ filium nu-
33 mer. 51. de testam. & ex præsumptione † iurisactus in
tempore legitimo præsumi Cassan. in consuet. Burgund.
rubric. 13. des forestos pastura, es §. quarto numer. 7. fol. mi-
hi 372.

Non obstat, quod DD. Pallauicini dederunt generales,
34 † & particulares exceptiones contra testes examinatos per
DD. de Rangonibus, quia ex hoc non sequitur, quod Iu-
dex non possit informare animum suum ex dictis deposi-
35 tionibus: officium † enim Iudicis est vndequaque verita-
tem indagare, Put. decis. 214. num. 2. lib. 2 in correct. & plu-
ties dixit Rota in hac causa, & signanter in deci. bon. mem.
Robusterijs, 2. Decembris 1573. in fasciculo decision. im-
pressarum num. 5. & bo. mem. Cardin. Seraphin. 1000. num.
36 17. Imò, † quod plus est durante impugnatione DD.
Pallauicini potuissent vti dictis Testium, Felin. in cap.
capitulum num. 9. de rescript. Franc. Marc. decis. 44. part. 1.
Rimin. Iun. cons. 48. num. 46. Gabr. de reg. iur. concl. 1. num.
37 4. & cons. 40. num. 26. vol. 1. Viu. decis. 379. num 6. & tunc †
demum non potuissent vel, si obtinuissent in impugnatio-
ne, Bero. cons. 119. num. 1. vol. 3. Lancell. de attent. p. 2. cap
57. num. 150. & cap. 18. num. 131. Guttier. de contract. iur. par.
2. cap. 2 num. 13. Honded. cons. 17. num. 35. vol. 2. Sed cum ces-
sauerit impugnatio, & in ea obtinuerint DD. Pallauicini,
38 benè † possunt vti dictis prædictorum Testium, qui aliàs

impugnauerat, vt admittunt omnes prædicti Doctores.

Non obstat fama deducta in contrarium, quia, vt sæpè
responsum fuit, cum agatur † de probanda legitimitate in 39
genere, in concursu præualet probatio pro legitimitate.
Chissanen. decis. 60. Put. decis. 2. lib. 3. prout similiter magis
creditur Testibus, deponentibus de bona, quàm de mala 40
fama, etiam quod Testes deponentes de mala aliquantu-
lum numero excederent, Corn. cons. 176. num. 10. vol. 4.
Hoied. de incompatib. benef. par. 1 cap. 23. num. 43. & coram
san. mem. Greg. XV. decis. 455. num. 4. Quod ipsum ratio-
ne fundatur, quia lex † quantum potest fauet filijs, vt in 41
dubio sint legitimi, Decian. cons. 152. sub numer. 1. vers.
& quia lex. Paris. consil. 57. numer. 43. lib. 4. Et ideo
licet de iure canonico, ex cohabitatione masculi, & fœ-
minæ non præsumatur † matrimonium, sed fornicatio; 42
tamen respectu filiorum, vt ipsi dicantur legitimi, præ-
sumitur matrimonium, vt post Abb. in cap. lator. num. 6.
qui fil. sint legit. firmat Dec. d. cons. 152. num. 2. vbi additio sub
littera B. citat. concord. Ceph cons. 435. num 64 plures cumu-
lans nu. 81. authoritatibus vlterius firmans, in dubio vnum-
quemque † magis esse legitimum, quàm illegitimum iu- 43
dicare debemus. Et præiudicium tertij ad hoc non atten-
datur, cum id operetur lex, non homo, vt respondit Ro-
ta in d. Mediolanen. illegitimitatis in finalibus verbis, quæ eò
magis procedere videntur in proposito casu, tam ex eo,
quia coniecturæ pro legitimitate † pluribus & efficaciori- 44
bus rationibus, & adminiculis fulciantur; itaut in contra-
rium allegatæ cedant illis, & multò magis probationi, vt
in decis. san. me. Greg. XV. 247. num. 3. & 10. Quam etiam
quia ex aduerso deducta mala fama † non habet ortum à 45
probabilibus causis, & cum ex prædictis probetur matri-
monium fama mala satis extincta dicitur; vnde fama hu-
iusmodi, tanquam vana † vox populi, nihil probat, Bart. 46
in leg. de minore §. plurimum num. 18. ff. de quæst. Bald. cons.
295. num. 2. vers. & hæc fama, lib. 1. Corn. cons. 130. nu-
mer. 6. in princ. lib. 4. Alexand. cons. 173. num. 11. vers. item
non sufficit, lib. 6.

Non obstat, quòd de anno 1508. 9. Nouembris,
& de anno 1510. 21. Ianuarij in duobus instrumentis
Bernardinus appelletur Prothonotarius; fuit enim res-
ponsum, quòd illæ erant duæ enunciatiuæ incidenter
emissæ propter aliud; & absente Bernardino, & osten-
sum fuit, quoad Præposituram, Bernardinum habuisse
illam in commendam, necesse attendendam resignatio-
nem de illa factam per Bernardinum die 16. Aprilis 1508.
cuidam Ariano, cum reseruatione medietatis fructuum
de qua non ostendunt literæ expeditæ, quia non habuit
effectum, sed resignationem ab eodem liberè factam ad
fauorem Iustiniani Pallauicini, absque vlla reseruatione,
prout in literis Apostolicis subsequenter expeditis sub die
13. Maij eiusdem anni; & quod post mensem Iunij 1508.
idem Bernardinus vbi fuit præsens, nunquam nominatus
legitur Prothonotarius, nec Præpositus, prout ex dictis
14. instrumentis publicis; vnde parum curandum est de di-
ctis duobus instrumentis, in quibus fuit appellatus Pro-
thonotarius cum fuerint confecta ipso absente; vltra
quod est † opinio aliquorum, quòd Prothonotariatus ho- 47
noris non vacet per contractum matrimonij, cum aliàs
etiam aliqui Abbreuiatores † de Parcho maiori, qui sunt 48
Prælati, & sedent in Capella, haberent vxores, vt de Ho-
nuphrio Camaiano habetur memoria in ipsius Epitaphio
in Templo S. Mariæ super Mineruam, & præterea hæc
omnia longè antecesserunt natiuitatem Pallauicini, & Si-
gismondi.

Non obstant Testes, qui deponunt de affinitate Bernar-
dini cum Catherina, ex copula illicita cum Martha illius
sorore, & de machinatione in necem primi viri eiusdem
Catherinæ, quia in primis Raymundus del Pizzo, &
Magdalena de Vrsis, necnon Hieronymus de Ronco de-
ponunt † de simplici auditu, vltra quod primus dicit de au- 49
ditu à Rolando quando erat iratus, & ibi solum explicat
impedimentum raptus, quod non erat tale ante Conci-
lium, vt supra dictum est. Hieronymus de Ronco
conuincitur mendax dum de auditu à Bernardino, cuius
instrumenta publica cum iuramento expressè contrarium
probant. Sex alijs videlicet Franciscus Parasaccua,
Bernardinus de Pirijs, Iacobus de Vrsis, Bernardinus
Zuccaninus, Ioan. Petrus Dordonus exponunt de au-
ditu sine tempore, quod excludat tempus litis, &
Stephanus de Cauallis de auditu à Cæsare della
Vela reiectus, vt statim dicetur. Gotifredus verò repe-

T 4 ritur

ritur mendax, cum deponat Vbertum litigasse super Castro cum Rolando, & depooit de tempore, quo viuebat Bernardinus, qui Castrum possidebat; alij autem Testes fuerunt per Rotam reiecti, Angelus per Put. *dec. 380. lib.* 3. Carlinus, & Ioanna in *dec.* Seraph. 1069. *&* 1076. & idē Carlinus *coram Illustriss. Millino 4. Iunij* 1604. *in fasciculo decision. decis.* 10. Cæsar della Veia, Galeatius de Nardo, & Peregrious de Ferrarijs *coram eodem Seraphin. in decis.* 1330. & rursus idem Cæsar. 5. *Decembris* 1603. *coram Illustriss. Millino in fasciculo decisionum sub num.* 12. & Bernardinus Montaninus, Ioannes de Vbertis, & Togninus Fasaous *coram Illustriss. Millino* 4. *Iunij* 1601. *vt in eodem fasciculo nu.* 14. Gabriel de Metiis *coram eodem Illustriss. Millino* 11. *Ianuarij* 1602. & rursus 18. *Martij* 1603. *vt in eodem fasciculo num* 15. *&* 16. & tandem Iacobus Marotius *coram eodem Illustriss. Millino* 24. *Martij* 1602. *&* 28. *Aprilis* 1603. *vt in eo-*
50 *dem fasciculo num.* 17. *&* 18. & singuli Testes † isti non concludunt in dicto, cum non deponant requisita ad inducendam probationem de iure concludentem, vt latius prædictis Testibus singillatim respondendo plura per informantes pro Pallauicinis ad hoc fuerunt deducta, quæ DD. placuerunt.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

¶ Plures decisiones in hac causa annotaui supra ad decis. 16. quæ est in eadem causa.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Corduben. Dimidiæ Portionis.

Die Mercurij 28. Iunij 1628.

A R G V M E N T V M.

Puritas sanguinis in dubio præsumitur, & contrarium asserenti incumbit onus probandi, & qualiter ista sanguinis puritas probetur.

S V M M A R I V M.

1 *Purus, quis præsumatur, si sit ortus in Regionibus Christianorum, & n. 7.*
2 *Statutum si disponat, quod sanguine impuri, non admittantur ad Canonicatus si Capitulum opponat alicui impuritatem, & ortum à parentibus, vel infidelibus, vel alio modo impuris.*
Capitulo hoc alleganti incumbit onus probandi, & quidem concludenter, n. 2. & 8.
3 *Quod hoc tamen non procedit, quoties statutum disponeret, vt hoc onus incumberet petenti exequutionem suæ gratiæ.*
4 *Fundamentum intentionis suæ, vt quis probet, non sufficit probatio præsumptiua, sed requiritur positiua.*
5 *Statutum, quando est contrarium Iuri communi est strictissimè interpretandum, vt quominus fieri possit, ipsum ius commune corrigatur.*
6 *Sanguinis puritas, vt probetur, est valdè difficile.*
9 *Approbatus semel ab aliquo, non potest amplius ab eodem improbari.*
10 *Sanguinis puritas probatur per testes deponentes de eius publica voce, & fama.*
11 *Testes, qui non concludunt, non probant.*
12 *Testes deponentes de bona fama præualent, ac sunt præferendi testibus deponentibus de mala.*
13 *Fides Secretarij S. Officij, quòd quis sit ex sanguine puro, quibus concurrentibus, probet.*

D E C I S I O CCII.

CVM D. Ioannes Rubius prouisus à Sede Apostolica de dimidia Portione in Ecclesia Corduben. esset repulsus à Capitulo tanquam impurus vigore statuti dictæ Ecclesiæ, quod ei obstare declaratum fuerat in partibus: Commissa causa in Rota in gradu appellationis, fuit per duas diffinitiuas sententias reuocatum dictum decretum, & pronunciatum, D. Ioannem esse immittendum à Capitulo in possessionem suæ dimidiæ Portionis denegata etiam Remissoria pro nouis probationibus contra eius puritatem sanguinis: Hodie verò in tertia Instantia cor. me proposito dubio, *An dictæ sententiæ Rotales essent confirmandæ, vel infirmandæ?* fuit vnanimi consensu resolutum, esse confirmandas.

De validitate enim sententiarum constat ex actibus, & toto processu ritè peracto, ac seruatis terminis requisitis in iudicio, nec à Capitulo reuocatur in controuersiam.

De Iustitia verò constat per duas decisiones coram bon. me. Patriarcha Manzanedo, & alteram coram R. P. D. meo Durano.

Fundatam enim Intentionem habet D. Rubius, quod
sit † purus cum ortus sit in Regionibus Christianorum iu- 1
xta glos. in c. Presbyteris dist. 68 & in c si ees 148. de consecrat. dist. 4. Et inde Capitulo objicienti impuritatem, & ortum
à Parentibus, vel infidelibus, † vel alio modo impuris in- 2
cumbit onus probandi, & quidem concludenter, vt perpetuò in terminis huiusmodi statutorum censuit Rota *vaco. ram Cardin. Mantica decis. 274. numer. 1. & decis. 307. coram Card. Seraphino in Ouoten. denegationis possessionis 24. Ianuarij 1578. quæ est decis. 355. in eius impress. coram Card. Blanchetto in Legionen. denegatæ possessionis 8. Martij 1593. & coram Card. Marcomontio in Toletana Canonicatus 10. Decembris 1608. quæ est in recent. dec. 167 p. 1. & fuit confirmata sub die 3. Aprilis, & 10. Iunij 1609. coram eod. in Pacen. puritatis 6. Aprilis 1609. coram bo. me Patriarcha Manzanedo, quæ est decis. 182. p. 1. rec. & in Legionen. Canonicatus 3. Iunij 1602. cor. Reuerend. D. meo Decano, quę est dec. 68. in eius impress.* & de hac opinione nefas videtur amplius dubitare.

Nec obstat, quod ex mente etiam Rotæ colligatur, quod
hæc opinio sibi locum non vendicet, quoties statutum onus
probandi imponeret ipsi prouiso petenti exequutionem 3
suæ gratiæ, vt in d. *decis. 167. num. 32. vers. quarto quia &c. & num. 57 par. 1. recent.* Ac iure merito quotiescunque
enim quis tenetur probare aliquid, quod sit fundamentum
suæ † intentionis, tunc non sufficit probatio præsum- 4
ptiua, sed positiua requiritur *ad l. Lucius, ff. de condit. & demonstrat.* Felin. *in rubr. de probat. num.* 3 *&* Dec. *num* 153. Alexand *cons. 27. num. 7 lib 7* Parii. *cons. 104. nu. 8. lib. 4.* Natt. *cons. 181. num. 8* Put. *decis. 385. in fin. lib. 2.* Acchill. *decis. 1. de probat.* Cæs. de Grass. *decis. 1. num. 17. & 18. qui fil. sint legit.* In statuto autem Corduben. confirmato à Sede Apostolica videtur, hoc onus impositum ipsi prouiso ibi, *Et de eo sufficientem informationem dare teneatur.*

Quoniam respondetur, huiusmodi † statutum tanquam 5
contrarium Iuri communi strictissimè interpretandum esse, vt, quominus fieri possit, ipsum Ius commune corrigatur, & ne onere illo probandi prægrauetur prouisus;
quod nedum contrarium est iuri, † sed & valdè difficile, 6
vt in dicta *decis. 167. num. 32.* Vnde nisi in verbis, vel ex alijs necessariò deducatur Papam confirmantem, hoc onus probandi imposuisse ipsi prouiso, præsumendum est, hoc onus esse iniunctum Capitulo objicienti, & alleganti impuritatem; præsertim cum prouisus † iuris præsumptione, quæ 7
militat pro puritate, innitatur.

Nec obstant illa verba, *Sufficientem informationem dare teneatur.* Quia intelliguntur, quatenus ex abundanti ipse prouisus vellet suam puritatem deducere, non autem sequitur, quòd si non dederit huiusmodi sufficientem informationem, inde remaneat exclusus ab admissione in Ecclesia. Quod, & benè comprobatur ex sequentibus verbis eiusdem statuti, ibi *Si informationem non daret prouisus illam accipiant*, scilicet Capitulares, *& si illis per informationem eandem de contrario constaret, talis ad possessionem admitti non debeat.* Vnde eatenus excluditur ex mente statuti, quatenus per probationem factam à Capitolu constiterit de impuritate prouisi, & sic benè infertur ex sensu † 8
statuti hoc onus probandi impuritatem impositum esse Capitulo non autem prouiso.

Verum ex abundanti D. Rubius sufficienter probauit suam puritatem, nedum quia admissus fuit alias ad Capellaniam, quæ exigebat hanc eandem puritatem, eiusque collatio spectant ad idem Capitulum Corduben. tanquam
Collatorem inferiorem: Vnde cum † semel admissus, & 9
tanquam purus habitus fuerit à Capitulo, ab eodem tanquam impurus reijci amplius non debet *argum. leg. 1. §. fin. in fi. de dot. præleg.* Perez de Lara *in tract. de Anniuersar. & Capell. lib. 2. cap. 4. num. 88. & seqq.* & appositè per Reuerendiss. D. Ricciullum *in tractat. de iure person. de Neophyt.*

Neophyt. c. 7. num. 26. ac etiam approbauit Rota *in 1. decis. coram bo. me Patriarcha Manzanedo in hac causa facta*. Sed etiam quia per testes de puritate, & de eius publica voce, & fama deponentes iustificauit se descendere à Catholicis, puris, & illibatæ Religionis Parentibus; Nec
10 dubium est, † quin in hac materia sufficiant testes de sola publica voce, & fama deponentes, Bart. *in l. 1. nu.* 101. *C. de dignit. lib.* 11. & plenè firmatur in *d. decis. 167. nu. 49. par. 1. receat.*

Non obstant quamplures testes examinati à Capitulo
11 pro impuritate probanda: quoniam † non deponunt concludenter, prout requiritur: nec probant descendentiam Ioannis ab illis impuris, & damnatis, quòd erat probandum: & aliqui eorum de mendacio conuincuntur; multi verò deponunt de bona fama puritatis, vt sigillatim quoad singulos testes perpenditur in decisionibus prius in hac causa emanatis, & in omnem casum testibus à Capi-
12 tulo examinatis, & de mala fama † deponentibus præualent, ac sunt præferendi testes examinati pro Rubio de bona fama puritatis deponentes, *c. cum in tua*, *vbi* Abb. *num. 3. de Sponsal.* Felin *in c. cum contingat*, *num 2. de rescript.* Alex *cons. 143. num. 7. lib. 2.* Rot. *in d. decis. 167. nu. 27. & 28. & coram Reuerendiss. D. meo Decano*, *decis. 68. num. 11.*

Nec demum obstant habitelli, & punitiones Hæreticorum Iudaizantium, quæ pro Capitulo tursus inculcantur, & ex his prætenditur, Ioannem Rubium esse macula impuritatis affectum, quoniam quoad Ioannem Gonzalez Rubium punitum anno 1486. Gundisaluum Ruyz Rubium anno 1512. & Gundisaluum Rubium anno 1510. quos prætenditur fuisse patrem, & ascendentes Matthæi Rubij proaui dicti Ioannis Rubij; ex fide Francisci de Quiroga Secretarij Sancti Officij Corduben. Notarij Apostolici probatur in istorum damnatorum genealogijs neminem eorum adfuisse, qui habuerit descendentem, seu filium vocatum Mathæum, & bene fuit obseruatum *in decis. bo. me. Patriarchæ Manzanedi sub die 27. Iunij 1625.*

Quo autem ad Alphonsum de Herrera, Fernandum Lopez, & Isabellam de Herrera non probatur, quòd Ioannes ab illis descendat, aut vllam cum eis cognationem habeat, & quamuis Auus Maternus Ioannis vocaretur Alphonsus de Herrera: constat tamen, quòd Alphonsus, qui fuit condemnatus, & combustus ann. 1486 erat alius ab eo, qui fuit auus maternus Ioannis ea ponderatis *in decis. R. P. D. mei Durani sub die 11. Febr. præteriti.*

13 Et sanè fidei prædictæ † Secretarij S. Officij Corduben. de mandato Dominorum Inquisitorum factæ, iunctæ cum quasi possessione puritatis Ioannis, & testibus de puritate, Religione, & orthodoxa fide ascendentium Ioannis deponentibus magis deferendum videtur, quam quibuscumque alijs contrarijs, & imperfectis probationibus pro Capitulo factis *ad tradita in decis. 68. num. 13. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, *& in decis. bo. me. Patriarchæ Manzanedi sub die 27. Iunij 1625. in hac causa emanata*.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

¶ In eadem causa supra adest alia dec. sub die 11. Februarij 1628. cor. Reuerendiss. Vrgellen. est dec. 146. & infra habetur altera sub die 1. Iulij 1630. cor. eodem R. P. D. Merlino Decano; est decis. 404.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Corduben. Redecimarum.

Die Mercurij 28. Iunij 1628.

A R G V M E N T V M.

Agitur de materia præscriptionis Redecimarum, qualiter scilicet, quando est contra ius præscribatur, & vt inducatur, quid sit necessarium.

S V M M A R I V M.

1 *Ad Decimarum præscriptionem, requiritur præscriptio immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo.*
2 *Consuetudo introducta ex solutione sponte, & ex mera liberalitate facta per aliquem, est seruanda, etiam si solummodo spatio 10. annorum probaretur, & numer. 3.*
4 *Voluntas spontanea requiritur in inducenda consuetudine.*
5 *Actus, quando probatur, quod est coactus, talis etiam præsumitur fuisse in præteritum.*
6 *Status præsens, quando non habet contra se temporis præsentis veritatem, tunc de præsenti præsumitur in futurum.*
7 *Asserenti aliquid incumbit onus probandi concludenter.*
8 *Liberalitas mera facilius præsumitur in solutione modicæ rei, quàm magnæ considerationis.*
9 *Solutio, quando est magni momenti non est verisimile quod fuerit facta sponte, & ex mera liberalitate.*
10 *Præsumptio præsumptionem tollit.*
11 *Coniectura deducta à verisimili est potentior alijs.*
12 *Præsumptionibus, & coniecturis non est recurrendum, dum habemus veritatem.*
13 *Opinio debet cedere veritati.*
14 *Colonus non solum tenetur soluere decimam de parte fructuum, quæ sibi remanet ratione culturæ, sed etiam redecimam, quæ debetur à Domino de sua portione.*

D E C I S I O CCIII.

FVit resolutum, sententiam Reuerendiss. D. mei Decani esse confirmandam, quia de validitate non dubitatur, & iustitia apparet clara ex pluribus decisionibus in causa factis, in quibus fuit firmatum, redecimam, de qua agitur, esse contra ius, & quod propterea Episcopus, & Capitulum illam † prætendere non possunt, ni- 1
si probent præscriptionem, vel immemorabilem, vel quadragenariam cum titulo, *cap. 1. de præscr. in 6* Couar. *in reg. possessor. p. 2. §. 8. nu. 4.* Seraph. *dec. 802. nu. 1. & decis. 1404. n. 3.* Quam non probari fuit postea latè firmatum *in decis. facta die 18. Maij 1618. & 20. Iunij 1625.*

Sed quia pro parte Episcopi, & Capituli replicabatur, nos non versari in præsumptione, sed in consuetudine † 2
introducta ex solutione sponte, & ex mera liberalitate facta per ciuitatem, & populum, quæ propterea sit seruanda, etiamsi solummodo † spatio 10. annorum proba- 3
retur *iuxt. not. in c. ad Apostolicam*, *de Simon.* Cassad. *dec. vnica*, *de consuet. per tot. & numer. 5.* fuit super hoc particulariter disputatum, An versaremur in præscriptione, vel in consuetudine? & Rota censuit, in casu, de quo agitur, nos versari in præscriptione, non in consuetudine, vt in *decis. 14. Martij 1608.* in qua cum fuerit etiam dictum, quòd prætensio Episcopi, & Capituli tunc posset procedere, quando solutio redecimæ ab initio fuisset voluntaria, sed quod in casu nostro non erat talis, nec poterat talis præsumi; cum ex sententia Regis Ioannis constaret de contrario: hinc sumpta occasione fuit particulariter disputatum, an initium huius redecimæ fuerit voluntarium, vel coactum? Et fuit, causa maturè discussa, resolutum, initium fuisse coactum, *sub die 10. Maij 1613.* Quæ decisio fuit postea confirmata 4. *Iulij 1618.* Et cum hodie coram me pro parte eiusdem Episcopi, & Capituli idem fundamentum reassumatur, quod initium redecimæ fuit voluntarium, & non coactum; Domini pro coactione in supradictis decisionibus sufficienter firmata responderunt; Ex supradicta enim sententia Regis Ioannis apparet, quòd ei fuit narratum, quòd Ciuitas, & populus recusabant soluere decimam, & redecimam, & quòd non timebant excommunicationes, quod apertè arguit contradictionem, & repugnantiam, † non autem voluntatem spontaneam, quæ re- 4
quiritur ad inducendam hanc consuetudinem, *c. Tua de Simon.* Osasch. *decis. 99. nu. 5.* Paul. de Castr. *cons. 363. incipit, Circa primum quæsitum, &c. num. 2. vers. 1. namque requiritur, &c. lib. 1.* & benè fuit deductum in dictis decisionibus.

Non

Non obstat, quòd senteutia non percutiat initium
solutionis redecimæ, cum in illa renuucietur consue-
tudo redecimandi à 50. auuis, & citra. Quia ille sta-
tus non fuit pacificus, cum medio tempore fuerint
latè plures sententiæ, vt dicitur in eadem sententia
Regis Ioauuis, de quo tempore cum dubitari non
5 possit solutionem fuisse coactam, † præsumendum est
quòd fuerit talis etiam iu præteritum, Corn. *consil.
296. num. 5. in fin. vers. Præterea, &c. lib.* 4. Ruin.
cons. 143. *num.* 20. *vers. in casu autem nostro, &c. li.*
5. & firmatur *in decis. d. die* 10. *Maij* 1613. vbi red-
dirur ratio, quòd quando præsens status non habet
6 contra se necessariam † temporis præseutis veritatem
in presenti præsumitur in præteritum, ex meute Ru-
in. vbi supra *d. num.* 20. & hoc maximè procedit iu
casu nostro, in quo agitur de induceuda solutione ex
7 mera liberalitate, & deuotione fidelium, quæ † de-
uotio deberet ab allegante concludenter probari, Paul.
de Castr. *cons.* 401. *sub num.* 5. *vers. Ergo non suffi-
cit, &c. libr.* 1. & quidem non agitur de solutione
8 modicæ rei, quo casu presumptio merè liberalitatis
facilius induci posset iuxta terminos *d. ca. Ad Apo-
stolicam de Simon. & decis.* Cassad. *vnica de consuet.*
sed sumus iu solirudine redecimæ, quæ est magni
momenti, cum dicatur ascendere ad ingentem quan-
9 titatem ducatorum annuorum: quam propterea † so-
lutionem nou est verisimile, quòd fuerit facta spon-
tè, & ex mera liberalitate, vt considerauit Rota *in
Toletana redecimarum*, 21. *Maij* 1586. *cor. bone memo-
riæ Card. Pamphilio.*

Non obstant igitur coniecture ex aduerso adductæ
ad præsumendum, quòd initium fuerit voluntarium,
10 quia † præsumptio presumptionem tollit *iuxt. not. in
l. Diuus, vbi glos. in verbo Existimare, ff. de rest. in*
11 *integr.* Seraph. *decis.* 619. *nu.* 3. & supradicta coniectura †
deducta à verisimili est potentior aliis, *glos. in l. in
obscuris, & in l. semper in stipulat. ff. de regul. iur.*
Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 1. *nu.* 12. &
latissimè Tiraqu. *in l. si vnquam, in præfat. n.* 37. *&
seqq. C. de reuocan. donat.*

Sed cessat omnis difficultas, quia non est recur-
12 rendum præsumptionibus, & coniecturis, † dum ha-
bemus veritatem, quòd initium fuit coactum ex su-
pradictis, *l. in rebus, C. de iure dot. l. penultima, §.
mulier, ff. de probat.* Menoc. *de presumpt. lib.* 1. *præ-
sumpt.* 31. *num.* 4. Rot. *diuers. decis.* 64. *n.* 3. *par.* 1.
& fuit consideratum iu d. *dec. facta*, 20. *Iunij* 1615.
vbi etiam optimè respondetur, quòd est diuinare,
hanc redecimam fuisse solutam ob gratitudinem, cum
Ciuitas Corduben. fuisset liberata à seruitute Mauro-
rum, & quòd hoc forsan posset allegari, nisi clarè
13 constaret de initio coacto, ex quo † opinio debet ce-
dere veritati, vt supra.

Non obstaut allegata instrumenta locationum di-
uersorum prædiorum pro annua pensione libera à de-
cima, & redecima, quia non concludunt solutionem
non fuisse coactam, cum ea de causa possent fieri il-
la instrumeuta locationum modo supradicto, quia Do-
mini erant coacti illam soluere, & totum illud onus
reijciebant iu colonos, & sic ista redecima debet in-
14 telligi de licita, videlicet, vt † colonus non solum
solueret decimam de parte fructuum, quæ sibi rema-
net ratione culturæ, sed etiam redecimam, que de-
betur à Domino de sua portione, *iuxta cap. à nobis,
&c. Tua nobis de decim.* & hoc modo esse intelligen-
dam senteutiam Card. SS. Cosmi, & Damiani con-
firmatam per fel. rec. Innocentium IV. tenuit Rota
iu pluribus decisionibus in hac causa factis, iu qui-
bus cum sint omnia alia Episcopi, & Capituli su-
blata fundamenta, meritò Domini dixerunt, senten-
tiam Rotalem esse confirmandam.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Nucerina Paganorum nullitatis confir-
mationis.

Die Mercurij 28. Iunij 1628.

A R G V M E N T V M.

Agitur in hac decisione, an quando aliquid faciendum est per plures personas, si fiat per vnam tantum, substineatur.

S V M M A R I V M.

1 *Ex clausulis geminatis colligitur mens Principis conce-
dentis aliquid.*

2 *Verba pluralis numeri in vno verificari non solent.*

3 *Dictio, coniunctim: importat connexitatem, & con-
cursum duorum, & omnem singularitatem excludit.*

4 *Decimarum materia est maximi momenti, & n. 9.*

5 *Veritas magis perfecta inspicitur, per plures oculos.
A pluribus, quod videtur, prudentius deciditur, n. 5.*

6 *Ecclesia interest habere plures Consultores, & plurium
virorum iudicio adhibere.*

7 *Duobus coniunctim, quando est commissa aliqua causa,
tunc sententia vnius est nulla.*

8 *Rescripti forma est seruanda, aliàs actus redditur nul-
lus.*

9 *Principis confirmatio corruit ex defectu intentionis, ces-
sante præsupposito.*

D E C I S I O CCIV.

FIRMATA Concordia inter Episcopum Nucerinum Paganorum, & Rectorem, atque Capellanos Parochiæ Sanctæ Felicis ex vna, & Vniuersitatem, & homines loci Paganorum ex altera, quod loco decimarum pedialium, & personalium soluerentur quolibet anno ducati 700. illius monetæ, reseruato beneplacito Sedis Apostolicæ, Paulus V. fel. rec. concessit Breue si transactio ad euidentem Ecclesiarum vtilitatem cesserit directum Archidiacono Ecclesiæ Cauen. ac Vicario Generali Episcopi Cauen. cum clausulis, *discretioni vestræ mandamus, &c. Decimis prius coram vobis specificatis, &c. ac vobis coniunctis procedentibus constiterit, &c.* vt in *Summario n.* 3. Cuius Breuis vigore Iulius Zizza, qui tunc erat, & Archidiaconus, & Vicarius transactionem prædictam vti cedentem in vtilitatem Ecclesiæ confirmauit. Vnde commissa mihi causa super nullitate approbationis facte per dictum Iulium Zizzam, dedi dubium: An constet de nullitate confirmationis in casu, & ad effectum de quo agitur, & informantibus tantum moderno Episcopo, ac Rectore, & Capellanis responderunt Domini constare de nullitate.

Moti fuerunt, quia de intentione Papæ satis apparet,
quod non fuit confisus de vna persona tantum, sed de dua-
bus, vt patet ex verbis, *Dilectis filijs Archidiacono Eccle-
siæ Cauen. & Vicario Generali Episcopi, &c. Discretioni ve-
stræ, &c. Specificatis coram vobis Decimis, &c. vobis con-
iunctim procedentibus constiterit, &c.* ex quibus † clausu- 1
lis geminatis colligitur Summum Pontificem, vt melius
consuleret vtilitati Ecclesiarum contemplasse duas perso-
nas, & plurium personarum industriam, & integritatem
in duabus dignitatibus separatis constitutas, & quidem
egregias, nempè Archidiaconum, & Vicarium non so-
lum ex verbis † pluralis numeri, que iu vno verificari non 2
solent. Bald. *cons.* 123. *num* 3. *lib.* 5. Rota *dec.* 632. *num.* 4.
& decis. 709. *num.* 6 *par.* 2. *recent.* sed etiam ex verbis di-
scretioni vestræ vobis coniunctim procedentibus, dictio,
† enim coniunctim importat connexitatem, & concur- 3
sum duorum, & omnem singularitatem excludit, *l. quod
sæpe, ff. de contrah. empt. l. coniunctim, ff. de leg.* 3 *l. quæ
de tota, ff. de rei vendic. l. si hæredi, ff. de condit. instit.* Re-
buff. *in l. restituere, ff. de verb. sign. verb. simul* Lap. *allegat.*
30. *n.* 1. & 2. Bald. *cons.* 123. *n.* 2. *lib.* 5.

Idque

4 Idqoe etiam postulabat subiecta mareria † decimarum,
quæ est maximi momenti, vode merito concordia super
mutatione fructuum decimarum perpetuarum io pecu-
nijs anouis, non iudicio vnius tantum committenda vi-
debatur, sed saltim duobus, nam per plures oculos per-
5 fecta † veritas magis perspicitur, & quod à pluribus vi-
detur prudentius deciditur, ac intereit Ecclesiæ plures
6 habere Consultores, † & plurium virorum iudicio adhibe-
ri, *c. de quibus*, 20. *distinct. c. prudent am*, *de offic. dele-
gat. cap. extra conscientiam* 64. *distinct. l. vlt. C. de fideicom.*
7 & propterea sequitur, quod dum causa, † fuit commissa
duobus coniunctim, sententia voius est nulla, *cap. vno
delegatorum*, *de offic. deleg. cap. cum ab vno de re iudic. in* 6.
l. pedius, *§. inseruum*, *l. item si vnus*, *§. item si plures*, *ff.
de arbitr. l. duo ex tribus*, *ff. de re iudic.* Abb. *in cap. causam
matrimonij*, *num.* 3. *vbi* Bald. *num.* 1. Dec. *num.* 3. *de offic.
deleg. Vant. de nullit. defect. iurisd. num* 184. *& seq.* forma
8 enim rescripti non seruata confirmatio † redditur nolla,
c. cum dilecta, *de rescript. c. prudentiam*, *de offic. delegat.
vbi* Dec. *in* 4. *not.* Greg. *decis.* 1. *nu.* 1. Seraph. *decis.* 1195.
n. 2. Rota *in recent. dec.* 624 *n.* 1. *par.* 1. *& dec.* 631. *par* 2.

Ex quibus tollitur, quòd cum Iulius Zizza esset Ar-
chidiaconos, & Vicarius, ac ambas dignitates haberet,
duasque personas repræsentaret, duorumque vice funge-
retur ipse solus potuerit ferre sententiam, quia ex supra-
dictis patet de contraria iotentione Pontificis, qui præ-
supponebat, & iotelleait quod duæ dignitates separarim
possiderentur, ac administrarentur, & duorum iudicium
9 & integritas interueniret in materia decimarum † tam
graui, cui Pootifici si fuisset narratum, & sciuisset quod
Archidiaconatus, & Vicariatus residebat penes vnam,
eandemque personam, duas dignitates separatas dedisset,
10 & alium subrogasset: quare † cessante præsupposito ex
defectu iotentionis Papæ corruit confirmatio, *l. mancipio
vbi glos. in verbo auocandum*, *C. de seru. fugit.* Clem. *fin. de
sent. excommun.* Decian. *cons.* 19. *nu.* 8. *lib.* 2. Dec. *cons.* 90.
nu. 1. *in fin. & a.*

Et ita conclusum, &c.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Romana, seu Carthaginen. Pensionis.

Die Mercurij 28. *Iunij* 1628.

ARGVMENTVM.

Declaratur materia, quòd Pensionarius pro rata pensionis tenetur contribuere, quamquam pensio sit exempta.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius pro rata pensionis quantumuis exemptæ contribuere tenetur.*
2 *Titularis vigore pacti, tenetur releuare indemnem pensionarium ab omni contributione, & n.* 5.
3 *Concordia inita fuit inter Regem, & Clerum Hispaniarum, qua cauetur, vt non obstante quacumque exemptione ab omni decima, seu subsidio pensionarij teneantur pro rata contribuere.*
4 *Et quos afficiat ista concordia.*
6 *Decis. in causa Valentina subsidij, & in causa Bergomen. pensionis declarantur.*
7 *Obligatus soluere cum alio, siue in parte, siue insolidum soluat, solidum repetit à correo, & n.* 8.
9 *Pacta posteriora derogant prioribus.*
10 *Pensiones pensionarij Hispani sunt reseruata post concordiam factam inter Regem, & Clerum Hispaniarum, de quo sup. n.* 3.
11 *Compensationis exceptio non potest opponi, quando solutio non benè probatur.*
12 *Compensatio regulariter non admittitur in obligatione Camerali, quando creditum fuit contractum ante d. obligationem.*
13 *Tertius, si sit obligatus in forma Cameræ non gaudet beneficio compensationis.*

DECISIO CCII.

PRÆSVPPOSITO facto pro vt in *decisione* 24.
Febr. præsentis anni coram R. P. D. meo Dunozetto.
fuit hodie coram me dubitatum, An, & quando sit de-
falcandum subsidium, & excusatum ex pensione, de qua
in *dicta decisione*; Et non esse defalcandum prætendebat
D. Tiberius de Caualerijs pensionarius, ex quo dicta pen-
sio fuit ei reseruata libera, & immunis ab omni imposi-
tione, & onere etiam subsidij charitatiui imposito, seu
pro tempore imponendo, etiam quòd in impositionibus
huiusmodi expressè caueatur, quod pensionarius † pro 1
rata pensionis quantumuis exemptæ, contribuere tenea-
tur, & fuisse ita sæpissimè resolutum, & præsertim apud
Seraph *decis.* 1348. *nu.* 2. *& in Valentina subsidij* 4. *Maij*,
& 26. *Nouembris* 1611. *coram bo. mem. Penia*, *& in Peru-
sina pensionis* 13. *Ianuarij* 1614. *coram bon. memor. Cardinal.
Sacrato*, *in alia Valentina subsidij* 22. *Maij* 1615. *coram D.
meo Pamphilio*, *quæ est decis.* 702. *par.* 2. *recent. in Ceneten.
pensionis* 7. *Iunij* 1621. *coram bon. mem. Remboldo*, & in alijs
adductis per Moder. Roman. *discept. forens. capit.* 348. *nu-
mer.* 26. *cum seqq.* & tandem in *Bergomen pensionis* 13. *No-
uembris* 1626. *&* 16. *Aprilis* 1627. *coram me*, *& in Parmen.
pensionis* 5. *Iulij* 1627. *coram bon. mem. Patriarcha Marzane-
do.*

Neque obstare, quod subsidium, & excusatum fue-
rint propagata, seu de nouo concessa post reseruationem
dictæ pensionis, cum expressa clausula, quod etiam pen-
sionarij ad illa teneantur, & quod in specie in eo deroge-
tur pactis, & conuentionibus initis inter pensionarium,
& Titularem, & cum alijs amplissimis clausulis deroga-
torijs exemptionis, de qua in litteris reseruationis; quia
(vt dicebatur) grauamen huiusmodi pensionarijs iniun-
ctum, & derogationes præfatæ intelliguntur quoad Re-
gem, ita vt exemptione non obstante possit Rex subsi-
dium, & excusatum à pensionarijs pro rata pensionum
exigere, non autem afficiunt pensionarium quoad Titu-
larem adeò quod pensionarius nihilominus poterit inte-
gram pensionem exigere à Titulare, qui vigore pacti, de
quo in dictis literis tenetur † pensionarium indemnem ab 2
omni contributione releuare, prout plenius, & clarius
in *dicta Bergomen. pensionis* 13. *Nouembris* 1626. *coram me.*
Vndè cum in præsenti non contendatur cum Rege, con-
sequenter intrare videtur *dicta decisio.*

Ex aduerso autem pro Seminario Carthaginen. Titula-
ri dicebatur, stantibus etiam *supradictis decisionibus*, nec-
non conclusione firmata in *Bergomen. Pensionis*, de qua su-
pra, esse nihilominus ex alio capite subsidium, & excu-
satum defalcanda, nempè vigore concordiæ initæ inter † 3
Regem, & Clerum Hispaniarum à Papa confirmatæ post
dictam reseruationem, qua cautum fuit, vt non ob-
stante quacunque exemptione ab omni decima, seu sub-
sidio pensionarij teneantur pro rata contribuere, quæ con-
cordia non solum † afficit pensionarios quoad Regem, 4
sed etiam totum Clerum inter se, quia totus Clerus in ea
interuenit, & sic afficit etiam pensionarios Hispanos quo-
ad Titulares, & Titulares quoad dd. Pensionarios, ita
vt sicut extra terminos dictæ concordiæ pensionarius op-
ponere potest contra Titularem de pacto inter ipsos inito
in actu præstiti consensus nempè, quod ipse non teneatur
ad aliquod onus impositum, seu imponendum, pariter
etiam in terminis concordiæ, de qua agitur, ex quo illa
fuit facta, & confirmata post reseruationem pensionis
cum amplissima derogatione cuiuscumque exemptionis,
Titularis rectè opponere † potest contra pensionarium de 5
pacto inter ipsos conuento in dicta concordia ad effectum
defalchi, seu repetitionis, vt in puncto decidit Rota *in
decis.* 161. *par.* 2. *diuers.* & admittunt *dicta decisio in causa
Valentina subsidij* 4. *Maij* 1611. *cor. Penia*, *& dicta decisio in
causa Bergomen. pensionis*, *vers non obstat quarto*, *cor. me*,
quæ † decisiones licet nihil allegent, videntur etiam quo- 6
ad hoc in iure verissimæ per *text. in l. si in rem* 12. *C. si cert.
pet.* vbi, quod obligatus † soluere cum alio, siuè pro par- 7
te, siue insolidum soluendo solidum repetit à correo, &
ibidem etiam *glos. &* Bald. *& per text. in l.* 2. *C. de duob. re.*
Bart. *in l. si reos*, *col.* 2. *vers. si ergò quæritur*, *ff. eod. tit. &*
Natt. *cons.* 658. *n.* 4.

Sed nihilominos in casu, de quo agitur, fuit iure optimo
resolutum, subsidium, & excusatum non esse defalcanda:
quia

fieri recognitionem, per comparationem, sed consulendam esse Rotam, & instante Procuratore Card. Commendatarij procedi ad vlteriora, replicauit Iudicem debere abstinere à comparatione. Vndè, ex tenore istius facti satis apparet, quòd comparitio fuit facta in hora, in qua cadebat citatio, cum Procurator Marchionis comparuerit in vesperis, & se opposuerit recognitioni faciendæ, & Procurator Commendatarij insteterit procedi ad vlteriora. Nec huic tertiæ responsioni obstat, quod protestatio videatur facta post comparitionem, cum
15 ex ordine litteræ de hoc appareat; quia ordo † litteræ non est attendendus, cùm ex contextu verborum de contrario expressè appareat, quòd scilicet protestatio fuit facta ante comparitionem, ex quo continet non deueniri ad comparitionem, & sic ad actum de futuro, & de præterito l. si ita quis substitutus, vbi Bald. ff. de hæred. instit. DD. in l. ambiguitates, C. de test. Surd. cons. 523. num. 7. vol. 4. & benè Menoch. in cons. 400. num. 11. vol. 4.

Non obstat etiam tertia nullitas, quòd scilicet, vnica citatione, & audientia fuerint cumulati plures termini, videlicet exhibitionis, & admissionis trium librorum matriculæ, vocationis Peritorum, delationis, ac receptionis iuramentorum, inspectionis vtriusque scripturæ tàm comparatæ, quàm comparandæ, & relationis super earum comparatione; nam huic motiuo fuit res-
16 ponsum, non esse nouum in iure, † quòd sub vnica citatione possint plures actus cumulari, glos. in cap. n. in ver. & si veneritis, de Testib. cogen. Soccin. de citat. art. 28. num. 1. Carpan. ad Statut. Mediolan. par. 1. cap. 1. num. 113. quod procedit de plano in casu isto, in quo omnia prædicta vno, eodemque tempore erant explicanda; exhibitio enim librorum debuit sic fieri, cum stante statutum Mediolani cap. 354. non possent extra custodiam Officialium deputatorum dimitti, delatio autem iuramentorum facta Peritis, Inspectio Iurium inuicem comparatarum, & relatio ab eisdem facta, præsentibus Iudicibus, non inducunt inculcationem terminorum, cum
17 hæc † omnia in Iudicio comparitionis debeant successiuè fieri. Cyn. post glos. in l. comparationes, num. 10. in fin. C. de fid. Instrum. & ibi etiam Odofredus n. 4. vers. etiam ipse Index Bald. nu. 30. vers. sed certè tutus est, cum seqq. qui in specie dicit, quòd omnia prædicta interuenire debent,
18 † cùm Iudex adhibitis alijs Peritis, ipsisque iuramento delato corpora litterarum respicere debeat, Angel. ibidem num. 4. vers. secundo quod Index, Castren. num. 20. vers. sed dicit, Angel. Salicet. num. 8. vers. nisi ea saluando, Sicard. numer. 4. Menoch. latè de arbitr. casu 114. num. 26.

Quantum attinet ad secundam Inspectionem. An comparatio fuerit legitimè facta, pendet ex tribus. Primò, vt videatur, an esset locus recognitioni per comparationem: Secundò quatenus sic, an fuerint adhibitæ solemnitates requisitæ: Tertiò quatenus etiam sic, an Periti rectè retulerint. Et quantum attinet ad primum. An scilicet esset locus recognitioni per comparationem, nulla adest difficultas; agitur enim de Instrumento confecto de anno 1502. & Procurator Commendatarij ha-
19 bens sufficiens mandatum, ac petens recognitionem, † iurauit de calumnia, quod est speciale in hoc casu, in quo non solum in causa principali iuratur de calumnia, sed etiam quando agitur in specie de recognitione per comparationem, & iurauit se non habere alium mo-
20 dum † recognoscendi dictum Instrumentum, quæ duo iuramenta ex parte petentis comparationem tamquam de necessitate, & forma requiruntur vt in Auth. de Instr. cautel. & fid. §. si verò moriantur, glos. in l. comparationes, in verb. ab his, vers. iurant autem, & ibi Angel. numer. 11. Castrens. numer. 12. vers. addo Salyc. numer. 7. Bald. numer. 7. vers. tertio oppono, Sicardus nu. 3. vers. sunt autem, Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 114.
21 numer. 34. & ratio est, quia ista est subsidiaria † probatio, donec enim sunt aliæ probationes non recurritur ad comparationem. Bald. in d. l. comparationes num. 10. Cyn. num. 6.

Circa secundum, An scilicet fuerint adhibitæ solemni-
22 tates requisitæ, certum est, quòd si Iudex vult † ipse recognoscere potest hoc facere; sed tutius est, vt adhibeat duos Peritos, prout fuit factum in casu isto, vt notat Cyn. in d. l. comparationes numer. 10. Bald. quæst. 6. num. 30. & latè Menoch. de arbitr. cas. 114. numer. 26. & quod
† debeant esse plures Periti, nec sufficiat vnus, dicit Cyn. 23
in d. l. comparationes d. num. 10. Bart. in lectura antiqu. numer. 3. Bald. numer. 30. qui quidem Periti, vt dicit Salyc. in eadem l. comparationes, quæst. 6. num. 18. in fin.
debent esse non † suspecti partibus, & idem etiam dicit 24
Bald. ibidem num. 32. & propterea cum pars Marchionis noluerit nominare suum confidentem, sufficit quòd Iudex nominando ex officio, non nominauerit aliquem suspectum, quam quidem nominationem Iudex potuit facere,
cùm pars Marchionis fuit specialiter † citata ad eligendum 25
suum Peritum, & hoc facere neglexerit, l. final. versic. electione videlicet, & ibi glos. in ver. dirimenda, C. de Iudic. Cagnol. in l. 2. num. 259. vers. partibus verò, C. de resc ind. vendit.

Et in hac recognitione interuenerunt tria requisita; nempè iuramentum Peritorum, scriptura certa ad quam debuit fieri comparatio, & diligens examinatio Peritorum. Primùm enim requisitum, hoc est iuramentum
Peritorum, quod est † de iure necessarium, & de forma, 26
vt dicunt DD. mox allegandi, & ad litteram dicit text. in d. l. comparationes §. omnes autem C. de fid. Instrum. qui text. dicit per formalia verba, omnes autem comparationes, non aliter fieri concedimus, nisi Iuramentum antea præstitum ab his, qui comparationem faciunt fuerit affirmatum, quod neque lucri causa, neque inimicitijs, neque gratia tenti, huiusmodi faciunt comparationem, quod iuramentum ita debere concipi videtur de forma, vt sensit Salycet. in d. l. comparationes, numer. 3. vers. item nota formam iuramenti, Sicard. numer. 4. Bald. numer. 4. vbi
quòd Periti debent interrogari, an id † quod dicunt cau- 27
sa odij, vel inimicitiæ, aut gratia tenti dicant, Bart. ibidem in lectura antiq. in fin. vbi quòd Periti debent
iurare secundum formam † in d. l. traditam, quod ad 28
vnguem fuit seruatum, vt in processu Compulsoriali fol. 50. p. pag. vbi apparet, Peritos fuisse interrogatos, An prece, precio, odio, vel amore, seu aliqua spe lucri, & interesse ducti accesserint ad iudicium perhibendum, qui responderunt medio iuramento, seipsos pro veritate tantùm dicenda de eo, quod sciuerint, & requisiti fuerint accessisse, quod sufficit, licèt non repetierint se accessisse non prece, precio, odio, amore, vel spe lucri,
† cùm responsio relatiua ad interrogationem habeat im- 29
plicitum tenorem interrogationis, à qua recipit declarationem l. si defensor, §. qui interrogatus, ff. de interrog. act. §. præterea in Instit. de inutil. stipul. Bald. cons. 54. num. 2. vers. ex hoc sequitur lib. 1. Alexand plenè cons. 75. num. 12. vers. cum responsio, lib. 5. Surd. cons. 414. num. 72.

Secundum etiam requisitum interuenit, nempè scriptura certa ad quam comparationem prædictam fecerunt, vt disponitur in d. l. comparationes, certitudo autem scripturarum ex eo deducitur, quia fuerunt exhibiti per Officiales tres libri matriculæ Notariorum Mediolani, qui conficiuntur iuxta formam statuti illius Ciuitatis, de quo Carpan. cap. 353. lib. 1. in quibus libris Matriculæ inter alia continentur signum, & subscriptio manu propria Francisci de Badagio, & quibus libris ex eodem Statuto cap. 374. apud eundem Carpanum eod. lib. 1. certa, & indubitata fides adhibetur, quare non potest dubitari
de certitudine scripturæ, † ad quam debuit fieri compa- 30
ratio, vt benè ad propositum Bald. in d. l. comparationes, num. 6. in fin. vers. ego addo septimam scripturam, cum seqq. & optimè comprobat text. in Authen. ad hæc, §. item, & carta, C. de fid. instrum. & in §. illud etiam auth. de his qui ingred. ad appell. vnde sumitur, quibus in locis dicitur sufficere cartam esse prolatam ex Archiuio publico, quod ex eisdem Iuribus repetit Salycet. in d. l. comparationes, numer. 13. vers. quanta scriptura. Sicard. num. 8. & propterea sequitur comparationem ex hoc
capite sustineri, cum in ista materia duæ † scripturæ re- 31
quirantur, vna quæ debet recognosci, altera ad quam debet fieri comparatio, quæ debet esse certa, quarum vtraque interuenit, & secunda est certa. Cyn. in d. l. comparatione n. 4. vers. differentia, Bart. num. 1. Bald. nu. 10. Fulgos. num. 5.

Tertium quoque requisitum interuenit, quòd scilicet
Periti † Inspiciunt singulas literas, seù elementa, di- 32
ctiones, & elementorum, verborumque tractus, signa, & his similia, vt notat Bald. in d. l. comparationes num. 30. & 31. Salyc. num. 19. quæ omnia præstiterunt secundum tradita per dictos DD. quæ ad praxim nouissimè

reduxit

reduxit Eques Iulius Cæsar Buttifangus Vrbeuetanus in suo eleganti tractatu de recognitione literarum per comparationem nondum impresso, qui extat apud me manuscriptus; & quamuis prædicti DD. dicant, quod Periti debent aduertere etiam ad stylum Notarij, & admodum dictaminis, attamen cum dictis libris Matriculæ adhibeatur plena fides, in quibus continetur signum tantùm, & subscriptio manu propria Notariorum, & in specie Francisci de Badagio, ad quam fuit comparatum signum, & subscriptio posita in calce Instrumenti de quo agitur, & ad decem, & septem lineas scriptas manu propria eiusdem Francisci, cum tota reliqua pars Instrumenti sit scripta aliena manu, & in hac parte. Periti optimè retulerunt comparando omnes quatuor manus, & signum, tres videlicet positas in dictis tribus libris, & quartam positam in Instrumento, de quo agitur.

Circa tertium, & vltimum, An scilicet Periti rectè retulerint. Salyc. *in d. l. comparationes, num. 19. in fine, & Curt. Sen. in l. admonendi, num. 114. vers. vltimò requiri-*
33 *tar, ff. de iur. iur.* dicunt quod † Periti relationem suam debent facere in scriptis, vel in actis facere scribi, quia est species probationis, quod ad vnguem fuit seruatum, repetendo etiam in relatione recognitionem signi, & aliarum qualitatum, de quibus supra dictum fuit. Vndè negari non potest, quin etiam constet de valida relatione facta per Peritos.

Et ità hodie fuit conclusum visis etiam scripturis, quas in positione huius causæ Dominus Marchio aliàs dederat, licet hodie, nec in voce, nec in scriptis informare voluerit.

¶ Infra in eadem causa in par. 2. habentur duæ decisiones sub die 30. Aprilis 16 2. & 15. Decemb. eiusdem anni coram eodem bo. me Coccino, sunt decisiones 120. & 164. & infra par. 5. habetur altera decisio sub die 17. Decembr. 1641. coram eodem Reuerendiss. Coccino.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Romana Donationis de Capranica.

Die Lunæ 26. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Dominium, necnon possessio filiorum in bonis paternis ex quibus probetur. Donatio quando est facta absque solemnitatibus à statuto requisitis est nulla, & an insinuationi possit renunciari per iuramentum, & quando in donatione requiratur talis insinuatio.

SVMMARIVM.

1 Ex Inuentario bonorum paternorum communiter, & simul per fratres confecto, probatur dominium, & possessio patrie.

2 Inuentarium plenè probat contra conficientem.

3 Dominium, & possessio filiorum in bonis paternis, probatur ex immistione, & aditione hæreditatis, & num. 4.

5 Ex statuto Vrb. possessio patris continuatur in filium, qui propterea in d. possessione continuata manutenendus est.

6 Donatio facta sine solemnitatibus requisitis à statut. quod habet clausulam irritantem, est nulla, ac si non fuisset facta.

7 In donatione facta personæ coniunctæ multo magis, quàm in alijs, præsumitur fraus.

8 Donatio si fuerit iurata, stante statut. quod hoc casu iuramentum annullat, nihil operatur.

9 Insinuationi per iuramentum non potest renunciari, stante statut. Vrb. de quo hic.

10 Donatio, si fuerit correspectiua, & ob causam hoc casa, non requiritur insinuatio.

11 Donatio censetur pura, & simplex, si non subsit necessitas, propter quam quis donare teneatur, & hoc præsertim ad effectum insinuationis.

12 Insinuatio requiritur in excessu donationis remuneratoriæ, cum pro illa parte habeatur pro vera, & simplici donatione.

13 Hæres fideicommisso grauatus interim est verus dominus, necnon verus possessor.

14 L. hæreditatum ff. ad l. falcid. computatio qualiter fiat.

15 Donator quando vult reuocare donationem, an prius debeat restituere quod accepit ex causa donationis.

16 L. si diuersas C. de transact. quando procedat.

17 Transactio, quando est nulla, tunc agi potest, etiam non præmissa restitutione.

18 Possessio etiam ex contracta inutili transfertur, declara num. 19.

20 Possessio etiam per actum realis traditionis non amittitur, neque transfertur sine animo.

21 Donatio, quando est imperfecta ratione insinuationis, & nulla ex defectu consensus, non sustinetur, tam ratione dominij, quàm possessionis.

DECISIO CC.

DOMINVS Asdrubal Capranica de anno 1615. donauit D. Camillo eius fratri bona quædam descripta etiam in innentario hæreditatis paternæ, quæ ad eum vti filium, & hæredem pro medietate spectabant necnon medietatem integræ dotis maternæ, & quædam alia iura prout in dicta donatione, & vice versa Camillus in eodem donationis instrumento promisit soluere quædam debita Asdrubalis scut. 2500 sed quia d. donatio nunquam fuit insinuata, nec testibus subscripta, & sic fuit celebrata sine solemnitatibus per Statuta Vrbis 149. & 150. pro forma requisitis, propterea Asdrubal præuia declaratione, quòd nolebat dictæ donationi stare, petijt manuteneri in dictis bonis sic donatis perinde, ac si donatio nunquam fuisset facta, & proposita causa die 13. Maij 1612 Domini voluerunt gustare de bono iure, & hodie resoluerunt de eo constare ad effectum manutentionis ad fauorem Asdrubalis, quia in primis † ex inuentario bonorum pa- 1
ternorum communiter, & simul per vtrumque fratrem confecto probatur dominium, & possessio patris, Paris. *cons. 45. numer. 20. lib. 2.* Manticul. *de Inuent. quæst. 232. num. 462. in tract. de inuent. diuers.* Rot. *decis. 387. num 2. & 559. num. 4. par. 1. recent* & præser-
tim contra † Camillum conficientem Plot. *de in lit. Iuran.* 2
§. 5. nu. 28. Rot. *dec. 1. in fin. de donat. inter vir. & vxor. in an iunior.*

De dominio autem, & possessione Asdrubalis constat ex immiatione, † seu aditione hæreditatis, *l. hære-* 3
ditas, ff. de regul. iur. § pro hærede, Instit. de hæred. qualitat. & differ. Necnon ex dicto donationis instrumen-
to, † quo plenè probatur, bona fuisse communia etiam 4
quoad possessionem, *l. 2.* & ibi Bart. *C. commun diuid. idem* Bart. *in l. cum falsa, num. 6. C. de iur. & fact. ignor.* Soccin. Sen. *consil. 46 in princ. lib 3.* Ruin. *consil. 128. numer. 5. & 18. lib. 2.* Paris. *cons. 26. numer. 54 lib. 2* Aldobr. *cons. 51. numer. 6.* Seraph *decis. 553. in princ.* Et demum
de possessione Asdrubalis non potest dubitari † cum ex 5
Statuto Vrbis patri possessio in filios continuetur, qui propterea est in dicta possessione per statutum continuata manutenendus, Gabr. *de acq. poss. concl. 7. numer. 3. & 6.* Honded. *consil. 18. numer. 15. & seqq. lib. 2.* Menoch. *de retin. remed. 3. numer. 39.* & fuit dictum in *Romana domus de Nocchiellis 27. Iunij 1622.* & in terminis statutis Vrbis in *Romana hæreditatis 31. Maij 1613. coram bo. mem. Vbaldo.*

Neque obstat dicta donatio, quia vti facta sine prædi-
ctis † solemnitatibus statuti, quod continet clausulam 6
irritantem actum aliter factum, fuit nulla, & ac si nunquam fuisset facta, *glos. communiter approbata, in clem. 1. in verb. inhibentes de iurepatr.* Rebuff. *de insinuat. donat. art. 1. glos. 6. & 7.* Bursat. *cons. 396. numer. 19* & multò magis ex quo statutum fundatur in causa publicæ vtilitatis, nempè ad euitandas fraudes, quæ fortius proce-

7 dit in casu nostro † in quo donatio facta fuit coniunctæ
personæ, vt in puncto Bald. *in l. data iam pridem, numer.* 3.
& 4. C. de donat. Barbat. *cons. 23. num. 12. in fin. lib.* 2. Maresc.
var. resolut. lib. 2. cap. 29. nu. 7. & Modern. Roman. *discept.
forens. cap. 887. num. 17. cum seqq.*

8 Non obstat † quòd donatio fuerit iurata, quia, vt dis-
ponit dictum statutum, iuramentum præsumitur etiam
fraudolenter interpositum adeò, vt non possit contrarium
probari, quod propterea vti annullatum ob publicam vti-
litatem nihil operatur, Bar. *in l. si quis pro ea, numer.* 8.
ff. de fideiuss. Bald. *cons.* 250. *lib.* 5. & fuit latè dictum in
*Romana nullitatis obligationis 16. Ianuarij 1626. coram
me*, cui propterea meritò potuit Asdrubal. contraueni-
re, vt in terminis Imol. *in l. Aquilius, ff. de donat.* Surd.
9 *cons.* 361. *numer.* 10. & quod † solemnitati insinuationis
non possit renunciari, etiam cum iuramento stante dicto
statuto, Cæs. de Graf. *decis. 150. aliàs secunda de donat.
num.* 14.

10 Non etiam obstat, quòd prædicta † donatio fuerit
correspectiua, & ob causam, quo casu non requiritur in-
sinuatio, Tiraq *in l si vnquam, verb. donatione largitus,
num. 139. C. de reuoc. donat.* Molin. *de Hispan. primog. lib.
2. cap. 8 num.* 15. Quia aut causa donationis deducitur
ex quo illa prætenditur facta contemplatione matrimonij,
& vltrà quod talis causa non subsistit in facto, quia Ca-
millus tempore donationis erat iam matrimonio con-
iunctus, & ex eo habebat filios, cum dicta causa quo-
ad Asdrubalem non fuerit necessaria, nec respiciat
11 eius commodum, nec etiam sit dos, † nec donatio pro-
pter nuptias correspectiua ad dotem, erat nihilominus
donatio insinuanda, Becc. *cons. 52. num.* 22. Surd. *d.* 361.
num. 24. *&* Rot apud Pic. ad Stat. Vrb. *decis. 22. num. 7.
& decis. 49. num.* 10. Aut verò causa deducitur ex quo
Camillus donatarius se obligauit soluere debita Asdru-
balis scut. 2500. & huiusmodi causa solum operatur, vt
vsque ad æquiualentem dictorum debitorum quantita-
tem dicta donatio non esset insinuanda, non autem si
12 quod donatur, vt hic longè excedit, quia † in exces-
su habetur pro mera, & simplici donatione iuxta tex.
in *c. relatum, ibi iux. seruitij meritum, & c. de testam.*
Bald. *in l illud, C. de sacros. Eccles.* Io. Garz. *in tract.
de donat. remuner. num.* 31. Gabr. *cons. 77. num.* 20. & ple-
nius Rot. apud Seraph. *decis. 416. numer* 20. *&* 28. Et in
puncto quod in excessu requiratur insinuatio, Angel.
Imol. & Rom. *in d. l. Aquilius, ff. de donat.* Tiraq. *in d.
l. si vnquam, verb. donat. largit. num.* 80 Mantic. *de tacit.
& ambig. lib. 13. titul. 15. &* 31. excessus autem est pa-
tens cum res donatæ, vt cernere licet ad oculum ex
enumeratione specierum donatarum, necnon medie-
tas dotis maternæ etiam donatæ nedum decies, sed
bis decies, & multò pluris excedant dictam summam
scutorum 2500. quam vice versa D. Camillus soluere pro-
misit.

Nec releuat, quod bona donata essent fideicommisso
grauata ad fauorem Camilli, & propterea quod Asdru-
bal non dedit, nisi vsusfructum durante vita sua, quia
præterquam quod sola medietas dotis maternæ donata,
quæ erat libera, & liquida ex confessione Camilli in scu-
tis 4750. excedit ferè duplum prædictam summam debi-
torum, cum tempore donationis Asdrubal esset ætatis
33. annorum, clarè liquet quod facta computatione iuxt.
tex. in *l. hæreditatum, ff. ad l. falcidiam*, fructus rerum
donatarum longè excedunt dicta debita accollata. Cum
13 † enim hæres fideicommisso grauatus interim sit verus
Dominus; verusque possessor, *l. si is, & l. filius hæredes,
ff. de vsu, & vsufruct.* Socc. sen. *cons. 10. num.* 11. Peregr.
de fideicom. art. 4. nu. 6. Molin. *de Hisp. primog. lib. 1. cap.
19. nu. 4 cum seqq. &* Rota *in Reatina fideicommissi 17. Maij,
& in Arimin. legitimæ 5. Maij 1627. coram me*, non est du-
14 bium, quin excessus † veniat etiam æstimaodus ex eo,
quod hæres grauatus percipere potest, vti Dominus iux-
ta computationem d. legis Grauet. *cons. 105. num.* 10. &
Rot. in Bonon. *de Monterent. 17. Aprilis 1617. coram bo.
mem. Seleucien.*

15 Minus releuat, quod Asdrubal non possit † agere, nisi
prius restitutis per eum acceptis, vel solutis per Camil-
lum ex causa huius donationis, *iux. reg. text. in l. si di-
uersas, C. de transact.* Tum quia non constat, quòd fue-
rit quicquam acceptum, vel solutum. Tum etiam, quia
16 quando † dispositio d. legis (quæ loquitur in transactio-
ne, in qua non versamur, cum nulla esset lis, nec esse
poterat, quia ex confessione Camilli bona donata erant
Asdrubalis ab eoque possidebantur) habeat etiam locum
in donatione correspectiua non intrat in casu nostro, ex
quo non agitur ad rescissionem, nec ad executionem rescis-
sionis, sed ad manutentionem ex eo, quod donatio
fuit nulla, & sic possessio nunquam amissa ab Asdruba-
le, nec Camillo acquisita. Quo casu † etiam nulla 17
præmissa restitutione agi potest, Rol. *cons. 7. numer.
3. lib.* 3. Rot. apud Greg. XV. *decis. 271. num.* 16. & benè
ibi Add. *num.* 28. & in omnem casum Camillus pete-
ret, quod intus habet, quia iuxta computa data fructus
ab eo percepti ex rebus donatis longè excedunt dicta de-
bita.

Demum non obstat, quòd † ex contractu inutili trans- 18
feratur possessio, *l. 1. §. si vir vxori, vbi communiter DD.
ff. de acq. possess.* & sic quod fuit translata in Camillum,
etiam quod dicta donatio fuerit nulla, quia dicta regula
non procedit in casu nostro. Tum † quia non fuit deuen- 19
tum ad actum actualis traditionis, vt post Bald. Tiraq.
& alios, Honded. *cons. 23. num. 25. cum seqq. lib.* 1. Qui-
nimò, nec fuit apposita clausula, *Constituti*, quæ etiam
nihil operaretur, vt ibidem Honded. *numer.* 26. Tum
etiam, quia † possessio etiam per actum realis tradi- a
tionis non amittitur, nec transfertur sine animo, *l.* 3.
§. in amittenda, & l. quemadmodum, ff. de acqu. poss. Bald.
in l. non dubium, num. 18. in decima oppositione, C. de leg.
& in puncto Honded. *vbi supra nu.* 27. Put. *decis. 276. lib.
3. in nou. impress.* Rot. *decis. 93. num. 2. par. 2. diuers.* Stan-
te autem defectu insinuationis † donatio fuit imperfecta, 21
& nulla ex defectu consensus tam quoad translationem
dominij, quàm possessionis, Rebuff. *de insinuan. do-
nat. glos. 6. & 7. articul.* 1. Honded. Put. & Rot. *vbi
supra.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Parmen. Status.

Die Lunæ 16. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Fusè tractatur materia, an & quando, & ex quibus coniecturis filiatio legitima præsumatur, & præsertim quando non principaliter, sed incidenter discutitur matrimonium, ad effectum, vt filij succedant, & alia de quibus in Summar.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio legitima præsumitur ex matrimonio præcedenti.*

2 *Legitimus, vt quis dicatur, satis est, esse natum in constantia matrimonij.*

3 *Matrimonium vbi est, ibi filij legitimi nascuntur.*
Filij, qui post concubinæ nuptias sunt procreati, iusti filij appellantur, n. 3.

4 *Matrimonium sufficit, quod sit præsumptum, ad hoc vt non obstent verba fideicommissi de legitimo matrimonio verè, & non fictè.*

5 *Legitimus ad hoc, vt dicatur filius, sufficit esse natum ex ea, quæ credebatur vxor.*

6 *Legitimus dicitur filius, qui natus est ex ea, cum qua dicebatur legitimum matrimonium in domo, vicinis scientibus.*

7 *Legitimus est filius, qui susceptus est in tempore, quo communiter reputaretur matrimonium verum, licet verum esse non posset.*

8 *Testis vnicus in probanda legitimitate filiorum probat, maximè quando concurrunt alij testes de publica voce, & fama.*

9 *Testis vnicus, concurrentibus alijs præsumptionibus plenè probat.*

10 *Te-*

10 *Testis dicitur omni exceptione maior respectu inducentis, cum censeatur approbata persona, ita vt amplius non potest reprobari.*
11 *Imperfecta probatio potest ex adminiculis suppleri.*
12 *Testis examinatus in causa, licet contra aliam personam negari non potest, quin possit deseruire pro adminiculo.*
13 *Filiorum legitimorum distinctio à filijs illegitimis, an probet legitimitatem.*
14 *Filij dicuntur legitimi, si post eorum procreationem perseueranter durauis vox, nomen, & reputatio matrimonij.*
15 *Matrimonium, quando principaliter non discutitur, sed incidenter ad effectum legitimæ successionis, per leuiores probationes probatur.*
16 *Filij, qui sunt in quasi possessione legitimitatis, eis prodest, & suffragatur ad effectum successionis.*
17 *Testis, si deponat, quod fuit præsens alicui actui, sed non recordatur de tempore præciso, ex hac responsione excluditur solum probatio circa tempus præuisum.*
18 *Actus potest esse, quod quis fuerit præsens, & quod tamen non recordetur de tempore.*
19 *Clausula non se astringens, posita in articulis, quid operetur.*
20 *Confessio facta in articulis, quando possit reuocari, etiam non docto de errore.*
21 *Articulans non fatetur.*
22 *Dictio (in circa) quid operetur.*
23 *Adulterium solum, non causat impedimentum matrimonij, nisi adsit fides data, vel machinatio.*
24 *Adulterij mentio, in contrahendo matrimonio, ante Concil. Trident. non erat facienda.*
25 *Concil. Trid. sess. 24. c. 5. de refor. matr. in quibus casibus procedat.*
26 *Raptus ante Concil. non dirimebat matrimonium.*
27 *Beneficia vacant per contractum matrimonij.*
28 *Pluralitas in actibus hominum non præsumitur nisi probetur.*
29 *Tempus in contractu, quando est de substantia, debet præcisè probari.*
30 *Verba æquipollentia sufficiunt, vbi ex ipsis sequitur illud, quod exprimi debuit.*
31 *Effectum dummodo habeamus, non curamus de modo.*
32 *Temporis dubium vbi est, præsumitur in benigniorem partem.*
33 *Actus ex præsumptione iuris præsumitur in tempore legitimo factus.*
34 *Contra testes, licet debentur exceptiones, ex hoc non sequitur, quin Iudex non possit informare animum suum ex dictis depositionibus.*
35 *Iudicis est, vndequaque veritatem indagare.*
36 *Pars durante oppositione partis aduersæ contra testes, potest vti depositionibus d. testium, & numer. 37.*
38 *Pars tunc non potest vti depositionibus testium, si pars aduersa in impugnatione contra eos obtinuit.*
39 *In legitimitate probanda, in concursu præualet probatio pro legitimitate.*
40 *Testibus deponentibus de bona fama magis creditur, quā deponentibus de mala, etiamsi numero d. testes aliquantulum excederent.*
41 *Filijs, quantum potest lex fauet, ad hoc, vt in dubio sint legitimi.*
42 *Ex cohabitatione masculi, & fœminæ non præsumitur matrimonium, sed fornicatio.*
Sed hoc non procedit respectu filiorum, nam vt ipsi dicatur legitimi, tunc præsumitur matrimonium n. 42.
43 *Legitimus, potius quàm illegitimus quisquis in dubio præsumitur.*
44 *Præsumptiones fortiores cedunt debilioribus.*
Præsumptiones cedunt probationibus, n. 43.
45 *Fama si habeat ortum à non probabilibus causis attenditur.*
46 *Fama si sit vana vox populi, nihil probat.*
47 *Prothonotariatus honoris, an vacet per contractum matrimonium.*
48 *Abbreuiatores, de Parocho maiori qui sunt Prælati, & sedent in Capella, olim habebant vxores.*
49 *Testis deponens de simplici auditu, nihil probat.*
50 *Testes non concludentes in dicto non attenduntur.*

DECISIO CCI.

BIS fuit resolutum DD. Alexandrum, & Cyrum ex
persona Pallauicini aui, & Sigismundi patrui magni
esse in quasi possessione legitimitatis requisitæ à March.
Io. Francisco fideicommittente, hoc est tamquam procreatorum, & natorum de legitimo matrimonio verè, &
non fictè; Et nunc tertiò eadem sententia placuit DD.
Ratio decisionis fuit, quia cum iam Rota pluries resoluerit constare de matrimonio sine coarctatione temporis, ex
procreatione, & natiuitate filiorum post matrimonium,
in antecedens necessarium, etiam quod de certa præcisa
die contractus non constaret, satis virtualiter, & implicitè resultat coarctatum tempus præexistentis matrimonij
sufficiens, & habile ad concludendum illorum legitimationem; cum filiatio † legitima probetur ex causis, & pri- 1
mò signanter à matrimonio procedenti. Bald. *in leg. filium
eum diffinimus sub numer. 9. de his qui sunt sui vel ali. iur.*
quem in proposito sequuta est Rota *in illa Mediolanen. illegitimitatis 5. Iunij* 1599. *coram bon. memor. R. P. D. Rubeo*; satisque sit quem esse natum † in consistentia matri- 2
monij: latè Paris. *cons. 10. num. 1. & seqq. lib.* 2. Euidenti
concurrente ratione, quòd vbi est matrimonium ibi filij † 3
legitimi nascuntur, & qui post concubinæ nuptias sunt
procreati iusti filij appellentur ex adductis in *decis. die 8.
Iunij* 1626. Et accedente, quòd, † non obstantibus ver- 4
bis fideicommissi, *de legitimo matrimonio verè, & non fictè*,
in huiusmodi causa firmatum fuit sufficere matrimonium
præsumptum Cardin. Seraphin. *decis.* 978. claraque sint
Iura, quod ad concludendum † legitimationem sufficiat 5
vel probare, quod quis natus sit ex ea quæ credebatur vxor
glos. in cap. lator. in verb. probari qui fil. sint legit. vel quòd
natus sit ex ea cum, qua † dicebatur legitimum matri- 6
monium, & in domo, vicinis scientibus, *leg. si vicinis, & ibi sumat* Salyc. *Cod. de nupt.* Immò, & fortius sufficiat probare prolem susceptam in tempore, quo
communiter putaretur † matrimonium, verum licet ve- 7
rum esse non posset, Lapus *allegation. 89. num. 9. vbi
benè additio.*

Ideò matura præhabita discussione in pluribus positionibus, An probetur dictos Pallauicinum, & Sigismundum fuisse procreatos, & natos post matrimonium contractum inter Bernardinum, & Catherinam DD. iterum, & tertiò affirmatiuam sunt amplexi ex deductis in duabus decisionibus super hoc emanatis, quæ placuerunt, & signanter ex depositione Presbyteri Baptistæ testis Rangonorum qui fuit præsens matrimonio; vt enim sæpè dictum fuit, super 17. interrogatorio deponit quod Bernardinus, & Catherina per plures annos steterunt simul reputantes se pro legitimis coniugibus, & procrearunt articulatos filios videlicet inter alios præfatos Pallauicinum, & Sigismundum, & sic de vera scientia deponit Pallauicinum, & Sigismundum natos, & procreatos fuisse post matrimonium, qui testis, licet sit vnicus, tamen in hac facti specie plenè probat, ex quo cum
dicto ipsius concurrunt † alij testes deponentes de pu- 8
blica voce, & fama, Specul *in titul. de testam. in
cap. de numer. test. num. 11. in 25. casu*. Eoque ma-
gis quia concurrit etiam † præsumptio multiplex, cum 9
tamen vnica vehemens sufficeret. Aym. *cons.* 400.
numer. 36. lib. 3. cons. 911. numer. 24. Decian. *resp. 17. num. 12. lib. 3. & cons. 93. num. 8. lib. 2. vbi infinit. allegat. & licet num.* 34. declaret id procedere, quando vnicus testis est omni exceptione maior; tamen,
quicquid sit de hac conclusione dubitari non potest, quin respectu DD. de Rangonibus iste testis
non sit omni exceptione maior, cum † ab illis fuerit 10
inductus; ex inductione enim testis, illius persona censetur approbata, itant amplius non possit reprobari *glos. in §. & licet in vers. Supplicijs. Authen. de testib.* Cassan. *cons. 54. num.* 36. Honded. *cons. 84. numer. 49. volum. 2. Et dixit* Rot. *in hac causa 11. Ianuarij 1616. coram bon. memor. Cardin. Sacrato*. Et eò amplius d. Presbyter Baptista probat, quia multæ præsumptiones, & coniecturæ procedunt ex circumstantijs facti ex allegatis in alijs decisionibus, & plenè

est. Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 25. num* 23. cum alijs qui
25 possent allegari. Et quidem dispositio Concilij † habet
locum nedum inter contrahentes in gradu prohibito
seu etiam inter contrahentes cum impedimento dirimente
Petrus de Ledesma *de matrim. quæst. 56. art. fin. dub. 2. diffi-
cul. 1. conclus. 2. fol. mihi* 497. Sanchez *de matrim. lib. 3. disput.
42. num. 7. & lib. 8. disput. 25. num.* 24. Superfluum est etiam
26 allegare raptum; quia, † quicquid de eo sit, ante dictum
Concilium non dirimebat matrimonium, *cap. fin. de rapt.
vbi omnes* DD. Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 12. num. 41. in
fin.* Resignatio autem Præpositurae postea facta nihil ob-
stare in hoc casu, quia si ante resignatione probaretur ma-
trimonium certum est, quòd retentio fuisset de facto, non
27 de iure, cum † per contractum matrimonij beneficia va-
cent, vt notum est. Verum de hac resignatione etiam in-
ferius.

Sed veritas depositionis Presbyteri Baptistæ ad proban-
dum vnicum matrimonium, satis ex eo deprehenditur,
28 cum pluralitas † in actibus hominum non præsumatur, ni-
si probetur, vt fuit super hoc decisum in hac causa *coram
san. me* Gregor. XV. *decis.* 390 Et cessat omnis difficultas
quia Bernardinus extitit in clericatu vsque ad annum
1508. & cum beneficijs, & appellatur Reuerendiss. Pro-
thonotarius in instrumentis eodem anno 1508. 16. Aprilis
& 3. Maij resignauit beneficia, vt infra dicetur, & ex tunc
in posterum fuit appellatus Illustriss. Marchio, vt patet
ex 14. instrumentis datis per DD. de Pallauicinis. Vnde
ridiculum est dicere, quod de anno 1502. existens in habi-
tu clericali, & cum beneficijs matrimonium contra-
xerit.

Nec prædictæ responsiones eliduntur ea adductis,
29 quòd † tempus matrimonij sit de substantia in hoc casu, &
ideò debeat præcisè probari. Bald. *cons. 106. num. 1. vers. pri-
mum est, lib. 1.* Castrensi *cons. 454. circa princ. vers. nam verba
sequentia, lib. 1.* quia fuit responsum in hoc obiecto attenta
serie depositionis Presbyteri Baptistæ consistere magnum
æquiuocum. Nam Testis non simpliciter deponit, quòd
fuit præsens matrimonio, & quod non recordatur de tem-
pore; sed tempus habile ad legitimitatem includendo,
non memor de præciso anno subdit, quòd post dictum ma-
trimonium procreati, & nati fuerunt dd. Pallauicinus,
& Sigismundus; & sic ista depositio æquipollet, acsi
Testis deposuisset de tempore præciso matrimonij per su-
periusdicta, cum habeamus effectum, plenum quòd Pal-
lauicinus, & Sigismundus nati sunt post matrimonium,
30 † æquipollentia enim verba sufficiunt, vbi ea ipsis sequa-
tur illud, quod exprimi debuit, præsertim de iure canoni-
co, & in foro Ecclesiastico, Feder. de Sen. *cons. 158 in
princip* Alexand. *cons. 2. in princip. lib. 2.* & intrat vulgaris
31 conclusio, quod non curamus † de modo dummodò ha-
beamus effectum, *l. 3. vbi* Bald. *C. de inst. & substit.* & stant
simul, quòd Testis non recordetur de præciso tempore
matrimonij, & tamen recordetur filios procreatos esse
32 post matrimonium. Accedente, quòd vbi est † dubium
temporis, præsumitur in benigniorem patrem, Ias. *cons.
46. num. 28 lib. 3* & semper fauore partus filiorum, Guliel.
de Benedict. *in cap. Raynutius 3. part. §. & quæ filium nu-
33 mer. 51. de testam.* & ex præsumptione † iurisactus in
tempore legitimo præsumi Cassan *in consuet. Burgund.
rubric. 13. des forestes pasturages §. quarto numer. 7. fol. mi-
hi* 372.

Non obstat, quod DD. Pallauicini dederunt generales,
34 † & particulares exceptiones contra testes examinatos per
DD. de Rangonibus, quia ex hoc non sequitur, quod Iu-
dex non possit informare animum suum ex dictis deposi-
35 tionibus: officium † enim Iudicis est vndequaque verita-
tem indagare, Put. *decis. 214. num. 2. lib. 2 in correct.* & plu-
ries dixit Rota *in hac causa, & signanter in decis. bon. mem.
Robusterijs, 2. Decembris 1573. in fasciculo decision. mim-
pressarum num 5. & bo. mem. Cardin. Seraphin. 1000. num.*
36 17. Imò, † quod plus est durante impugnatione DD.
Pallauicini potuissent vti dictis Testium, Felin. *in cap.
capitulum num. 9. de rescript.* Franc. Marc. *decis. 44. part. 1.*
Rimin. iun. *cons. 48. num. 46.* Gabr. *de reg. iur. concl. 1 num.*
37 *4. & cons. 40. num. 26. vol. 1.* Viu. *decis. 379 num 6.* & tunc †
demum non potuissent vti, si obtinuissent in impugnatio-
ne, Bero. *cons. 119. num. 1. vol. 3.* Lancell. *de attent. p. 2. cap
57. num. 150. & cap. 18. num. 131.* Guttier. *de contract. iur. par.
2. cap. 2 num. 13.* Honded. *cons. 17. num. 35. vol. 2.* Sed cum ces-
sauerit impugnatio, & in ea obtinuerint DD. Pallauicini,
38 benè † possunt vti dictis prædictorum Testium, quo aliàs
impugnauerat, vt admittunt omnes prædicti Doctores.

Non obstat fama deducta in contrarium, quia, vt sæpè
responsum fuit, cum agatur † de probanda legitimitate in 39
genere, in concursu præualet probatio pro legitimitate.
Chissanen. *decis. 60.* Put. *decis. 2. lib. 3.* prout similiter magis
creditur Testibus, deponentibus de bona, quàm de mala 40
fama, etiam quod Testes deponentes de mala aliquantu-
lum numero excederent, Corn. *cons. 176. num. 10. vol. 4.*
Honed. *de incompatib. benef. par. 1 cap. 23. num. 43. & coram
san. mem.* Greg. XV. *decis. 455. num.* 4. Quod ipsum ratio-
ne fundatur, quia lex † quorum potest fauet filijs, vt in 41
dubio sint legitimi, Decian. *cons. 152. sub numer. 1. vers.
& quia lex.* Paris. *consil. 57. numer. 43. lib.* 4. Et ideo
licet de iure canonico, ex cohabitatione masculi, & fœ-
minæ non præsumatur † matrimonium, sed fornicatio; 42
tamen respectu filiorum, vt ipsi dicantur legitimi, præ-
sumitur matrimonium, vt post Abb. *in cap. lator. num. 6.
qui fil. sint legit. firmat* Dec. *d. cons. 152. num. 2. vbi additio sub
littera B. citat. concord.* Cæph *cons. 435. num 64 plures cumu-
lans nu. 81.* authoritatibus vlterius firmans, in dubio vnum-
quemque † magis esse legitimum, quàm illegitimum iu- 43
dicare debemus. Et præiudicium tertij ad hoc non atten-
datur, cum id operetur lex, non homo, vt respondit Ro-
ta *in d. Mediolanen. illegitimitatis* in finalibus verbis, quæ eò
magis procedere videntur in proposito casu, tam ex eo,
quia coniecturæ pro legitimitate † pluribus & efficacior- 44
ibus rationibus, & adminiculis fulciantur; itaut in contra-
rium allegatæ cedant illis, & multò magis probationi, vt
in *decis. san. me.* Greg. XV. 247. *num. 3. & 10.* Quam etiam
quia ex aduerso deducta mala fama † non habet ortum à 45
probabilibus causis, & cum ex prædictis probetur matri-
monium fama mala satis extincta dicitur; vnde fama hu-
iusmodi, tanquam vana † vox populi, nihil probat, Bart. 46
in leg. de minore §. plurimum num. 18. ff. de quæst. Bald. *cons.
295. num. 2. vers. & hæc fama, lib. 1.* Corn. *cons. 130. nu-
mer. 6. in princ. lib. 4.* Alexand. *cons. 173. num. 11. vers. item
non sufficit, lib. 6.*

Non obstat, quòd de anno 1508. 9. Nouembris,
& de anno 1510. 21. Ianuarij in duobus instrumentis
Bernardinus appelletur Prothonotarius; fuit enim res-
ponsum, quòd illæ erant duæ enunciatiuæ incidenter
emissæ propter aliud; & absente Bernardino, & osten-
sum fuit, quoad Præposituram, Bernardinum habuisse
illam in commendam, nec esse attendendam resignatio-
nem de illa factam per Bernardinum die 16. Aprilis 1508.
cuidam Ariano, cum reseruatione medietatis fructuum
de qua non ostendunt literæ expeditæ, quia non habuit
effectum, sed resignationem ab eodem liberè factam ad
fauorem Iustiniani Pallauicini, absque vlla reseruatione,
prout in literis Apostolicis subsequenter expeditis sub die
13. Maij eiusdem anni; & quod post mensem Iunij 1508.
idem Bernardinus vbi fuit præsens, nunquam nominatus
legitur Prothonotarius, nec Præpositus, prout ex dictis
14. instrumentis publicis; vnde parum curandum est de di-
ctis duobus instrumentis, in quibus fuit appellatus Pro-
thonotarius cum fuerint confecta ipso absente; vltra
quod est † opinio aliquorum, quòd Prothonotariatus ho- 47
noris non vacet per contractum matrimonij, cum aliàs
etiam aliqui Abbreuiatores † de Parcho maiori, qui sunt 48
Prælati, & sedent in Capella, haberent vxores, vt de Ho-
nuphrio Camaiano habetur memoria in ipsius Epitaphio
in Templo S. Mariæ super Mineruam, & præterea hæc
omnia longè antecesserunt natiuitatem Pallauicini, & Si-
gismondi.

Non obstant Testes, qui deponunt de affinitate Bernar-
dini cum Catherina, ex copula illicita cum Martha illius
sorore, & de machinatione in necem primi viri eiusdem
Catherinæ, quia in primis Raymundus del Pizzo, &
Magdalena de Vrsis, necnon Hieronymus de Ronco de-
ponunt † de simplici auditu, vltra quod primus dicit de au- 49
ditu à Rolando quando erat iratus, & ibi solum explicat
impedimentum raptus, quod non erat tale ante Conci-
lium, vt supra dictum est. Hieronymus de Ronco
conuincitur mendax dum de auditu à Bernardino, cuius
instrumenta publica cum iuramento expressè contrarium
probant. Sex alijs videlicet Franciscus Parasaccua,
Bernardinus de Pitijs, Iacobus de Vrsis, Bernardinus
Zuccaninus, Ioan. Petrus Dordonus exponunt de au-
ditu sine tempore, quod excludat tempus litis, &
Stephanus de Cauallis de auditu à Cæsare della
Vela reiecto, vt statim dicetur. Gotifredus verò repe-

situr mendax, cum deponat Vbertum litigasse soper Ca-
stro cum Rolando, & deponit de tempore, quo viuebat
Bernardinus; qui Castrum possidebat; alij autem Testes
fuerunt per Rotam reiecti, Angelus per Put. *dec.* 380. *lib.* 3.
Carlinus, & Ioanna in *dec.* Seraph. 1069. *&* 1076. & idẽ Car-
linus *coram Illustriss. Millino 4. Iunij 1604. in fasciculo decisio-
n. decis.* 11. Cæsar. della Vela, Galeatius de Nardo, & Pe-
regrinus de Ferrarijs *coram eodem Seraphin. in decis.* 1330.
& rursus idem Cæsar. 5. *Decembris* 1603. *coram Illustriss.
Millino in fasciculo decisionum sub num.* 12. & Bernardinus
Montaninus, Ioannes de Vbertis, & Togninus Fasanus
coram Illustriss. Millino 4. Iunij 1601. *vt in eodem fasciculo nu.*
14. Gabriel de Meriis *coram eodem Illustriss. Millino 11. Ia-
nuarij* 1602. & rursus 18. *Martij* 1603. *vt in eodem fasciculo
num.* 15. *&* 16. & tandem Iacobus Marotius *coram eodem Il-
lustriss. Millino 24. Martij* 1602. *&* 28. *Aprilis* 1603. *vt in eo-*
30 *dem fasciculo num.* 17. *&* 18. & singuli Testes † isti non con-
cludunt in dicto, cum non deponant requisita ad indu-
cendam probationem de iure concludentem, vt latius præ-
dictis Testibus singillatim respondendo plura per infor-
mantes pro Pallauicinis ad hoc fuerunt deducta, quæ DD.
placuerunt.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

¶ Plures decisiones in hac causa annotaui supra ad decis. 16.
quæ est in eadem causa.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Cordoben. Dimidiæ Portionis.

Die Mercurij 28. Iunij 1628.

A R G V M E N T V M.

Puritas sanguinis in dubio præsumitur, & contrarium asserenti incumbit onus probandi, & qualiter ista sanguinis puritas probetur.

S V M M A R I V M.

1 *Purus, quis præsumatur, si sit ortus in Regionibus Christianorum, & n. 7.*

2 *Statutum, si disponat, quod sanguine impuri, non admittantur ad Canonicatus si Capitulum opponat alicui impuritatem, & ortum à parentibus, vel infidelibus, vel alio modo impuris.*

Capitulo hoc allegenti incumbit onus probandi, & quidem concludenter, n. 2. & 8.

3 *Quod hoc tamen non procedit, quoties statutum disponeret, vt hoc onus incumberet petenti exequutionem suæ gratiæ.*

4 *Fundamentum intentionis suæ, vt quis probet, non sufficit probatio præsumptiua, sed requiritur positiua.*

5 *Statutum, quando est contrarium Iuri communi est strictissimè interpretandum, vt quominus fieri possit, ipsum ius commune corrigatur.*

6 *Sanguinis puritas, vt probetur, est valdè difficile.*

9 *Approbatus semel ab aliquo, non potest amplius ab eodem improbari.*

10 *Sanguinis puritas probatur per testes deponentes de eius publica voce, & fama.*

11 *Testes, qui non concludunt, non probant.*

12 *Testes deponentes de bona fama præualent, ac sunt præferendi testibus deponentibus de mala.*

13 *Fides Secretarij S. Officij, quòd quis sit ex sanguine puro, quibus concurrentibus, probet.*

D E C I S I O CCII.

CVM D. Ioannes Rubius prouisus à Sede Apostolica
de dimidia Portione in Ecclesia Corduben. esset re-
pulsus à Capitulo tanquam impurus vigore statuti dictæ
Ecclesiæ, quod ei obstare declaratum fuerat in parti-
bus: Commissa causa in Rota in gradu appellationis,
fuit per duas diffinitiuas sententias reuocatum dictum
decretum, & pronunciatum, D. Ioannem esse immit-
tendum à Capitulo in possessionem suæ dimidiæ Portionis
denegata etiam Remissoria pro nouis probationibus con-
tra eius puritatem sanguinis: Hodie verò in tertia Instan-
tia cor. me proposito dubio, *An dictæ sententiæ Rotales es-
sent confirmandæ, vel infirmandæ?* fuit vnanimi consensu
resolutum, esse confirmandas.

De validitate enim sententiarum constat ex actibus, &
toto processu ritè peracto, ac seruatis terminis requisitis in
iudicio, nec à Capitulo reuocatur in controuersiam.

De Iustitia verò constat per duas decisiones coram bon.
me. Patriarcha Manzanedo, & alteram coram R. P. D.
meo Durano.

Fundatam enim intentionem habet D. Rubius, quod
sit † purus cum ortus sit in Regionibus Christianorum *iu-* 1
*xta glos. in c. Presbyteris dist. 68. & in c. si eos 148. de consecrat.
dist. 4.* Et inde Capitulo obijcienti impuritatem, & ortum
à Parentibus, vel infidelibus, † vel alio modo impuris in- 2
cumbit onus probandi, & quidem concludenter, vt perpe-
tuò in terminis huiusmodi statutorum censuit Rota *in co-
ram Cardin. Mantica decis. 274. numer. 5. & decis. 307. co-
ram Card. Seraphino in Ouoten. denegationis possessionis 24.
Ianuarij 1578. quæ est decis. 355. in eius impress. coram Card.
Blanchetto in Legionen. denegatæ possessionis 8. Martij 1593.
& coram Card. Maremontio in Toletana Canonicatus 10. De-
cembris 1608 quæ est in recent. dec. 167 p. 1. & fuit confirma-
ta sub die 3. Aprilis, & 10. Iunij 1609. coram eod. in Pacen.
puritatis 6. Aprilis 1609. coram bo. me Patriarcha Manzane-
do, quæ est decis. 182. p. 1. rec. & in Legionen. Canonicatus 3.
Iunij 1602. cor. Reuerend. D. meo Decano, quę est dec. 68. in eius
impress.* & de hac opinione nefas videtur amplius dubitare.

Nec obstat, quod ex mente etiam Rotæ colligatur, quod
hæc opinio sibi locum non vendicet, quoties statutum onus
probandi imponeret ipsi prouiso petenti exequutionem 3
suæ gratiæ, vt in d. *decis. 167. num. 32. vers. quarto quia &c.
& num. 57 par. 1. recent.* Ac iure meritò quotiescunque
enim quis tenetur probare aliquid, quod sit fundamentum
suæ † intentionis, tunc non sufficit probatio præsum- 4
ptiua, sed positiua requiritur *ad l. Lucius, ff. de condit. &
demonstrat.* Felin *in rubr. de probat. num. 3 &* Dec. *num* 153.
Alexand *cons. 27. num. 7 lib 7* Paris. *cons. 104. nu. 8. lib. 4.* Natt.
cons. 181. num. 8 Put. *decis. 385. in fin. lib. 2.* Acchill. *decis. 1. de
probat.* Cæs. de Grati. *decis. 1. num. 17. & 18. qui sil sint legit.*
In statuto autem Corduben. confirmato à Sede Apostolica
videtur, hoc onus impositum ipsi prouiso ibi, *Et de eo suffi-
cientem informationem dare teneatur.*

Quoniam respondetur, huiusmodi † statutum tanquam 5
contrarium Iuri communi strictissimè interpretandum es-
se, vt, quominus fieri possit, ipsum Ius commune corri-
gatur, & ne onere illo probandi prægrauetur prouisus;
quod nedum contrarium est iuri, † sed & valdè difficile, 6
vt in dicta *decis. 167. num. 32.* Vnde nisi in verbis, vel ex alijs
necessariò deducatur Papam confirmantem, hoc onus pro-
bandi imposuisse ipsi prouiso, præsumendum est, hoc onus
esse iniunctum Capitulo obijcienti, & alleganti impurita-
tem; præsertim cum prouisus † iuris præsumptione, quæ 7
militat pro puritate, innitatur.

Nec obstant illa verba, *Sufficientem informationem dare
teneatur.* Quia intelliguntur, quatenus ex abundanti ipse
prouisus vellet suam puritatem deducere, non autem
sequitur, quòd si non dederit huiusmodi sufficientem in-
formationem, inde remaneat exclusus ab admissione in
Ecclesia. Quod, & benè comprobatur ex sequentibus
verbis eiusdem statuti, ibi *Si informationem non daret proui-
sus illam accipiant,* scilicet Capitulares, *& si illis per infor-
mationem eandem de contrario constaret, talis ad possessionem
admitti non debeat.* Vnde eatenus excluditur ex mente sta-
tuti, quatenus per probationem factam à Capitulo consti-
terit de impuritate prouisi, & sic benè infertur ex sensu † 8
statuti hoc onus probandi Impuritatem impositum esse
Capitulo non autem prouiso.

Verum ex abundanti D. Rubius sufficienter probauit
suam puritatem, nedum quia admissus fuit alias ad Ca-
pellaniam, quæ exigebat hanc eandem puritatem, eiusque
collatio spectant ad idem Capitulum Corduben. tanquam
Collatorem inferiorem: Vnde cum † semel admissus, & 9
tanquam purus habitus fuerit à Capitulo, ab eodem
tanquam impurus reijci amplius non debet *argum. leg. 1.
§. fin. in fi. de dot. præleg.* Perez de Lara *in tract. de Anniuer-
sar. & Capell. lib. 2. cap. 4. num 88. & seqq.* & appositè per
Reuerendiss. D. Ricciullum *in tractat. de iure person. de
Neophyt.*

Neophyt. c. 7. num. 26. ac etiam approbauit Rota *in 1. decis. coram bo. me Patriarcha Manzanedo in hac causa facta*. Sed etiam quia per testes de puritate, & de eius publica voce, & fama deponentes iustificauit se descendere à Catholicis, puris, & illibatæ Religionis Parentibus; Nec
10 dubium est, † quin in hac materia sufficiant testes de sola publica voce, & fama deponentes, Bart. *in l. 1. nu.* tot. *C. de dignit. lib.* 11. & plenè firmatur in *d. decis. 167. nu. 49. par. 1. recent.*

Non obstant quamplures testes examinati à Capitulo
11 pro impuritate probanda: quoniam † non deponunt concludenter, prout requiritur: nec probant descendentiam Ioannis ab illis impuris, & damnatis, quòd erat probandum: & aliqui eorum de mendacio conuincuntur; multi verò deponunt de bona fama puritatis, vt sigillatim quoad singulos testes perpenditur in decisionibus prius in hac causa emanatis, & in omnem casum testibus à Capi-
12 tulo examinatis, & de mala fama † deponentibus præualent, ac sunt præferendi testes examinati pro Rubio de bona fama puritatis deponentes, *c. cum in tua*, *vbi* Abb. *num. 3. de Sponsal.* Felin *in c. cum contingat*, *num 2. de rescript.* Alex *cons. 143. num. 7. lib.* 2. Rot. *in d. decis. 167. nu. 27. & 28. & coram Reuerendiss. D. meo Decano*, *decis.* 68. *num.* 11.

Nec demum obstant habitelli, & punitiones Hæreticorum Iudaizantium, quæ pro Capitulo rursus inculcantur, & ex his prætenditur, Ioannem Rubium esse macula impuritatis affectum, quoniam quoad Ioannem Gonzalez Rubium punitum anno 1486 Gundisaluum Ruyz Rubium anno 1512. & Gundisaluum Rubium anno 1510. quos prætenditur fuisse patrem, & ascendentes Matthæi Rubij proaui dicti Ioannis Rubij; ex fide Francisci de Quiroga Secretarij Sancti Officij Corduben. Notarij Apostolici probatur in istorum damnatorum genealogijs neminem eorum adfuisse, qui habuerit descendentem, seu filium vocatum Matthæum, & bene fuit obseruatum *in decis. bo. me. Patriarchæ Manzanedi sub die 27. Iunij* 1625.

Quo autem ad Alphonsum de Herrera, Fernandum Lopez, & Isabellam de Herrera non probatur, quòd Ioannes ab illis descendat, aut vllam cum eis cognationem habeat, & quamuis Auus Maternus Ioannis vocaretur Alphonsus de Herrera: constat tamen, quòd Alphonsus, qui fuit condemnatus, & combustus ann. 1486 erat alius ab eo, qui fuit auus maternus Ioannis ex ponderatis *in decis. R. P. D. mei Dunozi sub die 11. Febr. præteriti*.

13 Et sanè fidei prædictæ † Secretarij S. Officij Corduben. de mandato Dominorum Inquisitorum factæ, iunctæ cum quasi possessione puritatis Ioannis, & testibus de puritate, Religione, & orthodoxa fide ascendentium Ioannis deponentibus magis deferendum videtur, quam quibuscumque alijs contrarijs, & imperfectis probationibus pro Capitulo factis *ad tradita in decis. 68. num. 13. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, *& in decis. bo. me. Patriarchæ Manzanedi sub die 27. Iunij 1625. in hac causa emanatn*.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

¶ In eadem causa supra adest alia dec. sub die 11. Februarij 1628. cor. Reuerendiss. Vrgellen. est dec. 146. & infra habetur altera sub die 1. Iulij 1630. cor. eodem R. P. D. Merlino Decano; est decis. 404.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Corduben. Redecimarum.

Die Mercurij 28. Iunij 1628.

A R G V M E N T V M.

Agitur de materia præscriptionis Redecimarum, qualiter scilicet, quando est contra ius præscribatur, & vt inducatur, quid sit necessarium.

S V M M A R I V M.

1 *Ad Decimarum præscriptionem, requiritur præscriptio immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo.*
2 *Consuetudo introducta ex solutione sponte, & ex mera liberalitate facta per aliquem, est seruanda, etiam si solummodo spatio 10. annorum probaretur, & numer. 3.*
4 *Voluntas spontanea requiritur in inducenda consuetudine.*
5 *Actus, quando probatur, quod est coactus, talis etiam præsumitur fuisse in præteritum.*
6 *Status præsens, quando non habet contra se temporis præsentis veritatem, tunc de præsenti præsumitur in futurum.*
7 *Asserenti aliquid incumbit onus probandi concludenter.*
8 *Liberalitas mera facilius præsumitur in solutione modicæ rei, quàm magnæ considerationis.*
9 *Solutio, quando est magni momenti non est verisimile quod fuerit facta sponte, & ex mera liberalitate.*
10 *Præsumptio præsumptionem tollit.*
11 *Coniectura deducta à verisimili est potentior alijs.*
12 *Præsumptionibus, & coniecturis non est recurrendum, dum habemus veritatem.*
13 *Opinio debet cedere veritati.*
14 *Colonus non solum tenetur soluere decimam de parte fructuum, quæ sibi remanet ratione culturæ, sed etiam redecimam, quæ debetur à Domino de sua portione.*

D E C I S I O CCIII.

FVit resolutum, sententiam Reuerendiss. D. mei Decani esse confirmandam, quia de validitate non dubitatur, & iustitia apparet clara ex pluribus decisionibus in causa factis, in quibus fuit firmatum, redecimam, de qua agitur, esse contra ius, & quod propterea Episcopus, & Capitulum illam † prætendere non possunt, ni- 1
si probent præscriptionem, vel immemorabilem, vel quadragenariam cum titulo, *cap. 1. de præscr. in 6* Couar. *in reg. possessor. p. 2. §. 8. nu.* 4. Seraph. *dec.* 802. *nu. 1. & decis. 1404. n.* 3. Quam non probari fuit postea latè firmatum *in decis. facta die 18. Maij* 1618. *& 20. Iunij* 1625.

Sed quia pro parte Episcopi, & Capituli replicabatur, nos non versari in præsumptione, sed in consuetudine † 2
introducta ex solutione spontè, & ex mera liberalitate facta per ciuitatem, & populum, quæ propterea sit seruanda, etiamsi solummodo † spatio 10. annorum proba- 3
retur *iuxt. not. in c. ad Apostolicam*, *de Simon.* Cassad. *dec. vnica*, *de consuet. per tot. & numer.* 5. fuit super hoc particulariter disputatum, An versaremur in præscriptione, vel in consuetudine? & Rota censuit, in casu, de quo agitur, nos versari in præscriptione, non in consuetudine, vt in *decis. 14. Martij* 1608. in qua cum fuerit etiam dictum, quòd prætensio Episcopi, & Capituli tunc posset procedere, quando solutio redecimæ ab initio fuisset voluntaria, sed quod in casu nostro non erat talis, nec poterat talis præsumi; cum ex sententia Regis Ioannis constaret de contrario: hinc sumpta occasione fuit particulariter disputatum, an initium huius redecimæ fuerit voluntarium, vel coactum? Et fuit, causa maturè discussa, resolutum, initium fuisse coactum, *sub die 10. Maij* 1613. Quæ decisio fuit postea confirmata 4. *Iulij* 1618. Et cum hodie coram me pro parte eiusdem Episcopi, & Capituli idem fundamentum reassumatur, quod initium redecimæ fuit voluntarium, & non coactum; Domini pro coactione in supradictis decisionibus sufficienter firmata responderunt; Ex supradicta enim sententia Regis Ioannis apparet, quòd ei fuit narratum, quòd Ciuitas, & populus recusabant soluere decimam, & redecimam, & quòd non timebant excommunicationes, quod apertè arguit contradictionem, & repugnantiam, † non autem voluntatem spontaneam, quæ re- 4
quiritur ad inducendam hanc consuetudinem, *c. Tua de Simon.* Ostasch. *decis. 99. nu.* 5. Paul. de Castr. *cons. 363. incipit*, *Circa primum quæsitum*, *&c. num. 2. vers. 1. namque requiritur*, *&c. lib.* 1. & benè fuit deductum in dictis decisionibus.

Non

4 Idqne etiam postulabat subiecta materia † decimarum,
quæ est maximi momenti, vude merito concordia super
motatione fructuum decimarum perpetuarum in pecu-
nijs annuis, non iudicio vnius tantum committenda vi-
debatur, sed saltim duobus, nam per plures oculos per-
5 fecta † veritas magis perspicitur, & quod à pluribus vi-
detur prudeotius deciditor, ac iotereit Ecclesiæ plures
6 habere Consoltores, † & plurium virorum iudicio adhibe-
ri, *c. de quibus*, 20. *distinct. c. prudent am, de offic. dele-
gat. cap. extra conscientiam* 64. *distinct. l. vlt. C. de fideicom.*
7 & propterea sequitur, quod dum causa, † fuit commissa
duobus coniunctim, senteotia voius est oulla, *cap. vno
delegatorum, de offic. deleg. cap. cum ab vno de re iudic. in* 6.
*l. pedius, §. in seruum, l. item si vnus, §. item si plures, ff.
de arbitr. l. duo ex tribus, ff. de re iudic.* Abb. *in cap. causam
matrimonij, num.* 3. *vbi* Bald. *num.* 1. Dec. *num.* 3. *de offic.
deleg. Vant. de nullit. defect. iurisd. num.* 184. *& seq.* forma
8 enim rescripti non seruata confirmatio † redditur nulla,
*c. cum dilecta, de rescript. c. prudentiam, de offic. delegat.
vbi* Dec. *in* 4. *not.* Greg. *decis.* 1. *nu.* 1. Seraph. *decis.* 1195.
n. 2. Rota *in recent. dec.* 624 *n.* 1. *par.* 1. *& dec.* 631. *par* 2.
Ex quibus tollitur, quòd cum Iulius Zizza esset Ar-
chidiaconus, & Vicarius, ac ambas dignitates haberet,
duasque personas repræsentaret, duarumque vice funge-
retur ipse solus potuerit ferre sententiam, qoia ex supra-
dictis patet de contraria intentione Pontificis, qui præ-
supponebat, & intellexit quod duæ dignitates separatim
possiderentur, ac administrarentur, & duorum iudicium
9 & integritas interueniret in materia decimarum † tam
graui, cui Pontifici si fuisset oarratum, & sciuisset quod
Archidiaconatus, & Vicariatus residebat penes vnam,
eandemque personam, duas digoitates separatas dedisset,
10 & alium subrogasset: quare † cessaote præsupposito ex
defectu iotentionis Papæ corruit confirmatio, *l. mancipio
vbi glos. in verbo auocandum, C. de seru. fugit.* Clem. *fin. de
sent. excommun.* Decian. *cons.* 19. *nu.* 8. *lib.* 2. Dec. *cons.* 90.
nu. 1. *in fin. &* 2.
Et ita conclusum, &c.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Romana, seu Catthaginen. Pensionis.

Die Mercurij 28. Iunij 1628.

ARGVMENTVM.

Declaratur materia, quòd Pensionarius pro rata pensionis tenetur contribuere, quamquam pensio sit exempta.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius pro rata pensionis quantumuis exemptæ contribuere tenetur.*
2 *Titularis vigore pacti, tenetur releuare indemnem pensionarium ab omni contributione, & n.* 5.
3 *Concordia inita fuit inter Regem, & Clerum Hispaniarum, qua cauetur, vt non obstante quacunque exemptione ab omni decima, seu subsidio pensionarij teneantur pro rata contribuere.*
4 *Et quos afficiat ista concordia.*
6 *Decis. in causa Valentina subsidij, & in causa Bergomen. pensionis declarantur.*
7 *Obligatus soluere cum alio, siue in parte, siue insolidum soluat, solidum repetit à correo, & n.* 8.
9 *Pacta posteriora derogant prioribus.*
10 *Pensiones pensionarij Hispani sunt reseruata post concordiam factam inter Regem, & Clerum Hispaniarum, de quo sup. n.* 3.
11 *Compensationis exceptio non potest opponi, quando solutio non benè probatur.*
12 *Compensatio regulariter non admittitur in obligatione Camerali, quando creditum fuit contractum ante d. obligationem.*
13 *Tertius, si sit obligatus in forma Cameræ non gaudet beneficio compensationis.*

DECISIO CCII.

PRÆSVPPOSITO facto pro vt in *decisione* 24.
Febr. præsentis anni coram R. P. D. meo Dunozetto.
fuit hodie coram me dubitatum, An, & quando sit de-
falcandum subsidium, & excusatum ex pensione, de qua
in *dicta decisione*; Et non esse defalcandum prætendebat
D. Tiberius de Caualerijs pensionarius, ex quo dicta pen-
sio fuit ei reseruata libera, & immunis ab omni imposi-
tione, & onere etiam subsidij charitatiui imposito, seu
pro tempore imponendo, etiam quòd in impositionibus
huiusmodi expressè caueatur, qood pensionarius † pro 1
rata pensionis quantumuis exemptæ, contribuere tenea-
tur, & fuisse ita sæpissimè resolutum, & præsertim apud
Seraph *decis.* 1348. *nu.* 2. *& in Valentina subsidij* 4. *Maij,
& 26. Nouembris* 1611. *coram bo. mem. Penia, & in Peru-
sina pensionis* 13. *Ianuarij* 1614. *coram bon. memor. Cardinal.
Sacrato, in alia Valentina subsidij* 22. *Maij* 1615. *coram D.
meo Pamphilio, quæ est decis.* 702. *par.* 2. *recent. in Ceneten.
pensionis* 7. *Iunij* 1621. *coram bon. mem. Remboldo*, & in alijs
adductis per Moder. Roman. *discept. forens. capit.* 548. *nu-
mer.* 26. *cum seqq.* & tandem in *Bergomen. pensionis* 13. *No-
uembris* 1626. *&* 16. *Aprilis* 1627. *coram me, & in Parmen.
pensionis* 5. *Iulij* 1627. *coram bon. mem. Patriarcha Manzane-
do.*
Neque obstare, quod subsidium, & excusatum fue-
rint propagata, seu de nouo concessa post reseruationem
dictæ peosionis, cum expressa clausula, quod etiam pen-
sionarij ad illa teneantur, & quod in specie in eo deroge-
tur pactis, & conuentionibus initis inter pensionarium,
& Titularem, & cum alijs amplissimis clausulis deroga-
torijs exemptionis, de qua in litteris reseruationis; quia
(vt dicebatur) grauamen huiusmodi pensionarijs iniun-
ctum, & derogationes præfatæ intelliguntur quoad Re-
gem, ita vt exemptione non obstante possit Rex subsi-
dium, & excusatum à pensionarijs pro rata pensionum
exigere, non autem afficiunt pensionarium quoad Titu-
larem adeò quod pensionarius nihilominus poterit inte-
gram pensionem exigere à Titulare, qui vigore pacti, de
quo in dictis literis tenetur † pensionarium indemnem ab 2
omni contributione releuare, prout plenius, & clarius
in *dicta Bergomen. pensionis* 13. *Nouembris* 1626. *coram me.*
Vndè cum in præsenti non contendatur cum Rege, con-
sequenter intrare videtur *dicta decisio.*
Ex aduerso autem pro Seminario Carthagioen. Titula-
ri dicebatur, stantibus etiam *supradictis decisionibus*, nec-
non conclusione firmata in *Bergomen. Pensionis*, de qua so-
pra, esse nihilominus ex alio capite subsidium, & excu-
satum desalcanda, nempè vigore concordiæ initæ inter † 3
Regem, & Clerum Hispaniarum à Papa confirmatæ post
dictam reseruationem, qua cautum fuit, vt non ob-
stante quacunque exemptione ab omni decima, seu sub-
sidio pensionarij teneantur pro rata contribuere, quæ con-
cordia non solum † afficit pensionarios quoad Regem, 4
sed etiam totum Clerum inter se, quia totus Clerus in ea
interuenit, & sic afficit etiam pensionarios Hispanos quo-
ad Titulares, & Titulares quoad dd. Pensionarios, ita
vt sicut extra terminos dictæ concordiæ pensionarius op-
ponere potest contra Titularem de pacto inter ipsos inito
in actu præstiti consensus nempè, quod ipse non teneatur
ad aliquod onus impositum, seu imponendum, pariter
etiam in terminis concordiæ, de qua agitur, ex quo illa
fuit facta, & confirmata post reseruationem pensionis
cum amplissima derogatione cuiuscumque exemptionis,
Titularis rectè opponere † potest contra pensionarium de 5
pacto inter ipsos conuento in dicta concordia ad effectum
defalchi, seu repetitionis, vt in puncto decidit Rota *in
decis.* 161. *par.* 2. *diuers.* & admittunt *dicta decisio in causa
Valentina subsidij* 4. *Maij* 1611. *cor. Penia, & dicta decisio in
causa Bergomen. pensionis, vers non obstat quarto, cor. me,*
quæ † decisiones licet nihil allegent, videntur etiam quo- 6
ad hoc in iure verissimæ per *text. in l. si in rem* 12. *C. si cert.
pet.* vbi, quod obligatus † soluere cum alio, siuè pro par- 7
te, siue insolidum soluendo solidum repetit à correo, &
ibidem etiam *glos. &* Bald. *& per text. in l.* 2. *C. de duob. re.*
Bart. *in l. si reos, col.* 2. *vers. si ergò quæritur, ff. eod. tit. &*
Natt. *cons.* 658. *n.* 4.
Sed nihilominus in casu, de quo agitur, fuit iure optimo
resolotum, subsidium, & excusatum non esse defalcanda:
quia

quia quidquid esset dicendum stante dictæ concordia post
8 reseruationem pensionis, si Seminarium Carthaginen. †
Titulare, seu alius Titularis ageret contra pensionarium
Hispanum iuxta *text. in d. l. si in rem C. si cert. petat. cum
alijs supra allegatis*, tamen in præsenti casu visum fuit
Dominis non intrare dictam concordiam, & sic non esse
locum prætenso desalco, tum quia hodiè non agit Semi-
narium Titulare contra pensionarium, sed pensionarius
contra tertium nempè Petrum Marzal, qui nihil Regi
soluit, nec soluere tenetur, tum etiam, & in omnem ca-
sum, quia agitur contra dictum Petrum vigore propriæ
obligationis, videlicet ex cedula bancaria per eum data
post dictam concordiam, per quam se obligauit etiam in
forma Cameræ ad integram pensionem; Vndè sicut Ti-
tularis circumscripta propria obligatione contracta post di-
ctam concordiam posset fortè iuxtà prędicta aduersus pen-
sionarium opponere de concordia cum amplissima deroga-
tione prædictę exemptionis facta post reseruationem pen-
9 sionis, ita in præsenti obstat † Petro exceptio nouissimi
pacti ex dicta cedula bancaria, *l. si vnus, §. pactus nè pete-
ret, ff. de pact. & l. pacta nouissima, C. de pact.* prout etiam
10 pensionarij Hispani, † quorum pensiones sunt reseruatæ
post dictam concordiam cum supradicta exemptione, li-
cèt quoad Regem nihilominus tenerentur, possent inte-
gram pensionem à Titulari exigere, vt in *dicta decisione
Bergomen. cor. me, & in alijs supra allegatis.*
11 Neque obstat exceptio compensationis, † quam Petrus
prætendit esse faciendam, cum prætenso credito Semina-
rij, ex quo, vt prætendit, Seminarium soluit Regi ra-
tam tangentem Tiberium, vti pensionarium virtute præ-
dictæ concordiæ, quia vltra quòd solutio non benè proba-
tur, & prætensum creditum Seminarij fuit contractum
12 ante obligationem Cameralem, † quo casu regulariter
non admittitur compensatio, Zacch. *de obligat. Cameral.
quæst.* 18. *nu.* 18. & Moderni Roman. *discept. forens. cap.*
129. *nu.* 19. *cum seqq.* in pręsenti cessat penitus difficultas,
ex quo Petrus Marzal stante propria obligatione etiam in
forma Cameræ quoad dictum prætensum creditum Se-
13 minarij est † tertius, & sic non gaudet beneficio compen-
sationis, vt idem Zach. *dicta qu.* 18. *n.* 9. vbi quod ita fuit
decisum per Rotam in vna *Pistorien. depositi* 20. *Octobris*
1561. *cor. Rubeo.*
Et ita decisum vtraque, &c.

Est decisio 133. supra in hac parte.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Pisana distributionum.

Die Lunæ 3. Iunij 1628.

A R G V M E N T M.

De potestate Papæ in beneficialibus non est dubitandum, quando clarè constat de eius mente. Vnionis natura quæ sit.

S V M M A R I V M.

1 *De voluntate clara Papæ, quando constat, de illius potestate in beneficialibus non est dubitandum.*
2 *Vnionis natura est, vt omnia bona Beneficij vniti, transeant ad beneficium, cui fit vnio.*
3 *Sententiæ non sunt attendendæ, quę non constant in actis.*
4 *Confessio emanata à procuratore non nocet principali. Et potest etiam non docto de errore reuocari n. 4.*
5 *Actorum transportatio non requiritur, quando de eis non constat.*

D E C I S I O   C C V I.

GREGORIVS XIII. fel. record. Canonicatum, & Præbendam Archipresbyteratus Cathedralis Pisanę voluit, & voluit quod obtinens Archipresbyteratum, & Canonicatum, distributiones tam Archipresbyteratus, quàm Canonicatus lucraretur. Cumque de Archipresbyteratu cum Canonicatu illi vnito fuerit à Sede Apostolica prouisus Anibal Agliata, ac possessionem acceperit, & Capitulum illi duplicatas destributiones soluere recusaret. Proposui dubium, An duplices distributiones debeantur, & affirmatiuè fuit responsum.

Primò, quia cum Gregorius XIII. in supradicta vnio-
ne dixerit quod obtinens Archipresbyteratum, & Cano-
nicatum consequeretur distributiones Archipresbytera-
tus, & Canonicatus, consequenter duplicatę distributio-
nes Archipresbytero debentur, cum de voluntate clara
Papæ constet de illius potestate in † beneficialibus non sit 1
dubitandum, *cap. licet de præben. in* 6. Clem. 1. *in fin. vt
lit. pend.* Rot. *decis.* 778. *numer.* 1. *par.* 2. *recent.* Paris. *cons.*
82. *n.* 22. *lib.* 4.
Secundò, quia ex natura † vnionis omnia emolumen- 2
ta Beneficij vniti transeunt ad beneficium cui fit vnio
Garz. *de benef. par.* 12. *cap.* 2. *n.* 34. Rot. *diuers. decis.* 758.
& 799. *par.* 1. Greg. *dec.* 112. *n.* 4.
Tertiò, quia dicta vnio etiam in vita Iosephi Bucchæ
antecessoris habuit effectum.
Nec obstat, quod supradicta vnio Gregor. XIII. fuerit
declarata subreptitia, ex sententia Ordinarij Pisani, quia
de huiusmodi † sententia non constat in actis, & confes- 3
sio in commissione de sententia diffinitiua Vicarij Pisani
super subreptione litterarum fuit facta à non procuratore
Anibalis Agliatę, & propterea † ei non præiudicat. Greg 4
decis. 435. *n.* 11. & potest etiam non docto de errore reuo-
cari. Verall. *dec.* 198. *par.* 1. Greg. *dec.* 270. *nu.* 9. Rota *di-
uers. dec.* 613. *n.* 9. *par.* 1.
Quare cessat etiam defectus transportationis actorum,
quia nec de † huiusmodi sententia, nec de actis constat, 5
& nihilominus super integra transportatione actorum po-
terit particulariter videri.
Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. V E R O S P I O.

Romana assignationis Domus.

Die Lunæ 6. Nouembris 1628.

A R G V M E N T V M.

Debitor obligatus tradere bona, vel pecunias, ex traditione alterius liberatur, & alia de quibus in Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia, quando apparet valida, & iusta, est confirmanda.*
2 *Rei exceptio habetur loco libelli.*
3 *Termini substantiales malè seruati, in reiteratione in citatione ad sententiam sanantur.*
4 *Debitor habens potestatem tradendi bona, vel pecuniam ex traditione alterius, extincta remanet omni eius obligatio.*
5 *In alternatiuis electio est debitoris, amplia n. 6.*
7 *Hypoteca non cadit super pecunia.*
6 *Exceptio non adimplementi in vno casu non impedit alium & diuersum casum ab illo.*
10 *Creditori anteriori per pactum in sua hypoteca præiudicari non potest.*
11 *Qualitas apposita in vno capitulo, non debet trahi ad aliud separatam.*
12 *Debita, si in inuentario, quod confecit, quis descripserit non potest illorum ignorantiam allegare.*
13 *Rem alienam scienter emens, sibi imputet.*
14 *Et de euictione non potest agere, nisi ad sit pactum.*
15 *Cohæredes pro debitis hæreditarijs tenentur pro rata, & portione sua.*
16 *De euictione agi non potest, antequam res euincatur.*
17 *Ex iudicio diuisionis an agi possit de euictione.*
18 *Iudicis arbitrio lex multum defert in materia diuisionum.*

DE-

DECISIO CCVII.

CVM ex forma conuentionis initæ in instrumento di-
uisionis teneretur Ioannes Barlius præstare Sebastia-
no fratris filio pro portione, quæ ei obtigit, aut scuta 1300.
siue in bonis, siue in pecunia, aut annua scuta 65. pro
alimentis, domumq; illi assignasset valoris scutorum 2000.
eam Sebastianus recipere recusauit, & coram A. C. Ioan-
nem conuenit, vt vel sibi dicta scuta 1300. in pecunia, vel
annua alimenta ad rationem scut. 65. persolueret: Cumq;
R. P. D. Passioneus ab eodem A. C. deputatus sententiam
ad fauorem Ioannis tulisset, qua dictam assignationem
ritè, ac rectè factam pronunciauit, interposita ab ea per
Sebastianum appellatione, causaque mihi commissa. Du-
bitaui hodie de confirmatione dictæ sententiæ; Et confir-
1 mandam esse dixerunt Domini stante illius validitate, †
& iustitia. Cumque contra validitatem nihil præterea
opponeretur, quàm nullitas ex defectu monitorij, cum de
iurisdictione, citatione, alijsq; requisitis appareret ex acto-
rum reuolutione, iuxta decis. Verall. 260. par. 2. Rota de-
cis. 589. nu. 1. par. 1. in recent. Nec illa visa fuit obstare, vel
2 ex quo fuit lata sententia ad fauorem rei, quo casu † il-
lius exceptio habetur loco libelli, l. 1. ff. de except. Ias. in l.
sicut §. quod autem nu. 12. ff. de re iudic. vel quia hic defe-
3 ctus, si quis fuit, per † obseruationem terminorum sub-
stantialium in citatione ad sententiam fuit sublatus iure,
decis. 8. Cassad. de rescript. Verall. decis. 149. par. 3. Rota
decis. 64. num. 9. par. 2. recent.

Iustitiam eiusdem sententiæ declarabat, & concludebat
diuisionis instrumentorum, ex quo cum electio in Ioannis
arbitrium fuerit translata, vt posset bona, vel pecuniam
4 tradere, ex præstatione alterius, ad quod teneri voluit, †
omnis ipsius obligatio fuit extincta, l. postulatus 105. & ibi
Bart. ff. de verb. oblig. l. solutionem, ff. de solution. l. tale
pactum §. post diuisionem in fin. vbi Castr. num. 3. ff. de pact.
5 Surd. cons. 243. nu. 2. cum in alternatiuis † electio sit de-
bitoris, l. plerumque §. fin. vbi gl. in verb. electio ff. de iur.
dot. cap. in alternatiuis de reg. iur. lib. 6. Ber. cons. 121. nu. 5.
lib. 1. Afflict. decis. 397. nu. 4. Surd. decis. 318. nu. 3. Et hic id
6 expressè † illi fuerit permissum, glos. in l. Lucio, ff. de le-
gat. 2. Felin. in cap. inter cæteras n. 4. in prima fallent. Ripa
num. 71. de rescript. Aym. cons. 699. num. 7. Magon. decis.
Lucens. 16. num. 4.

Quibus haud visum fuit obstare, quod primo ex eodem
diuisionis instrumento excipiebatur, in eo scilicet conue-
nisse, vt onus omne communia debita extinguendi, quæ
vsque ad summam scutorum 7000 in quodam inuentario
descripserunt, ad ipsum Ioannem pertineret, dictamque
summam scutorum 1300. Sebastianus haberet liberam, &
immunem ab omni ære alieno, siuè alio quocunque one-
re, quæ verba, quia de pecunia intelligi non poterant, ex
7 quo super ea † non cadit hypoteca, vt per Afflict. decis.
190. Rota decis. 68. num. 1. par. 1. in recent. necessariò ad
bona referenda erant, vt propterea cogi Sebastianus non
posset, vt domum ære alieno grauatam, & pluribus hypo-
tecis obnoxiam reciperet, cum ideo ius, quod sibi in tota
hæreditate competebat videretur dimisisse, vt liber, & va-
cuus viueret ab omni cura, & molestijs.

Responderunt enim ex quo Ioannes debitorum onus in
se suscepit, non tamen fuit certa dies præscripta eorumdem
extinctioni, non id sequi, vt propriæ obligationi non sa-
tisfecerit bona assignando iuxta facultatem, sibi in instru-
mento concessam, licet ad illorum extinctionem tenere-
8 tur, & compelli posset, cum † ex promissione liberatio-
nis à molestijs actio Sebastiano superfit quo casu sibi à cre-
ditoribus inferantur, Bart in l. quibus diebus §. Thermilius
nu. 5. ff. de cond. & demonstr. Rota apud Card. Seraph. 1336.
9 nu 1. Et ex quo fuit stipulatio diuersis capitulis commissa †
exceptio non implementi in vno capite nequeat impedire
visum dictæ facultatis, quæ in alio, & diuerso legitur, ex
tradita per DD. in l. Iulianus §. offerri, ff. de verbor. oblig.
Bart. in l. 2 nu 7. C. de conditione ob caus. & in l. in ciuile C.
de rei vendic. Soccin. Sen. in l. qui Romæ §. seia num. 6. ff. de
verb. oblig. Dec in l. cum proponas num. 6. C. de pact. Ga-
briel cons. 49. lib. 2. num. 1. Surd. cons. 107. num. 15. Afflict.
decis. 280. Put. decis. 214 nu. 2. & 3. lib. 3. Mantica decis.
238 num. 2. Idem quoque est respectu bonorum, quæ dum
dixerunt, vt libera essent, & immunia omni onere, & ære
alieno non id voluerunt contrahentes, vt bonis, quæ ce-
dere debebant in partem Sebastiani, auferrentur prius hy-
potecæ, cum nec potuissent ex quo per † pactum credito- 10
ri anteriori in sua hypoteca præiudicari non potest, l. si quis
putans §. si fundus, ff. comm. diuid. l. is qui fundum ff. de
vsu, & vsufr. leg. sed benè, vt eadem debita alioquin com-
munia soluere de proprio Ioannes teneretur, aut eorum
bonorum ratione ex quacumque obligatione, & hypoteca
Sebastianus personaliter conueniri non posset, & semper
haberet releuatorem Ioannem, vt ex verbis ipsis instru-
menti colligere etiam licet, cum qualitas illa non fuerit
adiecta bonis, sed valori portionis Sebastiani, quam tanti,
scutis scilicet 1300 extimarunt ea conditione expressa, vt
illius ratione, nec damnum aliquod sentire deberet, nec
quidquam ex eadem portione in communia debita confer-
re teneretur. Ex quibus † bene verba illa liberi, e fran- 11
chi, declarantur, vt trahi ad bona non possint, quorum ele-
ctio in quarto, & diuerso capitulo postea Ioanni concessa
fuit, l. fideicommissu, §. hæc verba, ff. de leg. 3. Soccin. Sen.
cons. 49. num. 2. lib. 1. Rol. cons. 38. nu. 58. lib. 4. Paris. cons.
39. nu. 2. lib. 2. Surd. cons. 160. num. 34.

Nec dici etiam debet, vt ius aliquod pinguius Sebastia-
nus cesserit, qui eius, quod ex paterna hæreditate dedu-
cto ære alieno supererat, dimidium habuit, eiusdem æris
alieni cura, & creditorum satisfactione Ioanni demanda-
ta, cum præsertim eadem debita † in inuentario, quod 12
communiter confecerunt, descripta dici non posset, quod
Sebastianus ignoraret, Surd. cons. 414. num. 76. & seq.
& decis. 265. num. 44. & 46. Indeque † cum iuuari non 13
valeret exceptione rei liberæ non traditæ, l. si fundum
sciens C. de euiction. l. si à matre C. de iure dotium, Aym.
cons. 77. num. 18. Roman. cons. 396. num. 3. vers. quæro
quo ad secundum, Surd. decis. 265. num. 28. Tiraq. de retr.
legal. §. 12. glos. 1. num. 7. & seq. haberet in domo sibi assi-
gnata ex pacto releuatorem, contra † quem sine pacto 14
de euictione non ageret, l. si fratres, & ibi DD. C. com.
vtriusque Iudic.

Nec mouit Dominos quod Sebastianus conquereretur
de exequutionibus factis super domo, cum non appare-
ret, imò docuerit Ioannes occasione aliorum debitorum,
quæ non fuerant in inuentario descripta sequutas fuisse,
imò cum expressè inter se partes conuenerint, vt si quæ cre-
dita, aut debita præter descripta in inuentario, emergerent
æqualiter vtriusque commodo, & incommodo cederent,
† siue societatis essent dummodo in instrumento di- 15
uisionis non excepta ad ea tenebatur Sebastianus pro-
portione, & rata sua, l. 1. & 2. C. si vnus ex plur. hæred.
Corn. in l. 1. nu. 10. C. com. de legat. Rot. in Viterbiens. Ca-
strorum 10. Maij 1624. nu. 57. coram Reuerendiss. D. meo De-
cano, & ideo satis est, si ex promissione, † & obligatione 16
Ioannis Sebastianus pro debitis descriptis sit securus, l. 3. C.
de euiction. Bald. in l. ex his precijs nu. 4. C. de euict. Alex.
in l. cum proponas n. 4. C. de pact. & cons. 65. lib. 5. Ofasch.
decis. pedem. 24. nu. 4. Card. Seraphin. decis. 1275. n. 1. Rota
in Romana census de Caualer. 26. Iunij 1594 coram Penia,
& in Tridentina tenutæ Montis Nigri 20. Febr. 1619. coram
Reuerendiss. D. meo Decano. Cum vtique de † credito, 17
si quod emersisset ex conuentione particeps deberet fieri,
vt proinde haud minus dici debeat, quod fuerit de tempore
diuisionis consequutus, l. si fratres C. com. vtriusque iud. l.
si familiæ, & ibi glos. & DD. C. fam. ercisc. Bart. in l. qui
Romæ, §. duo fratres nu. 25. Ripa nu. 98. & 99. ff. de verbor.
obligat. Soccin. Iuo. cons. 120. nu. 28. lib. 3. Beccius cons. 28.
num. 37. Menoch. de præsumpt. 118. nu. 2. lib. 3. Peregr. de
fideicomm. art. 53. num. 57.

Ex alio etiam capite impugnabatur iustitia sententiæ
A. C. quod domum scilicet valoris scutorum duorum mil-
lium, & vltra, & quæ commodè diuidi non poterat assignas-
set pro credito Sebastiani valoris scutorum 1300. vt ideo
potius quàm per partes facienda esset diuisio per partium.
Verum cum fides periti, quæ ad hoc dabatur non esset ab
eo medio iuramento recognita, & merè extraiudicialis, † 18
imò contrarium fuerit iudex arbitratus, cui multum lex in
hoc defert, ex trad. per Menoch. de arbitr. cent. 2. cas. 123.
125. & 128. lib. 2. Tiraquell. de iur. primogen. qu. 60 nu. 10.
haud magni fecerunt Domini hanc obiectionem, & sen-
tentiam in omnibus confirmandam dixerunt, prout fuit
vtraque parte informante resulutum, &c.

REVE-

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Cæsaraugustana Præeminentiarum.

Die Lunæ 6. Nouembris 1628.

A R G V M E N T V M.

Mandatum de manutenendo concessum alicui, quod in aliqua Ecclesia debeat habere manum dexteram, intelligitur concessa in qualibet parte d. Ecclesiæ. Contrauentio, quando non sit punibilis. Ad declaratoriam, quando deueniatur, & quando non.

S V M M A R I V M.

1 *Ecclesiæ appellatione, indistinctè veniunt omnia, quæ intra Ecclesiæ septa continentur.*

2 *Concessum de toto, videtur etiam concessum de parte.*

3 *Manutentio concessa in aliquo loco, videtur etiam concessa in qualibet parte dicti loci.*

4 *L. illud, ff. ad l. Aquil. quando intret eius dispositio.*

5 *Iura intelligenda sunt ex mente, & ratione, non autem ex verbis.*

Verba legum Iudaicè non sunt accipienda, num. 5.

6 *Decanus, Dignitates, & Capitulum ratione diuersarum partium Ecclesiæ, diuerso iure censeri non debeat.*

7 *Partes non debent discrepare à substantia, & qualitate totius.*

8 *Antecedentia declarantur per subsequentia.*

9 *Actus facti lite pendente, tanquam attentati, & sic damnabiles, & turbatiui non attendantur.*

10 *Contrauentio facta ab vna parte, liberat alteram ab obligatione faciendi, & impunè potest contrauenire.*

11 *Occasio contrauentionum est tollenda.*

12 *A pœna contrauentionis excusatur, qui habet iustam causam contrauenieudi.*

13 *Exceptio implementi allegari non potest ab eo, qui nec ex parte sua adimpleuit.*

14 *Contrauenicas secundò, potest agere contra primum contrauenientem, & exigere pœnas contrauentionis.*

15 *Exequutoriales literæ, qualiter fiat intimandæ, & num. 16.*

17 *Declaratoria datur stante voluntaria inobedientia, & contrauentione.*

18 *Rota ex soluta benignitate, mitius agere solet ad dandam declaratoriam, quando adest aliqua causa saltim colorata, & minus legitima excusationis contrauentionis.*

19 *Censurarum fundamentum solet esse contumacia.*

D E C I S I O CCVIII.

CONSVLTI Domini super interpretatione, & forma executionis mandati de manutenendo aliàs de anno 1557. per bon. mem. D. de Rubeis relaxati, cum sub die 26. Aprilis, * & 29. Nouembris superioris anni * inter cætera respondissent: Decano, Dignitatibus, & Canonicis Metropolitanæ dandam esse manum dexteram à Priore, & Capitulo Ecclesiæ B. Mariæ de Pilari in eadem Ecclesia quoties ad illam certius diebus accedunt, Illustriss. D. meus Card. Millinus præfatum mandatum iuxta formam dictarum resolutionum Rotalium exequi præcisè mandauit. Vnde executorialibus expeditis, ac legitimè intimatis contra formam, & tenorem d. mandati de manutenendo, necnon earundem executorialium plura fuerint in partibus attentata. Dubitaui, An hinc inde constaret de contrauentione, itaut danda esset declaratoria. Cuius articuli resolutio pendet ex tribus inspectionibus. Prima est vt videatur, quis prior contrauenerit. Secunda, An talis contrauentio posteriorem excuset. Tertia & vltima an eadem prior contrauentio sit excusabilis, itaut non sit locus declaratoriæ.

Et quoad primam inspectionem omissis contrauentionibus verbalibus ad quas videbatur mandatum de manutenendo non extendi, cum sub die 26. & 24. Aprilis præteriti Prior, & Capitulum de Pilari recusauerit dare manum dexteram Decano, Dignitatibus, & Canonicis Metropolitanæ, qui pro Palmarum benedictione, & concione habenda ad Ecclesiam B. Mariæ de Pilari accesserant; Immò Prior ipse primam sedem in cornu Euangelij occupasset, dubitari non potest quin Capitulum de Pilari primò contrauenerit mandato, & executorialibus; Cum secundum mandatum de manutenendo, & resolutiones Rotales eandem manum dexteram Metropolitanis omninò dare teneretur.

Neque obstat, quòd mandatum de manutenendo, &
decisiones Rotales loquuntur de Ecclesia, non autem de
Presbyterio, in quo manus dextera fuit denegata. Quia
† appellatione Ecclesiæ indistinctè veniunt omnia, quæ 1
intra Ecclesiæ septa tanquam portiones ipsius continentur, *Argum. cap. si quis in atrio, cap. si quis contumax, cap. id constituimus 17. quæst. 4* Abbas *in cap. Ecclesiæ, nu. 10. de immunit. Eccles.* Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 24. num. 31. & cap. 25. num. 12. & 13. & seqq.* Farinac *de immunit. Ecclesiæ num. 268.* & latè Modern. *discept. forens.*
discep. 617. num 2. Vbi quod † concessum de toto, vide- 2
tur etiam concessum de parte. Et ideo cum mandatum, & decisiones dicant dandam esse manum dexteram Metropolitanæ in ipsa Ecclesia absolutè, & indefinitè; con-
sequenter illa † debetur in qualibet parte Ecclesiæ abs- 3
que vlla limitatione, *cap. si Ciuitas, versic. ratione quoque, de sent. excomm. in 6. cap. vnic. de consecrat. Eccles. vel altar. eod. lib.* & fuit dictum in *Lauretana Iurisdictionis 23. Ianuarij 1617. coram bon. mem. Card. Sacrato.*

Maximè quia vniuersalis ratio reuerentiæ de iure debitæ Ecclesiæ S. Saluatoris Metropolitanæ tanquam Parenti, quæ latè fuit ponderata coram me sub d. die 29. Nouembris superioris anni militat tàm in Presbyterio, quàm in qualibet alia parte Ecclesiæ, itaut locum habeat ea-
dem dispositio, † *l. illud, ff. ad l. Aquil.* Alex. *cons. 75.* 4
num. 3. lib. 5. Becc. *cons. 62. num. 17. & cons. 89. num 10. &*
seqq. Vbi † quod iura intelligenda sunt ex mente, & 5
ratione, non autem ex verbis, & quod Iudaice verba non sunt accipienda. Præsertim ad euitandū ne in vna eademq;
Ecclesia, vnus † & idem Decanus, Dignitates, & Ca- 6
pitulum ratione diuersarum partium Ecclesię diuerso iure censeantur contra *text. in cap. cognouimus 12. quæst. 2. l.*
eum qui ædes, ff. de vsucapion. Et ne partes † discrepent 7
à substantia, & qualitate totius, pariter contra *text. in l. quæ de tota, ff. de rei vendicat.* Alberic. *in l. ait Prætor, la 2. ff. de iureiur.* Et fuit ponderatum in d. *Lauretana Iurisdictionis coram Cardinali Sacrato.*

Neque etiam obstat, quòd Metropolitani tàm ante, quàm post declarationem mandati vltimo loco factam sederint in Presbyterio modo prædicto nempè absquè huius-
modi præcedentia: Quia actus † antecedentes fuerunt 8
sublati per declarationem subsequutam; *arg. text. in c. cæteri de rescript. cap. dudum, de præbend. in 6. leg. pacta nouissima, C. de pact. leg. quod iussit, ff. de re iudic. cum vulgar.* Posteriores verò, vel emanarunt in vim Regiæ
prouisionis, vel † fuerunt attentati lite pendente, & sic 9
tanquam damnabiles, & turbatiui nullatenus habendi sunt in consideratione. Vt de huiusmodi actibus pariter fuit dictum coram me sub dicta die 29. Nouembris 1627.

Quò verò ad secundam inspectionem licet non possit controuerti quin Metropolitani quoque contrauenerint, primò dum in die Sanctarum Iustæ, & Ruffinæ non admiserunt in propria Ecclesia Canonicos de Pilar, & 15 Augusti ad Ecclesiam S. Mariæ de Pilari non accesserūt prout tenebantur secundum tenorem mandati de manutenen-
do; Attamen visum fuit Dominis, ipsos esse † excusan- 10
dos, quia cum præcessisset contrauentio ex parte Capituli de Pilar, ipsi quoque tanquam liberati ab obligatione parendi, impunè poterunt contrauenire, *Ad l. cum proponas la 2. C. de pact. vbi* Alexand. *num. 6. vers. nam secundo offendens, & cons. 115. num. 7. lib. 4. latè* Bart. *in l. 1. §. cum*

arietes

arietes nu. 2. vers. sed apparet, ff. si quadrup. paup. fecis. dic. Roman. *cons.* 155. *num.* 7. Beroy. *cons.* 185. *numer.* 22. *lib.* 3. Gozadin. *cons.* 31. *num.* 5. Signorell. *cons.* 195. *num.* 3. *in fin.* Roland. *cons.* 57. *num.* 20. *& seq. lib.* 1. Ruin. *cons.* 58. *num.* 5. *lib.* 1. *& cons.* 136. *num.* 6. *vers. quoad aliud lib.* 5. Becc. *cons.* 45. *num.* 6. 7. 10. *&* 17. *& cons.* 106. *num.* 31. *lib.* 1. Mathesilan. *singul.* 50. *num.* 3. Rot. *decis.* 368. *num.* 2. *& decis.* 369. *numer.* 12. *par.* 4. *diuers.* Modern. *discept. forens.* 307. *num.* 5. Et sic impunè potueruot tam ipsos venientes ad propriam Ecclesiam Metropolitanam non admittere, quàm ad ipsorum de Pilari non accedere. Ne parendo, vel viderentur approbare male gesta ab illis de Pilari, vel vt nouis contrauentionibus viam præcide-
11 rent, & sic † tollerent occasionem vlterioris contrauentionis ad *tex. in l. conuenire, ff. de pact. dotal. meminerint, C. vnde vi. qualiter* 17. *de accusat. cap.* 2. *&* 3. *de concess.*
12 *præben. in* 6. Vnde † cum habuerint iustam causam contrauenlendi à pœna contrauentionis excusantur, Alex. *qui alios allegat. cons.* 32. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 2. *& cons.* 66. *nu.*
13 4. *lib.* 5. Et cum † Capitulum de Pilar prius contrauenisset, dolere non potest Metropolitanos contrauenisse, Bart. *in l.* 1. *num.* 21. *C. de vsufruct. legat.* Soccin. *cons.* 128. *num.* 3. *vers. non obstat, lib.* 3. Ruinus *cons.* 58. *num.* 5. *lib.* 1. Rot. *decis.* 184. *num.* 3. *par.* 2. *& decis.* 86. *num.* 15. *par.* 4. *diuers.* Decius *cons.* 452. *num.* 10. Roman. *dicto cons.* 155. *num.* 7. Alexand. *consil.* 212. *numer.* 2. *lib.* 2. Methesil. *dicto singul.* 50. *numer.* 1. & Rota apud Zach. *de obligat. Cameral. decis.* 70. *num.* 17. Modern. *discept. foreas.* 1000. *num.* 21. *& seq.* Itaut non obstante eadem contrauentio-
14 ne possint Metropolitani † contra Capitulum de Pilari tanquam eum, qui prior contrauenerit contrauentionis pœnas exigere, Alexand. *d. consil.* 32. *nu.* 9. *lib.* 2. Roland. *d. cons.* 57. *num.* 24. *lib.* 1. Becc. *dict. cons.* 106. *numer.* 31. *vers. inquit*, Rota *decis.* 184. *num.* 3. *par.* 2. *& decis.* 369. *numer.* 2. *par.* 4. *diuers.* & apud Zach. *decis.* 139. *num.* 4 *&* 5.

Quo denique ad tertiam, & vltimam iospectionem
15 quamuis executoriales, † fuerint intimatæ, prout requiritur, Innoc. *in cap. fin. num.* 3. *vers. alias autem de eo, qui mittis in possess.* Romao. *cons.* 482. *num.* 5. Rot. *decis.* 15. *de sent. excommun. in antiq.* Felin. *in cap. cum sit, nu.*
16 14. *de appellat.* Et † post intimationem fuerint reproductæ, & postmodum seruati quatuor termini de stylo seruari soliti, Felin. *in cap. Rodulphus num.* 41. *de rescript.* Vestr. *in prax. cap. vlt. lib.* 8. *num.* 19. Peregr. *decis.* 15. *num.* 3. *lib.* 1. Et constet de voluntaria inobedientia, &
17 contrauentione, vt supra probatum est, quibus † stantibus danda esset declaratoria, *cap. absit* 10. *quæst.* 3. Abb. *in cap.* 1. *num.* 10. *de re iudic. in cap. Reprehensibilis num.* 2. *de appell. & in cap. sanè quia num.* 5. *de off. deleg.* Soccin. *in cap. nulli num.* 5. *&* 8. *de senteat. excommun.* Oldrad. *cons.* 277. *num.* 1. Cassad. *decis.* 5. *numer.* 7. *de constit. & decis.* 6 *num.* 10. *de caus. possess. & propriet.* Rota *decis.* 478. *par.* 2. *recent.* Et fuit sepissimè resolutum.

18 Domini tamen solita † benignitate, mitius agentes, licet agnoscerent prætensionem illorum de Pilari ex superius deductis nullatenus posse sustineri. Quia tamen videbatur eisdem non defuisse aliquam causam saltim coloratam deducendi, atque confouendi hanc licet minus legitimam prætensionem, censuerunt, eorum contrauentionem pro nunc posse excusari. Et ideo non esse dandã contra ipsos declaratoriam. In qoam sententiam eo libentius inclinarunt, quia cum Prior de Pilari obtulerit se paratum obedire quibuscunque declarationibus super hoc per Sanctissimum faciendis, aliqua ex parte videbatur exclusisse à
19 se, & Capitulo suspitionem contumaciæ, † quæ solet esse fundamentum censurarum, Cassad. *d. decis.* 5. *num.* 7. *de constitut. & decis.* 6. *num* 10. *de caus. possess. & propriet.* Rot. *dicta decis.* 478. *par.* 2. *recent.*

Ideo mandarunt vt partes hinc inde pareant mandato de manutenendo, & ita conclusum vtraque parte informante, &c.

* Sunt decisiones 57. & 111. supra io hac parte, & infra adsunt duæ aliæ decisiones sub diebus 19. Ianuarij 1629. & 17 Februarij 1631. coram eodem Coccino, prima est io hac par 235. secunda verò est in par. 2. decis. 15.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Meliteñ Præeminentiarum.

Die Lunæ 13. Nouembris 1628.

A R G V M E N T V M.

Magnus Magister Ordinis Hierosolymitani an possit sine Conuentu auocare causas à Marescialio præuentas.

S V M M A R I V M.

1 *Auocare causas est de pertinentibus ad absolutum potestatem.*
2 *Magnus Magister Ordinis Hierosolymitani, an habeat absolutum potestatem.*
3 *Iurisdictio Magni Magistri Ordinis Hierosolymitani, etiam, vbi non esset independens, & absoluta, sed vnita cum conuentu, attamen exercitium dicitur esse penes ipsum solum.*
4 *Magnus Magister Ordin. Hierosolym. auocando causas à Marescialio præuentas suo, & nomine Conuentus dicitur actum facere.*
5 *De pertinentibus ad supremam potestatem, quando agitur, prout est de auocatione causarum, non est arguendum à possibili transitu iurisdictionis, respectu exercitij separati ab habitu, & remanente penes alium, & num. 6.*
7 *Probatio debet concludere per necesse.*
8 *Prælatus, quando agit, suo & nomine Conuentus, præsumitur agere cum consensu Conuentus.*
9 *Præsumptio de præsumptione non est deducenda.*
10 *Specialia duo circa idem non dantur.*
11 *Impossibilitatis exceptio ex quo tollatur.*
12 *Superior potest auocare causas pendentes coram suo inferiori.*
13 *Gail. Obseruat. 42. lib. 1. & alij declarantur.*

D E C I S I O C C I X.

VISVM fuit standum esse in decisis die 28. Ianuarij præteriti ex eisdem rationibus, & fundamentis, nempe Magnum Magistum solum oon posse auocare causas à Marescialio iam præuentas, cum hoc sit de † 1
pertinentibus ad absolutam potestatem, Afflict. *decis.* 361. *num.* 18. Franc. à Ponte *de potest. proreg. tit.* 2. §. 1. *num* 24. quę talis non est in Magistro, sed vnita probatur cum Conuentu ex stabilimentis eiusdem Religionis, vt propterea quæ conueniunt habitu, & exercitio iurisdictionis dici non possint, independenter esse in Magistro, aut ab † eo 2
solo exercenda sunt, sed simultaneè per Conuentum, & Magistum promouenda ex Oldrad. *cons.* 128 *per tot.* Rot. *decis.* 101. *num.* 1. *par.* 3. *diuers.* Caput. *decis.* 219. *par.* 1. & stabilimentis à Sede Apostolica confirmatis, quæ in decis. causæ allegata fuere.

Non obstat quod vbi etiam † iurisdictio non esset inde- 3
pendens & absoluta, sed vnita cum Conuentu, adhuc tamen exercitium dicetur penes M. Magistrum solum, quod dicebatur, non repugnare simultaneè ex eodem Oldr. *in d. cons.* 128 *num.* 5. *per cap. inter cætera de offic. ordin.* & decis. causæ id ipsum velle videatur, dum io ea dicitur transire iurisdictionem, in M. Magistrum per viam nudi ministerij, & simplicis communionis, cum quo exercitio præsupponitur, M. Magistrum causas posse auocare, & auocando † eas suo, & nomine conuentus actum facere, 4
Felin. *in cap. edoceri, num.* 2. *de rescript.* Rot. *decis.* 108. *num.* 5. *par.* 2. *diuers.*

Quia fundamentum obiecti non probatur, quod in vniuerso exercitium iurisdictionis sit in M. Magistro solo, sed potius totum contrarium ex stabilimentis religionis colligitur, quia aliæ sũt iurisdictiones distributæ Magistro, aliæ sunt dignitati Marescialiis, & aliis dignitatibus per linguas concessæ, vt declarat vltima decisio causæ *in vers. similiter*, non releuat vt propterea quando agitur de pertinentibus † 5
ad supremam potestatem, prout est de auocatione causarum,

rum, *cap. vt nostrum de appellat. l. iudicium soluitur, ff. de*
iudic. Rebuff. *de euoc. quæst.* 2. Couar. *pract. quæst. cap.* 9.
num. 1. Gail. *obseruat. lib.* 1. *obseruat.* 41. *num.* 1. non est
6 arguendum à possibili transitu Iurisdictionis respectu †
exercitij separati ab habitu, & remanente penes alium,
quia hoc non impugnatur. Sed probatio debet concludere
7 per necesse † quod verè transierit, *cap. in præsentia de*
prob. l. non hoc cap. vnde legitimi, Surd. *conf.* 151. *num.* 48.
& decis. 260. *num.* 9. *&* 10. vt ex inde firmato transitu
exercitij possit inferri, quòd verè pro exercitio suæ iurisdi-
ctionis, possit causas auocare non autem, quod dicit Fe-
lin. *in cap. edoceri, num.* 2. *de rescrip.* quod vbi prælatus
8 agit suo † & nomine conuentus præsumatur agere cum
consensu conuentus, quia hoc non prætendit Magnus
Magister, sed suo proprio nomine causas auocare, aliàs
9 esset præsumptionem † de præsumptione deducere, nem-
pe dum agit suo nomine etiam conuentus agere præsuma-
10 tur, & secundò quod † præsumatur agere cum consensu
conuentus contra *reg. l. primæ de dotis promiss.* Ruin. *conf.*
145. *num.* 17. *vol.* 5. Rot. *in recent. decis.* 475. *numer.* 10.
part. 1.

Neque ad firmandam illationem deseruire potest impos-
sibilitas exercendi iurisdictionem ex parte conuentus,
quia dantur infiniti actus per Magistrum, & conuentum
11 expediti, ex quibus tollitur † exceptio impossibilitatis,
& probatur iurisdictio actu, & habitu esse penes con-
uentum.

Demum non obstat, quod ex sola superioritate possit
12 † Magnus Magister causas auocare ab inferiore magistra-
tu, *l. fin. C. de iurisd. omn. Iud.* Gail. *dicta obseru.* 41. *in*
princ. & dicitur firmatum tam *in decis. bon. mem. Vbaldi*
vers. non obstat, quod M. Magister, quàm in decis. bon. mem.
Patriarchæ Manzanedi vers. quibus omnibus.

13 Quia Gail. † Couarr. Rebuff. & alij supra alleg lo-
quuntur non de quocunque Superiore; sed de eo qui iuber
iudicare, idest iurisdictionem mandare potest, nam &
ille poterit auocare, sed M. Magister liberè hoc facere
non potest, sed in simul cum conuentu, ergo & ad
vtrumque simultaneè pertinebit auocatio, nec decisio-
nes supra allegatæ contradicunt, quia illa bon. mem. Pa-
triarchæ refert se ad decis. bon. mem. Vbaldi, & illa dicit,
quod conuentus non repugnat exercitio iurisdictionis M.
Migistri, nec delegationibus ab eo factis, aut faciendis,
& sic supponitur concursus ipsius conuentus, de quo nunc
dubitatur, an velint concurrere in auocatione causa-
rum, & probandus est illius consensus, quod si probe-
tur, Marescial lus acquiescere tenetur, prout firmatum
fuit in vltima decisione causæ, quia suprema auctoritas
tunc plena erit ex vtroque consensu, & sicuti potest iubere
iudicare ita, & poterit causas iam delegatas auocare.

Et ita, &c.

¶ Infra in eadem causa adest alia decisio sub die 3. Decem-
bris 1629. Et decisio 324.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Toletana Iurispatronatus.

Die Veneris 17. Nouembris 1628.

ARGVMENTVM.

Donatio facta Monasterio iam fundato, & dotota, an possit fieri cum pacto resolutiuo. Pacta, & conditiones, quando amplius in donationibus apponi non possunt. Iuspatronatus reseruatio, vt possit fieri in Ecclesia regulari, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata facit rem claram, manifestam, & indubitabilem.*
2 *Causa, quando dicatur deserta.*
3 *Donationem bonorum Monasterio iam fundato, & dotato quis facere potest sub conditione resolutiua, quod obseruentur conditiones, vel res donatæ restituantur, & num. 4. & 6.*
5 *Iuspatronatus non acquiritur ex augumento dotis.*
7 *Donatio, quando est perfecta, tunc in ea non possunt apponi pacta, & conditiones.*
8 *Dispositio generalis restringitur per specialem subsequentem, amplia num 9.*
10 *Iuspatranatus reseruatio in Ecclesia regulari, vel conuentuali ad fauorem Laici, non potest competere, nisi ex priuilegio.*
11 *Iuspatronatus, quando possit competere in Ecclesia regulari, absque priuilegio Sedis Apostolicæ.*
12 *Obseruantia per triginta annos in aliquo actu, facit præsumi, in eo interuenisse omnes solemnitates requisitas.*
13 *Factum proprium quis non potest impugnare.*
14 *Testes singularis non probat.*
15 *Hæreditatis aditio non probatur per actus æquiuocos.*
16 *Minor maior factus potest renunciare omnibus, quæ vigore alicuius transactionis ei obuenerunt.*
17 *Scientia, ad hoc, vt per eam dicatur aliquid ratificatum, requiritur, quod sit certa, & non possibilis.*

DECISIO CCX.

DOMINI perstiterunt in resolutis coram me sub
die 11. Februarij præteriti, * vtilitas enim, in vim
cuius pretenditur transactionem tanquam bona fide fa-
ctam super bonis ad maioratum spectantibus sustineri,
etiam in præiudicium Annæ, visa fuit omninò cessare ex
deductis in prædicta decisione.

Nam quod primum caput; ex quo illa potissimum de-
ducebatur nempè, quod in transactione fuerat etiam ad
fauorem successorum Roderici firmatus patronatus, qui
stante prima donatione, in qua illum ad sui vitam tan-
tùm reseruauerat, videbatur posse controuerti, adhuc
placuerunt Dominis responsiones datæ quòd Patrona-
tus non poterat dici controuerius. Primò, quia habe-
bat pro se rem iudicatam, vnà cum exequutorialibus
relaxatis, quæ quidem res iudicata † facit rem cla- 1
ram, manifestam atque indubitabilem, itaut propte-
rea constare de bono iure maioratus pro obseruantia
conditionum in posteriori donatione appositatum, Se-
raphin. *decis.* 876. *numer.* 3. nec obstat appellatio, de qua
deponunt testes in summario Monialium *numer.* 8. quia
prædicti testes deponunt de auditu, ac de propria cre-
dulitate. Et in omnem euentum, cum à die sententiæ, quæ
fuit lata de ann. 1577. vsque ad diem transactionis initæ de
anno 1590. effluxerint tresdecim † anni, per lapsum tan- 2
ti temporis esset deserta *auth. qui semel. C. quomod. &*
quando.

Secundò, quia licet in prima donatione anni 1525.
Rodericus fundator sibi ad vitam tantum reseruasset pa-
tronatum, attamen illum postea per conditiones in se-
cunda donatione anni 1540. appositas potuit etiam suc-
cessoribus reseruare, cum inspecta dispositione iuris po-
tuerit facere donationem bonorum Monasterio iam † 3
dotato, atque fundato sub conditione resolutiua, quod
obseruarentur conditiones, vel res donatæ restituerentur,
tur, vt est *text. in cap. verum*, & ibi *glos. in verb. con-*
ditiones, & verb. debeas de condit. apposit. secundum
veriorem, & magis receptum intellectum, Card. &
Abb. quem ibi latè prosequitur Præposit. *nu* 6. *col.* 4. *circa*
medium, vers. 5. *est intellectus, idem* Abb. *in cap. cum dilecti*
per illum text. num. 3. *vers. nota,* 3. *& ibid.* Immol. *num.* 4.
vers. item potest notare de donat. qui textus loquitur † 4
in puncto de conditionibus appositis in secunda donatio-
ne facta Ecclesiæ, quas supponit sustineri tanquam
posteriori donatione insertas, Felin. *in cap. cum venera-*
bilis num. 39. *vers. nota* 3. *de except.* Lambert. *de iure-*
pat. par. 1. *lib.* 2. *quæst.* 9. *art.* 4. *num.* 3. *vers.* 3. *vero ca-*
sa. Rip. *in l. fin. quæst.* 38. *num.* 132. *C. de reu. dana. &*
dixit Rot. *in Lucana bonorum* 5. *Decembris* 1603. *coram bo.*
me. Card. Pamphilio. Et ideò non obstat, quod † ex au- 5
gumento dotis non acquiratur iuspatronatus *glos. in cap.*
piæ mentis 15. *quæst.* 7. *vbi* Archid. *numer.* 3. Turre-
crem.

eτem. *num* 6. Innoc. *in rubr. de iurepatr. num....* *vbi* Card.
quæst. 6. *& DD. in cap. eod. tit.* quia hic absolutè non præ-
tenditur iuspatronatus, sed in vim secundæ donationis
6 conditionalis agitur, vel ad obseruantiam conditionum,
vel ad restitutionem rerum donatarum iuxta determi-
nationem *text. in dicto cap. verum, ibi, nisi tali sit con-
ditione collatum, quod ea cessante debeant reuocari*.

Nec dicatur quod in prima donatione fuerunt com-
præhensa omnia bona Roderici fundatoris, qui ideò
non potuit postea per nouam eorundem bonorum dona-
7 tionem ex interuallo † apponere pacta, & conditiones
alternatiuè conceptas sub illorum restitutione *per text.
in l. perfecta, C. de don* Quia non est verum quòd in
prima donatione fuerint compræhensa omnia bona, cum
immò eadem prima donatio legatur expresse restricta
ad certa bona per fundatorem particulariter designata
ibi *accipiatis bona, &c. scilicet hæreditamenti, quod
ego habeo in terminis Oppidorum de Serranillo, &c.
exceptis domibus, quas emi à Leonora de Contreras,
&c. quorum vobis facio donationem, &c.* Ita vt quate-
nus etiam fundator præmisisset aliqua verba generalia
apta comprehendere ipsius voluntatem donandi omnia
bona in genere, attamen cum postea per viam speci-
ficationis, ac declarationis eiusdem donationis se re-
strinxerit ad certa bona, dotatio vltra illorum termi-
8 nos non extenditur, quia generalis † dispositio restrin-
gitur per specialem subsequentem *cap. generi de reg.
iur. in 6. l. legata supellectili, ff. de supel. legat.* Bald.
consil. 165. *numer.* 4. *vers. extra prædicta l.* 4. quæ
9 tanto magis procedunt in casu isto, in quo † bona
in indiuiduo fuerunt enumerata, ac designata, Bat.
in l. verba in 2. appositione, ff. de alim. & cib. legat.
non ex abundanti, & causa dubitationis tollendæ, sed
causa limitationis atque determinationis, *gloss. in l.
quæsitum §. si quis fundum, & ibid. latè* Bart. *numer.* 1.
ff. de fund. instructo.

Nec etiam patronatus dici potest controuersus ex eo,
quod non constat de priuilegio, ac beneplacito Aposto-
lico, quorum vtrumque videbatur necessarium. Pri-
10 mum † quidem quia agebatur de reseruatione patrona-
tus ad fauorem laici in Ecclesia regulari, seu conuen-
tuali. Mohed. *decis.* 10. *numer.* 3. *de iurepatr.* Put. *decis.*
366. *num.* 6. *lib.* 2. Rot. *decis.* 421. *num.* 1, *par.* 2. *recent.* Se-
cundum verò quia fundator sub eo reseruauerat sibi
approbationem ordinationum, ac constitutionum Mo-
nasterij. Nam respondetur, quod vel neutrum requi-
11 rebatur. Non primum, quia † vbi in monasterio re-
gulari non prætenditur ius eligendi, prout in isto casu
non prætenditur, priuilegium Sedis Apostolicæ non
est in limine necessarium Doctores *in c. nobis, & ibi* Abb.
num. 9. *de iurepat* Non verò secundum, quia cum intelli-
gatur reseruatum quatenus requireretur. Put. *decis.* 44.
lib. 2. *in correct.* constat quod non erat necessarium, vt fuit
dictum in præcedenti decisione, vel quatenus etiam
12 vtrumque requireretur, ex lapsu tanti temporis vnà †
cum obseruantia vltra 30. annos præsumeretur interue-
nisse, vt vltra allegatos in eadem decisione dicunt Abb.
in cap. Albericus, num 6 *& add. ibid. ad* Felin. *num.* 5. *de
testib.* Alexand. *cons.* 12. *num.* 7. *& cons.* 17. *num.* 9. *lib.* 4.
& cons. 218. *num* 10. *lib.* 6 Soccin. *cons.* 29. *num.* 20. *lib.* 1.
& cons. 266 *num.* 34. *lib.* 2. Aym. *de antiq. temp. par.* 3. *lib.*
4. & fuit sæpissimè resolutum.

Quo verò ad alia capita, ex quibus prætensa vtilitas
deducebatur, visum fuit Dominis omnia, quæ per in-
formantes in contrarium deducuntur, vel non releuare,
vel satis fuisse sublata in præcedenti decisione, quibus
solummodo addebatur, non posse allegari insufficien-
tiam redditum dotis pro xx. monialibus ad effectum
vt patroni tenerentur ad supplementum, à quo asserun-
tur liberati. Quia sufficientia dotis pro ijsdem xx. mo-
nialibus non videtur vllatenus posse controuerti, dum
Rodericus postquam in prima donatione determinauit
numerum monialium, subdit *Igitur est dos sufficiens, vt
ego vobiscum sum alloquutus*. Vnde si bona assignata in
prima donatione sufficiebant pro dote, multo magis suf-
ficere debebant de tempore transactionis, de quo superue-
nerant alia bona considerabilis valoris designata in secun-
da donatione.

Nonobstant testes deponentes Annam fuisse hæredem
Ioannis Patris, qui transactionem ratificauit, ideoque
13 ipsius † factum non possit impugnari, *l. cum à matre,
C. de rei vend. l. ex qua persona, ff. de reg. iur.* Quia so-
lus tertius testis deponit de bonis à patre acquisitis, quæ
tamen non specificat, & sic est † singularis, cuius fides 14
plurimum etiam diminuitur ex testibus Annæ, qui depo-
nunt Ioannem sine bonis decessisse. Reliqui verò testes de-
ponunt in genere Annam fuisse hæredem patris, quod
potest intelligi respectu bonorum maioratus. Vnde pro-
batio ista † tamquam æquiuoca non suffragatur in pro- 15
banda additione hæreditatis quæ per actus certos, non
autem dubios, & æquiuocos probari debet ex iuribus vul-
garibus.

Et in omnem euentum cessat difficultas, ex quo Anna
intra legitimum tempus restitutionis de anno 1623. re-
nunciauit † expressè omnibus, quæ vigore dictæ transa- 16
ctionis sibi obuenerant *ad text. in l.* 1. *&* 2. *C. si maior.
fact.* ex quibus cessat etiam prætensa ratificatio, quæ de-
ducebatur ex perceptione partis fructuum molendini, &
ex alijs huiusmodi, quia ad eam probandam non suffi-
ciunt allegatæ præsumptiones cum certa, non autem † 17
possibilis scientia ad istum effectum probari debeat *gloss.
in cap. concertationi, de appellat.* Surd. *cons.* 130. *in fin.*
Rot. *decis.* 66. *num.* 3. *part.* 2. *recent. cum alijs alleg. in præ-
dicta decis.*

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

* Est decisio 147. supra in hac par. & in parte 3. infra
habetur alia decisio sub die 15. Ianuarij 1631. coram
eod. Coccino; est decis. 1. & in par. 4. aderit alia sub die
18. Martij 1639. coram Reuerendiss. P. D. Merlino
Decano.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Romana, seu Sabinen. Census.

Die Veneris 17. Nouembris 1628.

ARGVMENTVM.

Constitutionum natura, quæ sit. Super bo-
nis, vbi ponuntur census, quid acquira-
tur, & alia.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio non reuocat actus iam perfectos, etiam si eius natura sit respicere futura, & non præterita.*

2 *Exceptio restringit regulam, & non comprehendit casum exceptum.*

3 *Assertio ciuilitatis, & incolatus inter contrahentes probat ciuilitatem, & incolatum.*

4 *Subditus dicitur quis ratione domicilij.*

5 *In bonis in quibus consistunt census, non acquiritur vllum ius, nec quo ad possessionem, nec quo ad proprietatem, sed tantum hypotheca.*

6 *Hypotheca non comprehenditur sub prohibitione venditionis, permutationis, & donationis.*

7 *Bona feudalia de iure communi non possunt hypothecari.*

8 *Bona in dubio præsumuntur allodialia, & num. 9.*

10 *Castrum dicitur hæreditarium, quando fuit emptum pro hæredibus, & successoribus.*

11 *Census potest constitui super Castro hæreditario, etiam sine consensu Domini directi.*

DECISIO CCXI.

DVM Archiconfraternitas Sanctissimi Sacramenti
Basilicæ Sancti Petri instaret coram me pro exe-
cutione iuxta tenorem rescripti Sanctissimi; Marchio
Asdrubal Mattheius opposuit de Constitutionibus Apo-
stolicis; ideo dedi dubium, an huiusmodi Constitutiones
obstarent, & Domini negatiuè responderunt, nam
quoad Constitutiones fel. rec. Clement. VIII. & Pauli
V. ac Sanctissimi D. N. cum † illæ sint posteriores im- 1

positinni census, impositionem iam perfectam non tan-
gunt, sed respiciunt futura, *cap. fin. vbi* Felin. *num. 1. de
constit.* Geminian. *in cap. deliberatione, §. voleates, nu-
mer. 2. de offic. deleg.* Rota *diuers. decis.* 319. *numer. 3.
par. 1.*

Imò Constitutin Sanctissimi per viam extensionis, &
ampliationis ioquitur de impositionibus censuum, vnde
sequitur qund disputatio restringitur ad solam constitutio-
nem Sixti V. quam Domini non obstare vnlnerunt, nam
aut Marchio nititur prima parte Bullæ, in qua disponi-
tur, quod bona stabilia existentia in statu Ecclesiastico, ne-
qne etiam per pignus, seu precarium transeat in perso-
nas extraneas, seu forenses, & duæ fuerunt datæ
responsiones.

Prima est, qund ipsamet Bulla excipit census ibi, *bono-
rum autem præfatorum appellatione, nec census, &c.* vo-
2 lumus comprehendi, exceptio autem † restringi regu-
lam, & non comprehendit casum impositionis census, *l.
nam quod liquide, §. fin. de pen. legat.*

Altera est quod Cabrera emptor, licet origine esset Hi-
spanus contraxerat domicilium in Vrbe, in qua obijt,
3 in impositione census asseritur ciuis Romanus, quæ †
assertio inter contrahentes probat ciuilitatem, & incola-
tum, *l. optimam, C. de contrab. stipulat. l. quidam, ff. de
prob.* Alex. *cons.* 250. *nu.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Rota *coram Reueren-
diss. D. meo Coccino Decano decis.* 427. *num.* 4. & consequen-
4 ter probat subiectionem Sedi Apostolicæ cum quis † ra-
tione domicilij dicatur subditus, *l. domicilium, ff. ad
Municipal. l. si in patria, C. de incol. lib.* 10. Dec. *cons.*
661. *num.* 6. & ipsa Constitutio contentatur de domicilio,
in illis verbis, ibi *vel quæ domicilium legitimè non contraxe-
rit in nostro Stata.*

Aut vtitur secunda parte Bullæ, dum prohibet vendi-
tionem permutationem, vel donationem sine licentia
Summi Pontificis, & cum loquatur de alienatione in ge-
nere, sed se restringat ad tres species, nempe venditionis,
permutationis, & dnnationis, non censetur prohibita im-
positio census, per quam super Castro censuato nullum
5 ius, † nec quoad possessionem, nec quoad proprietatem
acquiritur, sed tantum hypotheca, Rota post Modern.
de censib. decis. 1. *num.* 2. Seraphin. *decis.* 794. *num.* 6. Cinc.
de cens. par. 1. *cap.* 1. *quæst.* 1. *art.* 1. *num.* 23. *& cap.* 2. *qu.*
1. *art.* 7. *nu.* 13. *& cap.* 2. *qu.* 3. *art.* 1. *num.* 4. *&* 5.
6 Et quod sub prohibitione venditionis, † permutationis,
& donationis non comprehendatur hypotheca, Cin. *in l.
fin.* in 3. *opposit. a.* 2. *in fin. vers. sed contra, C. de reb. Eccles.
non alien.* Odd. *de fideic. quod appell. probib. inducen. quæst.*
24. *art.* 3. *aum* 84. Fusar. *de substit. quæst.* 695. *num.* 18. Feli-
cian. *de cens. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 5. *& tom.* 2. *lib.* 2. *cap.*
4. *num.* 3.

Consideranda quoque venit intentio Sixti V. quæ fuit,
ne in dominio Castrorum fieret mutatio personarum sine
licentia Principis, quæ mutatio cessat in impositione cen-
sus, & licet stante hypotheca possit perueniri ad venditio-
nem Castri censuati, tunc quando fieret venditio, vel sub-
hastatio, necessaria erit licentia Summi Pontificis; & sat
est, quòd illn tempore interueniat, & etiam hoc exprimi-
tur in declaratoria Pauli V.
7 Non obstat quod de iure communi † bona feudalia non
possint hypothecari, quia, omisso quod hoc est extra du-
8 bium, fuit responsum, Castrum præsumi † allodiale, vt
fuit firmatum in *Sabinen. Montis Rotundi* 25. *Iunij* 1627.
coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano.

Vltra quod cum Castrum S. Petri fuerit venditum Do-
minis de Mattheis vti liberum, & francum, præterquam
à solutione decem carolenorum quolibet annn Abbatiæ
9 Farsen. † eo magis dicitur allodiale. Roman. *cons.* 70. *nu.*
10 1. *in fin. vbi adden. in littera B* & apparet quod † est hæ-
reditarium, cum sit emptum pro hæredibns, & successori-
bus; Roman. *cons.* 31. & ibi addit. Curt. Iun. *cons.* 187. *nu.*
8. & fuit dictum in supradicta *Sabinen. Montis Rotundi*,
11 quare potuit super † illo imponi censns etiam sine con-
sensu Domini directi. Intrigl *super Bull. de censibus quæst.*
26. *num.* 12. *& seq.* Cenc. *de censib. par.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 2.
art. 1. *num.* 27.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Giennen. Beneficij de Anduxar.

Die Lunæ 20. Nouembris 1628.

ARGVMENTVM.

Beneficij valor expressus, an sit iustificandus, quando sumus in gratia, motu proprio, emanata.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij valoris expressio, quando est facta motu proprio, non egee iustificatione.*

2 *Regul. Cancellar. de exprimendo valore, requirit, quod etiam in gratijs motu proprio emanatis, valor sit exprimendus.*

3 *Garz. de benef. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 508. *declaratar.*

4 *Valor beneficij secundum regulas antiquas Cancellariæ, non erat exprimendus in gratiis motu proprio.*

5 *Regul. Cancell. de exprim. valor. circa expressionem valoris in gratiis motu proprio, cum sit contra ius commune, & contra regulas anteriorum Pontificum debet vti odiosa restringi.*

6 *Decis. in causa Oxomen. Thesaurariæ* 12. *Iunii* 1559. *coram Cotta declaratar à Garz. Sed Rota illam non sequitur, num.* 7.

8 *Beneficium affectio, seu reseruatio durat etiam post mortem Papæ, dum nihil in contrariam in Indulto disponitur.*

DECISIO CCXII.

PLACVIT Dominis decisio in hac causa facta ar.
Iunij præteriti, * in qua fuit firmatum, gratiam D.
Beltrandi motu proprio emanatam, esse iustificatam, &
non obstare Indultum D. Cardinalis Giennen. ex ratio-
nibus in dicta decisione latè deductis.

Neque hodie obstare visum fuit, quod D. Beltrandus
valorem expressum in literis non iustificauit; Quia cum † 1
valoris expressio facta fuerit motu proprio, non indiget iu-
stificatione, *cap. si motu proprio, de præbend. in* 6. Rot.
decis. 656. *num.* 1. *&* 2. *par.* 2. *recent. & latius in dicta de-
cis. vers. & præterea videtur.*

Non etiam obstat regula Cancellariæ, De exprimendo
valore, iuxta quam etiam in gratijs motu † proprio ema- 2
natis, valor est exprimendus, quasi in consequentiam
sit etiam iustificandus, vt vnluit Garz. *de benef. par.* 1.
cap. 5 *numer.* 508. quia vltra quod † Garz. hoc non re- 3
soluit, sed loquitur dubitatiuè, Rota dedit contrarium *in
Casalen Beneficiorum* 10. *Decemb. præteriti coram D. meo
Merlino*, & meritò, nam † ex quo per regulas antiquas 4
valor erat exprimendus in gratijs motu proprio, vt ex
multis comprobat Gabr. *de clausul. concl.* 2. *numer.* 81.
dum postea in dicta regula de valore nouiter additum
fuit, vt ille etiam in huiusmodi gratijs exprimatur, non
debet fieri extensin ad iustificationem, ex his, quæ in for-
tioribus terminis circa dictam regulam aduertit Seraphin.
decis. 911. vbi quod cum dicta regula, † quoad valoris 5
expressionem in gratijs motu proprio, sit contra ius com-
mune, & contra formam regularum anteriorum Pontifi-
cum, debet vt odiosa restringi, vndè in casu nostro non
debet ad iustificatinnem extendi; imò cum fuerit casus
omissus, dicendum est, quod motus proprius operatur
quoad illam, iuxta regulas antiquas, & quòd Papa per
suos Officiales habuit notitiam veri valoris. Seraphin. *ibi-
dem num.* 5.

Minus obstat † *decisio in Oxomen. Thesaurariæ* 12. *In-* 6
nij 1559. *coram Cotta*, vbi quod etiam valor expressus in
gratia motu proprin, est iustificandus. Quia vltra quod
dictam decisionem conciliat Garz. *vbi supra*, & Rota il-
lam † non sequitur, sed contrarium, *vt in dicta de-* 7
cis. Casalen. In omnem casum, vt Domini dicebant, il-
la non applicatur casui nostro, nam cum D. Beltran-
do, vt filio Oratoris Catholici Hispaniarum Regis,

Papa

Papa condonat; seu gratiosè remittat annatam, cessat
præcipua ratio regulæ de valore, ita vt non videatur posse
dari de defectu intentionis Papæ ob non expressionem ve-
ri valoris.

Demùm non obstat Indultum in illis verbis, ibi: *Aut
quamdiu militantis Ecclesiæ, &c.* Et quibus prætenditur,
post mortem Papæ cessare exceptionem Induiti, & illud
intrare ad fauorem D. Lupi. Quia, vt dictum fuit in di-
cta decisione, illa verba non limitant reseruationem ad
vitam Pontificis, sed solum qualificant, & declarant per-
sonas familiarium suorum, siuè dum ille Cardinalatus
fungebatur honores, siuè dum vniuersali Ecclesiæ præ-
fuit, itaut solum Beneficia prædictorum familiarium,
qui fuerunt dum Papa erat Cardinalis, & Ecclesiæ præ-
8 fuit, sint ab Indulto excepta quæ exceptio, & † sic
reseruatio, seu affectio durat etiam post mortem Papæ,
dum nihil in contrarium in Indulto disponitur, *iuxtà
Extrauagantem, Ad Romani de præbend. inter comm.
& regulam X I. Cancellariæ, prout fuit plenius dictum
in dicta decisione, vers. Cæterum bis.*

Et ita decisum vtraque, &c.

* Est decisio 196. supra in hac parte.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Romana Nominationis Puellarum.

Die Veneris 24. Nouembris 1628.

A R G V M E N T V M.

Testator deputans personas aliquas ad aliquid exequendum, eis negligentibus, vel impeditis, vel nolentibus illius voluntatem adimplere, quibus illud ius deuoluatur.

S V M M A R I V M.

1 *Testatoris dispositio est seruanda.*

2 *Hæres propter contumaciam amittit beneficium electionis de aliqua re sibi à testatore relicta.*

3 *Executores vltimæ voluntatis, quando sunt duti, tunc istis cessantibus adimplere, vel impeditis, vel nolentibus, deuolutio fit ad consortes, in quibus illud ius, illis deficientibus residebat.*

4 *Ius nominandi remanet in personis non negligentibus, aut non contumacibus, quando consortes negligunt id facere, aut sunt contumaces, & qualiter hoc intelligatur.*

5 *Vocatus post mortem alicuius non admittitur, eo viuente, vide num. 6.*

7 *Testator, quando vocauit aliquos ordine successiuo, tunc in eis cessat concursus, aut consortium.*

8 *Testatoris voluntas per concursum plurium executorum facilius ad executionem perducitur.*

9 *Testator, quando executoribus suæ vltimæ voluntatis substituit alios executores, censetur hoc fecisse, ne morientibus primis executoribus vices suas delegent, & alios nominent.*

10 *Episcopus, in locum demortuorum executorum testamentorum an alios possit subrogare.*

11 *Deuolutionis actus, vt sequatur etiam in præiudicium consortum, quibus aliquid ius accrescebat, tunc pariter ipsi eiusdè suat.*

12 *Tempus illud semper censetur congruum, intra quod actus potest expediri, nisi de contrario doceatur.*

13 *Mora efficitur impurgabilis per lapsum termini à Iudice præfixi, & à parte acceptati.*

14 *Negligentia purgabilis est, quando res est integra.*

D E C I S I O CCXIII.

VISVM fuit standum esse in decisis in hac causa 19.
Ianuarij præteriti. * Quia ius nominandi in testa-
mento Alexandri legitur concessum hæredibus, & ab alijs
ab eo nominatis, non autem confratribus S. Rocchi; vt
propterea † tanquam de casu ex lege testatoris termina- 1
to *Auth. de nuptijs, §. disponas de eo disputandum non sit,
l. vnica C. de furtis*, Olasch. *decis.* 28. *numer.* 13. Surd.
decis. 195. *num.* 2. *& cons.* 333. *num.* 11. Cauet. *cons.* 317.
num. 1. Lancell. Gall. *consu.* 123. *num.* 6. Becc. *cons.* 1. *num.*
3. *lib.* 1.

Neque obstat, quòd Confraternitas hanc nomina-
tionem directè non prætendat, sed iussu, & manda-
to Iudicis ob contumaciam hæredum, † quod dice- 2
batur licuisse eiusdem confratribus, Bart. *in l.* 1. *num.*
7. *& in l. cum quidam numer.* 7. *vbi etiam* Alexand. *in
verbo vltrà annum, ff. de legat.* 2. Paris. *cons.* 19. *numer.* 208.
lib. 2. Mohed. *decis.* 18. *in fine de renunt* Rot. *decis.* 316.
num. 1. coram bon. mem. Gregor. XV. Gratian. *discept.*
239. *num.* 19.

Quia decisio causæ respondet, quod cum ius nominan-
di fuerit concessum ne dum hæredibus nominatis; sed
etiam filijs Ioannis Baptistæ, tam masculis, quàm fœ-
minis, & intimatio non legatur facta dd. filijs, deuolu-
tio fieri non debuit ad Iudicem, aut ad Confratres sub-
delegatos, † sed ad consortes non contumaces, in qui- 3
bus ius nominandi alijs cessantibus, aut impeditis, aut
nolentibus, aut prohibitis residebat *c. religiosus §. sanè de
testam. in* 6. Bald. *in l. nulli num.* 15. *C. de Episc. & Cleric.*
cum alijs allegatis per Gratian. *discept.* 522. *num.* 2. *&*
812. *num.* 1.

Non obstat replicatio data, quòd tale ius nominandi
residet quidem in personis non negligentibus, aut non
contumacibus, quando fuerunt simpliciter, & simulta-
neè † à testatore deputati, aut nominati ad exequen- 4
dam eiusdem testatoris voluntatem, vt præcisè disponi-
tur in *d. c. religiosus §. sanè*, & terminant Io. Andr Ge-
min. & alij allegati per Gratian. *in discept. sup. alleg.* secus
tamen est dicendum, quod non sunt coniuncti, neq; con-
sortes, nec faciunt sibi partes per concursum, vt in præ-
senti, vbi filij Ioannis Baptistæ sunt vocati ad nomina-
tionem puellarum post †. obitum Ioannis Baptistæ eorum 5
patris, & Claricis eorum matris, & Catherinæ auiæ, quo
casu dicebatur cessare consortium, & simultatem, nec dari
concursum, aut ius aliquod accrescendi, Peregr. *de fideic.
art.* 18. *num.* 1. Honded *cons.* 55. *num.* 27. *lib* 2. Surd. *cons.*
90. *num.* 32. *& seq.*

Quia ex facto videbatur cessare obiectum; nam verba
testamenti sunt formalia, quæ quidem puellæ debeant
nominari, & approbari per infrascriptos eius hæredes,
ac filios, tàm masculos, quàm fœminas infrascripti
D. Ioannis Baptistæ, ac etiam per D. Claricem Lu-
parellam vxorem dicti Ioannis Baptistæ, & post ipso-
rum DD. Ioannis Baptistæ, Catherinæ, & Claticis
obitum mandauit nominari, & approbari per filios tàm
masculos, quàm fœminas ipsius D. Ioannis Baptistæ;
ex quibus verbis patet, quod filij Ioannis Baptistæ positi
† fuerunt in consortio eorum, qui nominare debebant, 6
& alijs impeditis, aut prohibitis facultas nominandi illis
accrescebat per *c. religiosus de testam. in* 6. & ex veriori
comprobant Ioan. Andr. Gemin. Franc. Bald. Calderin.
& alij allegati per Gratian *discept.* 522. *numer.* 2. nec
concursus, aut simultanea in iure nominandi videbatur
sublata filijs Ioannis Baptistæ ex eo, quia testator manda-
uerit post obitum Ioannis Baptistæ, Claricis, & Cathari-
næ nominationem fieri per filios tam masculos, quàm
fœminas Ioannis Baptistæ, quasi ordine successiuo † 7
fuerint vocati, cum quibus non datur concursus, aut
consortium, vel stent declaratiuè ad præcedentia; vt
non nisi post obitum parentum indulta fuerit eis nomina-
tio: quia dispositio testatoris habet in vtroque casu ra-
tionem; nam in primo, sicut vltra hæredes suos posuit
in simultanea Claricem matrem filiarum, eodem modo,
& filius illius ponere voluit, vt eius voluntas † per con- 8
cursum plurium executorum facilius ad executionem per-
duceretur, *c. nos quidem, c. si hæredes de test.* Franc *in d.
c. religiosus, §. sanè num.* 5. Anchar. *num.* 8. Gemin. *num.*
19. *eod. tit. de testam.* Gratian. *d. discept.* 812. *num.* 11. in
secundo casu per vocationem filiorum Io. Baptista tàm
masculorum, quàm fœminarum tantum voluit dirimere
duas quæstiones; primam ne hæredes nempè Io. Baptista,
& Catharina, ac Clarix nominati possent ipsis † morien- 9
tibus vices suas delegare, & alios nominare, qui insimul
cum filijs Io. Baptistæ nominarent, Bald. *in eadem l. nulli
num.* 15.

num. 15. verſ. tamen ſi teſtator, *C. de Epiſc. & Cler.* Felin.
in c. quoniam il 2. §. ſi autem num. 5. de offic. deleg. Anchar.
in c. vlt. §. ſanè num. 8 de teſtam. in 6. Gratian. *ead. di-*
10 *ſcept. 812. numer. 12.* alteram ne Epiſcopus ſubrogaret †
alios loco demortuorum hæredum, quod apud multos
dubitabile viſum fuit, Graſſ. *in §. executores vltim. volunt.*
quæſ. 4 numer. 5. Abbas *conſ. 65. nu. 3. par. 2. idem* Gra-
tian. *diſcept. 522. num. 6. 7.* quare cum ſimultanea di-
ſpoſitio ſit clara, & ſubſtitutio non caret ratione, ſemper
11 erant citandi † filio Io. Baptiſtæ; vt actus deuolutionis
ſeqni poſſet in præiudicium conſortum, quibus accreſce-
bat ius nominandi alijs nolentibus, vel impeditis, aut
prohibitis nominare per *c. religioſus §. ſanè de teſtam. in 6.*
cum alijs ſupra allegatis.

Sed præterea viſum etiam fuit nominationem per hæ-
redes factam die 20. Septembris anni 1625. per dies quin-
que ante diem maritagij deſtinatam poſſe tanquam re
12 integra ſuſtineri, ex quo tempus ſemper illud cenſetur †
congruum, intra quod actus poteſt expediri, niſi de con-
trario doceatur, Dec. *in cap. ex ratione num. 16. de appell.*
Ægid. *deciſ. 83. verſ. circa primum.*

13 Neque releuat reſponſio data, † quod poſt lapſum ter-
mini à Iudice præfixi, & à parte acceptati per illius aſ-
ſumptionem coram Iudice factam, qui finem recipiebat
ante prædictam diem 20. Septembris 1625. mora effecta
fuerit impurgabilis, Bart. *in l. 1. nu. 10. & in l. cum quidam*
num. 7. ff. de legat. 2. Patiſ. *conſ. 19. num. 129 & ſeq. lib. 2.*
cum alijs allegatis.

Quia res integra ad ſuſtinendam nominationem non
deducitur reſpectu termini iudicialis; ſed reſpectu de-
uolutionis, quæ neque Cuſtodibus, neque Iudici, ne-
que Ordinario erat acquiſita non citatis filijs Io. Bapti-
ſtæ, vt propterea ante iuris nominandi tranſlationem,
14 & diem maritagij faciendi lapſum, res † poſſit dici
integra, & negligentia purgabilis, & ita fuit reſolu-
tum, &c.

* Eſt deciſio 196. ſupra in hac parte.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Romana Statutorum.

Die Veneris 24. Nouembris 1628.

ARGVMENTVM.

Inhibitio Rotalis ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſemper eſt timida, & ſemper cauſat attentata manutentio non poteſt denegari poſſidenti.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt omnia geſta lite pendente.*
2 *Inhibitio Rotalis ſiue iuſta, ſiue iniuſta, ſemper eſt timenda.*
3 *Inhibitio Rotalis ſiue iuſta, ſiue iniuſta cauſat attentata.*
4 *Manutentio non poteſt denegari ei, qui conſtare fecit de eius poſſeſſione.*

DECISIO CCXIV.

HÆC cauſa agitur inter Dominus Curiales Maioricenſes, & Sardos ex vna, & Curiales Aragonenſes, Cathalanos, & Valentinos ex alia ſuper iure ſtatuendi; cum enim fuerint facta certa ſtatuta, quibus nouiter cauebatur, quod de cætero Officialium Eccleſiæ Beatæ Mariæ Montis ſerrati de Vrbe electio nullatenus fieret in Congregatione particulari in qua æquali numero Maioricenſes, & Sardi cum alijs Nationalibus concurrunt; ſed potius in Congregatione generali, in qua numero longè ſuperantur dictique Sardi, & Maioricenſes prætenderent hæc ipſis valdè præiudicialia exiſtere, cum iura in electionibus ſibi ab antiquo competentia reſtringerent: Ideò Sardi; & Maioricenſes prædicti reclamare cœperunt, cauſaque iactationis, iactationum coram me, præuia commiſſione ad inſtantiam D. Antiochi Eſtupa Sardi, & aliorum introducta, fuerunt ob huiuſmodi contradictionem de facto priuati, vel
eiecti à dicta Congregatione. Vnde dubitatum fuit, An
conſtaret de attentatis, & An ipſis eſſet dandum man-
datum de manutenendo, & eiuſdem ſolum informanti-
bus, affirmatiuè fuit reſolutum, quia cum intentaue-
rint in Rota remedium *l. diffamari C. de incend. & ma-*
numiſſ. Rotaque inhibuerit, & hac inhibitione non ob-
ſtante deuentum fuerit ad confectionem nouorum Statu-
torum, & ad priuationem huiuſmodi † negari non 1
poteſt, quin hæc omnia ſint attentata, *toto tit. vt lit.*
pend. clement. 2. eod. tit. Rota *deciſ. 3. pariter eod. tit. in*
aeuis, maximè quia † Inhibitio Rotalis ſiue iuſta, ſi- 2
ue iniuſta ſemper eſt timenda, & † cauſa attentata, 3
Put. *deciſ. 385. lib. 2. in correct.* Verall. *deciſ. 93. par.*
2. Cæſ. de Graſſ. *deciſ. 6. de cauſ. poſſeſſ. & propr.*

Quo verò ad mandatum, de manutenendo ſatis conſtat
de poſſeſſione Curialium Maioricenſium, & Sardorum
interueniendi in Congregationibus particularibus, & ge-
neralibus, vnde eis † non poteſt denegari manutentio, 4
§. hodie inſtit. de interdict. donec negotium cognoſcatur
in petitorio.

Et ita concluſum, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Farneſi Bonorum.

Die Veneris 24. Nouembris 1628.

ARGVMENTVM.

Agens, qui promiſit aliquid adimplere, ad hoc vt non repellatur, debet docere, quod ipſe omnia adimpleuit. Inter fratres communio præſumitur eſſe, & quando hoc excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens promittens aliquid adimplere non poteſt ex dicto contracta agere, niſi doceat omnia pro parte ſua adimpleuiſſe.*
2 *Communio præſumitur adeſſe inter fratres.*
3 *Communio inter fratres non præſumitur, quando ſeparatim habitant.*
4 *Exceptio non adimplementi, etiam in minimo verificatur.*
5 *Depoſitio vnius teſtis non releuat.*
6 *Communio præſumpta inter fratres ex quo elidatur.*

DECISIO CCXV.

THADEVS Boldrinus ceſſit litem, omniaque iura, & actiones ſibi competen. ſuper hæreditate quondam Michaelis Angeli Boldrini ad fauorem Iulij Boldrini, qui verſa vice tàm ſuo, quàm Ludouici, & Ioſephi fratrum nomine in ſe litem ſuſcepit, illamque omnibus ſuis, & dictorum fratrum ſumptibus, & expenſis proſequi, mediare, ac finire promiſit pacto tamen expreſſo, adiecto, *Che finita, che ſarà totalmente la lite, tutto quello che ſi acquiſtarà in nome di detto Thadeo, ſi habbia da diuidere trà di loro egualmente*, prout ex inſtrumento, quod datur in Summario hæredum Thadei *num. 1.*

Deficiente poſtea Iulio in proſequutione dictæ litis Thadeus met eam proſequutus fuit, præuioque mandato de immittendo in poſſeſſione bonorum d. quondam Michaelis Angeli per ipſum obtento illam totaliter abſoluit.

Quapropter cum Iulius prætenderet factum eſſe locum ſupradicto pacto, egit nomine proprio pro conſequutione medietatis dictorum bonorum coram A. C. Meltio, coram quo ſuccubuit, & Thadeus ſententiam abſolutoriam reportauit.

Cumque Iulius non amplius ſuo, ſed fratrum nomine iterum ageret coram Iudice ab A. C. deputato obtinuit ab eo decretum ſubdelegationis Iudicis in partibus ad effectum prædicta bona diuidendi, à quo decreto

cum

cum pro parte hæredum Thadei fuerit appellatum, causaque deinde mihi commissa cum clausula (si quid exequendum .) Proposui dubium, an decretum prædictum esset exequendum, & Domini negatiuè responderunt.

Nam cum Iulius in instrumento promiserit nomine proprin, & fratrum litem in se suscipere, illamque prosequi, mediare, & finire omnibus suis, & dictorum fra-
1 trum sumptibus, & expensis, nec ipse nec fratres † ex dicto contractu poterant agere, nisi docerent omnia pro eorum parte promissa adimpleuisse *vulg. l. Iulianas*, *§. offerri*, *ff. de act. empt.* Crau. *cons.* 151. *numer.* 10. Decian. *cons.* 45. *num* 6. Rota in *Romana Vineæ* 28. *Iunij* 1623. *coram R. P. D. Pirouano*.

Tantum verò abest, quod doceatur Iulium, & fratres adimpleuisse in subministratione omnium expensarum, quinimò constat expensas pro registro, pro notula sententię, pro propina, & pro mandato de immittendo fuisse factas ab ipso Thadeo mediante eius procuratore, vt ex fide Notatij causæ, quæ datur In Summ. hæredum *numer.* 4.

Non obstat quod Iulius fecerit aliqnas expensas, quia pro responsione sufficit, quod contra ipsum fuerit lata sententia, & qnod illi acquieuerit.

Nec releuat quòd dictæ expensæ factæ à Iulio suffra-
2 gentur alijs fratribus ratione † præsumptæ communionis intet ipsos. Quia vltra quod præsumpta communio
3 eliditur ex testibus deponentibus ipsos separatim † à Iulio habitasse, vt in *dicto Summ. numer.* 6. cessare videbatur omnis difficultas, ex quo nec per Iulium, nec per fratres fuit adimpletum in subministratione omnium
4 expensatum, & sic eis obstat † exceptio non adimplementi, quæ etiam in minimis verificatur Roland. *cons.* 53. *num.* 22. 23. *& seqq. lib.* 1. Surd. *cons.* 101. *num.* 1. Rot. coram Gregor. XV. *decis.* 261. *num.* 3 *& ibi adden. num.* 6. *& in vna Romana pretij fundaei coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo impress.* apud Modern. *de obligat. Cam. decis.* 145. *num.* 2.

Denique non obstat, qnòd aliæ expensæ factæ per procuratorem Thadei fuerint subministratæ de ordine, & mandaro Iulij, quia respondetur hoc non probati, nisi per vnicum testem, pro parte eiusdem Iulij examina-
5 tum, cuius † qnidem sola depositio non releuat ex vulga iuribus. Et quatenus etiam probaretur nec Iulio, nec fratribus ratione commnnionis cum eo suffragaretur. Non Iulio, quia ipse acquieuit sententiæ contra
6 eum latæ. Minus fratribus quia præsumpra † communio cum Iulio eliditut ex testibus pro parte hæredum Thadei examinatis, vt dictum est supra.

Et ita vtraque, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Spoletana Fideicommissi.

Die Lunæ 27. Nouembris 1628.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum perpetuum, quando dicatur inductum. Conditio, si sine filijs decesserit, quando debeat verificari in omnibus vocatis, fideicommissum reale, quando dicatur inductum, & quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione hæredum post mentionem factam filiorum veniant nepotes, & descendentes sanguinis, amplia num.* 2. *&* 3.

4 *Ex vocatione facta in stirpem præsupponitur, quod possit adesse vnus filius, & plures nepotes ex alio filio.*

5 *Testator, quando aliquid clarè exprimit, cessat prorsus omnis difficultas.*

6 *Conditio illa, si sine filijs, quando referatur, non solum ad filios, sed etiam ad nepotes.*

7 *Ex vocatione nepotum non infertur ad eorum grauamen.*

8 *Consil. Oldrad.* 21. *quando cesset.*

9 *Conditio illa, si sine filijs, quando extendatur ad omnes vocatos in perpetuum.*

10 *Conditio, si sine filijs, debene verificari in omnes vocatos, stante reciproca substitutione in infinitum.*

11 *Testator, quando progreditur ad plures gradus substitutionum ad fauorem etiam extraneorum post mortem filiorum, & nepotum, necessariò denotatur, quod fideicommissum debet præcedere ad fauorem nepotum.*

12 *Fideicommissum reciprocum censetur inductum, quando pluribus factis substitutionibus vltimo loco, fuit vocatus locus pius.*

13 *Fideicommissum perpetuum censetur inductum, ex verbis tractum temporis in futurum denotantibus.*

14 *Ex prohibitione cuiusuis diminutionis bonorum censetur testator voluisse facere perpetuum fideicommissum inter vocatos, repetendo illud onus in omnibus vocatis.*

15 *Fideicommissum reale, quando constituatur.*

16 *Fideicommissum reale operatur grauamen reale, & afficit omnes personas vocatas, & quoscumque possessores, donec hæreditas perueniat ad vltimum grauatum.*

DECISIO CCXVI.

IVLIVS Cæsar Rosatus postquam in suo testamento cum quo decessit, hæredes instituit filios masculos natos, & nascituros, & alios, qui nascerentur, mandauit, quod si quis dictorum eius filiorum mnreretur quandocunque in pupillati ætate, vel postea quandocunqne sine filis legitimis, & naturalibus succedat vnus alteri, & alter alteri, & eorum hæredes, & successores in stirpem, &c. Deinde subiunxit, quod si dicti eius filij, & hæredes decederent, vt supra, eis sic decedentibus succedant in medietate suæ hæreditatis filiæ fœminæ, ac earum hæredes, & successores, & in medietate residui, & sic in quarta totius hæreditatis filij, & hæredes q. Terentij eius fratris, & eorum hæredes, & successores, & in reliqua parte Societas Corporis Christi.

Euenit casus, quòd omnes filij masculi dicti testatoris decesserunt sine filijs præter vnum Herculem, qui decessit relicto Iulio Cæsare, qui etiam nouissimè mortuus est sine filijs disponendo de multis bonis relictis pet dictum testatorem ad fauorem Demetrij, & Octauij de Patianis, contra quos insurrexerunt supradicti tres hæredes vltimo loco vocati prætendentes per mortem dicti Iulij Cæsaris sine filijs factum fuisse locum fideicommisso ad illorum fauorem, sed cum altera pars prætenderet, nullum adesse in dicto testamento fideicommissum, dedi super hoc particulare dubium, quod hodie fuit per fideicommissum resolutum, non obstante, quòd Hercules, vt supra dixi, decesserit cum filio.

Quia non solùm testator † instituit filios, sed etiam 1
eorum hæredes, quorum nomine post mentionem factam filiorum veniunt nepotes, & descendentes sanguinis Paul. de Castr. *cons.* 114. *num.* 4. *lib.* 1. *vers. nam respondetur* Odd. *cons.* 46. *num.* 14. Menoch. *cons.* 958. *numer.* 3. *& seqq.* Gabr. *de commun concl.* 2. *num.* 19. *de verb. signific.* Guidopap. *quæst.* 591. *& quæst.* 457. Modern Brixien. *de fideicomm. subst. quæst.* 339. *num.* 6 quod maximè † pro- 2
cedit attentata expressione quantitatis masculinitatis, postqnam statim fuit facta mentio hæredum Gabr. *dicta concl.* 2. *num.* 21. *& concl.* 3. *an.* 1. Modern. *in d. quæst.* 339. *numer.* 56.

Et quidem quod sint vocati, & instituti filij, & nepotes, non solùm suadetur ex supradictis, sed etiam ex eo, quod testaror dum in suo testamento dixit, Etsi filius, seu filij masculi sibi supernascerentur, seu nascerentut alij, iila verba seu nascerentur alij post factam mentionem filiorum non possunt verificari, nisi in nepotibus nascituris ex filiis, vnde cum istos etiam instituerit hæredes in subsequentibus verbis, illum, seu

 illos,

illos, & quemlibet eorum sibi hæredem, seu hæredes esse
voluit æqualiter cum Ioanne, & Hercule filijs, & eorum
3 hæredes, successores in stirpem æqualiter, clare † appa-
ret, quòd sint vocati nepotes, vt supra dixi, tam in illis
verbis, seu nascerentur alij, quàm ex alijs subsequenti-
bus eorum hæredes, & successores, quæ debent intel-
ligi de successoribus sanguinis ex supra allegatis, quàm
4 etiam ex vocatione † facta in stirpem, quæ præsuppo-
nit, quod possent adesse vnus filius, & plures nepotes ex
alio filio, qui succedere deberent in stirpem.

Denique non solùm in testamento fuit pluries facta
mentio hæredum, & successorum post mentionem factam
filiorum, vt supra, sed etiam id fuit longe clarius expres-
sum, & declaratum in Codicillis, in quibus non solum vo-
5 cauit filios masculos natos, & nascituros, † sed etiam
filios masculos ex eis nascituros, ex qua declaratione ces-
sare videtur omnis prorsus difficultas ex traditis per dd.
Modern. *in d. qu. 339 num. 21.*

Dum igitur testator in euentum mortis filiorum, &
nepotum fecit substitutionem, de qua agitur in fauorem
Confraternitatis Sanctissimi Corporis Christi, & aliorum
per illa verba, & si omnes dicti eius filij, & hæredes de-
6 cederent, vt supra, dicendum † est conditionem illam
si sine filijs, referri non solùm ad filios, sed etiam ad ne-
potes, Cephal. *consil 426. num. 32 vers. non obstant opposi-
ta*, benè Paris *consil. 7. num. 28. & seq. lib. 3. prædicti*
Modern. *de subst. quæst. 480. num. 68.* Grat. *discept. Fo-
rens. cap. 662. num. 1.*

7 Non obstat igitur, quòd ex vocatione † nepotum non
inferatur ad illorum grauamen. Quia ex supradictis
apparet, quòd testator grauauit tam filios, quàm ne-
potes casu quo decederent sine filijs, & ad hoc vt sit
factus locus substitutioni, sufficit quòd conditio verifi-
cetur in nepotes, qui decessit sine filijs, vt probat Zaoch.
*in l. hæredes mei §. cum ita par. 8. num. 289. & seq. ff ad
Trebell.* Menoch. *præsumpt. 186. num. 42. lib. 4.* dd. Moder.
de subst. qu. 480. num. 68.

Sed cessare videtur difficultas, quia ex lectura tam
testamenti, quàm Codicillorum satis, superque apparet
8 voluntas testatoris faciendi fideicommissum † perpe-
tuum, & absolutum inter omnes vocatos, quo casu rece-
dendo à vulgato *cons.* Oldr. 21. conditio illa sine filijs ex-
9 tenditur ad omnes vocatos in perpetuum, † adeout vnus
alteri restituere teneatur, donec hæreditas ad vltimum
vocatum perueniat Ant. Gabr. *in tit. de fideicom. concl. 7.
num. 4 lib. 4* Menoch *præsumpt. 69. num. 8. & seq. lib. 4.*
Modern. *de subst. d. qu. 480. nu. 2.* & admittit Rota *diuers.
decis. 486. nu. 2. par. 1. recent.*

10 Id enim colligitur † non solum ex reciproca substitu-
tione facta inter filios substituendo vnum alteri, & alte-
rum alteri, & eorum hæredes, & successores Aym. *cons.
130. num. 6.* Dec. *cons. 28. num. 21. lib. 2.* Surd *cons. 344. n.
2.* Honded. *cons. 54. num. 42. lib. 2.* Menoch. *præs. 36. num.
52. lib 4.* d. Intrigl. *subst. cent. 3. qu. 26. n. 112. & dixit.* Rot.
in Imol fideicom. 2. Martij 1622. coram bon. mem. Vbaldo.

Sed etiam ex eo, quia testator progressus fuit ad plu-
res gradus substitutionum ad fauorem etiam extraneo-
rum post mortem filiorum, & nepotum, quæ necessariò
11 † denotant fideicommissum præcedere ad fauorem nepo-
tum Menoch. *cons. 117. nu. 9. lib. 2.* Anchar. *cons. 74. quem
sequitur* Honded. *cons. 54. num 33. & seqq.* vni de magis
recepta opinione testatur *lib. 2.* Grass. *in §. fideicommissum
quæst. 14 num. 13.* Surd. *cons. 67. num. 34.* Gabr. *de fideic.
concl. 4. numer. 13. & 14.* Seraphin. *decis. 1329. numer. 10.*
Rota *decis. 146. num. 8. par. 1. in recent. & in Bononien.
de Turri 14. Maij 1621. coram Illustris. Card. Verospio*,
12 & in specie, quod censeatur inductum † fideicommis-
sum quando pluribus factis substitutionibus vltimo lo-
co fuit vocatus locus pius post Peregr. *de fideicom. art.
13 numer. 14.* & Surd. *cons. 344. num. 17. lib. 3. dixit* Rota
*in Romana fideicomm. de Surdis 11. Maij 1618. coram bo.
mem. Vbaldo.*

Deinde comprobantur supradicta tam ex verbis tra-
ctum temporis in futurum denotantibus, ibi quando-
13 cunque † morerentur illis deficientibus, &c. Bart. *in l.
Centurio num 28 ff. de vulg.* Peregr. *de fideicom. art. 18.
nu. 14* Simon. de Pret. *lib. 3. interpret. 2. dub. 1. fol. 5. sub
nu. 46. vers. adest tractus fol. 239. à tergo* Ruin. *cons. 164.
nu. 9. lib. 3.* quàm ex prohibitione geminata detractionis
legitimæ, faciendæ, seu trebellianicæ, & alterius cuius-
uis diminutionis, quæ prohibitio inferre videtur, testa-
torem facere voluisse † perpetuum fideicommissum in- 14
ter vocatos repetendo istud onus à primo in secundum, &
sic deinceps Ceph. *cons. 419 nu. 18.* Peregr. *de fideicom. art.
3. num. 4. & ar. 5. num. 12.*

Idque præsertim cum posteà disposuerit ad fauorem di-
ctæ Confraternitatis, & aliorum per verba respicientia eius
hæreditatem, † quæ constituunt fideicommissum reale, 15
Bart. *in l. peto, §. frater nu. 2. vers. dic ergo, & ibi* Cuman.
nu. 5. ff. de leg. 2. Castres. *in l. voluntas in fin. C. de fideicom.*
quod propterea afficit omnes personas vocatas, & quo-
scunque possessores, qui tenentur per fideicommissum al-
teri restituere, donec † hæreditas perueniat ad vltimum 16
substitutum Bald. *in l. precibus num. 63. vers. ta dic, & ibi*
Salic. *num. 36. C. de impub.* Paris. *cons. 18. num. 60. & cons.
90. num. 43. lib. 2.* Mant. *de coniect. lib. 8. tit. 2. num. 6.* Rota
diuers. decis. 231. nu. 1. par. 2. recent. cum alijs latissimè *cu-
mulatis in Bononien. de Poetis 17. Iunij 1611. in dicta Roma-
na fideicom. de Surdis, & in Reatina fideicommissi 14.
Martij 1622. coram bon. mem. Vbaldo.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Infra in eadem causa adsunt aliæ decisiones sub diebus
30. Aprilis 1629. coram eodem Card. Vbaldo, & 7. No-
uembris eiusdem anni coram R. P. D. Ghisilerio, sunt
decisiones 269. & 317. Et infra in 2. par habentur aliæ
decisiones sub diebus 19. Decembris 1631. & 14. Ianua-
rij 1633. coram eodem Card. Vbaldo, & 14. Februarij,
& 30. Maij 1633. coram eodem R. P. D. Ghisilerio, &
24. Decembris 1634. coram Reuerendiss. P. D. Merlino
Decano, sunt decisiones 348. 168. 179. 210. & 312. & in
par. 3. habetur alia sub 28. Ianuarij 1636. coram Illustriss.
Ferrarien. est decisio 92.

REVERENDISS. P. D PIROVANO.

Narnien. Bonorum;

Die Veneris 1. Decembris 1628.

A R G V M E N T V M.

Successionis prima causa est filiorum, quibus deficientibus primum locum occupat pater. Infans an transmittat hæreditatem ascendentium sibi delatam. Remedium, quorum bonorum quibus detur, & quæ requiratur, vt concedatur. Donatio facta absenti, quando, & ex quibus causis debeat ratificari.

S V M M A R I V M.

1 *Succedendi prima causa est patris, vbi filius sine descendentibus moritur.*

2 *Succedendi prima causa est filiorum, vbi quis eos relinquit.*

3 *Actus solet indicari differens ad inducendam pro filia hæreditatis aditionem.*

4 *Infans hæreditatem ascendentium sibi delatam transmittit ad patrem.*

5 *Constitutum facit quem verum possessorem ad quemcunque effectum.*

6 *Remedium, quorum bonorum, datur venientibus ab intestato pro vniuersali bonorum possessione adipiscenda.*

7 *Immissio concedi non potest ex interdicto, quorum bonorum, nisi specificè probata qualitate, & quantitate bonorum.*

8 *Possessio semel probata, præsumitur continuata nisi contrarium doceatur.*

9 *Donatio facta absenti, debet ratificari ad effectum transmissionis, etiam si pro ipsa Notarius fuerit stipulatus.*

Donationis ratificatio non potest fieri post mortem donatarij, per hæredem, num. 9.

10 *Donationis expressa ratificatio ex dispositione bonorum donatorum probatur.*

11 *Actio*

11 *Actio in donatione, vt acquiratur, non requiritur ratificatio donatarij.*
12 *Dominium, & possessio in donationibus, semper, & acquiri, & transmitti, & cedi possunt ad beneficium donatarij, & hæredum.*
13 *Conditione deficiente, tunc non est locus sequenti substitutioni, & num. 19.*
14 *Filii in conditione positi, censentur vocati ad eam tantum portionem, in qua sunt positi in conditione.*
15 *Filii in conditione positi censentur vocati secundum dispositionem Statut. Vrb.*
16 *Donatio stipulata pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, comprehendit extraneos quoscumque.*
17 *Consuetudo Narnien. de qua hic qualiter procedat, & num. 18.*
20 *Donatio quando dicatur pura, & simplex, & non ob causam.*
21 *Superuenientia filii post obitum matris etiam per momentum, impedit euentum conditionis, si sine liberis decesserit.*
22 *Immissio nu possit impedire, vsque quam lis fuerit terminata.*
23 *Exceptio nullitatis absque probatione non solet impedire effectum immissionis.*
24 *Consanguineorum præsentiam, si quis alleget adfuisse in loco contractus minoris, tenetur probare.*
25 *Attestationes, non solent facere fidem.*
26 *Statuta Vrbis non sunt seruanda in locis districtus, quando adsunt particularia statuta in casu controuerso.*

DECISIO CCXVII.

DIONYSIVS Castellus contraxit matrimonium cum Posthumia Carduia, cui paulò ante, & Victoriæ eius sorori, Talphina mater, & Sulpitia matertera, donationem omnium bonorum suorum præsentium, & futurorum, iurium, & actionum fecerunt, præsente ipsa Victoria, absente tamen Posthumia; recipiente pro se ipsa, & dicta eius sorore, ac earum, & cuiusque ipsarum hæredibus, & successoribus quibuscunque Notario pro Posthumia stipulante, conditione adiecta, quod moriente aliqua ex dictis Victoria, & Posthumia donatarijs sine filijs, vel filiabus legitimis, & naturalibus vna alteri, & altera alteri, vel illarum filij, seu filiæ in earum locum succedant, pro quibus omnibus, & singulis obseruandis tàm dicta Taphinia, quàm Sulpitia se ipsas, earumque hæredes, & omnia obligauerunt in ampliori forma Cameræ. Contingit mors Victoriæ 5. Augusti 1614. relictis Agnete, & alijs filiabus fœminis; Posthumia verò decessit 4. Octob. sequentibus relicta Catherina filia ex Dionysio viro, quæ biennium superuixit; postremò verò diem suum clauserunt Talphina, & Sulpitia conditio per eam testamento, in quo reuocata priori donatione hæredes fecit Agnetem, & alios Victoriæ filios. Agente postmodum Dionysio vti hærede Posthumiæ eius vxoris mediante persona Catherinæ filiæ, in summarijssimo retinendæ propter clausulas *constituti*, & alias in donatione contentas, visum fuit in resolutione 14. Ianuarij præteriti, Agnetem, & sorores vt hæredes maternæ esse manutenendas; hodie verò suscepta disputatione super possessorio adipiscendo, censuerunt Domini, Dionysio dandam esse immissionem in bonis, de quibus agitur.

Quia probat se hæredem ab intestato Catherinæ eius
1 filiæ, cum prima causa succedendi † sit ipsius patris,
vbi filius sine descendentibus moritur, *auth. defuncto C. ad Tertullian. §. si igitur defunctus, aut. de hæred. ab intest venien.* & similiter probat, Catherinam quamuis infantem fuisse hæredem Posthumiæ eius matris, in
2 quam bona donata peruenerunt; cum prima † causa
succedendi parentibus sit pariter ipsorum filiorum, *dicta auth. defuncto, & §. 1. vers. hic tamen, eod. tit. in auth. de hæred. ab intest. venien.* & per Dionysium eius patrem hæreditatem matris adiuisse eo ipso, quòd retinuit penes se dotem maternam ad filiam spectantem; cum iste
† actus soleat iudicari differens ad inducendam pro filia 3
hæreditatis aditionem, Bart. *in l. gerit, numer. 28. ff. de acquir. hæred.* Cardin. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 13. num. 13.* Alexand. *consil. 20. numer. 2. lib. 7.* Natt. *cons. 74. numer. 10.* Rot. *decis. 421. numer. 7.* coram Papa Gregor. XV. & nihilominus vti adeundam infans etiam hæ-
reditatem ascendentium † sibi delatam transmittit ad pa- 4
trem, *l. si infanti, C. de iur. delib.* & latissimè comprobant Grass. *in §. transmissio quæst. 26. num. 2.* & Thesaur. *decis. 88. numer 2. & 3.* demum probat bona donata possessa fuisse per Posthumiã, ex quo donatrices donatione pura, & irreuocabili dominium transtulerunt in donatarias, & in simul possessionem ex clausulis amplissimis constituti; constituentes se tenere, & possidere omnia bona donata no-
mine Victoriæ, & Posthumiæ, quæ † constitutio fecit 5
illas veras possedítrices bonorum ad quemcunque effectum, *l. quod meo, ff. de acquir. possess. l. certè, § 1 ff. præcar.* Tiraquell. *de iur. constitut. par. 1. numer. 1.* Honded. *cons. 42. n. 37. l. 1.* loquens de constituto donationis, *& consil. 18. nu. 61. lib. 2.* Ossasc. *decis. 36. numer. 2. & 133. numer. 6.* Surd. *consil. 171. numer. 18.* concludente, per constitutum ciuile, & naturalem transferri, neque dubitandum quod morte donatarij extinguatur constitutum; quia quando apponitur contractui puro (vt hic) sortitur effectum tempore quo quis constituit se possidere.

Quibus concurrentibus visum fuit non posse denegari
immissionem Dionysio ex remedio quorum † bonorum, 6
quod solet venientibus ab intestato quando vniuersali bonorum possessione adipiscenda, *l. 1. ff. & C. quorum bonorum*, Menoch. *de adipisc. remed. 1. nu. 2.* Peregr. *de fideic. art 46. num. 2. & 48 num. 30.*

Nec vim facit, quod † immissio concedi non possit 7
ex remedio prædicto, nisi specificè probata qualitate, & quantitate bonorum, quæ possidebantur per Sulpitiam, & pro quibus hodie prætenditur immissio, quæ non probari dicebatur ex solo constituto, quando vt hic in Instrumento donationis bona non leguntur specificata, sed designanda, & certificanda per procuratorem ad id specialiter in donatione constitutum.

Quia fuit responsum sufficienter constare de specifica qualitate bonorum possessorum per Sulpitiam de tempore donationis, ex Instrumento dotis eiusdem constitutæ per fratres illius, in quo hæc bona continentur, &
in quorum possessione vsque ad diem † donationis con- 8
tinuata præsumitur, nisi de intermedia possessione alteri quæsita doceatur, *l. sine possidetis*, vbi Bart. & Bald. *C. de probat.* Menoch. *præsumpt. 64. num. 1. lib. 6.* Rot. *decis. 4. numer. 12. par. 2. diuers.* & vlterius conuincitur hæc specifica bonorum probatio ex instrumento apprehensionis, quam fecerunt sorores filiæ Victoriæ die 20. Ianuarij 1627. mortua iam Sulpitia, in quo hæc ipsa describuntur tanquam reperta in hæreditate illius.

Minus releuat, quod donatio facta sit per Talphinam, & Sulpitiam Posthumiæ filię, & nepoti respectiuè absenti, quæ nunquam ab ea probatur ratificata, prout necessa-
rium videbatur ad effectum transmissionis etiam † si pro 9
ipsa Notarius fuerit stipulatus, ita quod ab hærede illius non possint postea ratificari, Cast. *cons. 195. num. 2. & seq. par. 2* Surd. *cons. 60. nu. 17. vol. 1.* cum alijs allegatis.

Quia ex facto tollitur obiectum, & de iure contrariam opinionem Rota sequitur, nam Posthumia vnà cum matre, & Fabio Archa pro suo iure, & interesse in instrumento dotis promiserunt tradere, dare, & consignare eidem Dionysio titulo dotis medietatem bonorum Talphinæ matris, & Sulpitiæ amitæ alias donatorum Victoriæ, & Posthumiæ sororibus germanis, ex qua bonorum
† dispositione consequitur expressa donationis ratifica- 10
tio, Caputaq. *decis 26. numer. 4 par. 2.* Castr. originaliter declarans *in l. si anta, C. de iur. delib.* Franc. *decis. 14. numer. 41.* Surd. *cons. 501. numer. 12.* & idem fuit firmatum in *Meleuitana bonorum 3. Aprilis præteriti coram D. meo Merlino*, sunt enim secundum Castr duo actus distincti, vnus acquisitionis, qui procedere debet, & alter cessionis, qui subordinatè stat ad præcedentem, & vnus sine altero perfici non potest, de iure autem ad ef-
fectum † acquisitionis actionis, qui est casus, de quo 11
agitur, verior est opinio, quod non requiratur ratificatio donatarij, Thesaur. *decis. 70. numer. 5.* Cardin. Mantic. *de cont. lib. 13. tit. 7. nu. 25.* Card. Seraph. *decis. 1184.*

num. 13. Rot. *decis.* 683. *num.* 4. *part.* 1. *diuers.* *&* *plenius*
in Rom. donationis 21. *Aprilis* 1614. *coram bon. mem. Vbal-*
12 *do*, quidquid autem sit ad effectum acquisitionis † do-
minij, & possessionis, quæ semper & acquiri, & trans-
mitti, & cedi possunt ad beneficium donatarij, & hæredum,
vt *in ead. decis. Romana donationis* latissimè firmatur.

Nec pariter aduersatur conditio apposita in donatio-
ne, quod moriente aliqua ex dictis Victoria, & Pusthumia
donatarijs sine filijs vel filiabus legitimis, & naturalibus
vna alteri, & altera alteri, vel illarum filij, seu filiæ in
eorum locum succedant in eisdem bonis donatis, quæ con-
ditio dicebatur adimpleta, ex quo Posthumia, & Cathe-
rina decesserunt superstitibus filiabus fœminis Victoriæ al-
terius sororis, quæ vocatæ prætenduntur in casum præ-
cedentiæ illarum tàm ex verbis donationis, quàm ex con-
iecturata mente donatricis.

Quia ex verbis contrarium est verius, quod non sint
13 vocatę per reciprocam; nam mortua † Posthumia cum
Catherina filia statim expirauit fideicommissum, Ol-
drad. *cons.* 21. Rot. *decis.* 118. *par.* 1. *&* *decis.* 230. *part.* 2.
diuers. latissimè Odd. *cons.* 67. *per tot.* & in proprijs termi-
nis Cyn & Bald. *in auth. sed si quis*, *C. de secund. nupt.*
Achill. *decis. vnica de donat.* & Suar. *cons.* 10. *num.* 42. *&*
41. Sunt quidem filij, & filiæ positi in conditione si do-
natariæ decesserint sine filijs, & vocatis, vt in locum
14 † earum succedant, sed respectiuè quoad portionem
matris non maternæ: quia in verbis deficit reciproca
vocatio, Gabr. *consil.* 115. *numer.* 9. *lib.* 1. Menoch. *præ-*
sum. 76. *numer.* 86. *lib.* 4. Seraphin. *decis.* 1479. *numer.* 1. &
sæpè hæc distinctio voluntatis testatoris fuit firmata in hoc
tribunali, vt in *Senogallien. fideicommissi* 24. *Octobris*
1605. *coram bon. mem. Penia*, *&* *in Prænestina bono-*
rum 16. *Ianuarij* 1613. *coram bon. mem. Cardin. Sacrato*,
& *in recent. decis.* 100. *numer.* 3. *par.* 1. *&* 667. *numer.* 8.
par. 2.

Coniecturæ autem vndecim, quæ pro reciproca dedu-
cuntur non etiam illa concludunt: quia nec de per se,
nec simul iunctæ inferunt, Sulpitiam sensisse, vt re-
ciprocè filij fœminarum tenerentur, eueniente casu
mortis, alter alteri restituere; nam prima, secunda, &
tertia, respiciunt statutum, & consuetudinem Narnien.
circa reuersionem bonorum donatorum; de quibus infra
dicetur quarta, & quinta, declarant *cons* Oldrad. 21. ex
15 quo versamur in contractibus, † & in Statuto Vrbis,
quando propterea filij in conditione positi censeantur vo-
cati, quod non controuertitur, quamuis Statuto Vrbis
adhuc non est probatum, quòd Narnienses subiaceant;
sed alia est quæstio, an reciprocè sint vocati, prout in præ-
senti necesse est probare, quo non determinant verba do-
nationis, nec statutum; sexta coniectura quæ deducitur
ex prohibitione disponendi vltra certam quantitatem, te-
net suos auctores, & fauet descendentibus respectiuè do-
natarium; septima deducta est argumento maioris di-
lectionis filiorum Victoriæ, & Posthumiæ ad exclusio-
nem extranei, non meretur allegari; quia donatio legi-
tur stipulata pro earum hæredibus, & successoribus qui-
16 buscunque, & sic pro quibuscunque † extraneis, etiam
si ageretur de materia prohibitiua, prout est emphyteu-
sis Ecclesiastica, Clar. *in §. emphyteusis quæst.* 6. *vers.*
sed numquid, *&* *quæst.* 28. *vers.* 2. *est casus* Couar. *va-*
riar. resol. lib. 2. *cap.* 17. *numer.* 5. Gabr. *consil.* 76. *numer.*
13. *lib.* 2. Mantic. *de contr. lib.* 22. *tit.* 19. *numer.* 22. Va-
lasc. *de iure emphyt. quæst.* 44. *numer.* 9. Octaua & nona
positæ in præcepto diuidendi bona inter donatarias statim
sequuto obitu Sulpitiæ, & quòd eadem esset mulier sim-
plex, & idiota nihil inferunt; nam esto, quòd per diui-
sionem præsupponatur super existentia donatariatum
non propterea vocantur superstites, & dato quod sit sim-
plex, & idiota, cuius mens potius, quàm verba sint at-
tendenda, si non constat de hac mente, certè ad hanc re-
ciprocam inferri non potest. Decima coniecturæ deduci-
tur ex declaratione nullitatis donationis, de qua infra
dicetur. Vndecima & vltima est præsuppositiua reuer-
sionis ad donatricem, ex quo Posthumiæ, & Cathe-
rinæ eadem Sulpitia superuixit, quod si de iure verum
esset, non forent necessariæ coniecturæ, vt pariter mox
dicetur.

17 Non obstat igitur statutum, aut † consuetudo Nar-
nien. de qua testatur Cor. *cons.* 66. *vol.* 4. quæ etiam fuit
firmata in *Narn. dotis* 13. *Martij* 1591. *coram bo. me. Pema*,
quòd scilicèt vxore præmoriente cum filijs qui successiuè
absque prole decedant ante annos 25. maritus nullo reten-
to lucro dotis, dotem integrè restituere teneatur; vt pro-
pterea eodem modo debeat interpretari pactum donatio-
nis † propter conformitatem voluntatis contrahentium 18
cum ipsa consuetudine, Bart. *in l. de quib. num.* 17. *ff. de le-*
gib. cum allegatis.

Quia præsupposita etiam consuetudine circa veri præ-
iudicium, prout allegatur, & firmatus in decisione su-
pradicta, reuersio fieri non potest ad donatricem superst-
tem; quia pactum donationis resistit reuersioni: dum sti-
pulata fuit pro ipsis sororibus, & earum, & cuiusque ip-
sarum hæredibus, & successoribus quibuscumque, vnde
si non acquiritur Dionysio vti marito superstiti, acquiri
debet vt hæredi Catherinæ hæredis Posthumiæ eius matris
iuxtam formam pacti donationis, cum quo Sulpitia vo-
luit bona transire ad donatarias.

Prout nec obstat, si dicatur, quòd si seruandum sit
ius commune, adhuc illi locus sit ex eo, quòd donatio
facta fuerit in limine matrimonij, & contemplata pro-
les ex dicto matrimonio exitura, vndè si donataria decessit
† cum Catherina infante, quæ non multò post superui- 19
xerit, perinde sit, ac si sine liberis decessisset, & condi-
tio purificata remaneat, *auth. sed etsi quis C. de sec.*
nupt. Faber *in suo C. l.* 8. *tit.* 37. *de donat. in princ.* quem
sequitur Fontanell. *de pact. nuptial. claus.* 4. *glos.* 24.
num. 22.

Quia ex pluribus euitatur obiectum, non enim versa-
mur in donatione sequuta contemplatione matrimonij,
& prolis ex eo suscipiendæ, quæ si extinguatur vno dona-
tore, inde bona reuertantur ad donantem, sed sumus
in donatione pura, & absoluta, facta Posthumiæ,
& ab ea sic acquisita, postmodum data in dotem Diony-
sio eius viro ferè quadrimestre post, vt legitur in instru-
mento dotali 27. Maij 1624. & cum clausula, & titulo
puræ, meræ, & irreuocabilis donationis, quæ fit, &
& fieri dicitur inter viuos, & pro hæredibus, † & suc- 20
cessoribus quibuscunque per quæ verba donatio dicitur
simplex, & non ob causam; quamuis in ea sit facta
mentio matrimonij, tanquam de causa impulsiua, &
non finali Oldrad. *consil.* 5. Titius Guidop. *quæst.* 145.
Dec. *consil.* 239. *numer.* 2. Natt. *consil.* 609. *in* 1. *dubio*
numer. 3. Franc. Marc. *decis.* 326. *num.* 2. *&* 3. Soccin.
Sen. *consil.* 53. *num.* 1. *lib.* 1. *&* 295. *numer.* 9. *lib.* 2.
dicens Oldradum non habere contradicentem, quan-
do causa est impulsiua præterea mortua Catherina, re-
uersio si esset facienda, ad proprios hæredes deuolui debe-
ret ex forma pacti donationis, qui nihilominus est ipse
Dionysius, vt initio est probatum; & demum, quia se-
mota consuetudine, aut statuto Narniæ, in donatio-
ne non legitur aliquod pactum reuersiuum, à quo possit
inferri, donatricem sensisse de reuersione ad ipsam in ca-
sum deficientis prolis, sed solùm fuit prouisum per
substitutionem ad fauorem filiæ, & neptis respectiuè,
quam per natiuitatem Catherinæ, & illius superuiuen-
tiam, diximus cessasse; vnde quæ dicuntur per Fa-
brum, & Fontanell. facilè ex facto euitantur, &
prout † de iure superuiuentia filij post obitum matris 21
etiam per momentum impedit euentum conditionis,
quod Posthumia sine liberis decesserit Neuiz. *consil.* 45.
numer. 9 Bertran. *cons.* 309. *numer.* 4 *par.* 2. *vol.* 3. Surd.
consil. 206. *num.* 29 *vol.* 2. & quamuis dissentiant de tem-
pore; quia Neuiz. dixerit de modico tempore, & Bertran.
de hora temporis: cum tamen Catherina superuixerit per
plures menses, non erit insistendum super hac diffe-
rentia.

Demum non obstat nullitas donationis ob non seruatas
solemnitates, tam statuti Narnien circa interuentum
proximioris consanguinei, quàm statuti Vrbis 149. lib.
1. in cuius districtu prætenditur Ciuitas Narnien. ob non
adhibitas subscriptiones partium, & testium, super qui-
bus nullitatis lite pendente per monitorium 1. Martij
1627. dicebatur de immissione non esse agendum, nisi † 22
lite pend. terminata Rot. *decis.* 864. *num.* 4 *par.* 4. *diuers.*
& *in Bononien. pecun.* 23. *Ianuarij* 1617. *coram bon. me.*
Buratto.

Quia illa exceptio nullitatis absque probatione non so-
let impedire effectum immissionis, † probanda autem 23
non releuat, & ad petitorium solet remitti tanquam re-
quirens altiorem indaginem, iudicium, ac discussionem
Olasc. *decis.* 26. *per totum*, *&* *latissimè fuit firmatum*
in Bononien. de Maluetijs 21. *Decembris* 1624. *coram me*,

in præ-

in præsenti autem, quod Sulpitia habere consanguineos proximiores ijs, qui in instrumento interuenerunt, non
24 probatur, & qui allegant illorum † præsentiam in loco contractus tenentur probare, & etiam quod commodè potuerint interuenire Rot. *in Rom.* 28. *mill.* 11. *Martij* 1613. *coram D. meo Decano, & in alijs per* Adden. *ad decis.* 459. *num.* 10. *coram Pap. Gregor. XV.* defectus autem nullitatis ex statuto Vrbis non est attendendus, nisi probata subiectione Ciuitatis Narniæ, de qua non
25 constat, nisi per attestationes, quæ non solent † fidem facere; & nihilominus districtuales Ciuitates vbi habent particularia statuta, & prout in ipsa donatione dicitur fuisse processum iuxta formam statutorum Narniæ,
26 tunc statuta loci districtus, non † autem Vrbis sunt seruanda, ita disponente altero statuto Vrbis 42. *lib.* 1. & de iure idem etiam determinant Bald. *in l. de quibus in n.* 3. *respons. ff. de legib.* Socin Sen. *cons.* 7. *num.* 7. *vol.* 1. Rot. *in Balneoreg. bonorum apud* Marches. *par.* 2. *fol.* 152. & ad litem motam super nullitate vigore monitorij 1. Martij 1627. sufficit respondere, de ea in actis non constare.

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Romana præstationis Cedulæ.

Die Veneris 1. Decembris 1628.

A R G V M E N T V M.

Protestatio, quando sit contraria facto, & quando non ad effectum, vt suffragetur. Mora quando dicatur incursa per debitorem, & an computetur mensis acceptationis termini. Pactum quando non dicatur pœnale.

S V M M A R I V M.

1 *Protestatio tollit mentem à facto, & per illam præseruatur ius parti.*
2 *Protestatio contraria facto non suffragatur.*
3 *Proprietarius, si recipiat canonem ab emphyteuta cum protestatione, quod non censeatur remissa caducitas, nihilominus censetur remissa, & nu.* 5.
4 *Protestatio non contraria facto, sed tollens mentem à facto, ac declarans animum recipientis, suffragatur.*
5 *Contraria simul minimè stare possunt.*
6 *Caducitas si per voluntatem Domini cessauerit, tunc si protestatur in contrarium, talis protestatio non subsistit.*
7 *Facta magis, quàm verba sunt attendenda.*
Mora non dicitur incursa, cum per debitorem non steterit, quominus solueretur, nu. 5.
8 *Mensis acceptationis termini non est computandus ad effectum moræ.*
9 *Mensis acceptationis termini debet imputari ad considerandam moram, quando in tempore suspecti termini non fuit facta solutio.*
10 *Depositio, quando parum valeret ad effectum excusandi à cursu moræ.*
11 *Promissio facta alicui, censetur pro prima vice.*
12 *Promissio, si referatur ad actum, qui plures ab eadem persona potest reiterari, tunc non intrat l. boues §. hoc sermone ff. de verb. signif.*
13 *Mora de iure Canonico potest purgari, quando ius partis non fuit factum deterius.*
14 *Mora quando conuentum est, quod non possit purgari, tunc cessat dispositio Iuris Canon.*
15 *Pœna, in casu moræ apposita, non debetur nisi quatenus incursa.*
16 *Pactum, quod non continet amissionem rei, vel pretij, vel solutionem vltra debitum, sed solum maiorem cautelam, non dicitur pœnale.*
17 *Bona certa si obligantur cum facultate illa distribuendi in euentum moræ in solutione, tunc tale pactum non dicitur pœnale.*
18 *Debitore existente moroso, quod liceat creditori capere fructus propria auctoritate, tale pactum non dicitur pœnale, cum tendat ad faciliorem exactionem.*

D E C I S I O CCXVIII.

CATHERINÆ legatariæ bon. mem. Ginebriæ Saluiatæ fuerant pro dicto legato cessa scuta mille ex census maioris summæ, quem Tholomeus Guarinus eidem Ginebriæ vendiderat cum expressa obligatione, quod si dictus Tholomeus, & illius hæredes in soluendis dictis annuis censibus essent morosi per duos menses post finem semestris tenerentur, &c. Itaut mora quantumuis etiam minima purgari minimè possit, &c. dare, & præstare vnam cautionem bancariam in Vrbe fide, & facultatibus idoneam ad contentamentum dictæ D. Ginebriæ, & suorum, &c. pro solutione dicti annui census pro triennio tunc proximo. Vnde cum Cecilia tanquam cessionaria Catherinæ coram A. C ad dictam cautionem contra Capitaneum Curtium Setaccium vti fideiussorem principaliter, & insolidum in præfato censu obligatum, ac successiuè contra illius hæredes egerit, atque obtinuerit, causa mihi commissa cum clausula, *si quid exequen.* Dubitaui, an mandatum A. C. esset exequendum, cuius dubij resolutio pendet ex duobus. Primò, an constet de mora. Secundò, quatenus sic, an possit purgari.

Et quantum attinet ad primum, cum semestre esset maturatum die 2. Augusti 1624. & solutio non fuerit facta nisi die 18. Octobris eiusdem anni, vtique cum iapsum esset, nedum semestre, sed etiam bimestre, negari non potest, quin mora fuerit incursa; Quamuis enim pecuniæ fuerint postea solutæ; Attamen non fuerunt receptæ simpliciter, sed cum protestatione, ac sine præiudicio cedulæ bancariæ, iuxta decretum R. P. D. Bichij tunc A. C. Locumtenentis, † quæ protestatio tol- 1
lit mentem à facto, itaut per illum fuerit præseruatum ius parti, *l. non solum §. morte vbi* DD. *ff de nou. oper. nunc.*

Neque obstat, quod ista † protestatio tanquam contra- 2
ria facto non suffragetur, *l. si extraneus in princ. ff. de acquir. hæred.* sicuti si Dominus recipiat canonem ab emphiteuta † cum protestatione, quod non censeatur re- 3
missa caducitas, nihilominus censeatur remissa, Mantic. *decis.* 200. *per tot.* Quia responsum fuit terminos esse diuersos, in casu enim nostro protestatio tollit mentem à facto, non autem est facto contraria, quia se compatiuntur adinuicem, quod fructus decursi debeantur, & quod pro fructibus decurrendis fideiussor propter moram teneatur præstare cedulam bancariam; vnde † protestatio non tanquam contraria facto, sed tol- 4
lens mentem à facto, ac declarans animum recipientis fructus suffragatur, Rubeus *in repet. d. l. non solum §. morte numer.* 349. *ff. de nou. oper. nunc.* Rip *in capit. cum* M. Ferrarien. *num.* 70. *&* 83. *de constitut.* Bursat. *cons.* 214. *numer.* 16. *lib.* 2. In casu verò emphiteusis protestatio est † facto contraria, quia non repetitur aliquid, quod pos- 5
sit præseruari, ex quo exactio pensionis, & caducitas sunt contraria, itaut simul stare minimè possint; Vnde cum caducitas per † voluntatem Domini cessauerit, nul- 6
lum ius illi protestanti potest reseruari, *vt benè per* Guidonem p. *decis.* 171. *& decis.* 172. *& ibi* Adden. Est enim inconueniens, quod quis eodemmet tempore habeatur pro emphiteuta, & pro non emphiteuta, ac ideò quicquid protestatio dicat † factum præualet verbo *vt dicit* 7
Bald. *cons.* 8. *n.* 2. *lib.* 1.

Non obstat, quod cum semestre fuerit maturatum die 2. Augusti, & fuerit actum ad fructus die 7. Septembris sequentis, procurator cum speciale mandato Curtij die 9. eiusdem mensis Septemb. & sic ante lapsum duorum mensium suscepit terminum, & die 6. Octobris pariter sequentis accessit ad domum Ceciliæ pro soluendis fructibus semestris, Vndè nulla fuit incursa mora, cum per ipsum debitorem non steterit, quo minus solueretur, ex quo oblatio satis erat facta in tempore,

8 re, cum mensis † acceptationis termini non esset computandus ad effectum moræ, *ad l. fideicommissi ff. de vsur.* & fuit dictum *coram me in causa Romana fideiussionis* 3. *Iulij* 1617. *&* 26. *Martij* 1618. quia fuit responsum susceptionem termini nullatenus suffragari, ex quo in tempore suscepti termini non fuit facta solutio: Vndè
9 mensis † ille debet imputari ad considerandam moram; Nec potest suffragari asserta oblatio facta Ceciliæ, quia de ea deponit vnicus tantum testis, cuius etiam
10 depositio parùm releuat ad † effectum excusandi ab incursu moræ, dum dicit Ceciliam respondisse, quod pecuniæ darentur famulo in præsentia testium, & quod eius Vir erat absens à Curia, quodque erat reuersurus intra 8. dies. Vnde supposito etiam citra veri præiudicium, quod ista essent vera, non est locus excusationi. Cur enim non fuerunt tunc solutæ pecuniæ, reportata quietantia saltem manu aliena, si mulier scribere nesciebat, vel si vir erat reuersurus intra 8. dies, quare pecuniæ statim post reditum Viri non fuerunt solutæ, aut saltem factum legitimum depositum in actis.

Nec etiam obstat, quod Ceciliæ fuerit sub die 3. Iulij 1619. facta prima cessio pro scut. 500. secunda verò sub die 23. Nouembris 1621. pro alijs scut. 500. Ac ideò licet sub die 21. Octobris 1620. post incursam moram pro primis scut. 500. ad dictam cautionem egerit, fuerunt nihilominus postmodum factæ, & receptæ solutiones absque aliqua protestatione; vndè censetur recessum à dicto
11 pacto, & sic † cessat promissio in futurum, cum intelligatur de prima vice, *ad l. boues §. hoc sermone ff. de verb. signif. &* latè Tiraq. *in princ. illius legis*; quia res-
12 ponsum fuit, quod † cum promissio referatur ad actum, qui pluries ab eadem persona potest reiterari, non intrat dispositio prædicti §. *hoc sermone, vt per* Tiraq. *ibid. lim.* 13. 20. *&* 22.

Quantum attinet ad secundum, an mora potuerit purgari, visum fuit Dominis in casu de quo agitur negatiuè
13 respondendum, quia licet de æquitate † canonica possit mora purgari, quando Ius partis non est effectum deterius, *cap. potuit de locato, cap. in tua de pœnis, & latè fuit deductum coram me in d. causa Romana fideiussionis* 3. *Iulij* 1617. *&* 16. *Martij* 1618. Attamen secus est in
14 casu isto, cum fuerit expressè, & specialiter † conuentum, quod mora quantumuis minima purgari non possit, Bald. *in l. sancimus* 26. *num.* 4. *per illum text. C. de fideiussorib.* Alex. *in l. in insulam numer.* 23. Rip. *numer.* 117. Crot. *num.* 82. *vers. quinto difficultas est*, Iacob Nig. *num.* 278. *ff. de verb. obl.* Mainer. *in l. nulla intelligitur mora nu.* 47. *ff. de regul. iur.* Crau. *super rita* 173. *numer.* 4. Afflict. *decis.* 174. *num.* 4. Corbul. *de caus. priuat. ob non solut. canonem limit.* 41. *num.* 12. Caput. *decis.* 247. *num.* 2. *par.* 1. Put. *decis.* 456. *num.* 4. *lib.* 2. *in correct.* vbi quod nemo dubitat de hac conclusione, *& ex Moderator. istam sententiam tenent, & alios referunt* Mancin. *de iuramento par.* 4. *effect.* 13. *numer.* 35. Adden. ad Seraphin. *de priuileg. iurament. priuil.* 88. *num.* 23. *lib.* 3. *& fuit resolutum in causa Romana pecuniaria* 8. *Martij* 1624. *coram bo. me. Vbaldo seniore.*

Neque est verum, quod istud pactum præstationis ce-
15 dulæ bancariæ in causa moræ contineat † pœnam, quæ non debetur, nisi quatenus intersit, Seraphin. *decis.* 809. *num.* 4. *& fuit dictum in causa Romana signoram* 4. *Iunij* 1603. *coram bon. mem. Cardin. Lancellotto iuniore*, quia fuit responsum, pactum istud non continere amissionem rei, vel pretij, vel solutionem vltra debitum, sed
16 concernere solum maiorem cautelam. Vndè † non est pœnale, *vt in puncto resolutum fuit in dicta causa Romana pecuniaria coram bon. mem. Vbalda*; Et sicuti census ab initio potuisset imponi cum dicta cautione cedulæ, ita potuit apponi pactum, quod cedula daretur in casu mo-
17 ræ; vt in simili, quando obligantur certa bona † cum facultate illa distribuendi in euentum moræ in solutione fructuum census, quod pactum non sit pœnale, Martin. *de iure cens. cap.* 6. *num.* 269. *& seqq.* Cencius *de censib.*
18 *par.* 1. *cap.* 1. *qu.* 3. *num.* 37. & debitore † extante moroso, quod liceat censuario capere propria auctoritate fructus fundi, & tamen hoc non sit pœna, cum tendat ad faciliorem exactionem census, Boccat. *de censib. p.* 2. *num.* 72. Mart. *d. cap.* 6. *num.* 357. Cenc. *post alios vbi supra num.* 35. *vers.* 4.

Ex quibus conclusum decretum R. P. D. Bichi esse exequendum, cum dicta cautio bancaria præstari debeat ex prædictis, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Romana pretij Grani.

Die Lunæ 11. *Decembris* 1628.

A R G V M E N T V M.

Debitor, quando non dicatur constitutus in mora aliquid consignandi, vel soluendi in loco destinato.

S V M M A R I V M.

1 *Ex pretij qualitate dignoscitur qualitas rei venditæ.*
2 *Comparatiuum supponit positiuum.*
3 *Expressum, licet non sit aliquid, tamen si proueniat ex natura rei, habetur pro expresso.*
4 *Expressum aliquid dicitur, quod necessariò consequitur ex expresso.*
5 *Ex præsenti benè arguitur in præteritum.*
6 *Debitor, quando non dicatur in mora.*
7 *Debitor non constituitur in mora consignandi, vel soluendi rem promissam in certo loco, nisi creditor probetur paratus recipere in eodem loco, num.* 17.
8 *Bart. doctr. in l. item illa num.* 23. *ff. de const. pecun. non habet locum in actore, sed in reo, & num.* 11.
9 *Debitor non constituitur in mora in loco solutioni destinato, non soluendo propter absentiam creditoris, sed non tamen liberatur à debito.*
10 *Osasch. decis.* 4. *nu.* 26. *& seq. declaratur.*
12 *Fundans se in aliqua qualitate extrinseca, quæ naturaliter se habeat ad esse, & non esse, siue sit actor, siue sit reus in negotio plurali, cum in hac qualitate sit actor debet illam concludenter probare.*
13 *Creditor non potest allegare in tempore ei non fuisse assignatam rem debitam, stante propria mora.*
Creditoris mora stante perinde est, ac si ab initio res debita ei consignata fuisset à debitore, nu. 13.
14 *Oblatio etiam sola verbalis operatur ipso iure liberationem.*
Ita vt periculum rei oblatæ transferatur in eum, cui fit oblatio, nu. 14.
15 *Oblatio habet vim consignationis.*
16 *Testis vnicus non probat.*
18 *Creditor, qui est in mora in non recipiendo triticum intra tempus conuentum, debitor potest etiam absque decreto iudicis illud vendere.*
19 *Tex. in l.* 1. *§. licet autem, ff. de pericul. & comm. rei vendit. extenditur etiam ad frumentum.*

D E C I S I O CCXIX.

DIE 15. Septembris 1623. D. Horatius Falconerius vendidit Communitati Parmen. modios 500. tritici superiori anno 1622. in Prouincia Marchiæ recollectos ad rationem scutor. 26. cum dimidio pro modio, quos in horreis Ariani conseruabat, promisitque illos consignare in loco Gori non multum distante à d. loco Ariani, & vt dictum fuit *Spediti alla vela à tutte sue spese liberi da ogni tratta, & Dogana*, Duobus etiam alijs adiectis conditionibus, videlicet, *che li grani debbano esser buoni, recipienti, mercantili, non fetidi, non puntj, o ben conditionati.* Secunda, *che il venditore sia obligato consegnare detto frumento per tutto il mese di Ottobre prossimo*, hoc est eiusdem anni 1623. *à chi sarà deputato dalla detta Communità, e non consegnandola possa*

la detta

la detta Communità prouederſene da altri ad ogni danno, & intereſſe del venditore. Et additum fuit *Che detta Communità ſia obligata pigliar la conſegna per tutto il meſe di Ottobre, & non la pigliando paſſato detto tempo reſtino à riſchio di detta Communità, e ſia obligata nondimeno pagare il detto prezzo, &c.*

Vnde cum elapſo tempore conſignationis D. Falconerius ex iudicis decreto alijs vendiderit granum minori pretio, quàm ſcut. 26. cum dimidio prætendebat Communitatem teneri ſupplere pretium, quod cum negaret Communitas, conſulta Rota ſuper hoc articulo cenſuit communitatem ad d. ſupplementum teneri.

Et cum iſte articulus tres habeat inſpectiones, quarum prima eſt, vt videatur, An granum eſſet qualitatis promiſſæ. Secunda quatenus ſic, quis defecerit. Tertia quatenus Communitas defecerit, An damnum D. Falconerij ſit adeò liquidatum, vt Communitas ad illud teneatur. Quantum attinet ad primam inſpectionem ſeptem teſtes, qui dantur in ſummario D. Falconerij numero ſecundo concordant, *Che li grani del meſe di Settembre, e per tutto il meſe di Ottobre, e doppo anco, & ſino alla vendita di eſſi, fatta alli Fornari, erano buoni, recipienti, mercantili non fetidi nè ponti, ma ben conditionati, e per tali communemente da quelli, che l'hanno veduti, & maneggiati ſono ſtati tenuti, & reputati*, & quartus, & quintus teſtes ſuper quarto vlterius ſubdunt, *perche è da credere, che ſe foſſero ſtati diuerſi, non hauerebbero hauuto ſpedito eſito, come hanno hauuto maſſime à Fornari, hauendoli comprati li Fornari de Ferrara, e cento*, quæ ponderatio optimè facit, vt in ſimili conſiderat Giouagn. *conſ. 43. numer. 33. verſic. ad hæc facit.* inſuper deponunt, quòd frumentum fuit venditum eodem pretio, quo aliud frumentum benè conditionatum communiter vendebatur
1 ex † qualitate enim pretij dignoſcitur qualitas rei venditæ *gloſſ. in l. 1. §. qui ſuperficiem in verb. agendo, & ibi* Bart. *num. 3. ff. de ſuperficiebus, idem* Bart. *in l. patronis §. 1. num. 1. verſ. fallit ſi ex coniecturis ff. de legat.* 3. Bald. *in l. 1. numer. 5. C. qui teſtam. facere poſſunt, & conſilio 245. numer. 1. in fin. lib.* 3. Surd. *conſil. 13. num. 37.* quos omnes in proprijs terminis deducit idem. Giouan *in conſ. 44. num. 23. eodem lib. 1.* vnde cum iſti teſtes concludant frumentum habuiſſe qualitates requiſitas in apoca non ſolum de tempore conſignationis faciendæ nempè per totum menſem Octobris, ſed etiam poſt, non videtur poſſe negari quin granum eſſet qualitatis promiſſæ, &c.

Neque obſtant verba primi teſtis, quæ ponderantur in contrarium, dum dicit, *Vero è, che in queſto vi ſono qualche Grani punti d'auantaggio di quello, che erano, quando mi furono moſtrate dette moſtre*, quaſi denotet,
2 quod de tempore anteriori adfuerint grana puncta, † cum comparatiuum ſupponat poſitiuum, Bald. *in l. 2. numer. 3. C. de probat.* Surd. *decis. 65. numer. 12.* Quia iſte teſtis declarat, quod dicta alteratio euenerat ex eo, quod Granum fuerat à menſe Octobris vſque tunc clauſum in horreo, ibi. *E queſto è ſeguito per eſſere ſtato in granaro dal meſe di Ottobre ſino adeſſo*. Nec dicatur quòd quamuis iſta ratio concludat quoad alterationem, non tamen excludat, quod de menſe Octobris non eſſet punctatum, quia cum nedum iſte teſtis, ſed alij depoſuerint, quod de menſe Octobris *li grani ſono ſtati buoni, recipienti, mercantili, non fetidi, nè punti*, ſequitur, quòd punctatio de qua videtur inferre iſte teſtis non fuerit talis, vt granum non eſſet recipiens, prout fuerat promiſſum, nam etſi fuerit etiam promiſſum non eſſe punctatum, tamen promiſſio debet intelligi, itaut non eſſet bonum, mercantile, &c. quia cum in apoca fuerit expreſsè dictum, quod granum erat recollectum de anno antecedenti *1621.* clarum erat quòd non poterat eſſe ſine aliquali punctatione, vt patet ex fide nobilium mercatorum Vrbis, de qua punctatione non intellexerunt partes, ſed de illa, quæ præter naturam rei operaretur, vt granum non eſſet bonum, & mercantile, & fetidum, li-
3 cet † enim hoc non fuerit expreſſum tamen cum proueniat ex natura rei, habetur pro expreſſo Iaſ. *in l. cum quid 3. ſub num. 17. ff. ſi cert. pet.* & ſufficit ad effectum,
4 quod dicatur expreſſum, † quod neceſſariò conſequatur ex expreſſo ſcilicet ab expreſſione, quòd triticum erat ſuperioris anni 1621. Bal. *in l. fin. in 10. oppoſitione num. 23. C. de hæred. inſtit.* Decian. *conſ. 10. ſub num. 15. vol. 5.* Pariſ. *conſ. 8. n. 17. vol. 1.*

Et hac reſponſione tolluntur etiam ea, quæ ponderantur contra ſecundum, tertium, & quartum teſtes, nam vltra quod dictus ſecundus deponit de poſſibilitate, ibi, *Può eſſere, che in eſſi vi foſſe qualche grano ponto, come ſogliono eſſere in quaſi tutti li grani vecchi*; non concludit de tali punctatione, itaut granum non eſſet mercantile, &c. prout tale fuiſſe ſupra depoſuerat, vt dictum eſt: tertius verò teſtis dum dicit, *Conuiene neceſſariamente eſſer deteriorato qualche poco ſi per eſſer ſtato chiuſo, ne detti granari, come anco per hauer ſentito il caldo proſſimo paſſato di queſt'anno*, vtique intelligit de ſolita deterioratione, quam habet granum vetus, cum ſtatim ſubdat *dal principio però di Settembre ſino per tutto Ottobre, & doppo è ſtato ſempre di buona conditione*, & idem repetit ſuper quarto, & recipit etiam declarationem à quarto teſte in verbis illis, *era di buona conditione, mercantile, e recipiente anco adeſſo vltimamente, non dico già dell'iſteſſa, che era del meſe di Settembre, & Ottobre, &c.* Ex quibus verbis negari non poteſt quin eliciatur probatio optimæ qualitatis, & nullatenus deterioratæ in menſe Octobris, ſi poſt deteriorationem frumentum erat adhuc *vltimamente di buona conditione mercantile, e recipiente*, & ſic moltò
† magis in præteritum, nempè de menſe Octobris, 5
Alciat. *reg. 2. præſumpt. 26.* Rota *deciſ. 37. & deciſ. 281. num. 2 part. 2. diuer.* & tandem ita reſpondetur obiectis contra ſeptimum teſtem, ibi, *Salua però detta poca deteriorazione*, quæ ideò debet intelligi de ſubſecuta poſt menſem Octobris.

Quantum attinet ad ſecundam inſpectionem, quis defecerit licet Falconerius teneretur deferre triticum ad locum Gori; tamen ad id non erat obligatus, niſi prius fuiſſet ei denunciatum Communitatem deputaſſe aliquos, qui granum reciperent, nè Falconerius conduceret granum in incertum ignorans cui granum eſſet conſignan. Imò & paratas eſſe naues, ſuper quibus potuiſſet onerari; debebat enim conſignari in loco Gori *ſpedito alla vela*, ideſt in naui, quæ illud vehere debuiſſet, propterea cum Falconerio non fuerit denunciatum, quis eſſet recepturus granum, & ſuper quibus nauibus debe-
ret onerari, vtique † ipſe non fuit in mora Bart. *in l.* 6
item illa col. fin. num. 23. ff. de conſtitut. pecun. vbi firmat debitorem non conſtitui in mora conſignandi, vel
ſoluendi rem promiſſam † in certo loco, niſi creditor 7
probetur paratus recipere in eodem loco, & benè comprobat hanc doctrinam Odd. *conſ. 50. an. 10. & ſeqq.* Alb. *conſ. 182. nu. 23.*

Non obſtat quòd doctrina † Bart. *in l. item illa* non ha- 8
beat locum in actore, ſed in reo, & ideò non faueat D. Falconerio, qui eſt actor, Communitas verò rea Oſaſch. *conſ. 4 à numer. 26. vſque ad 30.* vbi limitat doctrinam Bart. in caſu iſto, & in alio quocumque contractu, vltro citroque obligatorio, quando debitor ageret, firmans,
quod licet in terminis † doctr. Bart. debitor non conſtitua- 9
tur in mora non ſoluendo in loco ſolutioni deſtinato propter abſentiam debitoris, non tamen eſt liberatus à debito, ideoque quod agendo ad obſeruantiam contractus debet ipſe prius adimplere; quòd ſi non fecit actio ei non competit per reg. *text. in l. Iulianus §. offerri ff. de action. emption.* & hoc dictum Oſaſchi laudat, & extollit Cancer. *var. reſolution. lib. 2. capit. 6. numer. 144. in fin.*

Nam huic motiuo fuit reſponſum, Primò dictum
Oſaſchi † non applicari, quia Falconerius vendidit gra- 10
num, quod habebat Ariani, & ex prædictis patet circa qualitatem grani, quod adimpleuit ex parte ſua, ac proptereà cum deberet conſignari granum in loco Gori *ſpedito alla vela*, vtique in hac parte Falconerius erat debitor, & ſic reus, Communitas verò actrix, & ideò onus probandi quod adeſſet, qui reciperet in loco Gori, & quod naues eſſent paratæ, incumbit Communitati
iux. doctrinam † Bart. allegatam, quæ benè procedit 11
in caſu iſto, quia cum Communitas ſit actrix in hoc, quod teneatur probare præſentiam in loco Gori, debet probare iſtam qualitatem, qui enim ſe fundat in aliqua qualitate extrinſeca, quæ naturaliter ſe habet ad eſſe, & non eſſe, ſiue ſit actor, ſiue ſit reus in negocio principali,
cum in hac qualitate ſit actor, debet illam † qualita- 12

tem

tem tanquam fundamentum intentionis suæ probare, Cyn. *in l. Actor.* 23. *col.* 2. *num.* 2. *vers. si autem est negatiua qualitatis extrinsecæ*, & Albet. *col. fin. num.* 6. *vers. si autem est qualitas extrinseca C. de probation.* Bald. *in l si verò S. §. qui pro rei in fin. ff. qui satisd. cog.* Herculan. *de probanda negatiua num* 296. Et propterea Communitas tenetur probare, quod in loco Gori adesset qui reciperet granum, & quod naues essent paratæ ad onerandum.

Secundò fuit responsum, quòd ex testibus, qui dantur, constat Verugulam Agentem Communitatis sæpius extraiudicialiter fuisse interpellatum nomine Falconerij ad recipiendam consignationem de mense Octobris, cum protestatione, quod nulla mora Falconerio venditori imputaretur, vnde cum nihilominus non fuerit deputata persona, cui fieret consignatio, Communitas non potest allegare in tempore consignationem factam
13 non fuisse, † stante propria mora, quæ operatur, ac si ab initio granum fuerit consignatum, *l.* Fabio *scribit.* 50. *ff. de contrab. empt.* Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 26. *nu.* 25. Odd. *d. cons.* 50. *num.* 7. & 8. Senator Franciscus Niger Ciriacus *controu.* 227. *num.* 19. & 23. vbi in puncto quod
14 oblatio etiam sola verbalis † operatur ipso iure liberationem, itaut periculum frumenti oblati transfertur in eum,
15 cui fit oblatio, & latius *n.* 35. vbi quod † huiusmodi oblatio habet vim consignationis.

Neque obstat huic secundæ responsioni, quòd oblatio facta per Falconerium fuit facta in loco Ariani, non autem in locò Gori, vt deponunt testes in summario Communitatis num. 3. quia quoad primum, & secundum licet deponant de oblatione facta per Falconerium in loco Ariani, non ideò non potest inferri, quod Agens Communitatis interpellauerit Falconerium ad faciendam consignationem in loco Gori, & quod nihilominus post d. interpellationem fuerit denegata consignatio in prædicto loco Gori, de quo dicti testes nihil dicunt. Quintus verò potius facit in contrarium, dum dicit: *Io gli feci l' infrascritta oblatione, cioè, Signor Gio: Battista pigliate pure li grani del Sig. Falconerio, che se toccarà à lui di pagare il datio di Ferrara, lo pagarà, e se toccarà alla vostra Communità bisognarà, che anch' ella facci il medesimo*, ex his enim verbis patet, quòd nulla erat controuersia circa consignationem in loco Ariani, vel Gori, sed quòd solum tractabatur de solutione datij Ferrariæ, quæ reseruabatur cui de iure, non autem negabatur consignatio in loco Gori, & hoc respiciebat interpretationem pactorum, an in eis comprehenderetur respectu Falconerij etiam datium Ferrariæ, nec ex secundo teste examinato pro Communitate potest inferri, quod adesset qui reciperet granum, & quod super hoc fuit facta interpellatio, quia quicquid sit circa exceptio-
16 nes dicti testis, cum sit Parmeo. & † vnicus, quamuis dicat *Il Pernati*, scilicet Agens Falconerij *disse al Verugola*, qui agebat pro Communitate, *che non poteua consegnare il grano spedito alla vela, e con spesa, se prima non ne daua parte, e gli ne fosse dato ordine*, attamen tam ipse, quàm alij supradicti testes id non probant de tempore, quo erat facienda consignatio, & cum consignatio debuisset fieri per totum mensem Octobris, deberent probare d. responsionem fuisse factam de tempore quo non superesset tempus ad faciendam integram consignationem, itaut agens Falconerij es-
17 set in mora consignandi, quæ † quidem mora nullatenus probatur, cum nec probetur præsentia alicuius, qui loco Gori reciperet, nec quod naues paratæ essent ad vehendum triticum, vt dictum fuit.

Circa tertiam, & vltimam inspectionem fuit dictum damnum D. Falconerij esse sufficienter liquidatum, cum frumentum fuerit venditum partim ad rationem scut. 20. & partim ad rationem scut. 21. pro modio. Ideòque cum venditio fuerit facta Communitati ad rationem scut. 26. cum dimidio, Communitas tenetur ad interesse quanti minoris d. frumentum fuit venditum secundum pacta. Frumentum enim fuit venditum ex decreto iudicis, & licet Communitas non fuerit intimata, tamen sufficit, quòd venditio fuerit facta bona fide, nempè pro eodem pretio, quo tunc frumentum bonæ conditionis, & qualitatis communiter vendebatur, prout ita venditum fuisse deponunt testes in summ. num. 4. stante enim mora Communitatis in non recipiendo per totum mensem Octobris potuit Falconerius etiam
† absque decreto iudicis triticum vendere, vt est text. qui 18
loquitur de vino *in l. §. licet autem, vers. Commodius est ibi, aut vendere vinum bona fide, idest quantum sine ipsius incommodo fieri potest operam dare, vt quam minimè detrimento sit ea res emptori ff. de peric. & commod. rei vendit.* quem text. † ad frumentum extendit idem Se- 19
nator Franciscus Cyriacus Niger *d. controuer.* 226. *numer.* 62

Et ita fuit conclusum Communitatem teneri supplere vsque ad pretium conuentum vtraque parte informante.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Domus, & Saluiani.

Die Lunæ 11. Decembris 1628.

ARGVMENTVM.

Possessio ad effectum Saluiani interdicti qualiter probetur. Censum imponens super domo, in qua quis habet partem, licet tota in instrumento esset designata, nihilominus censetur impositus super d. parte.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*

2 *Testes, vt probent possessionem sufficit, quod de ea simpliciter deponant.*

3 *Possessio probatur per solam litis substentationem cum adminiculis.*

4 *Immissio denegari non potest creditori ex causa census, cum ei competat Saluianum.*

5 *In possessorio non admittitur exceptio de iure dominij, nisi fuerit incontinenti probata.*

6 *Saluianum nititur sola possessione, quam habet, qui pignus, vel hypothecam constituit.*

7 *Dominium debitoris in actione hypothecaria debet probari.*

8 *Obligasse, qui censetur rem propriam.*

9 *Censum imponens super re, in qua habet partem, censetur imposuisse supra d. parte, etiam quod tota res in instrumento esset designata.*

10 *Causa quælibet, solet excusare à desertione causæ.*

DECISIO CCXX.

SENTENTIAM in Salniano ad fauorem D. Felicis de S. Petro latam per Locumtenentem Illustriss. Vicarij, dixerunt hodie Domini esse confirmandam cuius iustitia, cum de validitate non dubitaretur, videbatur controuerti non posse; De credito enim cum hypotheca apparebat † ex publico instrumento, quod facit probationem 1
probatam, Bart. *in l. interest, num.* 2. *C. de solut.* Dec. *cons.* 36. *num.* 2. Ruin. *cons.* 128. *num.* 1. *lib.* 4. Surd. *decis.* 177. *num.* 4. vt etiam ad effectum Saluiani dixit pluries Rota, *vt in Romana Saluiani* 22. *Maij* 1599. *coram Penia, &* 19. *Nouembris eodem anno* 1599 *coram Cardinal Lancellotto, & Interamnen Saluiani* 14 *Decembris* 1611. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*: domum verò fuisse possessam à Francisco Pergolella tempore impositionis census probant duo testes, qui ne dum concludunt, eum dicto tempore possedisse, verum & antea, & postea vsque ad obitum in ea possessione continuasse, & fructum ex eadem domo percepisse, vt ideò dubitandum non esset, quin plenissimè possessionem anteriorem Francisci probarent, cum satis esset, quod † de eiusdem possessione 2
simpliciter deponerent, *l. stipulatio ista* 38 *§. hæc quoque, & ibi glos. in verb. stipuletur ff. de verb. oblig.* Alciat. *ibid. num.* 9. & 10. Bart. *in l.* 2. *nu.* 2. *C. de acquir. poss. & in tract. de testib. vers. testis dixit aliquem possedisse num.* 9. & 10.

Bald.

Bald. in l. data opera nu. 34. vers. item nota C. de his qui ac-
cus. non poss. & in auth. & qui iurat num. 4. C. de bon. auth.
iudic. possid. Dec. cons. 400. numer. 3. Cæs. de Graff. decis.
14. nu. 2. & 3. de testibus. Rot. decis. 307. num. 6. par. 1. in
recent. & nouissimè in Niciea. decimarum 27. Nouembr.
1626. coram R. P. D. meo Merlino, & in Romana dotis, seu
Saluiani 10. Iunij 1626. coram R. P. D. meo Durano; Et
ex iisdem etiam testibus probabatur possessio Augustini
3 Mancini rei conuenti, cum tamen † sola litis sublenta-
tio cum adminiculis sufficeret, Caputaq. decis. 372. nu. 1.
par. 2. Cæs. de Graff. decis. 4. de restit. spol. Rot. decis. 83.
num. 2. decis. 119. nu. 5. & decis. 360. nu. 2. par. 1. in recent.
Card. Seraph. decis. 1415. & in Firmana Saluiani 10. No-
uembris 1621. coram Reuerendiss. D. meo Decano, vt ideò
probatis requisitis in iudicio hoc Saluiani necessarijs, l.
1. & ibi gl. C. de precar. & Salu. interd. Bart. in l. 1. num.
3. ff. eod. tit. Aret. in §. item Seruiana instit. de action. Im-
4 missio D. † Felici negari non potuerit, cui vti creditori ex
causa census Saluianum competebat, Gabr. cons. 47. nu. 6.
& seq. lib. 1. Menoch. adipisc. possess. remed. 3. nu. 18. Af-
flict. decis. 383. nu. 3. & seq. Rota in Romana Saluiani 31.
Maij 1602. coram Iusto, & in Romana rescissionis instrumenti
27. Iunij 1613. coram Vbaldo, & in recent. decis. 294. num.
2. & seq. par. 1.

Quod verò ex parte Augustini explicabatur hanc do-
mum cessisse in portionem Sigismundæ matris, quam
Vincentius pater in suo testamento ex tertia parte sub con-
ditione si nuberet, hæredem instituerat, indeque non po-
tuisset à Francisco patruo sine eiusdem Sigismundæ con-
sensu obligari dixerunt Domini esse exceptionem de iure
5 dominij, quæ in hoc † iudicio non admittitur, nisi fuerit
incontinenti probata, vt sæpius decisum fuit, est dec. 307.
num. 14. decis. 369. nu. 4. par. 1. dec. 619. num. 4. par. 2. in
recent. & in Romana legatorum de Columna 27. Ianuar. 1614.
coram Card. Sacrato, & contrarium, possessionem scili-
cet Francisci de tempore impositionis census, probatum
6 fuisse, prout sufficit, cum Saluianum † nitatur sola pos-
sessione, quam habebat qui pignus, vel hypothecam con-
stituit, quinimò pignus non deducatur principaliter, sed
incidenter, & ad effectum iustificandi possessionem, con-
7 tra quam fiat † in hypothecaria, in qua necesse est probare
dominium debitoris, Contard. ad l. vnicam C. si de mo-
ment. poss. lim. 14. num. 14. Ripa in rubr. ff. de pignor. n. 19.
vers. secundo casu, Negus. de pign. & hypoth. 1. membr. 8.
par. princ. nu. 6. Corn cons. 190. nu. 1. vers. retente autem lib.
1. Rot. diu. p. 2. dec. 34. n. 16.

Et cum Franciscus esset, & ipse hæres Vincentij patris
8 pro tertia parte, vel ex quo dictam domum obligauit †
censetur illam in portionem suam agnouisse, indeque rem
propriam obligasse, Alex. cons. 3. nu. 5. lib. 3. Rolan. cons.
78. n. 19. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 39 n. 2 in fin. Rot dec. 456.
n. 5. par. 2. in rec. & in Romana domus 12. Maij 1617. coram
bo. me. Andrea; vel illam vti communem possidendo por-
tionem suam in domo valoris scut. 2000. vt concedebant
etiam informantes pro Augustino, benè potuit obligare
censu scutor. 24. & 2000. sortis, cum tertia pars scut. 665.
& vltra benè eius summæ esset capax, eamque solum ter-
9 tiam † partem censetur obligasse etiam quod tota domus
esset in instrumento census designata, Alex. cons. 54. nu. 2.
lib. 3. Hond. cons. 38. nu. 99. lib. 1. Rube. Alex. cons. 99. sub
nu. 2. Rot. dec. 249. par. 1. in recent. & coram Greg. XV dec.
225. nu. 1. & 16.

Ex quibus pro confirmatione sententiæ responderunt
cuius tamen exequutioni ex capite rei iudicatæ dixerunt
locum non esse, cum post interpositam appellationem à
die habitæ notitiæ, & præsentatam commissionem bon.
me. Buratto obtinuerit Mancinus fatalia appellationis
pluries coram R. P. D. meo Durano prorogari, coram
quo, & si Iudex non esset diligentia, quam Mancinus ad-
hibuit, ne causa desereretur, impedire potuit sententiæ
transitum in rem iudicatam, cum præsertim subrogatio-
nis, & commissionis antea præsentatæ R. P. D. Dunozet-
to neget se notitiam habuisse, ex quo non fuit citatus ad
10 dicendum contra commissionem, vt ideò † hæc etiam cau-
sa, prout omnis, & quæcumque solet, illum à desertione
valeat excusare, Put. dec. 228. lib. 1. dec. 130. lib. 2. Cresc.
dec. 1. & 8. de appell.

Et ita &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Ferrariensis Fideicommissi.

Die Veneris 15. Decembris 1628.

A R G V M E N T V M.

Filij in conditione positi non censentur vocati, hoc tamen fallit, quando adsunt coniecturæ, quæ suadeant, quod testator illos voluit vocare, & quæ coniecturæ ad hoc non sufficiant.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio, si sine filijs decesserit, expirat, quando hæres habuit filios.*

2 *Filij in conditione positi non censentur vocati.*
Quod procedit etiam in filijs testatoris, nu. 2.

3 *Cons. Oldrad. 21. cessat ex coniecturis contrarijs.*
Ab opinione glos. in l. Lucius in 2. ff. de hæred. instit. receditur ex coniecturis, nu. 3.

4 *Text. in l. Lucius in 2. ff. de hæredit. instit. declaratur.*

5 *Filiorum, & descendentium positorum in conditione existentia excludit substitutum.*

6 *In vocatione, quando adest, verbum, descendentes, & non adsunt verba denotantia tractum successiuum, tunc vocatio est per vulgarem, & non per fideicommissariam, & nec per reciprocam, num. 7.*

8 *Substitutio vulgaris solum honorat, fideicommissaria verò quoque grauat.*
De vulgari substitutione ad fideicommissariam ex diuersitate rationis non arguitur, nu. 8.

9 *Filii in conditione positi censentur vocati ex digressu testatoris ad plures gradus substitutionum, vide num. 11.*

10 *Digressus ad plures gradus substitutionum, quando non sit considerabilis, ad hoc vt filij in conditione positi non censeantur vocati.*

12 *Filii, & descendentes positi in conditione non censentur ex eo, quod sint positi in conditione cum qualitate, quod sint legitimi, & ex legitimo matrimonio nati.*

13 *Fœminæ descendentes, quando sunt positæ in conditione, tunc excluduntur ratione conseruandæ agnationis.*

14 *Vocatio in stirpes, & non in capita non infert, quod positi in conditione censeantur vocati, si non sit apposita respectu vocatorum in conditione positorum.*

15 *Positi in conditione an censeantur vocati propter substitutionem compendiosam.*

16 *Positi in conditione non censentur vocati, ex clausula omni meliori modo, vel clausula codicillari.*

17 *Positi in conditione, quando sunt ex descendentibus testatoris, vt censeantur vocati, admittuntur leuiores coniecturæ.*

D E C I S I O CCXXI.

ALBERTVS Bendedus filius Dianæ filiæ Petri Guareschi prætendebat ad sui fauorem factum esse locum fideicommisso Francisci Guareschi patris Petri, & ideò dato dubio, an constaret de fideicommisso, Domini, quoad portionem Margaritæ, & Hieronymæ particulariter voluerunt videre, quò verò ad portionem Petri de fideicommisso non constare dixerunt, nam Albertus habet duas regulas contra se; Vnam quod dum testator in codicillis dixit, quod si d. Petrus eius filius in pupillari ætate, vel quandocumque decesserit sine filijs, & descen-

denti-

dentibus masculis, & fœminis tunc, & his casibus, &
5 vtroque eorum instituit, & substituit † hæredes, &c.
consequenter cum Petrus habuerit, filios intrat vulga-
tum, *cons.* Oldr. 21. sufficere de tempore mortis Petri ex-
titisse filios licet postea decesserint, Seraphin. *decis.* 1373.
nu. 1. *& decis.* 491. *nu.* 2. *par.* 4. *diuers. & in recent. dec.* 486.
2 *num.* 1. *p.* 1. Alterum quod † filij positi in conditione, non
censentur vocati, *glos. in l.* Lucius *in* 2. *ff. de hæredit. in-
stit.* quæ procedit etiam in descendentibus testatoris Cæ-
phal. *cons.* 517. *num* 16. *&* 17. Rustic. *de fil. in condit. posit.
lib.* 1. *c.* 3. *nu.* 4 *ante fin.* Seraph. *decis.* 1486. *num.* 13. Greg.
decis. 329. *nu.* 3.
3 Et licet † à *cons.* Oldr. *& à Regula glos.* recedatur ex
coniecturis; Tamen in hoc casu non videntur adesse ta-
les, quæ suffragentur.

Prima enim, quod cum testator dixerit si Petrus deces-
serit sine filijs, & descendentibus posuerit in conditione
non solum filios, sed etiam descendentes, inter quos vi-
deatur inductum reciprocum fideicommissum, nihil facit,
4 nam in casu, d. † leg. Lucius nedum filij, sed etiam libe-
ri erant positi in conditione, & appellatione liberorum
veniunt descendentes, & tamen ibi non censentur voca-
5 ti, quia semper militat eadem ratio, † quod existentia fi-
liorum, & descendentium positorum in conditione exclu-
dat substitutum; sed non inde sequitur, quod positi in
conditione etiam per verba liberorum, & descendentium
sint vocati, & ideò hanc coniecturam reprobat Cæphal.
cons. 419. *nu.* 30. 31. *&* 74. *vers. ad quintum* Menoch. *lib.*
4. *præsumpt.* 76. *nu.* 76. Rota Bonon. *relata per* Giouagn.
cons. 82. *num.* 165. *lib.* 1. Fusar. *de substit. quæst.* 437. *nu-
mer.* 205.

6 Præsertim quia, etiamsi adsit † verbum descendentes
cum non adsint verba denotantia tractum successiuum,
& perpetuum, ac futuri temporis vacatio esset per vulga-
rem, non per fideicommissariam, nec per reciprocam,
Cuman. *in l. cum ita*, §. *in fideicommisso*, *num.* 4. *ff. de le-
gat.* 2. Bart. *in l. Gallus*, §. *quidam rectè*, *num.* 2. *& ibi* Ias.
num. 10. *&* 45. *in fin. ff. de liber. & posthum.* Surd. *decis.* 346.
num. 18 *& cons.* 554. *num.* 20. *vers. nec dicatur* Menoch.
consil. 327. *numer.* 34. Molin. *de primog. lib.* 1. *capitul.* 5.
numer. 17. Rota *diuers. decis.* 491. *num.* 4. *par.* 4. *& in re-
cent. decis.* 347. *numer.* 2. *&* 11. *part.* 1. Bellon. Iun.
cons. 26. *num.* 19. *& num.* 39. & propterea vulgaris per
aditionem expirauit, *l. post aditam C. de impub. & alijs
substitut.*

Secunda coniectura, quod Petrus, & eius descendentes
sint vocati in portione Margaritæ, & Hieronymæ soro-
rum, non vrget, quia videndum est, an testator intelle-
xerit de descendentibus Petri, vel Margaritæ, & Hie-
ronymæ; Nam Domini de portionibus Margaritæ, &
Hieronymæ particulariter videri reseruarunt; sed quate-
nus essent vocati, ex quo non adsunt verba significantia
7 perpetuitatem, & † tractum futuri temporis descenden-
tes non possunt prætendere nisi vocationem per vulgarem,
vt supra deductum est, & sic hæc coniectura vocationis
8 in portione sororum non vrget, quia † vulgaris solum
honorat, fideicommissaria verò quoque grauat, ideò ex
diuersitate rationis non arguitur de vulgari ad fideicom-
missariam, vt ita ad istam coniecturam respondet Decian.
cons. 26. *num.* 44. *lib.* 2. Bellon. Iun. *cons.* 26. *num.* 62. Alex.
cons. 24. *num.* 5. *vers. modo redeundo*, *lib.* 3. Ruin. *consil.*
504. *nu.* 12. *vers. sed his non obstan. lib.* 2. Rustic. *de fil. in
condit. posit. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 5. Giouagn. *cons.* 82. *numer.*
177. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 640. *nu.* 3. *&* 4. Fusar. *d. quæst.*
437. *num.* 192.

9 Tertia coniectura desumpta ex digressu † ad plures gra-
dus substitutionum non applicatur, quia vltra primam
substitutionem, alia substitutio de descendentibus est per
10 vulgarem quo casu digressus ad plures gradus † substitu-
tionum non est considerabilis Bellon. Iun. *cons.* 26. *num.*
62. Anchar. *cons.* 74. *num.* 2. *vers. vel saluando illam gl.*
& fuit dictum in *Romana fideicommissi* 21. *Aprilis* 1603.
coram D. Card. Millino impress. per Giouagn. *post cons.*
24. *num.* 57. *lib.* 2. *idem* Giouagn. *cons.* 82. *num.* 10. *vers.* 6.
Paris. *lib.* 1. Vltrà quod digressus ad plures gradus substi-
11 tutionum intelligitur † si Petrus decesserit sine filijs, &
descendentibus, maximè propter verba restrictiua,
tunc, & his casibus, & vtroque eorum, Rot. *diuers. dec.*
118. *num* 1. *p.* 1. *& decis.* 230. *nu.* 1. *par.* 2. *& in recent. dec.*
486 *n.* 18. *par.* 1. *& dec.* 538. *n.* 5. *par.* 2.

Quarta coniectura, quod filij, & descendentes sint po-
siti in † conditione cum qualitate, vt sint legitimi, & ex 12
legitimo matrimonio nati reprobatur magis communiter,
Petr. *de fideicom. quæst.* 9. *num.* 176. *& nu.* 201. *vers. verum
tamen* Rota *in recent. d. decis.* 538. *n.* 7. *par.* 2. *& in Comen.
fideicommissi* 11. *Martij* 1619. *coram bo. me. Buratto*, Fusar.
de substit. d. quæst. 437. *num.* 66 eo magis quia ponuntur
quoque † in conditione descendentes fœminæ, itaut ex- 13
cludatur ratio conseruandæ agnationis, Alex. *cons.* 115.
nu. 10. *lib.* 2. Aym. *cons.* 180. *n.* 1. *& cons.* 306. *nu.* 5. Rot. *in
recent. d. dec.* 486. *n.* 4.

Quinta coniectura de vocatione in stirpes, † & non 14
in capita facillimè tollitur, quia illa est apposita res-
pectu substitutorum non filiorum, & descendentium,
positorum in conditione ita Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.*
76. *num.* 74. Cephal. *cons.* 419. *num.* 74. Fusar. *d. quæst.*
437. *nu.* 208.

Sexta desumpta † ex compendiosa reijcitur à Fusar. *d.* 15
qu. 437. *nu.* 221. Rot. *Bononien. relat. per* Giouagn. *d. cons.*
82. *nu.* 172. *& seq. lib.* 1.

Clausula omni meliori modo, † vel codicillaris ni- 16
hil operatur, Rot. *decis.* 486. *num.* 26. *& seq. part.* 1. *re-
cent.* Fusar. *d. quæst.* 437. *num.* 227. Bellon. Iun. *d. cons.* 26.
num. 39.

Non obstat quod † in descendentibus sufficiant le- 17
uiores coniecturæ, quia plures ex supradictis non appli-
cantur, aliæ non sunt tales, quæ suffragentur ex supra-
dictis.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO

Perusina fideicommissi de Baptistis.

Die Veneris 15. Decembris 1628.

A R G V M E N T V M.

Plura notanda circa materiam substitutionum, de quibus in summario.

S V M M A R I V M.

1 *Qualitates non arguunt vocationem, sed inhærent illi, quando de ea constat.*

2 *Qualitas hæredis vniuersalis, non conuenit ei, qui est particularis legatarius.*

3 *De voluntate expressa morientium, quando agitur, non est locus prouisioni legum.*

Quæ adintrant tantummodo in casibus non prouisis, non autem vt prouisos subuertant, nu. 3.

4 *Substitutio pupillaris, quando habeat locum, & num. 6.*

5 *Bald. in cons. 17. vol. 2. & alij declarantur.*

7 *Substitutio pupillaris tacita facilius substinetur propter compendiosam.*

8 *Substitutio compendiosa comprehendit sub se, & vulgarem, & pupillarem.*

9 *Substitutio fa..a sub conditione, si omnes deficerent, & decederent, habet locum tàm ex capite deficientiæ, quàm non natiuitatis.*

10 *Paris. in cons. 74. num. 12. lib. 3. & alij declarantur.*

11 *Oldrad. in cons. 177. communiter reprobatur, & eius sequaces. nu. 14.*

12 *Natiuitatis non casus, semper est de casibus impotentiæ contentæ in vulgari substitutione.*

13 *Vulgaris substitutio semper habet locum, quocunque casu prior vocatus rem habere non possit.*

15 *Oldrad. cons. 177. quando sit inhærendum.*

16 *In tacita vulgari etiam supposita comprehensione casus non natiuitatis ex compendiosa, non tamen intrat pupillaris per casum non natiuitatis, sed tacita vulgaris.*

17 *Substitutioni vulgari, quando non sit locus.*

18 *Corn. in consil. 276. numer. 52. vol. 3. declaratur.*

Substitutio facta posthumo, si nascetur, militat etiam

tut etiam eo non nuto, numer. 18.

19 *Successio non datur ex persona, quæ non fuit, & num. 20.*

21 *Substitutio compendiosa continet plures substitutiones, & plures casus.*

22 *Successor non capit, quod auctor non habuit.*

23 *Pater pro filijs impuberibus testari potest.*

24 *Hæreditates infantium solent adiri per eorum tutores, aut patres per actus tacitos, & leuiores.*

25 *Soccin. in cons. 52. nu. 14. vol. 1. declaratur.*

DECISIO CCXXII.

VISUM fuit standum esse in decisis 28. Maij 1627. * ex eisdem rationibus, & fundamentis: quia D. Antinorus neque ex testamento Petri Iacobi, neque ex persona Hieronymi eius filii vltimo decedentis probat sibi Ius succedendi apertum esse.

Quoad paternam dispositionem verè D. Antinoro dici potest, substitutio de te non loquitur, nam testator prouiso sibi de hæredibus vniuersalibus, nempe Ioanne Baptista, & Hieronymo, & de quocumque alio filio masculo sibi nascituro ex se & legitima sua coniuge, altero ex dictis filijs hæredibus vniuersalibus moriente in pupillari ætate, vel aliàs quandocunque sine filijs, & descendentibus masculis legitimis, & de legitimo matrimonio natis, substituit alios filios masculos supradictos superuiuentes, & filios ac descendentes masculos legitimos, & naturales de legitimo matrimonio natos ab illo, aut illis, qui iam fuissent præmortui in stirpes, & non in capita, deficientibus autem omnibus descendentibus masculis legitimis, & de legitimo matrimonio per rectam lineam masculinam ex masculis natis, & ita extincta & defecta omninò linea masculina masculorum supradictorum ipsius testatoris, vltimo masculo deficienti in omnibus bonis, & hæreditate sua substituit proprias filias fœminas legitimas, & de legitimo matrimonio ex ipso testatore natas, & filias fœminas filiorum suorum, inter quos à prima vocatione vsque ad vltimam non legitur comprehensa persona D. Antinori cui de legato scutorum quatuor millium fuerat prouisum in separata parte & dispositione.

Vnde non est constituendum aliquod fundamentum quod cum testator honorificè tractauerit D. Antinorum honorando illum titulo legati satis ampli vti filium quamuis naturalem, propterea prole masculina legitima deficiente in substitutione videatur comprehensus concurrentibus qualitatibus, quia filius masculus, & superstes Menoch. *præsumpt.* 60. *nu.* 19. *lib* 4. Modern. Brixien. *de*
1 *substit. quæst.* 281. *n.* 10. cum alijs allegatis: quia † qualitates non arguunt vocationem, sed inhærent illi, quando de ea constat, in præsenti autem de illa constare non potest; quia testator vocauit filios ex se, & coniuge sua, qualis non est D. Antinorus naturalis, qui ex soluta natus reperitur, sequentes verò substitutiones ponuntur cum relatione ad dictos filios, ibi, & si aliquis de dictis suis filijs, & hæredibus vniuersalibus moreretur, substituit alios filios masculos supradictos, & paulo infra ibi, & casu quo decederent omnes descendentes masculi, & omninò extincta remaneret linea masculina masculorum supradictorum ipsius testatoris substituit fœminas filias, & de legitimo matrimonio natas ex ipso testatore, quarum superstes nunc est D. Beatrix, ita ut ex serie substitutionum non videatur relictus locus dubitandi de alijs personis, quàm de proprijs filijs ex se & coniuge sua natis, & de descendentibus ex legitimo matrimonio, inter quos non est connumerandus D. Antinorus. Nec euitari potest sensus illius dictionis relatiuæ supradictos, & supradictorum, quasi apta sit comprehendere omnes masculos indistinctè testatoris filios superstites, & sic etiam naturales nominatos in testamento, quia littera benè se explicat per differentiam essentialem, quæ ad sensum patet, ibi, *se alcuno de' detti suoi figliuoli, & heredi vniuersali morisséro*, quæ qualitas hæredis vniuersalis, cum non conueniat D. Antinoro, qui
2 est † particularis legatarios, in relatione tanquam persona diuersæ qualitatis comprehendi non potest, & nihilominus mirabiliter differentiam hanc tangit Bart. *in l finali, nu.* 2. *ff. ad Trebellian.* quam sequuntur Ruin. *cons.* 358. *n.* 9 *lib.* 2. Honded. *cons.* 63. *nu.* 15. *lib.* 2. Menoch *cons.* 529. *n.* 1 *& sequen.*

Quo verò ad legalem dispositionem ex ea pariter iuuari non potest D. Antinorus, quia dum agitur de † expressa 3
morientium voluntate, locus non est prouisioni legum, quæ subintrant tantummodo in casibus non prouisis, non autem in prouisos subuertant Bald. *in l. quicunque, nu.* 13. *C. de seru. fugit.* Soccin. Sen. *cons.* 30. *nu.* 32. *lib.* 1. Put. *dec.* 193. *num.* 2. *lib.* 2. & in præsenti ex testamento eiusdem Petri Iacobi firmatum fuit in decisione causæ prouisum fuisse successioni filiorum eiusdem in pupillari ætate decedentium per substitutionem fœminarum filiarum testatoris superexistentium.

Non obstat, quod si hæc prouisio referatur ad expressam substitutionem pupillarem, quod illa sit restricta inter Io. Baptistam, & Hieronymum altero scilicet moriente succedat superstes, non autem D. Beatrix, si verò tacitam pupillarem ex compendiosa desumptam inferat in casu quo deficerent omnes descendentes masculi legitimi, & naturales de legitimo matrimonio nati tunc cesset, quia substitutio fœminarum non legitur facta Hieronymo, aut Ioanni Baptistæ; sed vltimo masculo deficienti ex descendentibus ipsorum filiorum.

Quia in primo casu sustinetur † expressa pupillaris non 4
obstante quod videatur apposita filijs primi gradus, quia per coniunctionem casus non existentiæ illorum videtur continuatus sermo prouisionis in casu pupillaris, vt in prima decisione fuit firmatum ex Bald. *cons.* 17. *vol.* 2. Crau. *cons.* 208. *nu.* 6. Thesaur. *dec.* 200. *n.* 10. Menoch. *cons.* 106. *num.* 370. *& cons.* 148. *num.* 18. Peregr. *cons.* 32. *nu.* 24. *lib.* 2. quibus accedunt idem Menoch. *præsumpt.* 178 *nu.* 30. *lib* 4. Oddo *cons.* 95. *nu.* 82. *& sequen.* Nec euitantur rationes & auctoritates supradictæ ex eo, quod Bald † & alij loquan- 5
tur ad effectum inducendi repetitionem pupillaris in sequenti casu à testatore prouiso, non autem variandi casus, in quibus fit substitutio, vt scilicet fœminæ succedant filijs primi gradus per pupillarem, quibus non sunt substitutæ, sed eo in casu alij filij masculi descendentes: quia differentia fortè euitaret rationem coniunctionis casuum, & continuationis sermonis, nisi concurrant ad inuicem casus deficientiæ, & non natiuitatis, prout concurrere in decisione causæ fuit firmatum ex Menoch. Surd. Laderch. & alijs in ea adductis; nam † tunc 6
sublato de medio gradu filiorum non existentium; postquam de tempore obitus Hieronymi in ætate pupillari Io. Baptista non extabat, & alij nati non erant, benè conueniat subintratio vltimi gradus fœminas comprehendentis, vt latissimè aduertit, & comprobat Laderc. *d. cons.* 72. *n.* 4.

In secundo etiam casu facilius sustinetur † tacita pupil- 7
laris ex compendiosa deducta, quia sicut ex formulis substitutionum, de quibus agitur, non dubitatur de existentia compendiosæ: dum leguntur conceptæ sub conditione necessaria, si alter eorum decederet in pupillari ætate, vel aliàs quandocunque, & in vltima substitutione dicatur casu quo deficerent omnes descendentes masculi, Surd. *decis.* 37. *num.* 1. Laderch. *consil.* 72. *numer.* 4 Bellon. Iun. *cons.* 19. *num.* 9. Modern. Brixien. *de substitut. quæst.* 23. *num* 34. Rota *decis.* 519. *num.* 4. *part.* 1. *& decis.* 332. *num.* 9. *part.* 2. *recent.* ita nec in dubium reuocari debet, quin sub ea comprehendantur, † & vulgaris, & 8
pupillaris per quas respectiuè vocari directè succedunt pupillo, & intrant locum deficientium in gradu præcedenti, Bart. *in l. quamdiu* 68. *nu.* 10. *ff. de acquir. hæred. communiter receptus*, Laderch. *cons.* 72. *nu.* 4. Peregr *de fideic. art.* 15. *num.* 14. *& cons.* 32. *n.* 23. *lib.* 2. Rot. *decis.* 332. *n.* 6. *&* 7. *& decis.* 403. *nu.* 10. *par.* 2. *recent.* atque ita cum D. Beatrix tanquam vocata † per vulgarem intret in locum an- 9
teriorum in gradu tam ex capite deficientiæ, quam non natiuitatis, vt iam fuit firmatum in decisione causæ ex Menoch. *præsumpt.* 65. *nu.* 2. *lib.* 4. *& cons.* 1063. *num* 1. *&* 10. Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 6. *num.* 1 Surd. *decis.* 37. *num.* 26. Laderch. *cons.* 72. *nu.* 2. *&* 4. Rot. *decis.* 453. *nu.* 6. *part.* 2. *recent. & in Bonon bonorum de Grifonibus* 18. *Februar.* 1619. *coram bon. mem. Buratto*, decedente Hieronymo in ætate pupillari à directa successione illius excludi non potest.

Et quamuis Paris. *cons.* 74. † *num.* 12. *lib.* 3. Eugen. 10
cons. 99. *num.* 21. Peregr. *de fideicomm. articul.* 21. *num.* 24. & alij adducti pro hac opinione per eundem Peregr. *art.* 15. *num.* 16. *& cons.* 55. *num.* 7. *&* 22. *lib.* 2. omnes moti ex ratio-

rationibus Oldrad. *conf.* 177. videantur firmare casum non
intrare, quando testator expresse prouidit in casum mor-
tis, & prout dicebatur factum in casu proposito ibi, &
casu, quo decederent omnes descendentes masculi per
rectam lineam masculinam nati, ex quibus verbis infe-
rebatur voluntas restricta ad casus expressos, non au-
tem ad impossibiles: dum considerauit testator initium,
11 medium, & finem suæ lineæ; attamen † Oldradus
communiter reprobatur, & illi qui eundem sequuti
12 sunt: quia casus non natiuitatis semper est de casibus †
impotentiæ contentæ in vulgari secundum *glos. & tex-
tum in l. penultim. ff. de ventr. inspic.* Bart. *in l.* 1. *num.* 33.
ff. de vulg. & pupill. & vulgaris semper locum habet
13 quocunque casu prior vocatus † rem habere non possit
l. eum proponat, C. de hæred. instit. Bart. *in l.* 3. *§. finali,
ff. de liber. & posthum.* quinimo Dec. *conf.* 227. *numer.* 3.
sustinuit per verbum *mancassero* expressum fuisse casum
non natiuitatis, sed vt dicebatur in specie reprobant Ol-
14 drad. & † sequaces, infiniti qui referuntur per Peregr.
d. artic. 15. *& sequen. & conf.* 40. *numero* 2. *vol.* 1. *&*
55. *num.* 18. *vol.* 2. Decian. *conf.* 1. *vol.* 1. Surd. *consil.*
236. *num.* 26. Laderch. *conf.* 31. *&* 72. nec opinioni Ol-
15 dradi † inhærendum est, nisi eo casu, quo testator de-
clarasset voluntatem suam per verba taxatiua, aut ex
coniectutis benè concludentibus illa desumi posset Mar-
zar. *conf.* 1. *num.* 1. *& sequen. &* Rota *cum hac declara-
tione transiuit in Bononien. de Grifonibus supra allegata*,
& Peregr. *eod art.* 15. *num.* 16. idem sequitur; vt pro-
pterea decisio, quæ reuidetur sentiens obiectum respondet
non constare de coniecturis, ex quibus à communi regula
& opinione sit recedendum.

16 Non obstat, quod adhuc supposita † comprehensio-
ne casus non natiuitatis in tacita vulgari ex compen-
diosa non tamen intrat pupillaris per casum non nati-
uitatis, sed tacita, vulgaris Corn. *conf.* 276. *num.* 12.
17 *vol.* 3. & vulgari locus † non sit sequuta aditione per
pupillum *l. post aditam, cum glos. C. de impub.* Peregr.
de fideicomm. artic. 15. *num.* 3. Soccin. Sen. *conf.* 52. *num.*
14. *vers.* 3. *est casus vol.* 1. de qua aditione dicebatur in
præsenti constare.

Quia fundamentum obiecti non probatur ex rationibus
18 Cornei: † dicit quidem quod substitutio facta posthu-
mo, si nascetur, militat etiam eo non nato: quia sub
pupillari illa de posthumo continetur tacita vulgaris,
si non nascatur per *l. qui ventri cum gloss. ff. de ventr.*
19 *inspic.* & est verum, quia † non datur successio ex per-
sona, quæ non fuit; sed per aliam substitutionem,
nempè vulgarem capit vocatos, dum intrant locum eius,
qui sperabatur nasci, nec natus fuit: sed in casu nostro
D. Beatrix non agit de intrando locum Hieronymi non
nati, sed in locum eorum, qui vocati fuerunt ad eius
successionem ante ipsam, nec nati fuerunt, propterea
per vulgarem in locum eorum subintrat sublatis eisde
medio, vel per non aditionem, vel per impotentiam
20 naturalem, † aut euentualem non succedendi, & sub
ingressa tunc succedit Hieronymo in pupillari ætate
decedenti ita Bart. *mirabiliter distinguit in d. l. quamdiu*
68. *num.* 10. *ff. de acquir. hæred. & illum sic intelligant*
Peregr. *d. artic.* 15. *num.* 14. *cum aliis ab eo allegatis*,
& Paris. *conf.* 73. *num.* 28. *lib.* 3. Surd. *conf.* 347. *numer.*
16 *lib.* 3. Laderch. *conf.* 3. *num.* 10. *&* 72. *num.* 4. & est
etiam verum, quod adita hæreditate per pupillum non
est locus vulgari, vt per eam pupillo succedatur, sed
est etiam erroneum, quod cessante vulgari non detur
intra tempora pubertatis successio ex pupillari, quia
21 compendiosa † tanquam continens plures substitutio-
nes, & plures casus per existentiam vnius non tollitur
alter, nam continet vulgarem, si grauatus decesserit
ante aditam, & si decesserit post aditam in pupillari
ætate resultat pupillaris, & si defecerit post aditam in
adulta ætate intrat fideicommissaria, Peregr *latissime
explicant de fideicomm. art.* 34. *num.* 12. *& conf.* 32. *num.* 26.
vol. 2. & tradunt omnes *in l. centurio de vulgar. & in l.
precibus, C. de impuber.* quinimò nisi pupillus adiret hæ-
reditatem paternam pupillariter substitutus succedere
non posset: quia impossibile esset hæreditatem illam
acquiri substitutis, nisi prius illa fuerit quæsita pupil-
22 lo per regulam, quod † successor non capit, quod au-
ctor non habuit *l. traditio ff. de acquir. rerum domin.* Pe-
regr. *conf.* 46. *num.* 12. *lib.* 1. & si daretur quod adita
hæreditate per pupillum expiraret pupillaris insimul
facile extingueretur patris priuilegium à lege datum, vt
pro filijs † impuberibus testari possit, de quo *in l.* 2. *ff. de* 23
vulgari, & in §. igitur inst. de pupill. substit. ex quo
hæreditates † etiam infantium soleant adiri per eorum 24
tutores, aut patres per actus tacitos & leuiores, *l. si
infanti, C. de iur. delib.* Bart. *in l. gerit. num.* 30. *ff. de
acquir. hæred.* Crass. *in §. transmissio quæst.* 26. *numer.* 2.
Thesaur. *decis.* 88. *num.* 2. *&* 3. & propterea Soccin. Iun.
in allegato cons. 52. *num.* 14. *vol.* 1. *vers.* 3. *est casus*,
benè euitatur, quia † loquitur de aditione facta per sub- 25
stitutum primo loco vocatum non autem de aditione pu-
pilli, & similiter in eisdem terminis loquitur Decian. *su-
pra allegatus in consil.* 81. *num.* 4. *vol.* 2. per quam benè
tollitur pupillaris per effectuationem successionis substitu-
ti in priori loco existenti, quod idem non est si ille vel de-
fecerit, vel non fuerit natus, & posterior subintrat locum
illius: quia eueniente casu pupillaris potest, sicuti pote-
rant alij defecti succedere.

Ex quibus cum clarissimè constet de non iure D. Anti-
nori petentis immissionem, visum fuit & à decisis non re-
cedere, & quæstionem de releuantia legitimationum tàm
in vita Petri Iacobi patris D. Antinori, quam post ob-
tentatum non intrare: quia etiam illis suppositis præua-
let causa testati ad fauorem D. Beatricis, & nihilominus
in prima, iura venientium ab intestato fuerunt præser-
uata, & secunda non potuit tollere ius iam quæsitum ipsis
ab intestato venientibus post obitum Petri Iacobi testato-
ris, vt in prima decisione fuit firmatum, & ita fuit con-
clusum, &c.

* Habetur hæc decisio infra in Additione prout in Indice
in eius fine posito.

R. P. D. GHISILERIO.

Nouarien. Legitimæ.

Die Veneris 15. *Decembris* 1628.

ARGVMENTVM.

Legitima matri de iure debetur in bonis filij, & quid si transitum fecerit ad secunda vota, & quando ista iniuria censeatur remissa à filijs.

SVMMARIVM.

1 *Processus vt dicatur validus, quæ requirantur.*
2 *Decisiones Rotæ ostendunt bonum ius.*
Legitima matri negari non potest, nu. 2.
3 *Verba debent intelligi secundum dispositionem iuris.*
4 *Legitima debetur de bonis, quæ non sunt subiecta fi-
deicommisso.*
5 *Matri non debetur legitima in bonis liberis; &
paternis ad hæreditatem filiorum pertinentibus
nisi quoad vsumfructum, si transiuerit ad secun-
da vota.*
6 *Filij per emissionem professionis habentur pro mor-
tuis, maximè quoad ius iniuriæ, & vindi-
ctæ, quando mater transitum fecit ad secunda
vota.*
8 *Pæna secundo nubentium fauore filiorum est inducta,
ideò cessat, si filij prædecedant, cum d. iniuria mor-
te extinguatur, num.* 7.
9 *Hæredes filiorum non habent ius donandi de iniu-
ria facta filijs, à matre per transitum ad secunda
vota.*
10 *Matri, quando debeatur legitima à filijs, non obstante
transitu ad secunda vota.*
11 *Professio si fuerit facta in Religione capace bonorum, an
tunc professus habeatur totaliter pro mortuo.*
12 *Professus in Religione & capaci bonorum, non potest
prosequi iniuriam ei factam à matri per transitum ad
secunda vota.*
Religio non dat de iniuria Monachi, nu. 12.
13 *Religio retinet iura agnationis quoad successionem ex
persona Monachi.*
14 *Statutum excludens fœminas propter agnatos
cessat,*

cessat; quando agnati non succedunt.
15 *Statutum excludens fœminas propter agnatos procedit respectu agnatorum, non autem aliorum extraneorum.*
16 *Personis nominatis, vel contemplatis à Statuto circa successionem non existentibus, vel non succedentibus, tunc cessat dispositio d. statuti, & intrat ius commune.*

DECISIO CCXXIII.

DIXERVNT Domini validam, & iustam sententiam R.P.D. mei Pirouani confirmatoriam alterius Ordinarij Mediolanen, qua fuit resolutum tertiam partem omnium, & quorumcumque bonorum relictorum per Hieronymum nunc Don Gaudentium, & Ioannem Baptistam nunc Don Paulum fratres de Calcaterris professos, in Vesi Religione Congregationis Clericorum Regularium Sancti Pauli pertinuisse, & spectare D. Paulæ eorum matri iure legitimæ in bonis dd. filiorum debitæ vnà cum fructibus à die motæ litis.

1 Ex processu resultat validitas, † quia interuenerunt
omnia requisita, de quibus per Caputaq. *decis.* 260. *par.* 2.
sæpè per Rotam canonizata, & quæ aliàs opponebantur,
fuerunt sublata 3. Iulij præteriti coram R. P. D. meo Pirouano, & ex decisionibus 3 Decembris 1627. & 5. Iunij
2 præteriti coram eodem, † iustitia probatur *san. me.* Greg.
XV. *decis.* 524. *nu.* 4.

Nam legitimam matri esse debitam negari non potest, *l. nam, & si parentibus, ff. de inoff. testam.* Seraph. *decis.* 1365. *numer.* 1. Modern. *de legit. lib.* 1. *quæst.* 12. *num.* 2. *& seqq. & est tertia totius hæreditatis in qua ipsa ab intestato succederet gl. in auth. nouissima, C. de inoffic. test. & in auth. de trienn. & semiss. dd.* Modern. *vbi sup. numer.* 7. Surd. *cons.* 404. *num.* 9. Thesaur. *decis.* 172. *nu.* 6. Rot. *decis.* 421. *par.* 4. *diuers.* Vnde cum nihil in sententia fuerit præterea firmatum, nisi quod detur immissio matri in tertia totius hæreditatis professorum oppositio, & quærela Congregationis appareat irreleuans.

Neque obstat quod in sententia dicatur tertiam partem
omnium, & quorumcunque bonorum per filios tempore
emisse possessinuis relictorum deberi matri iure legitimæ.
3 Quia ista † verba intelligi debent iuxta iuris dispositionem de illis bonis, quæ verè fuerunt per dd. filios relicta,
Bart. *in l. si fundus, §. in venditione, numer.* 4. *ff. de pignorib.* Crauet. *cons.* 74. *numer.* 9. *san. mem.* Gregor. XV. *decis.*
4 176. *numer.* 3. & sic de † tertia parte bonorum, quæ erant
propria, non quæ sunt de fideicommisso, Alex. *cons.* 46.
num. 3. *lib.* 5. Rota *decis.* 137. *nu.* 2. *par.* 2. *recent.* & in executione, & liquidatione poterit videri de fideicom. & de
transactione, & cessione, contra quam multa deducuntur
per informantes.

5 Non obstat quod in bonis liberis, † & paternis ad hæreditatem filiorum pertinentibus non debeatur matri legitima nisi quo ad vsumfructum, quando transiuit ad secundas nuptias, quia cum filij per emissionem professionis
6 habeantur † pro mortuis maximè quoad ius iniuriæ, &
vindictæ, Federic. de Sen. *cons.* 35. *numer.* 3. *vers. ad iura,*
7 Dec. *in cap. in præsentia, nu.* 224. *de probat.* & morte †
extinguatur hæc iniuria ad [illegible] deducta per Sanch *de matr. disput* 89. *num.* 20. ex eorum persona non potest opponi de
8 transitu ad secundas nuptias, vnde cum pœna secundo †
nubentium fauore filiorum inducta cesset filijs præcedentibus, Anan. *consil.* 101. *in fin.* Dec. *in rubr. C. de secund.*
9 *nupt.* & ius dandi de huiusmodi † iniuria non transit ad
hæredes, *l. si cum §. fin. ff. si quis caut. & l.* 1. *§. hæredem, ff. de priuat. debit.* & propterea meritò matri debetur legiti-
10 ma, † non obstante transitu ad secunda vota vt reprobatur, *Glos. in auth ex testamento, C. de secund. nupt. voluit* Bat. *ibi nu.* 1. *idem* Bart. *in auth. de non eligen. secundo nuben. §. hoc autem, nu.* 1. Ruin. *cons.* 8. *num.* 18. *& cons.* 21. *nu.* 2. *lib.* 3. Rota *decis.* 629. *nu.* 1. *p.* 1. *recent.*

11 Nec suffragatur quod professio † fuerit in Religione capaci, & consequenter filij non habeantur totaliter pro mortuis, quia quicquid sit quo ad retentionem iurium sanguinis, & successionis per *glo.* & Doct. *in l. Deo nobis, C.*
12 *de Episc. & Cler.* secus est † quoad prosequendum iniuriam huiusmodi, & Religio non dat de iniuria Monachi,
sed solum illius consanguinei, Boer. *decis.* 121. *numer.* 9.
13 Feder. de Sen. *cons.* 174. licet retineat iura † agnationis
ex persona Monachi, quo ad successionem, Farin. *quæst. crim.* 13. *nu.* 25.

Statutum Nouariæ excludens fœminas propter agnatos non obstat quin mater sit admittenda, quin cessat dispositio † statuti ex quo agnati non succedunt, sed excluduntur à Monasterio, vt not. Bald. *in l.* 1. *numer.* 27. *C. de secund. nupt.* & statutum † procedit respectu agnatorum 15
non autem aliorum extraneorum, Maresc. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 10. *numer.* 13. *in* 4. *casu* Modern. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 23. *numer.* 9. vbi quod non existentibus, seu non succedentibus personis nominatis, † & contemplatis à statu- 16
to dispositio statuti cessat, & locum habet ius commune, Soccin. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, num.* 9. *ff. de liber. & posth. & cons.* 150. *num.* 26. *&* 27. *lib.* 1. Mangil. *de imput. & detract. quæst.* 7. *nu.* 50.

Vtraque parte, &c.

Supra in hac causa habetur vna decisio coram R.P.D. Pirouano sub die 3. Decembris 1627. est decisio 116. & infra habentur aliæ sub diebus 4. Aprilis 1629. & 18. Iunij eiusdem anni coram eodem R. P. D. Ghisilerio sunt decisiones 267. & 306.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Romana, seu Carthaginesi Pensionis.

Die Mercurij 20. Decembris 1628.

ARGVMENTVM.

Obligatus soluere cum alio, siue pro parte, siue insolidum soluendo, solidum repetit à correo. Solutio facta per principalem, liberat fideiussorem. Fideiussori competunt omnes exceptiones, quæ competunt principali.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus soluere cum alio, siue pro parte, siue insolidum soluendo, solidum repetit à correo.*
2 *Pacta vltima derogant prioribus.*
3 *Compensationis exceptio non admittitur, quando debitum non fuit probatum.*
4 *Obligatus in forma Cameræ, vti tertius non gaudet beneficio compensationis.*
5 *Solutio facta per principalem, liberat fideiussorem.*
6 *Fideiussori competunt exceptiones, quæ competunt principali.*
7 *Fideiussor non potest se obligare in plus, quàm debitor principalis.*
8 *Debitor ille non dicitur, qui se obligauit pro principali.*
9 *Fideiussoris obligatio est nulla, si etiam principalis obligatio corruat.*
10 *Dispositio regulatur à causa finali.*
11 *Verba, sunt restringenda ad causam, super qua exprimuntur.*
12 *Causa certa, quando exprimitur, verba vltra dictam causam nihil operantur, sed debent ad eam restringi. Verba ad causam expressam in contractu restringi debent, quando salua ratione recti sermonis fieri potest, numer.* 12.
13 *Petens id, quod iam solutum est, doli exceptione repellendus est.*
14 *Obligatio ex mente contrahentium, debet declarari, & regulari secundum subiectam materiam.*

DECISIO CCXXIV.

IN Decisione in hac causa facta die 18. Iunij præteriti duo fuerunt firmata. Primum, quod concordia inita inter Regem Catholicum, & Clerum Hispaniarum post reseruationem pensionis, de qua agitur, qua cautum fuit, vt non obstante quacumque exemptione ab omni decima, seu subsidio pensionarij teneantur pro rata contribuere, non solum afficit pensionarios quoad Regem, sed etiam totum Clerum inter se, & sic quod afficit etiam pensionarios Hispanos, quoad Titulares, & consequenter D. Tyberium de Caualerijs pensionarium Hispanum quoad Seminarium Carthaginense Titulare, ex quo eius pensio fuit ante dictam concordiam reserua-
ta ex regula, quod obligatus † soluere cum alio siue pro 1
parte, siue insolidum soluendo solidum repetit à correo, *l. si in rem* 12. *C. si cert. petat. & ibi glos. &* Bald. *l.* 2. *C. de duobus, re* Bart. *in l. si reos, col.* 2. *versic. si ergo quæritur, ff. eod. tit.* &

X

tit. & puncto decedit Rota *decis. 565. par. 2. diuers.* & alibi
sæpius.

Secundò in eadem decisione firmatum fuit, quod licet,
vt supra dictum est Seminarium iuxta dictam concordiam
posset à pensione defalcare ratam subsidij, & excusati tan-
gentem Tyberium pensionarium, & illam iam Regi solu-
tam repetere, aut cum futuris terminis pensionis compen-
sare, non tamen hoc potest Petrus Marzal, qui post dictam
concordiam se obligauit per cedulam bancariam, & in for-
ma Cameræ ad integram pensionem; tum quia obligatio
2 Petri fuit post dictam concordiam, quæ propterea † illi
non potest suffragari obstante exceptione nouissimi pacti
ex regula *tex. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact.
& l. pacta nouissima C. de pact.* tum etiam quia exceptio
compensationis, quam Petrus prætendit esse faciendam
cum credito Seminarij, non videtur intrare, quia credi-
3 tum † Siminarij non probatur, & in omnem casum, quia
Petrus stante propria obligatione in forma Cameræ vti ter-
4 tius non gaudet † beneficio compensationis, Zacch. *de
obligat. Cameral. q. 18. num. 9.*

Sed cum hodie instante Petro causa fuerit reproposita su-
per eisdem; Domini quoad primum steterunt in decisis,
quoad secundum verò à decisis recesserunt, & firmarunt,
dictam concordiam afficere Tyberium pensionarium quo-
ad dictum Petrum Marzal, prout etiam illum afficit quo-
ad dictum Seminarium Titulare, itaut possit etiam Pe-
trus opponere de credito Seminarij, de quo credito visum
fuit constare, ex quo in actis benè probatur Seminarium
soluisse integrum subsidium, & excusatum, & sic etiam
ratam, quam Tyberius vti pensionarius Hispanus vigore
5 dictæ concordiæ soluere tenebatur, solutio † enim facta
per principalem, liberat etiam fideiussorem, *l. Vranio, ff.
6 de fideiuss.* & regula est, quod † fideiussori competunt
exceptiones quæ competunt principali, *l. minor, ff. de
procur. & l. 2. ff. quæres pign.* Bald. *in l. 2. numer. 3. C. de
fideiuss. min.* Marsil. *in rubr. de fideiuss. numer. 269.* Surd.
cons. 327. numer. 36. & cons. 359. num. 26. Modern. Roman.
discept. 310. *numer.* 34. & ferè in his terminis Rota
7 *decis. 392. numer. 4. par. 2. recent.* & clarum est, † quod
fideiussor, qualis est Petrus Marzal, non potuit se obliga-
re in plus, quàm Seminarium debitor principalis, *l. græcè,
§. illud, & l. hi qui, ff. de fideiuss.*

Neque obstat, quod Petrus se obligauerit in forma Ca-
meræ, & sic quod habeatur vti tertius, quia nihilomi-
nus est fideiussor, ex quo, vt cantat cedula, se obligauit
contemplatione Seminarij, & ad soluendum pensionem,
8 † cuius ipse non erat debitor, sed Seminarium, ex regu-
la *text. in l. sed Iulianus in princ. & §. item si duas cum
gl. ff. ad Maced.* Paul. de Castr. *cons. 331. numer. 5. lib. 2.*
Crauet. *cons. 91. num. 2.* Tiraquel. *de retract. §. 10. glos. 1.
numer. 5.* & in puncto, quod obligatus in forma Cameræ,
prout Petrus soluere pensionem pro Titulari, sit nihilo-
9 minus fideiussor, itaut † eius obligatio sit nulla, si
etiam principalis obligatio corruat, decidit Rota *in causa
Legionen. pensionis 5. Iunii 1609. coram bon. mem. Card.
Marcomontio.*

Et in omnem casum quando Petrus vigore obligatio-
nis Cameralis haberetur vti tertius, aut aliàs vti princi-
palis, quod tamen in facto non subsistit, nihilominus ex
clara mente contrahentium tam ex verbis cedulæ, quàm
ex subiecta materia noluit se obligare, nec re vera fuit
obligatus in plus, quàm Seminarium Titulare, quan-
doquidem in cedula dixit, quod se obligabat pro Semi-
nario, & eius contemplatione animo ab eo se releuandi,
vnde cum in eo, in quo Seminarium Tyberio non tene-
batur, & sic in dicta rata, non posset Petrus à Semina-
rio se releuare, consequenter etiam nec voluit in illo se obli-
gare, cum enim pensio quæ erat causa finalis, cur Petrus
se obligaoit cum relatione ad litteras reseruationis esset per
dictam concordiam obnoxia oneri soluendi pro rata subsi-
dium, & excusatum, propterea in casu sequuto, quo Se-
minarium soluit dictam ratam in Petro deficiebat causa
obligandi se ad eam soluendam, quia in prædicto casu Ty-
berio non debebatur, quinimò ipse illam debebat Hispa-
10 niarum Regi, † à causa autem finali regulatur disposi-
tio, *l. cum pater. §. dulcissimis, ff. de legat. 2. l. si de certa,* vbi
ss Bart. *C. de transact.* Crauet. *cons. 16. numer. 5.* vbi quod †
verba sunt restringenda ad causam, super qua exprimun-
tur Surd. *decis. 217 num. 6.* vbi quod quando exprimitur cer-
sa ta causa verba † vltra dictam causam nihil operantur, sed
debent ad eam restringi, quando salua ratione recti sermo-
nis restrictio fieri potest, & Mohed. *decis. 13. de præbend.*
& in simili dixit Rota *in causa Bergomen. pensionis 53. No-
uemb. 1626. coram me.*

Nec similiser credendum est, quod Tyberius de tem-
pore obligatios voluerit sibi obligare Petrum ad di-
ctam ratam in casu sequuto, in quo Seminarium illam
Regi pro dicto Tyberio soluit, tum quia similiter in Ty-
berio deficiebat causa ita credendi, & quando, hoc credidis-
set inique profectò, & iniustè, & nunc agens supposita solu-
tione dictæ ratæ per Seminarium Regi facta meritò † do- 53
li exceptione est repellendus ex vulgari textu, qui benè
hunc casum decidit *in l. 2. §. circa, vers. si quis sine causa,
ff. de dol. except. & ibi Bart. & tex. in cap. si cautio, & ibi
glos. in verb. indebite extr. de fid. instrument.* Vnde non re-
leuat, quod Petrus se obligauerit ad integram pensionem,
quia eius obligatio ex mente † contrahentium debet de- 54
clarari, & regulari ex dicta causa, & intelligi iuxta subie-
ctam materiam nempè casu, quo Tyberius soluisset Regi
dictam, ratam quia sicut tunc posset à Seminario Titulari
integram pensionem exigere, ita, & à Petro, non autem,
vt dictum est, in casu nostro, in quo non Tyberius, sed
Seminarium pro eo illam Regi soluit ex dictis iuribus, ex
quibus cessant omnia pro Tyberio adducta. Itaut non
sit opus vlteriori discussione &c.

Et ita decisum vtraque &c.

* Est decisio 205. supra in hac parte.

R. P. D. DVNOZETTO.

Lucana Iuspatronatus.

Die Mercurij 20. Decembris 1628.

ARGVMENTVM.

Instituendus est ille, qui est præsentatus ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi; & quando etiam præferatur præsentato à vero Patrono comparente ante institutionem.

SVMMARIVM.

s *Præsentatus ab existenti in quasi possessione præsentandi est instituendus.*

2 *Vicario attestanti super pertinentibus ad eius officium, & de facto proprio, qualis est præsentatio coram se facta, est plenè credendum.*

3 *Scientia, & patientia alterius non requiritur in acquirenda possessione, stante titulo illius, qui gerit actus possessorios.*

4 *Scientia præsumitur ex actuum multiplicitate, & diuturnitate temporis.*

5 *Præsentatus à verò patrono comparente ante institutionem, est præferendus præsentato ab existenti in quasi possessione præsentandi declara vt num. 6.*

7 *Donans abdicat à se omne ius rei donatæ, & illud transfert in donatarium.*

8 *Beneplacitum Apostolicum in alienationibus rerum Ecclesiæ spatio 30 annorum præsumitur interuenisse.*

9 *Ordinarij consensus in donatione iurispatronatus non requiritur, quando sit compatrono.*

10 *Productio tituli insufficientis facta ad aliam finem, & effectum non impedit quominus allegari valeat præsumptio melioris tituli.*

ss *Donatarius potest allegare, & vti iure donantis eo modo, quo cessionarius iure cedentis.*

sa *Actus præsumitur factus in vim tituli precedentis.*

DECISIO CCXXV.

FVERAT coram me resolutum 18. Iunij præteriti *
Dominicum esse instituendum tanquam præsenta-
tum † à Martino existente in quasi possessione presen- s
tandi iuxta *regal. text. in cap. consultationibus, de iurepa-
tron cum aliis alleg.*

Verum non acquiescente Francisco presentato à Cappel-
lanis, iterum dubio proposito super ijsdem, Dominis pla-
cuerunt fundamenta decisionis.

Non enim obstat, Primò, quod ex aduerso fuit de-
ductum dictam quasi possessionem non aliunde probari,
quàm ex attestatione Vicarij, cuius fidem in hoc prætende-
bant

bant vacillare informantes pro Francisco, fuit enim respon-
2 sum Vicario attestanti † super pertinentibus ad eius officium, & de facto proprio, qualis est præsentatio coram se facta esse plenè credendum, Rota *decis. 11. de iurepatron. in nou.* Caputaq. *decis. 87. par. 3.* prout in his terminis de attestatione Vicarij censuit, Rota *in Papien. Archipresbyteratus 19. Ianuarij 1601. coram bo. me. Card. Pamphilio.*

Minus dictæ quasi possessiooi officit, quod non probetur scientia, & patientia Cappellanorum, cum enim
3 Martinus habeat de iure fundatam † intentionem super instrumento donationis Cappellanorum, non est opus docere de alia scieotia, & patientia ad acquirendam quasi possessionem in eorum præiudicium, Castren. *in l. seruitutes prædiorum, numer. 9. vers. quarto requiritur, de seruit.* Seraph. *decis. 1213. numer. 6.* Greg. *decis. 283. numer. 2. vbi*
4 *adden. numer. 7.* & vlterius, hæc scientia præsumitur † etiam ex actuum multiplicitate, & dinturnitate temporis Seraph. *decis. 306. numer. 5. & 7.* Rota *decis. 686. num. 4. par. 2. recent.*

Non obstat secuodò, quod præsentatus à vero patrono
5 comparente aote institutionem sit † præferendus præsentato ab existente io quasi possessione, quia Dominis placuit responsio decisionis, quod hoc tunc demum procedat,
6 si de vero titulo concludenter † doceatur ex confessione partis re iudicata, vel instrumeoto fundationis adeo claro, vt indubitatè, incontinenti appareat de non iure existentis in quasi possessione, vt præter allegata fuit *decis. in Leodien. Canonicatus 13. Nouembr. huius anni coram Reuerendiss. D. mea Decano.*

In casu autem nostro fundamentum quod fiebat ex parte Cappellaorum super exhibito instrumento fundationis, fuit sublatum ex subsequuta donatione eorundem
7 Cappellanorum † ad fauorem Martioi cuius vigore omne ius fuit abdicatum à Cappellanis, & translatum io Martinum donatarium, vt in dicta decisione.

Neque hæc donatio eo minus valida censeri debet, quia non constet de beneplacito Apostolico, aut consensu Epi-
8 scopi, nam illud ex cursu † 30 annorum cum obseruantia præsumitur interuenisse, Seraph. *decis. 677. nu. 1.* consensus
9 autem ordinarij † in donatione facta Compatrono non est necessarius, *iuxta allegat decis.* Achil. 10. *de iurepatr. Reuerendiss. D. meo Decanus decis. 464. nu. 8.*

Nec præsumptio dicti beneplaciti Apostolici eliditur ex productione cuiusdam consensus Vicarij, & sic ex exhibitione tituli insufficientis. Quia etiam huic obiecto, Domini dixeruot fuisse satisfactum ex responsione decisionis. Etenim consensus Vicarij non fuit deductus ad supplendum defectum beneplaciti Apostolici requisiti in alienationibus rerum ecclesiasticarum ex Constitutione Pauli II. sed pro maiori cautela ad supplendum consensum Ordinarij, qui existimabatur necessarius etiam in puris terminis iuris communis pro donatione iuspatronatus. Vnde
10 huiusmodi † productio tituli sufficientis facta ad alium finem, & effectum non impedit, quominus allegari valeat præsumptio melioris tituli, vt distinguit Rota in *allegata dec. s. 285. nu. 4. par. 2. recent.*

Non obstat tertiò, quod præsentationes factæ post donationem emanauerint in vim tituli fundationis, & non in vim donationis. Cum enim ios Cappellanorum proueniat ex fundatione, hic idem titulus per Cappellanos fuit translatus io Martinum donatarium, qui potuit propterea tanquam successor Cappellanorum al-
11 legare † eundem titulum donationis enim vtique iure donantis eo modo, quo cessionarius iure cedentis *ad l. si à creditoro, C. de act. & obligat.* Rota *decis. 304 num. 7. par. 1. recent.* Vltra, quod præsumitur Martioum præsentas-
12 se etiam vti donatarium, † & sic in vim tituli præcedentis, *l. fin. C. de acq. poss.*

Non obstat demum, qood dicebatur Ordinarium esse io causa, quia licet informationes datæ pro Francisco inscriberentur etiam pro Episcopo, tameo ex actis non constat Episcopum fuisse vnquam ad causam admissum, aut patronatui contradixisse, in omnem euentum obiectum visum fuit cessare, quia nunc non agitur, aut dubitatur de existentia iurispatronatus, quo casu Episcopus pro suo interesse potest esse in causa, sed tantum agitur de pertineotia inter patronos, quæ nihil habet commune cum Episcopo.

Et ita vtraque &c.

* Est decisio 191. supra io hac parte. Et infra adest alia decisio in eadem causa sub die 7. Maij 1629. coram eodem R.P.D. Dunozetto est decis. 277.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Bononien. Fideicomm. de Desiderijs.

Die Mercurij 20. Decembris 1628.

ARGVMENTVM.

Possessio ad effectum, vt competat remedium l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll. qualiter probetur. Diuisio bonorum facta inter filios post mortem patris, an probet d. bona fuisse paterna. Trebellianica quando detrahi non potest.

SVMMARIVM.

1 *Possessio semel probata, præsumitur continuata vsque ad obitum, nisi contrarium censeatur.*

2 *Possessio absque alia dominij probatione sufficit probaro ad effectum obtinendi immissionem ex remedio l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*

3 *Bonorum diuisio inter fratres post mortem patris facta, an probet dicta bona fuisse paterna, num 4 & 5.*

6 *Bona diuisa inter fratres, tunc an præsumantur paterna, si tempus diuturnum non intercesserit inter mortem patris, & diuisionem filiorum.*

7 *Filiorum industria data, tunc cessat præsumptio, quod bona prouenerint à patre.*

8 *Filius, quod habet, ergo est paternum, non valet consequentia.*

9 *Bona diuisa inter fratres, quando dicantur paterna.*

10 *Peregr. de fideic. art. 44. num. 5. & Fusar. de substit. fideic. q. 618. num. 11. in quibus terminus loquantur.*

11 *Surd. in cons. 339. quo casu loquatur.*

12 *Alex. doctr in cons. 171. num. 5. lib. 6. quando intret.*

13 *Bona, si habeant diuersos fines, nisi probetur identitas, interim rerum pluralitas præsumitur.*

14 *Trebellianica detrahi non potest, quando testator prohibuit alienationem omnium bonorum.*

Trebellianica etiam filiis primi gradus prohiberi potest, secundum receptiorem opinionem, num 14.

15 *in Legitimam imputanda sunt bona alienata.*

16 *Hæredibus dicentibus bona alienata non respondere detractionibus, ipsis competit onus probandi, si non confecerunt inuentarium.*

Ex inuentarij omissione insurgit præsumptio occultationis, & detractionis, num. 16.

DECISIO CCXXVI.

PRÆMISSIS resolutionibus soper existentia fideicommissi,* illiusque purificatione,* & bonorum identitate,* fuit deuentum hodie ad disputationem super immissione, & conclusum eam dandam esse D. Stephano in possessionem Bagnarolæ tornaturarum 112. circiter; de reliquis verò prædijs posse aliàs particulariter videri, dictum fuit.

Et quidem quoad prædium Bagnarolæ Domini moti suot, quia constat fuisse in bonis eiusdem Hieronymi, vt in decisione super identitate huius prædij emanata sub die 14. Iunij 1627. coram me; mortuo enim Ioanne seniore, Bernardinus, Romaninus, & Hieronymus fratres deuenerunt ad diuisionem, prædiumque prædictum Bagnarolæ assignatum fuit Hieronymo fideicommittenti, à quo possessum
præsumitur vsque ad obitum, † oisi contrarium iustifice- 1
tur, DD. *in l. siue possidetis C. de probat.* Hæcque possessio
absque alia dominij probatione ad effectum obtinendi † 2
immissionem ex remedio, *l. fin. C. de edict.* Diu. Adr. toll. *suffragatur* Paris. 34. *num. 1. & 2. lib. 3* Soccin. Iun *cons. 77. num. 160. lib. 1.* Roland. *cons. 2. nu. 30. vbi de communi lib. 3.* Menoch. *de adipisc. remed. 4. nu. 363. cum seqq.* Peregr. *de fideic. art. 48. num. 35.* Rot *coram san. mem.* Greg. XV. *decis. 194. num. 11. & in Ferrarien bonorum de Tassonis 1. Martij 1616. coram Reuerendiss. D. mea Patriarcha Pamphilio.*

Neq; obstat dictā diuisionem † secutam fuisse post mor- 3
tem Ioannis senioris patris, & inde insurgere pręsumptionē

quod bona diuisa fuerint etiam paterna, & propterea ca-
dant in fideicommissu non Hieronymi, ex quo agit D. Ste-
phanus, sed in fideicommissu eiusdem Io. senioris, ad quod
prætendunt se vocatos DD. Sancti Georgij, præsertim non
constito de acquisitionibus factis à Hieronymo, vel eius
4 fratribus post mortem patris, † & sic bona diuisa post mor-
tem patris ab eodem prouenisse censendum sit iuxta *glos.*
in l. cum oportet in verb. ex eius, C. de bon. quæ liber. Bald.
in l. 2. C. de patr. potest. Pedroch. *cons. 39 numer. 166. lib. 1.*
Marzar. *de fideicom. quæst. 59. vers. quando autem* Surd. *de-*
cis. 15. sub num. 10. Giurb. *ad consuetudinem.* Messan. *par.*
1. cap. 12. glos. 4. numer. 7. & fuit hoc idem motiuum pon-
deratum de prædio Cazzani in d. decisione sub die 14. Iunij
1627. coram me.

5 Quoniam omisso, † quod illa opinio non caret contra-
dictoribus, & teijcitur à Surd. *decisio 339. num. 19.* Peregr.
de fideicom. art. 21. sub numer. 21. Respondetur, quod il-
lud obiectum vrgeret si tempus diuturnum non intercessis-
6 set † inter mortem patris, & diuisionem filiorum, vt con-
siderat Surd. *& alij in loco citato, & præallegato.* Hic
autem intercesserunt quatuordecim anni, quia Ioannes
obijt de anno 1505. diuisio verò facta fuit solum de anno
1519. Vnde facillime potuerunt Hieronymus, & fratres
acquirere, præsertim cum essent industriosi, & ætate ma-
iores, & mercaturam strenuè exercerent, vt asseruit idem
7 Ioannes eorum pater in testamento, & data hac † indu-
stria filiorum, cessat præsumptio, quod bona prouene-
rint à patre, vt benè per Bald. *in l. cum oportet, numer. 11.*
C. de bon. quæ liber. Menoch. *cons. 207. numer. 16.* Pereg. *de*
fideicom. d. art. 44. sub numer. 21. Surd. *decis. 339. sub nu-*
8 *mer. 19.* & non † valet consequentia, quod habet filius
paternum esse, Alex. *cons. 104 numer. 1. lib. 4 & cons. 17.*
numer. 5. lib. 6. & in terminis diuisionis filiorum Alciat. *con-*
sil. 206. numer. 5. vers. non videtur autem, & numer. 6. 7. 8.
lib. 9. Peregr. *vbi sup. numer. 21. vers. ideo non valet* Mo-
dern. Bonon. *var. resol. lib. 1. cap. 12. numer. 15.* vbi etiam
referunt in puncto diuisionis factæ post annos quatuorde-
cim ita decisum fuisse in *Romana de Saluiatis 13 Februa-*
rii 1604. coram Penia, & faciunt tradita per Rotam *in Bo-*
nonien. fideicommissi de Cattaneis 10. Martij 1617. coram
R. P. D. meo Pisouano impress. post 20. cons. Giouagn. *lib.*
2. num 34

Et proinde non applicatur decisio super identitate alio-
rum prædiorum in hac causa coram me emanata, quia
ibi Bartholomæus, Baptista, & alij fratres deuenerunt ad
diuisionem bonorum Hieronymi eorum parentis, non
post tanti temporis lapsum, & non apparebat, quod illi
filij fuerint industriosi, & quod plus est, ibi signanter di-
xerunt se diuidere hæreditatem, & bona Hieronymi, il-
liusque fideicommisso nullum inferre velle præiudicium
expressè declararunt, ex quibus benè deprehendebatur,
9 † quod bona diuisa erant paterna, vt fuit ponderatum in
alia decisione sub die 24. Martij præteriti coram me, dum
de alio prædio in communi Bagnarolæ tornatur. 175. age-
10 retur, & in his terminis loquitur † Peregr. *de fideicom-*
missi artic. 44. numer. 5. & Fusar. *de substit. fideicommissi*
quæst. 618. numer. 11. Necnon etiam super diuisione breui
tempore facta post mortem patris, & de filijs, qui indu-
stria carebant, consuluit Menoch *d. cons. 207. nu. 14. in fine*
11 *cum sequenti lib. 3.* & Surd pariter † loquitur de minore in-
dustriam non habente, ac dum breue tempus intercesserat,
vt in d. decis. 15 nu 10. ante finem cum seq.

In præsenti autem casu filij Ioannis nullam mentionem
fecerunt de hæreditate patris, sed simpliciter ad diuisio-
12 nem deuenerunt, & proptera benè intrat † præallegata
doctrina Alex. *d. cons. 171.* & aliorum latè in his terminis
comprobata per Surd. *decis. 339 numer. 19* Præsertim data
mercatura, & industria filiorum, qui erant etiam ætate
maiores, ac temporis diuturnitate inter mortem Ioannis
patris, & illorum diuisionem, vt supra dictum fuit quibus
concurrentibus admittitur vbique à Doctoribus bona non
præsumi paterna, sed filiorum.

Non obstant acquisitiones factæ per Ioannem de anno
1503. in hoc eodem loco Bagnarolæ tornaturarum 15. ta-
bul. 65 & ped. 15 Quoniam in hoc non impedit, quin,
& Hieronymus eiusque fratres postea acquirere potuerint
residuum predij vsque ad tornaturas 122. circiter, & illa
acquisitio de d. anno 1503. hoc solum efficeret, vt ab
immissione debita D. Stephano in hoc prædio d. tor-
naturæ 15. essent adimendæ, prout adimi mandarunt
Domini.

Aliæ verò acquisitiones factæ de anno 1539. non ob-
stant, quia factæ fuerunt longè post mortem Ioannis, &
ipsius Hieronymi, & sic benè excluditur, quod non ca-
dunt sub fideicommisso Ioannis senioris, & quoniam lo-
cus Bagnarolæ non est particularis, in quo plura diuersa-
rum personarum extant prædia, nec constat terras tunc
emptas à filijs Hieronymi esse comprehensas in prædio, de
quo agitur, & cum habeant diuersos fines nisi † probe- 13
tur identitas, interim rerum pluralitas præsumatur Alex.
cons. 134. numer. 3. lib. 2. Paris. *cons. 19 numer. 48. lib. 3.*

Non obstat detractio legitimæ, & trebellianicæ, quo-
niam quoad trebellianicam cum expressè Gieronymus, † 14
prohibuerit alienationem omnium bonorum, ex hoc re-
sultat prohibitio valida detractionis trebellianicæ etiam in
filijs primi gradus iuxta veram, & receptiorem opinionem
quam sequitur Rota *vt coram Reuerendiss. D. meo Decano*
decis. 53. num. 4. & decis. 300. numer. 2. & in Romana domus
ad Peregrinum 11. Martij 1619. coram eodem, & in Romana
hæreditatis de Cincijs 23. Iunii 1627. coram R. P. D. meo Pi-
rovano, & aliàs sæpius.

Quo verò ad legitimam, constat facta fuisse alienatio-
nes bonorum mobilium, & immobilium, exactasque
fuisse pecunias ex creditis hæreditarijs, atque † ideò legi- 15
tima referenda est in huiusmodi alienationes iuxta *l. Mar-*
cellus, §. res quæ, ff. ad trebel ian. Peregr. *de fideicomm. art.*
39. numer. 4. Surd. *decis. 170. numer. 10.* Rota *coram san.*
mem. Gregor. XV. *decis. 580. numer. 2.* Hæredibusque di-
centibus bona alienata non respondere detractionibus in-
cumbit ipsius onus probandi, dum inuentarium non fuit
confectum, ex cuius † omissione insurgit præsumptio 16
occultationis, & distractionis, Natt. *cons. 199 numer. 11.*
lib. 1. Peregr. qui de magis recepta opinione testatur *de fi-*
deicom. art. 39. numer. 14. vers. verum quia, & secuta est
pluries Rota, *vt in Romana fideicommissi de Victorijs 10.*
Martii 1627. coram me, vbi aliæ decisiones recensentur, &
nuper in *Maceratens. legitimæ 27. Martii, & 14. Maii præ-*
teriti coram R. P. D. meo Vbaldo, quæ decisiones fuerunt
etiam confirmatæ sub die 6. Nouembris præteriti, *coram*
R. P. D. meo Durano.

Et ita vtraque parte informante conclusum fuit dan-
dam esse immissionem D. Stephano in bonis positis in
communi Bagnarolæ demptis tornaturis 15. acquisitis per
Ioannem seniorem.

* Idest sub diebus 20. Martij, & 26. Iunij 1626. & 5 Mar-
tij, & 14. Iunij, & 3. Decembris 1627. & 24. Martij 1628.
sunt supra decisiones 6. 21. 42. 87. 118. & 160. Et infra adsunt
etiam aliæ decisiones in eadem causa scilicet sub diebus 14.
Martij, & 7. Maij, & 25. Iunij, & 19. Decemb. 1629. co-
ram eodem Reuerendiss. P. D. Merlino Decano sunt deci-
siones 258. 279. 286. 303. & 320.

R. P. D. GHISILERIO.

Meleuitana Expensarum.

Die Mercurii 20. Decembris 1628.

ARGVMENTVM.

Mandatum, scientia, approbatio, & ratificatio probari potest ex litteris. Litteræ non solum probant contra scribentem, sed etiam obligant eum, ad implendum contempta in eis.

SVMMARIVM.

1 *Approbatio, & scientia alicuius rei probari potest ex litteris.*
2 *Mandatum, & ratificatio benè probatur ex litteris.*
3 *Litteræ contra scribentem nedum probant, sed etiam illum obligant ad implendum ea, quæ in ipsi continentur.*
4 *Litteræ pro scribente non probant.*

DECISIO CCXXVII.

COMMEND. Taurellus electus Administrator Baliuatus Sancti Stephani à Priore Mazzingo occasione iurisdictionis, plures impensas fecit, quam cum Prior
recu-

recusaret soluere, DD. eum censuerunt teneri, reseruato tamen, vt de quantitate videatur. Cum ex traditis in summ. apparcar de generali mandato ex publico instrumento quod datur n. 1. & ex pluribus Epistolis nu. 4. col- 1 ligitur scientia, † mandatum, approbatio, & ratificatio, & propterea Prior tenetur ad expensas ad tex. *c. cum pro causa de procurat. l. etiam, C. mandati, Specul. tit. de procur. vers. ille autem, qui fuit procurator.* Surd. *de alim.* 2 *tit. 1. q. 61. nu. 4.* mandatum, † & ratificatio benè probatur ex litteris, Capuaq. *decis. 185. 187. & 188. part. 2.* Nam in vna dicit, Hò inteso per la sua come il Commissario era in termine di speditione per ritornar à Roma hauendo compilato li processi, & l'andata di V.S. à Roma quanto prima, giudico à proposito, e se l'haueste fatto in compagnia del Commissario, mi sarebbe più piacciuto. In altera verò non solum agnouit istas expensas ad ipsum spectare, vt in eodem sum. num. 4. ibi V.S. præsuppone, che la spesa grande fatta per questa causa, la debba pagar il Tesoro, s'inganna, perche anderà tutta sopra di me, godendo la giurisdittione, e se il negotio hauerà quell'esito, che V.S. presuppone, non mi parerà graue qualsiuoglia spesa, &c. sed etiam in alijs litteris expressè se obligauit ad satisfactionem omnium expensarum, prout in eodem sum. nu. 4. ibi, io sodisfarò tutta la spesa occorrente; premendomi di far risorger quelle ragioni, che ci son state conculcate, ex quibus constat de expressa ratificatione tam approbationis Commissarij, necnon accessus Taurelli ad Vrbem, quàm expensarum factarum causa contra Gregorium, & obligatione de illas soluendo, 3 quæ litteræ contra † scribentem, nedum probant, sed etiam illum obligant ad implendum ea, quæ in ipsis continentur, facit *text. in l. publia, in fin. ff. deposit. l. creditor, §. Titius, ff. mandat.* Boer *decis. 282. n. 6. & 333. n. 9.*

Non obstat Epistola Prioris Mazzinghi, in qua dicitur expensas capturæ Gregorij debbino andar à conto suo, che mi duole in estremo veder ridotto V.S. à questo termine & l'andar contra de' Preti non può esser giudicato ragioneuole, &c. Quia non constat quod ista epistola fuerit transmissa Taurello, & de quo tempore sit scripta, & non † probat proscribente, sed aliæ scriptæ de negotio 4 Gregorij, probant contra scribentem, cum sint transmissæ, & productæ à Taurello, vt in summ. n. 4.

Quæ dicuntur contra Taurellum, vt impenderit pecunias contra stabilimenta Religionis, & quæ ad hæc non potuerit extendi mandatum Prioris, non sunt præsentis inspectionis, sed extra dubium, licet enim Taurellus Thesauro restituere teneatur, quæ exegit Prior, tamen expensas factas in defensione suæ iurisdictionis Taurello soluere tenetur, qui, & potest condemnari à religione pro exactis, & obtinere contra Priorem pro expensis necessarijs.

Et ita conclusum vtraque parte &c.

REVERENDISSIMO P. D. VRGELLEN

Florentina Subdecanatus.

Die Mercurij 20. Decemb. 1628.

A R G V M E N T V M.

In iurepatronatus, qualis præsumatur esse obseruantia. Enunciatiua, quod iuspatronatus spectet alicui, & eius filijs, qualiter sit intelligenda.

S V M M A R I V M.

1 *In iurepatronatus præsumitur, quod talis fuerit obseruantia, quale ab initio fuit iuspatronatus, amplia nuer. 2.*

3 *Enunciatiua, quod iuspatronatus spectet alicui, & eius filijs, cum non sit facta taxatiuè, est intelligenda de filijs vti hæredibus.*

4 *Enunciatiua vnica non probat.*

5 *Iuspatronatus de sui natura est transitorium ad hæredes.*

6 *Obseruantia non probatur ex actu æquiuoco.*

7 *Decis. in causa Florentina Canonicatus coram Buratt. declaratur.*

D E C I S I O CCXXVIII.

IN secunda decisione in hac causa facta die 22. Maij præteriti * fuit resolutum, Bullam Iulij II. non obstare, quominus Iuspatronatus, de quo agitur, sit hæreditarium, sed quia in eadem decisione fuit reseruatum, vt videretur qualis fuerit obseruantia post dictam Bullam nempè an de hæreditario, an verò de gentilitio, proposita hodie causa super reseruatis, Domini dixerunt obseruantiam esse de iurepatronatu hæreditario, & ratio resolutionis fuit, quia cum firmatum fuerit in prima decisione in eadem causa facta die 10 Ianuar. præteriti, statum huius iurispatronatu ante dictam Bullam fuisse liberum, & ad hæredes transitorium, & in d. 2. decis. non obstare dictam Bullam, quominus illud sit hæreditarium, consequenter cum de existentia iurispatronatus non dubitetur, † præsumptio iuris est, quod talis fuerit semper ob- 1 seruantia, quale ab initio fuit iuspatronatus, ex reg. *l. 1. C. de impon. lucr. describt. lib. 10. & l. 2. C. de acquir. poss.* Crauet. *cons. 284. numer. 6.* Anchar. *consil. 7. numer 6.* & in puncto fuit dictum *in Tiburtin. Parochialis 9. Februarij 1624. in fin. coram R. P. D. meo Merlino*, & accedit, quia cum dicta præsumptione † concurrit etiam quod de anno 2 1523. & sic post dictam Bullam Alexander de Puccis vti patronus, tam nomine proprio, quàm suorum hæredum constituit Antonium eius filium procuratorem ad consentiendum prouisioni Apostolicæ ad fauorem Lenoardi de Guasconibus, quod verisimiliter non fecisset, nisi patroni etiam post dictam Bullam hoc iuspatronatus reputassent hæreditarium.

Neque obstat visitatio Ordinarij de anno 1514 dum in ea enunciatur istud iuspatronatus esse Antonij Pucci, & suorum filiorum, ex quibus verbis prætenditur ex aduerso probari obseruantiam esse de iurepatronatu familiari, seu gentilitio, quia cum dicta † enunciatiua non 3 sit facta taxatiuè, est intelligenda de filijs vti hæredibus, iuxta naturam dicti iurispatronatus ex his, quæ tradit Soccin. Iunior. *cons. 144. numer. 77. lib. 3. & in specie* Seraphin. *decis. 364. numer. 3. & 4.* prout etiam non obstat, quod Ordinarius in institutione per eum facta de anno 1577. enunciet hoc iuspatronatus esse descendentium Antonij Pucci, quia vltra † quòd dicta enunciatiua tanquam 4 vnica non probat, *l. non epistolis, C. de prob.* Soccin. *cons. 266. numer. 12. libr. 2. &* Rota *decis. 160. numer. 6. part. 1. recent.* fuit responsum, quod cum illud verbum, descendentium, fuerit appositum in dispositione rei de sua natura transitoriæ ad hæredes, prout est iuspatronatus, censetur appositum demonstratiuè, non autem taxatiuè ad exclusionem hæredum, ex tradit per Anchar. *cons. 81. sub numer. 3 vers. licet ergo.* Seraph. *d. decis. 363. nu. 8. & 9. &* Rot. *dec. 385. nu. 4. par. 1. diuers.* & in omnem casum negari non potest, quin dicta enunciatiua ex prædictis reddatur æquiuoca. Ex actu † autem æquiuoco non 5 probatur obseruantia, Aret. *cons. 115 n. 3.* Rot. *dec. 240. nu. 2. & decis. 294 num. 6. par. 2. diuers. & decis. 120. nu. 2. par. 2. recent.*

Demum non obstat, quod Domini de Puccis semper præsentauerint, quia potius retorqueretur, nam cum dicti de Puccis semper fuerint hæredes, præsumptio est, quod præsentauerint etiam vti tales ex supradictis, prout nihil facit decisio † in causa *Florentina Canonicatus 25.* 6 *Maij 1616. coram bo. me. Buratto*, quia loquitur de alio iurepatronatu competenti Dominis de Puccis ex alia acquisitione, & in ea allegata non militant in hoc iurepatronatu.

Et ita decisum vna tantum parte &c.

* Est decisio 175. supra in hac parte, & infra adest alia sub die 30. Aprilis 1630. coram eodem Reuerendiss. Vrgellen. est decisio 271. & in part. 3. habetur alia sub die 28. Aprilis 1636. coram Illustriss. Ferrarien. est decisio 525.

R. P. D. VEROSPIO.

Reatina Iuris redimendi.

Die Mercurij 28. Decembris 1628.

ARGVMENTVM.

De spolio, quando non dicatur constare, & nullitates, quæ illud inducunt, qualiter probandæ sint. Executiua via, quando quis agere possit.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio competit illi, qui iudicis auctoritate possidet iustè procedentis ad immissionem.*
2 *Iustitia alicuius præsumitur ex pluribus decisionibus emanatis ad eius fauorem.*
3 *Possessio non dicitur spoliatiua, si iudicis mandato capta fuit.*
4 *Nullitates ad effectum spolij debene esse concludentes & meridiana luce clariores.*
5 *Spolium, vt excludatur, debet capi omnis interpretatio.*
6 *Mandatum de associando, quando per iudicem concedi non potest, & n. 7.*
8 *Alternatiua sufficit, vt verificetur in altera parte.*
9 *Clausula, omni meliori modo, in alio actu posita, operatur, vt substineatur modo validiori, quo substineri potest, & n. 10.*
11 *Obligatus in forma Cameræ retrouendere prædium, in executionem retrouenditionis agenti competit immissio.*
13 *Viæ executiuæ competit priuilegium pro omnibus, quæ proueniunt, vel ex natura contractus, vel in ipsius obligationis Cameralis executionem.*
14 *Termini substantiales cum sint communes sufficit, quod ab altera parte sint seruati, & d. termini, si agatur vigore obligationis Cameralis, non seruantur n. 12.*
15 *Debitori inopia stante, creditores possunt agere contra debitores debitoris executiuè*
16 *Legatum an habeat paratam executionem.*
Res iudicata habet paratam executionem nu. 16.
17 *Vsusfructus venditus, ex natura sui, si reuertitur ad proprietarium, ipse venditor de euictione non tenetur.*
18 *Venditor non censetur obligatus de euictione ex casu, qui non erat de tempore venditionis.*
19 *Creditum non dicitur amissum, licet quis sibi præiudicauit in hypotheca.*
20 *Legatum certæ quantitatis factum occasione dotis, substinetur, etiam quod verè non debeatur amplius, num. 21.*
22 *Obligatio Cameralis non est extendenda, si fuerit consensum in mandatum, vnica citatione præcedente.*
23 *Manutentio nunquam denegari potest, cum soleat quandocumq; concedi etiam post sententiam, & rem iudicatam in gradu restitutionis in integrum.*
24 *Notarius in instrumento tenetur opponere clausulas consuetas, & solitas.*
25 *Possessio in executionem instrumenti benè capi potest si ante relaxationem mandati fuerit extensum.*
26 *Actus subordinati, vnus ab altero dependere debent.*

DECISIO CCXXIX.

PROPOSVI dubium in alia decisione coram me reseruatum *sub die 26. Maij proximè præteriti.* * An constaret de aliquo spolio, quod Capelletti purgare tenerentur, *cum per duas decisiones, & coram bon. memor. Buratto 22. Iunij 1626.* & eam, quam dixi *sub die 26. Maij præteriti coram me* firmatum fuerit eisdemque competere ius redimendi, prædium cuius possessione dicebat se Vincentinus spoliatum; & in hoc etiam articulo pro Capellettis DD. responderunt, nec aliquod spolium dixerunt existere, vt imò mandatum de manutenendo illis compe-
teret qui Iudicis auctoritate, & † quidem iustè proceden- 1
tis in pretij controuersi possessionem immissi, in ea erant
manutenendi, *l. 1. ff. ne vis fiat ei, §. retinendæ instit. de interdict.*
Cum enim ipsius † mandati iustitia probata videretur ex 2
decisionibus prout ex ipsis argui dixit sæpius Rota, *vt decis. 350. num. 1. par. 1. decis 668. num. 1. par. 2. recent.* possessio quam Capelletti ex Iudicis mandato acceperunt,
spoliatiua dici † non poterat *glos. in c. præsentium verb. in* 3
aliam in fin. 7. quæst. 1. cap. tatrn quatuor de maiorit. & obed.
Gemin. *cons. 112.* Aym. *cons. 5. n. 8.* cum alijs, quos congerunt Gabr. *conclus. 1. nu. 123. de rest. spoliat.* Menoch. *de recuper. possess. remed. 8. num. 3.* tam quod nullitates ad effectum † spolij debent esse concludentes, & meridiana lu- 4
ce clariores, vt sæpè etiam voluit Rota *in Romana de Bombellis 13. Februar. 1615. coram Card. Sacrato, & in decis. 646. n. 1. & seq. par. 2. recent.* Quam etiam quod † omnis 5
capi debet interpretatio ad excluden. spolium, *l. merito ff. pro socio* Rot. *dec. 450. nu. 9. par. 1. diuers.*
Et quia spolium Vincentinus, deducebat ex eo, quod cum in instrumento in quo se idem prædium Claudio retrouendere obligauit, talis facultas capiendi possessionem propria auctoritate non legeretur concessa per clausulam
constituti precarij aut simile mandatum † de associan. per 6
Iudicem nec concedi potuerit, *ad l. creditores, vbi* Bart. *num. 25. & alij C. de pignor.* Negut. *de pignor. lib. 4. numer. 20. conclus 8. cum alijs in decis. in hac causa 27. Mart. 1624. coram R. P. D. meo Merlino.* DD. omisso mandato de associando, quod tamen dixerunt etiam posse defendi.
Responderunt amplecti motiuum in facto ex quo omnia sublata videbantur quod possessionem Capelletti non magis dici possent cœpisse vigore mandati de associan. quàm
mandati de immittendo, vt ideò † actum illum posses- 7
sionis (quatenus in vim mandati de associando non sustineretur) vigore tamen mandati de immittendo impugnare non liceret, vt voluit Rota *in Romana de Nocchiellis 26. Iunij 1624. coram bon memor. Vbaldo,* cum enim, & pars in citatione vtrumque alternatiuè petierit, & Iudex in decreto & mandato idem alternatiuè concesserit, ipsique etiam executores alternatiuè Capellettos ad possessionem prædij associauerint vel immiserint: ratione
huius alternatiuæ † substinerentur in altera sui parte pro- 8
ut in alternatiuis satis est, *l. si hæredi plures cum similibus, ff. de condit. institut.* tam petitio quæ fieri sic potuit Aretin. *in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 22 ff. de acquir. possess.* Rota *decisio 257. numero 2. part. 1. diuersor.* Quam decretum, & mandatum quod etiam ita concedi, & interponi potuit *l. si pupillorum, §. si Prætor vbi* Bald. *n. 3. expressè id notat. ff. de rebus eorum.*
Stante maximè clausula † omni meliori modo in man- 9
dato, & in ipsa executione quæ operatur, vt actus valeat quomodo validius sustinetur Felin. *in cap. cum super. num. 11. ff. de offic. delegat.* Dec. *cons. 11. num. 20 cons. 14. num. 3. & cons. 77. num. 4.* Socc. *cons. 66. numer. 4. lib. 3.* Vt
de possessione quod capta † præsumatur eo tit. quo melius 10
poterat, Aym. *cons. 322. numer. 3. & 4.* Signarol. *cons. 57. nu. 10.* Cæs. de Grass. *dec. 19. nu. 5. de probat* & de decreto Iudicis cum dicta clausula, Put. *dec. 230. lib. 2.*
Et iustitia huius mandati de immittendo sicut, & validitas etiam ex decisionibus indubitata reddebatur; si enim vt in illis firmatur, potuerunt Capelletti agere obligatio-
nis Cameralis ad retrouenditionem prædij, vtique † in 11
eiusdem retrouenditionis executionem illis competebat immissio, vt in *Romana domus 24. Maij 1602. coram Litta*, & omissis terminis substantialibus, quod validitati
opponebatur, adhuc mandatum consistebat, † cum non 12
actum fuerit principaliter ad immissionem, sed in executionem obligationis Cameralis, Bart. *in extrauag. ad reprimen. col. 2 versic. summariè* Iason *in l. 2. numer. 7. C. de edicto* Dio. Adrian. Tollen. *& in rubr. C. qui admitti numer. 3.* Moderni Cornetani *in pract. capit. 43. numer. 17. libr. 1. & cap. 10. numer. 23. vers. tamen ex communiori libr. 2.* &
priuilegium viæ executiuæ competat pro omnibus, † quæ 13
proueniunt, vel ex natura contractus, vel in ipsius obligationis Cameralis executionem, Padien. *in forma libelli super rest. in integr. glos. super verb. immitti, & relaxari, num. 1.* Guidopapa *decis. 143.* Rota *Ianuen. decis. 21. nu. 15.* Cardin. Seraphin *decis. 321. numer. 20.* Rota *in Romana de Cosciaris 13. Ianuarij 1599. coram Orano, & in d. Romana domus cor. in Litta.* Cum etiam quo casu requirerentur, cum sint communes, satis esset, † vt illos seruaue- 14
rit Vi-

rit Vicentinus *Speculat. in tit. de testibus*, *§. qualiter autem num.* 22. Scacc. *de iudicijs cap.* 3. *n.* 213. Verall. *dec.* 149. *n.* 3. *par.* 3.

Eademque responsione tollitur, quod pro legato via
executiua non competeret, cum Euphemia Claudij fra-
tris hæres ex sua cessione idem ius transtulerit in Capellet-
tos, quod ipsi Claudio competebat; & vti creditores ex
15 causa dicti legati stante † debitoris inopia agere etiam po-
tuerint contra Vincentium debitorem debitoris executi-
uè, vt *in dec. coram bo. me. Buratto* 22. *Iunij* 1626. *& coram
me* 26. *Maij præteriti firmatum fuit*; & demum viæ execu-
tiuæ ex capite rei iudicatæ locus esset, cum postquam
actum fuit ex causa legati in partibus, & obtentum man-
datum contra hæredem, illud transiuerit in iudicatum,
16 ideoque etiam † quod legatum paratam executionem non
haberet, haberet tamen res iudicata, *l.* 1. *& l. fin. vbi om-
nes, C. de executione rei iudic. l. si cum nullo, ff. eod.* Ro-
ta *decis.* 119. *numer.* 10. *part.* 2. *diuers. & in Recanaten. se-
parationis thori* 31. *Ianuarij* 1614. *coram R. P. D. meo Piro-
uano*.

Nec ex quo fuit promissa euictio huiusmet prædij Vin-
centino ab Ægidio, & Paulo eidemque venditioni, &
pacto consenserit Claudius, ideo legatum sibi ab Ægidio
factum, super hoc prædio consequi non possunt, aut de-
bent Capelletti, quia cum post venditionem ad hoc vt il-
li Claudius consentiret se hoc pactu retrouenditionis Vin-
centinus obligauerit, pendebat euictio à contractu ven-
ditionis, qui ex Vincentini promissione expirauit; in-
17 deque & nihil habet † commune cum hoc iure, quod ve-
nit ex obligatione & facto emptoris, *l. qui insulam, §. fin.
& ibi* Bart. *ff. locat.* Alex. *cons.* 114 *numer.* 3. *& per tot. lib.*
3. Rom. *cons.* 503. *num.* 13. & legatum sibi factum super
hoc prædio consequi non prohibentur Capelletti etiam
quod euictio fuerit per hæredes promissa. Cum ex eadem
promissione, quæ post venditionem & pactum euictionis
18 sequuta fuit posset agere, & ipse venditor † non censetur
obligatus ex casu qui non erat de tempore venditionis, *l.
Lucius, ff. de euict.* Ripa *in l qui Romæ, §. duo fratres, n.*
77. *ff. de verb. obl & in l.* 1. *n.* 24 *de pact.* Rom. *d. cons.* 503.
n. 13. Sutd. *cons.* 70. *in fin. n.* 18.

Idemque legatum debent etiam quod factum esset oc-
casione dotis, quæ dicebatur consumpta cum filij consen-
serint pluribus patris alienationibus etiam pro iure dotis,
maternæ, quia non inde amiserunt creditum dotis licet
19 exd. consensu † sibi in hypotheca super bonis alienatis
præiudicauerint, *l. iubemus, & ibi* Doct. *C. ad Vellcian.*
Barbos. *in l.* 1. *par.* 5. *nu* 69. *ff. solut. matrim.* Dec. *cons.* 379.
nu. 6. Rur. *in Romana donat. de Carcauris* 3. *Aprilis* 1620.
20 *coram Card. Sacrata*, & legatum † certæ quantitatis fa-
ctum occasione dotis sustinetur etiam quod dos verè non
deberetur, vt *est tex. in §. sed si vxori instit. de legatis, l. cum
filius, §. hæres meus, ff. de leg.* 2. *l. si non designata, & l.
refert, & ibi* Bald. & alij, *C. de falsa causa legato adiecta*
Bart. *in l.* 3. *num.* 2. *ff. de dote prælegata.* Surd. *decis.* 161.
21 *num.* 27 *& seq* idque † eo magis propter scientiam testato-
ris de consumptione facta ad sui commodum, *l. cum alie-
nam, & ibi* DD. *C. de leg.* Menoch. *consil.* 299. *numer.* 13.
& seq

Et demum non obstat quod non præcesserit extensio o-
bligationis Cameralis in instrumento non rogato in curia,
ex quo etiam validitatem huius mandati de immittendo
impugnabant, qua pet consensum in mandatum vnica
22 citatione præcedente dixerunt DD. illam † non fuisse ne-
cessariam cum id habeat in suis facultatibus A. C. vt simi-
lia instrumenta exequi possit etiam quod debitores in for-
ma Cameræ obligati non sint Rota *in Veneta donationis* 9.
Decemb. 1605. *coram Venia in Romana pecuniaria* 26. *Ianua-
rij* 1609. *coram Cardinal. Caualerio, & in hac eadem cau-
sa præuidetur d. decis.* 22. *Iunij* 1626. *coram bon. memor. Bu-
ratta*.

Atque ita cum benè hoc mandato de immittendo pos-
sessionem suam Capelletti tuerentur, & spolium ex di-
23 ctis omninò excluderetur, manutentio illis denegari †
non poterat, quæ solet quandocunque concedi etiam post
sententiam, & rem iudicatam, & in gradu restitutionis
in integrum, Cęs. de Graff. *decis.* 4. *in fin. de caus. poss. &
propries.* Rota *decis.* 38. *par.* 1. *diuers. & coram Ludouis. de-
cis.* 458. *nu.* 8.

Cum prætetea vt dixi mandatum de associando etiam
competeret, & ex instrumento quod Iudex mandauit con-
fici ex officio talis facultas, concederetur propter clausulas
constituti, & licentiam datam quæ & in illo legebatur,
† & tanquam consueta, & solita tenebatur Notarius in 24
eodem apponere Gabr. *de consuet. concl.* 3. *nu.* 12. Boer. *de-
cis.* 77. *num.* 3. Bertaz. *de clauf. clausula* 16. *in glo* 3. *num.* 2.
vt ideo cum per diem ante relaxationem mandati fuerit
extensum instrumentum † possessio in illius executionem 25
benè capi potuerit Afflict. *decis.* 326. Magon. *dec. Florent.*
120. *num.* 11. Camilli. Boreil. *in summ. decis. tit.* 44. *de citat.
num.* 455. Rota *in Roman. domus* 24. *Maij* 1602 *coram Litta*.
Cum etiam antequam conficeretur instrumentum, præ-
cesserit depositum pretij pro ipsius Prædij retrouenditione.
Quæ omnia Iudex vno eodemq; decreto mandauerat tan-
quam ea, quorum alterum veniebat in alterius conse-
quentiam, & vt † actus subordinati vnus ab alio depen- 26
debat. Grat. *cons.* 77. *n.* 18. *& cons. seq. n.* 4 *lib.* 2. Rot. *dec.*
450. *n.* 5. *& seq. par.* 2. *diuers.*

Et ita vtraque parte informante, & causa pluries pro-
posita ad fauorem DD. Mansueti, & Fausti de Capellet-
tis resolutum.

* Est decisio 179. supra in hac parte.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Nouarien. Decimarum.

Die Veneris 12. *Ianuarij* 1629.

ARGVMENTVM.

Instrumentum, quando dicatur habere faciem publici instrumenti. In extractione instrumentorum, quando non requiratur citatio partis, & compulsio iudicis. Instrumenta antiqua non egent formali recognitione.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus an de iure communi habeat intentionem fundatam in quarta decimarum contra Laicos.*
2 *Instrumentum dicitur habere faciem publici instrumenti, si contineat diem, mensem, annum, testes, clausulam, actum, & Notarij rogati subscriptionem.*
3 *Instrumenta exemplato, parte non citata, an adhibeatur fides.*
4 *Instrumenta, quando eduntur ab eodem Notario rogato, non est necessaria partis citatio, nec compulsio alterius iudicis pro illis extrahendis.*
5 *Quod procedit in Notario pariter in officio successore extrahente instrumenta Notarij demortui.*
6 *Instrumentum requiritur, vt sit recognitum, vti in publica manu subscriptum, ad probandam identitatem scripturæ.*
7 *Instrumentorum data vbi excedit tempus centum annorum propter impossibilitatem illud recognoscendi per testes, non eget illa formali recognitione, & n.* 8.
9 *Scripturæ minus solemnes pro solemnibus recipiuntur, stante obseruantia.*

DECISIO CCXXX.

IN præposita positione, quæ contigit 17. Decembris
1627. * censuerunt Domini Episcopum de iure com-
muni non habere fundatam intentionem in quarta deci-
marum contra laicos, & in hoc esse recedendum à resolu-
tia 7. Maij 1627. * an autem ex alijs esset standum in ea-
dem resolutione reseruarunt particulariter videre, & cum
hodie † ex parte Episcopi multa alia deducerentur pro 1
fundamento suæ intentionis in quarta parte decimarum
contra laicos, & quidem ex documentis publicis; pla-
cuit Dominis prius de eorum forma probanti quærere, ne
contingat in singulis disputationibus exceptiones, quæ
hodie dantur contra prædicta circa formam probantem
examinare.

Visum igitur fuit in forma probanti instrumentum an-
ni 1578. in quo enunciatur diuisio decimarum loci, & ter-

ritorij Cameri, nempè duas partes ex tribus totius decimæ loci, & territorij Cameri spectare ad Canonicos Ecclesiæ maioris Nouarieo. duas partes ex duodecim spectare mensæ Episcopali Nouariæ, voam partem ex duodecim spectare inuestito tamquam de feudo, & aliam duo-
2 decimam spectare Clerico Cameri, habet enim faciem publici instrumenti, dum continet diem, mensem, annum, testes, clausulam, actum, & notarij rogati subscriptionem *glos. in l. generaliter*, *C. de* Tabell. *lib.* 10. *specul. de Instrum. edit. in princ.* Abb. Imol. Felin. *in cap.* 1. *de fide Instrum.* Bart. *in l. si quis ex argeatarijs*, §. *si initium*, *n.* 6. *ff. de eden.* Couarr. *pract. quæst. cap.* 20. *a.* 1. Seraph. *dec.* 1236. *nu.* 1. Rot. *in Mediolanen. decimarum S. Donati* 23. *Ianuarij* 1612. *in Mediolanen. Iurispatronatus* 23. *Febr.* 1615. *cor. me*, & *in alia Mediolanea. decimarum* 4. *Iulij* 1614. *cor. bo. me. Andrea*.

Non obstat quod fuerit exemplatum absqoe executo-
3 rialibus Rotæ, & parte non citata, † vt propterea etiam cum requisitis publico instrumento conuenientibus fidem facere non possit, *capit. fin. de fide Instrum.* Put. *decis.* 423. *prope lib.* 3. *in nou.* Caputaq. *dec.* 234. *a.* 2. *par.* 3.

4 Quia quaodo instrumenta eduntur † ab eodem Notario rogato, vt in præsenti, non est necessaria partis citatio, neque compulsio alterius Iudicis pro illis extrahendis, Bald. *in l. fin. ad finem*, *C. de eden.* Card. *cons.* 74. *in fine*, Felin. *in cap. cum P. Tabellio*, *n.* 3. *de fid. instrum.* quod
5 etiam fuit firmatum in fortioribus † terminis in Notario successore in officio extrahente instrumenta Notarij demortui in supra allegata *decis. Mediolanen. decimarum S. Donati* 23. *Ianuarij* 1612. *coram me*.

Non obstat, quod prædictum instrumentum non fuerit
6 † recognitum vti in publica manu subscriptum, prout necessarium est ad firmandam identitatem scripturæ productæ, Oldrad. *cons.* 127. *n.* 6. Paris. *cons.* 115. *n.* 4. *lib.* 4. Caputaq. *decis.* 117. *par.* 3.

Quia vbi data instrumeotorum, excedit tempus cen-
7 tum † annorum, & prout excedit hæc de anno 1478. propter impossibilitatem recognoscendi per testes, qui eius ætatis non reperiuntur, solet remitti hæc formalis recognitio concurrente adminiculo antiquitatis scripturæ Dominis localiter ostensæ. Put. *decis.* 9. *de fid. instrum.* Afflict.
8 *decis.* 245. *n.* 3. Seraph. 1077. & idem cum similli † instrumentorum antiquorum supra centum aonos exhibitione, ante oculos Dominorum fuit firmata in *Mediolanea. decimarum de Verisio* 27. *Ianuarij* 1617. *cor. me*.

Similiter visæ fuerunt in forma probanti Bullæ Pauli Secundi expeditæ sub forma rationi congruit per Sixtum Quartum successorem, & Iulij Secundi tanquam approbatæ per Rot. *in decisionibus* 98 & 104. *par.* 1. *diuers.* & executioni demandatæ respectu deputationis æstimatorum fructuum colligendorum ex prædijs Cameri decimandis pro ratis Canonicorum, cum qua obseruantia scriptura
9 † etiam minus solemnes pro solemnibus recipiuntur, Cra. *cons.* 158. *nu.* 1. & 274. *num.* 7 Ioseph. Ludou. *sua concl.* 38. *vers. infertur quinto*. Bald. *cons.* 400. *n.* 5. *lib.* 4. & idem fuit dictum in *Mediolanen. Iurispatronatus* 29. *Aprilis* 1613. *coram me*.

Quò autem ad alia instrumenta, & scripturas productas si opus erit, poterit particulariter videri, an habeaot eamdem formam probantem.

Et ita &c.

* Est decisio 122. supra in hac parte.

* Est decisio 64. pariter supra.

Et infra in eadem causa adsunt aliæ decisiones, idest sub diebus 19. Februarij 1629. & 14. Martij 1630. cor. eodem bo. me. Reuerendiss. Pirouano sunt decisiones 327 & 357. & in par. 2 adsunt aliæ sub die 10. Iunij 1230. & 26. Febr. 1631. coram eodem Pirouano, & 29. Aprilis 1633. & 1. Decembris 1634. coram R. P. D. Verospio, sunt decisiones 334. 31. 357. & 312.

REVERENDISS. P. D. COCCINO

Melitesi Admiratus.

Die Lunæ 15. *Ianuarij* 1629.

A R G V M E N T V M.

Agitur in hac decisione de concessione Papæ facta alicui personæ de beneficio primo loco vacaturo, cum decreto irritanti. Et nonnulla circa vim, & efficaciam dicti decreti irritanti.

S V M M A R I V M.

1 *Papa, si concedat alicui beneficium primo loco vacaturum alicuius loci tunc eueniente casu, ille omnibus debet præferri in illius assecutionem.*
2 *Et si in concessione adsit decretum irritans, huiusmodi beneficium est adeò affectum personæ illius, vt collatio de illo ad fauorem alterius facta, est irrita, & nulla.*
3 *Decretum irritans habet tacitam inhibitionem.*
4 *Decretum irritans continet vim priuatiuam, & auocatiuam potestatis aliàs competentis.*
5 *Decretum irritans, quando adest, tunc quicquid contra illius tenorem gestum est, attentatum, ac nullum ipso iure dicitur, etiam parte non opponeate.*
6 *Decretum irritans lig. t indistinctè ignorantes.*
7 *Quod intellige, quod pœnam nullitatis, quicquid sit, quoad alias pœnas.*
8 *Decretum irritans, nihil operatur, nisi is, pro quo fuit appositum, vti velit, declara n.* 9.
10 *Text. in c.* 1. §. *subiunctum de concess. præb. in* 6. & *Gabr.* & *Gonz. declarantur.*
11 *Priuilegij secuta acceptatione, illud retrotrahitur ad diem concessionis, & ab illo incipit habere effectum etiam in præiudicium iuris alteri medio tempore quæsiti.*
12 *Decreta irritanti, ad fauorem alicuius emanato, licet ille vsus non fuerit, tamen si antequam oppositum fuerit de non vsu, aliquid in contrarium factum fuerit, actus non tenet.*
13 *Actus præsumitur factus ab eo, cuius facultas per decretum irritans fuit interdicta.*
14 *Decretum irritans an distinctè operetur, siue agatur de aliqua re certa, vel incerta.*
15 *Certum dicitur aliquid per relationem ad rem certam.*

DECISIO CCXXXI.

SANCTISSIMVS D. N. sub die 17. Octobris 1626. motu proprio concessit Fr. Octauiano Bottiggellæ militi Hierosolymitano, vt occurrente de cætero alicuius dignitatis magnæ Crucis vacatione nullus ex filijs Arnaldis etiam statuti quinti de electione vel benemerentię, seù alio quouis quæsito colore idem Fr. Octauiano præferri posset, sed ipse illos omnes in assecutione dignitatis huiusmodi anteire, illisque præferri debere, decernens quamcumque electionem, seu promotionem, aut collationem vel aliam quamuis dispositionem, si quàm de dignitate magnæ Crucis in lingua Italiæ primò vacatura ad alterius, quàm ipsius fratris Octauiani fauorem fieri contingeret nullam, irritam, & inanem, ac nullius roboris, vel momenti, neque per eam cuiquam alteri ad dignitatem huiusmodi ius, vel coloratum titulum possidendi tribui posse, vnde cum post mensem à die datæ prædictarum literarum dignitas Admiratus linguæ Italiæ per renunciationem à Fr. Catelano Casato factam vacauerit, & in illius surrogatione fuerit electus Fr. Petrus Vintimillia, qui se vnà cum eodem Fr. Octauiano opposuerat. Dubitaui an præfatum Breue eidem Fr. Octauiano, quoad dictum Admiratum, & quoad Prioratum, seù Baiuliuatum primò vacaturum suffragaretur, & Domini affirmatiuè resoluerunt.

De potestate enim Sanctissimi D. N. non est ambigendum, & voluntas satis deprehēditur, non solum quia dum aper-

apertissimè disposuit, quod occurrente de cætero huius-
modi dignitatum vacatione nullus ex filijs Arnaldis, qua-
lis erat Fr. Vintimilia; sub quouis prætextu, aut quæsitu
colore Fr. Octauiano præferatur, sed ipse omnibus præ-
ferretur, vtique voluit etiam eumdem Fr. Octauianum
præferri in assecutione dignitatis Admiratus huiusmodi,
1 in † quo tanquam in primo vacaturo gratia verificatur se-
cundum terminos, *c. literis 39. de rescript. c. dilectus il 2. de
præben. sext. & glos. in c. mandato de præben. in 6.* Put. *decis.
254. num. 1. lib. 1. in correct.* Sed quia dum adiecit clausulam
2 decreti irritantis voluit huiusmodi dignitatem, ita † esse
affectam ad fauorem ipsius fratris Octauiani, vt collatio,
siue electio ad alterius fauorem facta irrita, ac nulla esset,
prout fuit *c. tibi qui 12. de rescript. in 6. cap. si eo tempore 45. de
elect. in 6. c. quodam 40. de præben. eod. lib. c. 1. de concess. præ-
ben.* Cassad. *decis. 1. sub num. 7. de restit. spol.* Gabr. *de clau-
sul. lib. 6. concl. 3. num. 36. & seqq.* Gonzal. *ad reg. 8 glos. 67.
3 num. 12. & seqq.* huiusmodi enim decretum habet † im-
plicitam inhibitionem Cassad. *decis. 2 num. 6. de restit. spol.*
Gabr. *loc. cit. num. 73.* Gonzal. *vbi supra num. 16.* Imò con-
4 tinet vim priuatiuam, † & auocatiuam potestatis aliàs
competentis *c. dudum 14. vers. & ideirco de præben. in 6.* Fer-
rett. *conf. 314. num. 10. lib. 2.* Gonz. *loc. cit.* Ita vt quod con-
5 tra † illius tenorem gestum est attentatum dicatur, ac
nullum ipso iure, hoc est etiam parte non opponente, *cap.
statutum §. fin. de rescript. in 6. c. vlt. de offic. delegat. eodem lib.*
6. Gabr. *d. concl. 3 num. 57.* Etiam ante ipsius decreti publi-
cationem Gabriel. *loc. cit. num. 45. & de legib. concl. 4. num. 9.*
6 & ratio est; quia huiusmodi † decretum ligat indistinctè
ignorantes *d. c. si eo tempore 45. de elect. in 6. c. si postquam c. du-
dum c. beneficia, & c. quodam de præben. pariter in 6. & c. 1.
vers. adijciebatur de concess. præben.* Gabr. *conclus. 3. numer. 2.*
Gonzal. *d. glos. 67. num. 18.* Couar. *pract. c. 9. num. 7.* Saltem
7 quoad pœnam † nullitatis, quicquid sit, quo ad alias pœ-
nas Gabr. *vbi supra num. 8.* Gonz. *loc. cit. num. 19* Monet. *de
commut. vlt. vol.* qui prædictos cum alijs latè prosequitur *c. 7.
num. 234.* ac etiam ante eiusdem decreti præsentationem *d.
c. tibi qui §. quinimo, & ibi* Gemin. & Franc. *de rescript. in
6. glos. in c. si soli v. contra ipsam de concess. præben. eodem lib.*
6. Gabriel. *d. conclus. 3. num. 52.* Gonz. *d. glos. 67. num. 50.* Ex
quibus euidenter constat Fr. Octauiano, ita Breue suffra-
gari, vt electio Fr. Ventimiliæ, quamuis per ignorantes
facta nulla, ac irrita fuerit, licet de tempore smutitionis
Breue non esset præsentatum aut de eo non esset oppo-
situm.

Nec dicatur, quod cum in prædicto Breui subintellige-
8 retur † conditio si pars vti velit, *c. 1. §. subiunctum de concess.
præb. in 6.* Gabr. *de caus. d. concl. 3. num. 26.* Gonz. *d. glos. 67.
num. 52.* de tempore smutitionis non constabat de accepta-
tione. Ideoque electio Ventimiliæ tanquam pendente con-
ditione facta sustineatur *ad tex. in c. si pro te 13. de rescript. in*
9 6. Quia prædicta omnia procedunt ad effectum, † vt pars
huiusmodi priuilegio tanquam priuato possit renunciare,
& in his terminis gratia dicitur conditionalis, quæ quoad
alios effectus est puta, cum tacitè subintelligatur Bald. *in
d. l. Gallus §. quidam rectè num. 7. ff. de lib. & posthum.* Surd.
10 *conf. 110 num. 6* & ita loquuntur iura, † & Doctores supra
citati, secuta enim acceptatione priuilegium retrotrahi-
11 tur ad diem concessionis, & ab illa † incipit habere effe-
ctum etiam in præiudicium iuris alteri medio tempore
quæsiti *argum. text. in l. potior. 11. ff. qui potiores in pignore
habeantur*, ita vt licèt, quis decreto huiusmodi ad sui fa-
12 uorem emanato vsus non fuerit, † tamen si antequam op-
poneret de non vsu aliquid in contrarium factum fuerit,
actus non teneat Felin. *conf. 1. num. 7.* vbi de collatione be-
neficij, quem in his terminis refert, & sequitur Gabr. *loc.
cit. num. 38.* Menoch. *conf. 348. num. 48.* Monet. *de commut. vl-
tim. vol. d. lib. 7. num. 241. vers. actus enim nullus glos. in d. cap.
si pro te in vers. faciendam de rescript. in 6.* & in puncto fir-
13 mant iura superius deducta, & ratio est, quia † actus dici-
tur factus ab eo, cuius facultas per d. decretum erat inter-
dicta, vt ex *text. expressus in d. cap. dudum 14. de præben. in
6 ibi, & idcirco per illud etiam expressisse videmur, ne alius
posset conferre, & potestatem prædictam quantum ad præ-
sentem speciem reuocasse* Ferret. *d. consil. 314. n. 10. lib. 2.*

Neque potest opponi de incerto corpore beneficij, quia
14 quicquid sit, an huiusmodi † decretum irritans indistinctè
possit operari, siuè agatur de certo, siuè incerto corpore
beneficij ex deductis per Monet. *loc. cit. num. 239.* in casu no-
stro cessat omnis difficultas, eum Breue loquatur de di-
15 gnitate primò vacatura, quæ satis † dicitur certa per rela-
tionem ad primam vacationem, vt est optimus *text. in cap.
1. §. ex parte verò de concess. præben. in 6. vbi glos. in ver. cer-
tam*, quem textum in his terminis expendit Menoch. *loc.
cit. num. 239 vers. & pro ista ampliatione* Put. *decis. 254. per
tot. in correct. lib. 1.* Mohed. *decis. 12. de concess. præben.* vbi in
fortioribus loquitur de gratia ad tot beneficia quæ ascen-
dant ad mille.

Cum ergo Fratri Octauiano Breue suffragetur quo ad
Admiratum, visum fuit pariter suffragari quo ad Priora-
tum, seù Baiuliuatum primò vacaturum, cum id veniat
consecutiuè.

Quia tamen dicebatur Fratrem Vintimiliam in admi-
nistratione Admiratus huiusmodi plures impensas bona
fide fecisse occasione Albergi, Domini censuerunt Fr.
Octauianum ad illarum refectionem teneri, facta prius ab
eodem Fratre Ventimilia liquidatione.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Pistorien. Archidiaconatus.

Die Lunæ 15. Ianuarij 1629.

A R G V M E N T V M.

Præsentato ad iuspatronatus quibus concurrentibus non possit denegari institutio. Iurispatronatus existentia, & effectuatio qualiter probetur. Scriptura, aut tenor registratus in literis Papæ an probet factum enunciatum.

S V M M A R I V M.

1 *Præsentatio, quibus concurrentibus, non possit denegari adiudicatio, & institutio.*
2 *Beneficij vacatio indubitata est, quando scilicet quis venit ex eadem vacatione.*
3 *Iurispatronatus existentia probatur ex instrumento fundationis, & dotationis.*
4 *Qui modus illud probandi superat omnes alios modos, tanquam directè, & in sua substantia fundatus.*
5 *De iurispatronatus effectuatione; quando dubitari non possit.*
6 *Iurispatronatus effectuatio probatur ex enunciatiuis antiquis.*
7 *Iuspatronatus acquiritur per assignationem bonorum, & iurium pro dote alicuius dignitatis.*
8 *Donationis titulus est habilis transferendum dominium.*
9 *Patronis laicis intra quadrimestre presentare indultũ est.*
10 *Instrumento, quod non est in forma probanti, non adhibetur fides, & n. 11.*
12 *Scriptura, aut tenor registratus in literis Papæ probat factum enunciatum, quando sumus in antiquissimis.*
13 *Quod procedit etiam in recentibus, quando Papa motu proprio aliquid asseritur.*
14 *Sumptum informe concurrentibus adminiculis, & obseruantia plenè probat.*
15 *Præsentationis vim habet consensus præstitus, etiam ad constituendos patronos in quasi possessione presentandi.*
16 *Libro publico extractionis officialium, ad effectum probandi descendentiam, fides adhibetur.*
17 *Simonia impedit translationem iurispatronatus.*
18 *Causa finalis arguitur ex proemio.*
19 *Papæ auctoritas purgat omne vitium.*
20 *Donatia in recompensam ob seruitia recepta non est simonia, & n. 21.*

D E C I S I O CCXXXII.

DICTVM fuit Archidiaconatum, de quo agitur, esse
adiudicandum D. Ioanni Baptistæ Mancino.
Probat enim vacationem, patronatum, pertinentiam,
& se à vero patrono præsentatum, quibus concurrentibus
beneficij † adiudicatio, & institutio eidem denegari non 1
potest, *cap. Monasterium 16. quæst. 7. cap. cum Bertoldus vbi
Abb. num. 12. de re iud.* Rot. *decis. 337. num. 1. part. 2. recent.
& in Lucana Iurispatronatus 21. Aprilis 1621. coram D. meo*

Deca-

Decano, in Burgen. S. Sepulchri Beneficij 4. Iulij 1625. coram Domino meo Merlino & in Barchinonen. beneficij 4. Februarij, & Gerunden. beneficij 21. Februarij 1628. coram me.

2 Vacatio beneficij est † indubitata apud partes quia vtra-
que venit ex eadem vacatione, nempe per obitum Honu-
frij Clarentij mense Octobris 1626.

3 Patronatus autem † existentia similiter iustificatur ex
instrumento fundationis, & dotationis huius dignitatis
Archidiaconatus per Ludouicum Pauli de Compagnis fa-
ctæ vsque ad anno 1465. quod datur, qui modus proban-
4 di † super alios tanquam directè, & in sua substantia fun-
datus, *cap. nobis c. piæ mentis 16. q. 7. vbi gl. de iure patro-
natus.* Lambert. *eod. tit. lib. 1. par. 1. ar. 2. q. 2. vsque ad fi-
nem,* Cran. *conf. 68. n. 1.* Rot. *dec. 615. nu. 2. par. 1. recent.*
& fuit comprobata in *Gerunden. beneficij coram me 21. Fe-*
5 *bruarij* 1628. nec de † effectuatione potest dubitari: quia
concurrit diuturna, & successiua possessio præsentandi
vltra 40. annos ab anno scilicet 1528. vsque ad præsentem
6 vacationem, & cum † enunciatiuis antiquis huius patro-
natus, quæ sufficit iuxta *conf. Oldradi 229.* sæpissimè re-
ceptum per Rotam, vt in *dec. 541. n. 2 par. 2. rec.* Seraph.
dec. 1141. n. 1. & cor. PP. Greg. 349. n. 3.

Pertinentia eiusdem patronatus est etiam patens; nam
7 quamuis Ludouicus per assignationem bonorum, † &
iurium pro dote huius dignitatis acquisierit iuspatrona-
tus, vt iam firmatum fuit in alia *Pistorien. Archidiacona-
tus 17. Iunij 1615. coram Patriarcha Pamph.* & per conse-
quens tanquam hæreditarium ad suos transire debuisset;
attamen de anno 1476. illud donauit Petro Philippo Ian-
notij de Pandulphinis pro se, & antiquiori de familia de-
scendentium ex dicto Iannotio; vnde tanquam de iure
8 abdicato ex tit. † donationis habili ad transferendum do-
minium concorrentibus confirmationibus Apostolicis Si-
xti IV. de anno 1479. & 1481. *Speculator. de locato, §. nunc
aliqua nu. 73.* Paul. Cittad. *de iur. patron. in verbo transfe-
ratur, par. 9. nu.* 10. non ad hæredes Ludouici fundatoris;
sed ad donatarios habentes qualitatem antiquioris de fa-
milia Pandulphina pertinere debet.

Præsentatio à vero patrono, & intra tempus debitum
concludenter etiam probatur: quia Io. Baptista docet de
sua præsentatione facta per Franciscum de Pandulphinis
vti maiorem natu dictæ familiæ, & tanquam vnicum pa-
tronum Archidiaconatus, & præbendæ ex instrumento,
quod datur sub die 6. Nouembris 1626 ex cuius data si-
9 militer conuincitur intra quadrimestre laicis † patronis
de iure indultum ad præsentandum, (*cap. quoniam capit.
cum propter de iure patronatus glos. in cap. cum vos de offic.
ordinat. capit. vnico, §. verum de iure patronatus in 6.* Rota
in antiquit. decisio 10. & in nou. decisio 6 eod. tit Lap. *alleg.
75. numer. 3.*) fuisse præsentatum ea qua Clarentius vl-
timus Archidiaconus obijt de mense Octobris anni
1626.

Non obstat quod Instrumentum donationis, à quo pen-
10 det substantia probationis Ioannis Baptistæ non sit † in
forma probanti, postquam neque authenticum ab eodem
Notario rogatum; neque à suo originali parte citata
compulsarum productum fuit; sed ab alio processu leua-
11 tum, † cui fides adhibenda non est non obstante Consti-
tutione Innocentij; dum in illo processu non apparet pro-
ductum authenticum, & recognitum, Caputaq. *dec f.
351. n 5. part. 2.* Rota *decis 550. n. 4. cor. PP. Gregor. XV.
& in Ianuen. portionis 12. Ianuarij 1604. cor. Illustriss. Card.
Millino.*

Quia etsi hodie probari non possint requisita Innocen-
tiana, quando scriptura extracta de alio processu produ-
citur, non tamen deficit forma probans istius instrumen-
ti, quia cum substantia tenoris illius fuerit registrata in
litteris Sixti IV. confirmantis hanc donationem sub data
Kalend. Februari anni 1476. ab Incarnatione, & iterum
enunciata in litteris motu proprio eiusdem Pontificis de
12 anno 1481. & sic versemur in † antiquissimis supra cen-
tum annos, scripturæ aut tenor registratus in litteris Pa-
pæ probat factum enunciatum, Alex. *conf. 6. in fine lib.
6.* Grauet. *de antiquit. temp in princ. num. 8. & 30.* dicens si
13 Papa vt hic † Motu proprio concedit, etiam in recenti-
bus talem assertionem probare, & in sectione, *versiculo
octaua datum limitatio in fine,* & in alia sectione, *versic.
vidimus in genere, numer.* 13. idem confirmat Modern *de
prob 1. concl. 918. numer.* 3. & nihilominus si ageretur de
14 sumpto informi, concurrentibus adhuc † adminiculis,
& obseruantia plenè probat Bald. *conf. 400. nu. 5. lib. 4.* Cran.
conf. 158. post princ. & 274. num. 7. Ioseph. Ludou. *conclus. 38.
vers. inseritur quinto,* Seraphin. *decis. 1334. num. 5.* Rot. *dec.
18 num. 1. part. 2. recent.* quæ adminicula superabundant:
quia ex literis prædictis Sixti IV. tam de anno 1476. quam
1481. apertè constat de veritate factæ donationis, & idem
legitur registratum in libro Capituli Cathedralis Pisto-
rien. de anno 1479. quod ideo familia de Pandulphinis tene-
batur ad anniuersarium vigore prædictæ donationis rogatæ
per Nerium de Prato Cam. Apostol. Notarium, qui est
idem descriptus in calce scripturæ donationis pro Notario
rogato, quibus accedunt enunciatiuæ emanatæ in diuersis
processibus; nam de anno 1601. Ferrantes de Tuccis pro
iustificanda narratiua litterarum Coadiutoriæ huius di-
gnitatis produxit diuersa iura, inter quæ legitur item in-
strumentum publicum donationis iurispatronatus Archi-
diaconatus prædicti factæ per Ludouicum, Pauli, Petro
Philippo, Iannotij de Pandulphinis, & natu maiori pro tem-
pore existenti ex linea, & descendentia dicti Iannotij die
17. Decẽb. 1476. rogato à Nerio Honuphrij Notario publi-
co Cameræ Apostol. similiter & in sententia anni 1611. la-
ta ad fauorem Honuphrij per Vicariũ Pistorien. legitur vi-
so instrumento fundationis, & donationis factæ per Ludo-
uicum fundatorem, Petro Philippo Iannotij Pandulphini,
& maiori natu. Cæterum quod instrumentum prædictum
fuerit semper pro authentico obseruatum patet, quia ab an-
no 1528. vsque ad vltimam vacationem Pandulfini, natu
maiores præsentarunt, & seu loco præsentationis consen-
sum præstiterunt resignationibus per tempora factis per
Archidiaconos possessores, & in prouisionibus Apostolicis
subsequutis, nempe de anno 1528. in prouisione Francisci
per resignationem Vincentij, & de anno 1565. in prouisio-
ne Baldassaris per resignationem supradictam Francisci,
& de anno 1601. in coadiutoria expedita ad fauorem Fer-
rantis Tuccij, & in alia coadiutoria expedita ad fauorem
Honuphrij Clarentij de anno 1611. per cuius obitũ conti-
git præsens vacatio, & quamuis consensus non fuerint
præstiti in vacatione per obitum; sed in coadiutorijs, &
signationibus, idem tamen sequuntur effectus: quia † 15
consensus præstiti habent vim præsentationis etiam ad
constituendos patronos in quasi possessione præsentandi
Abb. *conf. 54. num 1. lib 1.* Rot. *decis. 154. num. 4. par. 2. recent.
& 349. n 2. coram PP. Greg XV.*

Neque etiam dubitari potest, quin Franciscus, qui præ-
sentauit Ioannem Baptistam, sit descendens à Iannotio
Pandulphino, & maior natu, & sic habeat qualitates requi-
sitas in donatione; quia testes dati vtrumque requisi-
tum benè iustificant; sed magis qualitatem maiora-
tus Francisci, & descendentia à Iannotio Pandul-
phino plenius probatur ex attestatione Officialium Ciuita-
tis Florentiæ desumpta ex libro publico extractionis Offi-
cialium, vbi omnes qui nascuntur propter distributionem
officiorum diligenter annotantur, cui libro in his terminis
† probandæ descendentiæ Rota fidem adhibuit *in Florent.* 16
*fideicommiss. de Guidaccij 21 Iunij 1627. coram D. meo Duno-
zetto,* & prius in alia *Florent. Cappellæ 26. Aprilis 1619. co-
ram me.*

Demum non obstat, quod scriptura † donationis conti- 17
neat labem simoniæ, quæ impedit translationem iurispa-
tronatus, *cap. præterea il 2. de iurepatronatus.* Rot. *dec. 302.
num. 4. part. 1. recent.* & ex eo simoniam dicebatur probari
quia in contextu præmittuntur beneficia recepta à Pan-
dulphinis, & spes recipiendi maiora, quæ † cum contineant 18
causam finalem tanquam in proemio posita, *l. 1. vbi* Bart.
in princip. ff. ad Macedon. Becc *conf. 20. num. 11.* à Vitio si-
moniæ non videntur posse separari, Couarru. *variar.
lib. primo cap 20. numer. 4.* Rota *decis 302. n. quarto p. 1. rec.*

Quia vltra quod ex temporis decursu, nempe 150. an-
norum, & post confirmationem Apostolicam, exceptio
de per se remanet irreleuans propter auctoritatem Papæ, † 19
quæ purgat omne vitium, *glos. in c. cum pridem in verbo il-
licitæ de pactis* Paris. *de resignat. lib. 6. quæst. 2. numer. 68.* dona-
re in † recompensam ob seruitia recepta non est simonia, 20
postquam carent conuentione, & pacto ad extinguendam
obligationem, & inferunt tantummodo † moralem obli- 21
gationem ab honestate, & gratitudine remuneratoria præ-
cedentem, declarat Couarr. *d. cap. 20. num. 4. vers. si verò
Collator beneficij,* & idem firmant Comes. de Trienn. *q. 12.
vers. & quid dicendum,* Paris. *de confiden. q. 49. n 5.* Rot *in Ca-
lagurritana Confid. 14. Decemb. 1529. coram bo. me. Penia.*

Et ita.

REVE-

REVERENDIS. P. D. VRGELLEN.

Romana fucceffionis.

Die Veneris 19. Ianuarij 1629.

A R G V M E N T V M.

Teftamentum primum, quando per fecundum tollatur, & quando non, & quæ requirantur. Teftatoris dementia, & ad hoc vt eius teftamentum fit nullum, ex quibus probetur, & ex quibus hoc ceffet.

S V M M A R I V M.

1 *Termini fubftantiales, vt benè feruentur, quæ requirantur.*
2 *Recufatio iudicis debet fieri per procuratorem ad hoc habentem fpecialem mandatum.*
3 *Recufatio iudicis debet fieri ante motam litem, nifi noua caufa recufationis fuperuenerit.*
4 *Teftamentum primum ipfo iure per fecundum tollitur.*
5 *Teftamentum, quando producitur in forma probanti non vitiatum, &c. fcilicet tunc hæredibus in eis inftitutis datur immiffio.*
6 *Teftamentum originale, an debeat in actis produci, ad hoc vt detur immiffio, & an fufficiat exemplum in publica forma, n. 7.*
8 *Teftatoris fubfcriptio non eft neceffe recognofci, quando fumus in teftamento nuncupatiuo.*
9 *Teftamentum primum, quando non cenfeatur per fecundum reuocatum.*
10 *Teftator, fi in fecundo teftamento, dicat, quod illud valere debeat, nonobftante quouis alio teftamento habente claufulam derogatoriam, cenfetur primum reuocaffe.*
11 *Teftator præfumitur à prima voluntate difceffiffe per verba derogatoria, claufulis derogatorijs pofitis in prima voluntate.*
12 *Sanæ mentis effe, naturale eft, furiofum verò, & infanum, accidentale.*
13 *Dementia in dubio non præfumitur*
14 *Teftatoris furor tempore conditi teftamenti non probatur ex eo, quando docetur aliqua die furiofum fuiffe.*
15 *Et hoc maximè, quando in teftamento reperiuntur omnia ritè, & rectè difpofita, & n. 24.*
16 *Compofitio mentis ex quibus arguatur.*
Inordinatio arguit defectum, n. 16.
17 *Teftator præfumitur fanæ mentis, fi inftituat hæredes perfonas fibi fanguine proximiores.*
Teftator non præfumitur demens, fi legata pia faciat, qualia ipfius qualitati, & cuilibet viro, prudenti conueniebant, num. 17.
18 *Sacramentum confeffionis, & facræ Eucharistiæ, non nifi hominibus fanæ mentis permittitur, & conuenit.*
19 *Teftes intereffati non probant.*
20 *Teftes, ad hoc vt probent teftatoris dementiam illam determinatè concludere debent de tempore conditi teftamenti.*
21 *Teftes non reddentes conuenientem rationem fui dicti, non probant.*
22 *Teftes, vt dementiam teftatoris probent, quid requiratur.*
23 *Memoriæ imbecillitas non benè infert ad defectum intellectus.*
25 *Viri fani intellectus, quandoque aliqua ex accidenti faciunt à fana mente aliena, etiam tempore conditi teftamenti.*
26 *Pater, qui fine caufa filios fuos exhæredat, rem quafi furiofi dicitur facere.*
27 *Teftamentum patris, qui fine caufa filios exhæredat, mero iure tenet, cum opus fit illud refcindi per quærelam inofficiofi teftamenti.*
28 *Teftamentum furiofi ipfo iure eft nullum.*
29 *Teftamentum illius, qui iuffit offa fua proijci in Tyberim, licet rem furiofi iufferit, tamen eius teftamentum tenuit.*
Teftamentum illius mulieris, quæ iuffit fe fepelliri cum quibufdam ornamentis ex fmaragdis, & margaritis confectis valuit num. 29.
30 *Teftamentum illius, qui peccata fua non confitebatur, an valeat.*
Teftamentum illius, qui Miffam non audiebat, & cum effet diues, non reliquit legata pia pro anima fua an fuftineatur, num. 30.
31 *Ex teftamento bene ordinato, habens dilucida interualla præfumitur in fanitatis interuallo fuiffe de tempore conditi teftamenti.*
32 *Furiofus, qui prorfus eft licet de facto teftetur, quamuis ordinatè, tamen eius teftamentum nullum eft.*
33 *Furiofus, quis effe non definit, quamuis faciat aliquos actus fapientis.*
34 *Infirmus quamquam faciat actus, aliquos, qui fanitatem arguunt, tamen non eft fanus.*
35 *Curatori datio arguit dementiam, fallit quando fuit procurata, num. 36.*
37 *Ordinariè, & non executiuè proceditur, quando tituli funt ambo pares, num. 38.*

D E C I S I O CCXXXIII.

IOANNES Maria Vertema duo condidit teftamenta, in primo Ven. Archiconfraternitatem Sanctifs. Crucifixi de Vrbe; in fecundo Francifcum, Catherinam, & Cæciliam de Vertemis hæredes inftituit, cum autem Archiconfraternitas mortuo teftatore vigore primi teftamenti bonorum hæreditariorum poffeffionem occupaffet orta lite inter eam, & dictas fœminas (Francifcus enim nunquam fuit in caufa) Iudex caufarum dictæ Archiconfraternitatis pronunciauit prædictas Catherinam, & Cæciliam effe immittendas pro duabus ex tribus partibus ex fecundo teftamento; fed cum habitus fuerit recurfus ad Illuftrifs. Cardinalem Protectorem, qui me in Iudicem deputauit, dubitaui hodie in Rota de viribus dictæ fententiæ, & Domini effe confirmandam refoluerunt, quia de validitate non eft dubitandum. Nam vltra quod Illuftrifs. Cardinalis in fuis facultatibus poteft procedere nullis etiam feruatis terminis fubftantialibus, fuerunt nihilominus feruata omnia † requifita, de quibus per Caput. 1
decif. 260 *part.* 2. & recufatio iudicis fuit facta per procuratorem non habentem ad id fpeciale mandatum ad † re- 2
cufandum de iure requifitum *ad l. non folum §. fin. ff. de proc.* Rebuff. *de recufat. art 1. glof. 1. num. 2.* Parif. *conf.* 31. *num.* 102. *lib.* 1. Caputaque *decif.* 168. *par.* 1. Rot. apud Gregor. XV. *decif.* 368. *num* 1. & non fuit propofita in tempore, fed poft litem conteftatam, quæ propterea non afficit, † cum non 3
probetur nouam caufam fuperueniffe *l. apertiffimi in princ. C. de Iudic. cap. inter monafterium de fent. & re iudic.* Gouarr. *pract. quæft. c.* 216. *nu.* 1. *in fin. &* Rota *decif. 2. num. 2. part. 2. diuerf.*

De iuftitia verò fimiliter vifum fuit conftare, quia cum per d. fecundum † teftamentum primum ipfo iure fubla- 4
tum fuerit §. *pofteriore inftit. quibus mod. teftam. infirm.* cum vulgatis, & illud fuerit productum in forma probanti † 5
non vitiatum, &c. hæredibus in eo inftitutis debetur immiffio ex *l. fin. C. de Ed.* D. Adr. toll. Menoch. *de adip. remed.* 4. *num* 368. latè Peregrin. *de fideicomm ar.* 48 *per tot.* & Rot. apud Greg. XV. *decif.* 206. *num.* 1. & alibi fæpius.

Nec releuat, quod in actis non fuerit † productum ori- 6
ginale, feu matrix d. fecundi teftamenti iuxta requifita *d. l. fin.* quia fufficit, quod productum fuerit exemplum in publica † forma traditum à Notario rogato Iafon. *in d. leg.* 7
fin. fub num. 4. *vbi* Zuccard. *num.* 92. *verf. fed nihilominus,* Menoch. *d. remed.* 4. *num.* 654. & ita obferuat Rota vt teftatur Verall. *decif.* ft 51. *num* 1. *par.* 2. *& in Perufina hæreditatis* 28. *Nouembris* 1616. *coram bo. mem. Buratto, & nouiffimè in Romana hæreditatis de Arigonis* 23. *Ianuarij* 1627. *coram D. meo Virili.*

Minus releuat, quæ non fuerit † recognita fubfcriptio 8
teftatoris, quia verfamur in teftamento nuncupatiuo, quod redditur certum eo ipfo, quod fuit per teftatorem configuatum Notario claufum, & Notario à tergo illius rogitum configuationis coram feptem teftibus adnotauit, & ibidem teftator, ac teftes prædicti etiam fe fubfcripferunt, vnde opus non eft illa recognitione Bart. *in l. 2. num* 5. *verf. tunc fi Tabellio ff. quem ad teftam. aper.* Paul. de Caftr. *confil.* 93. *numer.* 3. *lib. primo* Rota *decifion.* 752. *numer.* 6. *& 7. part. 1. diuerf. & in dict. Romana, hæreditatis coram*

Domi-

Domino mea Virili, & in eadem 28. Iunij 1627. coram eodem.

Non obstat etiam, quæ in primo testamento, in quo
Archiconfraternitas fuit hæres instituta, adsit clausula
derogatoria posterioris voluntatis, nisi in ea describantur
hæc formalia verba, Aue Maria Gratia plena quæ in d. 2.
9 testamento non inueniuntur descripta, quo casu † primum
non censetur per posterius reuocatum ad l. si quis in princ.
testamenti, & ibi communiter DD. ff. de leg. 3. Iason. in l. si
mihi, & tibi §. in legatis n. 11. ff. de leg. 1. Corn. 86. n. 7. vol.
3. Alex. cons. 134. n. 1. lib. 1. Cæl. de Graff. dec. 1. n. 1. & 2.
de testam. quia fuit bene responsum, quòd in d. testamento
10 adest sufficiens † derogatio, ex quo testator in eo dixit,
quod valere debeat non obstante quouis alio testamento
habente clausulam derogatoriam subdens, Sotto qualsiuoglia parole derogatorie, delle quali non mi ricordo, ma se mi
ricordassi adesso de verbo ad verbum le direi, Bart. in d. l. si
quis in principio testamenti num. 8. Clar. in §. testamentum q.
99. vers. sed quæro. Natt. cons. 639. n. 9. lib. 3. Moder. Rom.
discept. 48. n. 22. & seqq. Hier. Laur. dec. Auen. 81. n. 3. &
in puncto, quod per verba illa sotto qualsiuoglia parole dero-
11 gatorie, sit sufficienter † derogatum cuicumque clausulæ
derogatoriæ, etiam continenti dicta verba, Aue Maria
dixit Rota decis. 721. nu. 3. par. 2. recent. & in Romana legati 9. Iunij 1578. cor. Bubalo.

Non etiam obstare visum fuit prætensa testatoris dementia de tempore secundi testamenti, in qua fiebat principale fundamentum pro parte Archiconfraternitatis,
12 quia cum naturale † sit, quem esse mentis compotem, furiosum verò, & insanum accidentale, vt dixit Bald. in l.
nec Codicillos C. de codicill. vbi etiam gl. Bart. & alij, præsumptio stat contra dementiam ca. fin. de success. ab intest.
propterea ad probandam dementiam præsertim in Io. Ma-
13 ria testatore; qui non solum pro † se habet sanæ mentis
præsumptionem, sed in præcedenti tempore vitæ suæ talis probatur, efficacioribus, & vrgentioribus probationibus de tempore conditi testamenti opus est, itaut non suf-
14 ficiat, † quod aliqua alia die probetur furiosus, vt latè Bar.
in l. 2. n. 3. vers. sed quid ff. de bon. poss. fur. Alex. cons. 85.
n. 7. vtr. & illud rectè libr. 2. Roder. Suar. alleg. 1. per tot.
Mago. dec. Flo. 97. n. 13. & tantò magis, quia cum hic con-
15 currit, quòd † omnia in d. secundo testamento descripta
ritè, & ordinatè composita reperiuntur, debiti autem ordinis obseruantia, & scripturæ compositio mentis inte-
16 gritatem adnotant, sicut inordinatio † defectum c. 1. §. si
verò de cler. ægrot. in 6. c. filij de hæret. eod. lib. c. legitimus 93.
dist. Io. Andr. in c. cum dilectus de success. ab intest. Alex. in
d. l. Furiosum C. qui testam. fac. possess. Honded cons. 78. nu.
60. lib. 2. Tiraq. de leg. connub. glos. 1. p. 11. num. 7. Mant.
de coniect. vlt. lib. 2. tit. 5. nu. 13. & Anton. Gamm. decis.
162. n. 2. Et præterea nulla maior sanæ mentis coniectura,
quàm illa, quæ desumitur ex qualitate testamentariæ di-
17 spositionis Ioannis Mariæ, quia instituit † hæredes dictas fœminas sibi sanguine proximiores, & quibus circumscripto testamento à lege deferebatur eius hæreditas, &
legata pia fecit, qualia ipsius testatoris qualitati, & cuilibet prudenti viro conueniebant Suar. d. alleg. 1. nu. 2. &
10. Honded. d. cons. 78. nu. 61. lib. 2. Mant. vbi supra nu. 7.
Afflict. dec. 143. n. 5. Ioseph. Lud. dec. Perus. 1. n. 9. Gram.
dec. 73. circa fin. & Rot. dec. 129. nu. 15. p. 2. diu. His accedunt fides Parochorum, quibus in hoc multum deferri
debet attestantium quod Io. Maria in vltima infirmitate,
in qua fecit testamentum, & ex qua dementiam ortam
fuisse prætenditur, bis peccata sua cum sana memoria,
sensu perfecto, & animi dolore confessus fuit, & sacram
18 Eucharistiam suscepit, horum enim † Sacramentorum
susceptio, nonnisi hominibus sanæ mentis conuenit, &
permittitur, vt latè Surd. cons. 89. per tot. quæ ideò plurimum confert ad mentis integritatem præsumendum, Menoch. præsumpt. 45. n. 21. lib. 6. Rot. decis. 384. nu. 4. p. 1. recent & in Romana hæreditatis de Gracchis 5. Decemb. 1618.
co. bo. me. Remboldo. Adminiculantur etiam attestationes
Reuerendiss. Episcopi Vicegerentis Illustriss. Cardinalis
Vicarij, & aliorum quatuor Sacerdotum, qui circa tempus conditi secundi testamenti Ioannem Mariam personaliter visitarunt, & eum sani iudicij, vt dicunt, reperierunt, & tandem subscriptiones ipsiusmet testatoris, &
septem testium non parum faciunt, quia testator mentis
expers non facile subscripsisset, & testes subscribere recusassent.

Vnde non obstant testes de dementia deponentes, quia
vltra quòd quidam sunt aliqualiter interessati, † quia 19
aut sunt legatarij ex primo testamento, aut aliàs eorum
interest, vt illud sustineatur, quorum fides propterea
saltem diminuitur ad l. omnibus C. de test. in primis non concludunt de dementia de tempore conditi secundi testa-
menti, de quo tempore † maximè supradictis attentis il- 20
lam determinatè concludere debent iuxta tex. in l. 2. & l.
qui testamento §. quæcumque vers. nec furiosus ff. de testam. &
tradunt DD. in d. l. furiosum Cor. cons. 261. num. 22. lib. 4.
Ant. Gam. d. dec. 262. nu. 2. & Rota d. dec. 384. n. 10. par.
1. recent. Præterea non reddunt conuenientem † rationem 21
sui dicti, quam tamen in hoc casu, etiam non interrogati exprimere debent, cum enim dementia cognoscatur per
inquisitionem quandam, quæ se animo non offert, nisi
per multa, & diuersa † media, circa quæ testes de facili 22
possunt errare, ideò eis non creditur, nisi causam sui dicti etiam non interrogati faciant manifestam Bald. in l. fallam C. de test. Innoc. in capit. cum causam de test. Fulgos. &
Castr. in d. l. furiosum, vbi Ias. n. 6. Socc. cons. 42. n. 4. lib. 1.
Surd. d. cons. 89. n. 4. Boer. dec. 23. n. 41. Mago. d. dec. 97.
n. 5. & Rota in dec. 384. n. 7.

Non obstat, quòd aliqui testes reddant rationem dementiæ, quia viderunt Ioannem Mariam memoria destitutum, & facientem strepita, & alia more dementium
quia memoriæ † imbecillitas non infert ad intellectus de- 23
fectum Menoch. d. præsumpt. 45. num. 31. & Rot. d. decis.
384. n. 5. præsertim in Ioanne Maria, corporis infirmitate oppresso iuxta text. optim. in l. hac consultissima §. at cum
humana fragilitas C. qui testam. fac. poss. quòd verò fecerit
strepita, & alia huiusmodi, similiter non concludit dementiam continuatam, & confirmatam, & sic eum non
fuisse in potestate mentis de tempore conditi testamenti,
stante, vt dictum est, quod antea † communi existima- 24
tione sani consilij reputabatur, & testamentum condidit
rectè, & ordinatè compositum, & eius dispositionis qualitas conuenit homini perfectæ mentis; & quod post prædicta strepita, & testium depositiones sanus mente repertus fuit à Parochis, quibus fuit peccata confessus, necnon à Reuerendissimo Viceregente, & alij Sacerdotibus
supradictis, quadoque enim sani intellectus viri † aliqua 25
ex accidenti faciunt à sana mente aliena etiam tempore
conditi testamenti, & sic in fortioribus terminis; & tamen non ideò semper de iure furorem superuenisse præsumitur, nec insani reputantur, quoad testamenti actiuam factionem, modo ex alijs suspicio furoris inde causata amoueatur prout † pater, qui filios suos sine cau- 26
sa exhæredat, meritò rem quasi furiosi facere dicitur
l. 1. & 2. ff. de inoff. testam. & tamen eius † testamentum 27
mero iure tenet cum opus sit illud rescindi per querelam
inofficiosi l. si non mortis §. si quis, & tot. tit. ff. eodem tit.
cum tamen testamentum † furiosi sit ipso iure nullum 28
d. l. 2. & l. filiusfam. ff. de testament. & d. l. furiosum C. qui
test. fac. poss. Ille etiam testator, qui apud Iurisconsultum in l. quidam in suo ff. de condit. institut. iussit ossa sua
proijci in Tyberim, rem furiosi iussit, vt ibi tex. dicit,
& tamen † eius testamentum valuit, sicut valuit testa- 29
mentum illius mulieris, quæ in l. fin. §. final. ff. de aur. &
arg. leg. iussit se sepelliri cum quibusdam ornamentis,
quę ipsa ad se sepelliendum fecerat ex smaragdis & margaritis: & facit bonum text. in l. seruo alieno, §. fin. ff. de
leg. 1. & quod refert Paris. cons. 88. n. 65. vol. 3. de testamen-
to illius, † qui peccata sua non confitebatur, & Corn. 30
cons. 219. in fi. vol. 1. de testamento alterius, qui Missam
non audiebat, & cum diues esset legata pia pro anima sua
non reliquit, & sic intelligit Roder. Suar. vbi supra, quod
refert Valerius Max. de testamento dementis benè ordinato, quod Senatus Romanus validum declarauit, quòd scilicet furiosus ille non erat in continuo, & confirmato furore, sed habens dilucida interualla, itaut ex benè ordinata
† dispositione iudicatus fuerit in sanitatis interuallo esse 31
de tempore facti testamenti, prout etiam sic intelligenda est dec. in d. Rom. hæreditatis de Gracchis ver. tum etiam,
quandoquidem, qui prorsus demens est, & in furore con-
firmatus, si de facto testetur † quamuis ordinatè, semper 32
eius testamentum nullum est Roder. Suar. & Mant. vbi
sup. Menoch. d. præsumpt. 45. n. 68. siquidem tunc optima
compositio non à persona, † sed casu magis facta creditur 33
arg. optim. text. in l. fin. ff. de administr. tut. non enim propterea desinit esse furiosus quamuis faciat aliquos actus sapientis, vt dicit Rom. post glos. in l. filium emancipatum nu.
3. ff. de acquir. hæred. Zabarell. cons. 37. vol. 2. Corn. cons.
69. vol.

69. *vol.* 1. & Menoch. *conf.* 82. *num.* 234. vt in simili infir-
34 mus, qui etsi actus aliquos faciat, qui sanitatem † ar-
guunt, tamen non est sanus Præposit. *in cap. dilectas ex-
tr. de spons.* Corset. *singul.* 368. *verbo testamentum*, vbi me-
minit illius egregiæ sententiæ, quam dixisse quendam fa-
tuum Parisiensem, multi alij etiam referunt.

Non etiam obstare dixerunt DD. quod Io. Mariæ vti
insano fuerit datus Curator ante conditum testamentum,
35 de quo agitur, quæ Curatoris † datio dementiam arguit
Alex. *d. cons.* 85. *num.* 9. *lib.* 2. Bertrau. *cons.* 48. *num.* 22. *vol.*
1. *part.* 2. Surd. *d. cons.* 89. *num.* 19. & Mantic. *vbi sup. num.*
15. quia quidquid sit, an d. Curatoris datio fuerit causa
36 cognita, & an fuerit ad hoc procurata, vt videtur † ab
habentibus pinguius interesse ex primo testamento, illa
similiter non concludit dementiam ad effectum, de quo
agitur, vt in puncto Io. Fab. *in § præterea*, & *ibi etiam*
Aret. *instit. quib. non est permiss. fac. testam.* Ias. *in d. l. furio-
sum sub num.* 2. *vers. singulariter limita* Boer. *d. decis.* 23. *num.*
79. & Rot. *in d. Romana hæreditatis de Gracchis*. Et in
omnem casum in conflictu probationum, Dominis ex
supra dictis visum fuit probationem sanæ mentis de tem-
pore conditi secundi testamenti præponderare.

Tandem non obstat, quod Archiconfraternitas quæ
37 venit † ex alio testamento; & sic ex pari titulo, & possi-
det, sit legitima contradictrix, ad impediendam immis-
sionem ex *d. l. fin.* Bart. *ibi sub num.* 21. *vers. aut compareat*,
& Zuccard. *num.* 374. Menoch. *de adipisc. d. remed.* 4. *num.*
565. Peregr. *de fideicomm. art.* 48. *num.* 40. Mohed. *decis.* 13.
vt lit. pend. & Caputaq. *decis.* 329. *part.* 1. & Rota *in Rea-
tina hæreditatis* 4. *Iunii* 1599. *coram Iusto*, quia est verum
38 ad effectum, vt non † sit procedendum ex d. remedio
executiuè, & summariè, vt loquuntur DD. & deci-
siones supra allegatæ, Domini autem quamuis dixerint
sententiam esse confirmandam, dixerunt tamen proce-
dendum esse via ordinaria.

Et ita decisum vtraque &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Mediolanen. Pecuniaria.

Die Veneris 19. Ianuarij 1629.

ARGVMENTVM.

Creditor, si indulgeat debitori, vt ad beneplacitum, & commodum suum soluat, ita quod d. beneplacitum, & commodum non excedat metam certi determinati temporis, an eo termino elapso, censeatur inducta debiti præscriptio, & obligationis extinctio.

SVMMARIVM.

1 *Solutioni, si sit adiectus terminus, an post illius lapsum inducta dicatur debiti præscriptio, & obligationis extinctio.*
2 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
3 *Obligatio semel extincta amplius non reuiuiscit.*
4 *Terminus, quando est præscriptus non obligationi, sed solutioni, tunc post lapsum termini non potest dici extincta obligatio, & num. 9.*
5 *Solutioni, quando est adiectus terminus, præsumitur contrahentes voluisse, quod ante aduentum termini debitum exigi non possit.*
6 *Solutioni, quando adijcitur terminus, eo aduento, non solum liberatur debitor, sed constituitur in magis obligatione efficaci.*
7 *In obligatione simplici, quæ non habet causam successiuam, sed momentaneam, si adijciatur dies, censetur appositus non causa limitandæ obligationis, sed differendæ solutionis.*
8 *Damna, & interesse, solita sunt deberi ratione moræ.*
10 *In præscriptione terminus currit de momento in momentum.*
11 *Instrumenta non habent executionem paratam.*
12 *Iudicium non debet incipere ab executione.*
13 *Sententia condemnatoria, antecedere debet executionem.*
14 *Instrumentum potest fieri, quod habeat executionem paratam, tam ex statuto, quàm ex conuentione partium.*
15 *Vt scilicet contra debitorem tanquam confessum executiuè procedi possit.*
16 *Pacta executiua in instrumentis apposita ex dispositione statut. Mediolanen. quid operentur.*
17 *Decis. in causa Ferrarien. Affictus coram Decan. Pega declaratur.*
18 *Legitimatio personarum in omnibus iudicijs, etiam executiuis requiritur.*

DECISIO CCXXXIV.

ILLVSTRISSIMVS D. Cardinalis Borromeus per instrumentum publicum rogatum Mediolani 14. Decembris anni 1592. soluere promisit quondam D. Comiti Ioanni Baptistæ, eiusque hæredibus, & successoribus, summam librarum imperialium 15796. cum infrascriptis conditionibus, videlicet. Et hoc ad commodum, & beneplacitum prædicti Illustrissimi D. Cardinalis, quod tamen commodum, & beneplacitum, non excedat metam annorum duodecim, sed hinc ad dictos annos duodecim intelligatur, & sit præscriptus terminus solutionis præsentis obligationis, cum ea tamen expressa lege, ac conditione, quod interea dictus illustrissimus D. Cardinalis, non teneatur, nec cogi possit ad aliqua damna, seù interesse, & postea omnia sua bona obligauit, etiam cum pactis executiuis, cum iuramento, & clausula constituti, quodque vbique locorum ipse conueniri possit.

Defuncto autem dicto Comite Ioanne Baptista DD. Comitissæ Paula, & Barbara de Belgioiosis tanquam eius ab intestato hæredes, ab Auditore Cameræ obtinuerunt vigore supradicti instrumenti contra D. Cardinalem relaxari mandatum executiuum, à quo interposita pro parte eiusdem D. Cardinalis appellatione, causa mihi fuit commissa cum clausula, si quid exequendum

Et proposito dubio, An mandatum Auditoris Cameræ esset exequendum, Domini duo firmarunt. Primum scilicet constare de credito, alterum verò pro illius crediti consecutione dictum mandatum non esse exequendum.

Quod enim attinet ad primum, licet ex † verbis adie- 1
ctis termino solutionis ad annos duodecim prætenderetur
post huiusmodi temporis lapsum à die initæ stipulationis
inductam fuisse debiti præscriptionem, & obligationis ex-
tinctionem, iuxta *l. cum qui*, *§. qui ita stipulatur*, *ff. de
verb. oblig.* visum est nihilominus liquidò constare de cre-
dito hæredum quondam Ioannis Baptistæ ex instrumento
† publico, quod facit probationem probatam, *l. census ff.* 2
*de probat. l. in donationibus C. de donat. cap. scripta de fid.
instrum.* & ibi Innoc. *num.* 3. Abb. *in cap. sollicite de rest.
spoliat. num.* 7. *in fin.* Bart. *in l. interest num.* 2. *C. de solut.*
Bald. *in l. si qua C. de Episcop. & Cler.* Alex. *cons.* 135. *nu.*
5. *lib.* 6. Decian. *cons.* 432. *cum seqq.* Soccin. Iun. *cons.*
127. *numer.* 7. *lib.* 3. Et Rota dixit in *Romana Pecuniaria* 5. *Nouembris* 1627. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Neque obstat, quod dicebatur obligationem sublatam
esse penitus post duodecim annorum lapsum, eamque se-
mel † extinctam, non amplius reuiuiscere *l. cum ex cau-* 3
sa C. de remiss. pign. Quia non fuit præscriptus terminus
obligationi, sed † solutioni tantum, vt apparet ex ver- 4
bis instrumenti, ibi, sit præscriptus terminus solutionis
præsentis obligationis, itaut dicendum sit, obligationem
de qua agitur incæpisse ex die ad text. *in l. obligationum §.* 1.
ff. de oblig. & act. Et contrahentes voluisse † quod ante 5
aduentum termini duodecim annorum debitum exigi non
posset, vt apertè dicitur *l. qui hoc anno* 42 *ff. de verb.
oblig.* Ibi qui hoc anno, aut hoc mense stipulatus sit, nisi
omnibus partibus anni vel mensis præteritis, non rectè
petet, tunc enim aduentus diei, † non solum debito- 6
rem non liberat, sed magis constituit obligationem effica-
cem *l. si mandato Titij*, *§. Paulus respondi* 2. *ff. mandati l.
magnam legum. C. de contrahen. & com. stipul.* Præsertim
cum simus in simplici obligatione, quæ non habet † cau- 7
sam successiuam, sed momentaneam, cum statim ad
libitum adimpleri possit, quo casu semper dies videtur
apposita, non causa limitandæ obligationis, sed causa
differendæ solutionis, vti plenè declarat Bart. *in d. l. cum
qui §. qui ita stipulatur ff. de verb. oblig. num.* 2. Vbi distin-
guendo sic respondet contrarijs, quam distinctionem am-
plecti-

plectitur Paul.de Castr. *ibidem num.3.* & signanter Ias. *num.
9. & Angel. in princip.*
Et hanc interpretationem confirmant verba ipsius In-
strumenti, ibi ea tamen expressa lege ac conditione, quod
interea D. Cardinalis non teneatur, nec cogi possit ad ali-
qua damna, seu interesse, ex quibus manifestè colligitur
terminum fuisse à contrahentibus præscriptum solutioni,
8 ad effectum euitandi damna, † & interesse, solita debe-
ri ratione moræ *l. mora §. in bonæ fidei ff. de vsur. l. scimus,
l. lecta ff. si cert. pet.* Non verò ad effectum perimendi obli-
gationem, nam aliàs dicendum esset, nullam ab initio
adfuisse obligationem, quæ necessariò adstringeret Illu-
strissimum D. Cardinalem, si in ipsius arbitrium fuisset
collatus effectus obligationis, itaut ante terminum, non
9 cogeretur ad solutionem, & † elapso termino, omninò
censeretur liberatus à debito contra text. in *l. in vendentis
C. de contrab. empt. & in l. sed ex hac ff. de act.* notat.
Bart. *in l. centesimis §. fin. ff. de verb. oblig. & ibid.* Paul.
de Castr. *in princip.*
Minus obstat allegata præscriptio ex statuto Vrbis ob
lapsum sexdecim annorum; & vltra, quia à die solutio-
nis, qui ex pacto in instrumento apposito cessit 14. De-
cembris anni 1604. vsque ad diem 16. Iulij 1620. quo die
fuit cœpta lis, constat non effluxisse integrum spatium
sexdecim annorum à statuto requisitum, vt præscriptio
10 dicatur completa, in qua † tempus computatur de mo-
mento, in momentum ad text. in *l. cum notissimi §. illud
autem C. de præscrip. 30. vel 40. ann. l. vnic. §. cum autem, &
ibi* Bart. *C. de vsucap. transform. tradit* Bald. *in l. qua ætate
num. 2. ff. de testam.*
Quantum verò ad secundum caput disputationis Do-
mini censuerunt mandatum Auditoris Cameræ, non es-
se exequendum, apertissimi enim Iuris est Instrumenta
11 † non habere paratam executionem *l. minor annis 25. cui
fideicommissum ff. de minor. & ibi* Bart. *l. pacto C. de pactis*
Ang. & Alex. *in l. si post dotem §. si ex eo, numer. 6. ff. solut.
matr.* Thesaur. *decis. 26. in princip.* Idque optima ratio-
12 ne constitutum videtur, ne aliàs ab executione † iudicium
incipiat contra text. in *l. 1. & 2. C. de execut. rei iud. vbi*
DD. Et ità legitimus iuris ordo inuertatur, qui exigit, vt
13 sententia † condemnatoria executionis præceptum ante-
cedat Thesaur. *d. decis. 26. post princip.*
14 Et licet fieri possit quòd instrumentum † habeat execu-
tionem paratam, tam ex statuto, quàm ex conuentione
partium prout videmus in obligatione Camerali, vel in-
15 strumento guarentigiato, vt scilicet contra debitorem †
tanquàm confessum executiuè procedi possit per *text. in l.
abstinendum, & ibi glos. in verb. priuati C. quor. appellat.
non recipi, & in l. Creditores C. de pig.* Bart. *in l. 1. num. 8.
ff. de edend.* Ioann. Andr. *ad specul. in tit. de appellat. §. in
quibus num. 4. in verb. confessus.* Petr. Nunn. *de Auenda-
no ad l. 4. & 5. tit. de las Excepciones lib. 3. ordinat. regul.*
Modern. *ad tract. de oblig. Camer. quæst. 2. num.* 16. Et ita
Instrumentum de quo agitur, videtur continere similem
conuentionem propter promissionem D. Cardinalis cum
pactis executiuis, in quæ ipsum consensisse patet.
Attamen his non obstantibus responsum fuit, huius-
modi clausulam, ex dispositione statuti Mediolanensis
duntaxat operari, quòd creditori detur immissio, vel
16 associatio ad bona debitoris, per quam constituatur † tan-
tum iudiciale pignus, seu hypoteca ad fauorem ingre-
dientis possessionem, vt declarat Cattel. Cott. *in memoria
in verb. pacta executiua, & in verb. hypoteca, & notat*
Carpan. *ad statut. Mediolan. cap. 155. nu. 6. & seqq. & cap.
156. num. 1. & 2 cum seqq.*
Atque ità non applicantur tradita per Moder. *de appell.
17 quæst. 17. lim 9. num. 10. Neque decisio † Ferrarien. affictus
28. Ianuarij 1611. coram bon. mem. Penia.* Quoniam pro-
cedunt in instrumentis in quibus adest clausula cum rigo-
re moræ obligationis Cameralis, & cum quibusuis re-
medijs executiuis etiam in ampliori forma Cameræ Du-
calis.
Præterea visum fuit, tanto minus competere viam
executiuam, ex eo, quod non constaret de legitimatione
18 personarum DD. Paulæ, & Barbaræ, quæ † in omnibus
iudicij, etiam executiuis, requiritur Bart. *in l 2. num. 3. C.
de edict.* Diu. Adr. tollen. Ias. *in l. fin. num. 47. eod. tit.* Bal. *in l. 3.
§ ibidem ff. ad exib.* Alex. *cons. 59. num. 1. lib. 2.* Pet. Gerard.
sing. 23. Et fuit dictum in *Romana census 5. Iunii 1600. co-
ram Litta.*
Et ita fuit decisum vtraque parte informante, &c.

Adsunt infra in hac parte duæ aliæ decisiones in eadem
causa sub diebus 10. Iunij 1629. & 19 eiusdem mensis,
& anni, coram eodem R.P.D. Motmanno, sunt decisio-
nes 298. & 305.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Cæsaraugustana Præeminentiarum.

Die Veneris 19. Ianuarij 1629.

A R G V M E N T V M.

Remissoria, ad hoc, vt non denegetur, quid sit necessarium, & quando eius petitio non careat vehementi suspicione.

S V M M A R I V M.

1 *Remissoria secunda non conceditur.*
2 *Remissoria secunda non datur, quia præsumitur calumnio-
sa.*
3 *Calumniæ suspicio, vbi intrat, regulariter non solet conce-
di remissoria.*
4 *Remissoria conceditur, stante aliqua iusta causa.*
5 *Articuli, quando sunt releuantes, tunc ob præsumptam ca-
lumniam non denegatur remissoria.*
6 *Remissoria denegatur, quando calumnia est vehemens, licet
articuli sint releuantes.*
7 *Remissoria est vehementer calumniosa, quando articulatur
id, quod fuit prius articulatum, & non probatum, &
num. 15. & 16.*
8 *Remissoria multo fortius denegatur, quando calumnia est
vehemens, & nec aliqua iusta causa concurrit.*
9 *Remissoriæ petitio non caret vehementi suspicione, quando
post longum tempus fuit petita.*
10 *Remissoria non conceditur nec in prima instantia, etiam quod
aliæ non sint concessæ, quando causa durauit per longum
tempus.*
11 *Remissoriæ petitio dicitur satis calumniosa, quando arti-
culi continent contrarium eius, quod probatur per scri-
pturam.*
12 *Probatum, quod fuit per scripturas, non debet admitti ad
probandum contrarium per testes.*
13 *Remissoria præsumitur calumniosa, quando articulatur res
impossibilis.*
14 *In probanda immemorabili, debet demi tempus litis.*

D E C I S I O CCXXXV.

FVIT resolutum non esse dandam remissoriam, quia
si concederetur, esset quarta, & tamen nec † secun- 1
da datur Seuerolus *de remissoria, cap. 6. num 2.* Boccac. *in
eod. tract. cap. 3. num. 27.* Rot. *decis. 406. num. 2 part. 2. in
recent.* Ideoque multò minus tertia conceditur Ioann.
Monachus *in cap. cupientes, num. 58. de elect. in 6* Oldrad.
cons. 311. in princip. & in fine. Cardinalis *in Clem. sæpè
vers. & quia notabilis 13. de verb. signif.* Rot. *decis. 16. de
testib. in nou.* Caputaq. *decis. 162. part. 1. & decis. 50. part.
3.* & fuit dictum in causa *Ragusina matrimonij 10. Martij
1578. coram Babalo*, & ratio est, quia † præsumitur ca- 2
lumnia. Vestr. *in prax. lib. 6. cap. vltimo num 4.* Seuerolus
de remissor. cap. 6. circa medium vers. cæterum, Farin. *de
testib. quæst. 77. num. 35.* & quando intrat præsumptio † ca- 3
lumniæ, regulariter remissoria non solet concedi Cassad.
decis. 3. num. 1. de dilat. & fuit dictum in dicta causa *Ragu-
sina matrimonij 10. Martii 1578. coram Bubalo.*
Et quamuis prædicta non procedant † quando concur- 4
rit aliqua iusta causa Sarnen. *decis. 83. lib. 1.* Put. *decis. 4.
de dilat.* Farin. *d. num. 35. in fine.* Rot. *decis. 348 in fine re-
cent. part. 1.* & fuit sæpissimè resolutum: quod præcipuè
procedit quando articuli sunt releuantes, † quo casu ob 5
præsumptam calumniam non denegatur remissoria Æ-
gid. *decis. 624.* & fuit dictum in causa *Terdonen. Præposi-
turæ 1. Decembris 1600. coram me.* Attamen fuit respon-
sum, quod quando calumnia est vehemens denegatur † 6
remissoria, etiam quod articuli sint releuantes Seraphin.
decis. 1460. num. 1. & fuit resolutum in causa *Caurien. iuris-
dictionis 26. Februarii 1587. coram Robusterio*, prout etiam
quando articulatur idem, quod fuit prius articulatum, &
† non probatum, non sufficit quod articuli sint releuan- 7
tes ex

tes ex supra deductis. In hoc autem casu non solum calum-
8 nia est vehemens, quod sufficeret ad † denegandam remis-
soriam, sed quod plus est, neque aliqua iusta causa con-
currit, ex qua noua remissoria, debeat concedi.

Quod autem calumnia sit vehemens satis depræhendi-
tur ex eo, quod causa pendet ab anno 1536. & fuerunt
iam concessæ tres remissoriæ, & sic cum causa durauerit
per longum tempus, non caret vehementi suspicione ca-
9 lumniæ, quod post † dictum tempus petatur remissoria,
vt fuit dictum in dicta causa *Ragusina matrimonii*, & in
causa *Florentina matrimonii 6. Martii 1570. coram Oradi-
no*, & in fortioribus, quod nec in prima instantia etiam
10 quod aliæ remissoriæ non fuerint † concessæ, quando
causa durauit per longum tempus quod remissoria non de-
beat concedi Put. *decis. 195. lib. 1. in correct.*

11 Secundò calumnia vehemens † probatur, quia articuli
continent contrarium eius, quod probatur per scripturas,
dum enim articulatur Priorem del Pilari in propria Eccle-
sia præcedere Decano Metropolitano in loco eminenti, de
contrario constat ex sententijs, & scripturis per quas dis-
ponitur ipsum Priorem, & eius Capitulum teneri recipe-
re Priorem hodie Decanum honorificè in manum dexte-
ram, & locum nobiliorem, vt fuit firmatum coram me
in hac causa 29. Nouembris 1627. Et ideò cum hoc sit pro-
12 batum per scripturas, non debent ad † probandum con-
trarium admitti testes, cum intret præsumptio vehemen-
tis calumniæ Ægid *decis. 9.* Seraphin. *dicta decis. 1460. nu.
3.* & fuit resolutum in causa *Fanen. parochialis 22. Iunii
1616. coram Illustriss. Card. S. Eusebii, & in causa Me-
diolanen. pensionis 13. Iunii eiusdem anni coram R.P.D. meo
Pirouano.*

13 Tertiò calumnia est vehemens, quia articulatur † im-
memorabilis, quæ est improbabilis, nam cum lis fuerit
mota de anno 1536. impossibile est inuenire testes, qui
14 deponant de vsu per 40. annos ante motam † litem, cuius
litis tempus est demendum, *cap. licet de testib. & in his
terminis dicit* Seraph. *allegat. decis. 1460. num. 2.*

Quod autem etiam nulla iusta causa concurrat, ex qua
15 noua remissoria sit concedenda, patet, quia articuli †
continent idem, quod aliàs fuit articulatum, & licèt ar-
ticuli fuerint magis specificati, tamen vt hoc suffragare-
tur, opus esset quod articuli antiqui tacitè idem non
comprahenderent quo ad necessitatem facti, & proba-
tionis, sed solum quo ad necessitatem facti, non autem
probationis, *vt* putà si primò articulaui mutuum, & non
tempus, vt distinguendo dicit Abb. *in cap. fraternitatis,
num. 6. per tot. de testibus*. In hoc autem casu articuli ve-
teres continent virtualiter idem quo ad necessitatem facti,
& probationis, prout articuli noui quod satis patet. Pri-
mò enim articulatur solemnis ingressus Capituli del Pilar
in Ecclesiam Metropolitanam cum cantu dum diuina ce-
lebrantur. Et tamen de anno 1538. super hoc fuerunt fa-
ctæ probationes, vt in copia testium quæ data fuit, immò
cum illi de Pilari ingressi fuerint Ecclesiam Metropolita-
nam cantando dum diuina celebrabantur ex commissione
S. Congregationis Rituum, fuit illis per Reuerendissi-
mum Archiepiscopum iniunctum, nè tali tempore canen-
16 do ingrederentur. Vndè articulus † iste nedum reijcitur ex
quo aliàs super hoc fuit examinatum, sed etiam ex calum-
nia vehementi.

Secundo articulatur honorificentia, qua ijdem de Pi-
lari tam in ingressu, quàm in sessione in choro Metropo-
litanæ recipiuntur, 3 4 5. & 6. articulatur præeminentia
eorundem de Pilari in concursu cum Metropolitanis 7. &
8. Articulatur modus, & ordo circa functiones. No-
no denique articulatur modus simul incedendi quoad Por-
tionarios. Vnde satis patet quod omnes isti articuli
fuerunt comprahensi sub antiquis, quia ab anno 1536.
vsque adhuc fuit semper litigatum vniuersaliter super
præeminentijs, & semper super hoc fuerunt factæ pro-
bationes circa modum, ordinem, & formam inter has
Ecclesias seruandum in incedendo in processionibus, in
recipiendo se ad inuicem in proprijs Ecclesijs, in sedendo
in choro ipsarum, ac in eundo, & redeundo respectiuè,
quod specificè probatur, tam ex lectura mandati Ro-
talis de manutenendo, & eius declaratione, quàm ex
testibus examinatis, & ex decisionibus pro tempore in
causa factis.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

¶ Supra in hac causa adsunt duæ decisiones sub diebus 26.
Aprilis 1627. & 29. Nouembris eiusdem anni coram eo-
dem bon. mem. Coccino, sunt decisiones 57. & 111. & in-
fra part. 2. adest alia sub die 14. Februarij 1631. coram eo-
dem est decisio 15.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Narnien. Hæreditatis.

Die Mercurij 24. Ianuarij 1629.

A R G V M E N T V M.

Hæredi, vt competat remedium l. final. C. de edict. Diu. Adr. tollen. quid probare teneatur. Identitas, & certitudo foliorum testamenti, quæ à testatore Notario tradita fuerunt, qualiter probetur.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres, vt immittatur in possessionem bonorum testatoris ex remedio l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. quid requiratur, & num. 2.*

3 *Testamentum originale debet produci ad hoc, vt iudici constet per ocularem inspectionem, an illud sit abolitum, vel cancellatum, vel in aliqua parte vitiatum.*

4 *Testamenti exemplum in forma publica sufficit, quod in actis producatur.*

5 *Testamenti foliorum identitas probanda est, quando sumus in testamento, quod à testatore fuit consignatum Notario clausum.*

6 *Notarij fidei statur circa identitatem foliorum testamenti ei à testatore traditorum, & num. 9.*

7 *Testamenti foliorum identitas ex quibus concludenter probetur, & num. 8.*

10 *Fideicommissario non impeditur immissio pro indiuiso, vigore detractionum.*

11 *Fideicommissarius non dicitur legitimus contradictor ad impediendam immissionem hæredis, quando sunt faciendæ detractiones.*

D E C I S I O CCXXXVI.

FVIT resolutum, Capitulum, & Canonicos S. Ni-
colai Collisscipionis hæredes scriptos q. Rosæ Floræ es-
se † immittendos ex remedio *l. fin. C. edict.* Diu. Adr. tollen. 1
in possessionem bonorum per testatricem de tempore eius
mortis possessorum, quia exhibuerunt instrumentum pu-
blicum testamenti, & ex depositionibus quatuor testium
probatur possessio testatricis, ac † bonorum identitas, 2
quo fit vt eis debeatur immissio ex *d. l. fin. vbi glos. &*
Bart. *num. 3.* & communiter notant Doctor. Menoch.
de adip. remed. 4. num. 56. & seq. latè Peregr. *de fideicom.
art. 48 per tot. &* Rota apud Gregor. XV. *decis. 194. num.
1.* & alibi sæpius.

Neque obstat, quòd non sit productum originale, siue
matrix testamenti, vt iudici constare possit † per ocula- 3
rem inspectionem, an illud sit abolitum, vel cancella-
tum, aut in aliqua sui parte vitiatum iuxta *requisita ad
l. fin.* quia vltra quod originale fuit ostensum in Rota,
quod Dominis visum fuit nullum continere in se defe-
ctum apparentem, sufficit quod in actis † producatur 4
exemplum in publica forma, prout in præsenti produ-
ctum fuit, traditum à Notario rogato Ias. *in d. l. fin. sub
num. 4.* Zeucard. *num. 92.* Menoch. *d. remed. 4. num 654.* pro-
ut etiam, obseruat Rota, vt attestatur Veral. *decis.
351. num. 1. part. 2.* & fuit sæpius sequuta, præsertim in
*Perusina Hæreditatis 28. Nouembris 1616. coram bon. mem.
Buratto, & plenius in Romana Hæreditatis de Arigonis
23. Ianuarii 1627. coram D. meo Virili, & nouissimè in Ro-
mana successionis 19. currentis mensis coram me.*

Non obstat etiam quod cum versemur in testamento,
quod à testatrice fuit consignatum Notario † clausum, 5
debet probari identitas foliorum, in quibus fuerunt des-
cripta nomina hæredum: quia cum dictum testamen-
tum constans duobus folijs fuerit à testatrice consignatum
Notario sigillatum, & in actu consignationis interuene-
rint

rint septem testes, ac adhibitæ fuerint cæteræ solemnita-
6 tes necessariæ, circa † identitatem foliorum statut fidei
Notarij, Lan. *in tract. de form. testament. nuncupat. num.
14. 32. & seq. & cons. 1. num. 48. & 86. post d. tract. &* Ro-
ta *in d. Romana Hæreditatis*. Et vlterius identitas pri-
mi folij visa fuit DD. clara, ex quo à tergo eiusdem folij
Notarius adnotauit rogitum consignationis in præsentia
septem testium, qui etiam se subscripserunt, ex quibus
7 certitudo, seu † identitas concludenter probatur Clar. *in
§. testamentum quæst. 4. num. 3. vers. sed pone*, Mantic. *de
coniect. lib. 1. tit. 7. num. 7. vers. vnde etiam*. Rota *in
Romana testamenti 9. Decembris 1623. coram bon. memor.
Vbaldo, & in d. Romana hæreditatis, & tandem in d. Ro-
mana successionis coram me*, & videbatur omnis difficul-
tas cessare, quia dictum folium fuit etiam obsignatum
anulo quodam ipsius testatricis, & istud signum fuit in
actu aperitionis per duos ex prædictis testibus recognitum,
quo fit vt tanto minus de certitudine dicti folij dubitari
8 possit, cum illa satis † probetur ex supradictis etiam sine
alia recognitione Lan. *d. cons. 1. num. 39. vers. verum his
non obstantibus, & num. 4.* Alex. *cons. 176. num. 4. vers.
quia responderi potest lib. 5.* Clar. & Mantic. *vbi supra, &
firmauit* Rot. *in dicta Romana hæreditatis*.

Identitas verò secundi folij intermedij, in quo fuerunt
descripta nomina hæredum, & finitum testamentum
9 vltra quod † quoad eam statur pariter fidei Notarij sine
aliqua recognitione Fulgos. *cons. 56. num. 2. cum alijs cu-
mulatis per* Rotam *in d. Romana hæreditatis de Arigonijs*,
redditur etiam indubitata, ex quo in calce eiusdem folij
testatrix manu propria fecit signum crucis, & apposuit si-
gnum prædicti anuli, & se subscripserunt tres testes, quo-
rum duo in actu dictæ aperitionis recognouerunt proprias,
& alterius testis subscriptiones, necnon etiam prædicta
signa testatricis, ex quibus dictum secundum folium red-
ditur certissimum ex supra allegatis.

Non obstat demum quod testes deponant bona, de qui-
bus, agitur fuisse possessa pro indiuiso à testatrice, &
Francisca eius sorore vti bona hæreditaria Antonij com-
munis patris, & quod per mortem testatricis sine filijs
fuit purificatum fideicommissum omnium bonorum, vel
saltem pro duabus ex tribus partibus ad fauorem d. Fran-
ciscæ, quia quoad primum hoc vnum certum est, quod
possessio Franciscæ non impedit Capitulo, & Canonicis
10 immissionem † in possessionem omnium bonorum pro
indiuiso, prout testatrix possidebat, Menoch. *vbi supra
num. 365. & seq.* Rota *in Tusculana fideicommissi 4. Iulii
1618. coram Reuerendissimo D. meo Decano. Add. ad*
Greg. *decis. 185. num. 4.* vbi plures Rotæ decisiones in si-
milibus terminis cumulantur.

Quo verò ad secundum de prætenso fideicommisso,
quicquid de eo sit, in omnem casum, ex quo compete-
rent Capitulo, & Canonicis ex persona dictæ testatricis
detractiones pro legitima, & Trebellianica, necnon
scutis 1275. pro dotis supplemento ei à Patre relictis,
11 etiam quod Francisca esset † fideicommissaria, & possi-
deret, non esset legitima contradictrix ad impedien. Ca-
pitulo hæredi immissionem, Zuccard. *in d. l. fin. num. 426.
cum seq.* Ruin. *cons. 140. num. 6. lib. 5.* Boer. *decis. 156. num.
2. &* Rot. *decis. 115. num. 11. par. 1. recent.*

Et ita decisum vna tantum parte informante, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Romana fideicommissi de Vipera.

Die Mercurij 24. Ianuarij 1629.

ARGVMENTVM.

Conditio, si sine filijs decesserit, licet regulariter verificetur tam in masculis, quàm in fœminis, tamen hoc fallit, quando ex coniecturis apparet, quod testator tantum intellexit de masculis, & quæ sint istæ coniecturæ.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, si sine filiis decesserit, verificatur tam in masculis, quàm in fœminis.*

2 *Conditio, si sine filijs, &c. non verificatur in fœminis, quando ex coniecturis apparet, testatorem intellexisse de masculis, & num. 7.*

3 *Coniecturæ, quæ de per se non sufficiunt, coniunguntur, insimul suffragantur.*

4 *Testator non loquens per viam simplicis rationis, sed principalis dispositionis inducit absolutum fideicommissum ad fauorem filiorum, & descendentium masculorum.*

5 *Filij, quando semel fuerunt vocati cum qualitate masculina, semper cum ea intelliguntur, si sint ex eadem persona.*

6 *Testatoris diuersa affectio concurrere potest in diuersis personis.*

8 *Conditio, si sine filiis &c. non solum intelligitur de masculis, quando est considerata agnatio, sed etiam quando est habita ratio masculinitatis. amplia numero 9.*

10 *Agnationis conseruatio censetur habita ex geminata expressione masculinitatis.*

11 *Testator præsumitur se voluisse conformare cum statuto.*

12 *Testator, vbi loquendo simpliciter de filiis intellexit de masculis, ita, & in alia parte de masculis voluisse censetur.*

13 *Oratio censetur vnica, quando testator continuato sermone, plures fecit substitutiones.*

Ex vocatione actiua non licet inferre ad conditionem negatiuam, num. 13. & num. 15.

14 *Filii in conditione positi secundum statut. Vrb. censentur vocati.*

DECISIO CCXXXVII.

TARQVINIVS de Vipera instituit hæredem Li-
uiam sororem, & voluit, & mandauit Liuiæ, &
eius filijs, ne domum ipsius testatoris venderent sine alie-
narent, imò expresse eis prohibuit quod eam non alie-
nent, nec alienare possint ex quacunque causa, etiam
dotis, sed vult d. domum perpetuò remanere eius filijs,
& descendentibus masculis, & si ipsa vel eius filij deces-
serint sine filijs substituit in d. domo supradictos Nepotes
suos ex alijs sororibus sub eadem conditione, & prohibi-
tione alienandi; Defuncta Liuia sine masculis, super-
stitibus eius filiabus fuit pluries disputatum dubium, An
Eques Horatius de Valentibus nepos Tarquinij testato-
ris, & filius Lucretiæ sororis, esset vocatus ad domum,
de qua agitur, & tandem affirmatiuè fuit resolutum,
licet enim regula sit, quod conditio † si sine filijs decesse- 1
rit, verificetur tam in masculis, quàm in fœminis, ta-
men ab ista regula receditur ex verisimili voluntate testa-
toris elicita ex coniecturis, quod † ipse intellexerit tan- 2
tum de masculis, *l. Lucius §. quæsitum ff. de leg. 3.* Soccin.
Iun. *cons. 65. num. 16. lib. 4.* Dec. *cons. 15. num. 3. & cons.
270. num. 5 & 6.* Mantic. *de coniect. lib. 11. tit. 14. num. 13.*
Peregr. *de fideicomm. art. 25. num. 10. & 12.* & plures
coniecturæ, quæ † de per se non sufficerent, iunguntur, 3
& insimul suffragantur *l. si Seruus §. fin. ff. de leg. 1.* Berou.
cons. 104. num 13. lib. 1. Mantic. *decis. 319 num. 12.* Rot. *in re-
cent. decis. 432. num. 4. part. 2.*

Prima coniectura est, dum testator post prohibitionem
alienandi etiam ex causa dotis dixit, sed vult domum
perpetuò remanere Liuiæ filijs, & descendentibus mas-
culis, nam cum non fuerit loquutus † per viam simpli- 4
cis rationis, sed principalis dispositionis inductum est
absolutum fideicommissum, ad fauorem filiorum, &
descendentium masculorum non solum in casu alienatio-
nis, sed etiam in casu mortis, Rota *decis. 121. num. 2.
part. 2. diuers. & in recent. decis. 10. & 11. & 143.
num. 1. & decis. 193. num. 6. & 7 part. 1. & fuit dictum in
Bononien. fideicommissi de Desiderijs 26. Iunij 1626. coram
R. P. D. meo Merlino*, iuncta dictione perpetuo, Rota
*d. decis. 121. nu. 4. part. 2. diuers. & in recent. d. decis. 193.
num. 7. in fin.*

Vnde, cum hic filij, & descendentes masculi à Liuia
dispositiuè vocentur, sequitur, quod cum statim subdat
testator, & si ipsa Liuia, vel eius filij decesserint sine fi-
lijs, sub-

lijs, ſubſtituit in domo nepotes quod poſuerit in conditio-
5 ne eoſdem filios quos prius cum † qualitates maſculinita-
tis vocauit, & propterea in eiſdem perſonis, quicquid ſit
in diuerſis eadem qualitas maſculinitatis cenſetur repeti-
ta vt diſtinguit Ruin. *conſ.* 134. *numer.* 19. *&* *conſ.* 140. *nu-*
mer. 6. *lib.* 2. *&* *conſ.* 168. *num.* 13. *lib.* 3. Bald. *conſ.* 186. *nu.*
2. *in fin. lib.* 1. Soccin. Iun. *conſ.* 90. *num.* 16. *lib.* 1. Curt. Iun.
conſ. 112. *num.* 4. *&* *conſ.* 114. *num.* 20. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 21.
numer. 9. *in fin.* *&* 10. *lib.* 1. *&* *conſ.* 564. *num.* 7. *verſ.* *&* *vbi*
hæc ſententia lib. 4. Menoch. *conſ.* 93 *numer.* 83. Mantic. *de*
coniect. lib. 6. *tit.* 13. *num.* 9. Peregr. *de fideicom. art.* 25. *num.*
30. *verſ. attamen magis*, nam in diuerſis perſonis poteſt con-
6 currere † diuerſa teſtatoris affectio, ſed circa eaſdem per-
ſonas facilius ſumitur interpretatio à diſpoſitione anteriori
vt ponderat Surd. *vbi ſup.*

Secunda coniectura oritur ex verbis, ſubſtituit nepotes
ſub eadem conditione, & prohibitione, ſicuti enim per
conditionem, & prohibitionem alienandi, & diſpoſitiua,
quod volebat perpetuo domum remanere filijs, & deſcen-
dentibus maſculis à Liuia, fuit inductum expreſſum, &
abſolutum fideicommiſſum excluſiuum fœminarum etiam
in caſu mortis, vt ſupra deductum eſt, ita, & ad fauo-
rem nepotum ſororum eſt inductum idem fideicommiſſum
7 excluſiuum fœminarum, † & conditio, ſi ſine filijs, in-
telligitur de maſculis, vt adſit eadem conditio, & prohibi-
tio, Rota *deciſ.* 33. *num* 6. *par.* 1. *recent.*

Tertia coniectura oritur ex quo teſtator in iſta domo
voluit, & conſiderauit maſculinitatem. Nam non ſolum
8 quando eſt conſiderata agnatio, † conditio, ſi ſine filijs,
intelligitur de maſculis, ſed etiam quando eſt habita ratio
maſculinitatis, Rota *deciſ.* 374. *in fin. par.* 1. *diuerſ.* Man-
tic. *de coniect lib.* 21. *tit.* 14 *nu.* 24. *paulò ante fin. iuxta* Mo-
dern. *impreſſionem* Pariſ *conſ.* 8. *num.* 9. *lib.* 3. Rota *recent.*
deciſ. 143. *num.* 6 *&* 193. *numer.* 4. *par.* 1. Greg *deciſ.* 464.
nu. 15. *&* 16 *&* *fuit dictum in Romana fideicommiſſi de Ioar-*
dis 14. *Febr.* 1620. *corambo. me Buratto*, quamuis enim
9 non fuerit conſiderata agnatio teſtatoris, fuit † conſidera-
ta agnatio ſubſtitutorum, vel ſaltim maſculinitatis, quod
ſufficit Corn. *in l.* 1. *nu.* 21. *C. de cond. inſert.* Gabr. *conſ.* 116.
num 6. *lib.* 2. Greg. *deciſ.* 314. *num* 9 *&* 10.

Quarta coniectura deſumitur, ex quo pluries teſtato-
rum vocauit maſculos, & conditio, ſi ſine filijs, eſt poſi-
10 ſita in medio, vnde † ex antecedenti, & ſubſequenti vo-
catione maſculorum colligitur voluntas teſtatoris, quod
qualitas maſculinitatis cenſeatur repetita Soccin. Iun. *d.*
conſ. 90. *numer.* 16 *&* 17. *lib.* 1. Curt. Iun. *conſ.* 21. *num* 8.
Surd. *d. conſ.* 364. *num.* 6. Rota *d. deciſ.* 374. *numer.* 3. *par.* 1.
diuerſ. Greg. *d. deciſ.* 314. *nu.* 9.

Quinta coniectura colligitur ex Statuto Vrbis excluſiuo
11 fœminarum, cum quo teſtator † præſumitur voluiſſe
ſe conformare, & ſenſiſſe de maſculis tantum, quando
dixit, ſi deceſſiſſet ſine filijs, Theſaur. *deciſ.* 188 *num.*
14. Rota *diuerſ. d.* 726. *num.* 1. *in fin. par.* 1. *&* *deciſ.* 507.
numer. 5. *par.* 4. *&* *in recen. deciſ.* 255. *nu.* 3. *par.* 1. Menoch.
conſ 93. *num.* 91.

Sexta oritur, quod Roſata, & ſorores filiæ Liuiæ de
tempore teſtamenti erant natæ, & cognitæ teſtatori, &
tamen de ilijs nullam fecit mentionem.

Non obſtat, quod teſtator diſcretiuè loquutus fuerit,
& quando voluit appellatione filiorum intelligere de ma-
ſculis, ſciuit exprimere, & ſic cum non expreſſerit vide-
tur noluiſſe, quia conſideratio retorquetur; nam in alia
parte teſtamenti quando loquutus fuit ſimpliciter de filijs,
intellexit de maſculis. Dixit enim quod Liuia, & eius fi-
lij domum non vendant, hic enim intellexit de maſculis,
cum ſubiungat, ſed vult remanere perpetuo filijs, & de-
12 ſcendentibus maſculis à Liuia, & ideò vbi teſtator †
loquendo in vna parte ſimpliciter de filijs intellexit de ma-
ſculis, ita & in alia parte de maſculis voluiſſe cenſetur,
Soccin. Iun. *d. conſ.* 90. *numer.* 17. *lib.* 1. quod procedit tam
in eadem oratione, quàm in diuerſa, vbi agitur de repe-
tenda qualitate maſculinitatis in eiſdem perſonis Curt.
Iun. *conſ.* 11. *numer.* 8. Peregr. *de fid. art.* 25 *nu.* 30. & quo-
13 dammodo hic dicitur † vnica oratio, cum continuato ſer-
mone teſtator plures fecerit ſubſtitutiones, Surd. *d. conſ.*
364 *num.* 7. Decian. *conſ.* 7. *nu.* 87. *lib.* 5. Rota *in recent. dec.*
453. *num.* 8. *par.* 2.

Non obſtat quod ea vocatione actiua non licet inferre
ad conditionem negatiuam, ſi ſine filijs, tum quia, cum
14 hic virtute Statuti filij † poſiti in conditione cenſeantur
vocati, vtique tota diſpoſitio continet affirmatiuam vo-
cationem, & non ſit differentia inter diſpoſitiuè vocatos,
& in conditione poſitos, Surd. *deciſ.* 66. *num.* 13. veri non
eſt conſtituenda differentia, Peregr. *de fid. art.* 28. *nu.* 3. &
in puncto Statut. Vrbis Gabr. *conſ.* 115. *in prin.* *&* *num.* 12.
lib. 1. Greg. *deciſ.* 337. *num.* 4 tum † quia obiectum proce- 15
deret in diuerſis perſonis, & diuerſis orationibus, ſecus in
continuato ſermone, & in eiſdem perſonis prout hic Surd.
d. conſ. 564. *nu.* 7 *lib.* 4.

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Melfiteñ Legati pij.

Die Mercurij 24. *Ianuar.* 1629.

ARGVMENTVM.

Legatum relictum cum onere celebrandi Miſſas, cum non ſit beneficium Eccleſiaſticum, ſed quid laicale, non ſubiacet collationi, ſeu prouiſioni Apoſtolicæ, ſed diſpoſitioni teſtatoris.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum cum onere celebrandi Miſſas, non poteſt dici beneficium Eccleſiaſticum, ſed eſt quid laicale, & ſæculare.*
2 *Legatum relictum cum onere celebrandi Miſſas, caret erectione, & inſtitutione ordinarii.*
3 *Erectio, ſeu fundatio tantum attenditur in iudicanda qualitate beneficij.*
4 *Beneficij vltimus ſtatus attenditur, quod intellige in re dubia.*
5 *Status vltimus in beneficio non attenditur, quando clarè conſtat de anteriori.*
6 *Collatio in ſuum neceſſarium antecedens requirit exiſtentiam beneficii.*
7 *Sacerdotium probatur ex litteris Ordinarii.*
8 *Præſentatio probatur ex publico inſtrumento.*
9 *Inſtrumentum publicum, facit probationem probatam.*
10 *Legatario pro conſecutione legati competit hypotecaria.*

DECISIO CCXXXVIII.

DE ANNO 1507. quon. Angelus de Muſſo in ſuo, ſub quo deceſſit teſtamento, legauit Sergio, & Antonello Presbyteris ſuis pronepotibus quoddam prædium ſitum in territorio Melfiteñ nuncupatum (la Chiuſurella) inter ipſos æquis portionibus diuidendum, cum onere tamen vtrique iniuncto celebrandi ſingulis Hebdomadis tres Miſſas pro anima ipſius teſtatoris, ac cum facultate eligendi, & præſentandi in portione ad quemlibet ipſorum ſpectañ alium Sacerdotem cum eodem onere Miſſarum, & ſic continuare de Sacerdote in Sacerdotem in perpetuum.

Mortuo teſtatore d. prædium, vt ſupra legatum deuenit ad præfatos pronepotes legatarios, ſucceſſiuis verò temporibus deuenit ad plures alios Presbyteros iuxta diſpoſitionem teſtatoris electos, & præſentatos.

Poſtremò deuenit ad Hectorem de Filiolis vltimum poſſeſſorem: qui de anno 1627. præuia electione, & præſentatione ab eo facta ad fauorem Maiorani eius nepotis deceſſit.

Verum, quia dum pro parte dicti Maiorani inſtaretur pro inſtitutione coram Ordinario Melfiteñ inſurrexerat D. Angelus Petronius, qui de dicto legato vti de ſimplici beneficio vacante in menſe reſeruato per obitum d. Hectoris obtinuerat ſibi à Sede Apoſtolica prouideri. Propterea orta inter eos lite, ac introducta cauſa in Rota, mihique commiſſa, propoſui dubium, cui eſſet adiudicandum legatum pium prædictum, & Domini ad fauorem Maiorani reſponderunt.

Moti fuerunt Domini, quia licet legatum, de quo agi-
tur, fuerit factum † cum onere celebrandi Miſſas, ta- 1
men non poteſt dici beneficium Eccleſiaſticum, ſed eſt
quid laicale, & temporale. Felin. *in cap. ex parte il ſecun-*
do numer. 2. *de reſcript.* Nauar. *conſ.* 5. *num.* 1. *&* *conſ.* 7. *nu.*
1. *de præbend.* Gonzal. *ſuper reg.* 8. *gloſ.* 5. *numer.* 20. Sar-
nen. *in reg. de annal. quæſt* 2. Guidopap. *deciſ.* 187. *numer.* 1.
& *ſeq.* Rota *in Monopolitana Hebdomadæ, Ven.* 14. *Decemb.*

1612. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.

2 Et ea ratione, quia præfatum legatum caret erectione seu institutione Ordinarij, sine qua beneficium Ecclesiasticum suum esse non habet, *Gloss. in clem. 2. in verb. si beneficiorum in fin. vers. tu dic. de decim.* Nauar. *d. cons. 5. & de præbend.* Dec. *cons. 209. numer. 4.* Gonzal. *d. glos. 5. nu. 6. & 7.* Guidop. *d. decis. 187. num. 1.* Rota *decis. 509. numer. 1. par. 1. diuers. & in d. Monopolitana hebdomadæ. Lunæ 1. Iulij 1613. coram eodem Patriarcha Manzanedo.*

Non obstat, quod in prouisione facta ad fauorem Hectoris vltimi possessoris adsit institutio Ordinarij, quia
3 placuit responsio, quod scilicet in iudicanda † qualitate beneficij erectio seu fundatio tantum debeat attendi, *cap. porrò de priuileg.* Rot. *in Ripann Oratorij 10. Maij 1591. coram Gipsio.*

4 Minus obstat, quod sit attendendus vltimus † status *iuxta cap. cum de beneficio, de præb. in 6.* quia fuit responsum hoc procedere in re dubia, secus verò, quando clarè
5 constat, (prout hic) de † anteriori statu, scilicet laicalitatis, & temporalitatis, Decian. *cons. 126. nu. 3. in fin.* Rota *decis. 2. de præb. in nou. & decis. 188. n. 1. circa med. vers. quia licet par. 1. recent.*

Firmata igitur temporalitate, & laicalitate supradicti legati, sequitur quod sit locus dispositioni testatoris, non
6 autem collationi, & prouisioni Apostolicæ, cum collatio † in suum necessarium antecedens requirat existentiam beneficij, quæ hic non adest ex supradictis, Curt. Iun *cons. 20. nu. 1. par. 1.* Gonzal. *super reg. 8. glos. 5. nu. 22.*

Quod verò in Maiorano concurrant omnia à d. testatore requisita, nempè Sacerdotium, & præsentatio de eo facta visum fuit probari.

7 Nam quoad Sacerdotium † probatur ex litteris Ordinarij in *summ. Maiorani num. 11.* quæ optimè probant *cap. 2.* & ibi Abb. *in 1. notab. de cleric.* Peregr. Rota *decis. 455 n. 7. par. 2. recent.*

8 Præsentatio † verò facta ad fauorem Maiorani ab vltimo possessore pariter probatur ex publico instrumen-
9 to in eodem *summ. numer. 2.* quod facit † probationem probatam, Tiraquel. *de retract. lignag. §. 2. glos. 1. num. 20. & seq.* Rota *coram* Greg XV. *decis. 180. num. 1. & decis. 195. eod. nu. 1.*

Facultas denique vltimi possessoris in præsentando, & sibi eligendo successorem legitur in eodem testamento Angeli de Musso fundatoris, vt in eodem *summ. num. 1.*

Vnde cum Maiorano pro consecutione d. legati compe-
10 tat actio hypotecaria, † et consequenter legatum prædictum venit adiudicandum, *l. 1. C. com. de leg.* Gabr. *cons. 46. numer. 28. lib. 1. & cons. 44. numer. 4. lib. 2.* Seraph. *decis. 1394 num 3.*

Et ita vtraque parte &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Romana Dotis.

Die Mercurij 24. Ianuarij 1629.

A R G V M E N T V M.

Mater an, & quando, & quibus casibus possit hæredes instituere filios sub conditione etiam quoad legitimam, iuxta dispositionem l. filijs matrem C. de inoff. test.

S V M M A R I V M.

1 *Auth. res quæ, C. com. de leg. quando habeat locum.*
2 *Mater, si dubitet, quod pater dissipet, potest instituere filium sub conditione, si à patre fuerit emancipatus.*
3 *L. filijs matrem, C. de inoffic. test. non est intelligenda generaliter.*
4 *Mater, in quibus casibus possit sub conditione instituere hæredem filium, & etiam, quoad legitimam.*
5 *Auth. quæ res, C. com. de leg. cum sit subsidiaria, non est efficienda primaria, & num. 14.*
6 *Mater tenetur relinquere legitimam filio, & reliquis bonis apponere eam conditionem, quam vult.*
7 *In legitima non potest apponi onus, etiamsi respiciat commodum filij.*
8 *Mater non potest facere in suo testamento, vt leges, & auth res quæ non habeant locum.*
9 *Filia, quamuis possit in præiudicium creditorum legitimam repudiare, non tamen potest renunciare legitimæ, vt dotetur de bonis fideicommissi.*
10 *Vxor, quæ miserationis causa non exegit dotem à viro vergente ad inopiam, non potest excutere bona fideicommissaria, pro dote habenda.*
11 *Vxor, quæ neglexerit habere quartam in bonis primi viri, non potest illam petere in bonis secundi viri.*
12 *Mulier, si habeat legatum dotis, non potest illi renunciare, ad effectum vtendi remedio subsidiario.*
13 *Filius potest spernere conditionem sibi impositam in legitimam.*
15 *Dispositioni testatoris quis potest contrauenire, quando in prohibitione non adest substitutus in casu contrauentionis.*

DECISIO CCXXXIX.

OCCASIONE testamenti Siluiæ instituentis Hieronymam filiam hæredem cum prohibitione, ne possit aliquid prætendere, nisi postquam fuerit dotata à patruis vel ab illis, à quibus de iure est dotanda, & interim fiat multiplicum, vt tempore nuptiarum meliorem conditionem inueniat, orta fuit difficultas de validitate istius prohibitionis respectu legitimæ debitæ filiæ in bonis matris, An scilicet esset de illa habenda ratio in constituenda dote Hieronymæ antequam prætendi possit dos ex fideicommisso ascendentis iuxta dispositionem † *auth. res* 1
quæ subsidiariæ, & Domini affirmatiuè responderunt habendam esse rationem legitimæ, & de alijs esse videndum, licet enim vbi prohibitio materna respicit fauorem filiorum, substineatur etiam respectu legitimæ, & ideò si
† mater dubitet, quòd pater dissipet, possit instituere 2
filium sub conditione, si à patre fuerit emancipatus, & istud consilium matris fauorabile filio approbetur etiam respectu legitimæ filiorum quibus propterea denegatur quærela inofficiosi, *l. filijs matrem, vbi* Salyc *numer. 5. C. de inoff. testam. gl. in auth. vt liceat matr. & auiæ in princ. in verbo participium, vbi* Angel. *numer. 2.* Vasq. *de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 234.* Crass. *in §. legitima q. 38. numer. 18. vers. infertur quarto.*

Tamen huiusmodi conclusio, & dispositio † *l. filii ma-* 3
trem non est intelligenda generaliter, sed quando mater prohibet, vt consulat, & prospiciat suis filijs indigentibus, vel temporaliter propter minorem ætatem, vel propter dementiam, & imbecillitatem, vel prodigalitatem, vel ob timorem dissipationis paternæ, vel aliter ob aliquem filiorum defectum; in istis enim casibus ob indigen-
tiam filiorum † pro conseruatione bonorum, substinetur 4
prohibitio vtilis materna, etiam in legitima, vt latè ita declarat Sim. de Pret. *de interpret. vltim volunt. lib. 3. dubit. 6. solut. 2. numer. 9. vers. veruntamen in hac specie, & propr. fin. eiusd. numer. 9 versic. ratione minori, ætatis, vel alterius defectus, & vers. quia dubitatur de vita, & moribus,* Alex. *in l. cum ex filio, nu. 6. circa fi. vers. esset tamen videndum, ff. de vulg. & pupill.* Suar. *in l. quoniam in prioribus limit. 1. n. 12. vers. vnum tamen crederem C. de inoffic. testam.* Boer. *decis. 87. nu. 4.* Mandell. *cons. 57. nu. 10.* Bero *cons. 146 nu. 10.* Natt. *cons. 582. num. 1. & 2.* Cucc. *de legitim. tit. legitima nullum grauamen admittit, nu. 23.*

Vnde cum Hieronyma filia nulla indigeret prouisione, videtur mater potius voluisse, quod dispositio *auth. res* 5
quæ, quæ est subsidiaria, efficeretur primaria, & propterea non intrat dispositio *d. l. filiis matrem, sed potius, auth. vt liceat matr. & auiæ* non considerata à DD. con-
trarium tenentibus, vbi expressè cauetur, quod mater † 6
tenetur debitam legitimam relinquere filio, & in alijs bonis potest apponere prohibitionem vsusfructus patri, vel aliud onus ad fauorem filij, & sic exceptis supradictis casibus ob indigentiam filiorum, verior, & communior est opi-
nio, quod in † legitima non potest apponi onus, etiam 7
quod respiciat commodum filij, Bart. *in auth. excipitur, numer. 1. C. de bon. quæ lib. & in tract. de duab. fratr. qq. col. 4.* Bald. *in l. si pater, numer. 3. in fin. C. de instit. & substit. in d. l. filiis matrem, num. 2.* Castr. *in d. auth. excipitur, n. 2. & ibi* Fulgos. Alex. *in l. cum ex filio in fin. ff. de vulg. & pupill. & in l. mulier, nu 3. in fin. versic. sed si teneremus ff. ad trebell. vbi testatur de communi,* Gomes. *in l. Tauri 48. numer. 11. vers. his non obstantibus, & var. resolut. tom. 1. cap. 11. numer. 27.* Suar. *d. l. quoniam in prioribus in repetit. C. de inoffic. test. limit. 1. n. 11. vers. sed reperio.* Riminal. Iun.

instit.

instit. tit. per quas person. nob. acquir. numer. 102. Costa *in l. Gallus*, §. *& quid sit tantum in 5. par. numer.* 90. *ff. de lib. & posthum.* Cald. *in l. si curatorem*, *C. de restit. in integr. in verb. læsis, numer.* 545. *versic. contrariam tamen sententiam fol.* 327. Facch *contron. iur. lib.* 5. *cap.* 21. *fol.* 579. *& seq.*
8 Præsertim quia † nec mater in eius testamento potest facere, quod leges, & dispositio *auth. res quæ* non habeat locum, nec apponere dilationem in præiudicium fideicommissariorum, & in delusionem d. *auth. res quæ*. Vrsill. ad Afflict. *decis.* 393. *num.* 5. & Hieronyma filia non potest acquiescere, & renunciare, legitimè, vt dotetur ex fideicommisso ascendentis, nam quamuis filia possit in præiu-
9 cium † creditorum legitimam repudiare, tamen non potest renunciare legitimæ, vt dotetur de bonis fideicommissi *ex auth. res quæ*, cum enim hoc remedium sit subsidiarium renunciatio, & acquiescentia voluntaria non prodest ad effectum acquirendi ex fideicommisso cum præiu-
10 iudicio; & damno fideicommissariorum, vt in simili † de muliere, quæ miserationis gratia non exigit dotem à viro vergente ad inopiam, quod non possit excutere bona fideicommissaria pro dote habenda, Ias. *in d. auth. res quæ, numer.* 33. *limit.* 14. *vers. quod intellige sane, & ibid.* Padill. *numer.* 121. *vers. quod tamen ta intellige*, Paris. *cons.* 63. *numer.* 45. *lib.* 2. Cephal. *cons.* 344. *numer.* 35. Peregr. *de fideicom. art.* 42. *numer.* 16. & in terminis *auth. præterea C. vnd. vir. & vxor. subsidiariæ*, quod si mulier neglexerit
11 habere quartam in † bonis primi, viri, quod non possit illam petere in bonis secundi viri, cum debeatur in subsidium, Soccin. Sen. *cons.* 121. *num.* 31. *& seq. lib.* 4. Fabian. de Pep. *in repet. d. auth. præterea, num.* 104. *cum plurib. seq.* Natt. *cons.* 648. *numer.* 13. *&* 15. Honded. *cons.* 79. *num.* 22. *& seq. lib.* 2. Barz. *decis.* 130. *numer.* 47. Surd. *de aliment. tit.* 9. *qu.* 24. *num.* 33. Carpan. *ad statut. Mediol. tom.* 1. *cap.* 296. *num.* 5. *&* 7. Fontanell *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *par.* 10.
12 *num.* 2. *&* 3 *fol.* 240 *tom.* 2. sicuti si mulier habet † legatum dotis non potest illi renunciare, ad effectum vtendi remedio subsidiario, Natt. *d. cons.* 648. *nu.* 13. *&* 15

Eo magis quia ista prohibitio materna non tendit tantum ad euitandum damnum filiæ circa conseruationem bonorum, & legitimæ, sed ad augendas, & ampliandas facultates Hieronymæ filiæ, vt habeat vtrumque nempè, & bona fideicommissi, & deinde bona materna, & ideo in præiudicium fideicommissariorum æquitas non suadet, vt talis prouisio substineatur.

13 Immò quod filia possit spernere † huiusmodi prouisionem maternam, illique renunciare respectu legitimæ tradit Bald. *in auth. ex causa num.* 23. *C. de liber præt. & in l. si pater in* 3. *opposit. C. de instit. & substit.* Ias. *in d. l. filijs matrem num.* 2. *in fin.* Aretin. *cons.* 19. *num.* 7. Menoch. *cons.* 57. *num.* 13. *&* 15. Becc. *cons.* 100. *num.* 3. Surd. *cons.* 77. *nu.* 3 Surd. *cons* 77. *num* 39. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 11. *in fin.* Vasq. *de succes. creat. d.* §. 10. *num.* 236 *& seq.* & propterea
14 † si potest filia illi renunciare, non potest petere bona fideicommissi ascendentis ex dispositione *auth. res quæ subsidiariæ*, Odd. *de fideicom. q.* 37. *nu.* 50. *& q.* 46. *nu.* 48. & dispositio-
15 ni maternæ potest † quoque renunciare, quia in prohibitione non adest substitutus in casu contrauentionis, Rolan. *cons.* 23. *nu.* 10. *lib.* 2. Odd. *de fidecom. q.* 34. *nu.* 66. *cum pluribus seqq.* Aretin. *cons.* 19. *nu.* 5. *&* 10.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO

Cordubeñ Decimarum.

Die Mercurij 24. Ianuar. 1629.

A R G V M E N T V M.

Plura tractantur de defectu citationis ad sententiam, & de nullitate sententiæ latæ sine citatione.

S V M M A R I V M.

1 *Citationis defectus ad sententiam ex quibus appareat.*
2 *Citationis defectus, vt sententia sit nulla, & inualida operatur.*
3 *Iudicis partes sunt in reuocando nullitates.*
4 *Nullitates vbi sunt indubitatæ, & desumptæ ab euidentia facti, tunc per præsumptiones contrarias non est recedendum.*

5 *Scripturæ, quando inter se contradicunt, tunc recurritur ad originalem scripturam.*
6 *Citatio ad sententiam debet esse præcisa.*
7 *Citatio ad sententiam si non sit præcisa, Rota nullam de ea habet rationem.*
8 *Citatio inutilis, & circumscripta nullius est roboris.*
9 *Citatio personalis si sit facta in iudicio contradictarum, tunc aliæ possunt omitti, licet secus sit de vrbanitate & honestate.*
10 *Sententia non substinetur eo modo, quo potest, si valet, vt agitur.*
11 *Sententia non substinetur, quando pars non fuit personaliter citata.*
12 *Ad sententiam citari omnes debent, de quorum interesse agitur, aliàs sententia redditur inualida.*
13 *Nullitates, quando dicantur sublatæ per rem iudicatam.*
14 *Nullitates super quibus iam est cognitum, de eius amplius non potest opponi.*
15 *Bart. in l. expressim nu.* 3. *& ff. de appellat. intellectus.*
16 *Iudex admissi nullitatibus, non potest sententiam nullam confirmare, fingendo esse validam.*
17 *Nullitatis exceptio non potest opponi vltra* 30. *annos.*
Actio omnis spatio 30. *annorum præscribitur, num.* 17.
18 *Nullitatis exceptio semper dari potest contra sententiam, donec pro illius executione instari potest.*
19 *Sententia ipso iure, & apparente ex actis nulla, nomen sententiæ non meretur, & executioni mittenda non est, parte opponente.*
20 *Temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum.*

D E C I S I O CCXL.

CVM in hac causa quæreretur de validitate, & iustitia sententiæ bon. mem. Rubei qui vsque de anno 1563. illam promulgauerat visum fuit 12. Ianuarij 1626. esse validam, non obstantibus oppositis nullitatibus citationis, mandati, & iurisdictionis, reseruando discussionem super iustitia ad aliam diem, causa postmodum super eisdem reproposita sub die 9. Decembris sequentis quoad iurisdictionem Domini steterunt in decisis reseruando videre de defectu citationis, & mandati in separata positione, quibus hodie accuratè examinatis dictum fuit sententiam prædictam esse inualidam, recedendo in hac parte à primo loco decisis.

Patens enim est defectus citationis ad sententiam audiendam, nam verè decreta fuit die 9. Iulij 1563. quatenus citandi prima die iuridica comparere deberent, & tamen † eadem die lata fuit sententia, vnde consequitur, sententiam carere citatione ad videndum pronunciari, ex quo eadem die ferri non poterat: quia ad primam diem, quæ erat prima iuridica post caleñ Octobris sequentis terminus cadebat, & post illam diem non datur aliqua sententia, ad quam se referri possit dies primam iuridica, factum concludentissimè probatur ex copia integra citationis in iudicio contradictarum decreta cum data die 9. Iulij 1563. & cum termino quatenus ad primam diem, similiter datur sententia lata per bon. mem. Rubeum, & publicata sub eadem die 9. Iulij 1563. & de prædictis Rota coram bon. mem. Card. Blanchetto, ad quem causa in gradu appellationis deuenerat agnouit veritatem; dum sub die 27. Iunij anni 1576. respondit inhibitionem non esse moderandam, quia sententia prædicta laborabat duplici defectu, nempè citationis legitimorum procuratorum, de quorum mandato in actis constabat, & citationis ad sententiam, ex quo fuit lata die, qua lecta fuerat citatio sub termino ad primam, & subditur in eadem decisione, nec in hoc discordant cedulæ originales à manuali, & registro: nam cedula continet mandatum de citando, & à tergo ipsius, & in manuali legitur citatio, & executio ipsius facta sub die 9. Iulij 1563. qua fuit facta pro prima die, qua tamen lata fuit sententia, hucusque sunt verba decisionis, quibus additur, quod eadem citatio desumpta fuit ex registro, & registrum verificatur ex manuali nouiter reperto, itaut factum concludentius probari non possit quoad carentiam citationis ad sententiam, & defectu huiusmodi supposito omnes † consentiunt sententiam fuisse, & esse inualidam, *cap. cum olim. de testib. clem. pastoralis de re iud. glos. in clem. sæpè in verbo ad id, de verbor. signif.* Innoc. *in cap. consuluit circa finem*, & Felin. *n.* 3. *de offic. deleg.* Gabr. *latissimè comprobans de citat. conclus.* 1.

Y 2 ampl.

ampl. 23. Vant. *de nullit. ex defectu citat. num.* 10. Rota *decis.* 252. *num.* 1. *& 340. num.* 1. *par.* 1. *recent. & coram Papa*
3 Greg. XV. *decis.* 546. *num.* 6. & Iudicis † partes esse in re-
uocando nullitates, Bart. *in l. cum quærebatur num* 4 *ff. de re iudic.* Rota *decis.* 2. *de litis contest. in antiquit. & decis.* 8. *de restit. spol. in nou.* Cæs. de Graff. *decis.* 9. *in fin. de caus. possess. & propriet.* Put. *d.* 72. *lib.* 3. *in nouiss.*

Non obstat, quod hæc nullitas ex defectu citationis in iudicio contradictarum probetur sublata ex altera decisione bon. mem. Card. Blanchetti, Veneris 10. Iunij 1580. in qua formalia verba habetur. Dixerunt Domini quod videretur de iustitia sententiæ in hac causa latæ, nullitates enim oppositæ non obstant, cum defectus citationis fuerit iam sublatus de anno 1575. & cum prædicta decisione dicebatur concurtere annotationem super dorsu positionis Card. Seraph. eadem die Veneris 10. Iunij 1580. nempè restringatur ad iustitiam reiectis nullitatibus, ac demum quod partes visæ tam capituli, quàm mensæ habuerint nullitates pro reiectis, ex quibus circumstantijs inferebatur ad probationem erroris anterioris decisionis.

Quia responsum fuit circumstantias facti operari quidem, si contingat nullitates esse implicitas, & dubias, sed
4 vbi † sunt indubitatæ, & claræ, vt in præsenti ex actis,
registro, & manuali desumptæ ab euidentia facti per præsumptiones contrarias non est recedendum, Castr. *cons.* 81. *numer.* 3. *vers & si dicatur lib.* 2. Honded *cons* 80. *numer.* 25. *lib.* 2. Surd. *cons.* 28. *num.* 98 Maximè quia præsumptio decisionis anni 1580. non est roborata ratione, nec legitur simplex; sed cum relatione ad annum 1575. De qua tempore talis iustificatio non reperitur; vnde si etiam ageretur de errore præsumendo in altera ex decisionibus relatis, magis de errore assertorum in decisione 1580. erit credendum, quam de allegatis in decisione 1576. quorum subsistentia fundatur in actis causę indubitatis, ad quę tanquam ad
5 matricem, & primam scripturam, quando † scripturę
inter se contradicunt semper recurritur pro habenda veritate *glos. in auth. de tabell. vers. protocollum*, quam meliorem in iure tenent Angel. & Imol. *in l. si duobus in fine, ff. quemadmodum testament. apert.* Bertr. *cons.* 261. *num.* 1. *vol.* 3. Paris. *cons.* 28. *numer.* 26. *par.* 2. cum alijs relatis per Surd. *cons.* 141. *num* 8. *& seq. & 432. num.* 5.

Nec defectus ille saluari potest ex eo, quod eadem citatio lecta fuerit die 8. Iulij 1563. de qua in registro fol. 404. vt ex actu reproductionis asseritur constare, & qui datur summ. cap. nu. 5. itaut vel tanquam actus inter se pugnantes neutri sit standum, & tunc defectus non probetur, vel quod mensa teneatur docere de contradicta originali pro fundamento nullitatis oppositæ.

Quia talis citatio in registro causæ fol. 404. non legitur, & quatenus etiam reperiretur eo modo, quo datur in sum.
6 num. 5. non releuaret: quia in tenore illius † non legitur,
quod sit citatio ad sententiam, prout necessarium est *glos. in clem. sæpe in verbo ad id de verb. signif.* & dum non est præ-
7 cisa ad sententiam, Rota nullam de ea † habet rationem,
vt in *Cæsenaten. bonorum* 4. *Martij* 1602. *coram bo. me. Iusto*, & in alijs quæ referuntur *in Gerunden. præeminentiarum* 27. *Ianuar.* 1626. *coram Card. Caualer. nunc inter eias impress.* 376 *nu.* 3. & vlterius superueniente sub die 9. Iulij 1563. quę datur cum causa expressa, ad videndum pronunciari, & de
8 qua originaliter constat ex manuali nouiter reperto, † prior
sub die anteriori nempè 8 inutilis, & circumscripta remansit, *l. & post edictum, ff. de iud. gl. in cap. consuluit de offic. deleg.* Castr. *cons.* 154 *num.* 3. *par.* 2. Rota *de dol. & contum. decis* 9. *& 14. in nouis.*

Et eo minus sententia potest sustineri, quasi potuerit
9 talis citatio omitti in iudicio † contradictarum, in quo
non sunt necessariæ nouæ citationes: sed de vrbanitate potius, & honestate fieri soleant, *cap. statnimus, §. sed si pars alia non veniret, de elect. in* 6. Rota *decis* 8. *in fine de testib. & decis.* 10. *de re iudic. in nou.* Put. *in correct. decis.* 371. *in fine lib.* 2. *& coram Papa* Greg. XV. *decis.* 430. *cum ibi adden. nu.* 6. *& in Abulen. & Carthaginen. beneficiorum* 4. *Iunii* 1607. *coram bon. me Card. Sacrato*, Vant. *de nullit. ex defecta citationis, num.* 11c.

Quia quidquid sit de ea opinione, quando citatio fuit omissa, & apparet, quod Iudex voluit absque ea pronunciare, vt non sit par ratio, quando vt hic manifestum est Iudicem voluisse sequi honestum, & laudabilem stilum Curiæ, vt pars etiam absens ad omnes actus citetur, de
10 quo testantur Put. & Rota *supra allegat.*, & tunc non †
sustineatur eo modo quo potest si non valet, vt agitur Abb. *in cap. cum super in fine de offic. deleg.* Cresc. *decis.* 10. *nu.* 6. *de dol. & contum.* Tiraq. *de retract. lignag. §.* 36. *glos.* 2. *num.* 49. *& seq.*

Attamen verum est etiam, quod sententia † non su- 11
stinetur, quando pars non fuit personaliter citata in partibus, vt admittunt prædictæ decisiones, vel habeat procuratorem in actis constitutum, Rota *decis.* 179. *num.* 1. *par.* 1. *& decis.* 486. *num.* 2. *par.* 2. *recent. & in Zamoren. pecun.* 4. *Decem.* 1608. *coram Card. Cauel. inter nunc impressas decis.* 35. *num.* 3. prout Thesaurarij mensæ verè habuerunt procuratores in actis Alphonsum Rodericum, qui pro legitimo procuratore semper fuerat agnitus, & citatus ad dicendum contra commissionem, ad videndum prorogari fatalia, & ad alia quæ dantur in summario mensæ numer. 5. & 6. qui cum non fuerit citatus, inde vrbanitas non excusat, &
altera † insanabilis nullitas insurgit defectu citationis 12
eorum, de quorum interesse agebatur, quæ semper sententiam inualidam reddit, cum concernat naturalem defensionem, *Clem pastoralis de re iud.* Cæs. de Graff. *decis.* 11. *eod. tit.* Gabr. *de citat. concl.* 1. *in princip.* Vant. *tit. de nullit. defectu citationis num.* 10.

Similiter neque obstat, quod prædictæ † nullitatis 13
fuerint sublatæ per rem iudicatam subsequutam: dum nullitates coram bon mem. Card. Blanchetto fuerunt oppositæ, & ipse nihilominus moderatus est inhibitionem, quæ loco sententiæ diffinitiuæ haberi solet, Rota *decis.* 13.
numer. 1. *par.* 2. *recent.* itaut nullitates † super quibus 14
fuerat cognitum de eis amplius non possit opponi Bart. *in l. si expressum, numer.* 3. *ff. de appell.* Rota *decis.* 512. *numer.* 1. *part* 2. *recent.* quod etiam fuit dictum *in decis.* 12. *Ianuar.* 1626. huius causæ.

Quia Bart. † *in l. expressim*, & alij allegati in *decis.* 512. 15
par. 2. *recent.* loquitur, quando sententia confirmans transitu fecit in iudicatum, nec oppositæ fuerunt nullitates, sed in præsenti fuerunt oppositę, & cognitæ, & ad-
missæ, vt in decis. anni 1576. vnde sicuti † Iudex illis ad- 16
missis non poterat sententiam nullam confirmare fingendo esse validam, Bald. *in l.* 1. *num.* 20. *C. si à non comp. iud* Feliol. *caus.* 4. *dub.* 14. Contard. *de Moment. possess. limit.* 7. *num.* 14. ita nec confirmata potest nocere Thesaurarijs, aut mensæ Innoc. *in cap.* 1. *nu.* 2. *de confirm. vtili vel inutili*, Acchil. *decis.* 4. *de sentent. & de re iud.* & latissimè fuit firmatum *in decis.* 572. *num.* 2. *par.* 2. *recent.*

Demum non obstat quod † exceptio nullitatis opponi 17
non possit vltra 30 annos, cum tanto tempore omnis actio præscribatur, & de lapsu tanti temporis dubitari non possit ab anno 1563. citra.

Quia de nullitate † excipiendo semper potest dari con- 18
tra sententiam, donec pro illius executione instari potest, postquam sententia ipso iure, & apparenter ex actis nul-
la, nomen sententiæ non meretur, & executioni † mit- 19
tenda non est parte opponente, ita distinguendo latissimè probat Vant. *de nullit. tit. quoties*, & infra quod tempus, num. 8. per regulam temporalia ad agendum, perpetua
sunt † ad excipiendum, dum non est in facultate rei ex- 20
cipere, donec ab actore conueniatur, Decian. *cons.* 13. *nu.* 48. *lib.* 2. Surd. *decis.* 277. *num.* 17. Et ita &c.

Infra in eadem causa adest alia decisio sub die 4. Apr. 1629. ¶
coram eod. bo me. Reuerendiss. Pirouano est decisio 268.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Spoletana Bonorum.

Die Veneris 26. Ianuarij 1629.

A R G V M E N T V M.

Vxor, si instituatur hæres à marito vna cum filijs, an talis institutio possit resolui in alimenta tantum secundum consuetudinem Bulgari, & an si instituatur hæres cum conditione, dummodo vitam vidualem seruauerit in domo testatoris, & vna cum filijs si vixerit, ista conditio, quid importet, & qualem cautionem præstare debeat ad hoc, vt hæreditatem assequatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Testatoris dispositio ad vnguem pro lege obseruanda est.*
2 *Hæredes coniunctim instituti re, & verbis, dicuntur pro rata æqualiter instituti.*
3 *Vxor instituta hæres vnà cum filijs, quando non possit resolui in alimenta secundum consuetudinem Bulgari, & num. 4.*
5 *Vxori, & filijs, si simul, & coniunctim vsusfructus relinquatur, tunc vxor erit vera vsufructuaria.*
6 *Consuetudo Bulgari tanquam dispositioni iuris contraria, & mulieribus præiudicialis non debet extendi extra suum casum.*
7 *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 7. num 8. declaratur, & nu. 9.*
9 *Vxoris institutio, si sit incompatibilis cum separata institutione filiorum in alimenta potest resolui.*
10 *Mantic. in loco supra citat. reprehenditur à Surd.*
11 *Vxor, si hæres instituatur cum onere habitandi, & viuendi cum filijs, ex hoc non potest inferri, quod ei solum alimenta sint relicta.*
12 *Institutio cum alimentis nihil commune habet.*
13 *Consuetudo Bulgari cessat, vbi constat de contraria mente testatoris, etiam tacita.*
14 *Substitutio, quando sit referenda ad proprietatem, & non ad alimenta.*
15 *Trebellianicæ, & Falcidiæ prohibitio nullatenus conuenire potest alimentis.*
16 *Cohæredi absque aliqua confusione fieri possunt prælegata.*
17 *Cohæres præsumitur sibi satisfecisse, si habuit administrationem bonorum hæreditariorum, quando rationem administrationis non reddidit.*
18 *Et ista præsumptio multo magis intrat, quando quis est hæres, & creditor.*
19 *Administrationem, qualem quis habere debet ad hoc, vt teneatur reddere rationem administrationis.*
20 *Vxor, quando est instituta hæres à marito donec vitam vidualem seruauerit in eius domo, vnà cum filiis, & sua familia, ista conditio est seruanda, cum d. verba importent præceptum.*
21 *Et hoc non debet simpliciter resultare ex cohabitatione in eadem domo, aut ex communione mansionum, sed ex confusione expensarum victus.*
22 *Testatoris præceptum, quod vxor debeat viuere cum filiis valet, & sustinetur.*
23 *Mater, si recusat viuere cum filiis, prout disposuit testator, ex dispositione iuris hæreditate priuatur.*
24 *Cohæredibus de iure permittitur deuenire ad diuisionem hæreditatis, quando volunt.*
25 *Testator, si iubeat vxori, quod in eius testatoris domo, vnà cum filiis viuat, hoc intelligitur vt habeat curam filiorum.*
26 *Illatio ex vno, ad aliud non fit.*
27 *Societas bonorum, non dicitur ex societate vitæ.*
28 *Alienatio, licet prohibeatur, non tamen censetur prohibita diuisio.*
29 *Diuisio semper præsumitur permissa, vel ratione vberioris culturæ, vel commodi, vel rationes inæqualitateis expensarum.*
30 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*
31 *Testator in dubio præsumitur se conformasse, cum dispositione iuris.*
32 *Onus, & grauamen permanendi in perpetuum in communione, improbatum videtur.*
33 *In communione nemo inuitus cogitur stare.*
34 *Hæredum quilibet, simul stare potest, vt propriam portionem agnoscat, & tamen vnus exactor communi nomine totius hæreditatis administrationem retineat.*
35 *Hæres institutus sub conditione negatiua, quæ adimpleri non potest nisi in morte, vt hæreditatem consequatur, quid facere debeat, & num. 36.*
37 *Cautio Mutiana fuit inuenta loco adimplementi.*
38 *Cautio Mutiana non solum habet locum, in conditione negatiua, sed etiam in affirmatiua, quæ resoluitur in negatiuam.*
39 *Vxor instituta hæres, dum vitam vidualem seruauerit in domo testatoris vnà cum filiis, tenetur in vtroque casu præstare cautionem.*
40 *Hæres, qui non adimpleuit conditionem, sub qua erat institutus, tenetur ad restitutionem hæreditatis, vnà cum fructibus perceptis.*
41 *Cautio Mutiana datur solum in dispositionibus factis sub conditione, non autem factis sub modo.*
42 *Dictio, dum, adiecta perfectæ dispositioni facit ipsam modalem.*
43 *Cautio Mutiana etiam in dispositione modali est præstanda.*

44 *Hæres inobediens præcepto testatoris, priuatur omni emolumento, & quicquid percepit, cum fructibus restituere tenetur.*
45 *Cautio Mutiana operatur, vt conditio negatiua habeatur pro completa.*
46 *Hæreditas, quando est sub modo relicta, vt hæres illam consequatur, quomodo cauere debeat.*
47 *Cautio Mutiana extenditur etiam, quod restitutionem fructuum.*
48 *Hæres institutus sub dispositione modali debet realiter præstare cautionem de modo adimplendi, aliàs exceptione doli repellitur.*

DECISIO CCXLI.

EQVES Pompeus Senzasonus in suo testamento iure prælegati relinquit Aureliæ vxori scuta 200. in omnibus verò alijs suis bonis eandem Aureliam, ac Iacinthum, & Ludouicum filios hæredes vniuersales instituit his verbis adiectis, videlicet D. Aureliam vxorem dum castè, & honestè vixerit, & vitam vidualem seruauerit in domo ipsius testatoris vnà cum dictis suis filijs, & sua familia, cui quidem Aureliæ quandocumque decedenti, & morienti, seu si ad domum paternam redierit, siue ad secundas nuptias conuolauerit absque aliqua detractione, &c. substituit dictos Iacinthum, & Ludouicum.

His stantibus, causa post duas sententias extra Rotam latas, mihi commissa dubitaui in quibus, & quomodo exequendum esset dictum testamentum.

Et quantum attinet ad primam partem dubij, illius resolutio reducitur primo ad institutionem, in portione hæreditatis; Secundò ad prælegatum scut. 200. Et quoad institutionem non dubitarunt DD. quin iuxta dispositionem
† testatoris ad vnguem pro lege obseruandam, *l. 1. C. de* 1
sacros. Eccles. §. disponat. auth. de nupt. sit exequendum
primò in tertia parte hæreditatis, quæ debetur Aureliæ
tanquam hæredi cum Iacintho, & Ludouico filijs re, &
verbis coniunctim, & sic † æqualiter pro tertia parte in- 2
stitutæ ad *tex. in l. coniunctim, & de re coniunctis, ff. de
leg. 3. l. cum in testamento, §. hæc verba, & l. quotiet, §.
hæredes, & ibi glos. in verbo æqualiter, ff. de hæred. instit.
§. si plures instit. eod. tit.* Gozadin. *cons. 80. in princ. & num.
3. in fine.*

Nec huiusmodi institutio ex præsumpta mente, seu vo-
luntate testatoris, visa est posse resolui in alimenta † se- 3
cundum consuetudinem Bulgari, de qua *glos.* & Bart. *in l.
Titia cum testamento, §. Titia cum nuberet, ff. de legat. 2.
glos. & DD. in l. 1. C. de secund. nupt. & in auth. hoc loco ver.
derogari, C. eod. tit. vbi* Bart. *numer. 8. in princ.* qui dicit
ita communiter seruari, & latè declarat Cepoll. *de seruit.
Vrb. præd. cap. 4 numer. 6.* Ias. *in l. cum hi, §. si in singulos
numer. 4. ff. de transact.* Dec. *cons. 418. numer. 1.* cum alijs
per Guttier. *in l. nemo potest, num 357. ff. de legat. 1.* Mant.
de coniect. vlt vol. lib. 9. tit. 7. Surd *de alim. tit. 2. qu. 15. num.
1. & seqq.* Gozad. *d. cons. 80. num 2.* qui alios refert Menoch.
præsumpt. 139. num. 4. lib. 4. Castill. *de vsuf. cap. 45. num. 6.*
Quia dicta consuetudo solum † procedit vbi vxor fuit in- 4
stituta in vsufructu, non autem quando, vt in casu isto,
fuit vnà, ac coniunctim cum filijs instituta in certa portione
hæreditatis, vt declarant DD. *in l. Titia §. Titia, ff. de le-
gat. 2.* Gozad. *d. cons. 80. nu. 3.* Surd. *d. q. 15. nu. 83.* vbi ita de-
clarat Rot. *decis. 138 p. 4. diuers.* Menoch. *d. præsumpt. 139.
nu. 3.* ibi, qui si voluisset eam cohæredem esse in hæredis in-
stitutione, cum filijs coniunxisset *lib. 4. qui num. 21.* in for-
tioribus subdit, quod † si vxori, & filijs simul, & coniun-
ctim vsufructus relinquatur, vxor est verè vsufructuaria, 5
prout etiam sentit Gozadin. *loco cit. num. 3. in fin.* & Surd.
vbi sup. num. 216. Modern. *Forolinien. controu. iur. lib. 3. ca.
23. num 9.* vnde dicta consuetudo tanquam dispositioni iu-
ris contraria, † & mulieribus præiudicialis, Alex. *cons.* 6
57. num. 2. vers. cum sic, lib. 3. & cons 214. numer. 13. lib. 6.
Fachin. *lib. 5. contrau. cap. 47.* non debet extra casum suum
extendi Surd. *decis. 36. num. 20. idem* Modern. *Forolinien.
loc. cit. cap. 22. num. 12. & 13.*

Nec obstat, quòd † Mant. *loc. alleg. num. 8.* extendat
d. consuetudinem, vt procedat, quamuis vxor fuerit vnà 7
cum filijs hæres instituta, quia, vt benè respondet Surd.
loco cit. numer. 85. DD. quibus hic Mantic. innititur, id non
dicunt Dec. enim *in cons. 278. nu. 4. vers. vnde quod* DD. lo-
quitur in casu, quo in principio testamenti mater fuerat vi-
ta durante hæres instituta omnium bonorum. In fine verò
testator fecerat aliam pleniorem institutionem de nepoti-

Y 3 bus,

8 bus, vnde mirum non est, † si lostitutio tanquam incom-
patibilis cum separata institutione nepotum in alimenta
possit resolui ex verisimili mente testatoris, pro qua Dec.
ibid. plures coniecturas deducat, vt in puncto respondet
Rota *in d. decis.* 138. *numer.* 6. *par.* 4. *diu.* Gonzal. *verò d.*
cons. 80. cui soli innititur etiam Gabr. *de vsufr. conclus.* 2.
9 *numer.* 10. quem pariter refert Mant. † loquitur quando
mater, vita tantum durante, instituta fuit Domina, &
vsufructuaria: imò vt supra ponderatum fuit nu. 3. expres-
sè declarat, quod non intraret Bulgari consuetudo, quando
mater esset verè cum filijs in proprietate instituta, & pro-
10 pterea † Surd. *ib.* reprehendit Manticam, qui fugienti ocu-
lo dicit vidisse Gozzadinum.

Nec minus ex eo, quod Aurelia fuerit instituta cum
onere habitandi, & viuendi cum filijs potest inferri, quod
11 censeantur relicta solummodo alimenta, † quia hoc
onus qualificat quidem institutionem ad effectum, vt
quotiescumque Aurelia præcepto testatoris contrauenerit,
resoluatur, ac si ab initio nunquam hæres fuisset *auth. cui*
relictum, & l. fin. C. de indict. vidui. toll. sed non re-
12 stringit † d. institutionem ad alimenta, cum quibus ni-
hil habet commune ad *l. Papinianus exuli, ff. de minoribus*
cum vulgar.

Et prædicta tanto magis procedunt, quia vbi constat de
13 contraria quamuis etiam tacita † voluntate, cessat Bul-
gari consuetudo, Dec. *d. cons.* 418. *numer.* 1. post alios Cra-
uet. *cons.* 32. *numer.* 2. Mant. *de coniect. d. lib.* 9. *tit.* 7. *numer.*
20. Surd. *de alim quæst.* 15. *numer.* 225. *& seqq. & cons.* 218.
num. 6. & 7. Castill. *de vsufr. d. cap.* 45. *num.* 10. Hic verò cla-
rè constat mentem, ac voluntatem testatoris fuisse institu-
tionem Aureliæ ad proprietatem extendere, non autem re-
stringere ad alimenta. Primò dum post obitum Aureliæ
14 filios, & filijs non existentibus alios substituit, † quæ sub-
stitutio referenda est ad proprietatem, non autem ad ali-
menta, in quibus tanquam cum morte expirantibus, *l.*
Dominus in fin. de vsufr. Surd. *de alim. tit.* 2. *d. quæst.* 15. *num.*
201. non potest verificari substitutio, quæ in simili etiam
operatur, vt relictus vsusfructus transeat in proprietatem,
l. fin ff. de vsuf. earum rerum, quæ vsu consum. Laderch. ple-
nè potest alios *cons.* 80. *num.* 5. & 8. Castill *de vsufr. cap.* 30.
numer. 20. *& seqq.* vbi de communi Peregr. *cons.* 62. *numer.*
19. *vers.* 2. *lib.* 2. cum alijs cumulatis per Giouagn. *resp.* 63.
num. 6. *lib.* 1. Secundò dum quacumque Falcidiæ, ac Tre-
bellianicæ detractionem eueniente casu substitutionis in
15 portione eiusdem Aureliæ prohibuit, † quæ prohibitio
nullatenus conuenire potest alimentis: sed clarè ostendit
relictam proprietatem, idem Laderch. *d. cons.* 80. *numer.* 6.
Rota *decis.* 138. & *decis.* 460. *par.* 4. *diu.* Gabr. *cons.* 168. *n.* 32.
lib. 2. Giouagn. *alleg. res.* 63. *num.* 11. *& seqq.*

Quo verò ad prælegatum, nec etiam Domini dubita-
runt, quin testamentum quoad illud pariter sit exequen-
16 dum. Cohæredi † enim absque aliqua confusione fieri
possunt prælegata, vt est *text. expressus in l. Titia,* 35. §. 1.
ff. de legat. 2. *& facit l. cæteri in princ. l. Pomponius pariter*
in princ ff. famil. ercisc. Mant. *de coniect. lib.* 7 *cap.* 7. *nu.* 11.
cum alijs latè deductis *in causa Viterbien. Castrorum* 9. *De-*
cembris 1620. *coram bon. mem. Card. Sacrato, & 11. Martij*
1626. *coram me.*

17 Nec obstat, quòd Aurelia † præsumatur de illo satisfa-
cta, ex quo non reddidit rationem administrationis, quam
dicitur habuisse bonorum hæreditariorum ad *text. in l. sed*
si damnum, §. peculium, vbi Angel. *numer.* 1. & 3 *ff. de pecul.*
Afflict. *decis.* 12. *nu.* 16. Aym. *cons.* 292. *nu.* 5. Surd. *cons.* 290.
nu. 33. *lib.* 2. Neuiz. *cons.* 57. *num.* 11. Menoch. *præsumpt.* 125.
nu. 12. *lib.* 3. Borgin. Carcale *de tut. & curat. n.* 181. maximè
18 cum ipsa sit hæres, & † creditrix ratione eiusdem legati,
cuius satisfactionis præsumptio tanto facilius, *l. si ei cui ven-*
did. 41. *§. si is, qui fundum, ff. de euict.* Bart. *in d. l. sed si da-*
mnum, §. peculium, ff. de pecul. Soc. Iun. *cons.* 170. *nu.* 7. *lib.* 2.
Menoch qui alios congerit *cons.* 183. *nu.* 35.

Quia visum fuit huiusmodi administrationem non suf-
ficienter probari: quamuis enim in negocijs domesticis Au-
relia præstiterit aliquam assistentiam, seu curam, qua-
lem decet matrem familias, hoc est tutorum, atque exa-
ctoris administrationi subordinatam, ad quam reducun-
tur ponderata ex testibus, quæ ideò facilè possunt euitari:
19 Non tamen inferri potest quod ipsa habuerit † talem ad-
ministrationem bonorum hæreditariorum, quæ ipsam
obliget ad aliquam redditionem rationis, vt in simili con-
siderauit Rota *decis.* 52. *num.* 4. *par.* 1. *recent.* quæ admini-
stratio, cum de iure esset apud tutores, & exactores testa-
mentarios, qui tutelam susceperant, & inuentarium con-
fecerant, apud eosdem fuisse præsumitur. Responsio au-
tem Aureliæ ad positiones circa communem vitam cum
alijs hæredibus mediante annua assignatione pro victu, &
vestitu facta per tutores, siue exequutores testamentarios,
potius excludit probationem assertæ administrationis, quæ
nec minus ex mobilium consignatione facta Aureliæ po-
test deduci, vt patet.

Quantum verò attinet ad secundam partem dubij. Ista
pariter ad duas inspectiones reducitur. Prima est circa vim,
atque adimplementum modi, seu præcepti, sub quo Au-
relia fuit instituta, an scilicet ex eo censeatur prohibita
ipsi Aureliæ diuisio hæreditatis. Secunda versatur circa
præstationem cautionis. Et quoad primam licet verba il-
la: Dum vitam vidualem seruauerit in domo † testato- 20
ris vnà cum dictis suis filijs, & sua familia importent præ-
ceptum, & onus habitandi, ac viuendi cum dictis filijs,
& familia in domo testatoris secundum terminos, *l.* 1. *C.*
de legat. l. menia 13. *§. fi. ff. de annu. leg. d. l. Titia* 35. *§. si en,*
ff. d. leg. 2. *l. si ex conditione C. de cond. insert.* Ias. *in l. siue*
apud quem numer. 20. *in fin C. de transact.* etiam quoad com-
munionem, victus, vt ex Rimin. Sen. & alijs concludit Si-
mon de Pretis *de interpret. vlt. vol. fol.* 432. *numer.* 109. cum
communio vitæ, de qua loquitur testator ibi, dum vixe-
rit vnà cum filijs &c. non † resultet simpliciter, ex coha- 21
bitatione in eadem domo, aut ex communione cubiculo-
rum, & mansionum, sed ex confusione expensarum vi-
ctus Bart. *in l. quintus, 7. post med. vers. quandoque ista, ff. de*
ann. legat. & ex capit in singulis versic. & qui conuenerint de
stat. monach. Bald. *in cap.* 1. *§. duo fratres de duobus fratri-*
bus de nou. feud. inuestit. Soccin. Sen. *cons.* 72. *numer.* 14.
lib. 3. Anchar. *cons.* 302. *numer.* 9. Corn. *cons.* 301. *num.* 21.
lib. 1. Paris. *cons.* 85. *num.* 60. *lib.* 1. *fuit dictum in causa Pam-*
pilonen. beneficiorum 30. *Ianuar.* 1615. *& 6. Nouembris*
1617. *coram bo. me Card. Sacrato.* Quod quidem præce-
ptum † tanquam adiectum fauore filiorum, Ruin. *cons.* 42. 22
nu. 22 *vol.* 2 cum alijs per Surd. *cons.* 218. *nu.* 4. valet, & susti-
netur, licet forsan secus esset, quando non adijceretur fauo-
re certæ personæ, vt probat *text. in l. Titio centum l.* 2. *& ibi*
Bart. *ac cæteri communiter, & ff. de condit. & demonstr.*
Gomez. *var. resolut. tom.* 2. *cap.* 10. *n.* 23. *vers. item etiam ex*
prædictis. Itaut Aurelia casu quo in testatoris domo vnà
cum filijs viuere † recusaret, quamuis testator id non ex- 23
pressisset, prout expressit, nihilominus ex dispositione iu-
ris hæreditate priuanda esset, ad *text. in d. l. menia* 13. *§.*
vxore, ff. de annu. legat. & fidec. l. Cum, *§. Imperator, vbi*
Bart. *num.* 1. *ff. de alim & cib. legat d. auth. cui relictum, &*
l. fin. & vtrobique scribentes C. de ind. vidui. tol. l. Mutia-
næ, & ibid. DD. ff de condit. & demonstr.

Domini tamen censuerunt prædicta verba non contine-
re aliquod præceptum communionis bonorum, itaut Au-
reliæ censeatur prohibitum deuenire ad hæreditatis diuisio-
nem, † quæ sibi de iure permittitur tot *tit. ff. famil. her-* 24
cisc. Iubetur enim dumtaxat viuere in domo testatoris vnà
cum filijs, prout de præsenti † viuit, quod solum venit 25
intelligendum, vt habeat curam filiorum Ruin. *d. cons.*
42. *num.* 21. & 22. *vol.* 2. & ita loquuntur Simon. de Præt.
loc. cit. fol. 432 *num.* 111. Surd *d. cons.* 218. *nu.* 4 *vol.* 2. Quod
quidem præceptum maximè distat ab eo, vt habeat bona
in communione cum filijs, ideoque ex † vno ad aliud non 26
infertur *vulg. l. Papinianus, ff de minorib.* & in simili, quod
inita societate vitæ, non dicatur † contracta societas bo- 27
norum Petr. de Vbald. *de duob. fratrib. par.* 6. *num.* 24. *vers.*
contrariam. Menoch. *de arbitr. cas.* 127. *nu.* 7. Hector. Felic.
de societ. cap. 27. *numer.* 60. *& seq. & fuit dictam in Romana*
exequationis 4. *Maij* 1616. *coram bon. me. Buratto,* sicuti
etiam licet † alienatio prohibeatur, non tamen censetur 28
prohibita diuisio ex congestis latè per Modern. Brixien. *de*
substit. quæst. 707. *num.* 2. quę in omnem euentum censetur
semper permissa, † vel ratione vberioris culturæ, & com- 29
modi Bald. *in l. iubemus in* 2 *C. de sacros. Eccl.* Imol. *in*
cap. nulli. num. 15. *de reb. Eccl. non alien.* Fabian. de Monte
de empt. qu. 4. *art.* 27. *num.* 161. cum alijs per Reodoan. *de reb.*
Eccl. non alien par. 2. *cap.* 35. *num.* 3. *vers. & dicit* Imol *&*
numer. 4. *versic. quod si Prælatus.* Vel ratione inæqualitatis
expensarum, ne vnus ex cohæredibus profusè iactando
præiudicet in portione alterius, qui parcius, & moderatè
viuit, Menoch. *de arbitr. cas.* 127. *num.* 27. Eugen. *cons.* 64. *n.*
10. *vbi de communi l.* 1.

Quibus accedit vniformitas coniecturatæ mentis, ac in-
tentionis testatoris, quæ satis ex eo deprehenditur, dum
Aure-

Aureliæ ſubſtituit ſolum in caſu quo ad domum pater-
nam rediret, non autem qui è communione bonorum
diſcederet, ſignum euidens quod in hac parte reſtrin-
xit ad implementum ſuæ voluntatis ad ſolam communio-
nem habitationis, & victus cum filijs non conſiderando
30 caſum ſeparationis à communione bonorum qui † ideò
tanquam omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis,
l. commodiſſimè, ff. de lib. & poſth. cum vulgar.

Et DD. tanto facilius in hanc ſententiam venerunt,
31 quia ex diſpoſitione iuris, cui † præſumitur in dubio ſe te-
ſtatorem conformaſſe, Bart. *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff.
ad Trebellian.* Alexand. *conſ. 4. num 12. & conſ. 55. vbi ad-*
32 *dent. num. 2. lib. 4.* onus, † & grauamen permanendi in per-
petuum in communione, improbatum videtur, vt eſt tex-
tus expreſſus in *l. in hoc iudicium, §. ſi conueniat, vbi* Bart.
& cæteri, ff. comm diuid. Caſtr. & Iaſon. *in l. ſi non ſortem,
§. ſciendum, num. 4. ff. de condit. indeb.* vnà cum alijs pluri-
bus relatis per Vaſq. *de ſucceſſ. creat. & progreſſ. lib. 1. §. 6.
num. 1.* Lup *in rubric. de donat. inter virum, & vxor. §. 54.
num. 4.* Gutier. *de iuram. confirm. par. 1. c. 58. num. 2.* Huiuſ-
modi enim præceptum propter diſcordias ex communio-
ne bonorum proficiſcens odioſum, ac nociuum cenſetur, ac
33 ideò † nemo inuitus in communione ſtare cogitur, vt in *l.
final. C. commun. diuid. d. l. ſi non ſorte §. ſi centum ff. de condit.
in diebus l. in re communi, ff de ſeruit.* Vrb. *præd. l. cum pater
87. §. dulciſſimis, ff. de legat. 2. l. 2 C. quando, & quibus 4.
pars debeatur, l. ſancimus, §. ſin autem C. de donat. & cap.
ex tenore de donat.* cum alijs per Lup. *loc. cit. verſ. ratio pa-
tronum.*

Non obſtat, quod teſtator deputauerit Antonium, qui
omnia credita, ac fructus cuiuſcunque generis exigeret,
& debita hereditaria perſolueret quaſi ex hoc videatur vo-
luiſſe hæreditatem ſuam permanere indiuiſam. Quia non
ideò cenſetur prohibita diuiſio inter hæredes. Stant enim
34 ſimul quod † quilibet hæredum propriam portionem ſibi
familiæ erciſcundæ iudicio obuentam agnoſcat, & quod
nihilominus exactor communi nomine totius hæreditatis
adminiſtrationem retineat, quouſque ſubminiſtrationis
interim cuilibet hæredum ad alimenta neceſſarijs, adim-
pleatur voluntas teſtatoris circa æris alieni ſolutionem, &
creditorum exactionem, ex quibus ad firmandum hære-
ditatis ſtatum, veriſimile eſt teſtatorem fauore hæredum
principaliter motum fuiſſe ad deputandum huiuſmodi
exactorem, tanquam ad negocium ſatis implicitum, at-
que difficile, non autem, vt inter hæredes induceret bono-
rum communionem.

Quo denique ad cautionem viſum fuit Dominis Aure-
liam ad illius præſtationem teneri, quia ad hoc vt hæres,
35 vel legatarius inſtitutus ſub conditione negatiua, † quæ
adimpleri non poteſt niſi in vltimo vitæ ſpiritu, & ſic per-
ſeuerantiam exigit, vſque ad mortem conſequatur viuens
hæreditatem, quam aliàs conſequi non poſſet, veluti non-
dum purificata conditione, cui tanquam poteſtatiuæ ad vl-
timum, vſque vitæ ſpiritum poteſt contrauenire, requi-
36 ritur quod ante omnia præſtet cautionem mutianam † de
reſtituendo quod ſibi relictum eſt vnà cum omnibus fru-
ctibus retrò perceptis, ſi contrafecerit iuxta formam *d. au-
th.* cui relictum, & in corpore, vnde ſumitur, & *l. fin.
vbi DD. C. de indict. viduit. toll. l. mutianæ, & ibi* Bart. *nu. 10.
&* Socc. *num. 2 ff. de condit. & demonſtr.* Iaſ. *in l. reddi num.
15. ff. de condit. cauſ. dat.* Pariſ. *conſ. 95. num. 26. & 52. lib. 3.*
Borgnin. *in tract. de vſufructu. ſub nu 117.* Natt. *conſ. 297.
in fin. & conſ. 459. num. 15. cum ſeqq. lib. 2.* Gratian. *reſpon.*
37 *102. num. 11. cum ſeqq. & num. 45. lib. 2.* quæ cautio fuit † in-
uenta loco implementi *d. l. mutianæ vbi* Bart. *num. 2. l. is cui,
cum ſub hac, l. Titio fundus, ff. de condit. & demonſtr.* Idem
Bart. *conſ. 156. Titius num. 3. verſ. ſimile, & conſ. 177. num. 4.
lib. 1.* Ruin. *in celebri ſuo conſ. 170. num 2. lib. 3.* non ſolum
in conditione concepta verbis negatiuis, vt in *d. Auth.* cui
38 relictum, & in *d. l. mutianæ*, ſed etiam † affirmatiuis, quæ
reſoluitur in negatiuam, qualis eſt iſta, dum vitam vidua-
lem ſeruauerit in domo teſtatoris, vnà cum filijs, quia re-
ſoluitur in negatiuam ſi non nupſerit, & non receſſerit à
domo teſtatoris, vt in puncto declarat Bart. *in d. l. mutia-
næ, ſub num. 35.* quem ſequitur Gratian. *d. conſ. 102. num.
13. poſt* Imol. & Fulgoſ. ibi per eum allegatos, & Iaſ. *in d.
l. ſiue apud quem num. 20. in fin. C. de tranſact.* Ruin. *in puncto
conſ. 34. num. 4. lib. 2. & d. conſ. 170. num. 7. lib. 3.* ideòque cum
Aurelia fuerit inſtituta dum vitam vidualem ſeruauerit
in domo teſtatoris, vnà cum filijs, ad effectum vt tan-
39 quam adimpleta voluntate † Teſtatoris conſequatur
hæreditatem, tenetur præſtare huiuſmodi cautionem
non ſolum de vita viduali ſeruanda, ſed de cohabitando
in domo teſtatoris vna cum filijs, quorum vtrumque de-
bet adimplere, *l. ſi hæredi plures, ff. de condit. & demon-
ſtrat.* Benedict. Capra *in conſ. 72. num. 12.* Dec. *conſ. 620. nu
3.* itaut in caſu contrauentionis teneatur ad reſtitutionem
† hæreditatis, vnà cum fructibus perceptis, quia ex non 40
implemento voluntatis teſtatoris cenſeretur retro hære-
dem non fuiſſe *d. Auth. cui relictum, & ibi Doct. communiter
C. de indict. vid. toll. l. fin. vbi* Bald. *nu. 3.* Salic. *col. 2. verſ quæ-
ro, an prædictæ, C. eod. tit.* Ruin. *d. conſ. 170. num. 7. vol. 3.*
& hanc ſententiam paſſim ſequitur Rota, *vt apud ſanct.
me.* Greg. *decıſ. 187. num 3. & decis. 697. num. 1. par. 1. recent.*
& in alijs cumulatis coram me *in cauſa Imolen. bonorum 31.
Maij 1613.*

Non obſtat, quod huiuſmodi cautio detur ſolummodo
† in diſpoſitionibus facti ſub conditione, non autem factis 41
ſub modo DD. *in d. l. mutianæ, ff. de condit. & demonſtrat.
& in d. auth. cui relictum, C. de indict. vid. toll.* in quibus nos
verſamur cum præceptum, ſeu onus fuerit adiectum per
dictionem, † dum, quæ adiecta perfectæ diſpoſitioni, fa- 42
cit ipſam modalem *gloſ. in pragmat. ſanct. tit. de cauſ. §. no-
luerunt in verb. dum fol. mihi 109.* Cened. *ſing. 47. nu. 5.* Ruin.
conſ. 137. num. 8. lib. 1. qualis etiam in dubio præſumitur *ex
alleg. per* Mol. *de prim. Hiſp. lib. 2. c. 12. nu. 9.* Peregr. *de fidei-
comm. art. 11. num. 114.* Quia nihilominus communis reſo-
lutio eſt in contrarium, quod etiam in † diſpoſitione mo- 43
dali ſit cauendum de modo adimplendo, ſicut in conditio-
nali de conditione adimplenda, itaut in vtroque caſu mo-
do, vel conditione non impletis, res ſit cum fructibus re-
ſtituenda, vt per *text. in l. liberto §. Lucius, ff. de annu. legat.
& in l. ſi hæres, ff. de condit. ob cauſ.* firmat Bart. *in l. quibus
diebus §. Termilius col vlt. ff. de cond. & demonſtr.* Pariſ. *conſ.
15. col. vlt. & conſ. 19. num. 52. & 55. vol. 2.* vbi latiſſimè pro-
bat, quod † inobediens præcepto, & voluntati teſtatoris, 44
non parens conditionibus, & modi ſcriptis priuatur omni
emolumento, & quicquid percepit cum fructibus reſtitue-
re tenetur, quem cum alijs refert Peregrin. *d. art. 11. num.
121. & 122.* & eleganter Molin. *de primog. loc. cit. num. 23.
& 24.* vbi teſtatur de communi ſubdens differentiam inter
iſtas duas cautiones, nempè mutianam, quæ præſtatur in
diſpoſitione conditionali, & ſimplicem cautionem, quæ
præſtatur in diſpoſitione modali, de modo adimplendo,
eam eſſe, quod in diſpoſitione conditionali ex cautione da-
tur agere volenti actio, quæ ex rigore iuris ſuſpenſa erat,
vſquo in euentum conditionis, quæ mediante † cautione 45
mutiana habetur pro impleta, vt dictum eſt: in diſpoſitio-
ne verò modali non datur actio ex cautione, imò abſque
ea agi poteſt, cum modus non ſuſpendat perfectionem diſ-
poſitionis, nec actionem, ſed ex prædicta cautione detur
agenti replicatio, ſi excipiatur ei obſtare, quod res ſub mo-
do ſibi relicta eſt, & quod debet ante omnia modum † ad- 46
implere, vt ipſe poſſit dicere, quod debet rem obtinere,
præſtita cautione de modo implendo, quæ diuerſa eſt à
cautione mutiana, prout optimè declarant Bar. *in d. l. qui-
bus diebus. §. Termilius, ff. de cond. & demonſtr. & ibid.* Caſtr.
num. 5. Socc. *col. 4 ver. circa tertiam q.* Iaſ. *in l. 1. n. 3. C. de pact.*
& notant paſſim DD. *in d. l. mutiana, ff. de condit. & de-
monſtrat.*

Et quod in huiuſmodi cautione veniat non ſolum reſti-
tutio hæreditatis, ſed etiam fructuum à die præſtatio-
nis, nullam habet difficultatem in caſu iſto, quia quic-
quid ſit in legatis, in quibus fit annua diſtributio, certè vbi
agitur de hæredis inſtitutione, in qua nos verſamur, cau-
tio † extenditur etiam ab reſtitutionem fructuum, ex quo 47
natura inſtitutionis hæreditariæ repugnat diſiunctim fie-
ri per annos, cum ſit vnica, & perpetua, prout hanc diffe-
rentiam optimè tradunt Bald. *in d. l. fin. num. 3.* Salyc. *num.
4.* Cyn. Ang. Caſtr. *& alij, C. de indict. vid. toll.* Natt. *conſ.
459. num. 17* Peregrin. *d. art. 11. nu. 123.* quam ex prædictis
ſequitur Rota *in cauſa Aſculana bonorum 28. Aprilis 1600.
coram bo. me. Card. Seraphin. & in præcitata Imolen. bonorum
31. Maij 1613. coram me.*

Vnde licet ex huiuſmodi diſpoſitione modali tanquam
pura ſtatim competat actio Aureliæ, ipſa tamen tenetur † 48
realiter offerre cautionem de modo adimplendo, alias ex-
ceptione doli repelleretur, *l. ſi is cui, l. cum in teſtam ff. de fi-
deicomm. libert.* Bart. *in d. l. quib. dieb. §. Termilius num. 16. in
fin. ff. de cond. & demonſtr. cum alij per* Peregr. *loc. cit. nu. 115.*

Ex quibus vtraque parte informante concluſum fuit ſe-
cundum prædicta teſtamentum eſſe exequendum, &c.

R. P. D. QVEIPO.

Romana administrationis Hæreditatis.

Die Lunæ 29. Ianuarij 1629.

ARGVMENTVM.

In hac decisione agitur de materia manutentionis in quasi possessione iuris administrandi relicti priuatiuè alicui per testatorem.

SVMMARIVM.

1 *Possidenti danda est manutentio.*
2 *In quasi possessione administrandi, debet ille manuteneri, qui tempore motæ litis administrat.*
3 *Testator, quando dicatur commisisse alicui aliquod opus priuatiuè.*
4 *Administrandi facultas concessa alicui, honorifica reputatur.*
Remotio ab administratione dedecus reputatur, n. 4.
5 *Administrator loco Domini habetur.*
6 *Dispositio principalis, quando est ad honorem, & vtilitatem alicuius, eodem iure censeri debet in accessorijs.*
7 *Iniuria nasci non debet ex honorifica principio.*
8 *Verbum, alius, similium est repetitiuum.*
9 *Verba sine effectu manere non debeat.*
10 *Verba testatoris enixa, & geminata potissimum sine effectu manere non debent.*
11 *Actus gesti per administratorem, cuius nomine videntur facti.*
12 *Possessio, vt acquiratur per personam deputatam, quid requiratur.*
13 *Text. in l. qui aliena, §. 15. qui putabat, ff. de acquir. hæred. declaratur.*

DECISIO CCXLII.

CVM ex substitutione à Laurentio Gipponario facta, Cappella S. Antonij in Ecclesia S. Hominis boni, in omnibus eius bonis successisset, & à Gipponarijs prædicta successione admissa, & bonis venditis ad effectum vt in loca montium redigerentur, & ex eius redditibus dotes per singulos annos filiabus duntaxat Gipponariorum, & Pillamantelliorum distribuerentur, secundum testatoris voluntatem expressam, & redditibus prædictorum bonorum exactis, & perceptis, & generaliter administratione facta per dictos Gipponarios, vt ex eorum summario constat, Congregatio Sartorum cor. Reuer. Vicegerente comparuit petens manutentionem cumulatiuè cum Gipponarijs in administratione bonorum, & maritaggiorum, qui Sartoribus in administratione petitam manutentionem concessit, in maritaggio verò denegauit, & Gipponarijs priuatiuè tribuit, quod decretum in hac parte confirmauit Signatura, & quoad primam fuit rescriptum cum facultate manutenendi quos de iure, vnde causa mihi commissa, subrogato in locum bon. mem. Patriarchæ Manzanedo dubium hodie pro manutentione in administratione prædictorum bonorum in Rota proposui, & Domini ad fauorem Gipponariorum resolue-
1 runt, † propter regulam *text. in l. vnica C. vti possidetis l. 1. §. hoc interdictum ff. eod. tit. §. retinendæ instit. de interd. l. liberis §. vltim. ff. de liber. caus.* Iuan. Faber. *in d. §. retinenda in proprio.* Couar. *pract. cap. 17. num. 5.* Menoch. *de retinend. rem. vltim. num. 16* Cum in statu & quasi posses-
2 sione administrandi tempore motæ litis Gipponarijs † existerent, & pro se voluntatem testatoris expressam haberent, tum quia eis priuatiuè dotium distributionem concessit, & eorum filias legitimas, & naturales, ad prædi-
3 ctas dotes duntaxat voluit admitti, ideóque † Gipponariorum priuatiuè hoc opus pium esse videtur, iuxta regulam *text. in l. 2. §. in propria ibi tam esse propriam causam cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet, ff. quando appell. sit,* & habet locum regula *text. in l.*
4 *in re mandati,* & cum facultas † administrandi honorifica reputetur, eius autem remotio dedecus censeatur secundum *glos. fin. in l. testamento, §. ff. de manum. testam.* & admi-
nistrator † Domini loco habeatur, secundum *text. in leg.* 5
quo fundum §. si tutor, & ibi glos. verb. expoliat. ff. pro emptore, verisimile est Gipponarios ad quorum honorem, &
vtilitatem † principalis dispositio scripta fuit, in accesso- 6
rijs à testatore eodem iure censendos, ne aliàs ex honorifi-
co † principio iniuria nasceretur argumento *tex. in l. memi-* 7
nerim C. vnde vi l. quod fauore C. de legib. tum quia Sartores à maritaggio, & ab monialio ratione prædictorum bonorum sub quouis colore, & prætextu testator exclusit,
& cum verbum alius, † similium sit repetitiuum, *l. si fu-* 8
gitiui, vbi glos. vlt. C. de seru. fugit. l. plures 19. C. de fid. instr. cap. sedes 15. de rescript. vbi notant Abb. & D. Gomesius *in regula de Triennali, q. 2.* Couar. *pract. cap. 25. nu. 3.* Ant. Gomez. *in l. 29.* Tauri *num. 26.* Gratian. *discept. forens. c. 168. num. 34.* & præcesserit dotium, & earum distributionis, & administrationis expressa exclusio, in bonorum administratione, idem testator disponere videtur,
nam alias prædicta verba † sine effectu remanerent contra 9
regulam *text. in l. 1. § hæc verba ff. quod quisque iur. & ibi* Bart. & Ias. *l. pen. §. penult. ff. ne quis.* Eum qui in ius vocatus est vi eximat. *cap. si ciuitas de sent. excom. lib. 6.* Ias. *in l. si is qui pro emptore num. 383. ff. de vsucapion.* Guttier. *allegat. 5. num. 19. & in l. nemo potest. num. 8.* & fuit dictum *coram D. meo Decano decis. 70. num 6.* præcipuè cum in ea prohibitio-
ne testator † enixis, & geminatis verbis vsus fuerit secun- 10
dum regulam *text. in l. cum pater. 77. §. filius matrem, ff. de leg. 2.*

Non obstat in Congregatione generali Sacrorum, & Gipponariorum ad prædictam administrationem vtriusque artis personas fuisse designatas, ideóque † omnes ad- 11
ministrationis actus, Congregationis nomine factos videri secundum regulam *text. in l. qui aliena 6. §. si is qui putabat ff. de acq. hæred. vbi* Bart. dicit diligenter notandum esse, *l. post dotem vbi notat glos. verb. filiæ ff. sol. matrim. l. seruus communis ff. de stipulat. seru. l. vltim. C. per quas personas res nob. acq.* Nam respondetur quod specialiter Gipponarij in sua adunantia personas suæ artis duntaxat destinarunt ad prædictam administrationem, à quibus soli omnia administrata referuntur, ideóque adunantia Congregationis
generalis non fuit effectum sortita, & cum nomine † illius 12
neque ab ea, neque ab alia adunantia deputati aliquem actum gesserint, non potuit quærere possessionem secundum textum in *l. per seruum 37. §. vltim. l. res ex mandata 59. ff. de acq. rerum domin. l. 2. C. de his qui,* à non dominis manumissi sunt, *l. 1. §. hæc quæ de seruis ff. de acqu. poss.*
Doctrina autem supra relata procedit † quando habens 13
mandatum simpliciter actum gessit, non verò quando nomine suo vel alterius, vt docet Ias. *in l. s. §. nuntiatio nu. 3. ff. de nou. oper. nuntiat.*

Et ita vna tantum parte informante, &c.

¶ Infra in eadem causa adest alia decisio sub die 4. Maij 1629. coram eodem R. P. D. Queipo, est decisio 273.

R. P. D. MERLINO DECANO

Romana Retractus.

Die Lunæ 29. Ianuarij 1629.

ARGVMENTVM.

Censuarius in emptione rei censuatæ, quando habeat prælationem, seu retractum. Item quando hoc etiam consorti in emptione rei communis competat. Item quando pariter competat vicino, vel inquilino, & ad hoc, quæ requirantur declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Retractus priuilegium cum sit personale, non egreditur personam.*
2 *Dominus census habet prælationem in emptione rei censuatæ.*
3 *Per emptionem rei censuatæ, eo ipso extinguitur census.*
4 *Censuarius vigore Bullæ fel. rec. Pij V. potest retrahere rem censuatam ab alio emptam.*

5 Con-

5 *Consors in emptione, præfertur etiam inquilino.*

6 *Constitutiones priores derogant posterioribus, & non vicissim.*

7 *Consors etiam de iure habet prælationem in emptione rei communis.*

8 *Consortium etiam minimum sufficit pro inducendo consortio, adeo vt prælationi suffragetur.*

9 *Cessionarius ex iure cedentis potest fouere suam possessionem, & detentationem.*

10 *Vicinus, facta oblatione de ædificando, potior inquilino reputatur ad obtinendum retractum, & prælationem.*

11 *Funiculus triplex difficilius soluitur.*

12 *Inquilinus præfertur vicino, si inquilinus ædificare etiam vult.*

13 *Subinquilinus efficitur inquilinus, si solum ipse pensiones soluat, & inhabitat.*

14 *Sublocationis ius, quando expirat, & si perueniat nouum ius, seu titulus ex ipsa inhabitatione, censetur mutata causa possessionis etiam absque declaratione.*

15 *Censuarius præfertur in emptione rei censuatæ omnibus extraneis, non autem inquilino, vicino, consorti, & alijs ius prælationis habentibus à statuto, & constitutionibus, & n. 16*

17 *Inquilinus, & vicinus æquiparantur in Constit. Gregor. de iure congrui.*

18 *Retractus, seu ius prælationis totum fundatum est in quadam congruentia, & æquitate.*

19 *Censuarius cum non sit neque dominus, nec possessor rei censuatæ, æquitas non patitur, vt expellat inquilinum, qui diu eam insistit domi.*

Et cogat eum ad aliam sibi minus salubrem, ac incongruam habitationem comparandam, suppellectilem transferendam, & nouis expensis domum extruendam, nu. 19.

20 *Inquilinus ædificare nolens, præfertur vicino, etiam si iste vicinus offeratur se ædificaturum.*

21 *Consors, quod de iure communi ex æquitate præferatur in emptione rei communis, opinio ista apud aliquos est dubia.*

22 *Rigor scriptus præferri debet æquitati non scriptę.*

23 *Æquitas illa, quod extranei emptores à consortibus excludebantur, grauem iniuriam inani honestatis colore velatam appellat, & reprehendit Imperat. in l. dudum C. de contrah. empt.*

24 *Consortes ad effectum prælationis, illi dicuntur qui communionem habent supra eadem re, cum participatione dominij.*

25 *Dominus directus præfertur in venditione vtili.*

26 *Consortes illi dicuntur, qui habent rem communem pro indiuiso, & tota res ad omnes pertinet, nec vna res magis vni conuenit, quàm alteri.*

27 *Mansiones alicuius palatij, quando dicantur disiunctæ, & separatæ à dicto palatio.*

28 *Mansiones non censentur amplius partes palatij principalis si non habent ingressum per palatium, & seorsim locantur.*

29 *Communione pro indiuiso sublata, cessat consortium, & per consequens retractus.*

30 *Consortium, est quædam communio, & societas.*

31 *Communio, & societas diuisione extinguitur, ita etiam consortium.*

32 *Ex communione muri non rectè infertur ad consortium domus.*

Dominium in parte muri non influit in singulas partes domus, n. 32.

33 *Consortium, vt inducatur sufficit habere etiam minimam partem, dummodo ista minima pars sit commixta in singulis partibus rei communis.*

34 *Communio muri, non facit communionem domus.*

35 *Contigui dicantur, eo quod inuicem se tangunt.*

36 *Retractum non dicitur habere, qui domum contiguam habet ex consortio, sed ex sola vicinitate.*

37 *Anchar. in cons. 160. n. 4. & Ioan. de Amic. cons. 1. nu. 48 declarantur.*

38 *Domus vna censetur, quando diuersæ personæ habent accessum ad earum mansiones in eadem domo, cum hoc commodioris habitationis gratia faciant.*

39 *Multa tractantur, quæ non absoluantur, & n. 40.*

41 *Vicino Constitutio Gregor. eatenus fauet in retractu, quatenus velit, & offerat ædificare.*

42 *Vicini domus, si sit iam perfecta, nec nouum saltem admittit ædificium, non potest tribuere aliquam prælationem, seu retractum.*

43 *Constitutio Gregorian. de iur. congr. non suffragatur vicino ex parte interiori, seu posteriori.*

44 *Constitutio Gregoriana de iur. congr. cum sit correctoria iuris communis, non ita de facili patitur extensionem.*

45 *Coniungi non possunt ea, quæ de per se non subsistunt, & sunt imperfecta.*

DECISIO CCXLIII.

DOMINVS Leoncellus emerat domum positam in platea S. Marci, & inhabitatam à R. P. D. Grato, inter quos orta fuit controuersia super retractu, seu prælatione iuxta Constitutionem felic. rec. Gregor. XIII. de iure congrui, & pro D. Leoncello dicebatur retractum non deberi R. P. D. Grato, nedum quia esset subinquilinus tantum, non autem inquilinus; verùm etiam, quia ipse D. Leoncellus erat censuarius, consors, vel saltem vicinus, quorum vnumquodque motiuum sibi sufficere existimabat.

Subinquilinatum deducebant informantes ex eo, quia
hanc domum à principio conduxerat R. P. D. Raggius,
eamque sublocauit D. Grato, & propterea eidem tan-
quam subinquilino competere non videbatur retractus,
cùm † priuilegium sit personale ipsius inquilini, nec il- 1
lius personam egrediatur *cap. priuilegium de priuileg. in 6.*
Surd. *cons. 103. n. 14.* Tiraq. *de retract. §. 26. glos. 1. nu. 60.*
& in specie subinquilini *Rota in Romana inquilinatus 1. Iu-*
nij 1598. cor. bon. me. Cardin. Lancell. & in dec. 540. num. 2.
par. 2. recent.

Ratione etiam census, quem super hac eadem domo
habebat D. Leoncellus, prætendebatur prælatio † vigo- 2
re Constitutionis sanct. mem. Pij V. super censibus, §.
autem, &c. & fuit pluries resolutum in Rota *coram Card.*
Seraphin. dec. 2474. num. 1. coram sanct. mem. Greg. XV. de-
cis. 425. numer. 1. & aliàs sæpius vt in *decis. 307. num. 1. &*
decis. 308. num. 1. & 16. apud Cenc. *de censibus* & quamuis
per emptionem factam à D. Leoncello, ipse euaserit Do-
minus totius domus censuatæ, & sic † extinctus eo ipso 3
fuerit census, attamen considerandum est tempus ante-
cedens emptioni, ex quo sibi competebat prçlatio in do-
mo censuata; & quemadmodum si domus ab alio fuisset
empta, ipse censuarius vigore dictæ Bullæ sanct. memor.
Pij V. † retrahere potuisset, multo magis ratione eius- 4
dem census eidem emptori censuario competit retentio,
ita Franch. *dec. 550. n. 4. & seqq. vsque ad n. 8.* & sequuta
est Rota *in Romana prælationis 2. Aprilis 1618. coram bon.*
me. Dunozetto, quæ est decis. 308. num. 4. & 5. post Cens. de
censib.

Consortium verò afferebatur, quia D. Leoncellus an-
te emptionem totius domus erat Dominus quarundam
mansionum, & cellæ vinariæ, quæ eadem ędificij prin-
cipalis structura includuntur, ijsdem mœnibus, tigna-
tione, & tecto fulciuntur, & circumdantur, † vnde ra- 5
tione istius consortij præferendus videbatur etiam inquili-
no, nedum ex dispositione Statutorum Vrbis lib. 1. cap.
100. quæ ab eodem Greg. XIII. confirmata fuerunt de an-
no 1580. cum amplissima derogatione, & per hæc statu-
ta tali confirmatione munita; censetur potius deroga-
tum Constitutioni eiusdem Greg. super iure congrui, &
sic prçlationi ratione inquilinatus, quæ quidem Consti-
tutio prius emanauerat de anno 1574. quàm quod Consti-
tutio super iure congrui deroget statutis Vrbis, † priori- 6
bus enim Constitutionibus derogant posteriores, & non
vicissim, latè Gonzal. *super reg. 8. gl. 36. n. 23.* Rota *decis.*
306. n. 7. par. 1. recent.

Sed etiam ex dispositione iuris communis, saltem ex
æquitate, quæ summum illud ius veluti summam iniu-
riam mitigando, indulget † prælationem consorti in ven- 7
ditione rei communis, soluto eodem pretio, ex quo nul-
lum venditori socio infertur detrimentum Bald. *in l. 1. nu.*
6. C. commun. rerum alien. Socc. Sen. *cons. 36. n. 4. vers. in n.*
casu, & n. 9. lib. 4. Surd. *cons. 43. n. 12.* latè Moder. Rom.
discept. forens. c. 326. n. 3. & cap. 842. n. 23.

Nec refert mansiones istas respectu vniuersæ domus es-
se quid minimum, quoniam & minimum quid † suffi- 8
cit pro inducendo consortio, adeò vt prælationi suffrage-
tur,

tur, Bald. *in d. l. 1. nu. 5. C. de communi seruo manumiss.* Ias. *cons. 585. num. 58. vers. nam consortis lib. 2.* copiosè dd. Modern. Roman. *eod. cap. 526. nu. 4. cap. 842. nu. 24. & c. 874. nu. 17.* & idem videtur formasse Rota *in Romana prælationis 2. Aprilis 1618. coram bo. mem. Dunozetto apud* Cenc. *decis. 308. nu. 9.*

Amplius videbatur, quòd D. Leoncellus quotam, & partem haberet istiusmet domus etiam ante emptionem, obtinuerat enim prius cessionem ab Isabella sorore, cui assignata fuerat à fratribus, & Dominis tanta pars domus, quæ ratione pretij responderet ad valorem scutorum duo millium, obquam cessionem acquisiuerat tale ius, & dominium in hac domo, vt in singulas eiusdem domus partes influeret, & si consortium non videbatur posse negari, illudque suffragari, quamuis cessionem obtinuerit pendente lite, quia præsertim ad effectum retentionis, superueniens etiam titulus attenditur, &
9 quemadmodum Isabella cedens retraheret, ita † & cessionarius ex illius iure potest meritò suam fouere possessionem, seu de tentationem ad Bart. *in l. 1. num. 9. ff. de except.* & admisit Rota *in vtraque decis. Romana retractus 26. Iulij 1617. & 2. Aprilis 1618. cor. bon me. Dunozetto, & in Maccraten. retractus 4. Iulij 1612. cor. bo. me. Vbaldo, quæ est decis. 413. n. 2. par 2. recent.*

Et quatenus mansiones illæ, & cessio iurium Isabellæ non sufficerent pro inducendo consortio, & societate in hac domo empta, attamen etiam data diuersitate domorum, & partium, non videbatur posse dubitari, quin
10 ipse D. Leoncellus, saltem vicinus dici debeat, ex † qua vicinitate, facta oblatione de ædificando, prout D. Leoncellus obtulit, potior inquilino reputatur ad obtinendum retractum, seu prælationem, vt ex pluribus desumitur in Constitutione Greg. XIII. §. 8. & seqq. & expressè firmauit Rota *coram Card. Mantic. decis. 63. num. 3. 4. 5. & 6.* Sicque vnumquodque ex supradictis motiuis sat esset pro retractu D. Leoncelli, multò magis tria simul iuncta id
11 efficere debent, funiculus † enim triplex difficilius dissoluitur, *§. affinitatis instit. de nupt. l. si non lex, ff. de hæred. Instit. ca. 1. de tregua, & pace.*

Cæterum his non obstantibus, Domini responderunt R. P. D. Gratum esse præferendum; Habet enim fundatam intentionem in Constitutione fel. rec. Greg. XIII. §. 11 vbi prælationem, quam vicino concesserat ædifi-
12 care volenti, eamdem impartitur inquilino, adeò vt † ipse inquilinus potior esse censeatur; motiuaque pro D. Leoncello ponderata subsistere nequaquam visa sunt.

Et quoad primum, quòd D. Gratus sit subinquilinus, animaduertebant DD. quòd verè R. P. D. Raggius de anno 1618 sublocauit hanc domum D. Grato ad triennium & proptereà intra hoc tempus subconductor quidem fuit D. Gratus, interimque locatores pro pensionibus pulsare potuissent eumdem D. Raggium, qui mediante sublocatione domum retinere dicebatur, sed elapso triennio, quemadmodum extinguebatur ius conductionis D. Raggij, ita D. Gratus adhuc persœuerans in habitatione
13 domus, de subquilinio † effectus fuit principalis conductor, solumque ipse pensiones soluit, & inhabitauit, & sic censetur ex integro domum conduxisse *ad l. qui certum ff. locati.* Cumque primum ius sublocationis expirauerit,
14 † & superuenerit nouum ius, seu titulus; ex ipsa inhabitatione censetur mutata causa, & titulus possessionis, seu ipsius conductionis, etiam absque alia declaratione Bald. *in l. 2. nu. 63. vers. sed pone C. de seruit. & aqua, & in cons 34. n 2. lib. 2.* Cresc. *decis. 5. n. 3. de restit. spoliat.* Rot. *dec. 366. n. 1. par. 1. & dec. 741. n. 8. par. 2. recent. & fuit dictum in Alexandrina Archipresbyteratus 28. Iunij, & 24. Nouembris 1627. cor. me.*

Aliud quoque motiuum D. Leoncelli, eo quòd esset censuarius, non videbatur subsistere, quoniam sa. me. Pius
15 V. mandauit quidem † Dominum census alijs omnibus præferri, sed hoc intelligendum est de alijs omnibus extraneis, & indifferentibus emptoribus, non autem de ijs, qui ius prælationis ex statuto, vel Constitutione, alio-
16 ue iure habent, vt habent inquilinus, † vicinus, & consors, & alij huiusmodi; ita intellexere Nauar. *de vsur. q 44. n. 127.* Molin. *de iust. & iur. q. 394 nu 8. tom. 1.* Cenc. *de cens. par. 2. cap. 2. q. 1. ar. 3. nu 9* Modern. Roman. *discept. forens. cap. 876. n. 3. & alij* Modern. Roman. *in tract. de commer. §. 1. q. 1. num. 245. vers. secunda difficultas, &* Rota *idem etiam sensit in Romana domus 22. Iunij 1615. coram bon. mem. Card. Lancellotto Iuniore*, quorum licet plerique loquantur in vicino, attamen idem videtur censen-
dum de inquilino, nedùm † quia æquiparantur in Con- 17
stitutione Gregoriana, sed etiam quia eadem ferè in vtroque vrget ratio, hoc enim ius prælationis, seu retractus,
totum † fundatum est in quadam congruentia, & æqui- 18
tate *ad l. congruit C. de locat. præd. ciuil. libr. 11.* hincque ius congrui appellatum fuit, quæ sanè congruentia, & æquitas non patitur, vt censuarius, qui nec possessor, nec Dominus est rei censuatæ, nec illius fructuum, sed
solùm ius quoddam † habet percipiendi, responsionem 19
super re censuata, & potius censetur quædam hipotheca, licet vberior, & magis priuilegiata, quàm cæteræ hypothecæ, non patitur inquam, vt is censuarius expellat inquilinum, qui iam diu domi insistit, cogatque eum ad aliam sibi salubrem, ac congruam habitationem comparandam, suppellectilem transferendam, ac nouis impensis domum instruendam. Et proptereà æquè, & prudenter Greg. XIII. Vrbis ornatui, & ciuium quieti consu-
lens, mandauit † inquilinos etiamsi nolint ædificare, vi- 20
cinos autem, quatenus offerant ædificare, quibuscumque emptoribus præferri, &c. cum amplissima derogatione ad omnes Constitutiones quæ apta est comprehendere etiam antecedentem illam Constitutionem san. me. Pij V. super censibus, vt per Moder. Rom. *de commerc. & alios prælegatos.*

Fundamentum itidem super consortio iactum videbatur DD. corruere, siue hoc deducatur ex illis mansionibus, & cella vinaria, siue ex cessione Isabellæ; Omisso enim, quod conclusio illa firmata per Surd. *cons. 43. nu.*
12. & alios, quod etiam de † iure communi ex æquitate 21
consors præferatur, dubia est apud aliquos, cum talis æquitas scripta non sit, & ideò dispositio *l. dudum C. de con-*
trah. empt. omninò seruanda sit, quia † rigor scriptus præ- 22
ferri debet æquitati non scriptæ, *glos. &* DD *in l. 5. ff. de leg. & in l. placuit C. de iudic.* Dec. *in l. in omnibus n. 50. ff. de reg. iur.* Rimin. Iun. *cons. 115. nu. 57. & Imperator in dicta l. dudum*, huiusmodi æquitatem, qua extranei emptores
à consortibus † excludebantur, grauem iniuriam inani 23
honestatis colore velatam appellat, & reprehendit.

Respondebatur hanc dispositionem iuris communis, siue statutum Vrbis lib. 1. cap. 100. de consortibus non ap-
plicari, consortes † enim propriè ad hunc effectum dicun- 24
tur, qui communionem habent super eadem re cum participatione dominij, Salicet. *in l. dudum sub numer. 1. &* Bald. *ibid. numer. 7. C. de contrahen. empt.* Ruin. *cons. 27. numer. 12. vers. 2. respondetur lib. 4.* Iacob. Nouell. *de iur. prothomis §. 2. numer. 60.* & consortium consideratur inter plures, vel quando vnusquisque eorum est Dominus totalitate rei, cuius habent dominium, sed partialitate dominij, quia diuersimodè quilibet eorum Dominus est totius rei, prout in fundo emphyteutico, vel feudali, quia Dominus directus, est Dominus totius proprietatis; Vassallus itidem Dominus totius vtilitatis, quæ
duo, proprietas scilicet, & vtilitas, † ita integrant 25
vnum plenum dominium, vt singula sint comparatione totius fundi, & ideò Dominus directus præfertur in venditione vtili *l. fi. C. de iur. emphyteutico*; Vel vbi plures sunt eodem dominij genere eiusdem rei Domini, vt sunt hæ-
redes, & socij, qui habent † rem communem pro indi- 26
uiso, & tota res ad omnes pertinet, nec pars vna magis ad vnum, quàm ad alium spectat, vt rectè ratiocinatur Molin. *de contract. disput. 371. num. 1. & 8.* In casu autem nostro neutrum ex dictis consortijs applicatur; Quoniam licet à principio mansiones illæ, & cella vinaria, essent partes istius domus, dareturque vicissitudinarius accessus de illis ad domum, & è contra, & sic esset vna domus solummodo, & tunc benè consortium intrasset; attamen ex noua destinatione patris familias, cum ianuas quæ intra domum principalem respondebant, muro clauserit, aperuitque seorsum in via publica, diuersis personis, separatimque locauerit, & demum eas etiam vendiderit, & ita ab vniuerso corpore domus seiun-
xerit, † non amplius istæ mansiones ædificij princi- 27
palis partes, sed & domus ipsæ, & per se distinctæ, & separatæ reputantur *l. si quis duas §. si quis partem ff. commun. præd. & perbelle ibi* Castr. *in vltimis verbis* Borgnin. *decis. 19. numer. 32. & 34. par. 2.* Surd. *cons. 207. numer. 12. versic. 4.* vbi mansiones
non censentur amplius † partes palatij, si non habent 28
ingressum per palatium, sed per viam publicam, & seorsim

seorsim

seorsim locantur, nec sunt in vsu palatij, & ideò sublata
29 communione pro indiuiso, cesset consortium, † & con-
sequenter retractus. Ita in puncto Anton. Gomes. *in com-
ment. ad ll. Tauri lib 70. num. 27. vers. quod tamen*. Molin.
d. disp. 371. *in princip.* & idem alijs relatis sentiunt etiam
Modern. Roman. *discept. forens. cap.* 874. *num.* 12. præ-
sertim verò si diuisio facta sit pariete intermedia, vt in ca-
30 su nostro, & ratio est, quia consortium † est quædam
communio, seu societas *l. si fratres §. idem ff. pro soc. l.
ammissa nauis ad l.* Rod. *de iact.* Surd. *cons.* 441. *num.* 28. Et
31 propterea quemadmodum communio, & † societas di-
uisione extinguitur, ita etiam, & consortium, dicuntur
quippe & communia, quæ pro indiuiso communia sunt
l. magis puto §. fin. ff. de reb. eorum, consortium non cadit,
vbi vnusquisque suam partem distinctum habet, vt per
Gomes. *loc. cit.*

Nec consortium applicari potest ex communione muri,
qua & mansiones istæ, & domus adhuc innituntur quo-
niam, vt bene respondet Ruin. *dicto cons. 27. num. 12. vers.*
32 *2. respondetur lib.* 4. ex communione † muri non rectè in-
fertur ad communionem, seu consortium domus, cum
domus ex hoc muro solùm non consistat, & dominium
in parte muri non influit in singulas partes domus. Et
quamuis Bald. *in d. l. 1. num. 4. C. de commun seru. manumiss.*
33 dixerit ad † inducendum consortium sufficere minimam
partem, & admittunt etiam Gomes. *vbi supr. & alij*.
Attamen id verum est, quando hae minima pars inclu-
ditur, estque commixta in singulis partibus rei commu-
nis, super qua prætenditur retractus, vt putà in hæredi-
bus, & in socijs, quia si vnus sit hæres in besse, alius in
quadrante, tertius verò in vncia, & in societate viginti
solidorum: vnus participet in solidis sexdecim, alter ve-
rò in solidis tribus, & tertius in vno tantùm, hæres ille
in vncia, & socius in vno solido dicitur consors prout alij,
habetque ratione illius vnciæ, seu solidi retractum in re
communi, quia & vncia, & solidus sunt commixti in
qualibet vncia totius assis, & in quolibet solido totius
34 summæ; sed † communio muri non facit communionem
domus, & qui muro iuncti sunt non consortes, sed vici-
ni, continui, seu laterales appellantur Iacob. Nouell.
de iure prothomis. §. 2. num. 61. Greg. Tholos. *sintagm. iur.*
35 *lib. 26. tit. 1. num. 2.* seu contigui † dicendi sunt, eo quod
se inuicem tangant iuxta doctrinam Arist Physic. *lib. 5.
text. 26 & est glos. in cap. 1. in verbo contiguum de conse-
crat. Eccles. lib.* 6. & ideò habens domum contiguam,
36 non dicitur habere retractum ex consortio, † seu quota,
sed ex sola vicinitate, vt per Carpan. *ad statut. Mediolan.
cap. 434. num. 24. & 32.* vbi etiam si intermedius murus
sit communis.

37 Nec applicantur † Anchar. *cons. 160. num. 4. &* Ioann.
de Amic. *cons. 1. num.* 48. quia ille loquitur in statuto, hic
autem in Constitutione, in quibus cauebatur retractum
suffragari iunctis etiam solùm ratione muri, quod non le-
gitur in statuto Vrbis, prout etiam Iacob. Nouell. *de iure*
38 *prothomis. §. 2. num* 181. *&* 182. loquitur quando † diuer-
sæ personæ habent accessum ad eorum mansiones per
eamdem ianuam, & sic est vna domus, licet commodio-
ris habitationis gratia, vnus seorsim habitet ab alio, quod
non facit diuisionem domus, dum muro non impeditur
transitus, vt per Castr. *in d. l. si quis duas §. si quis par-
tem, C. commun. præd. & idem* Nouell. *§. 1. num.* 184 sup-
ponit, quod isti non sunt propriè consortes, sed lateranei,
seu vicini.

Quò autem ad consortium ex cessione Isabellæ placuit
responsion data per D. Campidorum, quòd scilicet Cle-
mentiæ amitæ data quidem fuit facultas constituendi do-
tem in fauorem Isabellæ pro scut. 2. mill. & illam assi-
gnandi in tot stabilibus, & signanter in portione istius do-
mus, verum Clementia non est vsa huiusmodi facultate,
nec assignauit portionem domus, sed promisit scuta duo
millia, & pro rata scutorum mille cessit portionem an-
nuam scutorum quinquaginta ex pensionibus huius do-
mus, & sic ius nullum habet Isabella in proprietate do-
mus, sed solùm hypotecam in pensionibus, & conse-
quenter nec consortium applicatur, attendique debet non
quid tractum, & concessum in facultate procuratori, sed
39 quid fuerit ab eo executioni demandatum, multa † enim
tractantur, quæ non absoluuntur, & procurator pingu-
lus consulendo vtilitati constituentis potuit minus eum
obligare, quàm habuerit in mandatis, obstatque regula,
40 quod † potui nolui, &c. *cap. vnico de desponsat. impub. in*
6. cap. cum super de offic. deleg. Ex obseruantiaque subse-
quuta deprehenditur, quòd verè Isabellæ non fuit assigna-
ta aliqua portio domus, quoniam fratres absque inter-
uentu sororis vendiderunt integram domum D. Leoncel-
lo, solutionemque pretij in varia tempora, & condi-
tiones distulerunt, quæ non se compatiuntur cum iure
Isabellæ.

Postremò nec ipsa vicinitas ratione dictarum mansio-
num visa est tribuere prælationem D. Leoncello, quo-
niam Constitutio Gregoriana eatenus vicino † fauet in 41
retractu, seu prælatione, quatenus velit, & offerat ædi-
ficare, vt in §. 9. & 10. quod in inquilino non exigit Con-
stitutio, vnde quoties domus vicini est iam perfecta, † 42
nec nouum saltem congruum admittit ædificium, seu
conspectiorem ornatum, non potest tribuere aliquam
prælationem, seu retractum, ad ea, quæ in terminis si-
milis statuti tradit Alciat. *in l. ædificia §. perfecisse vers.
sed finge ff. de verb. significat.* & hinc celebre illud consi-
lium Petri Aldobrandini passim receptum est, præsertim
in sacro Cameræ Apostolicæ Tribunali, vbi consuluit,
iuribusque, & exemplis confirmauit, beneficium Consti-
tutionis Gregorianæ † non suffragari vicino cohærenti à 43
parte interiori, seu posteriori, & quando facies publica ædi-
ficij, vrbisque ornatus, quem principaliter dicta Constitu-
tio intendit, non indè speciosior euaderet, prout in casu
præsenti, quia agitur de vico quodam angusto, imperuio,
faciesque mansiunculæ nullum, saltem congruum expo-
scit ornatum; & dicta † Constitutio Gregoriana cum sit 44
correctoria iuris communis non ita de facili, & nisi vrgen-
te causa extensionem patitur, vt per Alciat. d. loco Hon-
ded. *cons. 3. num. 25. lib. 1.* & dixit Rota *decis. 2. num. 4. coram
Reuerendiss. D. meo Decano in eius impress.*

Ex quibus vtraque parte informante DD. responde-
runt R.P.D. Gratum inquilinum esse præferendum, nec
obstare, quòd D. Leoncellus tribus nitatur prælationibus
censuarij, consortis, & vicini, quoniam si vnaquæque
prælatio de † per se non subsistit, & est imperfecta, vt 45
supra ostensum fuit, nec illarum coniunctio suffragabi-
tur Bald. *in l. si quis ex argentariis num. 3. ff. de edea.* Ias. *in
l. Centurio num. 57. in fin ff. de vulg. & papill. cum aliis.*

Infra in eadem causa adsunt aliæ decisiones, idest sub die- ¶
bus 18. Iunij 1629. 23. Ianuarij 1630 & 17. Maij eiusdem
anni coram eodem Reuerendiss. P.D. meo Merlino Deca-
no, sunt decisiones 303. & 339. & 378.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Romana Officij.

Die Lunæ 29. Ianuarii 1629.

ARGVMENTVM.

Procurator vendens rem Domini, cum eius mandato, & eo præsente, & consentiente, certè tunc venditio tenet, & non est licitum ab eo recedere.

SVMMARIVM.

1 *Vendens rem ex vera causa, & non sub falsa assertione, nec à contractu recedere, neque prætium restituere tenetur.*

2 *Vendens rem alienam sub narratiua, quod sit propria, tunc emptor potest à contracta recedere, & venditor tenetur ad pretij restitutionem.*

3 *Et ista est opinio communiter recepta, sed & clara, numero 4.*

5 *Procurator vendens rem Domini sub nomine procuratoris irreuocabilis, tunc Dominus contrauenire non potest rationem, vide num. 6.*

7 *Procurator sui ipsius irreuocabilis, quis esse potest.*

8 *Domini præsentia in aliquo contractu an sufficiat pro verificatione mandati enunciati, licet non sit in actis.*

9 *Procurator vendens rem Domini nomine propria, dicitur in dolo.*

10 *Emptor antequam soluat pretium, non efficitur Dominus rei emptæ.*

11 *Promissiones intelligendæ sunt iuxta naturam actus, & subiectam materiam.*

12 Ab

12 *Ab emptione licitum est discedere, & pretium recuperare ob dolum venditoris.*
13 *Officia Capitolina redacta sunt ad instar bonorum allodialium.*
14 *Stylus probatur etiam per fides extraiudiciales.*

DECISIO CCXLIV.

CENSVERVNT Domini standum esse in vltimo loco decis. 31. Ianuarij 1628. * quia D Laurentius Butius in instrumento venditionis sextæ partis officij, de quo agitur, vera, & compatibilia narrauit, nempè quod officium ad se spectabat, & tamquam procurator Erasti Spanochiæ vendebat, cumulando species dominij tam hypothecæ, quàm ipse habebat super medietate illius, quam pleni Dominij, quod habebat Erastus, pro quo extitit procurator; vnde cum proprium ius, & rem de man-
1 dato Domini, præsentis, & † consentientis vendiderit ex vera causa, non autem assertione falsa valide contraxit, vt propterea neque à contractu recedere, neque pretium restituere teneatur, *l. 1. C. quando liceat ab empt. disced.* Affict. *decis.* 290. *num.* 4. Menoch. *cons.* 888. *num.* 1. Neuiz. *cons.* 37. *num.* 18. *cum aliis allegatis in vltima decisione.*

Non obstat principale obiectum istius causæ positum pro fundamento in decisione 5. Martij 1627. * quod Butius in principio instrumenti, venditionis huius sextæ partis officij dixerit, ad quem spectat vt asseruit, & pertinet medietas officij notariatus Curiæ Capitolij de præsenti cantantis in personam Erasti Spanochiæ; & nihilominus conuincatur ex decreto apposito ad fauorem Erasti, quod illam medietatem prius liberè resignauerat Erasto; vt
2 propterea † vendens rem alienam sub narratiua, quod sit propria, emptor possit à contractu recedere, & venditor teneatur ad pretij restitutionem per *text. in l. si rem quam ff. de euict. cum glos. in verbo agentem*, quam com-
3 muniter † esse receptam affirmant Surd. *cons.* 36. *numer.* 12. *& decis.* 255. *num.* 10. *& alii allegati in eadem decis.* 5. *Martii* 1627.

Quia vltra responsiones datas in decis. 31. Ianuarij 1628. dixerunt Domini conclusionem prædictam esse re-
4 cipiendam, quando contractus † ex iure tantummodo vendentis esset sustinendus, neque esset sequuta traditio rei, nec possessio continuata absque molestijs, locus autem vbi contractus venditionis, vt in præsenti sustineri potest ex iure ipsius domini rei; dum fuit præsens Era-
5 stus, & consentiens, & Butius sub nomine † procuratoris irreuocabilis Erasti, & non suo vendidit, tunc enim valet venditio; & Dominus contrauenire non potest Imol. *in l. quæ dotis sub num.* 4. *vers. item adde, ff. soluto Matrimonio*, Roland. *cons.* 100. *num.* 44. *vol.* 4. Surd. *decis.* 253. *num.* 4. *& fin.* Ruin. *cons.* 141. *numer.* 5. *vol.* 1. Neuiz. *cons.* 37. *num.* 17. *& seq.* & ratio est mani-
6 festa: quia † cessat dolus, & præiudicium; dum ex persona domini contraxit, & Adamo licuit, & licet rem habere, & habuit, & possedit absque molestijs ferè per decennium.

Neque dicatur, quod illa verba instrumenti pro qua rata dictus Dominus Laurentius asserit se esse procuratorem irreuocabilem ad resignandum dictum officium, prout per acta mei &c. non sint referenda ad Erastum; sed ad Catuccium, à quo Butius prius emerat dictam medietatem officij ex eo: quia leguntur apposita immediatè post narratiuam venditionis Butio factæ per Catuccium, & etiam quia mandatum Erasti non reperitur in actis Notarij rogati: sed quidem mandatum Catuccij.

Quia testes dati iustificant hanc partem, quod scilicet Butius vendiderit tanquam procurator Erasti, & quod Adamus omnia sciuit, & intellexit; nihilominus relatio ad Catuccium repugnat qualitati rei; nam si Catuccius vendidit Butio, quomodo potuit Butius iam effectus
7 † dominus esse sui ipsius procurator irreuocabilis contra rationem textus *l. cum res, C. de contrab. empt. & l. suæ rei, ff. eod. titulo*, nec probatio mandati deficit ex eo,
8 quod non reperiatur in actis Notarij rogati: quia † sufficit pro verificatione mandati enunciati præsentia domini, & consensus, à quo contractus causam recepit *l. ne satisdatio, ff. rem rat. bab.* Roman. *cons.* 63. *num.* 1. Purp. *cons.* 31. *num.* 5. Felin. *in cap. cum in iure peritus num.* 14. *ff. de Iud. deleg.* quibus accedunt coniecturæ ponderatæ in vltima decisione confirmantes mandatum ex sola præsentia; dum Erastus post venditionem conduxit dictam tertiam partem, & pactum redimendi illam sibi reseruauit, vt in conductione continuauit per decennium, quæ omnia citra veritatem gestutum per Butium ex mandato suscepto contingere non poterant; propterea benè se compati potest narratiua, quod officium ad se spectabat; dum tamen non vendiderit nomine suo prout fecit, ex quo vendidit nomine, & tanquam procurator Erasti veri domini, non autem suo nomine, in quo si ita vendidisset † consi- 9
steret dolus, nec excusari posset ex dominio hipotecæ iuxta distinctionem Baldi *in l. proprietatis in principio, C. de probat.* Verùm quia solùm narrauit, sed non vendidit, benè potuit Butius cedere, quod officium ob integrum pretium per Erastum non solutum ad se spectaret, ex quo emptor antequam pretium soluat † non efficitur dominus rei em- 10
ptæ *l. quod vendidi, ff. de contrab. empt. §. venditæ instit. de rerum diuis.* Surd. 101. *num.* 12. *lib.* 1.

Non obstat quod ex toto contextu instrumenti appareat Butium voluisse vendere partem illam officij, & Adamum vice versa voluisse ab eo emere ponderando, quod Butius promisit tertiam partem medietatis officij, & iura cessa nulli alteri cessisse, nec fecisse contractum, aut distractum in præiudicium contentorum in instrumento celebrando; & vlterius promisit consentire facere omnem personam interesse habentem, quæ promissiones conuenire videntur Butio vti venditori non autem vti procuratori.

Quia verba instrumenti de constitutione procuratoris ad resignandum sunt clara, & de cessione pariter immediatè subsequuta; vnde promissiones, quæ posteà accesserunt absque commemoratione procuratoris non sunt referendæ ad personam Butij vti propriam; sed vti procuratricem iuxta † naturam actus, & subiectam materiam 11
emptionis, & venditionis, Ruin. *cons.* 109. *num.* 4. *lib.* 1. Seraph. *decis.* 541. *num.* 6. *cum aliis allegatis per*, Grat. *discept.* 838. *num.* 13.

Demum non releuat, quod assertio Butij sit certa; tertiam scilicet partem medietatis ad se spectare, & etiam narratiua, quod resignabat tanquam procurator; vnde saltem tenebatur declarare vtrum nomine proprio, vel alieno venderet, vt inde sciret emptor quorum fidem posset sequi, aliàs teneatur de dolo, pro † quo licet ab 12
emptione discedere, & pretium recuperare, Bart. *in l. quæro, ff. de act. empt.* Bald. *in l.* 2. *C. de pericul. & commod. rei venditæ*, Affl. *decis.* 399. *num.* 9. Surd. *cons.* 150. *num.* 127. *& seq. vol.* 1.

Quia visum fuit Butium sufficienter se declarasse; dum dixit se procuratorem Erasti ad resignandum, & cessisse ad habendum, & tenendum, sed vlterius testes dati deponunt de certa scientia Adami emptori illum fuisse procuratorem Erasti, dum præsens fuit, quando minuta instrumenti fuit correcta, vt staret tanquam procurator, non autem tanquam consentiens resignationi decreti.

Et quæ replicantur ad sustinendum falsum suppositum narratum, quod officium non esset vacabile, cum tamen decretum admissionis contineret, quod vacaret, & vacare censeatur per obitum, vel priuationem Erasti, non sustinentur: quia cum officia † prædicta redacta sint 13
ad instar allodialium, & transmittantur ad hæredes vigore indultorum Sixti, & Pauli Gratian. *discept.* 730. *num.* 36. Rota *in Romana officii* 1. *Iunii* 1620. *coram bon. memor. Remboldo*, decreta vacationis per mortem naturalem, vel ciuilem apponuntur propter emolumenta Datariæ, & solutionis regalium, non autem respectu emptoris, qui semper est dominus, & quamuis negetur hæc probatio obseruantiæ, pro ea tamen datæ fuerunt attestationes, quæ visæ fuerunt sufficientes, † 14
cum versemur circa stylum probandum pro quo admittuntur fides extraiudiciales Rota *decis.* 484. *num.* 6. *coram Pap. Gregor. XV. &* 644. *num.* 4. *part.* 1. *&* 725. *num.* 5. *part.* 2. *recent.*

Et ita &c.

* Est decisio 140. supra in hac parte.

* Decisionem hanc habes infra in Additione, prout in Indice in eius fine posito.

Infra pariter in hac parte habentur aliæ decisiones sub diebus

bus

bus 22. Iunij 1629. & 29. Nouembris eiusdem anni coram Reuerendiss. Pirouano, & 1. Februarij 1630. coram bon. mem. Motmanno, sunt decis. 307. 322. & 343.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Societatis Officij.

Die Mercurij 31. Ianuarij 1629.

ARGVMENTVM.

Declaratur, qualiter probetur identitas personæ, sub cuius periculo vitæ fuit contracta societas Officij, si adsit alius eiusdem nominis, & cognominis.

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo facit corruere actum.*
2 *In contractu societatis officij, non facta nominatione personæ, sub cuius periculo vitæ societas officii manere debet, tunc ratio vitæ habeatur.*
3 *Legatum aliquod, si sit factum Titio, tunc si alius asserat, quod adest alius eiusdem nominis, hoc non sufficit, nisi in illo probauerit omnes qualitates concurrere in nominatione descriptas.*
4 *Personarum pluralitas non præsumitur.*
5 *De identitate personæ non licet amplius dubitare, quando adsunt plures demonstrationes, & num. 22.*
6 *Pronepos ex consobrino, non potest dici nepos propter duplicem notam improprietatis.*
7 *Persona, quando non possit dici incerta.*
8 *De persona, quando dubitari contigit, interpretatio est ex coniecturis sumenda.*
9 *Incertitudo non vitiat dispositionem, si possit declarari ex aliqua verisimilitudine.*
10 *Actus non dicitur factus ex causa volantaria, si sit factus ex aliquo imminenti periculo, & num. 11. & 12.*
13 *Nepotum nomine in transuersalibus ex communi vsu loquendi veniunt pronepotes.*
14 *Sed hic communis vsus est probandus, & licet hoc procedere posset in vulgato, & materno sermone, non autem quando verbum, latinè prolatum est, & num. 15. Et hoc amplia quando sumus in contractibus num. 16. Et vbi adest verus nepos num. 17.*
59 *Certus quis potest esse alicui per literas, licet eum de facie non noscat.*
20 *Decis. in causa Romana societatis officii coram Card. Sacrato declaratur.*
21 *Legem, si quis clarius non dixerit, sibi imputet.*

DECISIO CCXLV.

CVM ex morte Iosephi Bonanni Ioann. Baptista Valtrottus diceret esse locum lucro pecuniarum societatis à se contractæ cum Thoma Bonanno, difficultatem faciebat, quod cum super vita Iosephi Bonanni periculum societatis currere Thomas voluerit & duo huius nominis, & cognomenti existerent; Negaret idem Thomas pecuniarum Dominus, se eius, qui obijt in nominatione rationem habuisse, sed alterius, qui adhuc viuit, & mercaturam in Vrbe exercet. Idque tàm quod in eo eædem, & omnes qualitates concurrerent, in nominatione descriptæ, quàm etiam quod alterius de tempore contractæ societatis ab Vrbe absentis probaret se notitiam non habuisse, eius autem, qui viuit, præter mutuæ beneuolentiæ, & amoris testimonia adduceret, & præsentia in Vrbe, & firmas corporis vires, & valetudinem; Vt ideò vel ex his omnibus consisteret nominatio super persona Io-
1 sephi mercatoris, vel † si propter incertitudinem corrueret, vt ex *l. duo sunt Titij ff. de testam. tutel. l. si ita, ff. de reb. dub. l. eum ex pluribus ff. de manumiss. testam.* Notant Bart. *in d. l. si ita, & l. quædam ff. eod. tit. glos. in cap. quoniam Abbas, de officio deleg.* Felin. *in cap. imputari col. 1. de fide instrum.* Cuiac. *lib. 6. quæst. Pauli in explicat. eiusd. l. duo sunt Titij ff. de testam. tut.* Habenda est ratio sui ip-
2 sius vitæ, vt non facta nominatione † conuentum fuit in instrumento, & est de natura huius contractus, quod etiam in simili causa firmauit Rota *in Romana societatis officij 18. Decembris 1617. coram Card. Sacrato.* Sed de partium consensu proposito dubio Domini pro lucro responderunt. Dixerunt enim adeò intentionem suam fundare Valtrottum, probata morte Iosephi Bonanni, super cuius vita societas residebat, vt Thomæ contrarium dicenti non satis sit docere alium adesse, qui eodem nomine vocetur, nisi etiam in illo probauerit omnes qualitates con-
currere in nominatione descriptas, † vt in simili si ad le- 3
gatum factum Titio duo eiusdem nominis concurrant, post Bart. docuit Castren. *in l. si quis seruum, §. si inter duos, num. 2. & 3. ff. de leg. 2.* Aym. *cons. 267. num. 2. & cons. 269. num. 3.* Ias. *cons. 71. num. 1. & cons. 114. num. 6. lib. 1.* Soccin. Sen. *cons. 3. num. 6. in fin. lib. 3.* Si enim vera ea sunt ex so-
la iuris præsumptione, qua † personarum pluralitas ex- 4
eluditur, non possunt non obtinere, vbi præter nominis & familiæ appellationem concurrit etiam alia qualitas in nominatione expressa, vt nominanti sit nepos. Et quia
ex tot † demonstrationibus, de personæ identitate dubi- 5
tare amplius non licet Bald. *in l. hac consultissima, C. qui testam. fac. possint num. 5. post* Bart. *& alios in l. demonstratio, ff. de condit. & demonstr.* Et quia eadem nepotis qualitas satis eum, qui adhuc viuit, potest excludere, cùm licèt eodem nomine Ioseph vocetur, & sit ex eadem familia, & cognatione de Bonannis, ipsi tamen Thomæ ex
consobrino pronepos, † nepos verò dici non possit propter 6
duplicem notam improprietatis, vt benè probat Corneus *cons. 143. num. 4. & 5. lib. 3. cons. 47. num. 7. lib. 3.* Decius *in l. 2. num 12. C. de successorio edicto,* Rustic. *in l. cum auus, lib. 6. cap. 5. num 7. ff. de condit. & demonstrat.*

Quæ amplexi sunt etiam Domini ex pluribus coniecturis, ex quibus cum satis putarent apparere de hoc etiam sensisse, qui mortuus fuit, ipsum Thomam pecu-
niarum Dominum, † persona incerta dici non poterat 7
Soccin. *in l. quem hæredi, num 2. ff. de reb. dub.* Aym. *cons. 162. num. 6. in fine,* Surd. *cons. 378. num. 16.* Capr. *reg. 113.*
num. 11. Cum vbi de persona † dubitari contingat inter- 8
pretationem esse ex coniecturis de sumendam, constet ex *text. in d. l. duo sunt Titii ff. de testam. tut. glos. in lib. 3. §. si quis duob. ff. de adim. egat. & in l. si ita fuerit in verbo ademptionem, ff. de reb. dub.* Sicut plures huic etiam casui applicabiles ad explicationem eiusdem legis, duo sunt Titij, præter ibi *scribent.* considerant Roman. *in l. hæredes palam num. 5. ff. de testam.* Felin. *in cap. imputari, in princip. de fid. instrument.* Mars. *in rubr. C. de probat. numero 354.* Bald. *cons. 156. numer. 9. lib. 1.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 6.* Afflict. *de iure protbom. in rubr. num. 20.*

Illa autem præ cæteris omnibus visa fuit potissima, quam ex mutatione periculi facta à Thoma ægrotante Iosepho ex ea infirmitate, ex qua deinde obijt, putarunt posse desumi, vt certissimum etiam ex ea prouenirct argumentum ad explicationem eius personæ, cuius vitæ periculum timebatur; cum enim plures alio ægrotante, qui superstes est, & præsertim anno 1624. cum vitæ etiam discrimine, nunquam tamen societatem, aut disdixerit Thomas, aut periculum immutauerit, satis, superque
declarauit, se ex alterius infirmitate, † translato pericu- 9
lo super eius vita, consistere societatem credidisse: Et hanc verisimilitudinem in proposito plurimum operari aduert. Grauet. *cons. 162. num. 3* Rimin. Sen. *consil. 256. num. 34.* & admisit Rota *in recent. decis. 277. num. 5. part. 2. & in Romana societatis 16. Nouembris 1612. coram Cardin. Caualerio;* Cum ea periculi translatio præsuma-
tur potiùs facta † ex causa imminentis valetudinis, quàm 10
ex causa voluntaria, imò nulla præcedente causa, Bald. *consil. 35. lib. 2.* Aym. *cons. 49 num. 12* Surd *cons. 19. num. 77. & cons. 379. num. 33.* Præsertim quia ægrotante D. Flauia Cæsia, super cuius item vita pro rata hæc eadem societas consistebat, & ex similibus causis probetur, Thomam pluries mutato periculo sibi ab eorum infirmitate cauisse, ex quorum obitu suarum pecuniarum iacturam verebatur; Vt ducto inde argumento ab vsu patrisfamil.
hoc idem liceat conijcere, vt scilicet † amplius currere 11
societatem noluerit super eius Ioseph vita, ex cuius infirmitatis causa periculum transferebat, quo argumento visa fuit Rot. *in alia Rom. societatis officii 30. Octobris 1598. coram Orano.*

Et licet, cum aliàs hic idem Ioseph ægrotauerit, se periculum non mutasse Thomas responderet; haud tamen id visum fuit Dominis considerabile; cum vt de-
ducebatur † ex parte Valtrotti, translatio ijs casibus 12
vel fieri non potuerit, vel certè solutis fructibus, nihil profutura esset Rota *in Romana societat. officij 9. Martii 1598.*

1598. *coram Peregrino*, *& 26. Octobris 1616. coram Card. Sacrato*.

Et his non obstare dixerunt Domini; quòd Ioseph, quia adhuc viuit, licet pronepos, reputaretur tamen communiter nepos, & tamquam talis appellaretur; ac tractaretur ab eodem Thoma: Quo casu ex communi
13 vsu loquendi † etiam in transuersalibus, nepotum nomine venire pronepotes, tradunt vltra superius relatos, Simon. de Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib. 1. interpr. 1. dubit. 1. solut. 5. num. 49. & seq.* Peregrin. *de fideicomm. art. 11. num. 7.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*
14 *3. tit. 9.* Quia & communis hic † vsus non fuit probatus. Alex. *cons. 37. num. 8. vol. 6.* Roland. *cons. 83. numer. 20. lib. 3.* Gabr. *conclus. 1. de verb. significat. numer. 91.* Rustic. *in d. l. cum auus lib. 6. cap. 14. numer. 47. & seq. ff. de condit. & demonstr.* & procedere posset in vulgato,
15 & materno sermone, † non autem vbi, vt hic, verbum latinè prolatum non idem reddit, quod vulgò, & communiter vsurpamus, Bald. *in l. lege 12. tabul. numer. 3. C. de legit. hæred.* Alex. *cons. 9. num. 8. lib. 1.* Roland. *d. cons. 83. numer. 21. & seq. lib. 3.* Soccin. Sen.
16 *cons. 152. numer. 8. lib. 1.* & maximè † in contractibus Gabr. *de verb. significat. d. concl. 1. num. 64.* Ripa *in l. ex facto, §. si quis rogatus numer. 60. ff. ad trebell.* Ru-
17 stic. *d. l. cum auus, lib. 6. cap. 14. numer. 41.* Et vbi † adest verus nepos Port. Imolen. *cons. 15.* Surd. *cons. 378. num. 17.*

Non etiam obstare dixerunt, quòd Ioseph Thomæ ex fratre nepos contractæ societatis tempore ab Vrbe abesset; imò tunc primum, cum Romam accessit, ipsi Thomæ cognitus fuerit, vt deponebant testes; Quia quicquid sit de testium fide, contra quos multa opponebantur, visum fuit etiam Dominis ex eorum dicto non concludi, nisi de cognitione ex adspectu, & forma, ita vt non excluderetur notitia, quam habere poterat, imò, habebat Thomas, vt sibi ex Bartholomeo fratre esset nepos Ioseph nomine, licèt eumdem de facie non nosset;
19 cum de illo potuerit esse certus † & per literas ab ipsomet fratre, qui ante contractam societatem, domi apud eum diuerterat, & certus redditus præsumitur ad *l. Octaui, ff. vnde cognati*, Menoch. *præsumpt. 24. num. 11. & seq. lib. 6* Rot. *decis. 711. num. 4. par. 2. recent.*

Atque ex his omnibus adeò visa fuit Dominis certa persona Iosephi, super cuius vita residere dicebat Valtrottus hanc societatem, vt non putarent applicari posse
20 decisionem † in Rom. *societatis coram Card. Sacrato*, in qua propter incertitudinem personæ nominatæ, voluit Rota, vt eo casu haberetur ratio vitæ ipsius, qui nominauerat, sicut non sequuta nominatione seruatur in hoc contractu; Quia interpretatio etiam ibi capta
21 fuit in præiudicium nominantis, cui imputandum † erat si legem clariùs non dixerat ad *l. veteribus, ff. de pactis*. Secus quam hic contingat, cum beneficio ipsius Thomæ cederet, si vel consisteret societas in persona alterius, qui adhuc viuit, vel propter incertitudinem super vita ipsius Thomæ periculum resideret, Achill. *decis. 1. de fid. instrument.* Rota *in Romana societ. offic. 30. Octobris 1598. coram Orano*. Et vbi de persona ex tot
22 demonstrationibus † nominis, familiæ, & gradus cognationis vix dubitari potest concurrentibus etiam coniecturis, quæ dicuntur liquidissimæ probationes, & hanc incertitudinem benè possunt declarare, vt per Paris. *latissimè cons. 3 num. 13. & seqq. lib. 3.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Ferrarieñ Pecuniaria.

Die Mercurii 31. Ianuarij 1629.

A R G V M E N T V M.

Casus fortuitos an quis præstare teneatur ex eo, quòd fines mandati transiuit. Liber mercatorum, licet regulariter non probet, tamen quando hoc non procedat.

S V M M A R I V M.

1 *Incendij casus, inter casus fortuitos recensetur.*
2 *Casus fortuiti, cum nec humano ingenio diuinari, neque impediri queant, à nemine præstari debent, & quis omni excusatione dignus censetur.*
3 *Quod procedit, quando nulla culpa præcessit casum.*
4 *Culpa est, non facere illud, ad quod quis est obligatus.*
5 *Contrahens aliquid faciens contra legem contractus, vel Domino inuito indistinctè tenetur ad quemcunque casum.*
6 *Mandati fines sunt diligenter seruandi, nec in modico etiam sunt excedendi, nam aliàs quis tenetur, num. 10.*
7 *Et hoc procedit siue versemur in contractu locationis, & conductionis, seu in contractu innominato, & num. 8.*
9 *In contractibus bonæ fidei, qui gratia vtriusque celebrantur, ob contrauentionem præstatur culpa.*
10 *Culpa, quando præcessit, præsumitur, quod res, cessante culpa non periisset.*
12 *Liber mercatoris regulariter pro scribente non probat.*
13 *Liber mercatoris concurrentibus adminiculis, quæ omnem falsitatis occasionem tollunt, plenè, & concludenter probat.*
14 *Mercatoris bona fama, qui veritatem scribere consueuit, deseruit pro adminiculo, vt eius libro credatur.*
15 *Quæ fama multò magis facit adminiculum, quando ipsemet mercator manu propria partitas descripsit, & debiti causam subiunxit, & librum mercantiliter tenuit.*
16 *Mercium verus valor, qualiter bene probetur:*
17 *Debiti substantia, si sit probata in aliquo libro, eidem etiam statur respectu quantitatis, & pretij.*
18 *Lucrum cessans, vt habeat. Rota seruat doctrinam Paul. de Castr. in lib. 3. §. fin. ff. de eo, quod certo loc. pet.*

D E C I S I O CCXLVI.

RASINI mercium in Ciuitate Ferrarien. Expeditores, à Francisco Bergomensi mercatores merces receperunt cum mandato, vt eadem hæredibus DD. de Tassonis in Lugi Oppido commorantibus transmitti curarent. Verùm mandatarij dictas merces non hæredibus de Tassonis, sed cuidam Dauidi Hebræo, accepti mandati finibus non seruatis, direxerunt; quæ eum ad nundinas dicti Oppidi importatæ essent, exorto ibidem incendio perierunt. Hinc introducta coram Locumtenente Ciuitatis Ferrarien. lite super pretio mercium, necnon damnis, & interesse, idem Locumtenens dictos Expeditores ad soluen. scuta 1050. condemnauit. Causa verò appellationis mihi commissa, & proposito dubio, An sententia dicti Locumtenentis esset confirmanda, vel infirmanda, placuit Dominis firmare sortem deberi in summa scutorum 516. reiecto ad aliam disputationem articulo damnorum, & interesse.

Nam licet casus † incendij inter fortuitos recenseatur 1
l. contractus in fin. ff. de reg. iur. l. qui insulam §. fin. ff. locat. l. cum duobus §. damna ff. pro soc. cum alijs allegatis per Bald. *cons. 136. num. 2.* Gregor. XV. *san. memor. decis. 528 num. 1.*
& indubitata iuris sit regula, casus † fortuitos, cum nec 2
humano ingenio diuinari, neque impediri queant, à nemine præstari debere *l. quæ fortuitis C. de pignor. act. l. 1. §. his quoque ff. de act. & oblig. l. fluminum §. seruius ff. de damn. infec. cap. 2 de deposit. cum alijs iuribus vulg. apud* Bald. *cons. 145. num. 1. lib. 3. & cons. 53. num. 1. lib. 4.* Imò omni excusatione digna censeri *l. si fortuito ff. de incend. ruin. & naufr.* Attamen illa procedit quando nulla culpa † præ- 3
cessit casum, alias secus *§. is cui instit. quib. mod. re contrah. obligat. l. in rebus cum cumulatis ibi per gloss. in verbo præstare, & l. si vt certo §. sed interdum ff. de locat. d. cap. 2. de deposit.* Dec. *ad d. l. contractus num. 47. ff. de reg. iur.* Rom. *cons. 9. in princip. vers. in contrarium, & cons. 395. numer. 1. & seqq.* Bald. *d. cons. 136. num. 1. lib. 4.* Aym. *cons. 64 numer. 5. & cons. 247. num. 1.* Dum autem Expeditores merces de quibus agitur, non transmiserunt iuxta mandatum hæredibus DD. de Tassonis; negari minimè potest quin fuerint in culpa, quoniam † culpa est non facere illud, ad 4
quod quis est obligatus *l. qui non facit ff. de reg. iur. facio sext. in lib. 1. §. pen. ff. quorum leg.* Et quando contrahens aliquid

aliquid facit contra legem contractus, vel Domino inuito,
5 † tunc indistinctè videtur obligatus; siue culpa sit ordina-
ta ad casum, siue non, vt voluit Surd. *cons. 12. num. 68. per
text. in l. item quæritur §. 1. ff. locat.* quamobrem per ha-
rum mercium transmissionem alteri factam contra legem
mandati, certum est ipsos teneri ad præstationem pretij,
6 siue versemur in contractu mandati, quo † casu transgre-
diendo etiam in modico tenentur *l. diligenter ff. mandat.
cap. cum dilectu de rescript. bon. mem. Cardin. Caualerius*
7 *decis. 612. num. 19.* siuè versemur in contractu † locationis
& conductionis, quatenus dici posset, quod Expeditores
locauerint operas suas, & adhuc eodem modo tenentur *l.
naturalis §. at cum ff. de præscript. Verb. l. cum in plures §.
seruum meum ff. locat.* siue in contractu innominato simili
8 contractui locationis, & conductionis, qui per † conse-
quens naturam contractus locationis, & conductionis as-
sumit *d. l. naturalis §. fin.* Aret. *ad tit. Inst. de locat. & con-
duct. in princip.* Corn. *cons. 318. lib. 4. decis. Ian. 31. num. 3.* In
9 quibus tanquam bonæ fidei contractibus, & † vtriusque
contrahentis gratia celebratis ob contrauentionem præsta-
tur culpa *§. & qui pro vsu, & ibi gloss. Institut. de locat. &
conduct. d. l. si vt certo §. nunc videndum vers. sed vbi ff.
commodat. l. in iudicio vbi gloss. C. locat.* Dec. *ad d. l. contra-
ctus num. 33.* Quæ culpa hic eò magis confirmatur, quia si
Expeditores ex præscripto Francisci mandantis transmisis-
10 sent † merces dictis hæredibus, illæ potuissent non perire,
vt benè aduertit *glos. in d. cap. 2. & ibi* Innoc *de deposit. l.
cum res §. fin. de legat. 1.*

Et quando etiam dubium esset an cessante huiusmodi
culpa, merces eodem modo apud hæredes de Tassinis pe-
11 rituræ fuissent † attamen contra culposum præsumeretur
quod non fuissent perituræ, vt ex doctr. Castren. *in l. quod
te num. 10. ff. si cert. pet. tradit* Surd. *d. cons. 22. num. 65.*

Iustitia autem supradicti pretij in summa scutorum
316. liquidati probatur ex partitis in libro Francisci merca-
12 toris annotatis; qui licèt regulariter † pro scribente non
probet, *l. rationes C. de probat. l. fin. C. de conuenien. fisc.
deb. lib. 10.* Bart. *in l. quædam §. nummularios num. 2. & ibi
glos. &* Doctor. *ff. de eden.* Ias. *in l. admonendi numer. 131.
ff. de iureiur.* Tiraq. *de pæn. temp. vel remitt. caus. 51.
numer. 138.* Modern. *de script. priuat. lib. 4. tit. de lib.
mercatorum 4. & seq.* Burs. *cons. 224. num. 1.* Rota coram
Cardin. Caualer. *decis. 484. num. 4. & decis. 650. num. 9.*
13 Nihilominus concurrentibus adminiculis, † quæ om-
nem falsitatis occasionem tollunt *l. instrumenta C. de pro-
bat.* Rot. *decis. 813. num 6. part. 1. diuers.* Plenè & con-
cludenter probat Abb. Felin. & alij Canonistæ *in cap. 2.
de fid. instr.* Bart. *in d. l. admonendi num. 27. ff. de iur. iur.*
Castr. *in d. l. rationes C. de fid. instr.* Speculat. *in tit. de instr.
edit. sub rubr. quot sunt species instrumentorum num. 5. &
ibi* Ioann. Andr. Soccin. *cons. 161. num. 3. vol 2.* Rol. *cons.
92. num. 6. lib. 3.* Mascard. *concl. 974 num. 4.* Surd. *decis.
199. num. 11.* Guidop. *decis. 441.* Boer. *decis. 105. num. 4.
& seqq.* & fuit dictum in *Romana Pecuniaria coram bon.
memor. Cardin. Sacrato 10. Ianuarij 1611. & in Romana
extinctionis census, quæ est 813. part. 1. diuers. & decis. 650.
part. 1. recent.*
14 Et pro adminiculis hic † concurrentibus adest bona fa-
ma mercatoris scribentis, qui veritatem scribere consue-
uit, vt deponunt testes Bart. *in l. nuda ratio num. 8. ff. de
donat.* Tiraq. *de pæn. d. caus. 51. num. 105. & 138.* qui
alios cumulat Surd *d. decis. 199. num. 11. & 15.* Gui-
15 dop. *d. decis. 441. num. 3.* Quæ bona fama † eò magis
præstat adminiculum, quia ipsemet mercator manu
propria partitas descripsit, debitique causam subiunxit
ad not. per Guidop. *d. decis. in fin.* necnon librum mer-
cantiliter tenuit Seraphin. *decis. 1222. num 4.* Ac denique
creauit partitas de rebus spectantibus ad suæ artis exerci-
tium *arg. l. & ita §. eodem modo ff. Naut. Caupon. stabul.*
Io. Andr. *ad specul. in tit. de inst. edit. §. nunc dicendum* Rom.
cons. 205. num. 3. Rol *d. cons. 92.*

Pretium verò vt suprà liquidatum probatur ex testibus
deponentibus de communi valore mercium, dum affir-
mant quod de eo tempore tanti vendebantur, & emeban-
tur, quanti fuerunt in dicto libro & partitis æstimatæ,
quodque pro eodem pretio similes merces tunc temporis
16 fuerint venditæ, ac † non modo per ipsosmet testes,
verum etiam per alios emptæ, qui est vetus modus pro-
bandi valorem *l. pretia rerum ff. ad l. falcid.* Guidop. *d.
decis. 441. num. 6. &* Rol. *d. cons. 92. num. 6.* Rot. *in
Rom. calcis 12. Ianuarii 1596. coram Litta.* Et præterea
adest lib. scribentis, vbi dictum pretium reperitur anno-
tatum qui liber quotiescunque de præcedenti † mercium 17
traditione constat, respectu quantitatis, & pretij plenè
probat Aym. *in tract. de antiq. temp. num. 9. & cons. 118.
num. 4.* Corn. *cons. 318. in fin. lib. 4.* Surd. *decis. 199. nu-
mero 5.*

Quod verò attinet ad alteram partem dictæ sententiæ
Locumtenentis Ferrariæ, quæ concernit damna, & in-
teresse ratione lucri cessantis, quia non satis † constabat, 18
an adessent omnia requisita iuxta doctrinam Pauli Ca-
stren. *in l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco*, quam Rota vti
æquam, & rationabilem constanter sequitur Put. *decis.
237. num. 1. lib. 1.* Mohed. *decis. 2. de vsuris*, Mantic.
*decis. 283. num. 6. & Reuerendiss. D. meus Decanus de-
cis. 6.* ac etiam quia pro parte Expeditorum non fuerunt
datæ informationes, Dominis placuit, vt de hoc arti-
culo particulariter videretur, &c.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Narnien. Successionis.

Die Merkurij 7. Februarij 1629.

ARGVMENTVM.

Tractatur latè materia, quando filia dotata, per statutum excluditur à successione, qualiter procedat, & intelligatur ista exclusio.

SVMMARIVM.

1 *Sorores æqualiter de iure communi, prout fratres succedunt fratri ab intestato decedenti.*

2 *Filia exclusa ab hæreditate patris, non dicitur exclusa ab hæreditate fratris.*

Etiam si materialiter sint eadem bona, quæ ex patre in fratrem deuenerunt, num. 2 & ab hac opinione non est recedendum.

3 *Bona paterna per aditionem filiorum desinunt esse paterna, & efficiuntur bona filiorum, & numero 5. & 28.*

4 *Succedere alicui prohibitus, nihilominus potest succedere in eisdem bonis, postquam ad alium titulo hæreditario peruenerunt.*

7 *Statutum excludent filiam dotatam intelligitur tantum ab hæreditate dotantis. Limita num. 8.*

9 *Fœmina ab vno dotata, dicitur ab omnium successione exclusa.*

10 *Statutum excludens alternatiuè, intelligi debet distributiuè, & diuisim, non autem coniunctim con. numero 13.*

11 *Statuti sensus, quod filia dotata excludatur à successione, est vt dotata à patre non succedat patri, dotata à matre, eidem non succedat, & sic de singulis.*

12 *Statutum correctorium non admittit extensionem, & vt verba sonant intelligendum est.*

Correctio iuris communis, quo minus fieri potest, facienda est, num. 12.

14 *Dictio, vel, quando resoluatur in coniunctiuam, & numero 15.*

16 *Fœmina absurdum est, quod habeat quatuor, quinque, sex, & vltra dotes.*

17 *Verba, de vna dote congrua, in statuto posita, de pluribus non censetur intellexisse.*

18 *Mulier ab vno tantum dotata, quando ab omnium hæreditate dicatur exclusa.*

19 *Dictionis, vel, proprietas est stare alternatiuè.*

20 *Verbum idem, & vnum, in eadem oratione positu, & eodem contextu, diuersa significatione interpretari non debent.*

21 *Casus omissus à statuto habetur pro omisso, & remanet in dispositione iuris communis.*

22 *Statutum præsumitur id noluisse, quod non expressit, quando nulla difficultas fuisset, illud exprimere, si voluisset.*

23 *Specialia non sunt multiplicanda ad correctionem iuris communis.*

24 *Specialia regulariter non sunt multiplicanda.*

25 *Statutum exclusiuum debet intelligi, vt excludat so-*

lum

lum ab hæreditate nominatorum non autem innominatorum.

26 *Dictio, dummodo, stat restrictiuè, & qualificat antecedentem dispositionem.*

27 *Statuti qualitates, vbi non conueniunt, possunt applicari ad illum casum.*

29 *Thesaur. in decis. 63. declaratur.*

DECISIO CCXLVII

POSTQVAM super successione Andreæ in bonis
Romæ existentibus resolutum fuerat ad fauorem
Magdalenæ, & Helenæ filiarum, vt in decisione 22. Maij
præteriti, * cui patres acquieuerunt; Hodie Rota ag-
gressa est disputationem scilicet pro successione Iacobi fra-
tris in bonis Narnij existentibus.

Et responsum fuit easdem fœminas admittendas esse
vnà cum Petro fratre, certa est enim iuris communis con-
1 clusio, sorores † æqualiter prout fratres succedere fratri ab
intestato decedenti, §. *Si igitur defunctas auth. de hæred.
ab intest. venien. auth. Itaque C. communia de success.* Eis-
demque propterea sororibus, ex remedio quorum bono-
rum, competere immissionem in possessionem duarum
ex tribus partibus bonorum Iacobi.

Nec duo statuta Narnij fœminis obesse existimarunt
Domini. Nam primum statutum sub capite 32. fœminas
dotatas excludit solummodò ab hæreditate patris existen-
tibus filijs, vel nepotibus masculis, nullamque de fratris
hæreditate mentionem facit, & sic intrat receptissimum
2 illud axioma, quod filia † exclusa ab hæreditate patris
non dicitur exclusa ab hæreditate fratris, quamuis mate-
rialiter sint eadem bona, quæ ex patre in fratrem deuene-
runt, atque etiamsi nil aliud habeat in bonis ipse frater.
Ita Bald. *in cap. 1. §. 1. num. 3. Episcop. vel Abbat. in vsibus
feud.* Castr. *cons. 191. num. 2. lib. 3.* Corn. *cons. 97. num. 9. lib.
5. & cons. 305. num. 4. & seqq. lib. 4.* Ias. *in lib. 1. §. veteres
num. 20. & 26.* qui communiter testatur, nec ab ea in iu-
dicando recedendum *ff. de acquir. possess. & in l. eius qui in
prouincia §. vlt. num 8 ff. de reb. credit.* Paris. *cons. 22. num.
17 & cons. 23 num. 52. lib. 1.* Brun. *de statut. exclus. fœm. art.
8. num. 86* Philipp. Massin. *in l. post aditam num 89. & seqq.
C. de impuber. & alijs subst.* qui plenè articulum examinat
Franch *decis. 171. num. 2. & 3.* Gabr. *conclus. 7. tit. de
statut. num. 28 & 36.* Eugen. *cons. 83. num. 31. lib. 1. &*
Laderch. *cons. 37. num. 8. & sequuta est* Rota *in Recana-
ten. successionis 9. Februarij 1618. coram bon. mem Burat-
to.* Et ratio inconcussa est, quia non est amplius succes-
3 sio paterna, dum illa consumpta est per aditionem filij †
sed est fraterna, nec bona dicuntur Andreæ olim defun-
cti, alioquin opus esset in definiendis successionibus sem-
per repetere primum parentem, sed dicuntur bona Iaco-
bi, qui vltimo loco decessit *lib. 1. §. veteres vbi glos. in ver-
bo per vnum ff. de acquir. possess. §. 1. Institut. de hæred. qua-
lit. & differentia l. hæres ff. de acquir. hæred. & l. qui Titij
testamentum, ff. de his quibus vt indign.* vbi prohibitus suc-
4 cedere † Titio, potest nihilominus succedere in ijsdem
bonis, postquam ad alium titulo hæreditario peruene-
runt, & latè fuit comprobatum in *Bononien. hæreditatis
de Armis 12. Decembr. 1622. & Romana successionis 17. Iunij
1624. coram me.*

Nihilque refert statutum loqui de bonis, non autem de
5 hæreditate; quia nec bona amplius † dicuntur paterna,
postquam filius adiuit, sed dicuntur ipsius filij, vt per
Iura, & Doctores supra allegatos, & verbalem distin-
ctionem hanc dixit Peregr. *decis. Pataun. 117. num.
18.*

Aliud verò statutum in cap. 40. in quo maior videbatur
difficultas, nec obstare credebatur, quoniam fœminas,
6 quatenus dotatæ sint, excludit quidem † nedum ab hære-
ditate ascendentium, sed etiam collateralium, verum æqua
interpretatione temperandum videtur, vt cum hæc ex-
clusio sit correspectiua ad dotem (iubet enim, vel quod
iam sint dotatæ, vel dotentur, & sint contentæ sua dote)
intelligi debeat solummodò exclusa fœmina ab hæredita-
te dotantis, non autem aliorum, qui non dotarunt, nec
7 Iuri, † aut æquitati videtur consentaneum, vt dos ab
vno tradita operetur, & influat in exclusionem ab hære-
ditate alterius, quemadmodum tradit Bald. *in lib. 1. num.
4. vers. Modo accedit. C. de legitim. hæred.* Brun. *de stat. ex-
clus. art. 8. num. 59.* Alciat. *cons. 1. num. 45. 46. & seqq. &
cons. 5 num. 1. & seqq. lib. 2.* Capreol. *de success. ab intest. lib.
1. num. 440.* vbi de communi Cephal. *cons. 278. num. 95.* qui
pariter de communi testatur Becc. *cons. 112. num. 18.* Hon-
ded. *cons. 9. num. 14. lib. 2.* Menoch *cons. 873. num. 9. vers.
primus, &c.* Cardin. Seraphin. *decis. 396. num 4. & dixit*
Rota *in Auximana Bonorum 17. Februarij 1620. coram bon.
memor. Remboldo*, & ideò Magdalena, & Helena do-
tatæ à patre, non videntur prohibitæ succedere Iacobo fra-
tri, qui non dotauit.

Et quamuis hæc conclusio † limitetur communiter à 8
Doctoribus, nisi statutum vlterius progrediatur nume-
rando personas, à quarum successione excludere intendit
fœminas, ex eoque deprehendatur statuentes principali-
ter considerasse fauorem excludentis, & solum pro fœmi-
nis voluisse, quod dotem congruam haberent, nec curas-
se à quo dotarentur, & ideò Bald. *in d. lib. 1.* cautè loqu-
tus est, vt ex illis verbis deprehenditur ibi, *si statutum non
diceret vltra*, & egregiè considerauit Castren. *cons. 91.
num 2. vers. Nam respondeo lib. 2.* qui propterea monet,
hoc casu fœminam ab vno dotatam † dici ab omnium 9
successione exclusam, & sequuntur Ias. *cons. 205. nu. 2. vers.
Nec prædictis lib. 2.* Decian. *cons. 484. num. 2.* vbi quod tali
casu non procedit doctrina Baldi, & idem Dec. *in repetit.
l. vt liberis num. 8. C. de collat.* Curt. Iun. *cons. 65. numer. 2.
vers. secunda communis est concl.* Alba *cons. 98. num. 3.* Ce-
phal. *cons. 578. num. 15. & seqq. &* Aldobrand. *qui diligen-
ter examinat articulum cons. 2. num 123. & seqq. lib. 1.* plu-
resque refert antiquiores concordantes Thesaur. *decis. 62.
num 2. vers. & ea quidem.*

Nihilominus videbatur Dominis in statuto Narniensi
non posse assequi huiusmodi voluntatem, vt fœmina à pa-
tre dotata excludatur à fratris hæreditate, licet ibi fiat enu-
meratio personarum, à quarum successione excluditur fœ-
mina, statutum enim loquitur alternatiuè, non solum in
dotatione, sed quod magis vrget, in parte vbi de exclusio-
ne agitur, ibi, *nulla fœmina dotata à patre, &c. possit,
vel debeat habere regressum ab intestato ad bona paterna,
vel matris, vel patrui*, & sic statutum excludens alterna-
tiuè † intelligi debeat distributiuè, & diuisim, non au- 10
tem coniunctim, & vt eadem ratio in qualibet persona de
per se concepta intelligatur *l. falsa §. fin. ff. de condit. & de-
monstr.* adeò vt sensus statuti sit, fœmina dotata à patre,
† non succedat patri, dotata à matre eidem matri non 11
succedat, & sic de singulis distributiuè, prout in terminis
statuti in parte exclusiua alternatiuè loquentis dixerunt
Anchar. *consil. 80. num. 2* & sequitur Capra, qui loqui-
tur præcisè super verbis huius statuti Narnien. *cons. 39.*
Corn. *cons. 317. num. 2. vers. posset lib. 4.* Soccin. Sen. *cons. 36.
num. 11 lib. 4 Rub.* Alexand *cons. 71. num. 5.* Decian. *cons. 346.
num. 4. vers In contrarium* Paris. *cons. 47. nu. 3. et seqq. et cons.
47. num. 3. et seqq et cons. 49. num 17. lib. 3.* Alciat *d. cons. 1. nu.
49* vbi de communi, *et cons. 5. num. 12.* vbi de veriori *lib. 2.*
Odd. *cons. 13. num. 28.* Becc. *cons. 53. num. 3. et clarius cons. 112.
num. 22.* Peregr. *cons. 27. num. 6. lib 5. et super* Modern. Man-
tuan. *controuers. 90 num 41. lib. 1.* Quæ quidem opinio ful-
citur rationibus, nempe propria significatione dictionis al-
ternatiuæ, vt stet disiunctiuè, & diuisim; æquitate, nec ob
dotem ab vno acceptam, fœmina ab alterius successione
excludatur; natura statuti correctorij, † prout est statutum 12
exclusiuum fœminarum, quod extensionem non admit-
tit, sed ad instar stipulationum, strictè, vt verba sonant in-
telligendum est, prout monet Bald. *cons. 2. num. 4. lib. 1.* &
quo minus fieri possit sequatur correctio iuris communis,
vt etiam ratiocinantur Doctores præallegati.

Nec Dominos fugit, contrariam opinionem plures, &
graues habere sectatores, vt etiam vbi † statutum in parte 13
exclusiua loquitur alternatiuè, quod nihilominus fœmi-
na ab vna dotata, ab omnium nominatorum successione
exclusa censeatur. Ita Cast. *d. cons. 91. nu 2. lib. 2.* Corn. *cons.
223. num. 4. & seqq. lib. 2. & cons. 42. num. 9. lib. 3.* & post alios
plenè Aldobrand. *cons. 2. num. 123. & seqq* & clarius ad præ-
sentem facti speciem, *num. 136.* Paul. à Montepic. *cons. 85. n.
67. & 68.* Thes. *decis. 62. num. 5* Vbi licet dicat contrarium
fuisse iudicatum per collegas, attamen eos reprehendit, &
reproposita causa fuit iudicatum pro opinione Thesauri,
vt in additionibus ibi ad *num. 5* Menoch. *cons. 873. num. 12.* &
alij, quos isti adducunt, qui putant hoc casu dictionem, vel,
† resolui in coniunctiuam, prout aliquando accipitur, *l. cum* 14
quidam, §. melius, C. de verb. signif. plenè Menoch *cons. 187.
num. 19* præsertim cum hic annecti videatur cum illo adie-
ctiuo, nulla mulier, & sic terminare in sensum negatiuum,
& in dictionem, nec perinde, ac si diceretur nulla mulier
dotata

dotata à patre, vel matre, vel fratre, vel patruo, succe-
15 dat patri, nec matri, nec patruo, quæ quidem dictio, † nec tunc staret coniunctiuè, *l. si quis ita stipulatus, ff. de verb. oblig. gloss. in §. quod autem in verb. sed si vbi* Bart. *nu.* 12. *auth. de fideiuss. collat.* 1. & in his terminis Bellon. Iun. *cons.* 74. *num.* 46. *& seqq.* Alioquin, vt statutum integrè suum consequeretur effectum, in totali exclusione fœminarum pro conseruatione familiæ opus es-
16 set, quod quatuor, † quinque, sex, & vltra dotes haberet ipsa fœmina, quod absurdum existimat. Aldobr. *d. cons.* 2. *num.* 134. *vers. Alias enim* Lauret. de Palat. *de statut. nu.* 148. *&* Thesaur. *d. decis.* 62. *num.* 4. & statutum Narniense innuere videtur, vt vna congrua tamen dote fœmina contenta sit, ibi, sit contenta dote sua sibi soluta, vel promissa, quæ verba, de vna dote congrua, non autem
17 de pluribus, † apparet intellexisse, & statutum principaliter videtur excludere fœminam propter masculos, non autem propter dotem.

At quidquid sit in hac controuersia Doctorum, in qua pro nunc Rota non putauit opus esse, vt suam exponeret sententiam, dictura dum postulabit occasio.

Ex tribus particularibus circumstantijs simul iunctis in hoc statuto Narniensi visa fuit facilior reddi resolutio pro non exclusione fœminarum, quarum prima est, quod dictio alternatiua posita est in vtraque parte, scilicet in dotatione, & in exclusione; vnde quemadmodum communiter fatentur Doctores, vbi dictio, vel,
18 posita est solummodo in dotatione, in parte † verò excludente adest coniunctiua, tunc sufficit mulierem ab vno tantum esse dotatam, vt ab omnium hæreditate dicatur exclusa, & admittit ipse Alciat. *d. consil.* 5. *num.* 11. *vers. Item quando lib.* 2. Thesaur. *dict. decis.* 62. *num.* 4. Menoch. *cons.* 873. *num.* 12 *vers. quintus est casus* Surd *cons.* 100. *num.* 9. quia tunc illa dictio, vel, in sua
19 proprietate stat alternatiuè, & vno tantum contentatur, & ideò dotatio intelligi debet distributiuè, exclusio verò coniunctiuè, & statutum interpretatur de dote ab vno data, & de exclusione ab omnium hæreditate; verùm quando eadem dictio, vel, posita est & in dotatione, & in exclusione, vtroque in loco æqualiter accipi debet, scilicet distributiuè, & alternatiuè, itaut exclusa censeri debeat fœmina ab hæreditate tantum dotantis, alioquin dictio, vel, in dotatione acciperetur alternatiuè, in exclusione verò coniunctiuè, quod iuri repugnat, cum
20 vnum, † & idem verbum, in eadem oratione positum, & eodem contextu, diuersa significatione interpretari non deceat argumento, *l. eum, qui ædes ff. de vsucap. cap. cognonimus* 12. *quæst.* 2. *cap. quia circa de priuileg.* Surd. *cons.* 152. *num.* 39. & in terminis hoc ponderauit Becc. *cons.* 53. *nu.* 3. *vers. nam respondetur, & cons.* 112. *num.* 12. *vers. Et maximè.*

Altera circumstantia est, quòd in parte exclusiua non fuit facta mentio de fratre, prout facta fuit in parte do-
21 tante, & ideò si casus † fraternæ successionis fuit omissus à statuto, pro omisso haberi debet, & secundum ius commune decidi, *l. commodissimè, ff. de liber. & posthum.* Bald. *in l. testamentum, C. de testam.* Eugen. *cons.* 83. *num.* 18. *& seqq. lib.* 1. *cum aliis*, præsertim, quia in prima parte statutum fecit mentionem de fratre, & data opera, & cum misterio videtur, quod prætermiserit in altera parte eumdem fratrem, quem si voluisset in hac secunda parte nominare, haud difficulter potuis-
22 set meminisse, prout † meminit in prima parte, vt in materia statuti arguunt, Decian. *consil.* 442. *num.* 9. *&* 10. Corn. *cons.* 134. *in princ. lib.* 2 Eugen. *cons.* 83. *num.* 48. *lib.* 1. Becc *consil.* 12. *numer.* 44. Sique admitteremus interpretationem quod in parte excludente statutum comprehendat quoque exclusionem ab hæreditate fra-
23 terna, multiplicaremus specialia ad correctionem iuris communis, nam adderemus verbum, quod non legitur scriptum in secunda parte statuti, & admitteretur aliud speciale, quod scilicet excluderemus sororem ad hæreditate fratris, à quo non fuit dotata, & hic casus non reperitur in verbis dicti statuti, & re-
24 gulariter † specialia non sunt multiplicanda, *l. cum post, §. gener. ff. de iur. dot. cum vulgat.* Et statutum exclusiuum
25 debet intelligi, vt excludat solùm ab hæreditatibus nominatorum, non autem illorum, qui non sunt expressi in ipso statuto Decian. *cons.* 589. *nu* 2. Paris 47. *nu.* 77 *& seqq.* Menoch *cons.* 496. *n.* 49. *vers. Et hæc statuta*, Surd. *dec.* 9. *n.* 16.

Tertia circumstantia est, quia idem statutum in postremis verbis restringit, & declarat se, ibi, *dummodò ex tali patre, aut matre subsint filij masculi, vel nepotes masculi ex filio, & patruo subsint filij, vel ex fratre talis patrui maritantis extiterint filij masculi, &c.* In quibus ponderandum est, quod statutum videtur exigere, quod extent filij, vel alij descendentes illius, de cuius successione agitur, ad effectum, vt fœmina excludatur, & quod ab hæreditate patruorum excludatur eadem fœmina, quatenus ab eis fuerit maritata, quod videtur importare dotationem, & illa dictio, † *dummodò*, stat restrictiuè, & qualificat antecedentem dispositionem Rot. *decis.* 777. *numer.* 6. *part.* 2. *recent.* quorum nullum concurrit in casu nostro, quia nec extant filij, seu descendentes masculi ipsius Iacobi, nec ab ipso dotatæ fuerunt Helena, & Magdalena sorores, & ideò cum statuti qualitates non conueniant exclusioni sororum ab hæreditate fratris, qui † non dotauit, 27
illius dispositio non videtur posse applicari ad hunc casum, vt per Corn. *cons.* 234. *num.* 7. Becc. *cons.* 53. *num* 9. *cum alijs.*

Nec obstare visa sunt verba illa statuti, *nulla mulier, &c. possit, vel debeat habere regressum ab intestato ad bona paterna, vel matris, vel patrui* ponderatis illis verbis, *habere regressum*, ad tradita per Thesaur *decis* 63 *num.* 3. 6. *&* 7. quoniam semper vrget illa conclusio, quòd postquam frater † adiuit hæreditatem, non dicuntur amplius saltem 28
propriè loquendo, & ad effectus legales, bona paterna, sed sunt effecta patrimonium ipsius fratris, & ideò illa verba, *habere regressum*, debent restringi ad bona paterna, scilicet quatenus agatur de succedendo patri, & in terminis verborum statuti Narnien. considerat Capr *d. cons.* 73. *n.* 3. *&* 4.

Thesaur. verò † *in d. decis* 63. loquitur in statuto Astensi, 29
vbi verba erant admodum efficacia, quod perpetuò ab omnibus hæreditatibus fœmina esset exclusa, vt etiam ipse post Natt. ponderat *n.* 3. *vers.* 2.

Quo verò ad consuetudinem allegatam pro interpretatione statuti, Rota transiuit cum responsione data in alia decisione in hac causa, *vers. Nec obstat consuetudo.*

Et ita pro immissione fœminarum responsum fuit vtraque parte informante, &c.

* Est decisio 177. supra in hac parte. & infra habetur alia & quidem magistralis sub die 26. Nouemb. 1629. coram eodem Reuerendiss. P.D. meo Merlino est decis. 321.

REVERENDISS. P. D. MERLINO. DECANO.

Ariminen. Spolij.

Die Veneris 9. Februarij 1629.

ARGVMENTVM.

Tractantur nonnulla circa materiam immissionis vigore primi decreti, & alia, de quibus in Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Actus subsequens recipit interpretationem ab actu præambulo.*

2 *Stylus concurrens ordinatoria probatur ex attestatione Curialium.*

3 *Immissus ex primo decreto, licet verè non possideat, tamen acquirit detentationem, pro qua etiam datur manutentio iudicis officio, & numer. 4.*

5 *Actus, vt sustineatur, debet capere omnem interpretationem, etiam verba impropriando.*

6 *Detentationem habens, potest dici impropriè, ac largo modo Dominus secundum subiectam materiam.*

7 *Immissus ex primo decreto, licet non faciat fructus suos, illos tamen percipit, & custodit, ac bona fide colit, & locat.*

8 *Vtile, per inutile in separabilibus non vitiatur.*

Z 9 *Credi-*

9 *Creditori à iure nullus reperitur terminus præfixus ad executionem totaliter perficiendam in actione personali.*
Sed debitor debet instare, vt Iudex præfigat, num. 9. & 10.
11 *Temporis lapsus impedito, in aliquo nocere non debet.*
12 *Subhastatio excessiua est in totum nulla, & spoliatiua.*
13 *Testes in vno iudicio examinati an probent in alio.*
14 *Fructuum consumptio intra triennium non præsumitur.*
15 *Fructus postquam sunt consumpti, non dicuntur amplius fructus, sed quantitas, & pars sortis.*
16 *Debitor, si sit grauatus in subhastatione, potest appellare si velit, non tamen subhastatio est nulla.*

DECISIO CCXLVIII.

CAVSA per quatuor vices proposita, & maturè discussa DD. recesserunt à decisis.

Primum enim decisionum fundamentum, quod nempè A.C. mandauerat Exequutoribus, vt caperent de bonis Sebastiani, illi autem associarunt Franciscum ad possessionem, visum fuit cessare ex totius relationis lectura, ex qua apparet, quod Exequutor retulit, se in exequutionem mandati A. C. immisisse, & associasse in tenutam actualem, & corporalem bonorum, de quibus agitur pro summa, de qua in dicto mandato, explicitè etiam recensendo illius substantiam, & tenorem, seque ad illud semper expressè referendo, & sic patet ipsum immisisse ex primo decreto, ad effectum subhastandi, & non ad alium effectum, cui mandatum prædictum minimè deseruiebat, & nil aliud facere voluisse,
1 quàm, quod in præambulo mandato † continebatur à quo actus subsequens recipit interpretationem, *l. asse toto, ff. de hæredit. Instit. l. ait prætor in princ. & ibi* Doct. *ff. de re iudic.* Crauett. *cons. 45. num. 4.* Surd. *cons. 19. num. 19. & seqq. & cons. 105. nu. 30.* Menoch. *præsumpt. 26. nu. 1. in fin. lib. 2. & in terminis* Rot. *decis. 397. num. 2. circa fin. & nu. 3. par. 1. recent.* præsertim attento stilo Curiæ
2 Ariminen. qui tanquam concernens † ordinatoria, fuit sufficienter probatus ex Curialium attestatione pro parte D. Pauonij data, Rot. *decis. 644. num. 4. par. 1. rec. & in Rom. census 15. Nouembr. 1627. coram me*: Vnde cum
3 immissus ex primo decreto † licèt verè non possideat, *vt per* Alex. *in l. à Diuo Pio, §. si super rebus num. 22. &* Ias. *nu. 13. ff. de re iudic.* nihil acquirat detentationem pro
4 † qua etiam datur manutentio Iudicis officio, *l. 1. §. sed sine vi, ff. de cui fiat glos. in l. 3. §. creditores, in ver. non posse, & ibi* Bart. & Ang. *ff. vti possid. gl. quam ibi sequitur* Bart. Castr. & Roman. *in l. Aquilius Regulus, ff. de donat.* Menoch. *de retinen. poss. rem. vlt. num. 18.* & fuit resolutum *in Anconitana Bonorum 9. Iun. 1624. coram bo. me. Buratto*, & propterea supradictæ relationis verba sunt intelligenda de huiusmodi detentatione iuxta subiectam materiam, ad effectum sustinendi actum, pro cuius
5 † validitate omnis fieri debet interpretatio etiam verba impropriando, *cap. 1. de despons. impub. l. quoties, ff. de reb. dub.* Alex. *cons. 35. numer. 11. lib. 4. vbi* Apostill. *in verb. fallit, & cons. 129. num. 4. lib. 2.* Seraph. *decis. 1418. num 12.*

Neque intellectus huiusmodi excluditur ex eo, quod Exequutor mandauit colonis, vt recognoscerent Franciscum in Dominum, eique de fructibus responderent, quoniam cum Franciscus haberet detentationem, pote-
6 rat † quodammodo dici Dominus impropriè, ac largè secundum subiectam materiam, vt benè per Alex. *in d. cons. 129. num. 3. & 4. lib. 2.* præsertim ad sustinendum actum ex allegatis, & præceptum, vt coloni responderent de fructibus, non repugnat immissioni ex primo de-
7 creto, nam taliter † immissus, licet regulariter non faciat fructus suos, illos tamen percipit, & custodit, ac bona colit, & locat, Bart. *in l. si is, qui, §. si ante ipbona, ff. de pignor. specul. de primo decret. §. item de effectu, nu. 1. vers. vt ipsum*, Castrens. *cons. 54. num. 2. & 3. lib. 1.* Neguf. *de pignor. 5. membr. 5. part. numer. 5. 6. & 7.*

Præterea cùm exequutor se expræsse retulerit ad mandatum prædictum & in fine relationis dixerit, se omnia fecisse, prout in similibus fieri solet, apparet ipsum immisisse ex primo decreto, & alia necessaria fecisse pro eiusdem mandati exequutione iuxta solitum; vnde dato etiam, quod præceptum prædictum facere non potuisset, sed illud faciendo, mandati fines excessisset, adhuc tamen præceptum ipsum vitiaretur, & non vitiaret, cum enim isthæc sint separabilia, † vtile per inutile vitiari 8
non debet, *l. pedius, ff. de arbitr. l. 1. §. Trebatius, ff. de acqu. plus. & cost.* Tiraq. *de retract. convent. ad fin. num. 144. & 145. cum seq.* Honded. *cons. 17. num. 25. lib. 2.* Surd. *cons. 305. nu. 48.*

Neque obstat, quod creditor steterit in tenuta per duos annos, antequam fuerit ad deliberationem deuentum, & sic videatur voluisse verè possidere, quoniam responsum fuit, quod à iure, vel statuto nullus reperitur præfixus creditori † terminus ad exequutionem totaliter per- 9
ficiendam in actione personali, sed debitor debet instare, vt Iudex præfigat, *glos. 1. in l. si tempora, C. de fid. instr. lib. 10.* Bald. *in l. ordo num. 6. vers. Non tamen ego*, vbi quod Iudex † potest differre vltra annum, & 10
vers. Alij dicunt, vbi quod etiam vltra biennium, *C. de execut. rei iudic.* Capic. *decis. 36. num. 4.* Coller. *de process. execut. par. 3. cap. 9. nu. 58.* Prat Papien. *in forma libelli pro exequutione sententiæ in glos. in verb. faciendo num. 3. in fin.*

Amplius creditor fuit impeditus per quatuor inhibitiones, de quibus in summario vltimæ positionis num. 3. & habuit impedimenta à matre, & ab alijs creditoribus debitoris, vt in *summ. num. 4. 5. & 6* quibus stantibus † 11
temporis lapsus in aliquo nocere non debet iuxta notata in *auth. clericus, C. de Episc. & cler. in l. fin. C. de adult.* Bal. *in l. 1. n. 4. C. de iur. calcul.* Rot. *coram fa. me.* Greg. XV. *dec. 327. num. 8. & 9.*

Secundum decisionum fundamentum, quod fructus per biennium percepti debuerint in sortem imputari, & consequenter subhastatio tanquam facta pro tota summa in mandato contenta, & sic excessiua, † fuerit in totum 12
nulla, ac spoliatiua, vt per Rot. *decis. 33. nu. 6. par. 2. diuers. & decis. 630. nu 3. par. 2. recent. cum alijs in 1. decis. allegatis* sublatum fuit ex testibus datis pro D. Pauonio in summario vltimæ positionis nu. 7. examinatis tamen ad instantiam Pastonij debitoris in hoc eodem iudicio spolij, ex quibus constat, quod ipsemet debitor, non autem creditor, vt supra immissus, fructus percepit, quorum testium depositio coadiuuatur etiam ex eo: quia idem debitor soluit decimas pro ipsis fructibus in bonis, de quibus agitur, recollectis, vt in d. summario nu 1. ac etiam ex eo, quod retinuit bona rescripta in Catasto, sicut antea retinebat in eodem summario nu. 2. non obstante, quod contrarium affirmasse videantur alij testes ad instantiam eiusdem Pastonij de anno 1621. quoniam illi tamquam examinati † in 13
alio iudicio non citato creditore, nec dicto D. Pauonio non probant, *l. si quando C. de testibus capit. 2. & ibi* Abb. & alij DD. *eod. tit.*

Atque vlterius etiam placuit alia responsio, quod cum simus in fructibus perceptis intra triennium, intra quod non † præsumitur consumptio, dato etiam, quod illi fuis- 14
sent re vera per creditorem percepti, adhuc tamen in sortem imputari non debuissent, sed ipsi debitori restituendi essent, & sic immissus adhuc remansisset creditor totius
† summæ in mandato contentæ, licet è conuerso fuisset 15
debitor fructuum, vt post Cin. Bald. *& alios tradit* Neguf. *de pignor. d. 5. membr. 5. par. n. 11. & 12.* & Borgn. *de tit. & curat. num. 230.*

Tertium denique fundamentum primæ decisionis, quod fuerint subhastata duo prædia, cum tamen vnum sufficeret, corruit ex prædictis, cum enim fructuum detractio fieri non debuerit, cessant deducta in decisione ad probandum, quod vnum tantum prædium fuisset sufficiens, immò etiam si detractio fieri debuisset, adhuc tamen nullibi constat, quod potuisset reperiri emptor, qui vnum prædium sine alio emisisset pro tanto pretio proportionabiliter, & in omnem euentum ex hoc tantum sequeretur, quod si debitor fuisset grauatus, potuisset appellare si voluisset, non tamen fuisset
† nulla subhastatio, vt in proposito post Bart. Imol. 16
Alexandr. & alios respondit Surd. *in consil. 39. numer. 29.*

Neque

Neque obstat solutio scutorum 250. facta per Cupiolum Laurentio filio creditoris sub die 22. Aprilis 1611. quoniam non propterea fuit diminutum creditum, pro quo fuit facta subbastatio; Franciscus enim habebat plura alia credita, pro quibus etiam obtinuerat mandata executiua, vt in summario in alia positione dato num. 3. in quorum extinctionem cedere potuit solutio prædicta, præsertim, quia illa apparet facta in executionem mandati de consignando relaxati à Gob. Arimini nulla facta mentione mandati A. C. vt in d. summario numer. 4. & in quietantia dicitur per saldo del controscritto mandato, vt in summario Pastoni num. 6. quod ad mandatum, de quo agitur, continens summam scutorum 1450. applicari non potest, tum quia à tergo illius nulla legitur quietantia, tum etiam: quia non fuit doctum, immò nec etiam oppositum de solutione residui.

Reliqua, quæ contra subhastationis validitatem obijciebantur, visa fuerunt satis leuia, & sufficienter sublata ex responsionibus datis per informantes pro D. Pauonio, quæ placuerunt Dominis.

Ex quibus fuit conclusum non intrare spolium, & sic esse recedendum à decisis vtraque parte informante, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Cæsaraugustana Lectoriæ.

Die Veneris 9. Februarij 1629.

ARGVMENTVM.

Præscriptionem immemorabilem, qui pro se habet, potest allegare titulum fundationis, & omnem alium meliorem de mundo. Et præscriptio in Cappellanijs manualibus, quando cadat.

SVMMARIVM.

1 *Salarij solutio ab immemorabili tempore facta inducit titulum, & obligationem.*

2 *Præscripsio immemorabilis operatur, vt omnia ad solemnitatem, & substantiam rei præscriptæ interuenissent.*

3 *Et hoc habet locum etiam in casibus, in quibus ius commune resistit.*

4 *Præscriptionem immemorabilem pro se habeas, potest allegare meliorem titulum de mundo.*

5 *Status antiquus vbi præseruatur, intelligitur velle remanere integra iura primæua.*

6 *Præscriptio aliqua an possit considerari in personis ad nutum manualibus, & amouibilibus.*

7 *Decis. in causa Salamantina stipendiorum coram Card. Lancell. declaratur, nu. 11.*

8 *Præscriptio etiam immemorabilis non cadit in facultatiuis.*

9 *Capellaniæ manuales carent titulo.*

10 *Manualis, seu amouibilis persona non potest dici, quando eligi debet de certo genere personarum, Communitas possidere potest, nu. 10.*

12 *Factum à singulis de vniuersitate dicitur factum ab vniuersitate, ad effectum acquirendi præscriptionem.*

13 *Dignitas, & officium æquiparantur.*

14 *Prælatus licet decedat, tamen possessio est apud Ecclesiam.*

15 *Et ideò possessio continuatur in successorem absque apprehensione.*

16 *Obseruantia subsecuta deseruit pro intellectu, & declaratione.*

DECISIO CCXLIX.

ITERVM * dubitaui, an Archiepiscopus potest secularizationem Ecclesiæ Cæsaraugustanæ teneatur Lectori Sacræ Scripturæ ad solutionem eiusdem salarij, quod ab immemorabili tempore in statu regularitatis soluebat, & Domini præstiterunt in resolutis sub die 21. Februarij præteriti.

Solutio enim istius salarij ab immemorabili tempore
facta ab Archiepiscopo † induxit ad fauorem officij, vel 1
personæ sustinentis officium Lectoris, titulum, & obligationem, *l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de acq. quotid. & æstiu. cap. 1. de præscr. in 6.* Bald. *in l. cum de in rem verso. num. 2. vers. veniamus ad secundum, ff. de vsur.* & quidem iure † præscriptionis immemorabilis, quæ opponi- 2
tur vt omnia ad substantiam solemnitatemque obligationis, & tituli præsumantur interuenisse, Bald. Ang. & alij *in l. qui aliena, §. 1. ff. de acquir. hæred.* Ioan. Andr. Butr. *& cæteri in capit. peruenit de censib. & in* Albericus *de testib. & not.* Imol. & alij *in cap. ea noscitur de ijs, quæ fiunt à Prælat. sin. con. Cap.* Curt. Iun. *cons. 26. num. 6. vol. 1.* Vbi dicit id sibi vendicare locum † etiam 3
in casibus, in quibus ius commune resistit latè Paris. *cons. 111. num. 30. volum. 1.* Itaut possit allegari contracta
huiusmodi obligatio † ex meliori titulo de mundo, ac 4
dici, onus istud in fundatione Archiepiscopatus fuisse impositum, vt ex *text. in cap. super quibusdam §. præterea vbi glos. in ver. non extat de verb. signif. &* Dec. *in cons. 386. num. 2.* Fuit dictum in præterita decisione.

Nec obstat mutatio Status Ecclesiæ, quia cum literæ secularizationis præseruent omnia iura in statu regularitatis competentia, & expræsse disponant, *quod omnia, & singula, quæ in Ecclesia pro Canonicis, & personis regularibus erant, fiat de cætera, pro Canonicis, & personis secularibus*, vtique sequitur, quod huiusmodi salarium tanquam emolumentum officio, ac personæ Lectoris destinatum, & ius vni ex Canonicis, certo velut generi personarum competens, & vti tale relatum inter onera mitræ Archiepiscopalis pro Canonico hodie seculari Lectore, eidemque tanquam repræsentanti personam, & sustinenti officium Lectoris in anteriori statu regularitatis, præseruatum censeri de-
beat, cum Papa in hoc † præseruando statutum anti- 5
quum, voluerit integra remanere iura primæua, & sic non tollere anteriorem obligationem Archiepiscopi circa solutionem istius salarij, ex Baldo, Oldrado, & alijs in præterita decisione allegatis.

Nec institutio Canonicatus Lectoralis cum assignatione præbendæ iustulit eandem obligationem, quia sicuti per institutionem dicti Canonicatus vti factam ad mentem Concilij, officium Lectoris consideratum tanquam proueniens ex anteriori statu regularitatis, non fuit extinctum, sed potius per viam translationis consolidatum cum dicto Canonicatu Lectorali, ita per assignationem præbendæ, non potest dici sublatam fuisse obligationem Archiepiscopi, cum ad ipsam cumulatiuè veniret dicta assignatio, vt latius fuit comprobatum in eadem decisione.

Neque etiam obstat, quod in statu regularitatis Lectores essent ad nutum, & nominationem Archiepiscopi manuales, atque amouibiles, & ideò respectu ipso-
rum † nulla possit considerari possessio ad effectum præ- 6
scriptionis, vt fuit resolutum in causa *Salamantina stipendiorum 6. Iunij 1603. coram bon. mem. Cardin. Lancel-
lotto iuniore*, quia fuit responsum dictam † decisionem 7
non applicari, cum loquatur de Cappellanis manualibus, & ad nutum amouibilibus, quo casu deficit subiectum capax possessionis ad effectum præscribendi, tum ratione personarum, tum ratione rei. Ratione quidem personarum quia cum possint ad nutum amoueri, non acquirunt ius aliquod petendi salarium, nisi pro tempore quo inseruiunt de voluntate deputantis ad regulam in
facultatiuis non cadit † præscriptio licet immemorabilis, 8
l. cum notissimi, C. de præscript. 30. annorum Anchar. *cons. 339. num. 8. vers. & sic est quædam facultas*. Ratio-
ne verò rei, quia huiusmodi Cappellaniæ † manuales 9
carent titulo, penes quem possit esse possessio, vt ex Calder. *cons. 26. de præb.* firmatur *in ead. decis. Salamantina*, in hoc autem casu quoad personas videbatur non deficere subiectum capax possessionis, quia vltra quod non iustificatur in facto, quod Archiepiscopus posset quandocumq. amouere Lectorem à se prius nominatum, tamen in omnem euentum Archiepiscopus non habebat ius nominationis facultatiuum absolutè, sed restrictum

ac limitatum ad certum genus personarum nempè ad
vnum ex Canonicis Capituli, quatenus habilis reperie-
10 batur, quod † certum genus personarum siue Capitu-
lum non potest dici persona manualis, aut amouibilis ad
nutum, quia semper est idem *gl. fin. in cap. alienationes*
17. q. 2. Feder. de Senis *conf. 295. in fin.* Gemin. *conf. 65.*
num. 10. vers. non obstat. Et sic dubitari non potest, quin
esset capax possessionis, *l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. de acquir.*
poss. & not. in l. tigni, §. item municeps ff. ad exhibendum,
Alex *cons. 99 num. 12. lib. 5.* præscriptio enim non præ-
tenditur simpliciter acquisita ex possessione cuiuslibet
Lectoris tanquam personæ, particularis, quia modo
vnus modo alter ad nutum Archiepiscopi deputaba-
11 tur in quibus terminis procedit dicta decisio † *Salaman-*
tina, sed tanquam vnius de certo illo genere personarum,
ad quas ius nominationis Archiepiscopi restringebatur ad
tradita latè per Paris. *cons. 111. num. 64. & seqq.* & præ-
12 sertim *num. 68. & 71. lib. 1.* Vbi quod factum † à singulis
de Vniuersitate, dicitur factum ab Vniuersitate ad ef-
fectum acquirendi præscriptionem, quando illud tale
fit pro executione iuris quæsiti per singulos tanquam de
Vniuersitate. Quo verò ad officium Lectoris illud non
erat manuale, neque ad nutum amouibile, sed perpe-
tuum ac fundatum in statutis, & ordinationibus Capi-
tularibus, vnde penes ipsum poterat esse possessio ad ef-
fectum præscribendi, & quamuis persona amoueretur,
ius tamen apud ipsum officium existens, non resoluebа-
tur, Bald. *cons. 121. num. 6. vers. quædam verò lib. 3.* qui
quamuis loquatur de dignitate, attamen potest etiam
13 intelligi de officio, cum † dignitas & officium æquiparen-
tur, *cap. 1. & ibid.* Archid. *in glos. magna in fin. de con-*
suet. in 6. Maximè si officium sit perpetuum, & agatur
de acquirendo ipsi officio Federic. de Senis *cons. 20. num. 4.*
vers. & quod officium, & nu. 8. vers. non obstant iura quæ
14 *mouent*, & in simili quod licet † decedat Prælatus,
possessio tamen sit apud Ecclesiam Innocent. *in cap.*
cum in officij de testam. & in c. cum super de caus. possess.
& propr. Alex. *in l. cum hæredes, §. item quæra, ff.*
15 *de acquir. possess* & quod † ideò possessio continue-
tur in successorem sine noua apprehensione, Guidopap.
decis. 355.

Secundò principaliter Domini considerabant cessare
omnem difficultatem in casu isto, cum Archiepiscopus
etiam post sæcularizationem per spatium 17. annorum
continuauerit in solutione eiusdem salarij, quæ satis de-
16 seruiunt † pro obseruantia, cuius intellectum atque in-
terpretationem sequi debemus, Honded. *cons. 92. nu. 30.*
lib. 1. Rota *decis. 608. nu. 6. par. 2. in recent.* Addent. *ad de-*
cis. 184. n. 8. san. me. Greg. cum alijs allegatis in præterita
decisione.

Cætera quæ hodie repetuntur per informantes, vel non
indigent responsione, vel abundè fuerunt sublata in eadem
decisione, cum qua Domini transierunt.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

☞ * Iam enim fuit dubitatum sub die 21. Februarij 1628. est
supra decisio 150.

R. P. D. V B A L D O.

Coloniesi Monasterij.

Die Lunæ 12. Februarii 1629.

A R G V M E N T V M.

Remissoria denegatur, quando articuli sunt irreleuantes, sicuti etiam, quando sumus in iudicio summarijssimo, & propter suspicionem calumniæ. Executio, quando dicatur excessiua.

S V M M A R I V M.

1 *Remissoria passim denegatur, quando materia articu-*
lata est irreleuans.

2 *Exequutio dicitur excessiua, nulla, & inualida, quæ*
est facta super re diuersa, & non expressa.

3 *Remissoria propter suspicionem calumniæ denegatur.*

4 *Remissoria non conceditur, quando sumus in possesso-*
rio summarijssimo.

5 *Pars, quando est effecta plusquam contumax in paren-*
do, non est amplius audienda.

6 *Declaratoriæ est locus propter non paritionem, seruа-*
tis terminis, seruari solitis.

D E C I S I O C C L.

DOMINI dixerunt denegandam esse remissoriam,
quia articuli loquuntur de Monasterio B. MA-
RIÆ in Oppido Nouesij, de quo cum non loquatur Bre-
ue Archiconfraternitati concessum, restrictum solum ad
Monasterium S. Nicolai extra d. Oppidum, sequitur, vt
materia articulata sit prorsus irreleuans, propter quam
irreleuationem † passim denegari solet remissoria, *l. ad* 1
probationem, C. de probat. Verall. *decis. 68. numer. 2.*
par. 3. Cæs. de Grass. *decis. 1. nu. 5. & decis. 2. de dilat.*
Mohed. *decis. 5. num. 6. de probat.* Seraphin. *decis. 1364*
num. 2.

Semper enim remanet firmum fundamentum decisio-
num, quæ emanarunt in hac causa, * quòd exequutio fa- ☞
cta super d. Monasterio B. MARIÆ Virginis, tanquam
facta super re diuersa ab ea quæ est † comprehensa, & ex- 2
pressa in d. Breui remanet nulla, excessiua, & inualida,
Gabr. *cons. 31. n. 7. lib 2.* Honded. *cons. 20. n. 25. lib. 1. san. me.*
Greg XV. *decis. 555. n. 4.*

Deinde tanto magis hanc remissoriam denegandam esse
dixerunt, quia cum Confraternitas distulerit illam petere
quousque causa fuit decisa per plures decisiones, intrat
præsumptio calumniæ quod illa petatur ad effugienda de-
cisionum fundamenta, & interim possit impedire exequu-
tionem mandati Rotalis, † quo casu pariter remissoria 3
denegatur, Bald. *in l. non ignorat. vers. si differt petere*
in 1. notab. C. de fruct. & lit. expens. & fuit dictum in Vlix-
bonen. iuris conferendi 7. Februarij 1607. coram bo. me. Card.
Lancellotto.

Idque præsertim cum simus † in summarijssimo posses- 4
sorio Rot. *diuers. decis. 641. num. 8 par. 1.* Seraph. *decis.*
494. ex iam latè deductis in facto, & summario Canoni-
corum euidenter constat de intentione Confraternitatis,
quòd nihil aliud cogitat, quàm se confouere in spolio com-
missu detrahendo omnibus vijs parere d. mandato Rota-
li, non obstantibus pluribus intimationibus factis cum
fuerit † Confraternitas plusquam effecta contumax in 5
parendo non est amplius audienda, *l. sed etsi Prætorem,*
§. sed si cum decreto, ff. ex quibus caus. maior. Ias. *in l. san-*
cimus, num. 2. C. de iudic. & cum fuerint vltra supradi-
ctas intimationes seruati termini seruari † soliti in hoc 6
casu potius videtur esse locus declaratoriæ, quàm remis-
soriæ, Cassad. *decis. 6. nu. 2. de caus. poss. & propr.* Mo-
hedan. *decis. 1. de sentent. excom.* Rot. *decis. 445. num.*
4. par. 2. in recent. & in terminis mandati de manute-
nendo fuit dictum in *Mantuana bonorum 1. Decemb. 1615.*
& in Mediolanen. pecuniaria 4. Decemb. 1615. coram bo. me.
D. meo Vbaldo.

Et ita fuit resolutum vtraque parte informante.

* Idest sub diebus 21. Iunij 1627. & 3. Nouemb. eius- ☞
dem anni, & 21. Iunij 1628. sunt supra decisiones 91.
115. & 193.

Et infra adest alia sub die 7. Maij 1629. est decis. 276.

REVERENDISS. P. D. M E R L I N O.
D E C A N O.

Romana Donationis de Incasatis.

Die Lunæ 12. Februarij 1629.

A R G V M E N T V M.

Donatio facta alicui ex causa matrimonij, an, & ex quibus appareat, quod ista causa donationis fuerit impulsiua, vel finalis matrimonij.

S V M M A R I V M.

1 *In donatione causa matrimonij expressa non præsumitur*
finalis, sed tantum impulsiua.

a *Do-*

2 *Donationis materia tota in facto consistit magis, nempè in voluntate donantis, quàm in iure.*
3 *Matrimonij causa in donatione non est causa finalis, quando non exprimitur persona, nec familia, cum qua matrimonium esset contrahendum.*
4 *In donationibus, ea quæ disertis verbis exprimuntur, pro causis finalibus sunt accipienda.*
5 *Fraternam sobolem propriæ anteponere, est omninò absonum, & contra insitam à natura parentibus charitatem.*
6 *Clausula pro hæredibus quibuscumque, comprehendit etiam hæredes extraneos.*
7 *Donantis animus est spectandus in donatione, ad effectum cognoscendi an causa sit finalis, vel impulsiua, num. 8.*
9 *Animus, quoties ad aliquid determinatè non fertur, tunc in eo, potest considerari causa impulsiua, sed non finalis.*
10 *Inter animum simpliciter, & animum deliberatum magnum discrimen est.*
11 *Obseruantia subsequuta declarat, qualis fuit actus præcedens.*
12 *Ex causis pluribus finalibus, quando aliquid inductum est, non propterea illud cessat, licet aliqua ex dictis causis remoueatur, & nu. 16.*
13 *Clausula, & alijs causis animum suum mouentibus, operatur, vt quis vna dumtaxat causa non censeatur motus ad aliquid faciendum.*
14 *Verborum cortici non est mordicè inhærendum, sed potius animo.*
15 *Verba, quando non sunt adiecta voluntati deliberatè, non inferunt præceptum, sed solam facultatem.*
17 *Bero. in cons. 180. nu. 40. lib. 2. declaratur.*
18 *Text. in l. 2. §. ad filiorum, C. quando, & quibus 4. pars intellectus, n. 23. & 24.*
19 *Conditio, si nupserit, an deficiat ex culpa, si intra triennium à completa pubertate, nuptiæ non sequantur.*
20 *Bart. in d. l. 2. §. ad filiorum reprehenditur.*
21 *Conditio, si nupserit, potest quandocumque impleri, dummodo possit nubere.*
22 *Et ista opinio benignior, & æquior con. Bart. est.*
25 *Dispositio specialis, & in bono publico fundata, trahenda non est ad constituendam generalem conclusionem.*
26 *Conditio, si nupserit, infinitum tempus habet.*
27 *In donatione conditio apposita quando est, nisi resolutiua in actu successiuo, acquisitionem non suspendit, nec adimit, nisi in euentum contrarij, vel si impossibile reddatur eius implementum.*
18 *Quæ conditio sufficit quandocumque posse impleri, etiam in vltimo momento.*
19 *Conditio, si matrimonium non contraxerit, impleta dici non potest, nisi quis reducatur ad statum quo vxorem ducere non possit.*

DECISIO CCLI.

QVAMVIS sub die 26. Maij præteriti * non conuenirent inter se Domini, causam matrimonij, de qua in præsenti donatione, fuisse solummodo impulsiuam, vt in decisione sub die 26. emanata; Attamen postea semel, & iterum discusso articulo, conclusum fuit causam prædictam matrimonij fuisse dumtaxat impulsiuam, seu occasionalem, non autem finalem, adeo vt etiam si M. Antonius matrimonium non contraheret, nihilominus donatio non corrueret, nec esset locus repetitioni conditione ob causam, & sic standum esse in primo loco decisis sub die 26. Iunij 1626.

Et moti sunt, quia vera est conclusio firmata in prima
1 decisione, quod in dubio causa matrimonij † expressa in
donatione, non præsumitur finalis, sed tantum impulsiua *gl. in l. 2. §. fin. in verb. conditione prope fin. ff. de do-*

nat. & in terminis matrimonij tradit Oldrad. *cons. 5* quem sequuti sunt communiter Doctores congesti in prima decisione, & addi possunt Morot. *cons. 43. nu. 8. & 9.* Decian. *cons. 31. nu. 68. lib. 1.* Franc. Molin. *de rit. nupt. lib. 3. qu. 12. nu. 8.* Molfes. *in addit. ad cons. 9. num. 8. & seqq.* Nisi tamen ex verbis, vel ex alijs probabiliter deprehenderetur, quod donans principaliter, & primariò donauerit ob illud matrimonium, & quod aliter non erat dona-
turus, tota enim hæc quæstio facti magis, † nempe vo- 2
luntatis ipsius donantis quàm iuris est, vt monuit *I. C. in l. 2. §. fin. & ibi glos. in verb. facti, ff. de donat. & notant. ibid. Doct.*

In præsenti verò casu nedum huiusmodi signa, & coniecturæ desunt, ex quibus appareat Cosmum donasse principaliter ob matrimonium M. Antonij, & conseruationem familiæ inde à fratribus speratam, vt imò plura sint quæ suadeant Cosmum fuisse donaturum absque
illo matrimonio, nulla enim exprimitur † persona, nec 3
familia, cum qua matrimonium esset contrahendum, quod in specie animaduertunt Morot. *d. cons. 43. num. 9. &* Molin. *d. quæst. 12. num. 22.* Molfes. *loco etiam præallegat.* nullum præfixum fuit tempus, intra quod M. Antonius vxorem ducere debuisset, ipse Cosmus spontè, & ex sua liberalitate profitetur se donare, & ob amorem, & benemerentiam, & quia sic sibi placeret, hæcque donatio aliquam etiam vtilitatem erat allatura eidem Cosmo, cum inde liberius armis posset incumbere, & ei singulis mensibus scuta 22. persoluenda essent à M. Anto-
nio, vnde hæc † quæ disertis verbis exprimuntur in do- 4
natione, pro causis finalibus sunt accipienda, cum magis verisimilia sint & consentanea donantis, & donatarij personis, & eorum vtilitati, non autem conseruatio agnationis, quæ ex matrimonio contrahendo per ipsum M. Antonium sperari poterat, & illa verba circa matrimonium videntur apposita ad colorandam donationem.

In quam sententiam eo propensior fuit Rota, nedum quia Cosmus in specie renunciauit dispositioni *l. si vnquam C. de reuocat. donat.* adeò vt per futuram liberorum susceptionem nollet reuocari donationem, signum satis patens, quod Cosmus conseruationi familiæ non prospicie-
bat, nec anxiè prouidebat, aliàs enim † fraternam pro- 5
priæ anteposuisset sobolem, quod est omninò absonum, & contra insitam à natura parentibus charitatem *ad l. cum acutissimi, C. de fideicomm.* sed etiam quoniam donatio facta fuit *pro M. Antonio, & eius hæredibus, & successoribus quibuscumque* in qua stipulatio-
ne † veniebant hæredes quicumque etiam extranei *c.* 6
1. de feud. non haben. natur. feud. Rolan. *cons. 42. num. 10. lib. 1.* Menoch. *cons. 378. num. 16.* & in his terminis Suarez, *in l. quoniam in prioribus in declaratione legis Regni q. 5. num. 10. C. de inoffic. testam.* Monter. *decis. Aragon. 10. num. 34. vers. & idem*, vbi quod hæc clausula, *pro hæredibus quibuscumque* repugnat, quod donatio facta sit ob causam matrimonij, Modern. Bonon. *var. resol. lib. 2. cap. 20. num. 7* & ideò poterat M. Antonius susceptis liberis, & his exclusis bona omnia donata (dummodo ex reliquis legitima superesset filijs) transferre in penitus extraneos: quam sanè bonorum translationem in extraneos, ac liberorum exclusionem non permisisset Cosmus, si in donatione conseruationem familiæ principaliter præ oculis habuisset.

Vnus etiam ex Dominis obseruabat, verba illa in proemio donationis expressa, ibi: *sit animi & intentionis ducendi vxorem*, referri ad ipsum M. Antonium donatarium, non autem ad Cosmum, cuius tamen solum-
modo intentio † ad hunc effectum, an causa sit finalis vel 7
impulsiua, spectanda est iuxta notata per Doct. *in d. l. 2. § fin ff. de donat.* & quod illa verba, *sit animi, & intentionis*, non significarent voluntatem decretam, & deliberatam, sed potius quandam velleitatem, seu
mentis discursum, ex quo propterea † causa finalis 8
desumi non potest *ad text. in l. 2. §. fin. ff. de donat.* vbi si quis proposuerit stychum emere, & ideò ei pecunia donata fuerit, tamen cogitata illa emptio stychi causa
finalis non reputatur, & quoties ad aliquid animus † 9
determinatè non fertur, tunc non potest in eo considerari causa finalis, sed potius impulsiua. Ias. *in l. si pecuniam, nu. 19. ff. de condict. caus. dat.* magnumque discrimen est
inter animum simpliciter, † & animum deliberatum, Surd. 10
cons. 33. n. 4. & cons. 40. n. 29.

Quibus accedit, quod cum Cosmus donator per qua-
draginta ferè annos à tempore factæ donationis, nun-
quam reclamauerit, & M. Antonium in cælibatu mane-
11 te permiserit, ex hac obseruantia † satis videtur declarari,
finem primarium donatoris non fuisse matrimonium *arg.*
l. sed & si §. proinde, ff. ad Macedon. Castr. qui loquitur
in terminis donationis *cons. 347. nu. 4. lib. 1.* Menoch. *cons.*
201. num. 167.

Verum esto etiam matrimonium fuisse causam fina-
lem, attamen negari non potest, quin tot aliæ causæ re-
censitæ, & ipsæ finales fuerint, nempè correspectiua obli-
gatio soluendi singulis mensibus scuta 22. beneuolentia,
& fraternus amor, & quia sic placuit donanti, vnde in-
12 trat conclusio, quod vbi ex pluribus † causis etiam finali-
bus aliqui deriuauit, & inductum est, non propterea
illud cessat, licet aliqua ex dictis causis remoueatur, *§.*
affinitatis instit. de nupt. Cephal. *consil. 81. numer. 13.*
Bart. *decis. Bonon. 25. num. 86. & seqq.* Surd. *cons. 361.*
num. 14. vers. & quia, & cons. 531. num. 7. & Modern.
Bonon. *var. resol. lib. 2. cap. 20. num. 8.* Præsertim quia
signanter dicitur in donatione nedum ex prædictis causis,
sed & *ob amorem, ac beneuolentiam, qua M. Antonium*
prosequitur, & quia sic sibi placuit ob meram liberalita-
tem, & quia viceuersa M. Antonius promisit scuta 22.
quolibet mense, & ex ijs, & alijs causis animum suum
13 *mouentibus*, ex qua † postrema clausula colligitur non
vna dumtaxat causa inductum fuisse ad donandum,
vt in specie istius clausulæ obseruat, Surd. *d. cons. 361.*
num. 14. & cons. 531. num. 7. Modern. Bonon. *d. cap. 20. nu.*
8. lib. 2.

Ex quibus sequitur non obstare verba illa *ad finem,*
& effectum, vt prædictus M. Antonius possit optimam
conditionem, & vxorem inuenire, quoniam vltra quod
pernecesse semper huiusmodi verba non inferunt causam
finalem, vt per Barz. *d. consil. 25. num. 89. vers. secun-*
14 *do dicitur*, & cortici verborum † non est mordicus inhæ-
rendum, sed potius animo, qui ex tota serie scripturæ
deprehenditur, vt per Crauett. *cons. 59. numer. 1.* præ-
sertim v.i verba non sunt adiecta voluntati delibera-
15 tæ, vt supradictum fuit, nec præceptum † præcisum
inferunt, sed solam facultatem, quemadmodum appa-
ret ex illis verbis, *vt possit M. Antonius &c.* & dato
etiam quod inferant causam finalem, non sequitur quin,
16 & aliæ causæ fuerint quoque ipsæ finales, adeò vt illa †
prima sublata, non tamen alijs vigentibus resolui debeat
donatio ex Surd. *in locis præalleg.*

Bero *verò cons. 180. lib. 2. num. 40.* & quotquot allegan-
17 tur pro Cosmo, loquuntur, † vbi vna causa pro finali,
& pro præcipua fuit expressa, vndè non mirum si
ea cessante cesset etiam, & resoluatur donatio, seu
quacumque dispositio, quæ ab illa vnica causa deri-
uauit.

Alterum etiam motiuum ex abundanti placuit Domi-
nis amplecti, quod in vtraque decisione iam firmatum
fuit scilicet, quod cum M. Antonius licet sexagenarius,
& vltra possit adimplendo causam donationis, ducere
vxorem, nec de prole adhuc desperandum sit, nimis pro-
perè agere videatur ad resolutionem donationis ipse Cos-
mus, non expectata vel morte M. Antonij, vel illius inha-
bilitate ad prolem suscipiendam.

18 Nec obstare visus † est *text. in l. 2. §. ad filiorum C.*
quand. & quib. quarta pars, ex quo Bart. ibi desumit,
conditionem si nupserit, dici defecisse ex culpa, si in-
19 tra triennium † à completa pubertate nuptiæ non se-
quantur, cum illud tempus implemento huius conditio-
nis à iure præstitum fuerit, *& sequuntur, ibi* Bald. Io.
de Plat. & alij Castr. *in l. hæc conditio, & ibi* Soccin. *ff.*
de cond. & demonstr. Laderch. *cons. 28. num. 10. & alij*
relati per Modern. Roman. *discept. forens. capit. 137.*
num. 9. & c. 214. num. 1. cum seqq. Quoniam imò contra
20 Bartolum † est *textus in l. conditionem, ff. de condit. &*
demonstr. vbi conditio si filio meo nupserit, infinitum
tempus habet (non autem triennium, vt putat Bart.)
& quandocumque nupserit impletur conditio, atque
etiam *alius tex'us in l. hæc conditio, ff. eod. titul.* vbi per
conditionem, si nupserit, testator *impleri quidem con-*
ditionem voluit, non etiam satis exigi, quando, & sic
implementum huius conditionis nullo temporis spa-
tio coarctatur, dummodo possit nubere & confert
etiam *textus in l. si quis, C. de institut. & substitut.* vbi
21 † conditio si nupserit potest quandocumque impleri;
hinc Ruin. *in d. l. hæc conditio, numer. 2. ff. de condit.*
& demonstr. Fernand. Vasq. *illustr. controuers. lib. 3. cap.*
94. num. 6. vers. certam partem Crass. *in § legatum quæst.*
46. num. 18. vers. sed in contrarium, & melius Card. Man-
tic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. titul. 18 numer. 26 27.*
28. & nuper Fontan. *de pact. nuptial. claus. 8 glos. 3. par.*
4. num. 13. & seqq. dubitant de veritate conclusionis tra-
ditæ per Bart *in d. §. filiorum*, & contra Bartolum dicunt
opinionem esse benigniorem, † & æquiorem, & iureme- 22
rito quia illa conclusio generalis non appositè deducta vi-
detur ex dicto § *filiorum*, quia ibi & specialis casus, &
particularis ratio fauore curiæ, cui indultum est, vt
quarta pars decedentium ex testamento, vel ab intesta-
to deferatur, nisi tamen extent filij, vel nepotes, qui-
bus integrum patrimonium conseruatum fuit, & ex hu-
manitate ad fœminas extensum est hoc filiorum priuile-
gium, † dummodo tamen curialibus nuptæ sint, vel 23
post pubertatem intra triennium ijsdem curialibus nu-
bant, vt considerauit etiam Gabr. *cons. 131. num. 16. lib.*
1. & ibi Imperator voluit temperare humanitatem quam
erga filias fœminas adhibuerat, & dum curiæ detraxit
lucrum quartæ partis hæredibus fœminis existentibus,
eiusdem curiæ propagationi consuluit, declarans eate-
nus filiabus integrum deberi patrimonium, quatenus cu-
rialibus nubant, sed † ne perpetuo in suspenso remaneret 24
ius illud curiæ circa huiusmodi quartam partem, quæ &
fauorem publicum respiciebat (nam hæc quarta pars ero-
gabatur pro reparandis, vel de nouo construendis ædifi-
cijs ciuitatum, vt obseruat P. Greg. Tholos. *sintagm. iu-*
ris lib. 18. cap. 14. num 8) propterea tempus nubendi re-
strinxit Imperator ad triennium. Vnde † dispositio illa 25
specialis, & in bono publico fundata trahenda non est ad
constituendam generalem conclusionem, & coarctatio-
nem implementi conditionum, quæ secundum Martia-
num *in d. l. conditionum*, infinitum tempus † habent, & 26
eo magis, quia in dicto § *ad filiorum* agebatur potius de
quadam conditione, quæ suspendebat acquisitionem cu-
riæ, ibi, quarta pars suspensa, & ideo nil mirum si certum
tempus fuit præfixum ne perpetuo hoc ius curiæ staret in
pendenti, quæ ratio hic non militat, quia statim post do-
nationem † plenè ius quæsitum fuit M. Antonio donata- 27
rio, siquæ aliqua conditio considerari potest, quæ tamen
verè non extat, vt in primo motiuo fuit ostensum, illa
non esset nisi resolutiua in actu successiuo, quæ acquisi-
tionem † non suspendit, nec adimit, nisi in euentum 28
contrarij, vel si impossibile reddatur illius implementum,
vt in *d. l. conditionum, ff. de condit. & demonstr. l. 2. vbi*
gl. ff. de adiect. in diem Menoch. *cons. 388 num. 15. & 16.*
hæcque non dicitur defectum vbicumque potest impleri,
l. quicquid astringendæ §. fin. ff. de verb. obligat. Cardin.
Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 14 tit. 45. num. 11. & 12.*
sufficitque † quandocumque posse impleri, etiam vlti- 29
mo momento, *l. ita stipulatus §. sed etsi vers. sed eam cer-*
tum, ff. eodem l. pecuniam, in fi. ff. si cert. petat. Neque
talis conditio resolutiua posset aliter concipi, quàm ver-
bis negatiuis, nimirum si matrimonium M. Antonius
non contraxerit, donatio irrita sit, † quæ impleta dici non 30
potest, nisi ipse M Antonius redigatur ad statum, quo
vxorem ducere non possit, vt egregiè per Bald. *in l. mutia-*
næ circa fin. vers. quod conditio, ff. de condit. & demonstr.
& in his terminis Castr. *in l. 2. num. 1. vers. item ia 3. C. de*
instit. & substit. Franch. *decis. 169. nu. 14* Peregr. *de fideic.*
art. 29. nu 9.

Et ita vtraque parte informante Domini dixerunt stan-
dum esse in primo loco decisis, & sic donationem non esse
resolutam, &c.

* Est decisio 201 supra in hac parte.

R. P. D. VEROSPIO.

Gerunden. Administrationis.

Die Veneris 16. Februarij 1629.

ARGVMENTVM.

Administratio bonorum Ecclesiæ Regularis ad quem spectet, & quid si d. Ecclesia sæcularizetur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Administratio bonorum Ecclesiæ Regularis spectat ad Abbatem, & Canonicos.*
2 *Ecclesia Regularis, quando solum est sæcularizata, præter illam qualitatem Regularitatis, nihil aliud censetur immutatum.*
3 *Administratio bonorum Ecclesiæ sæcularis pertinet ad Archipresbyterum, & Capitulum.*
4 *Subrogati fruuntur omnibus iuribus, quæ spectabat ad eum, in cuius locum sunt subrogati.*
5 *Capitulum in Collegio sæculari de iure communi habet intentionem fundatam in administratione bonorum, & redditunm Ecclesiæ.*
7 *Archipresbyter contrahendo nomine dignitatis, tanquam caput Capituli, & nomine Ecclesiæ censetur contrahere, & n. 8.*
9 *Actus gesti per Archipresbyterum tollere non possunt ius Capituli tanquam facti à capite, per quod aliorum, & totius Capituli iura conseruantur, amplia n. 10.*
11 *Præscriptio currere non potest sine scientia, & patientia eius, contra quem præscribitur.*
12 *Præscriptio, quando impediatur.*
13 *Præscriptio, vt dicatur habuisse locum debet doceri de legitimo cursu temporis.*

DECISIO CCLII.

POSTQVAM dignitates Ecclesiæ Cathedralis
Celsoñ cesserunt Archipresbytero Ecclesiæ Colle-
giatæ Villæ Bertrandi possessionem nonnullorum bono-
rum, quorum fructus ex redditibus eiusdem Ecclesiæ,
suppressa in ea Abbatia regulari, fuerant sibi pro dote per
fel. rec. Clem. VIII. assignati. Cum eiusdem Summi Pon-
tificis litteris declaratum fuerit per eam dotis constitutio-
nem pro dignitatibus Cathedralis præiudicium, quod iu-
risdictionis exercitium, Archipresbyteri iuribus non fuis-
se illatum, idem Archipresbyter, qui pro se, & succes-
soribus stipulatus, eorum bonorum possessionem proprio
nomine adeptus fuit, ad se etiam, & sine Capitulo eorum-
dem bonorum administrationem putabat pertinere.

Vnde causa mihi in Rota ex parte Capituli commissa,
& proposito super hoc dubio, Domini etiam ad Capitu-
lum cum Archipresbytero dixerunt spectare & iurisdi-
ctionis exercitium, & eorundem bonorum curam. Cum
enim eadem Eccl. S. Mariæ Villæ Bertrandi primum Re-
gularis fuerit: deinde auctoritate Apostolica erecta in
Collegiatam, constitutis in ea loco Abbatis, & Canoni-
corum Regularium Archipresbytero, & totidem Cano-
nicis sæcularibus: sicuti dum erat in statu regularitatis, re-
gebatur & administrabatur per Abbatem & Cannnicos,
tàm de facto ex forma erectionis (vt videre est in illius in-
strumento, & in pluribus donationibus factis Abbati, &
1 Cannoicis) † quàm etiam de iure, ex quo apud omnes
simul debet esse administratio, *c. nouit. c. quanto c. ea nos-
citur, vbi* Abb. *nu. 4. de his, quæ fiunt à Prælat. sin. cons. c.
Lapus alleg.* 31. Ioan. Selua *de benef. par. 2. q. 22. n. 45.* Ro-
det. *q. reg. to. 2. q. 62. art. 7. & 8. qu. 78. art. 12. & 13.* Ita
2 etiam post sæcularizationem, † quod præter illam quali-
tatem Regularitatis nihil aliud immutauit, Abb. *in c. 2.
nu. 9.* Innoc. *n. 4. in verb. Monialium de cappel. Monac.* Ri-
pa *respons. 31. aliàs 3. de elect.* Rota *decis. 174. num 7. part.
1. recent. & decis. 452. num. 4. coram Reuerendissimo D. meo*
3 *Decano*, debuit esse † administratio penes Archipresbyte-
rum, & Capitulum, *c. Romana, §. debet de appell. lib. 6.*
Rot. *decis. 323. nu. 7 par. 2. recent. in Vicen. Camerariæ 19.
Januar. 1622. coram bo. me. Buratto, & in alia Vicen. Prio-
ratus 2. Maij 1622. coram bo. me. Manzanedo.* Cum omnia
iura, quæ ante sæcularizationem spectabat ad † Abba-
4 tem, & Canonicos, censeantur translata ad Archipres-
byterum, & Capitulum, postquam eorum loco fuerunt
subrogati, *c. Ecclesia 3. vt lit. pend.* Rip. *d. resp. 3. de elect.
num. 22.* Berou. *cons. 43. nu. 49. lib. 2.* Tiraq. *in tract. mort.
inuest. viuum, par. 2. declarat. 9. n. 18.*

Imò etiam in terminis Collegij sæcularis Capitulum
5 fundatam † de iure haberet intentionem in administratio-
ne bonorum, & reddituum Ecclesiæ, *gl. in c. pen. in ver.
assisos de cleric. non residen. c. relatum 12. & ibi* Abb. *n. 5. de
test.* Fel. *in c edoceri n. 3. & 9. de rescrip.* Cæs. de Graff *dec.
4. de his, quæ fiunt de Prælat. sine consil. cap.* Rota *decis. 16.*

& dec. 183. nu. 1 par. 1. recent.

Nec visum fuit obstare, quòd & in declaratione Cle-
mentis VIII. dictum fuerit, iurisdictionem bonorum per
assignationem fructuum factam dignitatibus, non fuisse
ab Archipresbytero abdicatam, & in concordia inter Ar-
chipresbyterum, & Dignitates nulla etiam facta fuerit
mentio Capituli: quin & darentur complures actus facti
solum ab Archipresbytero sine Capitulo.

Quia licet in suis litteris Clemens declarauerit iurisdi-
ctionem cum fructibus non transijsse ad dignitates, & re-
sedisse semper penes Archipresbyterum, non ideò tamen
ex hoc videtur † exclusum Capitulum in eo iure, quod 6
habebat, cum Archipresbytero commune, *c. 1. in fi. vbi
glos. in canon. Episcopus sine consilio in verb. Cleri. orum 24.
distinct.* Rota *in Cremonen. Canonicor. 26. Aprilis 1624. co-
ram Reuerendiss. Decano, & in Ferrarien. Canonicatus 26.
Aprilis eiusdem anni 1624. coram R. P. D. meo Pirouano.* Si-
cut etiam concordia facta cum dignitatibus Ecclesiæ Cel-
soneo. per Archipresbyterum, neque iuribus Capituli
præiudicauit, cum Archipresbyter † contrahendo sub no- 7
mine dignitatis tanquam caput Capituli, & nomine Ec-
clesiæ censeatur transegisse *glos. in d. cap. 1. de hæret. lib. 1.*
Bart. *in l. si pupilli, §. item si procuratori, n. 4. in fin. de ne-
got. gest. & in l. post mortem, §. tutor a. 2. & 3. ff. quando ex
fact. tutor. vel curat.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 10. glos. vni-
ca n. 5.* Rot. *decis. 700. num. 8. & 11. par. 2. recent.* & stante
declaratione, vt iurisdictio † nunquam transiuerit ad di- 8
gnitates ex eadem concordia dici non potest, vt quicquam
de nouo quæsiuerit, sed vt eandem iurisdictionem, quæ
semper fuit penes Capitulum, & Ecclesiam retinuerit,
gl. in l. cum hi. §. si vni in verb. transact. arbitrari. Bart. *in l.
nulli ff. de transact.* Ruin. *cons. 129. n. 4. lib. 5.* Rebuff. *de reb.
eccles. non alien. n. 2.* Rot. *in Bononien. transact. 14. Iun. 1628.
cor. R. P. D. meo Ghislerio.*

Actus autem, qui per Archipresbyterum facti diceban-
tur, præterquam quod & ipsius Capituli tollere non po-
tuerunt tanquam facti † à capite, per quod aliorum, & 9
totius Capituli iura conseruantur Feder. de Sen. *cons. 102.
nu. 2. & 3.* Abb. *cons. 54. num. 3. lib. 1* Put. *decis. vlt. de iur.
patr.* Rota *decis. 640. nu. 4. par. 2. recent.* Maximè vbi non
apparet † de animo Archipresbyteri contrario, & Cano- 10
nicorum iuribus derogandi, Calder. *cons. 26. in fin. de præ-
ben.* Rota *decis. 739. n. 8. par. 1. din. & in Cusentina benefi-
cij 22. Iun. 1620. cor. bo. me. Buratto.* Neque etiam potue-
runt aliquam Archipresbytero præscriptionem acquirere:
& quia non docetur de scientia, † & patientia Capituli, si- 11
ne qua præscriptio currere non potuit, *l. 2. C. de seruit. &
aqu. c. 1. & ibi* DD. *de caus. possess. & propriet.* Rota *decis.
184. nu. 1. par. 1. diuers. & decis. 717. nu. 3. par. 2. recent.* &
quia ex actibus contrarijs, † & reclamationibus Capituli, 12
qui dabantur, apparebat illam fuisse impeditam, *cap. il-
lud de præscript. ca. si de beneficio, de præbend. lib. 6.* Lap.
allegat 44. Calder. *cons. 3. in fin. de consuetud.* Rota *in Bur-
gi S. Sepulchri iurisdictionis 3. Mart. 1626. coram bo. me. Bu-
ratto*, & demum quia non docetur de legitimo † cursu 13
temporis ad inducendam præscriptionem *iuxt. c. 3. de con-
suet. lib. 6.*

Et ita decisum Capitulo informante, &c.

Infra in eadem causa habetur alia decisio sub die 3. Maij
1630. coram eodem R. P. D. Verospio est decisio 373.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Nouarien. Decimarum.

Die Lunæ 19. Februarij 1629.

ARGVMENTVM.

Instrumenti data transiens tempus centum annorum, non eget recognitione, & quid sufficiat. Instrumenta extracta à proprijs Notarijs, valent absque alia solemnitate.

S V M M A R I V M.

1 *Requisita publici instrumenti, quæ sint, remissiuè.*
2 *In instrumento habens datam vltra centum annos, non est necessaria alia recognitio, sed sufficit ocularis inspectio ad ostendendam antiquitatem.*
3 *Instrumenta extracta à proprijs notarijs, à quibus absque alia solemnitate, tàm ante, quàm post litem contestatam possunt leuari.*
4 *Notarius successor in officio idem potest, ac si ipse esset notarius rogatus in instrumentis.*
5 *Notario asserenti se esse successorem in officio, creditur ampliat. n. 6.*

DECISIO CCLIII.

VISO de forma probanti Instrumento anni 1478. de Pauli II. & Iulij II. successiuè de alijs Instrumentis productis dubitaui, & quoad tria instrumenta, Domini responderunt habere eandem formam probantem.

Nam instrumenta de anno 1475. & 1515. habent omnia
1 † requisita publici Instrumenti, de quibus per *gl. in l generaliter. C. de tabell. lib.* 11. habent datam supra centum
2 annos, † pro qua non est necessaria alia recognitio, sed sufficit ocularis inspectio ad excludendam contrariam antiquitatis suspicionem, Put. *decis.* 146. *in correct. lib.* 1. *&* *dec.* 12. *de fid. instr.* Afflict. *dec.* 245 *num.* 3. Rot *dec.* 3. *n.* 2. *coram Pap. Greg. XV. & in Ferrar. bonorum* 3. *Iulij* 1602. *co. Illustr. D. Card. Millino, & in Farfen. territorij* 20. *Martij*
3 1607. *co. bo me. Penia*, sunt etiam extracta † à proprijs notarijs, à quibus absque alia solemnitate tàm ante, quàm post litem contestatam potuerunt leuari, Couar. *pract. q. c.* 19. *n.* 3. Rot *dec.* 145. *&* 679. *par.* 2. *rec.* & fuit firmatum in antecedenti decisione huius causæ ex Felin. *in c. cum P. Tabelio nu.* 3. *de fid. instrum.* & alijs in eadem allegatis, & quę opponebantur carere signo, & subscriptione notarij ex oculari inspectione obiectum fuit sublatum.

Instrumentum verò anni 1532. similiter visum fuit esse in forma probanti, quia leuatum est à Not. Orat. Pellicia-
4 rio ad imbreuiaturas Notarij rogati edendas † deputato, qui tanquam successor idem potest ac si esset Notarius rogatus, *l. quędam, §. nihil interest, ff. de eden.* Seraph. *dec.* 1481. *&* 1493. nec refert, quod de facultatibus edendi Instrumenta enunciatis in subscriptione non doceatur,
5 quia de stilo huius Tribunalis † creditur Notario asserenti se successorem esse, Verall. *dec.* 245. *&* 266. *par.* 2. Rot.
6 *dec.* 381. *nu.* 3. *&* 649. *nu.* 3. *par.* 2. *recent.* maximè quia † concurrunt litteræ legalitatis, & attestatio non emanasset, nisi scripturæ potuissent edi, & leuari, vt dictum fuit *in Mediolanen. decimarum S. Donati* 23. *Ianuar.* 1612. *coram me.*

Et ita fuit resolutum.

* Idest sub diebus 17. Decemb. 1627. & 19. Ianuar. 1629. coram eodem bo. me. Pirouano, sunt supra decis. 122. & 230. & infra adsunt aliæ idest sub diebus 5. Decemb. 1629. & 11. Martij 1630. coram eodem, sunt decisiones 327. & 357. & in seq. habentur aliæ, videlicet sub diebus 10. Iun. 1630. & 26. Februar. 1631. coram eodem, & 29. Aprilis 1633. & 1. Decemb. 1634. *coram R. P. D. Verospio, sunt decisiones* 334. 31. 357. & 311.

REVERENDISSIMO P. D. VRGELLEN

Romana spolijs de Cruciarijs.

Die Lunæ 19. Februarii 1629.

A R G V M E N T V M.

Adiudicatio, quando non dicatur excessiua, Compensatio ad hoc, vt operetur, quid sit necessarium.

S V M M A R I V M.

1 *Bona mobilia, & modici valoris præsumuntur vsu consumpta.*
2 *Creditum, quando est certum, & clarum, non debet retardari per alium incertum, & turbidum, & num.* 10.
3 *Mulier, quando repetit dotem ab hæredibus viri, non potest ei obijci creditum incertum, & turbidum.*
4 *Compensatio non operatur, nisi fuerit opposita, & numer.* 5.
6 *Canonis simplex solutio non concludit pernecesse fructuum perceptionem.*
7 *Liber priuatus non probat contra tertium.*
8 *Actus præsumitur deriuare à causa iusta, & licita, & non è contra.*
9 *Compensatio præsumitur, quod fuisset opposita ad euitandam solutionem, si debitor ex alio capite fuisset creditor.*

DECISIO CCLIV.

IN decisione in hac causa, facta 24. Ianuarij anni præteriti coram me * tria fuerunt resoluta: primum, constare de fideicommisso q. Bartholomæi de Cruciarijs: secundum, fuisse purificatum ad fauorem Angeli: & tertium, illud non intrare super domo, & censu adiudicatisq. Faustinæ vxori Bartholomæi fideicommittentis pro sua dote, & quarto dotali, prout iam antea dicta adiudicatio fuerat declarata valida per Rotam in decisione del super ista die 12. Iunij 1617. cor. bo. me. Patriarcha Manzanedo, & in sententia Rotali inde secuta; sed Angelo non acquiescente resolutioni quoad dictum tertium caput super eo sæpius fuit in Rota disceptatum, & tandem hodie Domini persisterunt in decisis, & dixerunt, adiudicationem obstare immissioni quo ad domum, & census prædictos ex fundamentis prædictarum decisionum.

Nec obstant duo nouiter deducta contra d. adiudicationem, videlicet, primum, quòd Faustinæ vti vsufructuariæ, dum vitam vidualem seruaret, fuerunt consignata bona mobilia, de quibus in inuentario: qui vsusfructus cessauit per transitum eiusdem Faustinæ ad secundas nuptias de anno 1571. & tamen dicta mobilia numquam restituit. Alterum, quia illa percepit fructus Casalis hæreditarij siti in territorio Tiburtino per duos annos post transitum ad secundas nuptias, scilicet à d. anno 1571. vsque ad annum 1573. ex quibus Angelus prætendit, Faustinam de tempore adiudicationis fuisse totaliter, seu saltem in parte de suo credito satisfactam, & per consequens adiudicationem postea secutam fuisse notoriè excessiuam.

Nam quoad primum de mobilibus, vltrà quòd illa de
† tempore consignationis erant modici valoris, & spatio 1
vndecim annorum, quo durauit vsusfructus, pręsumuntur vsu consumpta, Pereg. *post alios de fideic. art.* 10. *num.* 40. *&* Rota *apud* Greg. XV. *decis.* 185. *nu.* 3. fuit benè responsum, quod cum valor dd. mobilium de tempore adiudicationis non esset certus & liquidus, non poterat dictam
adiudicationem impedire, † quæ fuit facta pro credito 2
Faustinę certo, & liquido, ex regula *l. final. vbi* DD. *de compens.* Rot. *decis.* 551. *num.* 5. apud Greg. XV. *& decis.*
679. *nu.* 5. *par.* 1. *recent.* & in terminis, quando mulier † 3
dotem repetit ab hæredibus viri, Seraph. *decis.* 1455. *num.* 4. Imò quatenus etiam dictus valor fuisset liquidus, adhuc adiudicatio non posset dici excessiua, ex quo pro par-
te hæredum non fuit † oppositum de compensatione, quę 4
propterea facta non fuit, dum non agebatur de impediendo cursum vsurarum, *l.* 2. *ff. de compensat. §. in bona fide*, vbi *glos. &* DD. *instit. de act.* Bart. *in l. verum, ff. de compensat.* Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, nu.* 15. *C. de reuoc. don.* Surd. *cons.* 246. *nu.* 27. *&* Rota *in Romana de Iustinis* 4.
Nouemb. 1573. *coram Robustero*: quo fit, vt Faustina † 5
nihilominus potuerit pro toto credito adiudicationem petere Surd. *decis.* 117. *n.* 5. *&* Rota *in d. Romana de Iustinis.*

Quo ad secundum de fructibus Casalis, responsum fuit, non probari, Faustinam illos percepisse post secundum matrimonium, nec quicquam releuat liber priuatus Monachorum S. Antonij, in quo legitur, quòd Faustina de anno 1571. & 1572. soluit illis certam pecuniarum summam pro canone, seu responsione dicti Casalis: tum
quia simplex † solutio canonis non concludit pernecesse 6
fructuum perceptionem, tum etiam, quia dictus liber
contra tertium, & sic Faustinam, aut † Archiconfrater- 7
nitatem Sanctiss. Trinitatis non probat, Felin. *in c. ad audientiam, n.* 16. *in* 10. *concl. de præscript.* Alex. *cons* 187. *nu.* 2.

nu. 2. *lib.* 7. Cephal. *conf.* 200. *nu.* 10. *lib.* 2. Seraph. *dec.* 889. *n.* 2. *& decis.* 1073. *n.* 2. & in omnem casum, quatenus aliqua fructuum perceptio probaretur, aduertendum est in facto, quod Faustinæ, dum fuit vidua, vti vsufructuariæ omnium bonorum competebat etiam vsusfructus d. Casalis, vt fuit resolutum coram Seraphin. decis. 222. & 240. quia tamen per hæredes Bartholom. fuit impedita sibi per tres annos, Rot. cōcessit ei mandatū pro cōsecutione vsusfructus trium annorum iam præteritorum: vnde si aliquid percepit post transitum ad secundas nuptias, dicendum probabiliter est, percepisse in satisfactionem sui crediti in
8 dicto mandato contenti, † ex causa vsusfructus antea decursi, pro quo erat legitima creditrix, non autem in causam vsusfructus decursi postquam secundò nupsit, quem prætendere nullo modo poterat *ad l. quoties la seconda, ff. de reb. dub.* Corn. *conf.* 257. *num.* 14. *lib.* 1. *&* Rot. apud Gregor. XV. *decis.* 476. *num.* 6. in quam sententiam Domini eo facilius inclinanant, quia verisimile visum fuit, quòd si hæ-
9 redes proprietarij intellexisset † esse creditores causa dictorum fructuum, de eorum credito opposuissent ad impedien. adiudicationem, *ad l. cum de indebito, ff. de probat.* & in simili considerauit Rota apud Greg. XV. *decis.* 439. *num.* 8. & cessat penitus difficultas, quia (vt supra dictum
10 est de mobilibus) non constat, dictos fructus de tempore † adiudicationis fuisse liquidos, nec quòd de compensatione fuerit oppositum, vnde creditum dotale Faustinæ semper remansit integrum ex Surd. *d. decis.* 117. *&* Rota *in d. Romana de Iustinis*, & per consequens &c.

* Est decisio 134. supra in hac parte. Et infra adest alia sub die 23. Ianuarij 1630. coram eodem, est decisio 338.

R. P. D. DVNOZETTO.

Liciesi Canonicatus.

Die Veneris 19. Februarij 1629.

ARGVMENTVM.

Beneficia Collectorum Decimarum, vt cadant sub regul. 4 Cancell. quid sufficiat. Et dicta regul. 4 declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta in precibus plenè probat.*
2 *Beneficia Collectorum decimarum cadunt sub reg. 4. Cancell.*
3 *Regul. 4. Cancell. declaratur, & num. 6. & 9.*
4 *Dictio, seu, alternat, & diuersificat secundum casum à primo.*
5 *Eminentissimus D. Cardin. Camerarius habet facultatem à Papa deputandi Collectores, & subcollectores decimarum.*
6 *Regul. 4. Cancell. vt habeat locum sufficit, quod aliqua temporis parte, quis fuerit vnicus etiam subcollector decimarum.*
7 *Collector decimarum licet exigat decimas alicuius Capituli, non dicitur illius collector sed Cameræ, si sit deputatus ab Eminentiss. Camerario, & exactionem nomine Cameræ faciat.*
8 *Decimæ impositæ à Papa pro subuentione Imperatoris, non dicuntur Papales in effectu, declara num. 10.*
9 *Regul. 4. Cancell. habet locum etiam in Collectorib. Decimarum, quæ imponuntur pro subsidio aduersus Infideles, vel ob publicam causam.*
11 *Iuramentum solitum præstari per collectores respicit exercitium officij tantum, non autem reseruationem.*

DECISIO CCLV.

BREVE de capienda possessione nomine Cameræ visum fuit DD. iustificatum, & consequenter esse exequendum, de obitu enim q. Hieronymi Valentis in possessione Canonicatus, & Præbendæ, de quibus agitur constat ex datis in summ. Bernardini prouisi Apostolici num. 6. in quo legitur, quod die 11. Maij 1620. Hieronymus vel Canonicus Ecclesiæ Liciesi interuenit in Capitulo pro electione Collectoris Decimarum Papalium, & melius probatur ex litteris prouisionis factæ per Ordinarium ad fauorem Teophili, cui collatus fuit ille Canonicatus vti tunc vacans per obitum dicti Hieronymi vltimi
illius possessoris in d. summ. Bernardini nu. 4. Quæ † con- 1
fessio facta in precibus contra Theophilum plenè probat, *l. cum precum, C. de lib. caus. cum vulg.*

Altera conditio apposita in eodem Breui nempè constito, quòd Hieronymus fuerit Collector, seu vnicus Subcollector fructuum, & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum in Ciuitate, & Diœcesi Liciesi iustificatus ex litteris patentibus D. Cardinalis Camerarij, qui Hieronymum deputauit Collectorem generalem decimarum Papalium ab eo exigendarum in prædicta Ciuitate, & Diœcesi Liciesi & propterea huiusmodi Canonicatus ca-
debat † sub regula 4. reseruante omnia beneficia Collecto- 2
rum Decimarum.

Non obstat, quod ad inducendam reseruationem neces-
saria sit vnicitas Collectoris; quia † regula requiritur vni- 3
cum Subcollectorem, non autem vnicum Collectorem, Bellincin. *de caritat. subsid. quæst.* 118. Simonett. *de reseruat. quæst.* 33. *num.* 1. Glosat. *antiq. super d. reg.* 4. *in fin.* quæ interpretatio elicitur etiam ex d. Breui, ibi (Collector,
seu vnicus Subcollector) illa enim dictio *seu* † alternat, 4
& diuersificat secundum casum à primo Hieronymus autem fuit deputatus Collector non autem Subcollector
ab Illustr. D. Cardin. Camerario, qui à Papa † faculta- 5
tem habebat deputandi Collectores, & Subcollectores, vt in *Bulla in §. præterea*, & ideò non est necessaria aliqua probatio vnicitatis in hoc casu.

Nec facit, quod Nuncius Neapolitanus deputauerit Subcollectorem in eadem Diœcesi Licien. & sic probetur plures fuisse Subcollectores; nam vltra quòd, vt dictum fuit. Hieronymus fuit deputatus Collector, non autem Subcollector, & propterea ipsi non obstaret pluralitas; responderus etiam quod deputatio Subcollectoris facta per Nuncium secuta fuit post octo menses à die deputationis factæ per Illust. D. Card. Camerarium de persona Hieronymi, qui propterea fuit vnicus pro illo medio tempore,
sufficit enim in hac materia, † quòd aliqua temporis par- 6
te quis fuerit vnicus etiam Subcollector, Rot. *dec.* 11. *de præbend. in antiq.* Simonet. *d. q.* 33 *nu.* 17. Mandos. *super d. reg. q.* 9 *n.* 4. Bellincin. *q.* 124. Garz. *de benef. par.* 5 *§.* 6. *n.* 363.

Considerabat etiam vnus ex Dominis, quæ cum Nuncius deputet Subcollectores in Regno Neapolitano pro spolijs Clericorum, Camerarius verò deputet Collectores in vniuersa Italia pro decimis exigendis, quilibet Subcollector vnicus in suo officio est censendus, cum nemo in alterius officio se ingerere possit.

Non obstat quòd Hieronymus deputatus fuit Collector periculo Capituli, & sic potius videatur exactor Capitu-
li, quàm Collector † Cameræ; quia deputatio expressè 7
facta fuit à Camerario, & exactio fit nomine Cameræ itaut in substantia Hieronymus fuerit Collector Cameræ, cui pecuniæ erant postea soluendæ Rota *decis.* 715. *num.* 7. *par.* 1. *recent.*

Non obstat, quod istæ Decimæ † sint impositæ pro sub- 8
uentione Imperatoris, & ideò non dicantur Papales in ef-
fectu: quia vltra quòd reg. 4. habet locum etiam in † Col- 9
lectoribus Decimarum, quæ imponuntur pro subsidio aduersus infideles, vel ob aliam causam publicam Simonet. *d. q.* 33. *n.* 3. Mandos. *d. reg.* 4. *q.* 6. responderur, quòd istæ Decimæ soluuntur Papæ, & Camerarius illas nomine
Cameræ † exigit, & ei applicantur, & in eius dominium 10
pecuniæ transeunt ad finem auxilij Imperatoris, cui non valens nec Papa cum redditibus Cameræ diminutis subuenire pro illis impinguendis dictas Decimas exigi mandat, vt ipse Papa Imperatorem in necessitatibus bellorum contra infideles possit subleuare.

Non obstat prætensos defectus Iuramenti Hieronymi Collectoris de fideliter administrando: quia omni casu re-
spicit exercitium, non autem impedit reseruationem † 11
postquam fuit deputatus, & officium suæ Collectoriæ acceptauit, Vetal. *decis.* 141. *num.* 5. *par.* 1.

Et ita vtraque &c.

Infra habetur alia decisio in eadem causa sub die 26. Martij 1629. cor. eodem R. P. D. Dunozetto, est decis. 261.

RE-

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Romana Mutui.

Die Lunæ 5. Martij 1629.

ARGVMENTM.

Confessio extraiudicialis de æquitate Canonica plenè probat. Testes in dubio præsumuntur contestes. Testes singulares, quando probent. Testium repetitio, quando præsumatur calumniosa.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas, quando sit indubitata.*
2 *Confessio extraiudicialis de æquitate Canonicn plenè probat contra confitentem, & eius hæredes.*
3 *Teste s in dubio præsumantur contestes, nisi probentur singulares.*
4 *Testes singulares iunctis adminiculis probant.*
5 *Iudex potest plenam fidem adbibere testibus singularibus concurrentibus adminiculis.*
6 *Testes exaninati sine interrogatorijs partis probant, quando pars fuit negligens in eis dandis.*
7 *Testium repetitio dicitur calumniosè petita, si post longam contumaciam, & testium publica:ionem, & in termino citationis ad sententiam fuit petita.*

DECISIO CCLVI.

FVIT resolutum Michaeie tantum informante, sen-
tentiam D. Vicarij, in qua condemnatur Georgius,
& Vrsuia hæredes q. Christuphori Piscatorij ad restituen-
dum dictu Michaeli hæredi q. Bartholi Anselmi scuta 383.
1 esse confirmandam, quia de illius validitate † dubitari non
potest cum concurrant omnia requisita per Caputaqoe
decis. 260. *part.* 2. sæpius à Rota canonizata: Iustitia verò
deducitur ex testibus in causa examinatis, qui benè pro-
bant debitum Christnphori, ex quo duo, nempè primus
super septimo atticulo, & octauus super nono deponunt,
quod Christophorus confessus fuit, se esse debitorem præ-
dicti Bartholi in dicta summa scutorum 383. ex causa mu-
tui, de quo inter eos fuit confecta quædam apoca priua-
2 ta, quæ confessio licèt extraiudicialis † de æquitate ca-
nonica plenè probat contra dict. Christophorum confiten-
tem, & eius hæredes, Felin. *in cap. si cautio num* 27. *de fi-
deic. instrument.* Gabriel. *de confess. concl.* 1. *num.* 46. Dec.
cons. 163. *num.* 2. Put. *decis.* 53. *num* 1. *lib* 2. Rot. *decis.* 4.
n. 1. *p.* 2. *diuers. dec.* 158. *n.* 11. *p.* 1. *rec.* & apud Greg. XV. *dec.*
408. *n* 2. vbi addit *n.* 5. præsertim cum fuerit facta Bartholo
præsente, & acceptante, latè Gabriel. *vbi supra concl.* 2.
per tot.

Neque obstat, quod dicti duo testes non sint contestes
de tempore, quia cum sint contestes de loco, ex quo am-
bo deponunt, de confessione facta in domo ipsius Christo-
phori, vbi Bartholus ægrotabat, identitas temporis vide-
batur Dominis posse deduci ex ioris præsumptione, iuxta
3 quam † testes præsumuntur contestes, nisi probentor sin-
guiares. Baid. *in l de quibus, num* 142. *ff. de leg.* Alexand.
in l. 2. *nu.* 10. *C. de bonor. possess. secund. tabul* Modern. Ro-
man. *de testib. quæst* 64. *num* 317. & Rota *decis.* 191. *nu.* 4.
par. 1. *diuers* & in omnem casum cessat difficultas ex tot
adminiculis vltra testes concurrentibus, quæ non leuia vi-
sa fuerunt, quorum primum est confessio dicti Bartholi
in mortis articulo geminate, quòd ipse erat creditor Chri-
stophori in d. summa ex causa mutui, prout in prædicta
apoca, de qua confessione deponit secundus testis super
6. sextus super 7 & nonus super 9 quam apocam conser-
uabat in quadam eius capsa existente in domo Christo-
phori, vt deponit primus super 6. Alterum est quod Chri-
stophorus etiam coram alijs personis diuersis temporibus
hoc debitum confessus fuit, vt dicit sextus super sexto,
& septimus super 6 Tertium adminiculum est apertio
d. capsæ facta de nocte per Christophorum post mortem
Bartholi, ex qua surripuit, & lacerauit quandam scri-
pturam, vt dicit secundus testes de visu super 12. ac de-
mum alia confessio debiti in genere eiusdem Christophori
facta post Bartholi mortem, vt deponunt tertius super
12. & sextus super 16. cum quibus, & similibus admini-
culis † etiam testes singulares probant, Alexand. *in l. sæ-* 4
pe, num. 70. *ad fin. ff. de re iudic.* Castr. *cons.* 250. *viso puncto
suprascripto, num.* 3. *lib* 2. Aym. *cons.* 73. *num.* 36. & Rota
decis. 191. *num* 4. Eisque iudex potest plenam fidem adhi-
bere cum negari non possit, † quin ex prædictis omnibus 5
eius animus inducatur ad plenè credendum. Paul. de Ca-
str. *in l. Lucius, nu.* 4. *ff de ijs qui not infam.* Curt. Iun. *cons.*
106. *num.* 4. Aym. *d. cons.* 73. *num.* 35. & *cons.* 78. *num.* 7. &
Seraph. *decis.* 676. *n.* 2.

Non etiam obstat quod testes fuerint examinati sine
partis aduersæ interrogarorijs, quia cum fuisset per qua-
tuor vices interpellata ad Interrogatoria dandum, & con-
ducendum interpretem, & nihilominus fuerit † negli- 6
gens, testes potuerunt sine interrogatorijs validè examinari. Alexand *cons.* 172 *num.* 6 *lib.* 2. & Rota apud Gre-
gor. XV. *decis.* 351. *num.* 46 & *addit. ad eiusdem decis.* 331.
num. 23. Repetitio verò dictorum testium visa fuit Domi-
nis calumniosè petita post longam † contumaciam, & te- 7
stium publicationem, & in termino citationis ad senten-
tiam.

Et ita decisum &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Firmana Fideicommissi de Carradoris.

Die Lunæ 5. Martij 1629.

ARGVMENTVM.

Agitur de materia substitutionum, quando fœminæ sunt vocatæ post masculos, quo casu succedant.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta de filijs, intelligitur de masculis, & fœminis.*
2 *Clausula, quando stat de per se, & est apposita ad aliquid qualificandum, tunc illud tantum qualificat.*
3 *Et hoc multò magis procedit in adiectione conditionis factæ per modum continuationis, seu coniunctiuè.*
4 *Dictio, ac, cuius sit natura.*
5 *Dictio, ac, est continuatiua, & repetit terminos præcedentes.*
6 *Verba, ac etiam, de sui natura stant ampliatiuè, propter dictionem, etiam & n. 7.*
8 *Clausula, & omni meliori, &c. posita in substitutione quid operetur.*
9 *Ex testamento reuocato non potest declarari illud reuocans.*
10 *Substitutio fideicommissaria, quando resoluatur in singularitatem, & vide n. 11. & 12.*
13 *Cessio, & renunciatio personalis non egreditur personam.*
14 *Renunciatio facta ad fauorem vnius, non prodest, nec suffragatur alteri.*
15 *Et hoc maximè quando non militat eadem ratio.*
16 *Proprietati, quando non censeatur renunciatum.*
17 *Proprietas in suspenso manere non debet.*

DECISIO CCLVII.

MARIA Bonacursia condidit testamentum, in quo Lelium, Philippum, Acursium, ac Iosephum eius ex Baptista fratres nepotes hæredes instituit; Quibus deficientibus sine filijs legitimis, & naturalibus vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituit filios Accursij, & filios Ludouici alterius nepotis prætermissi, ita quòd proueniente casu mortis prædictorum de bonis sic morientis medietas vna recadat filijs Accursij, & altera filijs Ludouici succedendo in stirpes, & non in capita, ac etiam adiecta conditione quod deficientibus masculis fœminæ, succedant non solum modo prædicto, se omni alio meliori. Primo loco decesserunt Lelius, & Philippus sine filijs, deinde Accursius relictis Baptista, & Ludouica, tandem vita functo Baptista, ortaque lite

inter

inter Ludouicam eius sororem, Iosephum, & filios Ludo-
uici coram bon. mem. Buratto 10. Martij 1623. fuit dubi-
tatum an constaret de fideicommisso, eiusque purificatio-
ne ad fauorem Ludouicæ, & affirmatiuè resolutum cum
reseruatiua nisi obstaret superexistentia Iosephi de qua
particulariter videri mandarunt. Hodie Ludouica prose-
quente causam, & filijs Ludouici d. resolutioni non ac-
quiescentibus, dubitaui an esset standum in decisis, & an
obstaret superexistentia Iosephi, & DD. distinctè proce-
dendo censuerunt Ludouicam hodie non posse agere ad
portionem Iosephi, nec ad portionem Lelij, & Philippi,
quæ peruenit ad filios Ludouici, sed posse agere ad portio-
nem eorumdem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad Ba-
ptistam, de portione verò Accursij mandarunt particulari-
ter videri.

Pro necessario autem huius distinctionis, & vocationis
prædictæ fundamento firmarunt. Primò dicta verba (ac
etiam conditione adiecta quòd deficientibus masculis fœ-
minæ non soccedant) non referri ad hæredes institutos,
sed ad filios Accursij, & Ludouici substitutos discretiuè,
cum nulla sit intet ipsos filios facta reciproca, vt etiam
supponitur in dicta decisione coram bou. mem. Buratto,
& clarè patet, quia substitutio filiorum dupliciter decla-
rata legitur sub clausula, ita quòd nempè primò quòd pro-
ueniente causa mortis hæredum de bonis sic morientis me-
dietas recaderet filijs Accursij, medietas filijs Ludouici suc-
cedendo in stirpes. Secundò, quòd deficientibus masculis
fœminæ succedant, & sic verba prædicta ad declarandam
1 substitutionem filiorum adiecta apparent. Tum † quia
cum testatrix bis subtituisset filios, & substitutio intelli-
geretur de masculis, & fœminis Rota coram Gregor. XV.
decis. 514. *num.* 1. *& seq.* ad tollen. concursum fœmina-
rum cum fratribus masculis, ac inducendam earum succes-
siuam post illos vocationem, opus erat adijcere dicta ver-
2 ba. Tum † qoia clausuia prædicta non stat de per se, at
sub clausuia ita quòd ac immediatè cohæret substitutioni
filiorum, & proindè illam tantum qualificat, Alex *cons.*
48. *num.* 8. *lib.* 1. Socc Iun. *cons.* 128. *num.* 100. *&* 101. *lib.*
1. Gabr. *de clauf. concl.* 9. *num.* 11. *& in clauf. par.* 4. *clons.*
3 27. præsertim † cum versemur in adiectione conditionis
Socc & Gabr *vbi supru*, & facta per modum continua-
tionis, seu coniunctiuè Ruin. *cons.* 124. *nu.* 15 *lib.* 3. Gabr.
d. concl. 9. *num.* 26. *& d. clauf.* 27. *num* 7. & subesset dicta
ratio ita declarandi substitutionem. Tum demum, quia
Lelio, Philippo, Accursio, & Iosepho nominatim insti-
tutis iam facta fuerat substitutio de dictis filijs, & declara-
ta vt intraret in bonis morientis in stirpes. Vndè propte-
reà, & quia circa dictos institutos inapplicabilis est distin-
ctio de masculis, & fœminis clausula non potest ad eos re-
ferri, sed ad filios restringitur.

Secundò firmarunt per dicta Ludouicam fuisse voca-
tam ad portionem, ad quam fuerunt vocati filij Accursij
post Baptistam eius fratrem nedum per vulgarem, sed
etiam per fideicommissariam ex rationibus in dicta deci-
sione coram bon. mem Buratto, quæ DD placuetunt.

Nec esse faciendam distinctionem an lectura sit per pro-
nomen hac, vel per dictionem, ac, quia etiam per dictio-
4 nem, ac, vetbum † deficientibus importat nedum non
extantiam, sed & multò magis, & ex propria significatio-
ne deficientiam post mortem, Bero. *cons.* 66. *num.* 16. *lib.* 2.
Paris *cons.* 18. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 2. Card. *cons.* 49. *sub num.*
1. Sim. de Pret. *de interpr. vlt. vol. fol.* 268. *num.* 6. *& fuit*
dictum in Reatina fideicommissi 14. *Martij* 1622. *coram*
bon. mem. Vbaldo.

5 Nec obstat quòd dictio † ac sit continnatiua, & repe-
tat terminos præcedentis substitutionis Peregr. *de fidei-*
com. art. 15. *num.* 31. *in fin.* Quia hoc posset considerari,
quando præcedens substitutio defecisset, sed in casu no-
stro substitutio filiorum Accursij purificata fuit in Baptista
ob cuius deinde mortem, & deficientiam intrat sequens
vocatio fœminatum, & sic Ludouicæ facta per verba, ac
6 † etiam quæ stant de sui natura ampliatiuè ob dictionem
etiam, Seraph. *decis.* 562. *num.* 1. Rebuff. Aret. Menoch.
& Bero. *in alia decisione citati*, *& in Bononien. de Maluetijs*
14. *Iunij coram R. P. D. meo Pirouano*, & multò magis
stante dicta pariter ampliatiua adiecta, vt in eadem deci-
sione confidetatur: præterquam quòd (vt in ea subijcitur)
7 sufficeret etiam verba esse dubia ad hoc, vt † verbum de-
ficientibus dicatur indeterminatum, & non restrictum *ex*
allegatis in ea, *& in Ferrarien. fideicommissi de Rasurijs*
25. *Februarij* 1622. *coram R. P. D. Merlino.* Et demum
res visa est clarior dum substitutio filiorum præcedens can-
tat vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & subij-
citur ista ampliatiua declaratio, & vocatio fœminarum
deficientibus masculis cum clausula non solum modo præ-
dicto, sed omni alio meliori, per † quam dicitur repetita 8
fideicommissaria, & vertitur etiam vulgaris in fideicom-
missariam, vt in dicta decisione coram bon. mem.
Buratto, & præter in ea relatos, quòd habeat vim clau-
sulæ vulgariter, & per fideicommissum, Sim. de Pret. *de*
interpr. lib. 2. *fol.* 128. *num.* 20. Fusar. *de substitut. quæst.*
145. *num.* 67. *&* 68.

Non obstat, quod in primo testamento Mariæ substitu-
tio fœminarum restricta sit ad tempus obitus instituto-
rum, vt deducunt informantes pro filijs Ludouici ponde-
rando verba, *non essendoci figli maschi*. Quia (quicquid
sit) semper intrat responsio d. decisionis ex † testamen- 9
to reuocato non posse declarari illud reuocans, Bart. *in l.*
statius florius num. 2. *ff. de iure Fisci*, *& vltra in relatos.*
Dec. *in cap.* 1. *in prima lectura*, *num.* 58. *vers. sed adde*,
& in secunda num. 14. *de constit.* Sim. de Pret. *de interpret.*
lib. 1. *fol.* 20. *num.* 54. *post medium*, idque magis in casu isto
quo in primo testamento legitur institutus Ludouicus, qui
non fuit institutus in secundo, & sic apparet in substantia-
libus fuisse mutatam voluntatem testatricis.

Tertiò firmatuut, dicta verba quibus decedentibus,
per quæ concepta legitur substitutio, cum instituti adiue-
rint hæreditatem, & sic versemur in fideicommissaria † 10
resolui in singularitatem, itaut in portione cuiuslibet hæ-
redis decedentis intret substitutio *l. Lucius* 78. *§ Cuio*, *vbi*
Castr. *num.* 2. *ff. ad Trebell.* Bart. *in l. hæredes mei §. cum ita*
sub num. 4. *vbi alij eod. tit.* Peregr. *de fideicom. art.* 13. *num.*
37. Fusar. *de substit. quæst.* 473. *num.* 22. *&* 23. Rota coram
Seraph. *decis.* 1190. *num.* 4. *& coram* Gregor. XV. *decis.*
296. *nu.* 4. *&* 5.

Sicut etiam nulla facta fuit reciproca substitutio inter
hæredes, ita non potest applicari limitatio, † qoando 11
superest persona ex verisimili mente testatoris excludens
substitutum, cum talis non sit Ioseph qui non est descen-
dentibus testatricis, vt ex communi firmant, Soccin. *in d.*
§. cum ita num. 26 *post med. vers. contrarium* Rip. *num.* 132.
Zanch. *num.* 1072. *ibid* Paris. *cons.* 41. *num.* 28. *lib.* 2. Man-
tic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 5. *nu.* 19. *vers. addo* Menoch. *pres.*
186. *num.* 19. *&* 20. *lib.* 4. Peregr. *d. art.* 13. *num.* 36. Fusar.
quæst. 472. *num.* 10. 12. *&* 16 *& quæst.* 473. *nu.* 33. Seraph.
vbi supra vers. neque frater.

Idque clarius comprobatur per declarationem subie-
ctam, ita quod proueniente † casu mortis prædictorum 12
de bonis sic morientis, &c. ostendentem in cuiuslibet dece-
dentis persona intrare substitutionem Castr. *d. §. cum ita*
num. 4. *vbi* Ripa *num.* 83. *&* 86. Mantic. *d. titul.* 5. *in princ.*
& num 1. *in fine*, Menoch. *dicta præs.* 186. *num.* 6 *&* 7.
Peregr. *d. art.* 13. *num.* 29 *&* 30. Fusar. *dicta quæst.* 473.
num 11. *& seq.*

Ex quibus sequebatur distinctio portionum, vt su-
pra facta, & resolutio Ludouicam posse hodie agere
ad porrionem Lelij, & Philippi, quæ peruenit ad Ba-
ptistam.

Quòd autem hodie non possit agere ad portionem Io-
sephi patet, quia ipse est institutus in testamento Mariæ,
& adhuc viuit.

Nec obstat quòd idem posteà diuidendo bona inter nepo-
tes, consignauerit bona Mariæ Baptistæ, cedendo eidem
vsumfructum. Quia consignatio facta fuit respectu bono-
rum emptorum, & cessio vsusfructus fuit personalis ad
fauorem nepotum pro pace, & quiete ipsorum quæ ratio
non militat respectu Ludouicæ, ideo vti cessio, † & re- 13
nunciatio personalis non egreditur personas nepotum, Pa-
ris. *cons.* 12. *num.* 90. *lib.* 1. *& cons.* 11. *num.* 95. *lib.* 2. Becç.
cons. 74. *num.* 25. Surd. *decis.* 163. *num.* 10. *vers. & non ex-*
tenditur, & ita respectu istius portionis Iosephi non po-
test † extendi ad Ludouicam, nec ei potest suffragari, 14
l. Iubemus C. ad Velleian Surd. *decis.* 163. *num.* 10. *& fuit*
dictum in Paduana feudi 4. *Februarij* 1600. *coram Lancel-*
lotto, maximè cum in illa non militet ratio quietis, &
pacis considerata in nepotibus, Paris. *d. cons.* 12. *num.* 91.
lib. 1. Ruin *cons.* 240. *num.* 3. *lib.* 1.

Nec obstat quòd Ioseph, & alij fratres fecerint vnio-
nem omnium bonorum paternorum emptorum, & relicto-
rum à Maria, & voluerint quòd omnes fratres, & vnus-
quisque ipsorum sint domini fructuum bonorum, & quòd
vltimus superstes sit dominus vsufructuarius, vndè Ludo-
uica

uica infert quando fuerit renonciatum proprietati. Quia
16 DD placuit responsio, quòd hic † proprietas fuit posita
in communione, & quòd de ea non possit disponi, & quòd
vltimus superstes frater succedat, & demum ista vnio fuit
restricta ad fauorem ipsorum fratrum, & filiorum mascu-
lorum Ludouici, & Accursij. Vndè Ludouica non no-
minata, non potest se fundare in ista vnione, maximècum
in cap. 18. in sum. num. 7. ijdem fratres dicant, *che non po-
tendo stare insieme possino repigliare ciascheduno il suo,
& viuere da se*, vnde apparet non fuisse renunciatum
17 proprietati, † quæ non debet stare in suspenso.

Quòd demum non possit agere ad portionem Lelij, & Philippi peruentam ad filios Ludouici visum fuit ex eo, quod cum in testamento Mariæ tàm filij Ludouici, quàm filij Accursij fuerint substituti dictis Lelio, & Philippo, pro æqualibus portionibus, medietas successionis vigore dictæ substitutionis spectat ad filios Ludouici, & consequenter Ludouica filia Accursij nihil in ea potest prætendere.

Non obstat, fundamentum informantium pro Ludouica quòd licet etiam filij Ludouici legantur substituti tamen id fuerit suasionibus Philippi contra voluntatem testatricis, qui proinde Philippus in instrumento vnionis declarauit, quòd filij Ludouici nihil ex Mariæ testamento prætendere possent, sed omnia bona spectare deberent ad filios Accursij, quibus aliàs omnia bona sua relinquebat, quodque ista declaratione dum fuerit ab omnibus fratribus tunc acceptata, sed posteà etiam specialiter à filijs Ludouici cum renunciatione iurium eisdem ex dicto testamento competentium.

Fuit enim responsum dictam declarationem Philippi non esse attenden. quia est contraria verbis testamenti Mariæ, quæ voluit, quòd filij Ludouici succederent pro medietate vnà cum filijs Accursij, vt dictum est supra.

Nec releuat quod dicta declaratio Philippi fuerit acceptata à filijs Ludouici. Quia cum dicta declaratio fuerit facta in instrumento vnionis bonorum, & sit correspectiua ad fideicommissum conuentionale factum inter prædictos fratres, & nepotes in eodem instrumento vnionis bonorum ad fauorem masculorum domus de Carradoris, acceptatio prædicta debet intelligi cum dicta qualitate fideicommissi conuentionalis ad fauorem masculorum, à quo Ludouica vti fœmina remanet exclusa.

Et ita vtraque parte informante, &c.

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO DECANO.

Bononien. Fideicommissi de Desiderijs.

Die Mercurij 14. Martij 1629.

A R G V M E N T V M.

Bona possessa, & diuisa à fratribus, quando præsumatur esse propria fratrum, & quando à patre prouenisse censentur, declaratur.

S V M M A R I V M.

1 *Bona diuisa inter fratres an præsumantur acquisita ab eis, vel à parentibus prouenisse, est controuersum.*
2 *Filij, quando sunt industriosi, tunc intrat præsumptio, quod bona diuisa sint potius propria, quàm paterna.*
3 *Confessio multum operatur, etiam aduersus singulares successores.*
4 *Dictio, quondam significat quem esse mortuum.*
5 *Bona filiorum an sint propria, vel paterna inspiciendum est qualitas, & industria filiorum item etiam diuturnitas temporis, num. 6.*
7 *Præsumptio iuris tollitur, quando de veritate in contrarium docetur.*
8 *Reus tenetur concludenter, & plenè iustificare suam exceptionem.*
9 *Reus in sua exceptione ad elidendam actionem actoris probatam, efficitur actor.*
10 *Probatio ex parte rei requiritur concludens.*
11 *Probatio non concludens præcisè, nullatenus suffragatur.*
12 *Identitas, vt probetur, non sufficiunt generales probationes, sed requiruntur speciales demonstrationes.*
13 *Fulgos. Bald. Peregr. declarantur, & num. 14.*
15 *In præsumptionum materia strictè agendum est, nec earum multiplicatio est admittenda.*
16 *Hæres si inuentarium non confecerit, intrat præsumptio vsurpationis.*
17 *Testator potest in præiudicium fideicommissariorum indulgere, & remittere, vt hæres inuentarium non conficiat.*
18 *Argumentum à negatiuis non valet.*
19 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
20 *Præsumptiones vrgentiores præferuntur debilioribus.*
21 *Bona possessa, & diuisa à filiis, data eorum industria præsumantur propria, & non paterna.*

D E C I S I O CCLVIII.

DOMINI steterunt in decisis sub die 20. Decembris præteriti, * quod scilicet danda sit immissio D. Stephano, petenti immissionem ex fideicommisso Hieronymi in possessionem Bagnarolæ tornaturarum 122. circiter.

Et placuit fundamentum decisionis iactum in diuisione
sequuta post quatuordecim annos à morte Ioannis inter
ipsum Hieronymum, Bernardinum, & Romaninum
fratres, in qua diuisione eidem Hieronymo assignata fuit
dicta possessio Bagnarolæ pro sua parte; Et quamuis Do-
ctores inter se non conueniant, an, † & quando bona di- 1
uisa inter fratres præsumantur; vel ab ipsis acquisita, vel à
parentibus prouenisse; Attamen in casu præsenti tot con-
currunt, vt Domini censuerint, hic constare, bona fuis-
se ipsorum fratrum diuidentium, non autem prouenisse à
Ioanne patre, nempe quia nulla facta fuit mentio hære-
ditatis, vel bonorum Ioannis eorum patris, nec declara-
runt se bona patris diuidere, vt factum fuit in diuisione in-
ter filios Hieronymi; spatium 14. annorum intercessit à
morte patris vsque ad diuisionem: Ipsi † filij erant in- 2
dustriosi, & mercaturam exercebant, vndè intrat præ-
sumptio iuris, quod bona diuisa potius essent propria, quam
paterna, vt per Bald. *in l. cum oportet num. 11. C. de bon.
quæ liber. cum alijs congestis in decisione vers. vndè facilli-
mè*, quibus addi possunt Becc. *cons. 113. num 9. lib. 1.* Surd.
cons. 505. num. 6. in fin. vers. 3 si illa, & num. 7 Et suc-
cessores omnes Hieronymi hanc possessionem Bagnarolæ
habuerunt, & connumerarunt inter bona eiusdem Hiero-
nymi fideicommisso subiecta, & Marcus Antonius auctor
DD. de Sangeorgijs in positionibus idem fassus est, quæ
confessio † multum operatur etiam contra singulares
successores, vt alias in hac eadem causa dictum fuit; Illa 3
autem distantia temporis benè colligitur, quia testamen-
tum Ioannis conditum fuit de anno 1505 vbi se tunc lan-
guentem corpore appellat, & deindè filij eiusdem Ioannis
in quondam instrumento, quod datur, enunciant Ioan-
nem eorum patrem cum illa dictione, † quondam, quæ
indicat tunc temporis patrem mortuum fuisse Bald *cons.* 4
407 num. 9. lib 1. Alexand. *cons. 14. num. 15. lib. 6.* Rimin.
Iun. *cons. 167. num. 11.* Et proindè ex his duobus nempè
illa assertione grauis infirmitatis in factione testamenti,
& enunciatiua filiorum de quondam Ioanne, congruè
deprehendi potest de dicto anno 1505. Ioannem decessis-
se, diuisio autem sequuta fuit inter filios de anno 1519.
& præcipuum fundamentum non fit in sola temporis di-
stantia, † sed in dicta filiorum industria, & eorum qua-
litate, vt per *glos. in d. l. cum oporteat in vers. eius substan-* 5
tia C. de bon. quæ liber. Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præ-
sumpt. 50. num. 3. vers. & idem.*

Et quamuis verum sit, huiusmodi probationem quod
bona possessa, & diuisa inter † filios censeantur eorum
propria, non autem paterna, totam fundari in præsum- 6
ptione iuris, scilicet in temporis diuturnitate, industria
filiorum, & alijs, vt per Becc. *d. cons. 113. num. 9.* Et ideò
admittere probationem contrarium, † quæ si concludens 7
deduca-

deducatur, tollat quamcumque præsumptionem iuris ad *l. fin. in princ. ff. quod met. cauſ. l. cum de in debito ff. de probat.* Dec. *conſ.* 400. *num.* 8. Surd. *conſ.* 80. *num.* 19. *& conſ.* 423. *num.* 12.

Nihilominus Domini de Sangeorgijs, & litis conſortes, videntur defeciſſe in hac probatione, in qua certum eſt, quod ſicuti D. Stephanus tenebatur concludenter probare ſuam intentionem, dum egit ad fideicommiſſum, ita, &
8 ipſi DD. Sangeorgij † concludenter, & plenè iuſtificare ſuam exceptionem tenebantur Bald. *in l. fruſtra num.* 2. *C. de probat.* Crauet. *conſ.* 201. *ſub num.* 29. *& conſ.* 226. *num.* 8. Peregr. *conſ.* 64. *num.* 21. *& ſeqq. lib.* 3. Surd. *conſ.* 385. *num.* 11. Rota apud Put. *deciſ.* 396. *num.* 2. *in correct. lib.* 2. *& deciſ.* 682. *num.* 3. *par.* 1. *ac deciſ.* 190. *num.* 2. *verſ. & ſi actor. par.* 2. *diuerſ.* & coram ſan. mem. Gregor. XV. *deciſ.* 201. *num.* 3 *& deciſ.* 278. *num.* 1. quia tunc reus in ſua ex-
9 ceptione ad † elidendam actionem actoris probatam efficitur actor. *l. prima vbi* Bart. *n.* 3. *ff. de except. in l. except. ff. de probat.* Corn. *conſ.* 223. *num.* 6. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 45. *num.* 2. *lib.* 1. Peregr. *d. conſ.* 64. *num.* 22. Card. Seraphin. *deciſ.* 1422. *num.* 11. Et non ſufficit ipſis turbidam reddere probationem D. Stephani, quæ iamde per ſe clarè deducitur ex inſtrumento diuiſionis iunctis circumſtantijs ſupra ponderatis, ſed debebant concludentem eorum exceptionis probationem afferre, quia directo non intendunt elidere probationem actoris; ſed illius intentionem opponendo contra fideicommiſſum Hieronymi, aliud fideicommiſ-
10 ſum antecedens Ioannis, † quo caſu ex parte rei requiritur concludens probatio, vt poſt Ruin. & Soccin. tradit Surd. *conſ.* 505. *num.* 6. *& verſ. nec dicatur.*

Nec obſtant acquiſitiones factæ per Ioannem in loco Bagnarolæ, quæ dantur in ſummario pro DD. Sangeorgijs, in quibus acquiſitionibus, dum confinia deſcribuntur ſe ipſum Ioannem pro confinante deſignat vnde videtur inferri, quod, & ante iſtas acquiſitiones, ibidem Ioannes haberet prædia; Quoniam quoad acquiſitionem tornaturarum xv. tabularum 65. pedum 55. cum dimidio, Rota iam cenſuit iſtas eſſe adimendas, quo autem ad aſſertionem confinium reſpondebant Domini, quod illa probat quidem, quod Ioannes habebat in Guardia Bagnarolæ alia prædia, ſed non concludit, quod illa comprehendantur in hoc corpore bonorum de quo in diuiſione, & quod ſint hæc met, quæ ex fideicommiſſo Hieronymi, petit D. Stephanus, præſertim cum locus ille Guardiæ Bagnarolæ ſit generalis, in quo multa prædia diſtincta habere poterat Ioannes, prout alij habent, & confines, qui apponuntur in illis acquiſitionibus, nulla ex parte reſpondent confinibus prædij, de quo nunc agitur, & ſic probatio
11 † hæc tanquam non concludens præciſè nullatenus ſuffragatur, *c. in præſentia, & ibi DD. de probat.* Cailr. *in l. veteribus num.* 2. Iaſ. *num.* 1. *ff. de pact.* Pariſ. *conſ.* 104. *nu.* 2. *lib.* 1. Rota *coram Reuerendiſs. D. meo Decano deciſ.* 68. *num.* 23. *in eius impreſſ.* Maximè ad euellendum aliam probationem concludentem actoris; Et ad probandam
12 identitatem † non ſufficiunt generales probationes, ſed requiruntur ſpeciales demonſtrationes Ruin. *conſ.* 30. *num.* 6. *lib.* 1. Roland. *conſ.* 98. *num.* 24. *lib.* 3. Aym. *conſ.* 112. *nu.* 2. *&* 3. Peregr. *conſ.* 48. *num.* 1. *&* 3. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 295. *num.* 8. *par.* 1. *recent.*

13 Nec applicari viſum fuit doctrinam † Fulgoſ. *conſ.* 145. Bald. *conſ.* 89. *num.* 4. *lib.* 1. Peregr. *de fideicom. art.* 44. *nu.* 22. *& conſ.* 48. *num.* 10. *lib.* 1. *& conſ.* 35. *numer.* 12. *lib.* 3. quos retulit alia deciſio in hac cauſa ſub die 5. Martij 1627. qui dixerunt bona non præſumi acquiſita à filijs, quoties conſtat in illa villa patrem habuiſſe bona, etiam ſi non probetur præciſè de iiſdem bonis, dummodo nouus non exhibeatur titulus acquiſitionis ex parte filiorum: Quoniam,
14 vltra quod nemo ex † ijs Doctoribus loquitur, quando pro filijs concurrit illa vrgens præſumptio deducta ex temporis diuturnitate, & ipſorum filiorum induſtria, hæc concluſio non ſuffragaretur D. D. Sangeorgijs, niſi pro illis tornaturis, quas apparet Ioannem habuiſſe in villa Bagnarolæ, nempè in illis duabus acquiſitionibus pro viginti tornaturis, non autem vltra, & licet, in prima acquiſitione tornaturarum quinque in villa Bagnarolæ facta de anno 1595. & in alia facta de anno 1503. de quindecim tornaturis idem Ioannes enuncietur confinans, non tamen indè infertur, quod bona, quæ prius haberet eſſent poſita in hac villa Bagnarolæ, & fieri poteſt, quod eſſent in alia villa diſtincta, ſed congrua, & ſic eſſet confinans eò quod vtrumque predium eſſet poſitum in extremis partibus villarum, itaut ad inuicem confirmantes ſe tangerent, ſique aliàs diceremus, daretur triplicatio præſumptionum; prima, quia ex eo quod Ioannes olim habuerit bona præſumerentur eadem bona, quæ poſt tot annos fuerunt aſſignata Hieronymo, ſecunda quod præſumerentur eadem preciſè, quamuis ſolum conſtaret in genere in villa Bagnarolæ, quæ latiſſima eſt, Ioannem aliqua bona habuiſſe, tertia eo quod eſſet confinans poſterioribus acquiſitionibus factis in villa Bagnarolæ, præſumeretur, quod bona, quæ prius habuerit, fuerint in eadem villa Bagnarolæ, & tamen † in hac materia præſumptionum ſtrictè agendum 15
eſt, nec earum multiplicatio admittenda videtur *arg. l.* 1. *& ibi DD. C. de dot. promiſſ.* Ruin. *conſ.* 66. *num.* 2. *lib.* 3. Rimin. Iun. *conſ.* 205. *ſub num.* 50. *cum alijs per* Surd. *conſ.* 135. *num.* 78. *& dixit* Rota *in recent. deciſ.* 325. *num.* 3. *in fin. par.* 2. *cum ſimilib.*

Nec obſtat quod Hieronymus, & alij filij Ioannis non confecerint inuentarium † bonorum ipſius Ioannis pa- 16
tris, & ſic intret ſuſpicio, quòd occultauerint illius bona, & propterea facilius admittenda ſit præſumptio, quod omnia bona exiſtentia, in villa Bagnarolæ fuerint Ioannis, ad tradita per Menoch. *conſ.* 207. *num.* 22. *Quoniam imo, & idem* Menoch. *num.* 15. 16. *&* 26. Magnifacit ad præſumendum, quod bona fuerint acquiſita à filijs, non autem prouenisſe à patre, quod ipſi filij fuerint induſtrioſi, & tempus notabile interceſſerit, nullaque culpa imputari poteſt Hieronymo, fratribus, ſi inuentarium in confecerint, hoc
† enim illis indulſit Ioannes teſtator, quod & facere pote- 17
rat etiam in præiudicium fideicommiſſariorum Caſtr. *in l. nemo poteſt ſub num.* 10. *vbi etiam alij interpretes ff. de leg.* 1. Roland. *de inuent. in vlt. par. §. non teſtator* D. Facchin. *controu. iur. lib.* 6. *cap.* 25. Peregr. *de fideicom. art.* 11. *num.* 75. *ante fin. verſ. communis tamen.*

Nec obſtat quod in eadem diuiſione de anno 1519. Hieronymus mentionem fecerit de nonnullis prædijs cum aſſertione, quod ab ipſo Hieronymo, & eius fratribus acquiſita fuerint. Vnde ſi hoc prædium Bagnarolæ acquiſitum fuiſſet ab ijſdem, de hoc etiam meminiſſent prout fecerunt de alijs; Quoniam à † negatiuis non valet argumentum, 18
& mentionem fecerunt de alijs prædijs acquiſitis fortaſſe ad cautelam cum maioris pretij eſſent, & incluſio † vnius, 19
non eſt excluſio alterius, quoties illud includitur alio modo Salicet. *in l. de crimine C. qui accuſar. non poſſ.* Dec. *in l.* 1. *num.* 84. *in* 3. *lect. ff. ſi cert. pet.* Bece. *conſ.* 93. *num.* 24. Menoch *conſ.* 86. *num.* 30. Surd. *conſ.* 25. *num.* 35. Vndè ſi probatur ex ipſa diuiſione, diuturnitate temporis, induſtria filiorum, & alijs, quod prædium hoc tornaturarum 122. Bagnarolæ fuerit Hieronymi, & illius fratrum, nec præſumi, à patre prouenisſe, non debet excludi hæc probatio ex eo, quod non includatur in aſſertione diuiſionis, & in omnem euentum coniecturæ quod hæc bona in loco Bagnarolæ poſita, fuerint ipſorum fratrum, & ab ipſis acquiſita magis proximæ, veriſimiliores, & præponderare videntur alijs, quæ contra poſſent deduci, &
tritum eſt † vrgentiores præſumptiones præferri debilio- 20
ribus *l. Diuus ff. de in integr. reſtit.* Corn. *conſ.* 144. *num.* 1. *verſ. nec videtur opitulori lib.* 4. Alciat. *conſ.* 2. *num.* 29. *lib.* 1. *& conſ.* 68. *num.* 24. *lib.* 9. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 30. *num.* 1. Rota *deciſ.* 64. *nu.* 8. *par.* 1. *diuerſ.* prout nec poſſibilitas, quod prouenerint à Ioanne patre attendi debet; quoniam, & poſſibile eſt, quod acquiſita fuerint ab ipſis filijs, ſitque admodum id veriſimile, dum ipſi mercaturæ incumberet, & diu poſt mortem patris eam exercuerint, & de bonis patris diuidendis ne verbum quidem fecerint.

Nec obſtat, quod ob difficultatem probationum circa identitatem bonorum quæ fideicommiſſo Ioannis eſſent ſubiecta, fuerit facta liquidatio in lib. 14000. quia ſi difficilis eſt probatio circa identitatem fideicommiſſi Ioannis, facilior erit probatio reſpectu fideicommiſſi Hieronymi, quoniam ſemper ſubſiſtit præſumptio iuris, † quod 21
bona poſſeſſa, & diuiſa à Hieronymo, & fratribus ſint eorundem, data ipſorum induſtria, & alijs ſupra ponderatis, non autem à Ioanne patre prouenisſe, ſique DD. Sangeorgij concludenter non iuſtificant identitatem bonorum Ioannis, dicentur defeciſſe in probatione eorum exceptionis, quàm contra bona ſubiecta fideicommiſſo Hieronymi opponunt, & tandem in ipſa liquidatione non apparet, quod habita fuerit ibi ratio iſtius prædij Bagnarolæ, & ſic quod partes intellexerint hoc prædium fuiſſe Ioannis.

Et ita

Et ita vtraque parte informante in decisis permanserunt Domini, &c.

* Est decisio 226. sopra in hac causa, vbi plures aliæ decisiones in hac causa cumulantur.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Firmana, seu Maceraten. Dotis.

Die Mercurii 14. Martij 1629.

A R G V M E N T V M.

Hæres, qui adiuit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, an si percipiat fructus ex hæreditate, faciat illos suos. Fructus an augeant hæreditatem, & sint de eius substantia.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex exequens tenetur vendere rem præsenti pecunia, & in causam iudicati conuertere:*

2 *Asserenti aliquid superesse, tenetur probare postquam fundamentum est in assertiua.*

3 *Probatio sufficiens est in prædijs fructiferis, si testes deponant à solito ex fructibus vicinorum prædiorum.*

4 *Testes in liquidando quando sunt diuersi, tunc in ea parte, in qua omnes conueniant, statur.*

5 *Testi magis est credendum, quando à parte fuit inductum.*

6 *Expensæ, & onera realia, vt admittantur in liquidatione, quid requiratur.*

7 *Debitores onerum contra exactores se tueri non possunt, nisi per exibitiones quietantiarum.*

8 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij fructus facit suos, dum illos percipit.*

9 *Hæreditas postquam est adita, non dicitur amplius hæreditas, sed proprium hæredis patrimonium.*

10 *Hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, in tantum hæc creditoribus satisfaciunt, in quantum res substantiæ ad eos deuoluantur, & numer. 31.*

11 *Fructus non de substantia rei, sed ex ipsa re prouenire dicuntur, & vide num. 12. & 13.*

14 *Hæres non potest quicquam lucrari ex hæreditate, quousque satisfactam non fuerit creditoribus.*

15 *Hæreditas an augeatur ex fructibus.*

16 *Res, quæ post aditam hæreditatem perierunt, an spectent ad periculum hæredis, vel legatariorum.*

17 *Hæres cum beneficio legis nullum potest percipere commodum ex hæreditate, & interim non videtur esse hæres.*

18 *Filius de feudo hæreditario an teneatur facto inuentario erga creditores pro commoditate, quam percepit ex feudo, cum alienari non possit.*

19 *Hæreditas non censetur adita per hæredem cum beneficio legis, & inuentarij.*

Tutor tenetur conficere librum rationis de fructibus, num. 19.

20 *Fructus augent hæreditatem, num. 22.*

Fructus sunt de substantia hæreditatis, num. 20.

23 *Fructus augens actionem petitionis hæreditatis, non autem augent hæreditatem in præiudicium veri hæredis.*

24 *Fructus sunt de substantia testatoris deuoluta ad hæredem.*

25 *Substantiæ appellatione non veniant fructus.*

26 *Bald. & Ias. declarantur.*

28 *Hæreditas, licet non dicatur post aditam hæreditatem, tamen beneficium inuentarij facit eam censeri hæreditatem.*

29 *L. in ratione ff. ad l. falcid. respectu lucri non est correcta.*

30 *Creditorum, Legatariorum, & Fideicommissariorum par est causa.*

32 *Ex possessione rei fructiferæ intrat præsumptio perceptionis.*

33 *Vnus testis de propria scientia facit semiplenam probationem.*

34 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij tenetur conficere librum rationum.*

35 *Diligentia est superflua, quæ est inutilis.*

Probationes, quæ sunt imperfectæ nunquam coniunguntur ad implendam probationem, num. 35.

36 *In mobilibus attenta tenuitate, & cursu longissimi temporis intrat præsumptio consumptionis.*

D E C I S I O C C L I X.

DICTVM fuit standum esse in decisis 27. Martij 1620. & Iulium Cæsarem non teneri reddere rationem de mobilibus.

Nam in ea decisione plura fuerunt firmata, nempè bona stabilia hæreditaria Ciccotti fuisse iam consumpta per solutionem factam creditoribus, quantitatemque fructuum perceptorum per Catherinam ex medietate fundi vigore Saluiani per eam possessi esse taxandam ad rationem sex rubrorum frumenti pro quolibet rubro seminis, & sic de sexaginta quolibet anno, dum in eo fundo seminarentur viginti rubra in totum, ex quibus decem pertinebant ad Iulium Cæsarem ·, Et quod ad computum Catherinæ non essent ponendæ solutiones onerum realium, nisi pro quantitate pro qua quietantiæ exhibentur, ac demum quod Iulius Cæsar, & nunc eius hæredes non teneantur reddere rationem de fructibus ex stabilibus perceptis à die aditæ hæreditatis vsq; ad diem consumptionis eorumdem per solutionem creditoribus factam, & hæc omnia ex eisdem rationibus, & fundamentis hodie fuerunt comprobata.

Quibus non obstant replicata contra primum de consumptione stabilium Ciccotti, quod scilicet domus magna fuerit subhastata, & deliberata pro scutis quinque millibus ad instantiam dominorum de Altoitis, qui non probantur creditores in tanta summa, sed in scutis quatuor millibus.

Quia quòd domus verè fuerit subhastata, & deliberata Io. Francisco Pelicano, patet ex instrumento sententiæ latæ die 1. Martij 1600 quod datur, sed quod Altoiti non essent creditores in tanta summa pro Sinibaldo non iustificatur ex vnico teste dato in eius summario num. 1. neque est de intentione Iulij Cæsaris affirmatiuam totius summæ scut. quinque millium probare, vt in prima decisione fuit probatum, ea ratione, quia † cum Iu- 1
dex exequens teneatur vendere rem præsenti pecunia, & in causam iudicati conuertere Bart. *in l. à Diu. Pio §. sed si emptor in princ. ff. de re iud.* asserenti aliquid † supe- 2
resse tenetur probare, postquam fundamentum ponitur in assertiua Bald. *in l. in contractibus §. illo C. de non num. pecun.* Gabriel *de probationibus conclus. 6. numer 14.*

Similiter non releuant replicata contra secundum de taxa sex rubrorum pro quolibet rubro seminis, quia decisio in hac causa 24. Ianuarij 1618. benè probat hanc quantitatem ex testibus datis per rationes concludentes id affirmantibus à solito ex fructu vicinorum prædiorum nempè 5. & 7. iuxta 37. & 6 super 17. quorum depo- 3
sitiones releuant vbi versamur in fructiferis prædijs Achill. *decis. 22. de restit. spoliat.* cum alijs in eadem decisione allegatis, & non extrema, † sed media quantitas, in qua 4
omnes conueniunt fuit firmata Caputaq. *decis. 299. par. 3.* Cæs. de Grass. *decis. 10. num. 7. de test.*

Neque dicatur; quod cum testis colonus de facto proprio deponat de summa ad rationem quinque cum dimidio, † cui magis credendum dicebatur, postquam à 5
parte fuit inductus cum alijs ad probandam hanc quantitatem, & alij testes non repugnant, tamquam deponentes à verisimili ex fundis vicinis, quæ veritati, & speciali probationi credere debet Alexand. *consil. 88. num. 8. lib. 5.* Quia colonus ille non deponit de toto tempore,

sed de

sed de certis annis, vt propterea illius dictum non exclu-
dat quin in alijs annis maiorem fructum terræ illæ reddi-
derint.
Et eò minus releuant replicata tertio loco contra expen-
6 sas, & onera realia admittenda, nisi † in quantum
quietantiæ deducantur in actis per l. Imperatores ff. de
publ. & vectigal. cum alijs allegatis in hac eadem causa 20.
Aprilis 1619. quòd ideò sint admittenda etiam quod per te-
stes probentur solutiones, dum non agitur de publicis con-
tributionibus; quia negari non potest quin huiusmo-
di onera sint realia, & publica, quæ pro æstimatione
prædiorum imponuntur pro refectione pontium, &
aptationis viarum: vnde semper militat eadem ratio,
7 quod debitores onerum † contra exactores se tueri non
possint, nisi per exhibitiones quietantiarum.
Demùm non obstat conclusionem firmatam in decis. 27.
Martij 1620. non esse veram, quod scilicet hæres cum bene-
ficio legis, & inuentarij adita hæreditate non teneatur de
illis satisfacere creditoribus adducendo plures Doctores af-
firmatiuam probantes.
Quia visum fuit opinionem pro hærede in decisione
8 firmatum esse veriorem, quia hæres cum beneficio † le-
gis, & inuentarij fructus facit suos dum illos percipit,
glos. in l. mulier §. cum proponeretur in verbo quanti-
tatis, vbi etiam Bart. numer. 4. ff. ad trebell. & hanc par-
tem sequuntur Accurs. Iacob. de Aren. Alberic. Alexand.
Salicet. Angel. Comens. Castrens. Ruin. Rimin. Sen.
Alciat. Marzarius, Gabriel quos refert, & sequitur Me-
noch. cons. 183. num. 50. & cons. 292. num. 21. Surd. decis.
92. num. 6. & cons. 291. num. 11. Mantic. de coniect. lib. 7.
tit. 10. numer. 7. Gratian. discept. 540. num. 6. Rot. decis.
680. num. 2. par. 1. diuers. & rationes quibus mouentur,
9 sunt indubitatæ, quia hæreditas postquam fuit adita †
non dicitur hæreditas, sed proprium hæredis patrimonium,
l. 5. §. veteres, ff. de acq. possess. Card Mantic. de contr.
lib. 12. tit. 1. num. 14. Surd. decis. 310. num. 11. & decis. 144.
num. 14. Vndè benè consequitur, quicquid percipit, ex re
sua percipit propter dominium, & possessionem, quam
habet, & modo malitiosè non percipiat, non teneatur de-
bita hæreditaria soluere de suo: quia in hac parte à dam-
no præseruatur hæres per l. vltimam §. si præfatam C. de
10 iure deliberand. vbi expressè † cauetur, quod in tan-
tum creditoribus hæreditarijs satisfaciant hæredes, in
quantum res substantiæ ad eos deuolutæ valeant, sub qui-
bus verbis fructus excluduntur, qui non de substantia rei,
11 † sed ex ipsa re prouenire dicuntur, l. scimus, §. repletio-
nem, C. de inoffic. testam. & latissimè fuit comprobatum
in decis. Arimin. legitimæ de Scarponibus 3. Maij 1627. co-
12 ram Domino meo Durano, nec per eandem legem † fina-
lem hæres priuatus est à lucro prouenientè ex aditione
hæreditatis, & delato iure ff. per l. in ratione la 2. ff.
ad leg. falcid. quia Bart. in d. l. in ratione, §. diligen-
ter existimat, quoad damnum contingens hæredi post
13 aditam hæreditatem † legem illam esse correctam per
d. l. finalem, sed de lucro idem non dicit.
Et quamuis non desint authores, qui contrariam opi-
nionem tenuerint, si tamen benè attendantur illorum
rationes, & fundamenta, quibus mouentur ad substi-
nendum, quod de fructibus perceptis post aditam hære-
ditatem creditores sint satisfaciendi, apparebit aut non
releuare, aut de facili euelli posse.
Nam Guidop. de inuent. tom. 8. par. 2. numer. 17. mo-
uetur per l. item veniunt §. item non solum, ff. de pe-
tit. hæredi Phanut. eod. tom. & tract. numer. 36. & 37.
14 mouetur ex eo, quod hæres † non potest quicquam lu-
crari ex hæreditate quousque satisfactum non fuerit
creditoribus, allegando l. fin. §. si præfatam, & §. li-
centia C. de iure deliberan. Mantic. eod. tom. & tract. cap.
15 6. num. 10. credidi † hæreditatem augeri ex fructibus, &
quod semper sit eadem hæreditas, & eadem persona per
l. item veniunt, §. item non solum, & §. fructus de petit.
hæred. Roland. eod. tom. & tract. vers. sexta vtilitas,
nihil dicit de hac quæstione, sed de alia an scilicet res,
16 quæ post † aditam hæreditatem perierunt, spectent ad
periculum hæredis, vel legatorum, Peregr. de fideicom.
art. 49. numer. 77. & consil. 42. numer. 27. lib. 1. distinguit
inter fideicommissarium, & creditorem, & credit cau-
sam creditorum esse iustiorem remittendo se ad Rimin.
Iun. consil. 596. & Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio ff. si
cui plus quam per l. falcid. & Rimin. d. consil. 596.
simpliciter tenet opinionem pro creditoribus sequendo
Corn. post Angel. in l. fin. numer. 50. C. de iure deliberan-
di. Surd. decis. 92. numer. 5. mouetur ratione quia † hæ- 17
res cum beneficio legis nullum potest percipere commo-
dum ex hæreditate, & interim non videatur esse hæres
per l. fin. §. etsi præfatam, & §. licentia C. de iure
delib. Ruin. consil. 176. numer. 17. lib. 1. quærit de quæstio-
ne diuersa, an filius de feudo hæreditario, † & facto inuen- 18
tario teneatur erga creditores pro commoditate, quam
percipit ex feudo, post quam feudum non potest alienari
Crass. de inuent. quæst. 11. numer. 3. refert tantummodo
opinionem aliorum, Caball. consil. 544. lib. 2. mouetur
ex eo quod hæreditas non censeatur adita per hæredem
cum † beneficio legis, & argumentatus à tutore ad hæ- 19
redem in eo, quod teneatur conficere librum rationum
de fructibus, & demum auctoritate Monticuli, & alio-
rum, Laderch. consil. 8. mouetur primò ex l. item veniunt
§. item non solùm de petit. hæredit. quod † fructus au- 20
geant hæreditatem, secundò ex §. & si præfatam sustinendo
quod fructus sint de substantia hæreditatis, tertiò ex au-
ctoritate supradictorum Doctorum, Cyriacus de Nigris
controu. 294. num. 17. refert scribentes pro hac opinione,
deinde subiungit † ad rem, de qua scribit, si verum est 21
quod dicunt, & Rotæ decis. 279. 280. impressæ post tracta-
tum de censib. nihil firmant, vt videre est in 1. numer. 9. &
& in 2. num. 3. & altera de Bombellis 24. Nouembris 1625.
coram D. meo Decano, refert tantummodo aliquos ex su-
pradictis, & transit ad limitationem, atque ita ex dictis
prædictorum omnium tria tantummodo fundamenta elici
possunt, nempè quod fructus † augeant hæreditatem, 22
quod sint de substantia hæreditatis; ac demum quod hæ-
res, donec creditores non sint satisfacti, non videatur hæ-
res, nec posset quicquam lucrari.
Non obstat igitur primum fundamentum ex quo moti
sunt Guidopap. Mantic Phanut. Laderch. & Caball. quod
fructus augeant hæreditatem, etiam post hæreditatem
contingentes per l. item veniunt §. item non solum vers. fru-
ctus autem, ff. de petit. hæredit. quia fructus † augent 23
quidem actionem petitionis hæreditatis, vt intelligantur
petiti contra possessorem rei hæreditariæ, non autem au-
gent hæreditatem in præiudicium veri hæredis, quin adita
hæreditate fecerit suos, ita glos. textum explicat in verbo
omnes vers. vtique, quod ergò hic dicitur, & intelligunt
Angel. & Castr. numer. 2. in d. §. non solum, Bart. in l. fidei-
commissoriam, numer. 7 ff. ad trebell. Abb. consil. 79. numer.
18. lib. 1. dicens propriè loquendo, fructus non augent
hæreditatem, sed actionem petitionis hæreditatis.
Non obstat secundum, † quòd fructus sint de substan- 24
tia testatoris deuoluta ad hæredem per l. vltim. §. & si præ-
fatam C. de iure deliberan. vbi quatenus res substantiæ
ad eos deuolutæ valeant, in qua se fundant Peregr. Ri-
min. Iun. Caball. & Laderch. quia clarè patet fructus non
esse de substantia rerum ad hæredem deuolutarum; quia
† appellatione substantiæ non veniunt fructus, l. scimus, 25
§. repletionem, C. de inoff. test. Bart. in l. Papinianus §. vn-
de si quis ff. eod. tit. & in d. l. scimus num. 2. Rot. in Ciuita-
tis Castelli supplementi legitimæ 11. Maii 1626. coram bon.
mem. Patriarcha Manzanedo.
Non obstat vltimum fundamentum, quod hæres do-
nec creditores non fuerint satisfacti, dici non possit hæres,
† nec possit consequi lucrum ex hæreditate, & teneatur 26
reddere bonam rationem creditoribus de omni, & toto,
quod ad ipsum peruenit de hæreditate, cui adhæserunt.
Phanut. Surd. & Caball. moti ex Bald. in l. debitori num. 2.
C. de pactis, & in l. fin. §. in computatione numer. 3. vers.
venio ad oppositiones, vbi etiam Ias. num. 4. C. de iure de-
liber. quia † Bald. in vtroque loco allegatus, & Iason 27
mouent quæstionem de impossibili exercitio actionis, post-
quam hæres adiuit hæreditatem, & confusio actionum se-
quitur, arguendo ab impossibili naturaliter, quod per le-
gem fieri non potest possibile, quod quis sit sibi ipsi obliga-
tus per confectionem inuentarij; sed dubium soluendo di-
cit hæredem non esse sibi ipsi obligatum, sed hæreditatem
esse obligatum hæredi; nam † licet hæreditas non dica- 28
tur post aditam hæreditatem; tamen beneficium inuen-
tarij facit eam censeri hæreditatem, & perinde est, ac si
hæreditas esset iacens; sed prædicta, quæ dicta sunt ad sal-
uandam impossibilitatem actionis, non tamen accommo-
dari possunt ad impediendos effectus aditionis respectu ac-
quisitionis fructuum, quia † l. in ratione, ff. ad l. falcid. 29
respectu lucri non est correcta per l. fin. C. de iure deliberan-
di, vt supra fuit dictum.

Et ces-

Et cessante releuantia fundamentorum huius affirmati-
uè opinionis diuersitas casuum inter fideicommissarios ,
& creditores, quæ allegatur, & recepta dicitur per Peregr.
d. art. 49. num. 77. & consf. 42. num. 27. lib. 5. solo nomine,
non autem ratione comprobatur, & est cootra textum *l.
finalis in §. licentia, C. de iure deliberandi,* vbi par est cau-
30 sa creditorum † legatariorum, & fideicommissariorum ,
& eam improbat Rimin. Iuo. *dicto consil. 596. numer. 18.
& seq.*

Nec aduersatur, quod Iulius Cæsar tempore confecti
Iouentarij descripserit Catherinam inter creditores, quasi
ex hac scientia ioducta fuerit mala fides , cum qua fru-
ctus non acquiruntur, quia sciuit etiam se onn teneri cre-
ditoribus vrgentibus ex interualln de re sua , & sic de fru-
ctibus satisfacere , sed de corporibus hæreditarijs *d. §. & si*
31 *præfatam , l. final. C. de iure delib.* Ibi † in taotum hære-
ditarijs creditotibus teneaotur, In quantum res substan-
tiæ ad eos deuoIutæ valeaot.

Secundò principaliter dicebatur , Iulium Cæsarem ,
& nunc eius hæredes oon teneri pro rata fructuum ,
qui prætenduntur percepti post aditam hæreditatem ,
quia cum agatur de pensionibus domorum , & aliorum
bonorum, quæ de sui natura non sunr fructifera , Ita vt
32 intret † præsumptio perceptionis ex possessione subse-
quuta per *l. Iulianus, §. ex venditio, ff. de actio. empt* Natt.
*cons. 384. nu. 2. cum alijs in decisione huius causæ 24. Ianua-
rij 1618. allegatis* , non tenentur ad aliquam quantita-
tem, nisi de ea doceatur.

33 Non obstat quod respectu domus magnæ adsit vnus †
testis de certa scientia faciens semiplenam probarionem,
qui dicitur adminiculatus ea attestationibus particula-
rium, & ciuitatis, & ea omissione confectionis libri ratio-
34 num, quem † tenetur conficere hæres cum beneficio legis,
& inuentarij , Angel. *in l. fin. §. sin autem dubius numer. 2.*
vbi Alexand. Ias. Corn. *C. de iure deliberand. &* Caball.
d. cons. 144. num. 3. lib. 2. cum quibus adminiculis potest
impleri probatio Mandell. *cons. 7. num. 16. volum. 1. cum
allegatis.*

Quia neque attestationes faciunt fidem, neque hæ-
res tenetur conficere librum de re sua , & Doctores
allegati loquuntur secundum opinionem mious ve-
ram , quando scilicet hæres tenetur ad fructus perce-
ptos post aditam hereditatem , sed quandn non tene-
35 tur , superflua est diligentia, quæ creditoribus † inu-
tilis est , & probationes, quæ in sua specie sunt im-
perfectæ , nunquam coniunguntur ad implendam pro-
bationem . Dec. *in cap. cum causam numer. 10. de prob.*
Bald. *in l. spadonem , §. si ciuitatis numer. 1. ff. de ex-
cusat. totar.* & latissimè comprobat Gabr. *conclus. 1. num.
31. de probat.*

Superest exceptio computationis mobilium , sed Do-
mini responderunt non esse habendam rationem , quia
36 attentata tenuitate ; & decursu temporis per 30. & vltra
annos iotrat præsumptio consumptionis Afflict. *decis.
13. numer. 27.* Rota *decis. 285. numer. 3.* coram Pa-
pa Gregor. XV. Peregrin. *de fideicomm. artic. 10. nu-
mer. 40.*

Nec obstat , quòd hæres tenebatur de illis Catheri-
nam satisfacere de tempore , qun institit pro dote sua
recuperanda , de qun oon poterat intrare præsumptio
consumptionis.

Quia neque petijt , neque voluit tunc satisfieri io dictis
mobilibus, vndè cum hæres continuauerit possidere dicta
bona, nec ad aliud teneatur , quàm exhibere inuentaria-
ta, benè potest hodie excipere de consumptione spatin tri-
ginta annorum.

Et ita fuit resolutum, &c.

☞ * Vide hanc decisionem infra in Additione , prout in
Indice in eius fine posito , habes etiam pariter infra
aliam decisionem in hac causa 18. Iunij 1629. coram eo-
dem bon. mem. Reuerendissimo Pirouano , est decisin
305.

R. P. D. DVNOZETTO.

Nicien. Parochialis.

Die Veneris 23. Martij 1629.

ARGVMENTVM.

Agitur de materia concursus ad Ecclsiam Parochialem , qualiter scilicet probetur, quod omnia requisita in eo fuerint obseruata.

SVMMARIVM.

1 *Factum, quando aliquid est , censetur in eo præcessisse omnia, quæ de iure præcedere debebant.*

2 *Pater comparere potest pro filio.*

3 *In concursu ad Parochialem , vt quis admittatur , quilibet pro alio potest comparere.*

4 *Fides, quando est adminiculata probat.*

5 *Protestatio contraria facto, est inutilis.*

6 *Narratiua non facti concursus ad Parochialem est plenè , & concludenter iustificanda.*

7 *In beneficialibus datur multiplicatio titulorum.*

DECISIO CCLX.

DOMINI dixerunt, Horatium comparuisse in tem-
pore, & gratiam Apostolicam , non iotrare.

Comparatio enim in tempore necessaria ex Sac. Conc.
Trident. *sess. 24. cap. 18.* præsumitur in primis , ex quo
Horatius, præuio examine, coram Iudicibus Synodalibus
fuit approbatus, & electus , vti magis idoneus, & succes-
siuè per Vicarium, io vim prouisionis V. Legati Auenio-
oem immissus, vnde præsupponi debet ad electionem, &
immissionem prædictam fuisse deuentum , † præmissis 1
omoibus, quæ de iure præcedere debebant. Cass. *decis. 21.
num. 1. de præben.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 7. num. 12. &
seq.* Rot. *decis. 434 num 5. par. 1. recent.*

Secundò iustificatur comparitio intra debitum tempus,
quia terminus ad compareodum, expirabat die 17. Apri-
lis 1621. qui fuit prorogatus vsque ad diem 21. eiuidem
mensis Aprilis, die autem 10 dicti mensis , & sic durante
termino , Bartholomæus Laorentius iostetit Horatium
eius filium admitti ad concursum huius Parochialis, quam
iostantiam, non est dubium , potuisse Horatio suffragari
tàm de iure, quia † pater potest comparere pro filio *l. vlt.* 2
C. de Imp. & al. subsit. Put. *decis. 23 lib. 2.* Seraphin. *decis.
1193. numer. 4.* quàm etiam ea dispositione Sac. Conc. per-
mitten. † quemlibet pro alio ad hunc effectum , posse 3
comparere , *dicta sess. 24. cap. 18. vers. liberum sit tamen
etiam alijs.*

Præterea ea dispositis *in summar. Horatij num. 9.* coostat
eundem die 17. Aprilis personaliter comparuisse coram
Vicario generali Nicien. & exhibuisse Bullas Vicelegati
Aueninnen. in quibus præseruabatur forma concursus ne-
cessaria ex decreto Sac. Conc. & protestatum fuisse se para-
tum, implere omnia sibi incumbentia, vt ex attestatione
Vicarij, cui plurimum est deferendum, † cum sit admi- 4
niculata, ex attestatione vnius Examinatoris Synodalis
Rot. *decis. 122. numer. 7. par. 1. recent.* Gregor. XV. *decis.
214 num. 3.*

Non obstat, protestatio eiusdem Horatij , qood de-
sisteretur à concursu, hæc enim eliditur ex eiusdem Ho-
ratij comparitione , cum actu positiuo examinis , quod
ipse subiuit . Ex prædictis enim remanet protestatio inu-
tilis † tamquam contraria facto *c. sollicitudinem de ap-* 5
pellat. & in c. cum M. Ferrarien. de const Rota *decis. 539.
num. 6. par. 2. recent.*

Et ex his resultat resolutio secundæ partis dubij gratiam
videlicet Io. Andræ impetraotis, non intrare , quia non
modo oon iustificat, sed nec etiam, iustificare potest nar-
ratiuam † non facti concursus, quam plenè , & conclu- 6
denter, iustificare tenetur tamquam fundamentum suæ
impetrationis Marescot. *var. lib. 2. c. 1. num. 21. & seq.* Pa-
ris. *de resign lib. 10. quæst. 3 num. 5.* Rot. *decis. 635. num. 6.
par. 1. recent.* Seraphin. *decis. 1064.*

Non obstat, quod Horatius adeptus fuerit possessionem
vigore

vigore prouisionis Vicelegati, ante concursum; quia sup-
posito concursum, & examen præcessisse, vtique cessat
fundamentum impetrantis, quod est negatiua facti con-
cursus, & potest esse, quod Horatius obtinuerit aliam
prouisionem, quæ possibilitas reo, & possessori sufficit,
7 cum in beneficialibus, † detur multiplicatio titulorum
cap. post elect. de concess. præben. Felin. *in cap. in nostra nu.*
2. de rescript. Rota *decis. 117. num. 2. & decis. 333. num. 6.*
q. 1. & decis. 142. num. 2. par. 2. recent.
Et ita vtraque &c.

¶ Habetur supra in hac causa alia decisio sub die 13. Martij 1629. coram Reuerendiss. Vrgellen. est decisio 154. & infra habetur alia sub die 1. Februarij 1630. coram R.P.D. Dunozetto, est decisio 344.

R. P. D. DVNOZETTO.

Licien. Canonicatus.

Die Lunæ 26. Martij 1629.

ARGVMENTVM.

Beneficij possessio, quando semel est apprehensa, tunc non potest iterum apprehendi, & quando hoc cessat, & aliqua circa regul. 4. Cancell.

SVMMARIVM.

1 *Regula quarta Cancellariæ præseruat Papæ omnia beneficia Ecclesiastica quorumcumque Collectorum fructuum, & prouentum Cameræ Apost. debitorum.*
2 *Beneficij possessionem, quando quis semel apprehendit non est amplius immittendus.*
3 *Breuis virtus de capienda possessione Beneficii, expirat per primum actum adeptionis possessionis.*
4 *Ex possessione illius, qui obtinuit beneficium, ad possessionem Cameræ non bene infertur.*
5 *Cardinalis Camerarius habet facultatem deputandi Collectores, & Subcollectores in omnibus Ciuitatibus, Terris, & Prouinciis quotquot voluerit.*
6 *Constitutionum verba, quando sunt clara, non admittunt extrinsecam interpretationem violantem textum.*
7 *Singula singulis particulariter non referuntur, nisi quando verba non possint saluari, secundum rectitudinem sermonis.*
Vel quando sequeretur correctio, vel repugnantia, nu. 7.
8 *Excessus non præsumitur.*
9 *Papa confert beneficia collectorum.*
10 *Regul. 4. Cancell. requirit vnicitatem subcollectorum, & d. regul. non habet locum in exactore Capituli, num. 12.*
11 *Rota decis. 715. par 1. in recent. declaratur.*
12 *Subcollectorem, quàm facit iurisdictio, non autem latitudo ipsius iurisdictionis.*

DECISIO CCLXI.

CVM sub die 19. Ianuarij præteriti * fuisset re-
sponsum pro executione Breuis de capienda posses-
sione nomine Cameræ ad fauorem D. Bernardini Maggij
Prouisi Apostolici; hodie ad instantiam Theofili Prouisi
ab Ordinario non acquiescentis dictæ resolutioni iterum
proposui dubium super eisdem, & Domini noluerunt re-
cedere à tunc decisis; Quia d. Breue ipsius visum fuit ex
omni parte iustificatum, nempe probatus obitus Hiero-
nymi Valentis Collectoris in possessione Canonicatus, de
quo agitur, & quod idem Hieronymus fuerit Collector
in Ciuitate, & Diœcesi Licien. vt firmatur in decisione,
1 quo casu intrat † regula quarta Cancellariæ, quæ reser-
uat generaliter Papæ omnia, & singula beneficia Eccle-
siastica quorumcumque Collectorum fructuum, & pro-
uentuum Cameræ Apostolicæ debitorum.
Non obstat, quod Maggius semel apprehenderit pos-
2 sessionem † huius Canonicatus, & ideò non sit amplius
3 immitendus, & consequenter Breue non exequendum, †
ex quo per primum actum adeptionis possessionis virtus
Breuis consumpta videatur *iuxt. l. Boues §. hoc sermone ff.*
de verb. signif. quia d. possessio non fuit capta à Maggio in
vim alicuius mandati Commissarij Cameræ, nec nomine
Cameræ, sed simpliciter, & ideò non impedit, quin hodie
Commissarius possit iuxta breue petere immissionem
cum ex † possessione Maggij ad possessionem Cameræ 4
non benè inferatur *arg. tex. in l. Papinianus exuli ff. de*
minor.
Non obstat, quod facultas D. Cardinalis Camerarij sit
intelligenda, vt possit deputare Collectores in Prouin-
cijs, & Subcollectores in Ciuitatibus, & ita deputatio
Collectoris facta in persona Hieronymi in Ciuitate Li-
cien. laboret defectu iurisdictionis, & ideò Ordinario non
præiudicauerit; quia iste intellectus repugnat claris ver-
bis dd. facultatum, in quibus in § præterea † dicitur, vt 5
Collectores, & Subcollectores in omnibus Ciuitatibus,
Terris, & Prouincijs, quotquot voluerit deputare possit,
quæ verba, cum sint † clara, non admittunt extrinse- 6
cam interpretationem violantem textum, Crau. *cons. 4. n.*
21. Nec singula singulis particulariter referuntur, nisi † 7
quando verba non possunt saluari secundum rectitudi-
nem sermonis, vel sequeretur correctio, aut repugnan-
tia. Rota *decis. 54. num. 25. par 2. diuers.*
Nec facit, allegatum absurdum, quod si in vna Ciui-
tate possent deputari tot Collectores, omnia beneficia re-
seruata fierent in præiudicium Ordinarij, etenim hic ex-
cessus † non est præsumendus, præsertim cum non inde 8
melior fiat conditio Cardinalis Camerarij, si Beneficia
plura fiant reseruata, ex quo semper illorum † collatio 9
spectat ad Papam, & omni casu, si talis excessus contin-
geret vti in fraudem Ordinarij, moderaretur sicuti in si-
mili de facultate vniendi, quæ non intelligitur de facul-
tate excessiua, & immoderata.
Non obstat quod in Ciuitate Licien. eodem tempore
fuerit alter Subcollector deputatus à Nuncio Neapolita-
no super spolijs Clericorum, & ideò locus sit limitationi
d. reg. 4. † requirentis vnicitatem subcollectorum. Nam 10
placuit Dominis responsio data in decisione, quæ reui-
detur, nempè quod versamur in Collectore, non autem
in Subcollectore, & sic sumus in casu regulæ, non autem
in casu limitationis dictæ regulæ, ac etiam quod omni
casu sunt duo Officia distincta, & circa diuersa, nempè
Collectoris deputati à Card. Camerario pro decimis exi-
gendis, & Subcollectoris Nuncij, pro spolijs Clericorum,
ob quorum negociorum diuersitatem quilibet vnicus est
in officio suo, vt in simili de † diuersis procuratoribus 11
deputatis ad diuersa negocia ab eadem persona Rota *de-*
cis. 18. & 22. & ibi Adden. *de procurat. in nouis.* Quod si-
mile multo magis applicatur in hoc casu, cum deputatio
collectorum facta fuerit à diuersis, & circa diuersa
Non obstat, quod stante compositione Capituli cum
Camera, Hieronymus fuerit potius † exactor Capituli, 12
quam Collector Cameræ, & ideò non comprehendatur
sub dicta reg. 4. *vti ibi trad.* Mandos *q 3.* & ante eum glos-
sat. antiquus; Quia deputatio facta à Camera in perso-
na Hieronymi expressè cantat de Collectore, & ei vti tali
iurisdictio, & facultates conuenientes Collectori datæ
fuerunt, nempè compellendi etiam per censuras Ecclesia-
sticas illos, qui recusassent soluere Capitulo, & licet pro-
pter compositionem exactio sit vnica à Capitulo soluente
pro toto Clero, tamen cum Capitulum pro se reualendo
debeat exigere à Clericis nomine Cameræ intrat subroga-
tio in locum Cameræ, & intrat potestas, & exerci-
tium vniuersalis exactionis nomine Cameræ, & propterea
benè applicatur † *decis. 715. num. 7. par. 1. recent* à qua 13
licet fuerit recessum *coram bo. me. Remboldo sub die* 30. *Iu-*
nij 1617. *& die 2 Iunii* 1621. hoc processit ex solo capite
defectus vnicitatis subcollectoris quia scilicet posteà fuit
probatum adfuisse alium Subcollectorem eodem tempo-
re, non autem fuit reuocata conclusio in *d. decis. 715.* fir-
mata scilicet, quod cum Balagnus exigeret nomine Cleri,
non propterea desinebat esse subcollector, cum Clerus es-
set subrogatus † in locum Cameræ, & quod iurisdictio 14
non autem latitudo ipsius iurisdictionis, facit quem sub-
collectorem *iux. cons. lap. fin. inter cons.* Oldr *num. 2. in fin.*
Et ex his, & alijs in dicta decisione ponderatis fuit di-
ctum standum esse in decisis vtraque &c.

* Est decisio 255. supra in hac parte.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Romana Laudemij.

Die Veneris 30. Martij 1629.

A R G V M E N T V M.

Emphyteusis quando, & ex quibus probetur, & hoc maxime, si solum agatur ad effectum solutionis Laudemij.

S V M M A R I V M.

1 *Confessio dantis, & recipientis benè probat dominium, & proprietatem.*
2 *Et hoc maximè, quando confessio non fuit facta simpliciter.*
3 *Canonis solutio fit proprietario, & eius consensus requiritur in alienatione.*
4 *Canones recipiens sub qualitate qui impositi erant sub re emphyteutica, non potest amplius hanc qualitatem controuertere.*
5 *Sub emphyteuticatione oritur sufficiens probatio emphyteusis.*
6 *Emphyteusis probatur ex pacto, quod in euentum non solutionis canonis bona deuoluantur ad proprietarium.*
7 *Insignium alicuius oppositio, solet apponi in signum proprietatis, & dominii, & ad effectum cognoscendi rem tamquam suam.*
8 *Emphyteutica bona præsumuntur omnia esse, quæ sunt posita inter fines, situs, & terræ, super quibus sunt impositi canones.*
9 *In emphyteusi scriptura inuestituræ præsumitur interuenisse, quando constat per scripturas de recognitionibus concernentibus dominium, & proprietatem.*
10 *Emphyteusis probationibus leuioribus probatur, quando non agitur ad effectum deuolutionis, sed ad effectum laudemii.*

D E C I S I O   CCLXII.

ORTA controuersia inter Capitulum Basilicæ S. Petri, & Puellas dispersas, An situs, & domus, de quibus agitur, sint sub proprietate, & dominio eiusdem Capituli ad effectum videndi. An illi sit necne soluendum laudemium in alienationibus, & subemphyteuticationibus factis, & faciendis causa commissa in Rota, & dato dubio. An constaret de emphyteusi, illud hodie fuit affirmatiuè resolutum ad fauorem Capituli. Et moti sunt præcipuè Domini ex instrumento anni 1622 in quo Virginia de Cosciaris tanquam soror, & hæres Marci Antonij de Maximis pro debitis dicti Marci Antonij dedit in solutum Puellis dispersis quosdam canones per eumdem Marcum Antonium acquisitis in diuersis subemphyteuticationibus per ipsum factis de dictis sitibus, & asseruit quod isti canones sunt fundati super vinea, & quantitate terreni sub emphyteusi Capellæ Iuliæ, seù Canonicorum Basilicæ Sancti Petri, vndè cum Puellæ sub hac assertione istos canones in solutum receperint, videntur, &
1 ipse eiusdem Capituli proprietatem fateri, & sic ista † dantis, & recipientis confessio benè probat dominium, & proprietatem Capituli, Paul. de Castr. *in l. cum falsa, nu. 4. C. de iur. & fact. ignor.* Ruin. *cons.* 50. *numer.* 13. *lib.* 1. Rolan. *cons. 2. num.* 109. *&* 113. *lib.* 1. Rota *decis.* 141. *num. 7. par. 2. diuers. & recent. decis.* 249. *num. 2. & seqq. & decis.* 290. *num. 2. par.* 1.

Et præcipuè, quia in supradicto instrumento non so-
2 lum fuit simpliciter facta dicta confessio, sed † etiam fuit reseruatus consensus, & beneplacitum Capituli, & Virginia assumpsit in se onus soluendi canonem scutorum 35. & omne illud, quod debebatur supradictæ Capellæ, signum euidens quod proprietas, & directum dominium erat pœnes dictum Capitulum, & quod Virginia erat solum emphyteuta, & vtilis domina; nam aliàs
3 nec † Capitulo erat facienda solutio canonis, nec illius consensus requirebatur, Mant. *de tacit. lib. 22. tit. 3. numer.* 16. Rota *decis. 400. num. 8. par. 1. in recent.* Et dum Puellæ cum hac qualitate canones acquisiuerunt, qui
4 erant impositi super re emphyteutica Capituli, † non possunt amplius hanc qualitatem controuertere negando emphyteusim præsertim contra Ecclesiam, Bald. *in l. censualis dante nu. præd. vers. ibi Domino C. de donat. idem* Bald. *in l. 1. num. 12. C. quando licent ab empt. disced.* Felin. *in cap. cum Bertoldus sub nu. 28. circa fin. vers. Dixit etiam* Baldus *de sent. & re iudic.* Dyn. *cons. 15. num. 4* Cephal. *cons. 9. num. 20. lib. 1.* Scrader. *de feud par. 5. cap. 6. num.* 12. Modern. Roman. *discept. forens. cap. 912. num.* 10.

Deinde vltra prædictum instrumentum donationis in solutum concurrunt plura alia instrumenta concessionum factarum per dictum Marcum Antonium, qui subemphyteuticando situs, & terras ab fabricandum, illas subemphyteuticauit cum eadem assertione quòd erant sub proprietate, & dominio Capellæ Iuliæ, & Basilicæ Sancti Petri, ex qua † subemphyteuticatione ori- 5
tur sufficiens probatio istius emphyteusis non solùm contra dictum Marcum Antonium, qui Capitulum in dominum recognouit, sed etiam contra illius successores tam vniuersales, quàm singulares. Menoch. *cons. 226. num. 186. in fin. & num. 187. lib. 3.* Ruin. *dicto cons. 50. nu. 13. lib. 1. & cons. 128. num. 16. lib. 2.* Aym. *cons. 20. nu.* 11. Valasch. *quæst. 13. num.* 11. Guidopap. *decis. 272. sub num. 2. vers. Sed in præmissis non obstantibus*, Seraph. *decis. 1424. num.* 3. Rota *decis. 776. nu. 1. par. 1. diuers. & decis. 193. nu. 2. par. 2. in recent. & in Romana Canonum 23. Maij 1624. coram bo. mem. D. meo Vbaldo.*

Et hoc tanto magis procedit stante alio instrumento celebrato de anno 1615. de quo in summario numer. 5. cum Monialibus domus Pœnitentiæ de sitibus intra eosdem
confines, in quo fuit expressè † conuentum, quod in 6
euentum non solutionis canonum bona deuoluantur ad Ecclesiam, ex quo pacto probatur emphyteusis, *l. fin. C. de iur. empt. & dixit* Rota *in Romana domus 30. Aprilis 1621. coram Illustriss. Cardinali Verospio*, prout etiam sua-
detur bona esse emphyteutica ex alio pacto † appositio- 7
nis insignium sancti Petri, quæ solent apponi in signum proprietatis, & dominij, & ad effectum recognoscendi rem tamquam suam, Bart. *in l. stigmata, C. de fabric. lib.* 11. *idem* Bart. *in tract. de insig. & arm. sub num. 4. Vin. com. opin. 540. num. 14. & dixit* Rota *in Romana Emphiteusis 20. Maij 1616. coram bo. me. D. meo Vbaldo, & in Romana restitution t in integrum 27. Maii 1627. coram me.*

Non obstat quod probetur bona, quæ continentur in datione in solutum esse eadem, quæ continentur in bonis emphyteuticis, de quibus cantant supradicta instrumenta subemphyteuticationum, necnon instrumentum concordiæ de anno 1564 in quibus exprimuntur pro confinibus bona DD. de Lantes, DD de Riarijs, & via publica, seu Lungaria. Quia cum intra istos fines sint positi situs, & terræ super quibus sunt impositi canones, qui
fuerunt dati in solutum, vt supra censendum est † illas 8
esse emphyteuticas, & eiusdem qualitatis, cuius sunt aliæ terræ subemphyteuticatæ existentes inter eosdem fines, Ruin *d. cons. 50. nu. 13. & 14. lib.* 1. Natt. *cons.* 506. *num.* 31. Rota *decis. 508. num. 1. par. 1. recent. & dixit* Rot. *in d. Romana restitutionis in integrum coram me.*

Non obstat quod non probentur inuestituræ per instrumenta, quia satis esse videtur constare per scripturas de recognitionibus, & assertionibus prædictis concernenti-
busdominium, & proprietatem Capituli, † cum ex il- 9
lis præsumatur interuenisse scripturam inuestiturarum tanquam necessarium antecedens Velasch. *de iure emph. qu. 7. nu.* 27. Rota *decis. 400. nu. 10. par. 1. in recent.*

Ex quibus omnibus præsertim, simul iunctis fuit fir-
matum constare de emphyteusi, & quidem eo † faciliùs, 10
cum non agatur ad effectum deuolutionis, sed secundum ad effectum prædictum solutionis laudemij, quo casu leuior probatio sufficere solet, & admittuntur, etiam præsumptiones, & coniecturæ, Rota *decis. 249. num. 2 decis. 400. nu 6. & 7. par. 1. in recent. & decis. 12. num. 2. & decis. 331. num. 2. par. 2. in iisdem.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

¶ Infra in eadem causa par. 6. adsunt duæ aliæ decisiones sub diebus 10. Martij 1631. & 10. Maij 1632. coram R. P. D. Ghisilerio, sunt decisiones 14. & 128.

Et in par. 7. habetur alia sub die 4. Maij 1635. coram eodem, est decisio 40.

EMI-

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Romana domus.

Die Veneris 30. Martij 1629.

A R G V M E N T V M.

Iudex non ritè, & iustè procedendo, non priuat quem sua possessione, si se non habeat pro spoliato. Executiuè non potest procedi contra tertios possessores, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio datur ei, de cuius possessione constat.*
2 *Possessori datur manutentio.*
3 *Iudex non ritè, & rectè procedens in auferendo alicui possessionem, si ille non habeat se pro spoliato, competit manutentio.*
4 *Executiua via non potest procedi contra tertios possessore.*
5 *Pro debito facto super re, quæ postea fuit data in dotem viro à muliere, an super ea possit fieri executio.*
6 *Decis. Card. Seraph. 891. declaratur, & num. 8.*
7 *Liti, si aliquis se opponat, potest contra eum fieri exequutio.*
8 *Text. in l. fin se obtulit ff. de re iud.*

D E C I S I O CCLXIII.

DOMINI dixeruot Martio informaoti esse dandum mandatum de manutenendo io possessione domus,
1 de qua agitur. Quia de illius possessione † constat ex subhastatione, & deliberatione contra ipsum facta, Aym. *cons. 16. num. 5. vers. vndecimo,* Rota *decis. 446. nu. 4. par. 2. in recent. & fuit dictum in Perusina societatis 31. Iulij 1624. coram bo. me. D. meo Vbaldo, & in Romana census decima-*
2 *rum 21. Maij 1627. coram me.* Possessori † autem datur manutentio, *vulg. §. retinendæ instit. de interd.*

Non obstat quod stante subhastatione, & deliberatione facta ad fauorem D. de Aste, videatur Martius sua possessio-
3 ne priuatus. Quia cum iudex non ritè, † & rectè processerit, & dictus Martius non habuerit se pro spoliato debet manuteneri, Abb. *in cap. conquærente sub num. 8. de restit. spoliat.* Put. *decis. 409. in fine, lib. 2. in nou.* Rota *decis. 802. num. 7. vers. quia pro responsione par. 1. & decis. 179. num. 5. par. 4 diuers. & decis. 111. par. 1. in recent.*

Quod autem non ritè processerit patet ex eo, quia cum
4 Martius esset tertius possessor, † non poterat contra eum exequutiuè agi, prout factum fuit, sed erat agendum remedijs competentibus, contra tertios possessores, Alex. *in l. Diuo Pio, §. si super rebus, nu. 28. vers. & pro hoc benè facit, ff. de re iud* Franc. Aret. *cons. 86. in fin. sanct. mem.* Greg. XV. *decis. 22. num. 1.*

Non obstat quod debitum cuius vigore fuit relaxatum mandatum, & facta exequutio esset factum per patrem
5 vxoris Martij ante contractum matrimonium, † & sic potuerit super dicta domo quamuis in dotem data fieri exequutio, cum antea fuisset patris debitoris, *iuxt. decis. Seraphin. 891. nu. 1. & seqq.* Quia cum Domina Eugenia vxor Martij oon fuerit hæres vniuersalis sui patris; sed modo fuerit constituta, in dicta domo pro sua legitima, & dote, & sic
6 in re certa † *d. decis. Seraph.* non intrat cum loquatur io terminis, quando mulier hæres vniuersalis patris omnia eius bona in dotem dedit, nam tunc bona illa censentur data deducto ære alieno, & potest exequutiuè agi. *iux termin. l. mulier bona 73. ff. de iur. dot. & loquitur etiam* Guidopap. *decis. 447 nu. 2.* Cap. *decis. 128. n. 4. & 3. in quibus se fundat decisio Seraph.*

7 Non obstat quod cum Martius se † liti opposuerit, potuerit contra eum fieri exequutio, iuxt. *dispositionem tex. in l. fin se obtulit, ff. de re iud.* Seraph. *d. decis. 891. n. 10.* Quia maritus solum comparuit pro suo interesse dando de nullitate subhastationis factæ io re propria; non autem se opposuit, oec se obtulit pro substentanda lite mulieris, in quibus
8 terminis loquuntur † *tex. & decis. Seraph.*

Et ita vna tantum parte informante fuit conclusum.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Parmen. Status.

Die Veneris 30. Martij 1629.

A R G V M E N T V M.

Matrimonium qualiter probetur, ad hoc vt filii dicantur legitimi, & quæ præsumptiones hoc casu admittantur, cum lex multum faueat filijs, ad effectum vt sint legitimi. Et nonnulla tractantur, quando testes probent, & quando non.

S V M M A R I V M.

1 *Legitimitas vt probetur, satis est, vt quis sit natus ex ea, quæ vxor credebatur.*
2 *Præsumptio, vel adminiculum aliquod an desumatur ex scriptura, quando aliqua magna præsumptio falsitatis adest.*
3 *Responsio ab interrogatorio recepit interpretationem, & declarationem.*
4 *Parochus etiam de iure antiquo debebat interuenire in celebratione matrimonij.*
5 *Testis, si deponat de visu concludenter, & adsunt alia adminicula, satis probat.*
6 *Testis, quando deponit de credulitate nihil probat.*
7 *Et hoc maximè, quando ratio credulitatis non subsistit.*
8 *Parochus in propria Parochia censetur habere plenam informationem.*
9 *Filii nati ex illis, qui pro legitimis coniugibus se reputabant, legitimi dicuntur.*
10 *Matrimonium præcedens plenè probatur ex coniugum reputatione, quod se pro legitimis habeantur, si non agatur de præiudicio alterius matrimonij.*
11 *Matrimonii præsumptio iuris, & de iure iudicatur ex tractatu, & ex copula inde subsequuta.*
12 *Matrimonii tractatus de contrahendo, sufficit deinde consensus cum aliquo signo, vel nutu, ad hoc, vt præsumatur matrimonium fuisse contractum.*
13 *Legitimi, vt sint filii, lex quantum potest facere.*
Filii præsumuntur nati post matrimonium, & non antea num. 13.
14 *Testis simulstare potest, quod fuerit præsens alicui actui, licet non recordetur de tempore.*
15 *Testis, quando dicatur de tempore iudicare.*
16 *Testis deponens per verbum, iudicio meo aut per æquipollentia verba, non vitiat eius depositionem, si ex certa scientia ex proprio sensu corporis deponat.*
17 *Testis fides magis augetur, si de tempore dubitatiuè deponat.*
18 *Testis, si circa tempus deponat dubitatiuè per verba, in circa, & parum plus, vel minus non dicitur discordare, sed concordare cum aliis probationibus certum tempus continentibus.*
19 *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.*
20 *Testis vnicus probat, quando cum eius dicto concurrit fama, vel coniecturæ.*
Et hoc maximè, si dictæ coniecturæ ex circumstantiis facti desumuntur, num. 20.
21 *Examinis nullitas ex eo, quod fuit factum in termino reprobatorio, potest deseruire pro adminiculo.*
22 *Legitimatas probatur per communem reputationem qualificatam cum fama, & coniecturis.*
23 *Raptus ante Concil. Trident. non solum impediebat matrimonium contrahendum, sed etiam dirimebat contractum, & num 30.*
24 *Matrimonium iam contractum per quæ impedimenta dirimitur.*
25 *Filii, vt sint legitimi, quæ solemnitates de iure requirantur.*
26 *Tempus antiquum in teste est 60. annorum secundum obseruantiam Rotæ.*
27 *Testes de visu an debeant esse omni exceptione maiores.*
28 *Testibus subditus, ac rusticus non habetur pro integro, & candido teste.*
29 *Testes, quando deponunt de fama, & auditu, quo casu non probent, & num. 48.*
31 *Raptus impedit quidam matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum.*
32 *C. fin. de clandest. despons. intellectus.*
33 *C. statutum 27. qu. 2. declaratur, & nu. 34. & num. 36.*
35 *Raptus ignorantia inuincibilis inter coniuges excusat à peccato.*

37 *Matrimonij dispensatio, vbi requiritur, si tamen non petatur, & matrimonium contrahatur, tunc non est opus alia dispensatione, & non obstante tali impedimento substinetur, & num. 38.*

39 *Matrimonium inter raptorem, & vxorem alterius raptam, quando subsistere non potest.*

40 *Impedimentum Canonicum, debet habere decretum irritans, nec sufficit simplex prohibitio sine irritatione.*

41 *Sacerdotem, qui occidit, nunquam omnibus diebus vitæ suæ matrimonium contrahere potest.*

42 *Testes non idonei non probant.*

43 *Confessio extraiudicialis, nec de æquitate Canonica probatur per vnicum testem, & num. 46.*

44 *Confessio coniugum etiam vtriusque in præiudicium matrimonij ad effectum illud irritandi, non probat.*

45 *Testis fides, quando debilitatur, an possit coniungi cum alijs testibus habilibus.*

47 *Testes deponentes de auditu non probant.*

49 *Testis patiens plures defectus, nihil probat.*

50 *Vita probanda est ab eo, qui fundat se in ea.*

51 *Filii vt nascantur legitimi, quæ solennitates requiruntur in matrimonio.*

52 *Matrimonium præsumitur contractum, secundum leges, & prout legitimum est.*

53 *Matrimonium, quando principaliter non discutitur, sed incidenter ad effectum legitimæ successionis, tunc probatur leuioribus probationibus.*

DECISIO CCLXIV.

DVBIVM originale ter * affirmatiuè resolutum est, an constet DD. Alexandrum, & Cyrum ex persona Pallauicini Aui, & Sigismundi Patrui magni esse in quasi possessione legitimitatis requisitæ à Marchione Io. Francisco fideicommittente, hoc est tanquã procreatorum, & natorum de legitimo matrimonio verè, & non fictè, quod dubium tres habet inspectiones principales, super quibus vertitur cardo difficultatis. Prima est, an probetur matrimonium. Secunda, quatenus sic, an illud probetur ante conceptionem dd Pallauicini, & Sigismundi. Tertia, quatenus etiam sic, an constet de talibus impedimentis, quę matrimonium etiam contractum dirimerent.

Et quantum attinet ad primam inspectionem, *sub die 2. Decembris 1573. coram bon. mem. Robusterio*, & postmodum *sub die 23. Octobris 1592. coram bon. mem. Card. Seraph. vt in decis.* 1000. *in princ.* fuit resolutum constare de matrimonio inter Bernardinum, & Catherinam, absque coarctationis temporis, quæ decisio fuit confirmata 10. *Aprilis* 1606. coram san. mem. Gregor XV. in quibus decisionibus, licet dicatur constare de matrimonio sine coarctatione temporis, & saltim de facto; attamen quoad primum, non inde rusultat, quod sit probanda certa, & determinata dies, sed sufficit, quod probetur ante conceptionem dictorum Pallauicini, & Sigismundi, de quo in secunda Inspectione agetur; quo verò ad secundum sufficit ad effectum, de quo agitur, vt matrimonium etiam saltem de
1 facto sit probatum, cum † de iure satis sit ad concludendum legitimationem, quod quis sit natus ex ea, quæ vxor credebatur, *glos in cap. lator in verb. probari, qui fil. sint legit. l. si vicinis*, vbi Salyc. *& cæteri C. de nupt.* Lap. *alleg. 89. num. 9.* vbi Addent. & fuit ponderatum in Decisionibus quæ reuidentur: ita vt sublata deinde post d. decisionem Card. Seraph. exceptione impedimenti assertæ vitæ primi mariti Catherinæ, per DD. Rangonos allegata, vt in d. decis. san. mem. Gregor. In qua prædicta etiam decisio bon. mem. Card. Seraph confirmatur, & reiectis eorumdem testibus deponentibus de alijs prætensis impedimentis ex decisionibus pro DD. Pallauicinis postea secutis, vt infra dicetur, illorum legititimitas aduersus præmissa remanserit purgata, & eorumdem intentio quasi possessionis legitimitatis huiusmodi eo clarius de iure fundetur. Et quamuis hodie diceretur non esse habendam rationem decis. Robusterij, cum fundetur in scriptura matrimonij anni 1508. quam deinde coram bon. mem. Card. Seraph. decis. 949. conclusum fuit circumscribendam esse, ex quo Domini
2 non erant concordes in eo, an ex ista scriptura posset † desumi aliqua præsumptio, vel adminiculum propter magnam suspicionem falsitatis, quæ ex quadam additione manus arguebatur; fuit tamen responsum, quod cum dicta scriptura fuerit producta per DD. de Rangonibus, satis apparet ipsos non negasse matrimonium à principio vt sæpius fuit aliàs dictum in præfata *decis. Robusterii 2. Decembris 1573. vers. septimo considerarunt*, Card. Seraphin. *decis.* 1000. *sub num. 16. vers. septimo huic probationi, ac* san. mem. Gregor. XV. *decis. 247. sub num. 18. vers. argumentum etiam*, & in omnem euentum decis. illa nititur alijs fundamentis, ex quibus potest sustineri, prout etiam aliæ duæ decisiones in alijs fundamentis se tuentur; maximè cum probationes factæ per DD. de Rangonibus non fuerint principaliter super negatiua matrimonij, sed super impedimentis, signum euidens, quod dum materia erat recens, non dubitabatur de existentia matrimonij per præmissa.

Quantum attinet ad secundam inspectionem, an scilicet probetur matrimonium ante conceptionem dictorum Pallauicini, & Sigismondi, tria continet dubia. Primum est an probetur Presbyterum Baptistã testem Rangonorum fuisse præsentem matrimonio. Secundo quatenus sic, an illius depositio concludat de matrimonio contracto ante conceptionem dictorum Pallauicini, & Sigismundi. Tertium quatenus etiam sic, an ex dicto Presbyteri Baptistæ, iunctis alijs, plenè probetur matrimonium ante præfatam conceptionem fuisse contractum. Circa primum dubium, cum idem Presbyter Baptista super 17. interrogatorio in quo continetur an interfuerit, quando Catherina fuit desponsata cum D. Bernardinn, & dicat in quo loco eam desponsauit; Respondendo deponat se fuisse præsentem in Castro Varani, vbi Bernardinus desponsauit Catherinam, illius dictum venit intelligendum, quod interfuerit, & præsens fuerit matrimonio in Castro Varani, vt congruat illius responsio tenori interrogatorij continentis duas partes videlicet interessentiam, & locum † à quo quidem interrogatorio recipit 3
interpretationem, atque declarationem, Alber. *in leg. Præses, nu. 4. ff. de pen.* Seysel. *in l. Cælius, nu. 58. ff. de vsucap. & in l. scire debemus, nu. 9. ff. de verb. oblig* Bald. *cons. 54 num. 6. l. 1. & cons. 10. nu. 3. l. 5.* Alex. *cons. 88. n. 26. l. 5.* Gramat. *cons. ciuil. 58. nu. 1. & 20.* Dec. *cons. 272. num. 7. & cons. 445. nu. 5.* Cephal. *cons. 77. n. 33.* Bald. *de præscripe. par. 4. nu. 18.* Monticell. *in repert. Rubr. testium dicta qualiter interpretentur col. 2.* & hæc eo magis procedunt, cum debuisset interesse tanquam Parochus † matrimonio etiã 4
de iure antiquo; ad euitan. clandestinitatem *c. 1. 30. qu. 5. c. fin. de clandestin. desponsat.* & circa interpretationem dicti istius testis intellectus iste non est nouus, cum Rota sæpè sæpius dixerint hunc testem fuisse præsentem matrimonio videlicet coram Ant. Augustino de anno 1556. coram Robusterio in superius allegata decisione in qua refertur etiam d. decis Ant. Augustini *in præfata decis.* Seraphin. 1000. *in alleg. decis.* 247. coram san. mem Gregor. *coram bon. mem. Card. Sacrato 11. Ianuarii 1616. & in tribus decis. vltimo loco factis*, quæ hodie reuidentur.

Non obstant annotationes, quæ fuerunt datæ pro parte DD. de Rangonibus, & præsertim Antonij Augustini, quæ sic se habet. *Si non ngitur de probatione plena matrimonii, tenuerunt testem, rectè deponere, & magis videri interfuisse vllui præsertim si comprobetur testibus etiam nulliter examinatis, aut scripturis quibuscumque.* Quia contrarium non dicit, non prætenditur enim quòd solus Presbyter Baptista probet matrimonium, sed quod fuerit præsens matrimonio, & ideò quod faciat gradum probationis, itaut alijs concurrentibus, plenè probet, vt in responsione secundi dubij dicetur, quod in substantia est idem quod dicit Ant. Augustinus, vt clarè patet ex alia annotatione Oradini, quæ sic se habet. *Domini inclinarant in prima parte, quod testis probet si iuuetur adminiculis, quæ videntur*, & ex alia annotatione Veralli, ibi, *fuit tentum, me sole excepto, quod dictum D. Baptistæ intelligatur de præsentia in actu, quia dicta testium sunt coadiuuanda, non cauillanda, & maximè, quia dictum testis refertur ad interrogatorium, & secundum illud declaratur, aliàs dicta dictio, (præsens) nihil deseruiret.* Et licet subdat, *tamen aliqui ex Dominis vellent adminiculare dictum, & declarare secundum interrogatorium si aliunde de aliquo, & etiam non releuanti declarari possit, de quo etiam viden.* attamen hoc est intelligendum iuxta d. annotationem A. A. cui abundè satisfit, vt statim dicetur, & iste non est nouus intellectus harum annotationum, sed ita intellexit hanc resolutionem Rotæ factam 6. Martij 1556. Rota *antiqua coram Robusterio 2. Decembris* 1573. dum dixit, & sic iste testis (scilicet Presbyter Baptista) deponit de † visu, & satis concludenter, vt
aliàs fuit resolutum, & si adiuuatus alijs adminiculis satis 5
probat,

probat, vt dicitur in resolutionibus *del 1556. corom R. P. D. A. A.* & Rota semper sequuta fuit hoc dictum, *vt in* decisionibus alleg. & huic decisioni A. A. abundè fuit satisfactum, vt ex infra dicendis suo loco apparebit etiam per depositionem testis nulliter examinati, cum habeatur depositio Io. Petri Betuschi examinati per DD. Pallauicinos de anno 1532. in termino reprobatorio, & sic nulliter, qui optimè deponit super tertio Capitulo cum per formalia verba dixit *se scire quod super matrimonio contracto inter D. Bernardinum, & D. Catherinam, modo sunt 23. anni, factum fuit instrumentum dotale per publicum Notarium, qui vocabatur Io. Thomas de Gazijs, & credere ipsius testis fuis die prima anni, præsentibus ipso teste, & D. Bernardino de Luca tunc Vic. Episc. Parmen. qui tenuit manum Catherinæ, quando desponsata fuit Bernardino, ac D. Baptista de Ferrariis de loco Zibelli, qui dixit verba contractus matrimonii denotantia de præsenti inter dictum D. Bernardinum, & D. Catherinam, ac D. Bartholomeo de Prato Ciue ac Doctore Parmen. ac multis aliis vltra mulieres 30. & hæc acta fuerunt in loco Varani, in Arce in sala magna, & hæc dixit scire, quia erat famulus, & vidit, & audiuit.*

Neque obstat, quod d. Presbyter Baptista super 16. interrogatorio dicat, *q. Bernardinus, & Catherina per plures annos steterunt simul reputantes se pro legitimis coniugibus, & procrearunt articulatos filios, & plures reputabant eos pro veris, & legitimis coniugibus, & etiam aliqui dicebant quod inter eos non potuit esse verum matrimonium.* Quia hoc non repugnat quin minus D. Baptista fuerit præsens matrimonio, nec inde inferri potest, quod non faciat sufficientem gradum probationis. Et ista existimatio non tollit aliam probationem, quæ longè præualet, vt fuit ponderatum in alijs decisionibus, & dicetur in tertio dubio, & quamuis iste testis super 9 art. *dicat se credere quod filii D. Bernardini non sunt legitimi, neque successibiles ad paternam hæreditatem propter impedimenta in*
6 *aliis articulis expressa*, attamen † circa hoc nihil probat, neque in hoc dici potest testis *glos. in l. u. penult. in verbo audierius, ff. de acq. plu. arcen. & in l. testium in verbo presto, C. de testib.* & maximè cum ratio credulitatis
7 fundetur † in impedimentis, quæ si non subsistunt, vt dicetur in tertia inspectione, vtique nulla est habenda ratio huius dicti, Aret. *in cap. quoties numer. 10. & seqq. iuncto numer. 17. & seqq. & ibi etiam* Abb. *num. 6. versic. oportet ergo quod illa credulitas*, Felyn. *nu. 10. ante finem vers. & merito de testibus.*

Circa secundum dubium huius secundæ Inspectionis principalis, an scilicet dictum Presbyteri Baptistæ concludat matrimonium fuisse contractum ante conceptionem dictorum Pallauicini, & Sigismundi, visum fuit absque difficultate affirmatiuè responden. deponit enim, *quod Bernardinus, & Catherina per plures annos steterunt simul reputantes se pro legitimis coniugibus, & procrearunt* inter alios *Pallauicinum, & Sigismundum*: Vnde cum fuerit præsens matrimonio, & deponat de procreatione, inter alios dictorum Pallauicini, & Sigismundi in tempore, quo steterunt simul reputantes se pro legitimis coniugibus vtique deponere dicitur de procreatione post matrimonium, cui fuerat præsens, & quo mediante intrat
8 legitimi coniugij reputatio, de qua ipse deponit, & † de qua vti Parochus in propria Parochia plenam informationem habuisse censetur, & cum quo concordant alijs testes DD. de Rangonibus mox citandi. Et ex eo quod procreati deponantur in tempore, quo Bernardinus, & Catherina
9 na se pro legitimis † coniugibus reputabant, legitimi dicuntur Decian. *conf. 152. numer. 3* cum talis coniugum professio, dum non agitur de alterius matrimonij præiudicio
10 plenè probet † inter eos matrimonium præcedens Mandel *conf. 180. numer. 1. & 2.* & ex cohabitatione plurium annorum, vt supra per eum testificata, fauore legitimitatis, matrimonium præcedens præsumatur Abb. *in cap. lator. numer. 6. qui fil. sint legit.* Ceph. *conf. 435. num. 64.* & præsertim in proposito casu, in quo isti procreati probantur longè post mandatum de dispensan. anni 1508. & sic post tractatum matrimonij inter Bernardinum, & Catheri-
11 nam, quo fit, vt per tractatum huiusmodi, & copulam † inde subsequutam matrimonium inducatur præsumptum iuris, & de iure Boer. *conf. 40. num. 106.* Quinimò vbi præcessit tractatus de contrahen. sufficit deinde consensus cum
12 aliquo signo, vel nutu, sine aliqua † expressione verborum, Calder. *conf. 5. in fin. de sponsal.* ita explicans *glos. in cap. si inter. de sponsal.* Accedit quod cum lex in quantum potest, faueat filijs, vt † sint legitimi, Decian. *d.* 13
conf. 152. sub num. 1. versic. & quia lex. In dubio præsumendum est filium natum post matrimonium, & non ante, Ruin. *conf. 51. sub num. 20. vers. præterea ex quo matrimonium fuit contractum lib. 5.*

Neque obstat, quod d Presbyter Baptista examinatus 12. Nouembris 1533. & interrogatus de tempore matrimonij respondeat, *quod de eo non recordatur, sed quod iudicio suo sunt 30. anni, vel circa, parum plus, vel minus*, vnde videtur concludere matrimonium fuisse contractum ante obtentam dispensationem die 29. Maij 1508. & ante diem 3. Ianuarij 1510 in quo DD. Rangoni prætendunt illam fuisse executam. Quia huic motiuo abundè fuit responsum in alijs decisionibus, & nunc fuit replicatum, satis constare ex prædictis quod dictus Presbyter Baptista fuerit præsens matrimonio, nec huiusmodi depositio ex hoc eliditur, cum vt aliàs dictum fuit, stent † si- 14
mul quod fuerit præsens matrimonio, licet non probet tempus iuxta sæpè allegatam doctrinam Bart. *in l. de ætate, numer. 7. vers. interrogatæ de anno, ff. de minor.* nec potest fieri vis in illis verbis, *quod iudicio suo sunt 30. anni*
parum plus, vel minus, &c. cum circa hoc tempus † iu- 15
dicet, dum prius respondit de illo non recordari, Bart. *in l. quid tamen. §. si arbiter. numer 3. ff. de recept. arbitr.* Vnde etsi explicitè non probet tempus matrimonij, sufficit quod probet procreationem post dictum matrimonium, vt patet ex prædictis, & abundè fuit satisfactum in alijs decisionibus, & in puncto, Alex. *in conf. 149. numer. 1. in fin. & numer. 2. lib. 5.* vbi quod si Testes fuerunt præsentes pri-
mo matrimonio, licet circa tempus † deponant per ver- 16
bum, iudicio suo, aut per æquipollentia verba, hoc non vitiat probationem testis deponentis de tempore, per verba prædicta, si circa negotium principale deponit de scientia ex proprio sensu corporis, vt est casus noster, quia Presbyter Baptista fuit præsens matrimonio, & allegat *text. in d. l. quid tamen § arbiter, cum ibi notatis per* Bart. *de arbitr. & allegat etiam* Io. Andr *ad speculatorem in tit. de test. § nunc tractandum in additione incipiente hoc ergo intendis*: vbi quod hoc casu distinguitur iudicium à testimo-
nio. Imò, quod plus est, augetur magis † fides huius te- 17
stis deponentis dubitatiuè de tempore, Angel. *in conf. 115. pro decisione quæstionum numer. 4.* quem sequitur idem Alex. *conf. 66. numer. 4. lib. 2.* Et dum de tempore deponit
non benè memor, dubitatiuè, & cum dictionibus, † *in* 18
circa, & parum plus, vel minus, non dicitur discordare, sed potius concordare cum alijs probationibus certum tempus continentibus, prout firmatum fuit coram *fan. mem.* Greg. XV. *decis. 390. numer. 8.* Vndè cessat quod iste testis videatur concludere tempus matrimonij ante dispensationem anni 1508 super quo etiam emanauit peculiaris *decis. coram bon. mem. Cardin. Sacrato 11. Ianuarij 1616.* & quoad scripturam 3. Ianuarij 1510. prætensæ executionis vltra præmissa, intrant aliàs ponderata per Rotam contra fidem dictæ scripturæ post *decis. 949. bo. mem. Card. Seraph.* quæ à DD. de Rangonibus allegabantur, vltra quod firmatum fuit dictos Pallauicinum, & Sigismundum, de quibus in præsenti dubio agitur natos fuisse de anno 1511 & respectiuè 1512. & sic longè post dictam prætensam executionem.

Circa tertium dubium, an ex dicto præfati Presbyteri Baptistæ vnà cum alijs habeatur plena probatio, quod matrimonium fuerit contractum ante procreationem dd. Sigismundi, & Pallauicini: Vt dictum fuit in alijs decisio-
nibus, licet † in ore duorum, vel trium stet omne ver- 19
bum, nihilominus, & vnicus testis probat, quando cum dicto ipsius concurrit fama, vel coniecturæ, maximè quan-
do coniecturæ, † & præsumpriones ducuntur ex circum- 20
stantijs facti, hic autem, vt fuit etiam ponderatum in alijs decisionibus, Bernardinus de Franzosijs, & Ioannes de Magistris testes DD. de Rangonibus deponunt de auditu publico, & sic de publica voce, & fama Bernardinum desponsasse Catharinam, & eam in vxorem accepisse, & abinde citra inter alios filios suscepisse Pallauicinum, & Sigismundum; & idem deponunt de auditu Baroccius de Burgo pariter testis DD. de Rangonibus, & Raymundus del Pizzo, qui etiam distinguit filios natos ante, & post matrimonium, & expressè in dicto optimè concludit Damianus Cornazzanus, qui licet sit examinatus pro DD. Pallauicinis contra Fiscum, & sic cum parte diuersa, negari tamen non potest, quin faciat aliquod adminicu-

lum, maximè cum in dicto plenè concludat.

Et non solum, vt dictum est, adest depositio Presbyteri Baptistæ, qui fuit præsens matrimonio, & publica vox, & facta adminiculata ex dicta depositione Cornazzani, & Ioannis Perri de Betuschis, qui licet fuerit nulliter examinatus, tamen fuit examinatus cum interrogatorijs partis,
21 & vt supra relatum fuit optimè in dicto concludit, † & nullitas examinis cum sit ex eo solum, quod fuit examinatus in termino reprobatorio, non est talis considerationis, vt non possit inseruire pro adminiculo: sed adest etiam
22 communis reputatio, vt supra ponderatum est, † qualificata, quæ vnà cum fama, & adminiculis probat legitimationem, vt per DD. allegatos in alijs decisionibus, & dixit Rota *in causa Cæsaraug. Status de Morata 7. Ianij 1585. coram Bubalo*. Quoad autem Pallauicinus, & Sigismundus essent nati post matrimonium probant dictus Ioannes de Magistris, & Presbyter Baptista, & ista communis reputatio coadiuoatur ex depositione Stephani de Caballis, & ex testibus examinatis per D. Eufrosinam contra DD. de Rangonibus, vt fuit ponderatum in alijs decisionibus, vbi responsum fuit obiectis in contrarium factis, in quibus etiam decisionibus fuerunt ponderata adminicula, nempè mandatum de dispend. Confessio Bernardini, qui distinxit in suo testamento filios natos ante, & post matrimonium, & alia, vt latè in dictis decisionibus, in quibus abundè etiam fuit responsum ad famam, quæ prætenditur in contrarium, & alia obiecta, quæ hodie repetuntur, responsiones enim in illis decisionibus datæ placuerunt Domini, ita vt superfluum sit idem in hac decisione repetere.

Quantum attinet ad tertiam inspectionem circa impedimenta matrimonij, super quibus duo Procuratores, & duo ex tribus Aduocatis ex professo scribebant, illa reducuntur ad sex capita. Primò ad raptum, qui cum esset raptus sponsæ, prætendebatur, quod etiam ante Conci-
23 lium Tridentin. nedum † impediret matrimonium contrahendum, sed etiam dirimeret contractum ex *ca. Statutum 27 q.* 2 Secundò ad adulterium cum fide data. Tertiò ad machinationem in necem primi viri. Quartò ad copulam habitam cum Martha sorore Catherinæ, & Margarita nepte ipsiusmet Catherinæ, & cum Comina eiusdem
24 Catherinæ filia, quæ tria postrema † impedimenta dirimunt matrimonium contractum ex allegatis per Sanchez *de Matrim. lib. 7. disp. 6. per totam*. Quintò, quia non constabat de morte primi viri Catherinæ. Sextò, quia non
25 constat fuisse seruatas † solemnitates de iure requisitas, vt inde filij nascerentur legitimi, de quibus in *c. 1. 30. qu. 5. & in c. fin. de clandest. despons.*

Et quoad primum caput circa raptum duæ afferuntur probationes, videlicet testes de fama, & auditu. Secundò testes de visu. Quantum attinet ad testes de fama, & auditu, cum de tempore examinis non essent lapsi 60. anni à die prætensi raptus, prædicti testes non probant, cum
26 fama non probet nisi in antiquis, quod tempus † antiquum in teste est 60. annorum secundum obseruantiam Rotæ, *vt in decis. 5. num. 3. par. 3. diuers.* Quantum verò attinet ad testes de visu, testes, qui de hoc deponunt, sunt à Rota reiecti, & ideò nihil probant, cum in hac materia
27 quæstio sit, an testes debeant esse † omni exceptione maiores, vel sufficiant habiles ex deductis per Farinac *de testib. quæst. 62. limit. 6 per tot* quales non sunt isti. Nam Cæsari della Vela, & Galeatio de Nardo non esse fidem adhiben. resolutum fuit 24. *Nouembris 1599. coram bo. mem. Card. Seraphin. vt in decis.* 1330 & rursus idem Cæsar fuit reprobatus 5. *Septembris* 1603. *coram Illustriss. Millino*. Carlino autem de Artusis, quod fides non esset adhibenda, bis fuit resolutum *coram bon. mem. Card. Seraph. 24. Martij, & 16. Maij 1594. vt in decis. 1069 & 1076.* Et licet *sub die 26. Octobris 1594. fuerit postea dictum, quod Domini præfatum Carlinum non reijciebant, sed reseruabant illum arbitrio videndum cum alijs testibus*, attamen 4 Iunij 1604. *coram Illustriss. Millino resolutum fuit dictum Carlinum non esse testem idoneum.* Bernardinum autem de Brunerijs propter varietates, & quia
28 erat subditus, † ac rusticus, Domini 16. Martij 1551. non habuerunt pro integro, & candido teste, vt per Put. *decis. 375 lib. 3.* & tandem Iacobo Marotio postremo testi non esse fidem adhibend. resolutum fuit 24. *Maij* 1602. & 28. *Aprilis* 1603. *coram Illustr. Millino*. Nec huiusmodi raptus comprobatur, ex eo quod Ioan. Antonius pater mariti Catherinæ fuit interfectus, quia non constat à Bernar-

dino fuisse interfectum, cum testes † deponant de fama 29
& auditu, qui propterea in hoc casu non probant, vt dictum est: nec quoad hoc habenda est ratio Cæsaris della Vela, & Angeli Dominici vt supra reiectorum, ex supradictis, & inferius dicendi.

Et circa hoc caput cessat omnis difficultas, quia vt in alijs decisionibus fuit dictum, licet de iure antiquo, *vt in cap. de puellis, in cap. si autem, & in cap. placuit 36. quæst. 2.*
† raptus nedum impediret matrimonium contrahendum, 30
sed etiam dirimeret contractum, quod & hodie statutum fuit per Sac. Concil. Trident. *sess. 24. cap. 6. de reform. matrim.* Attamen matrimonium, de quo agitur, fuit contractum ante Concil. Trident. & post dictos canones antiquatos per *cap. fin. de raptor.* Ex cuius dispositione † raptus 31
impedit quidem matrimonium contrahen. sed non dirimit contractum, & ideò quicquid de ipso raptu dicendum esset, de illo non est agendum. Ad illud verò quod hodie replicabatur circa interpretationem text. in dicto *cap. fin.*
† quod scilicet loquatur, quando rapitur puella: sed quan- 32
do rapitur sponsa alicuius, iste raptus impedit nedum matrimonium contrahendum, sed etiam dirimit contractum, *vt in d. cap statutum 27. quæst.* 2. fuit responsum per Dominos hanc assertionem nullibi probari, cum text. † ille so- 33
lum impediat matrimonium contrahendum cum rapta sponsa alterius, vel vxore defuncto viro, non autem dirimat contractum cum eadem sponsa, vel alterius vxore defuncto tamen viro: ille enim text. † vult solummodo, 34
quod post contractum matrimonium vir anatematizetur vsque ad satisfactionem, hoc est, donec pœnitentiam agat de rapina, vt ibidem explicat *glos. & Turrecrem. in fin.* & propterea meritò ibi glos. 1. expressè notat, quod si prædicti contrahant, matrimonium tenet *argum. text. in cap. accedens. de rapt. qui est tex. in cap. fin.* in alijs decisionibus allegatus, & idem dicit Veracrux *in Specul. coniug. par. 1. art. 25. in princip. in 1. conclusione* dicens, quod non possent contrahere sine peccato, & † quod si 35
ignorarent inuincibiliter tale impedimentum, excusarentur à peccato, Sanchez *de matrim. lib. 7. disput. 12. numer.* 43. & hanc esse communem sententiam dicit Gutier. *de matrim. cap 86. numer. 5.* Sotus *super 4. quæst. vnica dist. 37 vers. de raptore alienæ sponsæ, & inferius vers. circa hos omnes casus, & vers. tandem ad pacandas conscientias*, vbi dicit, Episcopum posse super hoc impedimento dispensare, & si consuetum est non petere dispensationem, euitati peccatum mortale, & vbi non est hominum memoria, vt Episcopus dispenser videri tacitè consentire, & aduertit quod † dictum *cap. statutum* est Concilij Prouincia- 36
lis, ac tandem subdit ad pacandas conscientias notandum esse, quod etiam vbi adesset consuetudo petendi dispensationem, quaquam esset peccatum mortale absque illa contrahere, postquam tamen contractum fuerit matrimonium, nulla opus est dispensatione, quia & matrimonium solidum est, impedimentum, aut solutionem † ma- 37
trimonij inducit, aut exactionem debiti coniugalis impedit, & idem dicit in substantia, Paludan *super 4. distin. 34. qu. 1. art. 1. conclus. 1. & seqq.* Matienz. *lib. 5. recompil. glos. 1. rubr. n.* 142. vbi expressè quod illud est impedimentum impediens absque dispensatinne, non autem dirimens
† matrimonium, licet aliud sit hodie post Concil. Tri- 38
dent Caietan. ad S. Thom. 2. 2 *quæst. 154. art. 7. in fin.* vbi clarissimis verbis hoc dicit. Guliel. Estius *in 4. sentent. dist. 34. col. 2. vers. sunt quidem, & alia impedimenta non dirimentia*, Michael *de Palatio super eod 4. dist. 34. col. 12. in prin. ver. est aliud quoque impedimentum, sed non dirimit fol. mih* 779. qui licet dicat inter † raptorem, & vxorem 39
alterius raptum non posse consistere matrimonium vtique loquitur viuente primo viro, non autem eo defuncto, quia text. in dicto *cap. statutum* procedit præsertim in sponsa de præsenti, & dicit *glos. ibidem in vers. rapuerit* Hugo Archidiacon. Bellamer. & Turrecrem. quos allegat Sanchez *vbi sup. numer.* 45. vnde cum text. ipse, & omnes Doctores supracitati dicant, quod impedimentum raptus alterius sponsæ non dirimit contractum, vtique sit text. loquitur etiam de sponsa per verba de præsenti, de vxore etiam est intelligendus quod non dirimat contractum, primo viro defuncto, & regula est generalis, † quod 40
impedimentum Canonicum debet habere decretum irritans, nec sufficit simplex prohibitio sine irritatione eius, quod sit in contrarium, sicut in *c. 2. de pœniten. & remiss.* prohibetur ille, qui Sacerdotem occidit, ne vnquam † con- 41
trahat matrimonium omnibus diebus vitæ suæ, quia si il-

talis

les talis contrahat, licet mortaliter peccet tamque trans-
gressor Apostolici præcepti, tamen matrimonium cense-
tur Canonicum, & non dirimitur in futurum, vt notat
post alios Thomas *de Argentina super 4. sent. l. 4. dist. 34. ar.
1. post princ.*

Quo verò ad secundum caput de adulterio cum fide da-
ta, quicquid deponat Cæsar della Vela, & Bernardinus de
42 Brunerijs aliàs Pazzainus, nihil probant, cum non sint †
idonei testes, & vt dictum est à Rota fuerint reiecti. Ba-
rotius autem de Burgo, Ioannes de Magistris, Hierony-
mus de Ronco, & Bernardinus Zacchaninus deponunt de
simplici auditu, & ideò non probant, Presbyter Baptista
deponit de confessione extraiudiciali Bernardini, quæ
etiam de iure Canonico non probatur per vnicum testem,
sed ad minus duo requiruntur; itaut non valeat conse-
quentia, duo plenè probant confessionem extraiudicialem
ergo vnus semiplenè Put. *decis. 466. l. 2. in correct.* & nihi-
44 lominus confessio coniugum etiam vtriusque † in præiu-
dicium matrimonij ad effectum irritandi non probat, *c. su-
per eo, qui cogn. consang.* & in puncto fidei datæ Ioan. Andr.
in c. finali de cognat. leg. n. 7. Angelus Dominici deponit de
confessione Catharinæ facta præsente Bernardino, sed ex
supradictis nihil probat, & coram Put. 13. *April.* 1551. Ro-
ta dixit quod eius fides erat debilitata; ideòque videndi es-
sent alij testes, ex quibus prætendebatur datio fidei, & vi-
deretur an iste testis, vnà cum alijs præfatam fidei datio-
nem probaret. Quare cum ex prælatis pateat nullam re-
sultare probationem, meritò dictum fuit in alia decisione,
quod iste testis censebatur à Rota reiectus, quia vt videre
est apud Verall. *decis. 276. in fin. lib. 3.* sensus Rotæ fuit
45 quod eius fides † debilitetur, sed quod posset coniungi cum
alijs testibus habilibus, quales saltem respectu dicti non
sunt in casu isto.

Quo verò ad tertium caput de machinatione necem
primò viri ex supra deductis non est habenda ratio testium
deponentium de auditu, & fama, quia non versamur in
tempore antiquo, & quamuis de auditu à Bernardino de-
46 ponat Galeatius de Nardo, vt tamen dictum est, † testis
iste tanquam vnicus non probat confessionem extraiudi-
cialem, & cessat omnis difficultas, cum 24. *Nouemb.* 1599.
coram bo. me. Cardin. Seraphin. fuerit à Rota reprobatus,
vt dictum est, prout etiam reprobati fuerunt aliqui ex te-
stibus, qui deponunt de auditu, & fama, nempe Cæsar
della Vela, Angelus Dominici, Carlinus de Artusis, Ia-
cobus de Gazijs, vt in decisionibus relatis. Et tanto ma-
gis cessat difficultas ex depositione duorum testium eo-
rumdem DD. Rangonorum, videlicet Ioannis de Magi-
stris, & Antonij del Dosso super 14. interrogatorio, ex quo-
rum dictis colligitur ipsum Ioan. Petrum naturali morte
obijsse in propria domo.

Quantum attinet ad quartum caput de copula habita
cum Martha sorore Catherinæ, & Margharita nepte, ac
Comina filia; circa Martham plerique ex testibus à Rota
sunt reprobati, videlicet Cæsar della Vela, Angelus Do-
minici, Carlinus de Artusijs, Galeatius de Nardo, vt in
allegatis decisionibus, & Gabriel de Merlis, *sub die* 11. *Ia-
nuarij, & 18. Martij 1602. coram Illustriss. Millino*: Cæteri
47 deponunt † de auditu, & ideo non probant, vt dictum est,
& prætesea non concludunt in dicto, quia non deponunt
de tempore ante matrimonium, quod per subsequentem
copulam cum affine dirimi non potuisset, vel non depo-
nunt de scientia Catherinæ, prout fuisset necesse ad tol-
lendum eius bonam fidem, vel non deponunt quod ista au-
diuerint ante litem motam respectiuè. Et circa copulam
Margharitæ neptis Catherinæ non est haben. ratio deposi-
tionis Cæsaris della Vela, & Angeli Dominici, cum vt
sæpè dictum fuit reiecti fuerint: de alijs verò testibus mi-
48 nus habenda est ratio, cum deponant † de auditu, & fama,
quæ in hoc casu, vt dictum est non probat, & patiuntur
supradictos defectus in dicto. Tandem circa Cominam
dantur quinque testes, quorum quatuor, nempe Ange-
lus, Cæsar, Bernardinus, & Iacobus fuerunt à Rota re-
probati; quintus verò nempe Io: Antonius de Monteul-
49 mo non probat, tum quia est de auditu, † tum quia est
vnicus, tum quia non concludit in dicto, vt supra de alijs
consideratum est.

Quantum attinet ad quintum caput, circa obitum pri
mi viri Catherinæ de tempore secundi matrimonij, onus
probandi non incumbit DD. Pallauicinis, sed Domini de
50 Rangonibus tenentur † probare vitam, vt abundè fuit fire
matum 2. *Decemb.* 1605. *coram sanct. me. Gregor. vt in dec.
228. & prius coram Robusterio 2. Decembr. 1573. vers. non ob-
stat quod Catherina.* In qua decisione ponderatur etiam
ex eisdem testibus Rangonorum constare de morte Ioan.
Petri ante matrimonium Bernardini cum Catherina.

Quò verò ad sextum, & vltimum caput impedimen-
torum scilicet non constare fuisse † seruatas solemnitates, 51
vt inde filij nascerentur legitimi, de quibus in *c. 1. 30. quæst.
5. & in cap. fin. de Clandest. desponsat.* fuit responsum, quod
cum ex prædictis constet matrimonium fuisse contractum
præsumitur † contractum secundum leges, & prout lici- 52
tum est, vt in *c. ad audientiam de præscript.* Alciat. *reg. 2.
præsumpt. 1. n. 2. & 3.* & latè fuit deductum *in decisione fa-
cta 8. Iunij 1626.*

Et prædicta omnia eo magis placuerunt Dominis cum
versemur in iudicio possessoris, & matrimonium † princi- 53
paliter non discutiatur, sed incidenter ad effectum legiti-
mæ successionis. Vnde leuiores probationes sufficiunt iux.
cons. Gemin. 27. *num.* 8. *& seqq.* quod alij plures sequun-
tur cumulati in decisione facta prædicta die 8 Iunij, & Ro-
ta ipsa sequuta fuit prius in hac causa 20. Martij 1556. co-
ram Antonio Augustino: Et ideò sufficit quod Pallauici-
nus, & Sigismundus fuerint in quasi possessione legiti-
mitatis verè non fictè ad effectum, vt ista quasi possessio
nedum ipsis, sed etiam habentibus causam ab illis suffra-
getur, vt fuit ponderatum in alia decisione, in qua prout
in alijs, respondetur cæteris obiectis, quæ hodie ab infor-
mantibus repetuntur.

Et ita conclusum, vtraque parte informante.

* Idest sub diebus 8. Iunij 1626. & 24. Martij 1628. & 26.
Iunij eiusdem anni coram bo. me. Coccino, sunt decisiones
16. 162. & 201. & infra adest alia sub 14. Decemb. 1629. co-
ram eodem est decisio 330.

EMINENTISS. ET REVERENDISS D. CARD. VBALDO.

Cracouien. Iuris legendi.

Die Veneris 30. Martij 1629.

A R G V M E N T V M.

Docendi facultas idoneis non est deneganda, & aliqua de Magistris, & scientia adducuntur. Item quando consuetudo in aliquo casu substineri non possit, & nonnulla de præscriptione.

S V M M A R I V M.

1 *Legendi facultas, etiam in Vniuersitatis concurrentia, de iure communi, an sit permissa idoneis.*
2 *Legendi facultas non est deneganda ei, qui idoneus est. Quia per consequens denegaretur doctrina ignorantibus, quam dispensare alijs tenetur, nu. 2.*
3 *Doctrina pro cibo accipitur.*
4 *Professores scientiarum plures esse debent, vt sit locus putationi, qua scientiæ, & doctrinæ veritas magis elucescant.*
5 *Iudicium integrum est, quod plurimorum sententia confirmatur.*
6 *Veritas perfectissima reuelatur per ampliores homines.*
7 *à Sapientibus pluribus, quod quæritur, facilius inuenitur.*
8 *Magistri amor multum valet ad discendum, & acceptus modus legendi.*
9 *Ciuitas indiget pluribus.*
10 *Plures requiruntur in omni genere negociationis, artificij & artis, ne ad aliquos priuatiuè reducuntur.*
11 *Docendi facultas idoneo, petita licentia, non est interdicenda.*
12 *Viri idonei, & litterati, si voluerint regere studia litterarum, sine molestia hoc est eis permittendum.*
13 *Magistri primum moribus demum facundia excellere debent.*
14 *Consuetudo contra vtilitatem Ecclesiæ valere non debet.*
15 *Consuetudo sacris Canonibus inimica dicitur corruptela.*
16 *Consuetudo veritati, & statutis canonicis contraria, non valet.*

17 *In præscriptionibus immemorabilibus etiam bona fides desideratur.*
18 *Consuetudo non plus habet auctoritatis, quam lex.*
19 *Lex debet esse iusta.*
20 *Consuetudo, quæ non est rationabilis, ex transcursu temporis non firmatur.*
21 *Peccata, quanto sunt grauiora, tanto diutius infelicem animam detinent alligatam.*
22 *Consuetudo rationabilis illa appellatur, quam iura non improbant.*
23 *Consuetudo irrationabilis dicitur illa, quæ à iure improbatur, & est contra neruum Ecclesiasticæ disciplinæ, & libertatem.*
24 *Consuetudo non nocet alicui in particulari, sed ius in communi, quoad omnes constituit.*
25 *Præscriptio respicit priuatam vtilitatem.*
26 *Præscriptio sine possessione non procedit.*
27 *Tantum præscriptum, quantum possessum.*
28 *Possessionem acquirens ex voluntate Domini per apprehensionem partis, acquirit possessionem totius.*
29 *Possessionem acquirens contra voluntatem Domini per possessionem partis, non acquirit totum.*
30 *Iurisdictio ex voluntate Domini acquisita, per vnum iurisdictionis actum, acquiritur possessio totius.*
31 *Iurisdictionis præscripta contra voluntatem Domini, non intelligitur præscripta potestas coercendi.*
32 *Iurisdictio sine coertione inutilis est.*
33 *Præscriptiones restringuntur ad actus, per quos exercentur, & proprios facti terminos non excedunt.*
34 *In iuribus distinctis, & separatis, per possessionem vnius, non acquiritur possessio totius.*
35 *Præscriptio, & consuetudo omnis contra ius commune non extenditur extra rem, aut personam, quà versata fuit.*
36 *Præscriptio in seruitutibus nec iuribus negatiuis, non incipit, nisi à die probibitionis, & acquiescentiæ.*
37 *Interdictum, vti possidetis, non decernitur sine possessione.*
38 *Manutentio, vbi adest iuri, communis resistentia, non datur.*
39 *Ius commune publicæ vtilitati patrocinatur.*
40 *Priuilegium absque limitatione, sine dubio respicit etiam futura.*
41 *Seruitutes imponi, & acquiri possunt etiam futuris ædificijs, quæ nondum sunt.*
42 *Priuilegium trahitur ad res futuras.*
43 *Priuilegio concesso alicui propter publicam vtilitatem non potest ei renunciare.*

DECISIO CCLXV.

FVIT per Dominos conclusum, sententiam Rotalem pro Collegio Societatis IESV contra Vniuersitatem Cracouien. latam 1627. 7. Iulij confirmandam esse, quia habilitas, & Magistrorum approbatio ex Societate IESV, liquet ex priuilegio san. me Pij V. vt benè dictum fuit in decisionibus in hac causa factis, coram Reuerendiss. D. meo Decano* Et facultas legendi † etiam in vni-
1 uersitatis concurrentia, *iure communi in c. 1. & cap. quanto de Magistris*, & in dicto priuilegio Pij V. eis permissa est, & auctoritas impediendi, expressè interdicta, fauore publico Ecclesiæ existit. Quia vt docet *glossa in d.cap.1.verb.*
2 *qui sit idoneus*, ei qui idoneus † est, non est deneganda licentia docendi. Quia per consequens denegaret doctrinam ignorantibus, quam dispensare alijs tenetur, *secundum textum in cap. reuertimini 63. ibi, & in borreum De intulerint cibos, boc est scripturæ sanctæ alimenta, in Ecclesia populis ministrauerit 16. qu. 1. & vt traditur in d.cap.1. in fine Ecclesiasticum profectum nititur impedire*: Imò; dicam, Ministris
3 Ecclesiæ alimenta interdicere, † cum doctrina pro cibo sumatur *in d. c. reuertimini*. Vnde habet locum regula tex. *in l.ne care videtur 4. ff. de l ber. agnoscen.* Et quamuis Vniuersitatis professores idonei sint, expedit tamen, vt Collegas habeant, vt tradit Ioan. Andr. *in cap. quanto, num. 3. de*
4 *Magistris*, vt sit locus disputationi, † qua scientiæ, & doctrinæ veritas, magis elucescit, *l. vlt. §. mixta*, ibi, *vt Henricus Modestinus, & notando, & disputando, benè, & optima ratione decreuit, ff. de mun. & bonor.* Et vt sacri Canones
5 attestantur, † integrum est iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur *cap. prudentiam 21. in princ. de offic.*
6 *& potest iud. deleg.* & per ampliores † homines perfectissima veritas reuelatur, *l. fi. C. de fideic. cap. extra conscientiam 64. dist.* & quod à pluribus † sapientibus quæritur, fa- 7
cilius inuenitur, *c. de quibus 20. distin.* & ad discendum, multum valet amor Magistri, & acceptus modus legendi,
† quia aliquis cum vno proficeret, qui cum altero non pro- 8
ficeret, vt post Ostien. tradit Ioan. Andr. *in d. cap. quanto in fine de Magistr.* Sicut etiam in cæterum rerum commercio Reip. interest plures esse per quos expediatur, vt ex
Platone refert I. C. Calistratus in *l. 2.* ibi *indiget enim † Ci-* 9
uitas pluribus, vtique rusticis, & alijs conductoribus, & alijs ministrantibus, inuebentibus, & euebentibus singula, ff. de nundinis.

Et generaliter in omni genere negotiationis, † artificij, 10
& artis, ne ad aliquos priuatiuè reducantur, admonet Principes, Greg. Lopez *in l. 2. tit. 7. part 5. glos. 2. in fine*, ibi, *aduertant tamen Principes concedentes ista priuilegia, nè concedant contra publicam vtilitatem, neue ob ditandum vnum, alios destruant, neque dona ingenij, & naturæ, quæ Deus dat hominibus, Principes probibeant, iubendo, quod vnus solus exerceat talem artem, vel tale officium; sed præ oculis babeant Deum, & publicam vtilitatem.* Ad idque respexisse videtur decretum Concilij Lateranensis relatum in *cap. 1.*
de Magistris, ibi, *Neque † docere quenquam, qui sit idoneus* 11
petita licentia interdicant; & Alex. III. *in cap. quanto, eod. tit.* ibi, distinctè præcipientes, vt quicumque viri idonei,
† & litterati voluerint regere studia litterarum, sine mo- 12
lestia, & exceptione quas libet scolas regere permittantur. & nemo est, qui nesciat Patres Societatis IESV idoneos esse Magistros, & tales, vt expostulat *glos. in d. cap. quanto*
verb. idonei, ibi *huiusmodi autem † Magistri, primum moribus*, 13
demum facundia excellere debent, l. Magistros, C. de profess. & medic. telleque doctrinæ conuersationem bonam habere *c. Valentinianus 63. dist.* Eaque ratione motus Alexander Quartus contra Vniuersitatem Parisiensem, quæ Patres Ordinis Prædicatorum ab Vniuersitate eiecerat, & in suo Monasterio Scholasticos audire lectiones prohibuerat, rescripsit ad eorum restitutionem, sub excommunicationis pœna, factum Vniuersitatis in Contumeliam Creatoris, & animarum iacturam, & publicæ vtilitati contrarium asserẽs, & affirmans, vt refert doctissimus, *R. P. F. Lucas Vuadingus to. 2. Annal. Minor. pag. 129. & seq.*

Et cum consuetudo his † contraria versetur contra vti- 14
litatem Ecclesiæ, valere non debet, *ex tex. in c. 5. de consuetud. & ibi glos. &* Abb. nec potest iuramento confirmari *cap. 1. de his*, quæ fiunt à maiori parte Capituli. Nam con-
suetudo † sacris Canonibus inimica, dicitur potius corru- 15
ptela, *c. cum venerabilis 7. de consuet.* Nec valet consuetudo
† veritati, & statuti Canonicis contraria, *c. cum causa de* 16
sentent. & re iudic. cap. clerici de iudicijs, & in præscriptione
immemorabili, † bona fides etiam desideratur, vt Domi- 17
nus meus Decanus rectè notauit in suis decisionibus, & probat textus sic communiter ab omnibus receptus *in cap. fin. de præscript. glos. verb. nisi in c. 1. eod. tit. lib. 6. & ibi* Ioan. Andr. *& cæteri DD.* & cum pluribus relatis Couar. *in reg. possessor. 2. par. §. 8. num. 4.* Molin *de primog. lib. 2. c. 6. num. 67.* Azeued. *in lib. 1. ex n. 26. tit. 15. lib. 4. recop.* Grat. *disc. forens. c. 52. ex n. 28. & c. 78. n. 74.* nec plus auctoritatis † potest con-
suetudo habere quàm lex *l. de quibus, ff. de legib. leg. 2.* ibi *non* 18
vsque adeo sui valitura momento, vt aut rationem vincat, aut
legem, C. quæ sit longa consuetudo. Lex autem † debet esse 19
iusta *cap. erit autem lex 4. distin.* & ipso consuetudo, quæ
non est rationabilis, † ex transcursu temporis non firma- 20
tur, immò potius damnatur: cum tanto sint grauiora pec-
cata, quanto diutius infelicem animam detinent † alliga- 21
tam, vt traditur in *cap. vlt. de consuetud. vbi glos. verb. rationabilis*, appellat consuetudinem rationabilem, quam
iura † non improbant per *text. in cap. cum Ecclesia Sutrina* 22
de caus. poss. & propr. c. Abbate de verb. signif. c. cum dilectus eod. tit. de consuet. Irrationabilem verò, quæ improbatur à
iure, & generaliter per quam aliquid fit contra neruum † 23
Ecclesiasticæ disciplinę, siue libertatem, quem ibi sequuntur Abb. *& cæteri DD.*

Præcipuè, quod non versamur in terminis consuetudinis, sed in præscriptione dumtaxat, inter quas hæc versa-
tur differentia, quod consuetudo, † nec prodest, nec nocet 24
alicui in particulari, sed ius in communi quoad omnes constituit, & acquirit omnibus eius regionis, aut populi ciuibus, neque certus est aliquis, qui præscribat, neque con-
tra quem præscribatur. Præscriptio † verò ei vtilitatem, & 25
ius priuatum acquirit, qui præscribit, & contra quendam priuatum instituitur, & eius priuatum incommodum, vt

tradunt

tradunt Abb. *in c. vbi num.* 20. *de consuetud.* Couar. *in reg.*
poss. 2. *par.* §. 3. *nu.* 2. *& lib.* 1. Var. *cap.* 17. *num.* 8. *vers.* 10.
& late Matienz. *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *recop. glos.* 6. Molin. *lib.*
2. *de primogen. cap.* 6. *ex num.* 9. Ioan. Garz. *de expens. cap.*
9. *nu.* 47. Guttier. *canonic. q. lib.* 2. *q.* 21. *nu.* 68. *&* 65. Gra-
26 tian. *discept. for. cap.* 561. *ex num.* 24. & sine possessione †
præscriptio non procedit *l. sine possessione* 25 *ff. de vsucap.*
Neque vltra præscriptio extenditur quàm possessio: cum
27 certissima sit in iure regula, quæ docet, tantum † præ-
scriptum quantum possessum, *l.* 1. §. *Iulianus erit*, ibi *quo-*
adusque ingressus est, eo vsque ei interdictum competere, ff.
de itinere actuq. priu. vbi Bart. *in* §. *si quis hoc interdicto*, ad-
monet doctrinam illam semper esse notandam, *cap. audi-*
tis, cap. cum olim, vbi notat Abb. *de præscript. cap. quoad*
translationem de off. deleg. & optimè docet Ias. *in l.* 3. §. 1. *ex*
nu. 35. *ff. de acquir. poss.* quamuis acquirens possessionem
28 ex † volontate Domini per apprehensionem partis acqui-
rat possessionem totius *l.* 3. §. *& adipiscimur, ff. de acquir.*
possess. acquirens tamen possessionem contra voluntatem
29 † Domini per apprehensionem partis, solum possessionem
illius duntaxat acquirit, non verò cæterarum partium,
l. quod meo 18. §. *vlt.* ibi, *Si cum magna vi ingressus est exer-*
citus, eam tantummodo partem, quam intrauerit obtinet,
ff. de acquir. possess. c. cum in tua, de decimis, & ibi Abb.
in 2. *&* 3. *notab.* vt in iurisdictione ex voluntate Domini
30 acquisita per † vnum iurisdictionis actum, eius volunta-
re factum, acquiri possessionem totius, sed contra volun-
tatem Domini solum acquiri speciem iurisdictionis, cir-
ca quam actus versantur, docet Bart. *in d. l.* 1. §. *si quis hoc*
interdict. & post Alex. & alios sequitur Ias. vbi supra, in-
31 fert eos nu 38. quod præscripta iurisdictione contra † vo-
luntatem Domini, non intelligitur præscripta potestas
coercendi, secundum *text. notabilem in cap. cum contingat.*
for. compet. vt notarunt Abb. & Card. quamuis aliàs iuris-
32 dictio † sine aliqua coërctione sit inutilis, *l. vlt.* ibi, *quia*
iurisdictio sine modica coercitione nulla est, ff. de offic. eius
cui mandata est iurisdictio, *cap. pastoralis*, ibi; *eo quod*
iurisdictio illa nullius videtur esse momenti, si coercitionem
33 *aliquam non haberet de off. deleg.* Nam præscriptiones † re-
stringuntur ad actus per quos exercentur, & proprios fa-
cti terminos non excedunt, secundum Bald. *in l. fin. nu* 8.
vers. vnum aliud, C. comm. vtriusque iudicij, Ias. *vbi sup.*
nu. 37. *per text. in d. l.* 1. §. *Iulianus ait. ff. de itinere, actuq.*
priu. & in rebus, & iuribus distinctis, & separatis, quam-
uis existant sub aliquo iure vniuersali veluti hæreditate,
34 & apprehensione vnius, cæterarum nullo † modo pos-
sessio acquiritur, vt post *glos. verb. quod autem in fin. in*
l. 3. §. 1. *ff. de acquir. poss* docent Bart. *ibi nu* 4. Iason. *num.*
30. *per illum text. l.* 1. §. *veteres, l. prædia ff. de acquir. poss.*
35 & generaliter omnis † præscriptio, & consuetudo con-
tra ius commune non extenditur extra rem, aut perso-
nam, qua versata fuit, quia ius commune per extensio-
nem præscriptionis, aut consuetudinis non corrigitur,
vt latè tradunt post Innoc. Bart. & alios Ias. *in l. de quibus,*
ex num. 14. *ff. de legib.* Molin. *lib.* 2. *de primog. ca.* 6. *numer.*
21. Gutier. *pract. lib.* 3. *cap.* 77. *& cons.* 1. *numer.* 36. Baldes
36 *in addit. ad* Suarez. *in proem. legum for. n.* 20. & quia † præ-
scriptio in seruitutibus, & iuribus, negatiuis non incipit
nisi à tempore prohibitionis dum quis conatur aliquid fa-
cere, & alius vetuit, & prohibitus destitit, & acquie-
uit secund *gl. celebrem in l. qui luminibus, ff. de seruit. vr-*
ban. præd. l. sequitur, §. *si viam, ff. de vsucap.* docent Suar.
d. l. 16. *num.* 3. Couar. *lib.* 1. *var. c.* 9. *nu.* 2. *& in reg. possess.*
2. *par.* §. 4. *n.* 6. Guttier. *pract. lib.* 4. *q.* 34. Zeuall. *qu.* 9. *nu.*
2. Ioan. Garz. *de nobil. gl.* 35. *nu.* 64. Gonz. *super reg.* 8. *glo.*
5. §. 6. *nu.* 37. Gratian. *discept forens. cap.* 89. *num.* 13. Rota
decis. 536. *& decis.* 365. *par.* 2. *recent.* Consequens est con-
tra Patres Societatis IESV Vniuersitatem Cracouien-
sem nullam habere præscriptionem neque immemorabi-
lem, neque ordinariam, neque interdicto possessorio re-
tinendæ vti posse, cum prædicti Patres eius prohibitio-
37 ni non acquieuerint, & sine † possessione interdictum vti
possidentis non decernatur, *l.* 1. *cum suis*, §§. *ff. vti possi-*
dentis, gl. & Bart. *ibi & in l. naturaliter*, §. *nihil commune,*
n. 21. *&* 26. *& Berengarius ibi præfat.* 4. *n* 8. *ff. de antiq. pos-*
sessor. Anton. Gomez *in l.* 45. *Taur. nu.* 170. Menoch. *de re-*
38 *tinen. rem.* 3. *q.* 73. *n.* 588. Nec remedio manutentionis †
propter iuris communis resistentiam, secundum *tex in ca.*
suut personæ, §. *penult. & in fi. de priuil. in* 6. *c.* 1. *de præ-*
script. eod. lib. præcipuè cum apud Vniuersitatem titulus
39 non adsit, & ius commune † publicæ vtilitati patrocine-
tur, vt optimè considerat Couarr. *per. text. & in d.* §. *pe-*
nult. & fin. pract. cap. 17. *n.* 6. *vers.* 4. Menoc. *de retin. rem.*
vlt. n. 24.

Et cum priuilegium san. mem. Pij V. fuerit absque li-
mitatione concessum, non † est dubium etiam futura 40
Collegia Societatis IESV comprehendere secundum
text. in l. si seruitus 23. *ff. de seruit. vrban. pred.* cuius est ver-
ba: *Si seruitus imposita fuerit, lumina quæ nunc sunt, vt ita*
sint: de futuris luminibus nihil caueri videtur, quod si ita cau-
tum sit, ne luminibus officiatur ambigua est scriptura, vtrum
ne his luminibus officiatur, quæ nunc sunt an etiam his, quæ
postea quoque fuerint, & humanius est, verbo generali, om-
ne lumen, significari siue quod in præsenti, siue quod post tem-
pus conuentionis contigerit. Nam futuris † ædificijs, quæ 41
nondum sunt, seruitutes acquiri, & imponi posse docet
idem *text. in* §. *vlt.* ibi *futuro quoque ędificio, quod nondum*
est, vel imponi, vel acquiri seruitus potest, l. fin. §. *si serui-*
tus vendicetur l. labeo 10. *ff. de seru. rust. præd. l. existimo* 98.
ff. de verb. oblig. c. ex parte 27. *de decimis vbi gloss.* notat pri-
uilegium † trahi ad res futuras, & latè prosequitur Gonz. 42
sup. reg. 8. *glos.* 9. *n.* 9. §. 4. *ex n.* 44.

Neque obstat renunciatio, quæ allegatur facta per Pa-
tres Societatis IESV. Nam cum dispositio † *text. in c.* 43
1. *& c. quanto de Magistris*, publicam vtilitatem principa-
liter respiciat, & priuilegium Pij V. in fauorem Societa-
tis IESV fuerit principaliter concessum, non potue-
runt Patres ei renunciare, *ex reg. tex. in c. si diligenti de fo-*
ro competen. l. ius publicum, ff. de pact. l. inter debitorem, ff.
de arbitr. l. neque pignus, §. *priuatorum, ff. de reg. iur.*, *vt*
notabiliter tradit gl. in d. ca. si diligenti, verb. pacto priuato-
rum. Barbosa *in l. alia* §. *eleganter ex nu.* 21. *ff. sol. matr. &*
fuit resolutum cor. bo. mem. Buratto in Cæsenaten. indultorum
4. *Decemb.* 1624.

Et ita conclusum fuit, vtraque parte informante.

* Et præsertim sub die 21. Maij 1627. est supra decisio 71.
& infra habes aliam sub die 3. Decemb. 1629. cor. R. P. D.
Ghisilerio est decis. 325.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Romana Pecuniaria.

Die Mercurij 4. Aprilis 1629.

ARGVMENTVM.

Testis vnicus, quando probet. Furtum de sui natura est difficilis probationis, & quibus concurrentibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Testis vnicus, distinctè fact. circumstantias recensens, & nullum habens interesse, ac optimam sui dicti rationem reddens, concurrentibus adminiculis plenè probat.*
3 *Quod procedit in quacunque materia ciuili.*
4 *Furtum de sui natura, & à communiter accidentibus est difficilis probationis.*
4 *Confessio extraiudicialis an probet.*
6 *Malus, qui fuit semel, adhuc præsumitur malus in eodem genere mali.*
7 *Pecunias quis subripuisse, ex quibus adminiculis animus inducitur ad perfectè credendum.*
8 *Testes de auditu à parte de tempore non suspecto, an aliquid probent.*

DECISIO CCLXVI.

DOMINI resoluerunt esse confirmandam sententiam D. Locumtenentis Illustrissimo Vicarij, qua Georgius, & alij hæredes q. Christophari Piscatorij condemnantur ad restituendum Michaeli vti fratri, & hæredi q. Bartholi Anselmi scuta 1440. monetæ, quæ prædictus Christopharus furto subtraxit post mortem dicti Bartholi ex duabus eius capsis, in quibus tempore sui obitus aderant scuta plus duorum mille: Nam de sen-

1 de sententiæ † validitate constat ex actorum reuolutione, de institia verò ex testibus, & alijs datis pro parte Michaelis, præsertim ex dicto secundi testis super duodecimo, decimotertio, & decimoquarto articulis deponentis de visu, quod Christopharus prima nocte post obitum Bartholi alteram ex dictis capsis in domo, & camera ipsiusmet Christophari existentibus, vbi etiam Bartholus obijt, instrumento quodam ferreo aperuit, & inde sacculum altitudinis vnius palmi, & circumferentiæ plusquam duorum pecunijs plenum subripuit, & quod secunda nocte aliam capsam eodem instrumento reserauit, & ab ea amouit, & secum asportauit alium sacculum pecunijs etiam plenum, & illam clausit, & priorem capsam iterum aperuit, ex qua quædam argentea extraxit, & similiter asportauit, quàm postea etiam clausit eodem instrumento, & subdit, quod ex dictis pecunijs statim soluit quibusdam suis creditoribus, qui testis, cum versemur in ciuilibus, distinctè facti circumstantias recenseat, & nullum habeat interesse, optimamque sui dicti
2 rationem reddat, nempè † quia presens fuit, & omnia vidit, cum conuenientibus adminiculis plenè probat Bart. *in l. 1. §. idem Cornelio, num. 3. ff. de quæst.* Bart. *cons.* 536. *sub num. 5. vers. persuadentes igitur lib.* 2. Crauett. *consil.* 6. *numer. 66. vers. facit* Cæs. de Grass. *decis. 3. num. 6. de probat. vbi post* Io. Andr. *in c. fin. col. 5. ad fin. de succeß. ab in-*
3 *test.* quod hoc procedit in † quacumque materia ciuili, & Rota apud Greg. XV. *decis.* 247. *n.* 6.

Et in casu nostro hoc procedit sine difficultate cum agatur de proban. furto commisso in propria domo, & Came-
4 ra Christophari, & ideo versemur in casu, qui † de sui natura, & à communiter accidentibus est difficilis probationis, Bart. *in l. si quis ex argentarijs, §. an vero hæredi num. 3. ff. de eden.* Castr. & Salyc. *in l. si eredit. C. de pignor. act.* Alex. *cons. 24. num. 5. cum seq. lib.* 2. Crau. *consil.* 178. *num.* 2. Alc. *cons. 153. nu. 4. & 5. lib.* 5. Menoch. *præsumpt. 61. nu. 20. & 21. lib. 6. & de arbit. cas. 116. n.* 14. Farinac. *de furt. q. 176. par. 1. in princ. &* Rot. *decis. 762. n. 3. vers. quia quoad furtum par. 2. recent.*

Adminicula verò in præsenti plura, & quidem vrgen-
5 tissima concurrunt, & in primis multum vrget † confessio extraiudicialis ipsius Christophari probata per tertium testem, cui Domini quia erat socer Christophari, multum deferebant, qui super duodecimo deponit, quòd post mortem Bartholi Christopharus eius gener cupiens suam conscientiam exonerare, eum anxius adiuit, eique confidenter vti patri aperuit, qualiter ipse penes se retinebat, scuta mille, & maiorem summam hæreditatis dicti Bartholi vltra nonnulla argentea, & quod vti pater vellet ei consulere, quid eum facere oporteret, cui testis consuluit, vt ad hæredis fauorem imponeret censum quantitatis apud se retentæ, quem Christopharus imponere resoluit, & minutam formare fecit, sed morte præuentus illum imponere potuit.

Secundum adminiculum est, quod in altera ex eisdem capsis Bartholus conseruabat quandam apocham *scutorum 383. quæ Christopharus mutuo acceperat à dicto Bartholo*, quam apocam idem Christopharus etiam dicta prima nocte subripuit, & lacerauit, *& in alia sententia eiusdem D. Locumtenentis prædicti eius hæredes fuerunt condemnati ad dicti mutui restitutionem, prout in d. apocha contineri probatum fuit, quam sententiam Domini confirmandam esse dixerunt die 5. Martij præteriti coram me, vt in decisione desuper facta*, quod adminiculum in eodem genere mali, &
6 inter easdem personas, & † cum eisdem facti circumstantijs valde etiam vrget contra Christopharum in casu nostro ad *l. de minore, §. pen. ff. de quæst. & c. semel malus de reg. iur. in 6.* cum alijs congestis per Menoch. *præsumpt. 5. n. 32. lib. 5.*

Tertium, & vltimum adminiculum oritur ex rumore, qui post Christophari mortem statim inualuit, videlicet, quod ipse ex pecunijs Bartholi diues repente euaserat, & quæ inde postea moriens opulentam hæreditatem reliquit, vt deponunt tertius testis super 10. & sextus su-
7 per 6. ex quibus omnibus simul † iunctis videtur negari non posse, quin animus inducatur ad perfectè credendum Christopharum pecunias vt supra subripuisse iuxta ea, quæ tradunt Paul. de Castr. *in l. Lucius n. 4. ff. de ijs qui not. infam.* Crau. *cons. 78. n.* 3. cum alijs in *d. Romana mutui inter easdem partes cor. me latius deductis*.

Quod autem in dictis capsis de tempore mortis Bartholi adesset summa scutorum duorum mille satis DD. visum fuit probari ex sequentibus simul iunctis, & in primis ex assertione Bartholi, dum in infirmitate, qua decessit, presente Christopharo declarauit, se habere ibi scuta duo mille, vt de auditu à d. Bartholo in præsentia Christophari deponunt primus testis super sexto, octauus, & nonus super nono, cuius assertio, maximè quia fuit de tempore † non suspecto dubio procul adminiculatur, vt commu- 8
niter notant DD. *in l. 3. §. si quis moriens, ff. ad Sillan.* Iul. Clar. *in pract. crimin. §. fin. quæst. 21. nu.* 16. Deinde ex assertione, seu confessione eiusdem Christophari, dum aliàs dixerat, *che Bartolo haueua più di due mila scudi, che lui li sapeua*, vt deponit sextus testis super sexto, *e che detto Bartolo haueua delli anelli d'oro, argento tazze d'argento, e denari*, vt deponit septimus testis super nono: Præterea ex fama inter amicos Bartholi quod ipse reliquerat scuta duo mille, & vltra in sua hæreditate; vlterius benè hoc ipsum adiuuant depositiones dicti secundi testis de visu, necnon prædicti soceri de auditu ab eodem Christopharo, vt supra: & tandem ex tribus notulis descriptis in inuentario, quæ fuerunt repertæ intus capsas manu Bartholi conscriptæ, in quibus adnotatæ leguntur variæ pecuniarum summæ, & præsertim ex vltima, in qua leguntur descriptæ pecuniæ, & alia huiusmodi ex quibus benè ad d. quantitatem scutorum duorum mille infertur. Vnde stantibus supradictis cum in dictis capsis ex dictis scutis duobus mille defecerint scuta 1440. & subtractio contra Christopharum benè probetur, meritò Domini dixerunt, sententiam prędictam esse confirmandam.

Et ita decisum Michaele tantum informante, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Nouarien. Legitimæ.

Die Mercurij 4. Aprilis 1629.

ARGVMENTVM.

Filio debetur legitima in bonis parentis professi à die emissæ professionis non expectata illius morte naturali, & ista opinio, est æquior, & magis recepta.

SVMMARIVM.

1 *Monachi legitima an debeatur à tempore professionis, vel mors naturalis sit expectanda.*
2 *Opinio affirmatiua nempè quod debeatur à tempore professionis est ęquior, & æquitati Canonicæ magis conuenit n. 4. & hęc est sententia crebrius recepta, nu. 5.*
3 *Filius non potest priuari legitima patris professi, cum in ipso ingressu competat.*
6 *Resolutio, quando est fulcita multis Doctor. auctoritatibus, & rationibus, ab ea non est recedendum.*
7 *Accurs. Pinell. Surd. & alij declarantur.*
8 *Text. in Auth. si qua mulier C. de sacrosanct. Eccles. est correctus per c. cum simus de regul.*
9 *Text. in c. cum simus de regul. declaratur.*
10 *Mors non presumitur.*
11 *Viuentis successio non datur.*
12 *Mors ciuilis per ingressum Religionis æquiparatur naturali.*
13 *Monachus post professionem desinit esse Dominus, & dominium eius bonorum transit in Monasterium.*
14 *Mors ciuilis, quando operatur eosdem effectus quam naturalis, in ea militare debet eadem ratio.*
15 *Mors ciuilis, quando habet eumdem effectum, quam naturalis, debetur legitima filio, etiam quando viuit pater.*
16 *Filius per mortem naturalem patris statim petere potest legitimam.*
17 *Professi pro mortuis reputantur.*
18 *Glos. in auth. ex testamento, C. de secund. nupt. refutatur.*
19 *Mater transiens ad secunda vota eatenus priuatur proprietate, quatenus per huiusmodi transitum filios iniuria afficit.*
20 *Iniuria, quando cessat, cessare etiam debet pœna. Religiosi retinent iura sanguinis, & agnationis, n. 20.*
21 *Religiosi, licet retineant iura sanguinis, & agnationis, non tamen retinent iura prosequendarum iniuriarum.*

DE-

DECISIO CCLXVII.

PATRES Congregationis Clericorum Regularium
S. Pauli voluerunt audiri, an esset receden. à decisis
coram me sub die 15. Decembr 1628.* qua fuit resolu-
tum, sententias inter eos, & D. Paulam Brippiam latas
esse confirmandas: sed DD. vtraque parte audita, nega-
tiuè responderunt ex rationibus deductis in decisionibus in
hac causa factis, tàm coram R. P. D. meo Pirouano, *
quàm in supradicta coram me, quæ reuidetur.

Nam licet sit maximè controuersum inter legum, &
1 Canonum professores, an Monachi † legitima debeatur
à tempore professionis, vel mors naturalis sit expectan-
da, quando Monasterium in communi est capax bono-
2 rum, attamen DD. tenuerunt † affirmatiuam, quod
statim emissa professione debeatur legitima, non expe-
ctata morte naturali per text. *in cap. cum sinus de Regu-*
3 *lar. & ibi gl. in verbo bona paterna*, quæ dicit † filium
non posse priuari legitima, quæ in ipso ingressu competit,
quem textum ad hoc singularem esse notat ibi Abb. &
Bald. *in auth. si qua mulier num. 38. C. de sacrof. Eccles.*
idem in cap. in præsentia, num. 58. & 59. de probat. &
4 hanc sententiam æquiorem esse, † & æquitati Canonicæ
conuenire, not. Bald. *vbi supra*, & tanquam æquiorem
vtroque foro seruari oportere dicit Couar. *in cap. 2. de test.*
num. 7. propter maximam æquitatem, cui innititur ist-
hæc opin. Facchineus *lib. 6. controuers. cap. 13.* Carpan. *ad*
statut. Mediol. cap. 485. num. 85. & 506. Merlin. *de legi-*
tim. lib. 5. tit. 3. quæst. 3. num. 8. & num. 11. & 12. Angel.
5 *de acquir. possess. quæst. 8. art. 25. num. 660.* & hanc † sen-
tentiam crebrius receptam, benè colligitur ex Doct.
congestis ab Honded. *cons. 60. & 61. vol. 2. & tenuit*
Rot. *in Trident. legitimæ 31. Ianuarii 1607. coram bon.*
6 *mem. Ottembergo*, quæ cum sit resolutio fulcita † mul-
tis Doct. authoritatibus, & rationibus, propterea ab ea
non esse receden. putarunt Domini.

7 Non obstat quicquid in contrarium dicant † Accurs. Pi-
nell. Surd. & alij alleg. dum se fundat in dispositione iuris
antiqui in *Auth. si qua mulier C. de sacrosan. Eccles.* quia
8 per dispositionem † dicti *cap. cum sinus de Regular.* ius
antiquum remansit correctum, imò *glos. in eadem Auth.*
in verbo moriatur, & in §. illud in verbo detur in Auth.
de Monach. *& in Auth. nunc autem in verbo detrahatur*
C. de Episcop. & Cleric. & in l. Deo nobis in verba legi-
timæ C. eodem, potius sentit contrarium. Nec releuat,
9 quod *text. in cap. cum sinus*, † expressè non disponat,
quod tunc temporis pater esset viuus, & posset intelligi
quod esset mortuus, & propterea deberetur legitima,
10 quia cum mors non † præsumatur, eo ipso quòd de ea non
fuit facta mentio, præsumitur quod adhuc viueret, &
quamuis videatur intelligendum de tempore mortis na-
turalis propter illa verba in fine posita (quæ ex successio-
11 ne proueniunt) & † viuentis non detur successio *l. hære-*
ditas, l. qui superstitis ff. de acquir. hæred. lib. 1. ff. de Hæ-
red. vel Action. venditione. Attamen id procedit ratione
successionis prouenientis ex morte ciuili propter emissam
professionem in Monasterio, & cum ex communi Doct.
sentent. text. in cap. cum sinus recipiat interpretationem,
12 vt mors ciuilis † per ingressum Monasterij æquiparetur
naturali, & ideò statim sit debita legitima, cessat ex eo
difficultas.

Neque videtur facere quod mors ciuilis non peretur eos-
13 dem effectus, quos naturalis, nam cum Monachus †
post professionem desinat esse Dominus, & dominium
transeat in Monasterium, *Auth. ingressi vbi DD. C. de*
sacros. Eccles. clarè patet mortem ciuilem ad effectum,
14 de quo agitur, operari eosdem effectus, † quos natura-
lis, in eaque militare eandem rationem, ita vt illa mors
ciuilis habetur pro naturali ad effectum vt filius, etiam
donec vixit pater professus consequatur legitimam, vt in
15 specie, quando mors ciuilis habet eundem effectum, †
quem habet naturalis, debeatur legitima filio, etiam
donec viuit pater, script. Corset. *in singulari 162. num. 4.*
vers. non obst. & Rol. à Valle *cons. 97. num. 39. lib. 2.* &
16 propterea sicut per mortem naturalem statim † conse-
queretur legitimam, ita & per hanc ciuilem. Non fa-
cit quòd supradicta possint procedere, quando quis fuit
ingressus Religionem incapacem, secus verò quando Re-
ligio sit capax successionis, vt communiter distinguunt
Doct. quia quidquid procedat in Religione capaci bono-
rum tradunt *Adden. ad* Dec. *in cap. in præsentia de probat.*
vbi de veriori, & æquiori opinione, idem dicit Couar.
vbi supra, & hanc esse communiter receptam testantur
alleg. per Honded. *dicto cons. 60. num. 23. per tot. & vers.*
quam sententia lib. 2.

Nec DD. visa fuerunt releuare, quæ dicuntur de tran-
situ matris ad secunda vota, quia emissa à filijs professio-
ne, ex qua mortui reputantur, † cum non supersit fi- 17
lius, qui conqueri possit, mater acquirit legitimam in
totum, vt reprobata † *glos. in auth. ex testamento C. de* 18
secund. nupt. tradit. Bart. *ibi num. 1. & in auth. de non eli-*
gen. secundo nuben. §. hæc autem num. 1. Rot. *decis. 619.*
num. 1. part. 1. recent. Ideoque cum mater transiens ad
secundas nuptias, eatenus priuetur proprietate, quate- 19
nus per huiusmodi transitum filios iniuria afficit *§. pros-*
peximus in auth. de non eligen. 2. nuben. & §. nec illud in
auth. de nupt. cum aliis per Sanchez *de Matrim. discept.*
89. num. 2. prope med. vers. prior ob iniuriam lib. 7. Con-
sequens est, vt cessante iniuria, † cesset etiam pœna, 20
& licet retineant iura sanguinis, & agnationis, tamen
cum ex deductis in decisione quæ reuidetur ex Boer. &
Feder de Senis non retineant † iura iniuriæ prosequen- 21
dæ, cessant pœnæ secundo nubentium fauore filiorum
inductæ Bald. *in auth. ex testamento num. 8. C. de secun.*
nupt. Dec. *in Rub. num. 8. & hoc quando eodem tit.* Rolan.
cons. 95. num. 23.

Ex quibus, & alijs deductis in decisionibus, fuit resolu-
tum vt supra, &c.

* Est decisio 223. supra in hac parte.

* Idest sub die 3. Decembris 1626. est decisio 156. pa-
riter supra.

Et infra adest alia sub die 18. Iunij 1629. coram eodem R.
P. D. Ghisilerio, est decisio 306.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO

Cordubesi Decimarum.

Die Mercurij 4. Aprilis 1629.

ARGVMENTVM.

Scripturæ originales, quando sunt deperditæ, tunc statur registro. Et quando registrum est mendosum, ad quid recurratur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata absque citatione est nulla, & inualida.*
2 *In contradictarum iudicio pro termino citationis malè seruato, sententia redditur nulla.*
3 *Notariorum stylo inhærendum est pro intelligentia, an certa die aliquid sit gestum.*
4 *Scriptura originalis, quando fuit deperdita, tunc registrum semper probat veritatem scripturæ productæ.*
5 *Extensio de casu, ad casum non admittitur.*
6 *Registrum, quando est mendosum continens plures errores notabiles, illi non est fides adhibenda, sed potius manuali.*
7 *Registrum, quando est mendosum, tunc ad manuale recurritur, tanquam ad scripturam magis originalem.*
8 *Registrorum errores solent mandari corrigi per collationem ad acta originalia absque eo, quod registri in cæteris fides adimatur.*
9 *Originalia, quando sunt deperdita, statur registro.*
10 *Præsumptiones æquiuocæ, & possibiles non tollunt factum clarum.*

DECISIO CCLXVIII.

DOMINI steterunt in decis. 24. Ianuarij præteriti, *
quia defectus citationis ad sententiam est patens ex
copia integra eiusdem in iudicio contradictarum decreta
cum

cum data die 9. Iulij 1563. & in registro per extensum
posita, quam non discordate à manuali, & suo origi-
nali Rota firmauit in hac causa 27. *Iunij 1576. coram*
bon. memor. Cardin. Blanchetto, vnde cum terminus
comparendi positus fuerit in ea ad primam diem iuridi-
cam, & lata fuerit sententia eadem die 9. qua decreta
fuerat citatio, inde conuincitur fuisse latam absque cita-
1 tione, † & consequenter nullam, & inualidam re-
manere *cap. cum olim de testibus clem. pastoralis de re iud.*
clem. sæpè cum glos. in verbo ad id de verb. signif. cum alijs
allegatis in prima decisione, & in simili causa in iudicio
2 † contradictatum pro termino citationis malè seruato
Rota nullam declarauit sententiam in *Romana census 10.*
m. 21. Maij 1627. coram D. meo Vbaldo.

Non obstat quod tenor citationis decretæ, & in regi-
stro per registratorem positæ contineat errorem, dum di-
cit ad primam diem, & tamen dicere debeat ad hodie
per totam iuxta stylum Notariorum tam de tempore an-
te latam sententiam, quam post, de quo dantur atte-
3 stationes Notariorum, & illi † inhærendum dicebatur
pro intelligentia, an certa die aliquid sit gestum Alex.
in add. ad Bart. *in l. si librarius post medium ff. de regul.*
iur. Menoch. *de arbitr. casu* 199. *nu.* 15. Rota *decis.* 393.
num. 4. part. 1. recent. quo supposito inferebatur ad validi-
tatem sententiæ tanquam latæ sub die 9. sub qua citatio
fuerat decreta ad illam diem per totam.

Quia huiusmodi veritas post haberi, vel ex originali,
vel ex manuali, aut denique ex registro originalis cedula
hodie in actis non reperitur, & manuale nihil aliud con-
tinet, quàm formalia verba lecta die nona, &c. regi-
strum verò continet tenorem citationis per extensum ha-
bentis terminum ad primam diem iuridicam, vndè cum
4 † originali deperdito registrum semper probet veritatem
scripturæ productæ Bald. *in l. fin. num. 4. C. de fid. instrum.*
Alex. *in auth. si quis in aliquo num. 9. C. de eadem*, Boer.
decis. 281. *num.* 10. Rota *in Vrbeuetana fideicomm. 2. Maij*
1603. coram bon. mem. Cardin. Pamphil. & 27. Maij, &
13. Nouembris 1619. coram Domino meo Decano, in co
mensa Magistralis fundat intentionem suam ad proban-
dam nullitatem prædictam.

Non obstat igitur errorem probari ex manuali conti-
nente illa verba lecta die nona, quæ de stylo exponuntur
ad hodie per totam quia stylus esset probandus in casu
quo de tenore contrario apparet in registro, vt nihilo-
minus ad hodie per totam esset registrandus terminus ci-
tationis ad aliam diem seruatus, aliàs de casu ad casum
5 nunquam admittitur extensio. Crau. *cons. 96. numer. 4.*
Rimin. Iun. *cons. 199. num. 187. lib. 2.* Honded. *cons. 55. num.*
36. vol. 1. & cons. 75. num. 22 lib. 2.

Neque etiam releuat registrum esse mendosum conti-
6 nens plures errores notabiles, † qui in folio separato dati
fuerunt, vt ideò illi fides non sit adhibenda, sed magis ma-
7 nuali, ad quod recurritur tanquam † ad scripturam magis
originalem Bald. *in l. Imperator num. 27. vers. sed quid si*
vnum instrumentum ff. de stat. homin. cum aliis per Surd. *cons.*
141. num. 8. lib. 1.

8 Quia errores registrorum † solent mandari corrigi per
collationem ad acta originalia absque eo quod registris in
9 cæteris fides adimatur, & quando originalia † non repe-
riuntur statur registro, vt supra dictum fuit, & in hac parte
quoad tenorem citationis registratæ cessare debet hæsita-
tio: quia decisio huius causæ 27. *Iunii 1576. coram bon. mem.*
Cardin. Blanchetto expresse firmat, quod cedulæ originales
non discordant à manuali, & registro, quod esse non po-
tuit, nisi viso tenore citationis, quæ si hodie deperdita est
temporum iniuria, perire non debet legalitas registri.

Demum non obstant circumstantiæ facti aliàs deductæ,
& in præsenti repetitæ, nempè confessio partis, adnotatio
super dorso positionum Dominorum decisio causæ bon.
mem. Blanchetti de anno 1580. cursus annorum 60. inueri-
similitudo facti, ac demum consuetudo, quod in vltimis
audientijs seruentur termini eadem die, qua emanarunt ci-
tationes ad audiendam sententiam per totam illam diem.

Quia prædictis circumstantijs fuit responsum in prima
10 decisione quod factum clarum, † & indubitatum non tol-
litur per præsumptiones æquiuocas, & possibiles, prout
sunt iam deductæ ex Castrense, Surdo, Honded in ea alle-
gatis, cum quibus Domini etiam in hac replicatione tran-
sierunt. Et ita &c.

* Est decisio 240. supra in hac parte.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.
D. CARD. VBALDO.

Spoletana Fideicommissi.

Die Lunæ 30. Aprilis 1629.

A R G V M E N T V M.

Conditio, si sine filijs &c. licet expiret, decedente hærede liberis relictis, tamen quando hæc conditio debeat in omnibus hæredibus vocatis verificari, declaratur.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommissum purificatur, eueniente casu vocationis.*
2 *Conditio, si sine filiis expirat, decedente hærede cum liberis, & num. 5.*
3 *Conditio si sine filiis, non expirat, decedente hærede cum filiis, si dicta conditio fuerit apposita omnibus vocatis, & num. 6.*
4 *Appellatione hæredum, & successorum in stirpem post factam mentionem filiorum veniunt descendentes, & successores sanguinis.*
7 *Consil. Oldrad. 21. quando sit locus.*
8 *Dictio, vt supra, quid operetur.*
9 *Dictio, omnis, est vniuersalis.*
11 *Dictio, is, est personalissima.*
12 *Testator loquens in plurali numero, quando hæredes grauat, tunc non solum primus hæres censetur grauatus, sed etiam alii subsequentes.*
13 *Grauamen iniunctum filiis, quando censeatur etiam iniunctum nepotibus vocatis.*
14 *Hæredes hæredum dicuntur ipsius testatoris hæredes.*
15 *Ex vocatione actiua non infertur ad passiuam.*

D E C I S I O CCLXIX.

DVBITAVI hodie, An esset confirmanda decisio
facta sub die 27. Nouembris præteriti, * in qua fuit
resolutum constare de fideicommisso Iulij Cæsaris Rosa-
ti, ad fauorem Confraternitatis, & litis Consortum,
& Domini affirmatiuè responderunt. Quia cum Con-
fraternitas, & litis Consortes fuerint substituti in casu,
quòd omnes anteà instituti, & substituti decederent sine
filijs, & iste casus euenerit per mortem Iulij Cæsaris, qui
vltimo loco obijt nullis relictis filijs: meritò † dicitur fi- 1
deicommissum purificatum ad fauorem prædictorum, in
tali casu vocatorum, *iuxta cons. Nicolai Bellon. 19. num.*
3. & tenuit Rot. *in Siracusana fideicomm. 16. Nouembris*
1612. coram bon. mem. D. meo Vbaldo.

Nec obstare dixerunt, quod conditio illa si sine filijs † 2
expirauerit per mortem Herculis, qui decessit relicto d.
Iulio Cæsare filio. Quia cum fuerit apposita non solum
filijs, † sed etiam nepotibus, sufficit quòd nepotes de- 3
cesserint sine filijs, & in ipsis verificetur conditio. Me-
noch. *præsumpt. 186. num. 42. lib. 4.* Modern. *de substit. quæst.*
480. num. 68.

Quòd verò dicta conditio sit apposita filijs, & nepoti-
bus clarè ostenditur in decisione, de qua agitur, & sua-
detur ex eo, quod cum testator priori loco vocauerit non
solum filios, sed etiam eorum hæredes, & successores
in stirpem, quorum appellatione, † post factam men- 4
tionem filiorum, indubitanter veniunt descendentes, &
successores sanguinis. Gabr. *de communi concl. 2. num. 19.*
de verb. significat. Odd. *cons. 46. num. 14. cum aliis addu-*
ctis per ad. Modern. *de subst. quæst. 339. nu. 6. & in decis.*
in vers. quia non solum, si conditio prædicta si sine filijs
esset restringenda solum ad filios, adeò vt vocati non es-
sent admittendi, nisi in casu, quòd filij decederent † 5
sine filijs, frustratoria fuisset supradicta vocatio descen-
dentium, & successorum facta post vocationem filiorum.
Quia decedentibus filijs sine filijs, non poterant adesse ali-
qui, nec descendentes, nec successores sanguinis. Di-
cendum est igitur supradictam conditionem fuisse † appo- 6
sitam omnibus vocatis, tam filijs, quàm nepotibus,
qui quandocumque decederent sine filijs, Confraterni-
tas, &

tas, & alijs substituti admittantur, stante illarum substitutione facta per verba vniuersalia. Et si omnes dicti eius filij, & hæredes decederent, vt supra, quæ verba ostendunt noluisse testatorem se restringere ad solos filios,
7 adeò † vt sit locus cons. Oldr. ar. sed voluisse omnes descendentes fideicommisso grauare, donec veniret casus restitutionis ad fauorem Confraternitatis, & aliorum per mortem vltimi grauati sine filijs. Dec. *cons.* 84. *num.* 13. *&* 14. *lib.* 3. *& sequitur* Peregr. *de fideicomm. art.* 29. *num.* 41. Et hoc clarius suadetur, ponderando dictio-
8 nem illam, † vt supra, quæ non potest interpretari, nisi, vt relatio sit intelligenda de filijs, & eorum hæredibus, & successoribus de quibus omnibus testator superius locutus fuerat, *l. si pluribus hæredibus* 44. *ff. de leg.* 2. *l. si plures gradus*, *ff. de leg.* 3. Surd. *cons.* 362. *nu.* 9. Rota *decis.* 461. *num.* 9. *part.* 2. *in recent.* Idque tanto
9 magis, cum sit iuncta supradictæ dictioni vniuersali † omnes, per quam aliàs Rota *in vna Romana fideicommissi de Surdis* 27. *Februarii* 1614. *coram bon. mem. Vbaldo*, considerauit fuisse fideicommisso grauatos omnes superius nominatos.

Et quidem si huiusmodi verba: Etsi omnes eius filij, & hæredes decesserint, vt supra, non ita deberent intelligi, essent superflua, quia testator superius specialiter prouiderat in casu, quod aliqui filij decederent superstitibus alijs filijs, vel nepotibus, vt vnus succederet alteri, & alter alteri, & eorum hæredes, & successores. Vndè dum posteà subdit supradicta verba; etsi omnes
10 &c. ea debent intelligi de vlteriori casu non † expresso, & sic de nepotibus, & descendentibus sine filijs morientibus. Vt in his terminis considerat Paris. *in consil.* 7. *num.* 28. *& seqq. lib.* 3.

Non obstat, quòd testator locutus sit cum dictione eius ibi. Etsi omnes dicti eius filij, & hæredes, quæ di-
11 ctio † sit personalissima, & sic non comprehendat hæredes filiorum. Quia imò pluries est locutus in plurali
12 cum dictione eorum hæredum, per † quam censentur grauati non solum primus hæres, sed etiam alij subsequentes. Modern. *dd. quæst* 344. *num.* 1. *& in fin.* & quando filij sunt honorati, & grauati vti supra, & nepotes comprehenduntur in vocatione: prout comprehendun-
13 tur in casu nostro, sub † verbis hæredibus, & successoribus, ex supra allegatis, tunc grauamen illis etiam censetur iniunctum. Peregr. *de fideicomm. art.* 1. *num.* 28. *in fin.* Modern. *vt supra quæst.* 679. *num.* 11.

Deindè licet prædicta verba in singulari numero prolata: Eius filij, & hæredes, &c. videantur respicere filios, & hæredes testatoris, non tamen excludunt fi-
14 lios, & successores ipsorummet filiorum: cum † hæredes hæredum dicantur ipsius testatoris hæredes *iunct. regul. l. fin. C. de hæred. instit.*

Quibus sic stantibus non obstat principale fundamen-
15 tum alterius partis, quòd ex † vocatione actiua non inferatur ad passiuam. Quia ex supradictis apparet, quod testator voluit omnes vocatos grauare, stantibus præsertim pluribus coniecturis in decisione ponderatis: ex prohibitione detractionis Falcidiæ, & Trebellianicæ: ex verbis importantibus, tractum temporis in futurum: ex digressione ad plures gradus substitutionum, cum quibus præsertim simul iunctis DD. transierunt.

Et ita vtraque, &c.

☞ * Est decis. 216 supra in hac parte, vbi plures decisiones in hac causa cumulaui.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Romana Pecuniaria.

Die Lunæ 30. Aprilis 1629.

ARGVMENTVM.

Donatio facta patri, necnon filijs, & descendentibus in infinitum sub conditione, quod bona non alienentur, tunc si pater alienet, possunt filij, vel alij descendentes, etiamsi non sint concepti tempore alienationis, eam reuocare.

SVMMARIVM.

1 *Filii non natis, nec conceptis acquiritur ius quæsitum irreuocabile in donatione inter viuos ex stipulatione Notarij, & patris pro se, & pro eius filijs.*
Quod procedit etiam ante eorum acceptationem, & ratificationem, num. 1.
2 *Donationis inter viuos de natura illud præcipuum est, quod reuocari non possit, nec donantis pœnitentiæ subiaceat sine iusta causa.*
3 *Donatio facta absenti, stipulante Notario reuocari non potest.*
4 *Donatio an reuocetur in præiudicium omnium reuocatorum, si vnus controueniat voluntati donantis.*
5 *Dominium bonorum, quod stet in suspenso, iura valdè abhorrent.*
6 *In fideicommissis nec natus, nec conceptus tempore purificatæ conditionis, non admittitur.*
7 *Donationes tot esse censentur, quot sunt personæ, quibus donatum fuit.*
8 *Donans, si ob contrauentionem aliquem excludat à donatione, non censetur alios excludere, quibus etiam fuit facta donatio.*
9 *Donatio si reuocetur propter contrauentionem donatarij, tunc statim aperitur ius, & actio substitutis in donatione.*
10 *Pœna delicti delinquentis personam non egreditur.*
11 *Testatoris voluntas seruanda non est, vbi ex delicto vnius alter priuaretur.*
12 *Donantis voluntas in donatione est sola attendenda.*
13 *Vocati vbi nascituri sunt, admittuntur etiam illi, qui post purificata conditionem nascuntur.*
14 *Alienari, quando aliqua res est prohibita, poterunt illi, qui sunt vocati, licet sint concepti post alienationem, eam reuocare, & num.* 15.
16 *Bertran. & Aluar. refutantur.*
17 *Dominia rerum, si disponentis voluntas hoc suadeat, aliquo tempore possunt manere in suspenso.*
18 *Et hoc maximè quando hæc suspensio est cessatura per natiuitatem filiorum, & num.* 19.
20 *Et hoc euenit in omnibus conditionibus resolutiuis.*

DECISIO CCLXX.

IVLIVS Aluarus donauerat omnia sua bona Fabritio Vallaro, & illius filijs, nepotibus, & pronepotibus, & alijs descendentibus etiam vltra vigesimum gradum, & in infinitum, pacto expressè adiecto, quod Fabritius nihil ex bonis donatis alienaret, alienationis latissimè sumpto vocabulo sub pœna caducitatis à commodo donationis, & vsquequò ipse Fabritius compleret 27 annum, & filios non haberet, ex bonis donatis solum scuta quingenta vbi verò filios haberet 1500. annuatim perciperet, residuum autem teneretur inuestire, & in augmentum patrimonij erogare: At cum Fabritius hucusque inuestimentum nedum neglexerit, verum etiam plura bona donata contra præceptum Aluari donantis distraxerit, & ob id ipse Aluarus declarando caducitatem ob contrauentionem Fabritij reuocauerit donationem, & posteà etiam obierit, egit coram A. C. Io. Baptista filius d. Fabritij vigore instrumenti dictæ donationis, & promissionis eiusdem Fabritij, & instabat relaxari mandatum pro dicto inuestimento consultaque Rota me proponente, multa opponebantur à creditoribus d. Fabritij contra Io. Baptistam, vndè Dominis placuit restringere, & inquirere an ob dictam contrauentionem, & alienationem factam à Fabritio de officijs, & censibus, & alijs rebus donatis, quæ alienatio inter partes non multum controuertebatur, validè donatio ab Aluaro potuerit reuocari in præiudicium Io. Baptistæ, super quo hodiè strictè proposito dubio, Domini negatiuè responderunt.

Donatio enim prædicta fuit inter viuos nedum Fabritio, sed & eius filijs & descendentibus in infinitum facta, quibus ob stipulationem, & patris, Notarij tam natis,
† quam etiam non natis, nec conceptis ius quæsitum fuit 1
irreuocabile, etiam ante horum acceptationem, vel ratificationem *l. quod dicitur la seconda*, *ff. de verb. oblig. l. si quis operas*, *ff. de operib. libert.* & in terminis donationis Alba *cons.* 36. *num.* 4. Menoch. *cons.* 489. *num.* 19. *& luculentius cons.* 1153. *nu.* 8. *& seqq.* Surd. *latissimè decis.* 322. *num.* 2. *&* 3. *cum seqq.* Clar. *in §. donatio quæst.* 13. *num.* 5. *vers. difficultas est*, Sanchez *de matrim. lib.* 1. *disput.* 7. *num.* 6. *&* 7.

6. & 7. Rota coram Cardin. Seraphin. decis. 1184. num. 10.
& part. 1. diuers. decis. 489. num. 1. in fin. & in Romana do-
nationis 28. Aprilis 1614. & 11. Maij 1615. coram bon.
mem. Vbaldo, & in Neapolitana massariæ 13. Maij 1619.
coram Reuerendiss. D. meo Decano. De natura autem
2 donationis † inter viuos illud præcipuum est, quod re-
nocari non possit, nec pœnitentiæ donantis subiaceat si-
ne iusta, & legitima causa, l. perfecta C. de donat. Ro-
man. cons. 171. num. 7. vers. quia regula, plenè Meno-
ch. d. cons. 1153. num. 48. qui & num. 54. post innumeros
3 Doctores congestos, firmat † donationem factam ab-
senti stipulante Notario renocari non posse, & Rota
decis. 483. num. 1. part. 1. diuers.

Nec obstat Fabritium contrauenisse volnntati Aluari
donantis, & perindè resolutam fuisse totam donationem,
4 nedum in præiudicium Fabritij alienantis, † sed etiam
sequentium vocatorum, nempè filiorum, & descen-
dentium, cum illius contemplatione, istis donatum
censeti possit, præsertim cum tempore purificatæ con-
ditionis pro resolutione donationis, nempè tempore con-
trauentionis, & alienationis, nec natus, nec con-
ceptus esset Ioann. Baptista, & propterea illius super-
ueniens conceptio, vel natiuitas non impedit vel tollit
reuersionem, seu resolutionem donationis prius sequu-
tam, vt in terminis donationis tradit Thesaur. decis. 270.
vers. tertio respondetur, alioquin ab ipsa donatione vs-
que ad conceptionem Ioann. Baptistæ, inter quæ longum
5 tempus intercessit, dominium bonorum donatorum †
stetisset in suspenso, quod iura multum abhorrent, l. si
ex duobus §. sed & Marcellus de in diem adiect. l. vltima
in fin. ff. communia prædiorum, & confert celebris theo-
rica Lambertini de Ramponibus, de qua per Ioann.
Andream in addit. ad specul. tit. de testam. in rubr. col.
6 3. vers. Item Lambertinus, quod non natus, † nec
conceptus tempore purificatæ conditionis in fideicommis-
sis non admittatur, quæ opinio habet plures sectatores,
vt per Peregr. de fideicomm. art. 22. num. 72. & Moder. Bri-
xien. de substit. quæst 318. num 55 & 57. & 77.

Quoniam pro responsione aduertendum est, non esse
vnicam donationem, itaut in vno ex vocatis resoluta,
& in cæteris personis resoluta itidem censeri debeat, sed
donatio facta Fabritio, & filijs, & descendentibus di-
citur vnicuique, & singulis independenter de per se fa-
7 cta, adeout tot † censeantur donationes, quot sunt
personæ, quibus donatum fuit, singulæque personæ
non Fabritio, sed ipsi Aluaro acceptam referunt ipsam
donationem ita Bald. in cap. 1. num. 3. & 8. in fine, vers.
pone dicit Dominus tit. si Vassallus feud. priuet. Castr. in l.
si pecuniam num 11. ff. de condit. caus. dat. Soccin. Iun.
cons. 118. num. 8. lib. 2. Roderic. Suarez in l. quoniam in
prioribus quæst. 8. num. 6. vers. præterea. Roland. cons.
15. num. 3. lib. 4. & cæteris clarius Menoch. cons. 99. n.
113. & cons. 304 num. 12. & cons. 1153. num. 2. & seqq.
Hincque fit vt si Aluarus ob contrauentionem, & alie-
nationem factam à Fabritio, illum à donationis benefi-
8 cio exclusit, non inde † dicatur exclusisse illius filios,
quemadmodum in terminis dixerunt, Castr. cons. 384.
num. 1. lib. 1. Crauet. cons. 19. num. 8. & Menoch. præal-
9 leg. cons. 1153. num. 5. & num. 53. Imò per † alienatio-
nem Fabritij statim apertum fuit is, & actio conditionis
sine causa ipsis filijs, vt est text. in l. quoties C. de donat.
quæ sub mod. & firmauit, Rota decis. 494. num. 1. part.
2. recent. Idque mnlta ratione, & æquitate innititur,
quoniam nec Ioann. Baptista, nec cæteri successores par-
10 ticipes sunt contrauentionis Fabritij; cuius † delicti pœ-
na personam delinquentis egredi non debet, nec caduci-
tatis incommodum transmitti decet in filios, qui in his
bonis nihil à patre receperunt, sed independenter ab Al-
uaro donatore, & Bald. in l. vnicn num. 10. C. de his
11 quæ pen. nomine monuit, nec defuncti voluntatem † ser-
uandam esse, vbi ex delicto vnius alter priuaretur, hu-
iusmodique mandatum testatoris irrationabile, & ini-
quum appellat, & hinc prudenter Aluarus disposuit in
donatione, vt quoties fieret alienatio, ipse quidem alie-
nans excluderetur à donatione, sed non tamen reuerte-
rentur bona ad donantem, imò potius alteri sequenti in
gradu descendentium remanerent, vt in instrumento do-
nationis habetur.

Minus refragatur, quo Ioann. Baptista, nec conceptus,
nec natus esset tempore caducitatis Fabritij. Quoniam
quicquid sit in illa quæst. adeò à Doctoribus agitata, an &
quando filij nec nati, nec concepti tempore purificatæ con-
ditionis admitti debeant, de qua per Peregr. & Modern.
Brixien. aliosque ab ipsi relatos, certum est, in quo omnes
conueniunt, etiam nec natos, nec conceptos tempore puri-
ficatæ conditionis admitti, vbi apparet de voluntate defun-
cti † vel donantis, quæ sola attendi debet, vt in his terminis 12
firmauit Ruin. cons. 22. num. 11. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 564.
num. 14. Surd. cons. 125. num. 34 Peregr. cons. 161. num. 1. 21. &
per tot. lib. 5. D. Fachin. controuers. iur. lib. 4. cap. 88. vers. cæ-
terum, & Modern. Brixien. d. quæst. 318. num. 77. De hac au-
tem voluntate Aluari non videtur ambigendum, quod sci-
licet voluerit admittere, & non conceptos, nec natos tem-
pore purificationis conditionis scilicet alienationis, voca-
nit enim omnes descendentes, & signanter nascituros vltra
vigesimum gradum in infinitum, & prohibitio alienatio-
nis præcisè legitur adiecta personæ ipsius Fabritij cum pri-
uatione, & in casu alienationis declarauit donationem
transferendam esse successori in gradu, vndè inanis, & elu-
soria fuisset hæc vocatio nasciturorum vltra vigesimum
gradum in casu alienationis faciendæ per Fabritium, si fi-
lij, eo quod nec nati, nec concepti essent tempore aliena-
tionis excluderentur, cum impossibile fuerit descenden-
tem ex Fabritio nasciturum in vigesimo gradu conceptum,
vel natum fore viuente eodem Fabritio alienante, & in
terminis, quod vbi nascituri sunt vocati admittantur
etiam illi, qui post conditionem purificatam † nascuntur 13
tradit Peregr. de fideicomm. d. art. 22. num. 76. & cons. 7.
num. 6. lib. 3 Surd. cons. 125. num. 34. Additque Aluarus
per hanc successiuam vocationem descendentium Fabritij
protraxisse donationem, vt familiæ, & illius conseruatio-
ni perpetuò consultum esset, quo casu omnes sub nomine
collectiuo familiæ dicuntur vocati, & admittuntur † 14
etiam qui tempore alienationis nondum concepti erant,
ita in puncto, Fulgos. in l. quoties la prima num. 1. C. de fidei-
comm. & ibi Ias. num. 2 vers. secundo limita, qui digito li-
gandum, Rolan. cons. 70. num. 35. lib. 3 & post Corn. Crot.
Rip. Bologn. Alciat. & alios sequitur Surd. cons. 125. num. 29.
& seq. & admittit Peregr. d. art. 22. num. 77.

Quam sententiam eo libentius amplexa est Rota in
præsenti casu, quia non agitur de conditione, quæ casu ali-
quo sine alicuius culpa foret purificanda, sed versamur in
conditione, cuius euentus omninò pendebat à voluntate
Fabritij, nempè alienatione ab eo facienda, vndè & filij
etiam tunc non concepti admitti debent, † alioquin in il- 15
lius arbitrio fuisset eludere sequentes donatarios, Castren.
cons. 247. num. 3. lib. 1. quod verissimum dicit Peregr. de fi-
deicomm. d. art. 22. num. 75. Ceph. cons. 318. num. 67. & seqq.
& innumeros congerunt Modern. Brixien. d. quæst. 318. nu.
107. & propterea suspecta erat Dominis doctrina Thesaur.
decis. 270. num. 27. vers. 3. quemadmodum & ijdem Modern.
Brixien. loco præcit. num. 110. in fin. monent non esse curan-
dum † de Bertran. & Aluarot. qui Castren. doctrinam im- 16
pugnarunt, qui etiam Thesaur. in fine d. versic. tertio res-
pondetur, limitat conclusionem ab eo firmatum non pro-
cedere quoties constat de voluntate donantis porrecta ad
plures gradus, prout in casu nostro Aluarus porrexit vltra
vigesimum gradum suam donationem.

Nec intolerabile esset, quod dominium bonorum dona-
torum aliquo tempore stetisset in suspenso, si † hoc volun- 17
tas disponentis suasisset, quæ id permittere potest ad l. qui
hæredib. §. fin. ff de cond. & demonst. & notat Peregr. d. art.
22. num. 73. vers. verum, & Rota coram Reuerendiss. D. meo
Decano decis. 166. nu. 3. præsertim vbi spes esset, † quod hæc 18
suspensio esset cessatura per natiuitatem filiorum, & hoc
voluit dicere, Castren. d. cons. 247. num. 3. vers. nunc venio lib.
1. & idem Peregr. dicto art. 22. num. 74. & Modern. Brixien.
d. quæst. 318. num. 66. & 79.

Præterea hoc casu dominium † de facto non stetit in sus- 19
penso, sed solum eius effectus, seu potius continuatio, vt
scilicet Aluaro dominium reuocabiliter esset acquisitum,
& expiraturum statim atque nati essent filij Fabritio, vt
benè per D. Fachin controuers. 88 vers. nec difficile lib. 4. Id-
que euenit † in omnibus conditionibus resolutiuis prout 20
declarat Ruin. cons. 22 in fin. lib. 2. Decian. cons. vlt. num. 4.
lib. 1. Menoch. cons. 1213. num. 18. & 19. Modern Brixien. d.
quæst. 318. num. 79. & quæst. 109. num. 3. vers. nam mouetur.

Nec obstat, quod in casu alienationis Aluarus dixit alie-
nantem ita priuari ac si morte naturali decesserit, in casu
verò mortis naturalis ipsius Fabritij ante Aluarum ex-
pressè cautum fuerat bona donata reuersura fore ad do-
nantem. Quoniam vno tantum casu bona reuersura
etant

erant ad Aluarum, scilicet si Fabritius sine filijs, vel descendentibus præmoreretur Aluaro donanti, vt ex lectura donationis apparet, & ibi æquiparantur casus alienationis, & casus mortis respectu contrauenientis, quia & in casu mortis,& alienationis expirarurum erat ius suum,sed in casu alienationis expresse dicitur bona remaoere successori in gradu,& sic & hoc casu alienationis bona non reuertuntur ad donantem.

En quibus vtraque parte informante vnanimiter conclusum fuit donationem non potuisse reuocari in præiudicium Ioann. Baptistæ.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Florentina Subdecanatus.

Die Lunæ 30. Aprilis 1629.

A R G V M E N T V M.

Referuntur nonnulli casus, in quibus remissoria solet denegari. Actus aliquis, quando per testes sit improbabilis.

S V M M A R I V M.

1 *Remissoria non conceditur, quando articuli sunt irreleuantes.*
2 *Remissoria non conceditur, quando materia articulorum potest probari per scripturas.*
3 *Remissoria denegatur, quando petitur probari id, cuius contrarium per scripturas constat, & num.8.*
4 *Actus gestus vltra centum annos est improbabilis per testes, & num.6.*
5 *Statutum probari potest per scripturas, quæ confici solent de statutis.*
7 *Remissoria denegatur, si petatur probari per testes id, quod factum est supra centum annos.*
9 *Obligationes fideiussoriæ, vt quotidie experimur, rediguntur in scriptis.*
10 *Instrumenta publica solent confici de dotibus, quæ assignantur pro acquirendo iuspatronatus.*
11 *Florentiæ, notorium est, extare publicum Archiuium vbi Notariorum omnium protocolla reconduntur, & reseruantur.*
12 *Officiali publico credendum est in spectantibus ad eius officium.*
13 *Remissoriæ petitio, quando videatur calumniosa.*

DECISIO CCLXXI.

IN decisione in hac causa facta die 10. Ianuarij 1628. fuit resolutum ad fauorem D. Octauiæ Capponiæ, iuspatronatus, de quo agitur, ante Bullam Iulij Secundi fuisse transitorium ad quoscunque hæredes, & die 22. Maij eiusdem anni, dictam Bullam non obstare quominus hoc iuspatronatus sit hæreditarium, & sic illud per eam non fuisse immutatum, & tandem die 10. Decembris præteriti, etiam obseruantiam esse de patronatu hæreditario, sed cùm Domini de Venturijs, quibus concessa fuit noua audientia super resolntis d. die 22. Maij prospicerent præcipuum eorum fundamentum stare in effectuatione dictæ Bullæ, quæ clare cantat de Gentilitio, petierunt proptereà remissoriam ad probandum Antonium Puuium, qui Bullam impetrauit, in executionem illius dedisse mensæ Capitulari Florentinæ scuta mille, vt ipse, & Subdecani pro tempore participare possent de distributionibus quotidianis, & insuper scuta 24. annua pro dote d.cti Subdecanatus, & narratur in Bulla, ipsum iam ad hoc se obligasse, cui remissoriæ contradicente d. D. Octauia dubitaui hodie
1 an illa sit concedenda, & fuit negatiuè resolutum † quia
remissoria non conceditur si articuli sunt irreleuantes
Bald. *in cap. cum contingat ante num. 1. vers. quod non debet*
de off. deleg. Cassad. *decis. 2 de dilat.* & Caputaq. *decis. 66.* &
2 *68. part. 3.* ant † materia articulorum potest probari per
scripturas Felio. *in cap. 1. num. 4. de appell.* Bellan. *decis. 9.* &
Rota *decis. 10. num. 6. de off. deleg. in nou.* aut demum quando
3 do † petitur ad probandum illud, cuius contrarium per
scripturas constat Seraph. *decis. 1460. num. 3.* & Rot. *decis.*
589. num. 1. in fin. vers. & eo minus part. 2. recent. & *in Catanien. Iurisdictionis 14. Maij 1604. coram Illustriss. Card. Millino*, quæ in præsenti concurrere ex speciali articulorum, dinumeratione clarè patet.

Quandoquidem primus articulus continens, quæ in Ecclesia Florentina extat statutum, vt non admittantur ad participationem distributionum nisi contribuentes pro conflanda, aut augenda massa earum, est penitus irreleuans cum non inde sequatur, vt ad sensum patet, iuspatronatus, de quo hodie agitur, esse gentilitium, & sic non excludatur qualitas hæreditaria iuxta statum ante d. Bullam Iulij Secundi, & obseruantiam posteà subsecutam, adeò vt nec dici possit, quod saltim releuat ad effectum probandi, quod scuta mille, de quibus in tertio articulo, vt prætenditur per Antonium assignata cesseruot in causam dictarum distributionum, de quibus Subdecaous iuxta dictum prætensum statutum aliter participare non poterat, non autem in causam dotis, quia etiam cum dicta
assignatio prætendatur facta ab hinc centum † viginti an- 4
ois retrò est improbabilis per testes, & prætereà adest in
contrarium publicum instrumentum, vt infra dicetur, &
in omnem casum † staturum prædictum probari potest per 5
scripturas, quæ confici solent de statutis Rota *decis.* 314.
num. 1. part. 1. recent. & *in Gerunden statuti 9. Martii 1592.*
coram Illustriss. Card. Millino.

Secundus articulus, in quo habetur, quod Capitulum
Florentinum recusauit recipere Antonium aliàs ante dictam Bullam prouisum de dicto Subdecanatu, & quia in
dicta Missa distributionum nihil contribuerat, est irreleuans, & impertinens, quia dicta prætensa recusatio Capituli nihil commune habet cum iurepatronatus, nec cum
validitate prouisionis Antonij, quæ stare poterant sine
participatione distributionum, & est etiam improbabilis
cum † post lapsum annorum centum viginti circiter im- 6
possibile sit inuenire testes, qui de dicto facto possint legi-
timè deponere, quo † casu etiam remissoria denegatur Se- 7
raph. *d. decis. 1460 num. 2.* & dixit Rota *in Burgen. Iurisdictionis 3. Iulij 1595. coram Litta, & alibi sæpius.*

Tertius articulus ad probandum tractatum, & conclusionem inter Capitulum, & Antonium circa assignationem dd. scutorum mille non pro dote, sed pro dictis distributionibus, necnon realem solutionem illorum, est etiam
improbabilis per testes, † & contra publicum instrumen- 8
tum concordiæ inter dictum Capitulum; & Antonium
per tres menses ante d. Bullam confectum, in quo non scuta mille, sed cum effectu tunc fuerunt assignata tot bona stabilia per Antonium, & alios de Puuis etiam pro participatione dictarum distributionum, vnde ad probandum dictum articulum non est concedenda remissoria ex Seraph. & alijs Rotæ *decisionibus supra allegatis.*

Quartus articulus, quod Capitulum narrauit Papæ
Subdecanatum esse sine dote, & Antonium obtulisse assignare pro dote bona stabilia annui valoris 24. ducatorum
dummodo illi, & fratribus, eorumque descendentibus iuspatronatus reseruaretur, eumdemque Antonium, vt facilius gratiam obtineret, dedisse cautionem Florentiæ de dicta dote danda, est similiter improbabilis per testes ex supradictis, & contrarium probatur per d. Bullam, in qua legitur hoc narrasse Antonium, & de Capitulo nullum verbum, quod verò cum effectu ante Bullam cautionem dederit, similiter est per testes improbabile, & vlterius potest
probari per scripturas, cum à communiter accidentibus, vt
quotidie † experimur, obligatio fideiussoria maximè ad 9
fauorem Ecclesiæ in scripturam redigatur.

Quintus articulus, in quo ponitur, quod Antonius post
dictam Bullam pro illius executione assignauit pro dote
dicti Subdecanatus bona annui redditus 24. ducatorum in
vna domo sita in dicta Ciuitate, quæ fuit semper possessa,
& locata à Subdecano pro tempore quoad prætensam assignationem pariter est improbabilis per testes iuxta supradicta, & potest probari per scripturas cum etiam à communiter accidentibus de dotibus, † quæ essignaotur pro acqui- 10
rendo iuspatronatus soleant confici publica instrumenta,
præsertim quando beneficia in Cathedralibus insignibus
fundantur, quorum capitula cautius agunt, quæ instru-
menta facilè reperiri possunt, cum sit notorium, † Floren- 11
tiæ extare publicum archiuium, vbi Notariorum omnium prothocolla reconduntur, & conseruantur, & cessat difficultas ex fide Cancellarij fabricæ dictæ Ecclesiæ attestantis, domum in qua inhabitat Subdecanus pro tempore esse ipsius Ecclesiæ, quæ vacante Subdecanatu de ea vti propria ad sui libitum disponit illam locando, pensione exigendo, aut in alios vsus destinando, prout in præsenti destinauit pro

12 nauit pro habitatione concionatoris, cui † Cancellario tanquam officiali publico credendum est in spectantibus ad eius officium Bart. *in l.2.num 1.C.de pond.l.10.* Ruin. *cons. 56.num.5.l.1.* Gabr. *de test.concl.1.num.19.* & Rot. *decis.525. num.5.part.2 recent.*

Sextus, & vltimus articulus, quod iuspatronatus fuit semper reputatum gentilitium, illudque competere illis de sanguine, & familia, non autem hæredibus bonorum stantibus supradictis non releuat, quia nihilominus ex firmatis in dictis decisionibus esset hæreditarium; tandem dicebant Domini post plures decisiones desuper factas fuisse iam bis ordinatum, vt causa expediretur, & nihilominus ex benignitate fuisse solum concessam nouam audien-
13 tiam super resolutis d die 22. Maij, & sic † petitionem remissoriæ videri calumniosam, Seraph. *d.decis. 1460. num.1.* Greg. XV. *decis.356 num 5.* & Rot. *decis.322. par.3. diuers.* & *in Meliten. Habitus 15. Ianuarij 1610. coram bon. memor. Card. Caualerio.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Bononien. Legati de Marescottis.

Die Lunæ 30. Aprilis 1629.

ARGVMENTVM.

Dotes, qualiter sint constituendæ, & alia, de quibus in summario. Item an hæres teneatur tradere rem legatam, si in ea habeat affectionem, & interesse.

SVMMARIVM.

1 *Dotes, quando constituuntur, quid sit inspiciendum.*
2 *Dotes, quoad quantitatem secundum consuetudinem, dicuntur arbitrariæ.*
3 *Dispositio corruit, quando non iustificatur suppositum.*
4 *Redditus hæreditatis ex quibus probetur.*
5 *Dotes filiarum an sint detrahendæ ante legitimam filiorum.*
6 *Legitima debetur filiis statim absque dilatione.*
7 *Trebellianica in legato puro an detrahi possit.*
8 *Trebellianicam hæres non percepit, si eam in fructibus fuerit consecutus.*
9 *Falcidia non detrahitur ex bonis prohibitis alienari.*
10 *Fœmina exclusa à statuto propter existentiam masculorum dicitur etiam exclusa à legitima.*
11 *Quod procedit etiamsi defunctus decesserit cum testamento.*
12 *Auferri ab aliquo illud non potest, quod non habes.*
13 *Legitima nulla debetur de iure communi auiæ maternæ in bonis nepotis.*
Legitima nunquam debetur ab intestato, num. 13.
14 *Hæreditatis titulus est indiuiduus, sicuti est personæ defuncti repræsentatiuus.*
15 *Hæreditas non potest pro parte acceptari, & pro parte repudiari & num. 16.*
17 *Testes plures, si sint omnes singulares, & de auditu ab eadem persona, tunc omnes reputantur pro vno.*
18 *Valor fructuum prædiorum probatur ex denunciationibus massariorum.*
19 *Probatio per scripturas præualet.*
20 *Valor rei non probatur per testes deponentes de iudicio, peritia sua.*
21 *Testes non informati de prædijs, & ignorantes eorum qualitates, & quantitates non probant eorum valorem.*
22 *Ex probatione valoris vnius temporis præsertim suspecti, non infertur ad aliud.*
23 *Valor rei probatur per quinque annos ante, & quinque post.*
24 *Peritorum relationibus potius est standum circa valorem prædiorum, quàm testium depositionibus.*
25 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarii si vires hæreditatis suppetant, tenetur præcisè seruare factum defuncti, & tradere in specie rem legatam.*
26 *Hæredi quando magis intersit rem legatam habere, quàm aliam, tunc sufficit dare æstimationem legatario.*
27 *Affectio cadit in re ex congruitate bonorum, & ex possessione antecessorum.*
28 *Item etiam ex aeris salubritate, & opportunitate.*
29 *Hæres propter affectionem rei legatæ, potest soluere æstimationem.*

DECISIO CCLXXII.

SVB die 21 Februarij 1628. * firmatum fuit in hac causa Vincentium teneri ad præstationem prædiorum legatorum, cui resulutioni non acquiescente dicto Vincentio, iterum proposui causam super ijsdem, & Domini vnanimiter steterunt in decisis, cum hoc tamen quod liceret dicto Vincentio præstare æstimationem prædiotum legatorum.

Quod Vincentius teneatur ad prestationem legatorum, ex eo deducitur, ex quo hæreditas Nicolai testatoris ex calculo per Vincentium coram R.P D meo Merlino iudicialiter exhibito, & iterum coram me de ordine Rotæ per peritum extraiudicialiter electum firmato, visa fuit opulenta, & sufficiens ad huiusmodi legata persoluenda cum deducto omni ære alieno hæreditas remaneat creditrix in libris 28602. 12. 9.

Quibus non obstant quæ aliàs ad diminuendam hæreditatem Nicolai fuerunt deducta, & hodiè denuò repetuntur.

Et primò non obstat, quod Nicolaus dotauerit sorores, &
excessus dictarum dotium, qui prætendebatur in libris
36000. debeat poni ad debitum Nicolai, & sic hæreditas di-
minuatur; Quia tam coram Domino meo Merlino, quàm
coram me fuit dictum, integras dotes referendas esse ad sta-
tum hæreditatis Agesilai, non ad statum hæreditatis Nico-
lai. Quia ipse Agesilaus in suo testamento mandauit filias
congruè dotari iuxta earum qualitatem, & temporum vi-
cissitudinem, & Nicolaus dicitur declarasse quantitatem
dotium, neque constat de excessu declarationis. Sed potius
† de competentia, & congruitate, inspectis dignitate nata- 1
lium, facultatibus patris, solito aliarum mulierum in hac
familia nuptarum, & Ciuitatis, & habita ratione, quod om-
nes fratres legitimi decesserant, & aliæ sorores erant effe-
ctæ Moniales, vt fuit consideratum in dictis decisionibus,
& sic respectu dictæ partitæ hæreditas Nicolai non potest
pati aliquam diminutionem.

Nec releuant testes inducti ad probandam consuetudi-
nem dandi minores dotes, & excessiuitatem istarum, nam
quoad † consuetudinem dicunt dotes esse arbitrarias. Et 2
quoad excessum deponunt habito respectu ad redditus A-
gesilai non excedentes, libras 5000. prout ipsis fuerat suppo-
situm. Vnde cum † suppositum non iustificetur corruit de- 3
positio Rota coram Greg. XV. *dec. 510. num. 5.* idque magis
cum suppositum appareat erroneum ex libris tutelaribus
introitus, qui detractis omnibus oneribus, expensis, & ali-
mentis ad talem summam primis annis ascendit, vt hære-
ditas superlucrata fuerit vltra libras 8000. ex † quibus pro- 4
batur redditus Bart. *l.1.§.de off.num.1.ff.de ius.* & *rat.distr.*
Aym. *de antiq.semp.§.limitatur 4 n.24.* Rot. *in Romana tutelæ 27. Iunij 1612. coram Reuerendiss. Patriarcha Antiocheno.*

Non obstat prætensio, quod dotes † filiarum sint detra- 5
hendæ antè legitimam Nicolai, quia imò legitima filij de-
trahitur ante dotes à patre legatas filiabus à statuto exclu-
sis, vt firmant Card. Coll. Patauin. Brun. & Imol. quos se-
quuta est Rota *in Firmana legitimæ post* Modern *de leg. dec.*
4.n.3. & *seq.* approbata in dicta decisione coram me, idque
magis cum filię non essent nubiles, & dotes legatæ sub con-
ditione, & legitima † deberetur Nicolao statim absque di- 6
latione *l. quoniam in Prioribus C. de inoff. testam* Rot. *coram bon mem.* Card. Caualerio *dec. 341. num. 1.* & *seq.*

Non obstat, quod iuxta calculum per Vincentium exhi-
bitum veniat detrahenda alia partita librarum 20672. per
ipsum prætensæ ratione falcidiæ, tum quia vt fuit dictum
in dictis decisionibus R.P D. mei Merlini & coram me, † 7
cum legatum sit purum, & fideicommissum conditionale,
nullam de illo Vincentius potest detrahere falcidiam, sed
benè de reliquis bonis restitutioni subiectis (si quæ adsunt)
potest trebellianicam detrahere, dummodò † tamen illam 8
in fructibus non fuerit consequutus Bart. *in l. Marcellus, §. item Pomponius nu.2.ff.ad trebell.* Crauet. *cons.16 nu.1.vers. sed dubitatio maior* Crass. *§ Trebellianica q.vlt.* Gratian. *decis. March. 162. num. 8.* tum etiam quia legata non excedunt
dodrantem, & quoniam prædia, de quibus † agitur, sunt 9
prohibita alienari, ac propterea ex illis non detrahitur fal-
cidia.

Nec obstat quod legitima Isabellæ auiæ maternæ Nico-
lai sit detrahenda, quia cum auia materna existente hære-
de Vincentio fratre Nicolai defuncti sit à statuto exclusa,
vt in *stat. de succ. ab intest. ascen.* & *coll. §. ipsi quidem fratres*
dicitur etiam † exclusa à legitima Modern. *de legit. lib.3.tit.* 10
1.q.2.

1. quæst. 2. num. 35. cum seq. vers. contraria Cæs. de Graff.
decis. 4. num. 12. qu filij sint legitimi, Seraph. *decis.* 963.
num 9. Ludouis. *decis.* 236. *num.* 6. Ambros. *de comm. atte-*
11 *stans. decis. 3. num* 31. quod procedit † etiamsi defunctus
decesserit cum testamento, vt in hoc casu Cæs. de Graff.
dicta decis. 4. num. 14. inte Rota *Bononien. decis. 11. super*
statut. & ibi Adden. & confirmatur ex statuto de *success.*
liber. ascend. desic. condit. testam. §. dicimus, &c. quoad
hoc considerat Rota *Bononien. dicta decis. 11. num. 9.*

Nec illam detrahere potest Vincentius, ex eo quia
portio exclusi ei applicari debeat, cuius gratia excluditur à
statut Brun. *statut. stant.* Masc. *art. 23. num.* 46. quia id
tantum procedit quoad portionem, à qua vocatus exclu-
12 dit, secus quando persona exclusa ius non habet, † quia
quod non habet, ab eo auferri non potest. Rota quæ decla-
rat hanc regulam *decis. 68. num. 6. 7. penes* Modern. *post*
13 *tract. de legit.* Sed vlterius auiæ maternæ in bonis † ne-
potis de iure communi nulla debetur legitima, seu portio
hæreditatis *Auth. defuncto C. ad Tertull.* Aret. *cons.* 159.
num. 22. vers. quinimò etiam quia legitima nunquam de-
betur ab intestato, Peregr. *de fideicomm. artic.* 36.
numer. 5.

Vndè cum Vincentius hæres vniuersalis habeat totam
14 hæreditatem Nicolai, & titulus † hæreditatis sit indiui-
duus sic est personæ defuncti repræsentatiuus *l. hæres, &*
hæreditas de vsucap. l. mortuo, ff de fideiuss. §. 1. auth. de
15 *iur. iur. à mori. præst.* nec possit † hæreditas pro parte ac-
ceptari, & pro parte repudiari. Peregr. *de fideicom. art.* 34.
num 49. vers. ratio est Gram. *cons. ciu.* 145. *num.* 4. non po-
test aliquam detrahere legitimam, quia cum sit vnica cum
16 † reliquo patrimonio, non consideratur per se, neque di-
uisim, & separatim à reliquo patrimonio, sed tanquam
pars ipsius Ruin. *consil. 51. numer. 13. vers. potest etiam*
lib. 3. Aret. *consil. 159. quæst.* 11. Gram. *dicto cons. ciuil.*
145. *num.* 4.

Minus obstat depositio testium inductorum ad minuen-
17 dum statum prædictum Primò quia † sunt omnes sin-
gulares, & de auditu, seù relatione habita post litem, &
sententiam à singulo colono regitore cuiuslibet prædij,
itaut omnes reputentur pro vno de auditu, vt post *glos.*
& Doct. relat comprobat Surd. *decis. 12. num. 11. in fin. &*
12. & relatio prædicta circa quantitatem frumenti con-
18 uincitur, nè dum ex † massariorum denunciationibus de
maiori quantitate, quæ probant quantitatem propalatam
fuisse recollectam, vt tenuit Rota *coram bon. mem. Card.*
Cauallerio decis. 361. num. 1. & in Cremonen. Pensionis su-
per valore 23. Iunij 1623. coram bon. mem Vbaldo, sed
etiam ex confessione partis resultante ex productione fo-
lij quantitatis frumenti recollecti excedentis in duplo
19 quantitatem à regitoribus relatam, cum probatio † per
scripturas præualeat Rota *decis. 582. nu. 6. par. 1. & decis.*
589. *num. 2. par. 2. recent.*

20 Secundò, quia quatenus addant † omnes de communi
iudicio, & peritia, nihil probant, tum quia non probatur
valor per huiusmodi testes Rot. *decis. 742. numer.*
4. in fin. par. 2. recent. & decis. 357. num. 4. post
2. vol. cons Farinac. etiamsi essent periti, vt firmauit
Rota *in Esina dumaorum, & interesse 3. Decembris 1601.*
coram bon. mem. Card. Lancellotto, & in Romana rescissio-
nis contractus 30. Nouembris 1602. coram bon. mem. Card.
Pamphilio.

21 Tum quia non sunt informati † de his prædijs, &
ignorant qualitatem, & quantitatem tornaturarum, &
& confinia Rota *decis. 20 num. 3. par. 2. recent & decis.*
200. *num. 5. post 2. vol. cons.* Farinac. & coram Gregor XV.
decis. 570. & ibi Adden. *num. 10. & in Veliterna bonorum 4.*
Iunij 1621. coram bon. mem. Buratto, & propterea dicunt
figurasse partem terrarum bonam, partem mediocrem,
& partem malam, & sic id, de quo opus erat habere cer-
tam scientiam.

Tum quia deponunt de annis 1625. 1626. 1627. cum ta-
men valor de tempore mortis Agesilai anno 1618. proban-
dus esset, cum ageretur de firmanda legitima debita Ni-
22 colao in eius bonis, nec ex probatione valoris de † vno
tempore, præsertim suspecto infertur ad aliud Seraphin.
decis. 1073. num. 9. Gregor. XV. *d. decis. 570. num.* 6. eo-
23 que minus cum probandus sit per † quinque annos ante,
& quinque post Seraph *decis. 1340. num. 1.* Rota *post 2. vol.*
cons. Farinac. *decis. 256. num. 6. & in Cremonen. Priora-*
tus 28. Iunii 1617. coram Reuerendiss. Domino meo De-
cano.

Demum cum bona dictæ hæreditatis fuerint per peri-
tum à Vincentio iudicialiter electum æstimata, standum
est † potius relationi dicti periti circa valorem dictorum 24
bonorum, quàm depositionibus testium Honded. *cons.* 31.
nu 46. lib. 1. Gratian. *discept. 600. nu. 22. & 26. & discept.*
926. *num. 16. & 961. num.* 11. Seraph *decis. 665. nu. 7.* Ro-
ta *decis. 623. num. 7. par. 1. recent.* dum præsertim fuit pri-
mò à dicto Vincentio acceptata per productionem, & cum
ea pariter conuenit status ab ipso deductus, & per decisio-
nes approbatus.

Postremò cum Nicolaus sit creditor fideicommissi Age-
silai patris in libris 37812. occasione solutionis debitorum
eiusdem fideicommissi, & sit creditor dotis maternæ in li-
bris 16452. quæ constituunt summam librarum 54264. &
istud creditum Nicolai quod nunquam accipit diminutio-
nem, excedat valorem prædiorum legatorum taxatum re-
spectu prædij *della Marescotta*, in libris 27276. & alterius
del Bosco, in libris 19000. constituen. valorem librarum
46276. vt in dictis calculis à Vicentino exhibitis, & à Ro-
ta comprobatis frustra disputatur super statu firmato à te-
stibus, quia semper istud creditum excedit valorem præ-
diorum legatorum, etiam non comprehensa legitima libra-
rum 56627. vt in eisdem calculis, quæ sine dubio Nicolao
debetur.

Quod dicebatur de detrationibus faciendis, scilicet de re-
bus mobilibus consumptis à Nicolao post mortem patris,
de pretio bibliotecæ de bonis emphyteuticis deuolutis, de
ære alieno, de legatis pijs, & similium nullius mo-
menti visum fuit, cum singulæ sint deductæ, & posi-
tæ in debitum Nicolai in omnibus statibus, & cal-
culis à Vincentio exhibitis, & signanter in firmato à
Rota.

Quo verò ad aliam partem dubij, nempe quod Vincen-
tio liceat soluere æstimationem dictorum prædiorum lega-
torum, licet in allodialibus regula sit, quod † hæres cum 25
beneficio legis, & inuentarij si vires hæreditatis suppe-
tant, teneatur præcisè seruare factum defuncti, & trade-
re in speciem legatam, maximè quando prout hic fuit
adita hæreditatis Gabr. *cons. 11. num. 20. de reg. iur.* Me-
noch. *cons. 89. num 49 et seq.* limitatur tamen ista regu-
la, si hæredi magis intersit rem legatam habere, quàm
aliàm, puta † si haberet affectionem ad illam, sufficit 26
enim isto casu dare æstimationem Gabr. *d. consil. 125. num.*
12. versic. cum limitatione tamen, et vers. nisi probet sua
interesse. Peregr. *dicto art. 33. numer. 13. vers. in quibus*
non cadit affectio, et dixit Rota *in Romana de Theodolis*
10. Decembris 1593. coram Blanchetto, vbi in allodialibus
considerat alternatiuè damnum, vel affectionem, & in
Bonon. bonorum 4. Iunij 1595 coram bo. me. Cardinali Pam-
philio, vbi consideratur affectio † ex congruitate bonorũ, 27
& ex possessione antecessorum Zan. *in l. hæredes mei §.*
cum ità part. 4. numer. 430. ad fin. vers. etiam si hæredi-
tas testatoris, et numer. 43. in fin. ff. ad Trebell. Pha-
nuc. *de meliorat. par. 2. numer. 90. et seq.* vbi considera-
tur † aeris salubritas, & opportunitas. Vndè cum in 28
hoc casu vnum prædium sit in medio aliorum bonorum
hæredis, vel saltem congruum, & aliud habeat no-
men familiæ *della Marescotta*, in illis visa fuit cadere
verisimilis affectio, & licet simus in allodialibus, tamen
Domini inclinarunt, quod liceret Vincentio soluere di-
ctam æstimationem prædiorum librarum 46276. propter
† dictam affectionem, & interesse ipsius Alberic. *in l. fin.* 29
§. in computatione numer. 2. C. de iur. delib. cum aliis supra
allegatis, maximè attento, quod pars ipsa super hoc non
instabat principaliter.

Et ità vtraque, &c.

* Videatur hæc decisio infra in additione, pro vt in Indice
in eius fine posito.

* Decisiones in hac causa coram Reuerendissimo P.
D. Merlino Decano, sub diebus 15. Iannarij 1627. & 26.
Aprilis eiusdem anni, & 14. Iunij pariter eiusdem anni,
sunt supra decisiones 26. 58. & 88.

R. P. D. QVEIPO.

Romana administrationis Hæreditatis

Die Lunæ 4. Maij 1629.

A R G V M E N T V M.

Testis vnicus sufficit in manutentionis iudicio. Quasi possessio in incorporalibus, vt acquiratur, quid sit necessarium.

S V M M A R I V M.

1 *In iudicio manutentionis sufficit vnicus testis.*
2 *Quasi possessio in iuribus incorporalibus acquiritur per vsum, & scientiam, & patientiam eius, cui vsus ille præiudicat.*
3 *Actus ille possessionis immediatior est litis contestatione, qui in manutentione præfertur.*
4 *Actus possessionis priuatiuè facti non prosunt ad manutentionem.*
5 *Bart. opinio in l. 1. §. hoc interdicto num. 10. ff. de itin. act. q. priu. reijcitur.*
6 *Scientia, & patientia aduersarij requiritur, vt acquiratur quasi possessio in iuribus incorporalibus.*

D E C I S I O CCLXXIII.

CVM informante Vniuersitate Sartorum, causa ista iterum * proponeretur, Dominis placuit cumulatiuè Vniuersitati Sartorum, & Gipponariorum administrationem deferre, & in hac parte à decisis recedendum, Nam ex Summario Sartorum num. 5. & 6 apparet, quod mortua Felice vxore Laurentij testatoris, & bonorum illius vsufructuaria, Congregatio secreta, à Sartoribus, & Gipponarijs, die prima Augusti 1625 facta fuit, quo die cum in particulari concursu officialium vtriusque artis, dum ex Gipponarijs, & duo ex Sartoribus deputarentur, eodem die in generali Congregatione eorundem prædicta deputatio, & erectio fuit confirmata, ad effectum vt possessionem bonorum Laurentij possent capere nomine Capellæ sancti Antonij, & ea administrare, vt latius in actis continetur, & à prædictis quatuor nominatis, die 22. Augusti eiusdem anni nomine prædictæ Cappellæ, & Congregationis generalis, transactio, & concordia cum hæredibus Felicis vxoris testatoris super diuisione, & possessione bonorum, quæ in hæreditate Laurentij remanserant, facta & inita fuit, & iste actus possessionis manifestus, & fine controuersia apparere vi-
1 detur, & ad manutentionem † vnicus sufficit, *secundum textum, & glos. in cap. consultationibus de iure patronatus, glos. verb. breuitatem in cap. cum Ecclesia Sutrina*, vbi Abb. *numer. 22. de caus. pos. & propr. lib. 1. § quæsitum ff. de acq. quot. & estin. cap. cum de beneficio de præben. in 6.* docet Bart. *in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itinere act. quam priu.* & cum pluribus relatis Couar. *pract. cap. 14. numer. 3. vers. 3.* Gutier. *consil. 3. nu-*
2 *mer. 1.* Ludouis. *decisione* 313. nu. 1. In iuribus † enim incorporalibus quasi possessio acquiritur per visum, & scientiam, & patientiam eius, cui vsus ille præiudicat secundum textum in *l. quoties, la prima §. vlt. l. quoties la seconda, ff. de seruit. l. si à te emero, ff. si seruitus vendicetur, l. si ego §. 1. ff. de publicana l. 1. ff. de seruit. rust. pred.* docent Bart. Castr. & alij DD. *in d. l. quoties la secunda, & in d. l. 2. & ibi* Padilla, Abb. *in cap. in præsentia num. 25. de probat.* Couar. *in reg. possessor. 2. par. in princ. num. 8. in princ.* Gonz. *super reg. 8 glos. 45. §. 2. numer. 32.* Et actus ille possessionis imme-
3 diatior † est litis contestatione, quem in manutentione præferendum esse docet Couar. *pract. cap. 17. numer. 3.* Menoch. *de retinen. rem. vlt. num. 29.* Grat. *discept. forens. cap. 314. ex num. 14.*

4 Neque actus † possessionis à Gipponarijs priuatiuè facti per eos allegati vrgent, quia vel sunt anteriores, & ad manutentionem non prosunt ex dictis, vel ignoranti-
5 bus Sartoribus sunt gesti, & quamuis † Bart. *in dicta l. 1. §. hoc interdicto numer. 10. ff. de itiner. actu quam priu.* scientiam aduersarij non desiderari existimet ad vsum illius interdicti. Contrarium videtur esse verius, & secundum iuris rationem, vt contra Longobal. asserentem ad quasi † possessionem iuris incorporalis acqui- 6
rendam scientia, & patientia aduersarij opus non esse, docuerunt Coras. *in l. quoties la seconda numer. 1. ff. de seruit.* Couar. *in dicta reg. possessor. 2. par. in princ. numer. 8.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

* Hæc causa fuit iam proposita sub die 29. Iannarij 1629. est supra decisio 242.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Cambiorum.

Die Lunæ 4. Maij 1629.

A R G V M E N T V M.

Cambia, quando debeantur, & de eius fructibus post factam interpellationem.

S V M M A R I V M.

1 *Cambia debentur, quando ad eorum iustificationem interueniunt omnia iuris requisita.*
2 *Intimatio validè remitti potest ex consensu partis.*
3 *Debitor non potest allegare ignorantiam ad moram excludendam, si liberauerit creditorem ab obligatione intimationis, amplia num. 4. in materia cambij.*
5 *Litterarum cambij iustitia ex quibus satis iustificetur.*
6 *Litteræ redditus, nihil aliud sunt, quàm litteræ responsiuæ mercatoris cambij litteras accipientis.*
7 *Litteræ cambij debent emanare in causam debitoris ad earum iustificationem.*
8 *Sententiæ tot esse dicantur, quot sunt capitula, in vna, eademque sententiæ cedula comprehensa.*
9 *Census disdicta, post quam est secuta, illius fructus non currunt.*
10 *Notarij solent in calce citationum apponere nomine principalis, vel pro eo comparentis.*
11 *Facta non præsumuntur, nisi probentur.*
12 *Debitori census, quando etiam post factam interpellationem fructus currant, & quousque.*
13 *Cambia currunt, quamdiu per debitorem morosum stat, quo minus effectualis restitutio sequatur, si adsit tale pactum.*
14 *Dictio, vsque, in contractu apposita stat inclusiuè.*
15 *Dictio, ita vt, quando non solum stet declaratiuè, sed etiam ampliatiuè.*
16 *Scripturæ, vt fidem mereantur, necessaria est recognitio.*

D E C I S I O CCLXXIV.

NVMERAVIT Olignanus scuta auri mille Antonio, qui in instrumento desuper celebrato eidem Olignano dedit, & concessit liberam facultatem sumendi ad cambium, & recambium scuta mille similia, absque aliqua intimatione, à quibusuis personis etiã à semetipso, vsq; ad omnimodam tàm sortis, quàm fructuum satisfactionem, cum reseruatione iuris agendi ad solutionem summę pro tempore debitæ; necnon cum facultate variandi, itaut vna via electa, non censeatur alteri præiudicium, aut cambiorum continuationem esse impeditam. Orta deinde super debito cambiorum controuersia, fuit mihi in gradu appellationis commissa causa, dubioque proposito, an deberentur cambia, DD. affirmatiuam † sententiam sunt 1
amplexi: quia ad eorum iustificationem concurrunt omnia iuris requisita, nempè conuentio, quod creditor

possit

possit sumere pecunias sub cambijs donec sit ei satisfa-
ctum; quæ valet de tam iure communi, Innoc. *in c. 1.*
de vsur. Rol. *consil. 35. num. 1.* Ruin. *consil. 104. numer. 1.*
lib. 1. Mohed. *decis. 1. num. 7. de vsur.* Rot. *post vol. cons.*
Farinac. *decis. 211. num. 5. quàm ex Constitutione Pij Quin-*
ti Azor. *instit. moral. par. 3. cap. 8.*

2 Neque deficit intimationis requisitum, † cum debitor
voluerit illam pro sibi facta haberi; quod validè fieri po-
tuit, Rot. *decis. 379. par. 2. in recent.* talis enim conuen-
tio liberat creditorem ab obligatione Intimationis facien-
3 dæ, & operatur † vt debitor ignorantiam ad moram ex-
cludendam prætendere non possit, vt latè notat Ias. *in l.*
si ex legati causa num. 12. ff. de verb. oblig. Mohed. *d. decis.*
4 *1. in fin de vsur.* præsertim quando creditor † processit vi-
gore mandati sibi ad cambiandum etiam à semetipso con-
cessi, Rota Ianuen. *decis. 125. num. 2. cum seq. & in Bonon.*
quaderaæ 22. Aprilis 1611. coram bon. mem. Card. Lancel-
lotto, cum alijs allegatis in Rom. Pecuniaria 12. Iunii 1619.
coram Reuerendiss. D. Patriarcha Antiocheno, & in Rom.
pecuniaria, seu cambiorum 12. Iunii 1615. coram bon. mem.
Card. Sacrato.

Præterea constat de requisitis ad realitatem cambiorum
ex literis, quæ vocantur expeditionis siue de l'andata
5 ad nundinas transmissis, prout etiam ex aliis † literis quæ
nuncupantur reditus de nundinis, vnde illorum iustitia
sufficienter probatur, vt per Nauar. *in suo manual. tit. de*
7. præcepto non furtum facies numer. 289. Laurent de
Rodulph. *de vsur. par. 3. quæst. 1. num. 1.* Rot. Ianuen.
decis. 37 numer. 11. Seraph. *decis. 946. num. 1* & nihilomi-
nus sufficerent solæ literæ reditus, eo quod literæ trans-
missæ remanere soleant penes mercatorem cui fuerunt di-
6 rectæ, † & de transmissione satis videtur constare per
literas reditus, quæ nihil aliud sunt quàm literæ responsi-
uæ mercatoris cambij literas acceptationis ad trad per Mo-
lin. *de iust. et iur. disput. 409. num. 5.* Rot. *in dicta Romana*
pecuniaria, seu cambiorum 10. Iunii 1616. coram bon. mem.
7 *Card. Sacrato.* Non obstat † quod dicitur prædictas
literas non emanasse in causam Antonij debitoris prout
ad cambij iustificationem requiritur iuxta *decis.* Rotæ 52.
num 3. et 4 par. 1. in recent. et decis. 946. numer. 4. coram
Seraphino, ac in Romana cambiorum de Grandis impressu
apud Marches *tom. 1. fol. 873* quia obiectum ex facto tol-
litur, dum in literis responsiuis fit mentio cambij ipsius
Antonij, & licet dictum cambium reperiatur scriptum
in vna eademque Epistola, in qua adscripta sunt multa
alia cambia ad diuersas personas spectantia, nihilomi-
nus cum substantia in specificatione consistat, hoc æque
suffragatur, ac si in Epistola separata facta fuisset cum
rectè tot censeantur literæ in singulorum causas scriptæ,
quot cambia in ijs specificata reperiuntur, quemadmo-
8 dum dicitur tot esse † sententias quot sunt capituli in
vna, eademque sententiæ cedula comprehensa ad *text.*
in l. scire debemus, ff. de verb. oblig. & ibi Roman. *n. 5.*
Ias. *numer. 2.* Aret. & Alciat. *pariter numer. 2.* & dictum
fuit in Bononien. *de Manzolis 19 Februarii proximè præ-*
teriti, coram Reuerendissimo Domino meo Coccino De-
cano.

Neque obstat quod Antonius debitor fuerit ad instan-
tiam creditoris citatus pro restitutione sortis cum cam-
bijs, vnde cursus eorundem cambiorum deinde fuerit
9 impeditus, veluti postquam secuta † est disdicta cen-
sus, illius fructus non currere, dixit Rota *decis. 248.*
numer. 1. et 3. apud Modern. Perus. *de cens.* quia de veri-
tate prædictæ instantiæ creditoris non constat, cum ne-
que probetur citationem fuisse factam, vel productam
10 per ipsum creditorem, quo † casu Notarius, qui illius,
vel alterius pro eo comparentis, seu producentis, nomen
in calce citationis non annotauit, non præsumitur de tali
11 actu rogatus, cum sit facti † qui propterea probandus
est, vt per Mascard. *de probat. conclus. 1097. num. 20. vers.*
cum itaque. Ea verò quæ dicuntur de fructibus census,
argumento ducto à simili, potius retorquentur quando-
quidem debitori census etiam post factam interpellatio-
12 nem fructus currant † quousque ipse realiter restituerit
sortem, aut legitimè docuerit per ipsum non stare quo
minus sequatur restitutio per ea, quæ Modern. Perus.
cumulat in suo tractatu de cens. par. 3. quæst. 3. artic. 9.
num. 3. & seq.

In præsenti autem contractu tantum abest, quod cam-
bia potuerint cessare, etiamsi probarent actus citationis,
vt potius huiusmodi casus fuerit à contrahentibus exclu-
sus per pactum expressum, quod cambia currant vsque
ad integram tam sortis, quàm eorundem cambiorum
satisfactionem, de cuius pacti † natura est quod cambia 13
currant, quamdiu per debitorem morosum stat quo mi-
nus eius effectualis restitutio sequatur, iuxta doctr. Bald.
in l. inuitus, in fin. C. de procur. Cagnol. *in l. 1. numer. 45.*
C. de sent. quæ pro eo, Tiraquel. *in l. boues §. hoc sermone,*
limit. 6. numer. 8. ff. de verb. signif. Dec. *consil. 562. num.*
1. Stracc. *de mercat. tit. mandati, num. 20.* Rot. *decis. 559.*
num. 1. par. 2. in recent. attentata præsertim vi dictionis,
† vsque in eodem pacto appositæ, quæ stat inclusiuè ad 14
text. in l. patronus, §. 1. & ibi Bart. *cum aliis cumulatis per*
addent. ibid. ff. de legat. 3. Bald. *in auth. hoc amplius, num.*
24. vers motu, C. de fideicomm. Ægid. *in cap. requisiuit de*
ordinat. ac Episc. facien. fuitque dictum in *Burgien. situs*
Capellæ 10. Decemb. 1584. coram Gipsio. Et præmissa con-
firmantur ex alijs verbis in eodem instrumento post huius-
modi pactum appositis, quibus datur creditori facultas va-
riandi, itaut vna via electa non censeatur alteri præiu-
dicatum, nec continuationem cambiorum esse impeditam,
quæ clausula cum dictione illa, † itaut stat non modo de- 15
claratiuè, sed etiam ampliatiuè, vt de dictione, ita quod
trad. Curt. Sen. *con. 49. num. 40* latè Soccin. Sen. *cons. 49.*
num. 2. & 5. lib. 1. Paris. *cons. 9. num. 26. lib. 2.* & dixit Ro-
ta *coram Reuerendiss. D meo Coccino Decano decis. 267.*
num. 7. Cæterum cum pro parte prædicti debitoris † oppo- 16
neretur de recognitione literarum, quæ ad hoc vt fidem
mereantur, est necessaria, Innoc *in cap. 2. num. 1. de fid.*
inst. DD. *ad l. fin. C. eod.* Bart. *in l. scripturas numer 1. C.*
qui potior in pig. hab. & in §. si quis igitur auth. de inst. caut.
& fid.

Ideo fuit conclusum deberi cambia præuia tamen reco-
gnitione literarum.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Romana de Marescottis.

Die Lunæ 7. Maii 1629.

ARGVMENTVM.

Fideicōmissario non impeditur immissio propter credita illiquida, & requirentia altiorem indaginem. Dominium societatum officiorum præsumitur esse, cuius nomine cantat societas. Præsumptio l. Quintus ff. de donat. inter vir. & vxor. non admittitur in possessorio.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario danda est immissio in omnibus bonis fideicommisso subiectis.*

2 *Creditum, vt dicatur liquidum, debet esse adeo clarum, & certum, vt controuerti nullo modo possit.*

3 *Credita turbida non impediunt immissionem fideicommissario, & num. 11. & 14.*

4 *Partitæ banchorum adminiculatæ ex verisimilitudine, & testibus plenè probant.*

5 *Dotis solutio spectat ad patrem.*

6 *Societates officij, quæ cantant in personam alicuius, illarum dominium erit illius, cuius nomine cantant.*

8 *Reseruatio dispositionis super societatibus officij denotat dominium adesse penes ipsum reseruantem, & num. 6.*

9 *Decis. in causa Romana de Marescottis 14. Decembris 1615. declaratur.*

10 *Societates officij contractæ per vxorem præsumuntur factæ ex pecunijs mariti.*

11 *Præsumptio l. Quintus ff. de donat. int. vir. & vxor non admittitur in iudicio possessorio.*

13 *Creditum remanet pœnitus illiquidum, donec factis calculis computa hinc inde soldentur.*

DECISIO CCLXXV.

QVAMVIS testamentum q. Comitis Alphonsi
Marescotti, in quo D. Iuliam eius vxorem hære-
dem instituit, & testamentum d. Iuliæ, in quo instituit
D. Pirrum eius fratrem fuerint per Rotam nulla declarata
ex causa præteritionis filiorum, & inde DD. Comitibus
Sfortiæ, & Galeatio de Marescottis nepotibus prædicto-
rum coniugum ex Marco Antonio communi filio, vti
hæredibus ab intestato fuerit data immissio in possessio-
nem bonorum hæreditariorum, nihilominus Rota postea
resoluit, Iuliæ testamentum ad fauorem Pirri hæredis in-
stituti sustineri in vim fideicommissi vigore clausulæ co-
1 dicillaris, eidemque vti fideicommissario † dan. esse im-
missionem in omnibus bonis cantantibus sub nomine Iu-
liæ præterquam in comprehensis in quadam declaratio-
ne per ipsam facta data tamen dictis DD. Marescottis
retentione pro creditis liquidis, & legitima ipsis debita
in hæreditate Iuliæ eorum auiæ, vt in decisione 14. Iu-
nij 1619. coram bon. mem. Remboldo, in qua trebel-
lianicam non deberi optimis fundamentis firmatum
fuit, ita ut de ea amplius non fuerit hæsitatum; susce-
pta autem disputatione, An & quæ credita essent liqui-
da pro quibus posset DD. de Marescottis retentio com-
petere, emanauit decisio 24. Maij 1624. coram eodem,
in qua fuit resolutum de creditis liquidis non constare
præter vltimum creditum de quo Domini mandatunt
quatenus opus sit particulariter videri: Sed concessa
Marescottis noua audientia super eisdem, & causæ sæ-
piùs proposita, hodie Domini vnanimiter dixerunt non
constare de aliquo credito liquido quod possit impedire
immissionem: & ratio resolutionis fuit, quia ad hoc
2 vt creditum dici † possit liquidum debet esse adeò cla-
rum, & certum, vt controuerti nullo modo possit *l. 1.
C. si secund. nupt. muli.* Bald. *in l. item quia num. 3. in 2. le-
ctur. ff. de pact.* Menoch. *consil.* 858. *num.* 8. Marescott. *var.
lib.* a *cap.* 131. *numer.* 88. & Rota post Zacch. *de obligat.
Camer. decis.* 146. *num.* 10. Credita autem præsentata per
Marescottos non sunt huiusmodi, quia autem sunt
turbida, aut non subsistunt, vt ex particulari eorum
3 examine infra patebit, † quæ ideò tamquam altioris in-
daginis immissionem, non impediunt, vt tradunt om-
nes DD. *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. & l. fin. C.
de edict. Diu. Adr. toll.* Rota apud Gregor. XV. *decis.* 194.
numer. 22. & latius in dicta vltima decisione, in hac cau-
sa facta.

Primum creditum scutorum septem mille quingen-
torum prætenditur ex causa quarundam societatum of-
ficiorum, quæ fuerunt contractæ sub nomine Iuliæ cum
DD. Mario Sanctacrucio, Gregorio Gregna, Antimo
Vrsino, Octauio Capranica, Marchione à Cornea, &
Cæsare Marsciano, quas d. D. Iulia declarauit spectare
ad D. Alphonsum eius virum, & eam in illis solum ha-
buisse nudum nomen, & tamen ex publicis instrumen-
tis constat quod eadem D. Iulia pecunias dd. societatum
confessa fuit recepisse de ordine prædictorum debitorum
directo Sacro Montis Pietatis, & Roberto Primo merca-
tori, & ideò Marescotti hinc fundare intendunt hoc
creditum esse liquidum contra Pirrum vt Iuliæ hære-
dem.

Sed hoc creditum non subsistit, quia quoad societates
contractas cum prædictis Mario, Gregorio, Antimo,
& Octauio benè probatur, pecunias illarum fuisse de
ordine Iuliæ realiter, & cum effectu solutas Marco An-
tonio eius filio, vt constat ex partitis dicti Montis, &
Banchi Roberti Primi formiter extractis, quæ partitæ
4 adminiculatæ † ex verisimilitudine, & ex testibus depo-
nentibus quod D. Iulia passim faciebat quietantias, &
Marcus Antonius recipiebat pecunias, videbantur Do-
minis sufficienter probatæ iuxta not. per Bald. *in l. 1. n. 11. C.
de edict.* Ias. *in l. admonendi num.* 434. *in fin. de iur. iur.* Ma-
gon. *decisione Florent.* 95. *num.* 5. Seraph. *decis.* 436. *num.* 2.
& Rota apud Gregor. XV. *decis.* 302. *num.* 2. *& decis.* 650.
numer. 4. *par.* 1. *recent.* quæ autem contra prædictos testes
opponebantur, visa fuerunt penitus non releuare. Quo
verò ad pecunias societatis scutorum 1200. contractæ cum
d. Marchione licet illæ appareant exactæ per Iuliam, &
ad eius creditum positæ ad bancum Roberti Primi, &
alterius societatis scutor. 300. cum dicto Cæsare per eam
receptorum in pecunia numerata, quia tamen eadem
Iulia mediante eodem banco multò maiorem sum-
mam nempè scuta ter mille soluit pro dote D. Horten-
tiæ d. Marci Antonij filiæ, quod Marescotti non ne-
gant, clarè conspicitur, quod Iulia, quæ solùm nu-
dum nomen habebat exegit pro Marco Antonio, & pro
eo soluit dotem, cuius solutio † ad ipsum vti pa- 5
trem, & non ad Iuliam spectabat ad *l. fin. Cod. de dot.
promiss.*

Pro alijs autem societatibus, necnon censibus, in qui-
bus etiam D. Iulia declarauit habere nudum nomen, quæ
etiam sunt descripta in mandato de immittendo, quod
dictum est, fuit Marescottis concessum vti successoribus
ab intestato prædicti Alphonsi eorum aui, ijdem Mare-
scotti palam confitentur, nullam eis competere reten-
tionem, & meritò, quia aut clarè probantur peruenis-
se ad dictum Alphonsum, aut hodie per ipsos possideri.

Alterum, & secundum creditum scutor. 6000. circiter
prætenditur resultare ex quibusdam, alijs societatibus offi-
ciorum, quæ licet cantent in personam D. Iuliæ, fuit † ta- 6
men reseruata eorum dispositio prædictis DD. Alphonso,
vel Marco Antonio, quas (vt dicebatur) Rota 14. *Decem-
bris 1615. coram bon. mem. Cardinali Sacrato, quæ est decis.
711. par. 2. recent.* resoluit spectare ad Marescottos, eis-
que in illis concessit immissionem.

Sed placuit Dominis responsio data in dicta decisione
24. Maij 1624. nempè hoc creditum non probari ex reser-
uatione dispositionis ad fauorem Alphonsi; seù Marci
Antonij; quia † cum societates cantarent in personam 7
Iuliæ, dominium erat ipsius Iuliæ, ita vt dicta dispo-
sitionis reseruatio importet solum liberam administratio-
nem, & ex ea † potius probetur dominium Iuliæ re- 8
seruantis Rota *decis. 262. par. 1. diuers. & decis. 425.
par. 1. & decis. 305. par. 2. recent. decis. 147. coram bon.
mem. Card Caualerio, & decis. 481. num. 3. coram Re-
uerendiss. D. meo Decano.*

Neque obstat d. decisio † in hac causa facta 14. De- 9
cembris 1615. dum in ea inter easdem partes firmatur,
per prædictam reseruationem dici non posse dictas socie-
tates fuisse in bonis Iuliæ, sed esse dicendum fuisse in bo-
nis dd. Alphonsi, & Marci Antonij reseruatariorum,
quia vt Domini benè animaduerterunt, tunc aliud lon-
gè diuersum disputabatur, videlicet, An Marescottis
vti hæredibus Alphonsi, & Marci Antonij esse dan-
da immissio in dictis societatibus, & quia credebatur
illas adhuc extare, & non fuisse exactas, meritò fuit
resolutum immissionem esse dandam ex quo cum dicto
præsupposito erant in Alphonsi, & Marci Antonij bo-
nis de tempore eorum mortis in vim prædictæ reserua-
tionis disponendi, vt in dicta decisione; Sed cum hodiè
clarè detectum fuerit, dd. societates ante immissionem
Marescottis datam fuisse per Iuliam exactas, & quia sic
fuerunt exactæ, Marescotti nunc prætendunt esse cre-
ditores D. Iuliæ, & sibi retentionem competere, cla-
rum est, eos in hoc penitus iure destitutos esse, si qui-
dem si Iulia exegit, vti Domina exegit, quia Domina
erat, vt ex decisionibus supra allegatis, & firmatur etiam
in dicta decisione 14. Decembris 1651. quæ propterea de-
cisio, vt ad oculum patet, contra Marescottos retorque-
tur, dicta enim reseruatio disponendi non obstabat quo-
minus Iulia vti Domina exigere posse, prout nec
libera facultas procuratori data obstat Domino consti-
tuenti.

Neque obstat quod † societates præsumantur per D. 10
Iuliam contractæ ex pecunijs mariti *l. Quintus Mutius
ff. de donat. int. vir. et vxor.* Decian. *cons.* 237. *colum. pe-
nult. versic. circa secundum*, & Menoch *præsumpt.* 51.
lib. 3. *numer.* 1. *et seq.* quia vt benè responsum fuit in *di-
cta decis. 14. Iunij 1619. coram bon. mem. Remboldo*, ista
exceptio iuxta magis communem† sententiam in hoc 11
iudicio non admittitur *l. fin. C. quor. bon. et ibi* Bald.
& Salic. Bald. *in l. vxorem numer. 8. C. de cond. incer.*
Alexand. *in l. si qui iure num. 5. ff. de acquiren. poss.*
Soccin. Sen. *consil.* 121. *num.* 6. Alciat. *præsumpt.* 26 *nu-
mer. 2. reg. 3.* Gabriel *titul. de præsumpt. conclus.* 16.
numer. 18. Menoch. *dicta præsumpt.* 51. *numer* 44. Osasc.
dictæ pedem. 140. *numer.* 9. & Rot. *decis.* 219. *numer.* 7.
*par. 2. diuers. et in dicta decisione in hac causa facta 14
Iunij 1619.*

Tertium creditum scutorum 6000. quæ prætenduntur
fuisse exacta per Iuliam, & quartum scutorum 9000.
quæ pretenditur fuisse per Marcum Antonium ad Iuliæ
fauorem

fauorem inuestita, nec non quintum scutorum tresdecimillium, quæ etiam Marescotti prætendunt fuisse per Iuliam exacta, & ad hæreditatem Alphonsi spectare, vltra quod informantes pro Marescottis parum in illis insistebant, sed solum vim facienbant in duobus prioribus creditis, visa fuerunt Dominis nullatenus releuare, tùm quia non benè iustificantur, tùm etiam quia cum Iulia esset Marci Antonij procuratrix, & exigeret vti talis,
52 sunt omninò † turbida, cum dependeant à redditione rationum, & reuisione computorum inter partes faciendorum maximè cum pro patre Pirri non obscurè etiam doceatur, quod Marcus Antonius, Iuliæ pecunias exigebat, & illæ deponebantur etiam ad creditum Marci Antonij, & eius vxoris, & quod Iulia pecunias erogabat ad vtilitatem Marci Antonij, & alia huiusmodi ex quibus
53 prætensiones de Marescottis remanent † penitus illiquidæ donec factis calculis computa hinc indè solidentur Crauet *cons.* 335. *numer.* 13. *vers.* 3. *personaliter* Paris. *cons.* 90. *numer.* 43. *lib.* 5. Anchar. *cons.* 245 *numer.* 1. Gabr. *cons.* 62. *num.* 2. *lib.* 2. *&* Rota post Pacif. de Saluian. *decis.* 203.
54 *num.* 4. *&* 5. quo fit vt Pirro † non possit interim impediri immissio.

Tandem quoad vltimum creditum scutorum 1200. per Marescottos Dominis Falconerijs solutum pro extinctione debiti D. Iuliæ, de quo Rota d. die 24. Maij 1624: ordinauit, vt quatenus opus esset particulariter videretur, dixerunt Domini non esse opus alia particulari discussione, cùm ex hodie datis pro parte Pirri clarè constet, quod Iulia illud contraxit cum Falconerijs ad commodum hæreditatis Alphonsi, seu Marci Antonij, qnandoquidem illa de anno 1606 obtinuit mandarum contra R. P. D. Roggerium debitorem hæreditatis Alphonsi vna cum sequestro contra Horatium de Bubalo Rogerij debitorem, qui Horatius deposuit in Sacro Monte Pietatis scuta 1400. quæ posteà Marcus Antonius exegit cum cautione præstita per D. Ioliam de restituendo prioribus, & portioribus Rogerij creditoribus. Vnde cum de anno 1607. Iulia conuenta à creditoribus anterioribus susceperit dicta scuta 1200. de quibus agitur ad societatem officij à Falconerijs cum declaratione, quod dictam societatem contrahebat pro restituendo dictis creditoribus, vt in effectu restituit *Summar. Pirri num.* 11. *&* 12. consequenter à primo ad vltimum liquet, quod societas prædicta in qua consistit dictum vltimum creditum, suit inita, vel ad commodum hæreditatis Alphonsi, vel Marci Antooij, qui pecunias per Horatium depositas receperat, & quod Ma-
55 rescotti vti Alphonsi, & Marci Antonij hæredes † soluerunt Falconerijs debitum proprium, quibus propteseà nulla competit retentio bonorum Iuliæ ad *tex. in l. Senatus*, §. *fin. ff. de leg.* 1. Salicet. *in l.* 1. *numer.* 27. *C. de action. & obligat.* Ruin. *cons.* 88. *numer.* 6. *lib.* 5. & Rota *decis.* 426. *num.* 4. *par.* 2. *recent.*

Et ita decisum vtraque parte sæpiùs informante, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VBALDO.

Coloniefi Monasterij.

Die Lunæ 7. Maii 1629.

ARGVMENTVM.

Sine contumacia non datur declaratoria. Paritione non data, cessare non potest contumacia. Ad factum si quis teneatur, non sufficit id adimplere verbis tantum.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria non datur sine contumacia.*
2 *Possessio probatur ex substeatatione litis.*
3 *Contumacia non cessat, data non paritione.*
4 *Declaratoria, quando omainò est danda.*
5 *Verba non sufficiunt, vbi opus est facto.*
6 *Obligatus aliquid facere, & adimplere, non sufficit sola oblatio verbalis.*

DECISIO CCLXXVI.

SVB die 4. Aprilis præteriti * fuit in hac causa resolutum vna tantum parte informante esse dandam declaratoriam contra Confratres S. Crucis Ciuitati Coloniefi ob non paritionem mandati Rotalis, cui resolutiopi cum non acquiesceret Confraternitas, iterum hodie proposui dubium super ijsdem, & Domini vtraque parte informante steterunt in decisis ex rationibus in d. decisione adductis quibus dixerunt non obstare, quod Archiconfraternita aliquid non possideat, ex quo tàm Monasterium, quàm eius bona, & fructus siot subsequestro penes deputatum à Serenissimo Electore exequutore Breuis, de quo agitur, & ideo cum ipsa nihil habeat, in quo pateat mandato de
manutenendo, cesset † contumacia sine qua declarato- 1
ria non datur, Rot *decis.* 7. *in fin. de sent. excommunic. in nou.* Bisignet. *decis.* 2. *num.* 3. *&* 4. *de lit. contest.*

Quia fuit responsum, vel quod ipsa Archiconfraternitas ex substentatione † litis probatur possidere, Verali. *decis.*
369. *par.* 2. sao. mem. Gregor. XV. *decis.* 262. *num.* 3. Vel 2
si possidet sequestratarius, cum ipse possideat ad commodum Archiconfraternitatis, ad cuius fauorem emanauit supradictum Breue Gregor. debebat curare omni meliori modo, vt sequestratarius dimittere possessinnem, seu detentionem, & debebat præstare patientiam sufficientem
pro paritione, sine † qua non cessat contumacia Caual. 3
decis. 332. *num.* 4. Quinimò non paritio, & contumacia ipsiusmet sequestratarij in dimittenda possessione, & omnia alia impedimenta præstita Canonicis præsumuntur præstita ad instantiam ipsiusmet Archiconfraternitatis, de cuius interesse agitur, vt in simili passim Rota interpretatur recursus ad Iudices laicos habitos esse ad instantiam eius, cuius principaliter interest, Seraph. *decis.* 1094 *num.* 5. Et hoc tanto magis est dicen in casu nostro, tum quia in mandato Rotali expressè prohibetur quælibet perturbatio, & quodlibet impedimentum quouis quæsito colore præstitum, tum quia ex circumstaotijs reuera constat de contumacia in parendo facto, & verbis declarata, dum Archiconfraternitas congregata clausit portas Notario, qui accedebat pro facienda intimatione, illumque reiecit, vt in decisione, de qua agitur. Et dum postea ad effugiendam paritionem fuit nomine Archiconfraternitatis responsum, quod possessio erat repetenda à Serenissimo Coloniefi qui sequestrauit bona, & quod pro paritione requirebatur licentia dicti Serenissimi vel Præfecti Archiconfraternitatis absque eo quod fuerit factum aliquod signum paritioois pro parte eiusdē Archiconfraternitatis declarando, quod nolebat vti Breui, vel quod simile colligitur euidens collusio, & detrectatio parendi istis artibus respon-
sionibus, & propterea † omninò declaratoriam DD. 4
dandam esse dixerunt, vt *in decis.* 487. *num* 8. *par.* 3. *lib.* 3. *diuers.* Et licet ab aliquibus fuerit verbaliter oblata paritio, attamen re vera in aliquo non paruerunt, & vt di-
citur in decisione, de qua agitur, oblatio † verbalis non 5
sufficiebat, cum mandatum contineret factum præcisum restituendi Canonicos ad naturalem possessionem, pro qua restitutione debebant Confratres adhibere omnem conatum, & facere declarationem, vt supra ne aliàs istis
† solis verbis remaneaot Caoonici defraudati prout rema- 6
nent vsque ad præsentem diem ad tradit. per Bart. *in l. Prætor ait*, §. *si quis paratus*, *ff. de nou. oper. nunciat* Gabr. *de salat. conclus.* 8. *num.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 639. *num.* 18. *&* *seq.*

Contra sequestratarium, & Fratres Minores S. Francisci de Obseruantia occupatores Monasterij de quo agitur, contra quos pariter fuerunt seruati termini seruari soliti, est etiā concedenda declaratoria stante illorum notoria contumacia, quæ nec etiam ex parte Archiconfraternitatis negatur.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

* Habes hanc decisionem infra in Additione, & supra adsunt plures decisiones in hac causa, idest sub diebus 27. Ianuarij 14. Maij 21. Iunij, & 3. Decembris 1627. & 21. Iunij 1628. & 12. Februarij 1629. coram eodem Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Vbaldo sunt decisiones 34. 66. 91. 115, 193. & 150.

R. P. D. DVNOZETTO.

Lucana Iurispatronatus.

Die Lunæ 7. Maij 1629.

ARGVMENTVM.

Præsentatus à patrono existenti in quasi possessione præsentandi, præfertur præsentato à vero patrono, nisi iste patronus verus probet eius proprietatem, vel per confessionem partis, vel per rem iudicatam, vel per instrumentum clarum, & certum. Præsumptionum multiplicatio, quando detur.

SVMMARIVM.

1 *Cum præsentato à patrono putatiuo quando concurrit alius præsentatus à vera patrono, quis eorum præfertur.*

2 *Præsentatus ab existenti in quasi possessione præsentandi, præfertur præsentato à vero patrono, si illius proprietatem claré, & liquida non probet.*

3 *Donans abdicat à se omne ius rei donatæ, & transfere illud in donatarium.*

4 *Patronus Ecclesiasticus non potest donare iuspatronatus.*

5 *Beneplacitum Apostolicum in alienationibus rerum Ecclesiasticarum præsumitur interuenisse spatia 30. annorum.*

Quæ præsumptio influit non solum in ipsum beneplacitum, sed etiam in vtilitatem Ecclesiæ, nu. 5.

6 *Alienatio rerum Ecclesiæ eo ipso, quod præsumitur solemnis, præsumitur etiam vtilis.*

7 *Præsumptionum multiplicatio non datur.*

8 *Præsumptionum multiplicatio datur, quanda vna venit in consequentiam alterius.*

10 *Ecclesiæ oritur præiudicium ex multiplicitate patronorum.*

DECISIO CCLXXVII.

IAM per duas decisiones * in hac causa factas fuit resolutum, Domioicum esse instituendum tanquam præsentatum à Martino existente io quasi possessione præsentandi, iux. tex. *in c. consultatianibus de iurepatr.* hodie cum causa pro tertia vice fuisset reproposita super ijsdem Dominis placuerunt fundamenta decisionum.

Non obstat, quod quando cum præsentato à patrono
putatiuo, videlicet existente io possessione præsentan-
1 di, concurrit † alius præsentatus à vero patrono, de
cuius iurepatronatus legitimè constat vel per confessio-
nem, vel per rem iudicatam, vel per publicum in-
strumentum, tunc io concursu præferendus est præsen-
tatus à vero patrono, Panormit. *in d. c. consultationibus,*
nu.9. Dec. *cons.* 127. *nu.* 1. Butr. Ripa, & alij quos sequitur
Rota *decis.* 374. *nu.* 4. *par.* 1. *recent.* quæ limitatio videtur
benè applicari huic casui, ex quo ex iostrumento pu-
blico apparet vna ex duabus vocibus huius iurispatrona-
tus fuisse reseruatam Vniuersitati Cappellanorum, quæ
præseotauit Franciscum; qui propterea venit præferen-
2 dus † Dominico præsentato à patrono existente in quasi
possessione, ex iuribus supra citatis. Quia ex dicto in-
strumento non visa fuit resultare talis probatio ad
hoc, vt possit intrare dicta limitatio; ex quo illud
non solum redditur turbidum, sed omninò tollitur
ex donatione postea facta à dictis Cappellanis Mar-
3 tino seniori, cuius † donationis vigore omne ius à
Cappellanis fuit abdicatum, & in Martinum dona-
tarium translatum, vt fuit firmatum in duabus deci-
sionibus, quæ reuidentur.
4 Non obstat quod patroous Ecclesiasticus † non possit
donare iuspatronatus. Quoniam eo ipso, quando adest
cursus, & obseruantia 30. aonorum intrat præsumptio
tituli validi, præsumiturque † Beneplacitum Apostoli- 5
cum, quæ quidem præsumptio influit nedum in ipsum
beneplacitum, sed etiam in vtilitatem Ecclesiæ, Alexand.
cons 79. *col.* 4. *nu.* 6. *in fin. vers. fortificatur lib.* 1. Crauet.
de antiq. temp. par. 3. *c.* 2. vidimus in genere *nu.* 26. & in
his terminis tenuit Rota *in Mediolanen. rescissionis per-*
mutationis coram Card. Pamp. apud Marches. *par.* 1. *fol.*
113. *num.* 6. nam eo ipso, quod præsumitur † donatio 6
solemnis, præsumitur etiam vtilis Ecclesiæ, Mantic.
decis. 101. Gregor. XV. *decis.* 343. vbi Add. *numer.* 4.
& in d. Mediolanen. rescissionis permutationis coram bon.
mem. Card. Pamph. Qui quidem cursus 30. annorum
benè probatur ex pluribus præsentationibus effectuatis
factis ab hæredibus Martini senioris ab anno 1551. de
quo ipse Martinus præsentauit Pardum, vt firmatur
in prima decisione in hac causa facta.
Nec obstat, quod hoc casu daretur † multiplicatio præ- 7
sumptionum, nempè præsumptio beneplaciti, & præ-
sumptio vtilitatis contra tex. *in l.* 1. *C. dot. promis.* quia
vna præsumptio † venit io consequentiam alterius, 8
Mantic. *d. decis.* 101. *num.* 3. Add. Gregor. XV. *decis.* 343.
nu. 5. nec est verisimile, quod dicta donatio tamdiu fuisset
obseruata sine confirmatione legitimè sequuta.
Deniquè non obstat, quod Episcopus Lucanus sit in
causa, quia cum hoc iuspatronatus probetur non so-
lum per multas præseotationes continuatas, per pu-
blicum instrumentum fundationis, & donationis,
sed etiam per illiusmet Ordinarij comprobationem, dum
ipse dedit institutionem Francisco alteri præsentato,
itaut de illius existentia dubitari non possit, sat est, quod 9
non sit in causa pro libertate beneficij ad effectum, vt †
præsentatus ab existente in quasi possessione præsentan-
di veniat instituendus, vt fuit dictum *in Pamphiloneñ iu-*
rispatronatus 19. *Martij* 1602. *coram Reuerendiss. D. meo*
Decano, & in Lucana Cappellaniæ 20. *Maij* 1594. *coram*
Blanchetto, & in Auersana beneficij seu iurispatronatus
23. *Iunij* 1603. *coram Litta*. Vnde sua non interest,
quod potius vous quàm alter sit patronus, cum ob mul- 10
tiplicitatem † patronorum non oriatur præiudicium
Ecclesiæ, Rota *decis.* 174. *numer.* 4 *par.* 2. *recent. & fuit*
dictum in prædictis Auersana coram Litta, & in Pam-
pilonen. iurispatronatus coram Reuerendiss. D. meo De-
cano. Reliquis vero obiectionibus fuit satisfactum per
responsiones datas in decisionibus, cum quibus Do-
mini transiuerunt.

Et ita vtraque, &c.

* Idest sub diebus 19. Iunij 1628. & 20. Decembris eiusdem anni, sunt decisiones 191. & 225.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Censuum.

Die Lunæ 7. Maij 1629.

ARGVMENTVM.

Census, vt dicatur extinctus, quid necessariò requiratur. Et an postquam fuit relaxatum mandatum dicatur, verè extinctus.

SVMMARIVM.

1 *Census extinguntur per restitutionem sortis, & actum retrosimilem.*

2 *In censuum constitutione sicuti adest pecuniarum solutia, ita, & in eorum extinctione debet interuenire restitutio.*

3 *Census, vt dicatur extinctus requiritur naturalis restitutio.*

4 *Census non extinguitur iudicio discussionis, & sententia graduatoria, nisi sequatur restitutio sortis.*

5 *Census potest dici extinctus post relaxatum mandatum, itaut non possint peti aliqui fructus citra vitium vsuræ, & num. 9. & 12.*

6 *Census, quod duret, & sit in arbitrio emptoris repetere sortem, quando velit, hoc non se compatitur.*

7 *Vendi-*

7 *Venditori licita est census redemptio ad suum libitum.*
8 *Emptori est omninò prohibitu redemptio census cum aliàs esset certus de lucro.*
10 *Decis. in causa Romana census coram Curd. Pamphil. sen. declaratur.*
12 *Census, vt extinguatur non sufficit partium voluntas, sed requiritur actus retrosimilis.*
13 *Census, sicuti constituitur consensu, & pecuniarum solutione, ita consensu, & pecuniarum retrosolutione extinguitur.*
14 *Census non extinguitur per simplicem assignationem, nisi habeat effectum, & vim actualis solutionis.*
15 *Census non est extinctus per relaxatione mandati.*
16 *In censu mandati relaxatio nihil aliud operatur, quàm voluntatem, & potestatem repetendi sortem ex partu emptoris, quæ non est vera, & realis restitutio sortis.*
17 *Census, quod post relaxatum mandatum sit extinctus propter facultatem repetendi pecunias, multas patitur difficultates.*
18 *Census extinctio ex acquisitione fundi censuati non resultat, nisi quatenus dominium verè, & realiter, irreuocabiliterque fuerit acquisitum.*
19 *Secus tamen, est si reuocabiliter.*
20 *Census reddit ad priora iura, & Dominus census debet consequi fructus sui census, quando titulus fuit reductus ad non titulum.*
21 *Per dationem insolutum omnis actio primæua, & hypothecu extinguitur.*
Creditor, cui est euicta res datu insolutum, non potest redire ad priorem actionem, n. 21.
Census impositus anteu, super re datu insolutum, si euincatur, non reuiuiscit, n. 21.
22 *Datio insolutum, quando nulliter fuit facta, perinde est uc si non esset factu.*
23 *Spolium intrat, quando iudex nulliter procedit.*
Iudex nulliter procedendo, dicitur tanquam priuatus, & non habens potestatem procedendi.

DECISIO CCLXXVIII.

LVDOVICA Bernardona hæres Io. Baptistæ Paloni introduxit iudicium discussionis contra creditores in Curia Capitolina coram secundo Collaterali, qui in sententia graduaroria quintum locum assignauit Francisco Raynaldo cessionario P. Antonij Birelli, ad cuius fauorem per supradictum Palonum fuerat impositus census super quadam eius domo in scutis 225. & pro dicta summa, & omnibus censibus decursis, & non solutis, & decurrendis cæteris alijs creditoribus præferendum esse declarauit, sextum verò assignauit Maximiliano testato pro altero censu super dicta domo per eundem Palonum impositu in scutis 200. cuius occasione, & pro sorte, & pro fructibus decursis, & decurrendis, ipsum cæteris creditoribus præferri mandauit decernendo, & relaxando pro omnibus, & singulis summis antedictis mandatum executiuum. Ab hac sententia interposita appellatione Ludouica obtinuit à fel. rec. Sixto V. committi Capitaneo appellationum præuia æstimatione dati insolutum creditoribus pro concurrenti quantitate domum præfatam. Deinde ad instantiam creditorum ad parcendum expensis, ea consensit deliberationi, & adiudicationi domus, & vigore consensus Fratres S. Chrysogoni creditores obtinuerunt à Capitaneo decretum deliberando. Sed Modesta Bernardona hæres Ludouicæ prætendendo à Maximiliano eius auctricem fuisse domo spoliatam, introduxit iudicium super reintegratione ad illius possessionem contra Magdalenam Testatam hæredem dicti Maximiliani coram primo Collaterali, qui de voto Affettamenti ad fauorem Franciscæ Zoliæ hæredis Modestę sententiam pronunciauit, declarando domum ad eam spectare vnà cum pensionibus, & in vim dictæ sententiæ rehabuit domum, vnde Magdalena Testata egit pro fructibus tàm census scutorum 200. impositi ad fauorem Maximiliani, quàm alteriùs scut. 225. Francisci Raynaldi, cum in vim cessionis peruenerit ad eumdem Maximilianum. Modo cum dubitaretur; An census sint extincti, & resoluti, itaut cessauerit cursus fructuum, DD. dixerunt census non esse extinctos, & resolutos, itaut fructus amplius non currant, cum non probetur extinctio. Quia aut

prætenditur † per restitutionem sortis, & actus re- 1
trosimilem Constitutioni, *l. 1. in fi. C. quando liceat ab empt.*
disced. §. hoc amplius inst. quib. mod. toll. obl. Rota *coram bo.*
me. Cardin. Caual. *dec. 71. nu. 3. coram* Seraph. *890. num. 1.*
& decis. 587. part. 1. diuersor. & in Romana fructuum census
28 Ianuarij 1628. coram Reuerendissimo Domino meo Deca- 2
no : Sed cum in constitutione † censuum adfuerit pe-
cuniarum solutio, ita & in eorum dissolutione debebat
concurrere pecuniarum restitutio, in quibus consistit actus
retrosimilis, & de hoc in hoc casu non docetur, aut præ-
tenditur ex sententia graduatoria cum relaxatione man-
dati pro restitutione sortis; nec ex hoc resultat extinctio 3
census, † quia ad hunc effectum requiritur naturalis re-
stitutio, Caputaq. *decis. 103. par. 1.* nec iudicio discussio- 4
nis, † & sententia graduatoria extinguitur, nisi sequa-
tur realis restitutio sortis, Rota *decisio 60. numer. 2. & 3.*
part. 1. & 642. part. 2. recentior. bon. memor. Cardinal. Ca-
ualler. *decis. 527. num. 1.* in terminis sententia graduatoria. 5
Et licet post relaxatum † mandatum possit dici, census
esse extinctos; itaut non potuerint peti aliqui fructus ci-
tra virium vsuræ, *cupit. plerique cum sequ. 11. quæstio 3.*
Laurent. de Rodulpho *in tract. de vsur. quæst. 1. nu. 1.* Co-
uar. *var. resolut. lib. 3. cap. 1. num. 4.* Cum sit in potestate,
& arbitrio emptoris statim repetendi sortem, quod est di- 6
uersum à natura census, † cum non se compariatur, quod
census duret, & sit in arbitrio emptoris repetere sortem, 7
quando velit, quia licet venditori † licita sit illius redem-
ptio ad suum libitum iuxta Constitutiones Martini V. & 8
Calixti III. & Pij V. emptori tamen † est omninò pro-
hibita cum aliàs esset certus de lucro, Sot. *de iust. & iur.*
lib. 6. quæst. 5. art. 3. in 1. conclus. Corrad. *de contract. quæst.*
84. concl. 5. Couar. *vbi supr. cap. 9. num. 4.* Ideò cum post re-
laxatum mandatum fuerit in facultate Magdalenæ repe- 9
tere pecunias, quando vellet, statim fuit census † reso-
lutus, etiam quod non concurrat actus retrouenditionis,
cum res deuenerit ad casum, à quo incipere non poterat,
vt tenuit Rota *in Romana census coram bo. mem. Card. Pam-*
philio 29. Nouembris 1593. & in alia Romana census 6. Fe-
bruarij 1615. coram bo. memor. Patriarcha Manzanedo. At-
tamen has decisiones non obstare fuit resolutum, quia in 10
dicta Romana † Census coram Pamphilio non tantum
fuerat relaxatum mandatum pro fructibus, & restitutio-
ne sortis principalis, sed vlterius fuerat processum ad actu-
alem restitutionem ipsius vnde in eo casu pro restitutione
fuit pronunciatum, & ita declarauit Rota coram Litta
dec. 272. à nu. 1. vsque ad 6. apud Cenc. de censib. *& funda-*
mento supradictæ decisionis bon. mem. Patriarchæ Manzane-
di, fundato in arbitrio emptoris repetendi sortem ad sui libi-
tum post mandatum relaxatum, aliàs respondit Rota *in Ro-*
mana census 31. Ianuarij 1624. coram bo. mem. Remboldo, vi-
delicet non esse absolutè verum, vt sit in potestate em-
ptoris repetere sortem, cum † multa possint contingere 11
post relaxatum mandatum, ex quibus retardetur eius-
dem mandati executio, & sortis repetitio, quam esse ne-
cessariam non dubitatur, cum pro extinctione census ne-
que sufficiat partium voluntas, † sed requiratur actus re- 12
trosimilis, Rota *decis. 587. part. 1. diuersor. & in Romana*
census 27. Ianuarij 1603. coram Curd. Sacrato, quia sicuti
census constituitur consensu, & pecuniarum solutione,
ita consensu, & pecuniarum † resolutione extingui de- 13
bet, vt in allegata *dec.* Seraph. *890. in princ.* quod adeo ve-
rum esse, vt neque sufficiat simplex assignamentum, † 14
nisi illud habeat effectum, & habeat vim actualis solu-
tionis pluries tenuit Rota, *vt in Romana census 24 Aprilis*
1604. coram Illustrissimo Card. Millino, & in Rom. census 22.
Iunij 1609. coram bo. mem. Card. Caual. & quod non † sit ex- 15
tinctus per relaxationem mandati in allegata *Romana fru-*
ctuum census 28. Ianuarij 1628. coram Reuerendiss. Dom. meo
Decano; nihil enim aliud operatur mandati relaxatio,
quam voluntatem, † & potestatem repetendi sortem ex 16
parte emptoris, quæ non est repetitio cum effectu, hoc est
vera, & realis restitutio sortis, aliud requisitum in ex-
tinctione census, & propterea illa ratio, quod post rela-
xatum mandatum, statim † census sit resolutus propter 17
facultatem repetendi pecunias, multas patitur difficulta-
tes.

Non obstat, quod in hoc casu fuerit repetita sors me-
diante datione insolutum domus censuatæ, quia cum
postea d. domus in iudicio spolij fuerit per sententiam re-
stituta, sicut domus reditum fecit ad debitorem census,
ita census reuiuiscit, cum ex acquisitione † fundi censuati 18

non resultet extinctio censuum , nisi quatenus dominium
verè, & realiter & irreuocabiliter fuerit acquisitum, se-
19 cus † in reuocabili, prout hic, *l. ex sextante §. Latinus Lar-*
gius, *vbi* Bart. *ff. de excep.* Tiraq. *lib. 1. retract. §. 1. glos. 7.*
nu. 69. Seraph. *dec.* 872. *nu.* 3. Rota apud Cinc. *decis.* 300.
in fin. & 308. nu. 7. & in recent. par. 1. dec. 634. nu. 9. Vnde
20 cum titulus fuerit reductus ad non titulum , census † re-
dijt ad primæua iura, & Dominus census debet consequi
fructus sui census, Rota *in Romana census 24. Nouembris*
preteriti coram me. Et quamuis per dationem insolutum
21 omnis † hypotheca, & primæua actio extinguatur, itaut
re euicta quis non possit amplius iuuari primæua actione,
Surd. *decis. 113. n. 3. & 266. n. 6. & cons. 145. nu. 13.* & sic
census antea impositus super re data insolutum non reui-
22 uiscat. Attamen cum † datio insolutum fuerit nulliter
facta: perinde est ac si facta non fuisset, nec per eam fuit
aliquod ius, vel dominium quæsitum Domino census ,
secus autem in casu, in quem res insolutum data fuisset
euicta à creditore anteriori , cum tunc non dubitaretur de
validitate dationis insolutum , & quin per eam fuerit do-
minium perpetuò acquisitum.

Deinde dixerunt Domini pro hac parte concurrere ma-
gnam æquitatem, nam si intrat spolium , restituenda est
domus vnà cum fructibus, itaut Dominus census rema-
neat sine domo, & fructibus, & remaneret sine censu .
Vnde æquitas suadet, quod sicut spoliatus à Domino cen-
sus possessore domus, recuperat domum , & fructus, &
sua primæua iura remaneant , & ita neutri sit iniuria; &
23 damnum, quia si intrat † spolium , Iudex processit tan-
quam priuatus, itaut datio insolutum per Iudicem, dica-
tur facta à priuato, & à non habente potestatem , & sic
perinde est, ac si non fuisset facta, iuxta vulgata , & vnus-
quisque remanet in suo iure. Ex quibus vtraque parte in-
formante fuit resolutum vt supra &c.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

ononien. Fideicommissi de Desiderijs .

Die Lunæ 7. Maij 1629.

A R G V M E N T V M.

Fideicommissarius intentans remedium legis fi. C. de edict. D. Adr. toll. vt obtineat immissionem, quid probare teneatur.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommissarius agens remedia l. fin. C. de edict. D. Ad. toll. tenetur probare possessionem fideicommittentis , non autem dominium , seu titulum acquisitionis.*
2 *Instrumentum diuisionis benè probat possessionem inter diuidentes , & causam ab eis habentes.*
3 *Reus in exceptione probanda ad elidendam iam concludenter probatam intentionem actoris , inducit personam actoris.*
4 *Enunciatiua incidenter prolata , & ad alium finem, dum principaliter contigit dubitari de veritate enunciati , non probat.*
5 *Probatio , quæ fit per publicum instrumentum ; dicitur concludentissima.*
6 *Præsumptiones non sunt multiplicandę.*
7 *Fulgos. cons. 145. Rota non solet ita indistinctè recipere & declaratur n. 8.*
9 *Enunciatiua vnica non probat.*
10 *Ex designatione vnica , & simplici alicuius rei , non sunt deducendę plures presumptiones , & specialia.*
11 *Confines probandi onus spectat ad eum , cuius culpa , & facta confusi fuerunt.*
12 *Enunciatiuæ concernenti commodum , & interesse inducentis , non est standum.*
13 *Confessio infert preiudiciam confitenti , & habentibus causam ab eo , & non venientibus ex propria iure.*
14 *Possessia semel probata presumitur continuata vsque ad obitum , alia non docta in contrarium.*
15 *Fideicommissaria non impeditur immissia pro indiuiso , quando detractiones sunt certę.*
16 *Heres , quando non confecit inuentarium , hoc casu intrat presumptio satisfactionum , respectus eius detractionum , nisi aliud doceatur.*
17 *Heredi , qui non confecit inuentarium , asserenti non extare alia bona , ex quibus detractiones fieri possint , incumbit onus probandi.*

D E C I S I O CCLXXIX.

AD magis eruendam veritatem , tertio proposui du-
bium tam resolutum 20. Decembris * & 14. Martij
præteriti , * & Domini vnanimiter tertio etiam responde-
runt standum esse in decisis; verum est enim quod D. Ste-
phanus, qui agit remedio *l. fi. C. de edict.* Diu. Adr. *tollen.*
tenetur † probare possessionem Hieronymi fideicommit- 1
tentis in his bonis Bagnarolæ existentibus, non autem do-
minium , seu titulum acquisitionis, Peregr. *de fideicom.*
art. 48. n. 21. vers. & erit valde , Men. *de adipiscen. rem. 4.*
nu. 363. & dixit Rota *in Romana Casalis Palazzetti* 10. *Iunij*
1615. *cor. bo. mem. Manzanedo*. Verum hanc possessionem
Hieronymi probauit,& concludenter D. Stephanus nem-
pe ex publico instrumento diuersionis sequutæ inter Hie-
ronymum,& alios fratrer post quatuordecim annos à mor-
te Ioannis patris, vbi hoc prædium Bagnarolæ tornatura-
rum 122. circiter assignatum fuit pro sua portione dicto
Hieronymo , quod quidem instrumentum † diuisionis be- 2
nè probat possessionem inter diuidentes, & habentes cau-
sam ab illis, Pereg. *de fideicom. art. 44. nu. 5.* Decian. *cons.*
76. n. 9 lib. 3. Rota *in Romana fideicommissi 4. Maij 1622. co-*
ram bo. me. Vbaldo , *& in Romana fideicommissi de Victorijs*
9. Decemb. 1626. cor. me.

E contra verò DD. de San Georgijs opponunt de alio
antecedenti fideicommisso Ioannis, qui fuit pater Hiero-
nymi , quod quidem fideicommissum iam canonizatum
fuit in Rota sub die 2. Iunij præteriti coram me , & præ-
tendunt hæc bona Bagnarolæ cadere sub illo fideicommis-
so Ioannis , non autem Hieronymi , sed defecerunt in pro-
bationibus , quia concludenter non iustificatur Ioannem
possedisse hæcmet prædia , & ipsi Domini de San Geor-
gijs , licet sint rei in hac tamen † exceptione probanda ad 3
elidendam iam concludenter probatam intentionem D.
Stephani induunt personam actoris, *l. in exceptionibus* ,
ff. de probat. cum alijs in vltima decis. cumulatis , & conclu-
denter probare tenebantur possessionem Ioannis in hismet
bonis, de quibus agitur.

Non obstant acquisitiones factæ à Ioanne de anno 1495.
& de anno 1505. quia cum habeant præfixum numerum ,
prima nempe quinque tornaturarum , altera verò quinde-
cim , non possunt elidere probationem D. Stephani , nisi
pro concurrenti quantitate , & ideò Domini mandarunt
adimendas esse viginti tornaturas.

Nec etiam obstare crediderunt , quod in prima acquisi-
tione illarum quinque tornaturarum Ioannes emptor se
designauerit pro confinante, placuit enim responsio data
quod hæc probatio non concludat, & hæc vnica enuncia-
tiua circa confines incidenter prolata , † & ad alium fi- 4
nem , dum principaliter contingit dubitari de veritate
enunciati , non probat , nimirum, quod prius verè pos-
sederit ibi Ioannes *Glos. in l. optimam* , *C. de contrahen. &*
committ. stipul. Felin. *in capit per tuas* , *num. 11. de probat.*
Paris. *cons. 94. nu. 19. lib. 8.* Caputaq. *decis. 328. num. 3. par.*
2. Cardin. Seraphin. *decis. 1278. nu. 2.* & in terminis con-
finium . Hieron. à Mont. *de finibus cap* 60. *nu.* 8. & abso-
num esset , quod probatio D. Stephani innixa instru-
mento publico diuisionis, † & sic concludentissima cir- 5
ca possessionem Hieronymi in his bonis elideretur ex sim-
plici assertione seu enunciatiua incidenter allata in desi-
gnatione confinium , verum esto sine veri præiudicio ,
quod probatio de se esset concludens, quod scilicet Ioan-
nes possideret de eo tempore in Villa Bagnarolæ alia bona,
non tamen suffragaretur, quia non inde resultaret quod
essent hæc eadem bona tornaturarum 122. de quibus agi-
tur, & quæ in diuisione assignata fuerunt Hieronymo ,
& eius fratribus, præsertim cum Villa Bagnarolæ latissi-
mè pateat , in pluresque alias villas distinguatur , nempe
Armaroli, Grauaroli , & Gazzani, & possibile est , quod
confinans esset , & non in eadem Villa, vt in decisione
fuit consideratum, & † præsumptiones non sunt multi- 6
plicandæ.

Hæcque magis confirmantur,quia in illa secunda acqui-
sitione , quam de anno 1505. fecit Ioannes de quindecim
torna-

tornaturis, licet dicatur esse in Villa Bagnarolæ, non
tamen designatur ille pro confinante.

Quibus etiam adæquimat doctrinam Fulgos. cons. 145.
iterum inculcatam ab informationibus pro DD. S. Geor-
7 gijs non suffragari. Quoniam vltra † quod cons. Fulgos. in
materia fideicommissi non solet ita indistinctè recipi à Ro-
ta, nisi alijs concurrentibus adminiculis, vt in decis. 706.
*num. 2. vers. non licet, par. 2. recent. & in Vrbeuetana fidei-
commissi 7. Februarij 1620. coram R. P. D. meo Decano, &
notant* Adden. *ad san. me.* Gregor. XV. *decis. 575. numer. 11.
vers. in materia fideicommissi*, hic autem nedum deficiunt
adminicula ad probandum, quod Ioannes possederit, hoc
prædium, vt immò multa concurrant, quæ suadent fuisse
acquisitum à Hieronymo, adest enim instrumentum di-
uisionem, industria Hieronymi & fratrum, & quod nul-
lam fecerunt mentionem de hæreditate Ioannis, & alia
ponderata in prioribus decisionibus.

8 Obseruandum est, quod † ipse Fulgos. loquitur, quan-
do probatur testatorem possedisse bona in aliqua Villa, &
incerta est quantitas illorum bonorum tunc enim hæc in-
certitudo certificari potest ex subsequenti certa quantitate
bonorum possessorum ab ipsis successoribus, vt per ipsum
Fulgos. *num. 2. vers. quoniam adsunt*, & etiam Peregrin. *de
fideicomm. art. 44. num. 22. & alij*. in præsenti autem non
probatur concludenter, quod Ioannes vltra dicta viginti
tornaturas in hac Villa Bagnarolæ possederit alia prædia,
9 & illa sola vnica † enunciatiua circa designationem con-
finium, non probat concludenter possessionem Ioannis, &
quatenus probaret, non saltem præcisè probaret possessio-
nem in hismet bonis, de quibus agitur, & Dominis non
10 arridebat ex vnica, † & simplici designatione confinium
tot deducere præsumptiones, & specialia, quòd nempè
probaret illa sola enunciatiua Ioannem possedisse in hac
Villa, & hæcmet præcisa bona, de quibus in diuisione, &
continuasse in possessione, data præsertim latitudine Vil-
læ Bagnarolæ, & quod confines descripti in diuisione
non respondent confinibus designatis in illis acquisitioni-
bus.

Nec obstat, quod post mortem Hieronymi illius suc-
cessoribus in instrumento concordiæ factæ 13. Ianua. 1551.
asseruerint confines bonorum Ioannis fuisse immutatos,
atque etiam omninò incertos propter nouas acquisitiones
terrarum contiguarum per dictos Hieronymum, & fra-
tres factas, quę idem, & ex confessione eiusdem Hierony-
mi constare prætenditur, & propterea D. S. Stephano in-
11 cumbere † onus probandi confines antiquos bonorum Ioan-
nis, distinctè à bonis D. Hieronymi, cuius successorum
culpa, & facto confusi fuerunt, Ang. *in l. si rem. num. 4. ff.
de rei vendicat.* Modesto. Brixien. *de subsist. quæst. 618. num.*
49. Adden. *ad san. mem.* Gregor. XV. *decis. 565. nu. 11. vers.
& quia in hac materia.* Quoniam non applicatur motiuum.
Tum quia non constat de dicta confessione Hieronymi, ni-
si ex assertione, seu enunciatiua illius descendentium fa-
cta in instrumento transactionis, dum fideicommissum
Ioannis liquidarunt super bonis Hieronymi ad libra 1400.
12 cui quidem enunciatiuæ non videtur † standum, cum re-
spiciat eorum commodum, & interesse, eo quia illæ libræ
1400. liberè ad eorum manus deuenire debebant, Aret. *in
cap. cum causam, num. 13. & 17. de probat.* Soccin. Sen. *cons.*
194. *sub num 9. lib. 2.* Put. *decis.* 149 *num. 2. lib. 3.* Tum etiam
quia confessio illa præiudicium inferre solummodo potuit
confitentibus, & ab illis causam habentibus, non autem
13 D. Stephano qui venit † propria persona ad fideicommis-
sum Hieronymi, nec vtitur iure illorum, à quibus con-
fessio emanauit, *l. qui testamentum, ff. de probation.* Bartol.
& Imol. *in l. facta, §. si hæres, ff. ad Trebel. cum alij per* Pe-
regrin. *de fideicomm art. 53. num. 61. & dictum in Romana fi-
deicommissi de Victorijs 2. Iunij 1627. coram me.* Tum de-
mum, quia quatenus illi incumberet onus probandi, id
benè præstitit D. Stephanus ex instrumento diuisionis, &
alijs, ex quibus iustificauit hoc prædium Bagnarolæ fuisse
possessum à Hieronymo fideicommittente.

Tandem nec obstat detractio legitimæ, quia vt iam res-
ponsum fuit in decisione sub die 20. Decembris præteriti,
præsumuntur detracta in alienationibus diuersorum bo-
norum, & lutum hæreditatis Hieronymi, & quamuis ab
informantibus pro Dominis de Sangeorgijs dicatur alie-
nata non iustificari fuisse possessa ab ipsò Hieronymo, &
sic non posse referri in legitimam ex illius bonis debitam,
vel alia in locum alienatorum fuisse subrogata, attamen
videtur apparere bona illa in maiori parte fuisse assignata
Hieronymo in diuisione de anno 1529. qui cum semel illa
possederit, censetur † huiusmodi possessionem continuas- 14
se vsque ad obitum alio non docto in contrarium, *l. siue pos-
sidetis, C. de prob.* & in diuisione facta à filijs Hieronymi
apparet dicta bona vti paterna ad eos peruenisse, idemque
asseritur in aliquibus alienationibus.

Et quod obiectum penitus tollit D. Stephanus strictè in-
stat pro nunc ad immissionem in possessionem trium præ-
diorum Bagnarolæ tornaturarum 122. & Medicinæ, Ca-
stri Sancti Petri, &c. prætermittendo vltra bona, & iura
alienata alia corpora, quorum identitas fuit in alijs resolu-
tionibus firmata, videlicet tenutam in loco Cazzani tor-
naturarum 116. vt in decisione sub die 14. Iun. * & 3. De-
cembris 1627. * aliam tenutam in loco Bagnarolæ tornat o-
ratum 175. diuersam ab ea, de qua nunc disputatur, vt
in decisione 24. Martij 1628. * Bancam Macelli, vt in deci-
sione 5. Martij 1627. * & duas domos cum sex apothecis,
vt in eadem diuisione 3. Decembris 1627 ex quibus † cor- 15
poribus, si quid detrahendum erit, poterit deduci legitima,
& aliæ certæ detractiones, donec in progressu causæ me-
lios super istis corporibus respectu eorum immissionis fue-
rit discussum, vt sæpè idem fuit seruatum, & signanter
in *Romana hæreditatis del Cento coram bo. me. Cardin. Caua-
lerio, quæ est decisio 373. in eius impress. in Bononiensi fidei-
commissi de Manzolis 16. Aprilis 1627. coram R. P. D. meo De-
cano, & in præallegata Romana fideicommissi de Victorijs 10.
Martij, & 2. Iunij 1627. coram me*, præsertim data non con-
fectione inuentarij, quæ à Hieronymo remissa non fuit
filijs, quemadmodum remiserat Ioannes, quo casu † in- 16
trat præsumptio satisfactionis respectu detractionum, ni-
si aliud in contrarium doceatur Adden. *ad san. me* Gregor.
XV. *decis.* 266. *num.* 16. cum alijs relatis in fine decisionis
sub die 20. Decembris * præteriti coram me, & dicenti non
extitisse alia † bona, ex quibus legitima detrahi potuerit, 17
illi incumbit, onus probandi, quia non confecit inuenta-
rium, non autem fideicommissario, vt per Doctor. in ea-
dem decisione allegatos &c.

Et ita vnanimi Dominorum consensu dictum fuit dan-
dam esse immissionem in possessionem huius prædij Ba-
gnarolæ tornaturarum 122. demptis tamen tam quinde-
cim, quàm alijs, quinque tornaturis; super quibus do-
ctum fuit de particulari acquisitione Ioannis.

* Sunt decisiones 226. & 258. supra in hac parte.
* Prima est decisio 87. reliquæ verò sunt decisiones 118.
160. 42. & 226. Plures alias decisiones annotaui supra ad
decisionem 226.

R. P. D. VEROSPIO.

Gerunden. Exemptionis.

Die Veneris 11. Maij 1629.

ARGVMENTVM.

Exemptio ab obedientia Episcopi datur sub-
dito, quando inter eum, & Episcopum du-
rat aliqua lis, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio, vt alicui concedatur, hoc est positum in arbi-
trio iudicis, & num. 10.*
2 *Lite pendente inter subditum, & Episcopum, negocium
deuoluitur ad Iudicem suspensa Episcopi iurisdictione
super eadem causa, de qua dubitatur.*
3 *Exemptionem durante lite inter subditum, & Episco-
pum, tam signatura, quàm Sacra Congreg. super Epi-
scopis, & regularibus solet concedere.*
4 *Subditus litigans cum superiore probabiliter potest time-
re illum sibi fore infestum.*
5 *Subditi subducuntur ab iurisdictione Principis, siue cuius-
que Superioris ex eorum moribus asperioribus siue pra-
uo iurisdictionis vsu.*
6 *Exemptio datur propter litem.*
7 *Litem motam à suo antecessore, si quis prosequatur non
videtur temerè illam instituere, vel per calumniam
prosequi.*
8 *Exemptio propter litem ab iurisdictione superioris non
datur,*

datur, quando d. lis est affectata, aut ex ingenio confecta.

9 *Exemptio proter litem ab obedientia superioris, solet in aliquod tempus restringi.*

DECISIO CCLXXX.

PLACVIT Sacræ Congregationi super Episcopis & Regularibus de exemptione personali, durante lite concedenda Francisco Auinio Priori Bisulduni Rotam consulere, cum causa super eiusdem Prioratus exemptione à Iurisdictione Ordinarij Gerunden. coram me pende-
1 ret. Et cum super hoc Domini arbitrium † ipsius concedentis maximum esse cognouerint ex Abb. *in cap. litteras, n. 7. de restitut. spoliat.* Roman. *cons.* 37. Paris. *cons.* 54. *num.* 36. *vol.* 4. Responderunt posse, si videbitur, per Sacram Congregationem concedi Francisco exemptionem, quam petit, & propter litem, quæ grauis apparet, & calumniosa visa non fuit eius personam in tempus à Iurisdictione Or-
2 dinarij eximi; Cum enim id sit de iure, † vt pendente lite negocium deuoluatur ad Iudicem, & suspensa, de qua dubitatur, *cap. cum dilectus, cap. olim, vbi glos. in verb. post incept. negot. de accusat.* Ripa *in cap. cum* M. Ferrarien. *num.* 196. *&* 199. *de constit.* Cassad. *decis. 6. de priuileg. in princ.*
3 solet tàm signatura, quàm hæc Sacra Congregatio, † vbi ipsa litem grauem, nec temerè susceptam cognouerit, hanc exemptionem ea durante concedere, vt post Cassad. *d. decis. 6. de priuileg.* testantur Lancellot. *de attentat. lit. pend. part.* 2. *cap.* 4. *declarat.* 4. *num.* 41. Gomez *ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 46. *num.* 18. Marchesan. *de commiss. auocationis causarum part.* 2. §. 1. *num.* 76. Paris. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 11. *num.* 7. Ex cuius quidem litis causa, quæ, vt di-
4 xi, leuis non sit, cum possit probabiliter † subditus superiorem suum sibi infestum timere, non etiam dixerunt Domini propter litem requiri aliquam probationem malæ tractationis, aut vehementis suspicionis futuræ sæuitiæ: sed satis esse, vt de ea ex præsumptionibus dubitari possit Speculat. *de denunciat. §. quis denunciare possit nu.* 13. Mandos. *de inhibition. qu.* 104. *nu.* 5. Ægid. *decis.* 45. Rota *decis. 3. de rescript. in nouis*. Et sicuti ex motibus Principis,
5 siue cuiusque superioris asperioribus, † aut prauo Iurisdictione, *cap. olim, & cap. ex parte de accusat.* Ioanne Faber. *in §. fin. instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* Bursatt. *cons.* 170. *num.* 57. Guidopap. *q.* 62. *num.* 1. Achill. *decis.* 362. Ita
6 & sola lis visa fuit, sufficere, dum † super re graui iustum timorem, vt dictum est, inferre potest, Steph. *de litteris iust. tit. de rescript. in forma Breuis §. induitum num.* 10. Paris. *vbi supra de resignatione lib.* 7. *qu.* 11. *num.* 7. Gabr. *de iudic. concl.* 4. *num* 31. Verall *decis.* 62. *n.* 4 *p.* 2.

Maximè autem mouit Dominos, vt exemptio huiusmodi videretur posse concedi, quod cum litem tamdiu ab
7 † antecessure motam non argui posset nouus Prior vt vel temerè instituerit, vel per calumniam prosequeretur *leg. quædam, ff. de reb. dub. l. aut facta, §. exitus, ff. de pœnis*, Aym. *cons.* 335. *num.* 3. Crescent. *decis.* 19. *de probat.* cessabat ea suspicio, quam in proposito DD. considerant, ne
8 quis sub prætextu litis affectatæ, aut ex ingenio † confectæ à Superioris sui obedientia subducarur: sicut ne causam Prior diutiu sprotraheret, eamdem exemptionem,
9 quæ solet alioqui simpliciter concedi, in tempus † restrinxerunt, sequuti stylum, quem contradicente Ordinario prout hic etiam se opposuit, seruare signaturam testatur Lancellott. *d par.* 2. *de attent. cap.* 4. *declarat.* 4. *num.* 41. & notauit ex Cassadur. *eadem decis. 6. de priuileg. in fin.* Quod tempus, & popter loci distantiam, & ferias, quæ instabant, atque etiam quia dabat Prior sumum aliquem boni
10 iuris ex arbitrio, quod super hoc dixi maximum † Iudicis esse, visum fuit Dominis ad annum extendi posse: Ita tamen, vt & Sacra Congregatio, vel propter diligentias, quas in expedien. causa Priorem adhibuisse constabit, vel si quæ ab Episcopo impedimenta inferentur, possit eidem vlterins, vel ne, prorogare.

Et ita vtraque &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Messanen. Archipresbyteratus.

Die Veneris 11. *Maij* 1629.

ARGVMENTVM.

Manutentio cui concedatur. Possessio manutenibilis, quando probetur per instrumentum captæ possessionis. Tituli validitas, & iustificatio non requiritur in iudicio summarijssimo. Possessorium non admittit ea, quæ respiciunt petitorium.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur ei, qui docet de eius possessione tempore motæ litis.*
2 *Possesso ad effectum manutentionis probatur ex instrumento captæ possessionis, alio non existente in possessione.*
3 *Tituli validitas, aut iustificatio non requiritur in summarijssimo possessorio manutentionis.*
4 *Petitorium, ea, quæ respiciunt, non discutiuntur in summarijssimo possessorio.*

DECISIO CCLXXXI.

DOMINO Bartolo de Flore tantum informante dederunt Domini mandatum de manutenendo, cum
doceat de eius possessione † tempore motæ litis *§. retinen.* 1
inst. de interd.

De possessione constat, quia Bartolus constituit procuratorem Saluum Amalphum ad capiendam possessionem istius Archipresbyteratus, vt in summario num. 1. & ex instrumento captæ possessionis per supradictum procura-
torem nomine Bartoli aliu non † existente in possessione 2
probatur possessio ad effectum manutentionis, *l prædia, vbi Bart. ff. de acquir. possess.* Put. *decis.* 350. *num.* 4. *lib.* 1. *in nou.* Gregor. *decis.* 138. *num.* 2. *& decis.* 268. *num.* 10. & in
summarijssimo possessorio manutentionis † non requiri- 3
ritur validitas, aut iustificatio tituli, Greg. *decis.* 323. *nu.* 2. *& decis.* 649. *num.* 11. *par.* 2. *recent. & decis.* 595. *num.* 8. *par.* 1. *diuers.*

Et propterea, ea quæ pro parte Marcelli Impalumeni possent allegari ob illius impetrationem contra validitatem tituli Bartoli vti respicientia petitorium, & requiren-
tia † iustificationem gratiæ d. Marcelli non possunt impe- 4
dire supradictam manutentionem ad fauorem Bartoli.

Et ita fuit conclusum, &c.

REVENDISS. P. D. VRGELLEN.

Perusina Laudi.

Die Veneris 11. *Maij* 1629.

ARGVMENTM.

Laudi emologatio ex quibus actibus resultet, & quando non valeat, nec substineatur, quare. Item an laudum emologari, & approbari possit anteaquam feratur, & quam conditionem tacitam habeat ista emologatio, siue approbatio, Laudum quando sit nullum, & an fieri possit, vt substineatur in vim pacti.

SVMMARIVM.

1 *Laudi tacita emologatio ex quibus resultet.*
2 *Laudi subscriptio, cum promissione iurata obseruandi.*

omnia

omnia in eo contenta, importat expressam laudi emologationem.

3 *Laudum subscriptum, & approbatum valet in vim pacti.*

4 *Laudi emologatio non subsistit in erroribus circa factum per arbitros commissis.*

5 *Veluti si in laudo quædam computata fuerint, quæ non erant computanda.*

6 *Arbitri sine partium consensu de iure non possunt facere sibi reseruationes, sed teneatur omnia vnico laudo expedire.*

7 *Arbitri, quando excedunt, aut extendunt compromissi formam est nullum.*

9 *Arbitri non possunt aliud facere, quàm quod est expressum, aliàs laudum erit nullum, num. 8. & 10.*

11 *Verba generalia, amplia, & geminata non admittunt distinctionem.*

12 *Verba, vndecumque, & qualitercumque, comprehendunt omnem, & quamcumque causam.*

13 *Laudum, quando est nullum, tunc non est opus appellatione.*

14 *Laudum nullum, etiam à partibus emologatum nunquam valet in vim pacti, nec rei iudicatæ auctoritatem habere potest.*

15 *Quod procedit etiamsi adsit compromissum.*

16 *ad Laudi emologationem non potest inferri ex actibus æquiuocis.*

17 *Laudum nullum, nec expressè emologari, potest vt valeat in vim pacti.*

18 *Laudum antequam feratur, emologari non potest.*

19 *Laudi emologatio iurata, habet in se tacitam conditionem, si æquum, & iustum fuerit arbitratum.*

20 *Læsio enormis in laudo, sufficit in sexta parte rei controuersæ, & num. 21.*

22 *per Arbitros fuisse commissos errores, probatur ex eo, quod constat rem aliter se habere, quàm illi laudarunt.*

23 *Laudum expressè emologatum præsertim cum iuramento amplius corrigi non potest.*

24 *Nec rescindi potest, nisi probata enormissima læsione.*

25 *Laudi approbatio ante publicationem, habet illam tacitam conditionem, si laudum fuerit æquum, & iustum.*

26 *Subscribens alicui scripturæ, censetur habere notitiam omnium contentorum.*

27 *Laudum ratificans antequam feratur, tenetur omninò stare, si tempore ratificationis habuerit notitiam de contentis in eo, secus verò è contra, num. 28.*

29 *Laudum, si quis legisset, verisimiliter non approbasset, stantibus pluribus erroribus in eius præiudicium.*

30 *Laudi subscriptio, operatur vt dictum laudum, quamuis nullum, valeat in vim pacti.*

31 *Laudi consensus antequam feratur, non est purus, sed conditionalis, scilicet si fuerit æquum, & iustum.*

32 *Laudum, vt valeat in vim pacti, requiritur consensus simultaneus.*

33 *contra Laudum, quod ex partium emologatione solum valet in vim pacti, competunt omnes exceptiones, quæ aduersus pacta, & transactiones competunt.*

DECISIO CCLXXXII.

ARBITRI electi pro terminandis differentijs inter Io. Antonium, & Iosephum de Cantuccijs super hæreditatibus Iosephi senioris, & Marcelli etiam de Cantuccijs in laudo desuper lato, elegerunt vigore facultatis compromissi peritos, seu æstimatores ad effectum diuidendi, & æstimandi bona hæreditaria prout in effectu æstimatores sic electi diuiserunt, & æstimarunt, vt in quodam eorum prætensio laudo, de cuius executione agitur, quod cum Io. Antonius prętenderet fuisse à Iosepho emologatum, & staret in hoc difficultas, dubitaui die 15. Martij, anni præteriti, an constaret de emologatione, fuit affirmatiuè resolutum ex eo, quod Ioseph à tempore scientiæ laudi, nedum non appellauit intra terminum iuris, & spontè dimisit Io. Antonio quædam bona stabilia, & clau-
es tradidit; vnde resultat † tacita emologatio ad *l. Paul.* 1
respondit, ff. rem. rat. hab. Lancell. *de attent. appell. pend. par. 2. 1. 12. lim. 50. num. 110.* Paul. de Castr. *cons. 116. nu. 3. ad fin. lib. 1.* Sed etiam laudo se subscripsit cum promis-
sione iurata obseruandi omnia in eo contenta, † quæ sub- 2
scriptio importat expressam emologationem, *l. ne in arbitris, §. si autem,* vbi Bald. *nu. 12. vers. alterius,* & Aret. *in*
princ. C. de arbitr. & tandem dicebatur † in omnem ca- 3
sum laudum vt supra subscriptum, & approbatum valere in vim pacti, *Glos. in l. 2.* & ibi *DD. C. comm. vtri. iud.* Socc. *cons. 85. in princ. lib. 1.* & Rota *decis. 588. num. 1. par. 2. recent. cum alijs in d. decis. coram me latius deductis.*

Sed reproposita hodie causa super eisdem Domini præsertim ex nouiter datis recesserunt à decisis, & firmarunt non constare de valida emologatione; præcipua resolutionis ratio fundata fuit in nullitatibus laudi, quæ non consistunt, (vt prætendebatur) in quibusdam erroribus cir-
ca † factum per arbitros commissis, qui potius pertinent 4
ad iniustitiam, & læsionem ad *l. cum prolatis cum ibi not. ff. de re iud.* Bart. *in l. 1. de error. calcul.* cum enim non fuerit
erratum in calculo, sed solum in eo † quod computata 5
fuerunt quædam non computanda, intrat distinctio text. *in l. 1. §. item si calculi, ff. quæ sent. sin. appell.* sed stant in eo, quod æstimatores in dicto laudo reseruarunt sibi facultatem diuidendi, & æstimandi bona, & credita quædam, ac Io. Antonio præfixerunt terminum duorum annorum ad probandum in hæreditatibus Iosephi senioris alia bona remansisse, quas reseruationes cum arbitrium vicem obtinerent, Alexand. *cons. 54. num. 3. lib. 2* Couar. *variar.*
res. cap. 13. num. 3. vers. tertia conclus. de † iure sine par- 6
tium consensu facere non potuerunt, sed tenebantur omnia simul, vnicoque laudo diuidere, & æstimare, *l. dicere 23. & l. non distinguemus, §. quæsitum de recept. arbitr. addit. ad glos. in l. quid tamen vers. separatim* vbi Bart. *num. 3. ff. eod.* Mantic. *decis. 299.* & Rota *decis. 315. num. 17. vers. quod est etiam par. 1. recent.*

Prætereà, & multo magis in eo alio quod æstimatores transgressi fuerunt potestatem eis datam per arbitros, qui virtute compromissi eos elegerunt pro executione, & obseruantia laudi prius per eos promulgati, non autem vt illud subuerterent, & immutarent, ei-
que derogarent, & clarum est, quod si † arbitri exce- 7
dant, aut extendant compromissi formam, seu potestatem eis attributam, laudum est nullum, *d. l. non distinguemus, §. de officio, & d. l. quid tamen, §. fin. l. si cum dies, §. si intra, & l. quia arbiter. & ibi glos. ff. de arbitr. c. cum dilectus extra eod. tit.* Ias. *in l. si super possessione, num. 3. C. de transact.* Bald. *cons. 309. numer. 3. lib. 1.* Cels. Vg. *cons. 51. numer. 30.* Menoch. *consil. 381. numer. 11. lib. 4.* Viu. *decis. 473. num. 7. & seqq. par. 3.* Vinc. de Franc. *decis. 354. nu. 4.* & Rota *decis. 540. num. 6. par. 1. recent.*

Quod autem æstimatores excesserint, ex facto clarè patet in primis, dum derogarunt capitibus primi laudi suo laudo contrarijs, ibi, *approuiamo la transattione, & concordia* (idest d. primum laudum, quod appellant concordiam) *nelle parti però non contrarie, & repugnanti al presente nostro lodo, nelle quali dichiaramo, & vogliamo, che il presente à quella preuagli in ogni modo migliore, &c.* cui concordiæ, seu laudo derogarunt, dum laudarunt testamentum Marcelli quod bona cuiusdam primogenituræ in eo erectæ, cum tamen in dicto primo laudo, seu concordia fuisset expressè cautum bona sita in locis Miraldoli, & Monteroni non comprehendi in
primogenitura in præiudicium Iosephi, ex † qua de- 8
rogatione resultat manifesta nullitas ex defectu potestatis *d. l. dicere, §. vnde videa. vrit cum alijs supra allegat.*

Rursus excesserunt imponentes partibus silentium super ijs, quæ sibi non reseruatunt valentes laudum vim habere generalis quietationis quoad non reseruata, & in

laudo

9 laudo † expressa, quod arbitri facere non possunt, aliàs
laudum est nullum per *text. in l. 3. §. contrarium, ff. de contr.*
act. tut. quem ad hoc in puncto allegant Rom. *conf. 155. n. 5.*
Corn. *conf. 140 nu. 2. lib. 4* Soccin. *conf. 133. nu. 5. lib. 2.*
Cels. Vg. *vbi sup. nu. 3.* Lanfranc. de Orian. *in tract. de ar-*
bitr. q. 9. n. 17. par. 5.
Tandem fuit in eo patenter excessum, quia cum Ioan.
Antonius per dictum primum laudum iam habuisset do-
mum iuxta Portam Sancti Angeli, & situm cuiusdam
apothecæ pro omni eo, quod prætendere poterat super
quodam serici negocio Iosephi senioris, nihilominus
æstimatores in calculo eiusdem hæreditatis, quem in
suo laudo fecerunt, computarunt etiam dictum nego-
cium pro augenda legitima eidem Io. Antonio debita ex
persona Vincentiæ eiusdem Iosephi filiæ; vnde pariter
contrauenerunt prædicto laudo arbitrorum, iuxta quod
prædictum negocium non poterat legitimam augere,
10 quia † quoad illam non erat amplius in consideratione
habendum, ex quo erat iam penes ipsum Io Antonium,
mediante æquiualenti bonorum assignatione in dicto pri-
mo laudo, vt supra facta, vnde fuit etiam ex hoc capite
laudum nullum ex dicto §. *vnde viden.* & alijs, de quibus
supra, adeo vt nihil releuet, si dicatur domum, & si-
tum apothecæ prædicta fuisse in dicto primo laudo Ioanni
Antonio assignata pro portione lucri, quod ex dicto
negocio serici prouenerat post mortem Iosephi tantum:
æstimatores aut in calculo posuisse solum capitale, &
lucrum, quæ erant in hæreditate tempore mortis dicti
Iosephi, & sic quid diuersum ab eo, pro quo Io. Antonio
fuerat facta dicta assignatio: Quandoquidem hæc di-
stinctio est contra verba clara primi laudi, seu concordiæ,
ibi, *Gio: Antonio debba far quietantia generalissima, spe-*
ciale, specialissima di tutto quello potesse pretendere nella
11 *bottega della seta &c.* quæ verba † tam generalia, ampla,
& geminata non admittunt dictionem ad *l. regula, §. fin.*
ff. de iur. & fact. ignor. Surd. *decis. 217. num. 9.* Sed com-
prehendunt omnem, & quamcumque causam, ex qua
Ioan. Antonius vndecumque, & qualitercumque posset
12 in dicto † negotio quicquam prætendere *ad text. in leg.*
Iulianus *in princip. ff. de legat. 3.* Oldrad. *consil. 322. nu.*
6. latè Crauett. *conf. 294. per tot. &* Rot. *decis. 76. num. 3.*
par. 2. recent. & apud Reuerendiss. D. meum Decanum dec.
94. num. 3.
Ex quibus non obstat tacita emologatio prætensa ex
13 omissione appellationis, quia vltra quod stante † laudi
nullitate, vt supra non fuit appellatione opus *l. si con-*
stat ff. de appellat. l. prima, §. si quis, ff. quand. appel. sit,
& l. prima ff. quæ sentent. appell. rescind. Felin. *in cap.*
14 *super litteris, num. 15. de rescr.* laudum sit † nullum vt-
cumque à partibus emologatum nunquam valet in vim
laudi, nec rei iudicatæ auctoritatem habere potest, vt
probat *text. optim. in cap. examinata de confirm. vtil. quem*
ad hoc alleg. Bald. *in tit. de pac. const. in glos. in vers. senten-*
tia quoque collat. 10. vbi rationem assignat in vsib. feud.
Rom. *d. conf. 155.* Ang. *conf. 199.* Dec. *conf. 475. num. 31.*
& seqq. Codex *fabr. lib. 2. tit. 38. de arbitr. diffin. prima,*
15 quod procedit etiamsi † adsit compromissum, laudatur
tamen aliquid extra compromissum (vt in casu nostro)
quod postea à partibus emologatur, Corsett. *singul. 19. ver-*
bo arbitr. Rom. *conf. 175.* Paris. *conf. 89. num. 54. & 55. lib.*
1. Bertett. *conf. 46. num. 8. &* Bart. *decis. Bonon. 112. nu. 1.*
cum seqq.
Minus obstat alia tacita emologatio deducta ex dimis-
sione stabilium, & traditione clauium, tunc quia proce-
dit eadem responsio, ex rationis identitate, tum etiam
quia huiusmodi actus non fuerunt præcisè facti in execu-
tionem laudi æstimatorum, quia hodie docetur fuisse in-
differenter factos, & potuisse fieri etiam ex alia causa
videlicet in executionem testamenti Marcelli, vel primi
laudi, seu concordiæ, in qua fuit expressè dictum, vt Io-
seph iunior teneretur consignare Io. Antonio medietatem
bonorum, quæ q. Ludouicus habuit, ex dicto testamen-
16 to, ex actibus † autem æquiuocis non est inferen. ad lau-
di emologationem in præiudicium Iosephi, qui eos fecit
ad l. non hoc, C. vnd. cog. Rom. *conf. 343. num. 9.* Aym.
conf. 216. num. 9. & Rot. *decis. 329. num. 2. par. 1. diu.*
& in terminis ratificationis idem Aym *conf. 197. num. 12.*
Gabr. *conf. 36. num. 57. lib. 1. & conf. 180. num. 17. lib. 2.*
Surd. *conf. 328. num 24. lib. 3. & decis. 221. num. 3. &*
Rota *dec. 349. n. 10. par. 1. diuers.*
Non obstat etiam expressa illa emologatio deducta
ex subscriptione, quia fuit responsum primò, idem quod
supra, quod laudum † nullum nec expressè emologari po- 17
test, vt valeat in vim laudi ex Bald. Angel. Rom. *& alijs*
supra cit. secundò laudum fuisse subscriptum ante publi-
cationem, & planum † esse, laudum, antequam fera- 18
tur, emologari non posse, quin nihilominus læsio
possit prætendi ad impediendam laudi executionem,
Bart. *in l. si societatem, §. arbitrorum num. 30. ff. pro soc.* &
in his terminis Bald. post Din. *in l. fin. q. 12. C. de contrah.*
empt Cels. Vg *d. conf. 51. num. 6.* Bursatt. *conf. 432. num.*
28. & est communiter receptum, etiam quod emologa-
tio, vt hic fuerit iurata, † quia iuramentum sicut, & 19
simplex promissio de stando laudo habet in se tacitam con-
ditionem, si æquum & iustum fuerit arbitratum, argu-
mento *text. in l. si libertus ita, ff. de oper. libert. & l. fin. C.*
de non num. pec. c. quinta Vallis, vbi communiter Doct. *de*
iur. Bart. *in d. §. arbitrorum nu. 30. & 31.* Alex *conf. 131.*
col. 5. lib. 2. Thob. Non *conf. 68 num. 15.* Guidop. *q. 519.*
Boer. *decis. 284. num. 18.* & latè Ioseph. Ludou. *decis. Lu-*
cen. 27. enormis † autem læsio in præsenti iuxta commu- 20
nem ferè omnium resolutionem sufficit in sexta parte
quantitatis controuersæ, Bart. *in d. §. arbitrorum,* Ful-
gos. *conf. 50.* Dec. *conf. 39. num. 7.* Soc. Iun *conf. 16. n.*
12. lib. 1. & quandoque † in minori, vel maiori arbi- 21
trio Iudicis Menoch. *de arbitr. cas. 73. &* Ioseph. Ludou.
vbi sup. nu. 33.
Quod autem hic sit læsio in sexta parte, aut aliàs arbi-
trio Iudicis sufficiens ad effectum, de quo agitur, visum
fuit Dominis probari ex facti circumstantijs supradictis,
& ex erroribus per arbitros commissis in euidens Iosephi
præiudicium, † qui probantur eo ipso, quod constat rem 22
aliter se habere, quàm illi laudarunt ad *l. de ætate, §. vlt.*
ff. de interrog. act. & l. si post diuisionem, C. de iur. & fact.
ignor. & ibi Ias. Crauet. *conf. 157. num. 8.* Cephal. *conf.*
526. num. 2. vol. 4. & certè res aliter se habet in multis,
primò quoad negocium serici, quod vt dictum est nulla-
tenus computari debuit, secundò in computando fru-
ctus dictæ legitimæ non solum habita ratione bonorum
stabilium, quæ sui natura sunt fructifera, verum etiam
mobilium, quæ fructus non reddunt, tertiò, quia com-
putarunt ratam bonorum stabilium debitam Io. Anto-
nio in hæreditate Marcelli per obitum dicti Ludouici sine
filijs in scutis 3520. quæ tamen vt benè per Iosephum osten-
sum fuit, solum debuit computari in scutis 2500. quartò
dum fuit computata rata bonorum mobilium, & quo-
rundam iocalium debita eidem Io. Antonio ex causa eius-
dem hæreditatis Marcelli in scutis 350. quæ tamen non
debuit computari nisi in scutis 247. & vltimo, quia com-
putarunt in portione Iosephi integrum valorem domus
iuxta Portam S. Susannæ, & tamen sola illius medietas
erat computan. cum alia medietas longe antea fuisset eui-
cta per Camillam Lancellotam, vt ex sententia, & posses-
sione inde sequuta.
Vnde non obstat, quod † laudum expressè emologatum 23
præsertim cum iuramento amplius corrigi non possit, ex
regula, quod semel *de reg. iur. in 6. & in puncto* Bald.
conf. 126. num 2. lib 4. Magon. *decis. Lucen. 59. num. 19.*
nec rescindi † nisi probata enormissima læsione, & sic 24
vltra dimidiam Dec. *conf. 60.* quem refert, & sequitur
Marant. *de ord. iud. 4 p. distinct. 14. nu. 8. &* Bomb. *conf.*
3. num. 8. Oldrad. *conf. 165.* Calder. *conf. 2. num 3. tit. de*
arbitr. Corn *conf. 140. num. 5.* Rota *decis. 588. p. 2 recent.*
quia hoc est verum, quando laudum emologatur, post-
quam est iam latum, & publicatum, & sic postquam partes
habent scientiam de contentis in eo, in quo casu loquun-
tur dicti DD. Nos autem versamur in longe diuersis ter-
minis, nempè in approbatione ante publicationem, &
sic non habita scientia contentorum in laudo, quæ
propterea vti facta sub confidentia discretionis arbi-
trorum, aut ad captandum eorum beneuolentiam ha-
bet † illam tacitam conditionem, si laudum fuerit æquum, 25
& iustum, *ex* Dec. *d. conf. 60. & 475. &* Ioseph. Ludou.
vbi sup.
Neque obstat si dicatur nos versari in approbatione scri-
pturæ laudi iam concepti, & formati, & cui nihil post
subscriptionem potuit addi, aut detrahi † subscribens au- 26
tem alicui scripturæ censetur habere notitiam omnium
contentorum in ea Bart. *in l. sicut. §. non videtur in primo*
not. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. sol. Castr. *conf. 216. nu.*
2. lib. 1 Gabr *in tit. de præsumpt. conclus. 3. num. 29.* & Rota
apud Greg. XV. *decis. 328. num. 1. cum alijs in d. decis.*

in hac causa coram me facta adductis, & quod ratificans
27 laudum † antequam feratur, teneatur omninò illi stare,
si approbationis tempore habeat notitiam de contentis in
eo, dixit Bald. *in d. fin. num. 43. & hoc credo verum, C. de contrab. empt.* nam vltra quod prædicta non procedunt, quando sobscribitur laudum nullum ad effectum,
vt valeat in vim laudi per supradicta, vlterius responde-
28 tur procedere in dubio, non autem † quando (vt in casu
nostro) subscriptio probatur facta, non lecta scriptura
laudi, & non habita notitia de contentis in ea, *l. fin. C. plus val. quod agit, & l. 2. C. de reg. al. non alien.* Innoc. *in cap. 2. de fid. instrum.* Felin. *in cap. quoniam contra num. 48. lib. 5. de probat.* Castr. *in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, vbi* Ias. *nu. 12. vers. secunda limita*, & ibi communiter DD. *ff. de verb. oblig. idem* Ias. *in l. emptor. §. Lucius, num. 4 ff. de pact.* & in puncto Barz. *in d. decis. Bononien. 112. n. 11.*

Quod autem Ioseph se sobscripserit non lecta scriptura laudi, & contentorum in ea habita scientia, & sic sub confidentia, & conditione prædictis, immò, & deceptus, credens firmare laudum validum, visum fuit sufficienter probari ex testibus desuper examinatis, quibus Domini eo magis fidem adhibuerunt stantibus tot erroribus in præiudicium Iosephi, necnon excessibus arbitro-
29 rum contra facultatem eis datam, quos si legisset, † verisimiliter non approbasset, vnde intrare videtur *doctr.* Bart. *in l. prima, §. si quis neget. num. 11. vers. quæro quid si instrumentum, ff. quemadmedum testam. aper. &* Castr. *in d. cons. 216. num. 3. vers. ex quibus patet, lib.* 1. & tandem in dubio ita præsumendum est, ex quo subscriptio præcessit publicationem Barz. *vbi sup.* 12. *vers. at in casu isto.*

Non etiam releuat si dicatur, quod saltim subscriptio
30 operetur, vt dictum laudum † quamuis nullum valeat
in vim pacti ex *alleg. in d. decis. coram me in fin.* quia procederet, si fuisset subscriptum laudum iam latum, non autem antequam feratur, quia tunc non adest consensus
31 purus, † sed conditionalis, quatenus laudum sit iustum,
& æquum, vt suprà in specie Dec. *in d. cons. 475. num. 28.* & cessat penitus difficultas, quia hic probatur subscriptiones fuisse à partibus factas separatim, & in diuersis locis, & sic consensum non fuisse simultaneum, & tamen con-
32 sensus debet esse † simultaneus, vt laudum valeat in
vim pacti, Natt. *cons. 95. num. 3.* Gabr. *d. cons. 36. num. 57. lib. 1.* Surd. *cons. 136. num. 56. & decis. 53. num.* 21. & fuit firmatum in *decis. in hac causa facta super remissoria 31. Martij 1622. coram bon. me. Vbaldo.* Tandem etiam quod laudum valeret in vim pacti, non haberet paratam
33 executionem, de qua principaliter quæritur, quia †
contra laudum, quod ex partium emologatione solum valet in vim pacti, competunt omnes exceptiones, & remedia, quæ aduersus pacta, & transactiones, itaut sit procedendum via ordinaria, Angel. *consil.* 198. Dec. *d. consil. 475. numer.* 36. Paris. Berret. & Barz. *vbi sup.* Caccialup. *in tract. de transact. in 3. quæst. in fin.* Surd. *dec. 130. nu. 15.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

* Est decisio 155. supra in hac parte.

Et infra adest alia decisio in eadem causa sub die 22. Aprilis 1630. coram bo. me. Reuerendiss. Coccino, est decisio 369. Et in 2. parte habetur altera sub die 3. Nouemb. 1632. coram eodem Coccino; est decisio 159. Et in 3. parte adsunt aliæ, vt annotaui ad decisionem 301. quæ est in eadem causa.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana nullitatis obligationis.

Die Veneris 11. Maij 1629.

ARGVMENTVM.

Contractus celebratus cum filiofam. qui publicè pro tali reputabatur, & vnà cum patre habitabat, nullius est roboris. Item etiam ex quibus coniecturis contractus præsumatur simulatus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 152. damnat contractus filiorum famil. non obstante quouis iuramento, & obligatione.*

2 *Statuta Vrb. cum sint confirmata à Papa possunt annullare iuramenta.*

3 *Actione nulla quis conueniri potest pro pecunijs, quarum in ludis de iure vetitis iacturam fecerat.*

4 *Actio non solum denegatur ex contractu facto in ludo illicito, sed & amissa pecunia repeti potest.*

5 *Pecuniæ numeratio probatur per solam confessionem de recepto.*

6 *Filius, inuerisimile est, quod indiguerit, vel breui tempore consumpserit magnam, & notabilem summam pecuniarum, dum eidem domi à patre omnia necessaria suppeditabantur.*

7 *Testes reddentes plenissimam causam sui dicti, certum est, quod probant.*

8 *Contractus fuisse simulatus arguitur ex pactis insolitis, & non consuetudo more agendi.*

9 *Societate officij propter pecuniarum discrimen, quod ex mutuo periculo hinc inde incurritur, nonnisi ad sex menses contrahuntur.*

10 *Simulatio etiam arguitur, quando partes plus æquo solicitæ fuerunt sibi prospicere.*

11 *Simulatio præsumitur, quando quis nimis remittit, & segnius rem agit, quàm decet.*

12 *Simulatio benè arguitur ex nimia facilitate tàm concedendi, quàm credendi personis, in quibus, & mores, & regionis instituta, satis contrarium suadere poterant.*

13 *Probationis difficultas vbi adest, tunc duæ etiam leuiores coniecturæ sufficiunt.*

DECISIO CCLXXXIII.

NVLLITAS obligationis D. Tiberij Nari, cuius causa fuerat à D. Ioan. Antonio eius patre in Rota commissa, satis visa fuit Dominis hodie concludi, cum ex testibus examinatis idem D. Ioan. Antonius docuerit Tiberium filium, & pro filiofam. publicè habitum, & secum vnà habitare. Intrabat † enim dispositio statuti 1
Vrbis cap. 152. damnantis eorumdem filiorum contractus, non obstante quouis iuramento & obligatione, & eiusdem statuti validitas propter confirmationem Apostoli-
cam controuerti † non poterat, vt sæpiùs fuit decisum *par.* 2
1. diuers. decis. 452. num. 1. decis. 527 num. 1. par. 2. recent. apud Ludouis. *decis. 182. & inter impressas post tract. de saluiano decis. 250. nu. 9.*

De contractuum præterea qualitate etiam Domini dubitarunt, cum obligationes omnes D. Tiberij visæ fuerint habere causam à ludo alearum, & taxillorum, in quibus dum victus à socijs, ne perderet, vt sæpè fit, quotidie perdere non cessabat, eo magis intrabat nullitas obligationis, quòd nedum probaretur, pecunias, pro quibus se obligauerat, ipsum non percepisse, (sicut considerat statutum, licet adhuc satis non putet ad obligationis
validitatem) sed pro pecunijs, † quarum in ludis de iure 3
vetitis iacturam fecerat, nulla actione conueniri posset, *l. fi. C. de relig. & sumpt. funer. l. solent, l. quibus, ff. de aleæ lusu, & aleat.* Gl. *in cap. clerici, vbi etiam* Abb. *num. 52. & 16. de vit. & honest. cleric.* Paris. de Put. *in tract. de lud. num. 15. & 21.* Caccialup. *eod. tract. num. 33. & seq.* Præsertim cum & idem tanquam filiusfam. liberam pecuniæ administrationem non haberet, & pecunia, quam amiserat, dici non posset ratione summæ contemnenda;
quibus casibus indistinctè admittunt Doctores denegari † 4
non solum actionem ex contractu facto in ludo, verum, & pecuniam amissam, repeti posse, vt præter relatos voluerunt, Florian. *in l. final. §. si seruus num. 9. de aleæ lus. & aleat.* Viuius *com. opin. quæst. 468 num.* 19. Capra *reg. 86. num.* 59. Farinac. *de var. & diuers. crim. q. 109. numer.* 217. Rot. *in Roman. pecuniaria 15. Martij 1602. coram Card.*

Card. Ludon. decis. 47. & in Cæsenaten. pecuniaria 28. Iunij 1627. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.

Hanc autem fuisse causam obligationis non solum visum fuit Dominis probari ex testibus, qui deponebant Tiberium ludorum huiusmodi studio perditum præsenti pecunia, quàm in ludo non exponebat socijs satisfacere non potuisset, sed ex pluribus etiam coniecturis apertissimè concludi, cum fuerint initæ plures officiorum societates cum iisdem personis, à quibus ipse Tiberius in ludo
5 vincebatur, † & nonnisi per solam confessionem de recepto probaretur realis numeratio pecuniæ, & cum effectu, Roland. *cons. 47. num. 30. vol. 3.* Mascard. *de probat. concl. 815 nu. 11. & 20.* Farinac. *de falsit. & simulat. quæst. 162. nu. 187. & 189.*

Et ad hoc considerarunt Domini ingentem æris alieni quantitatem scutorum octomillium, & vltra, quam solius anni spatio Tiberius contraxit, satis enim visum fuit inuerisimile, vt hac summa vel indiguerit, vel tam breui tempore consumpserit, dum eidem domi à patre om-
6 nia † quæ viui esse poterant, suppeditabantur, vt arguunt in proposito, Crauet. *cons. 156. numer. 9.* Decian. *cons. 62. num. 72. & 79. vol. 3.* Magon. *decis. Lucen. 25. num. 7.* Dec *cons. 94. num. 2.* Rota *in Romana pecuniaria 5. Maij 1627. coram R. P. D. meo Dunozetto.* Et omnia necessitatis, aut indigentiæ causa, imò quælibet sordis suspicio, quæ patris seni, & parco fortè obijci posset, excluderetur: dum æquè, ac fratrem, quem natu maiorem etiam domi habebat, & cuius huiusmodi rerum egestas nulla proponebatur à parentibus tractatum Tiberium
7 iidem testes deponebant. Non enim † reuocari poterat in dubium probatio, quæ ex eorum attestatione sequebatur, postquam & domi eidem D. Io. Antonio inseruierant, & plenissimam reddebant sui dicti causam, *l. solum, C. de testib. §. licet, & ibi gl. in verb solam auth. de testib. l. cum bi, §. vult igitur, ff. de transact.* Speculat. *de testibus, §. 1. nu. 60. & seqq.*
8 Ex pactis etiam insolitis, † & non consueto more agendi, licebat & hanc simulationem deprehendere, cum nullis datis fideiussoribus ingentem pecuniam Tiberius in societatem officiorum acceperit, imò fuerit idem ab aliquibus peculiari ac diuersa apoca promissum, fore vt nonnisi post patris mortem, vel fors ab eo repeteretur, vel etiam fructus exigerentur. Hinc enim apparebat, quàm fuerint contrahentes de hac Tiberij obligatione solliciti, imò quanti hoc suum creditum fecerint contra quam huiusmodi officiorum societatibus fieri contingat, quæ pro-
9 pter pecuniarum † discrimen, quod ex mutuo periculo hinc inde incurritur, nonnisi ad sex menses contrahi vt plurimum solent, & in quibus fructus anticipate soluuntur, & plurium fideiussorum cautionem, imò & pigno-
10 ris sat notum est, & quandoque requiri, & hanc † coniecturam, quæ ex pactis insolitis simulationem arguit, considerant Doctores tàm si partes plus æquo sollicitas cautius sibi voluisse prospicere appareat, *l. si quis sub condit. ff. de condit. instit.* Ias. *in l. testamentum, num. 3. & 4. C. de testam. & cons. 170. num. 1. lib. 2.* Barbat. *consil. 1. numer. 34. vol. 1.* Surd. *cons. 327. num. 4.* Menoch. *de præsumpt. præsumpt. 122. num. 67.* Farinac. *de falsit. & simulat.*
11 *quæst 162. par. 4. num. 155. & 163.* Quam † etiam si nimis remisisse, & segnius rem agentes ostenderint, haud magni à se eam obligationem fieri, quàm aut titulum causæ prætendebant, aut quod ex ea minus iustè sibi deberetur, iure negligebant, Paris. *cons. 54. num. 70. & seqq. vol. 1.* Tiraq. *de retract. conuent. in præfat. nu. 32.* Afflict. *decis. 40. in fin.* Rot. *diuers. decis. 116. n. 5. par. 2. & in Imolen. pecuniaria 3. Iunij 1628. coram R. P. D. meo Virili, & in Romana pecuniaria 5. Maij 1627. coram D. meo Dunozetto.*

Et demum nimiam facilitatem tàm concedendi, quàm credendi filio familiæ hanc pecuniæ summam Domini
12 maximè suspectam habuerunt, † in ijs præsertim personis, in quibus, & mores, & regionis instituta satis contrarium suadere poterant, Alciat. *in l. si maior. Cod. de transact.* Bald. *cons. 311. vol. 5.* Cuman. *cons. 145. num 4.* Card. *cons. 71. num. 12.* Cassan. *ad consuetud. Burgund. rubr. 10. de retract. §. 12. in text. ibi, si frans est inuenta vers. decimus,* Et cum ex his omnibus probaretur causa simulandi tàm respectu Tiberij, qui se obligauerat, quam eorum, qui pecuniam dederant, de contractus, & obli-
13 gationis nullitate dubitari non poterat; cum propter † probationis difficultatem, & duæ etiam leuiores coniecturæ satis esse putentur, & maximum sit super hoc ipsius iudicis arbitrium, Aym. *cons. 156. num. 7.* Honded. *cons. 33. num. 53. lib. 2.* Becc. *cons. 52. num. 41. et seq.* Menoch. *de arbitr. cas. 247 et de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. nu. 7* Farinac. *de falsit. ex simulat. quæst. 162. num. 105. et 143.*

Et ita fuit informantibus Dominis de Naris coram me resolutum, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Romana locorum montium.

Die Lunæ 14. Maii 1629.

A R G V M E N T V M.

Manutentio cui concedatur, & ex quibus actibus, & causis. Et de effectu clausulæ constituti.

S V M M A R I V M.

1 *Clausula constituti operatur, vt possessio censeatur translata in constitutarium.*
2 *Clausula constituti transfert etiam possessionem in incorporalibus.*
3 *Constitutario datur manutentio.*
4 *Possessio acquiritur per exactionem.*
5 *Verba, à me spectanti, important dominium, & possessionem.*
6 *Demonstratiuè, & non limitatiuè verba in dubio interpretari debent.*
7 *Exactio tribuitur titulo præcedenti.*
8 *Actus præsumitur potius factus nomine proprio, quàm alieno.*
9 *Exactio vnica sufficit ad effectum manutentionis.*
10 *Prædo, & spoliator est manutenendus in sua possessione.*
11 *Possessio de facto sufficit ad effectum manutentionis.*
12 *Clausulæ constituti effectus, & possessionis subsecutæ per exactionem remanet illæsus sub dispositione iuris.*
13 *Decis. in causa Romana de Cincijs intellectus.*
14 *Manutentio datur possessori, qui non habuit se prospoliato ex sententia iniusta iudicis.*
15 *Possessor est citandus in sententia reintegratoria.*
16 *Possessor iniustus, & illicitus est citandus.*
17 *Sententia ex defectu citationis non substinetur, nec nocet non citato.*
18 *Sententia lata in contumaciam contra vxorem non nocet viro scienti litem.*

D E C I S I O CCLXXXIV.

VIRTVTE commissionis habentis clausulam cum facultate manutenendi, quem de iure disputato dubio, cui esset dandum mandatum de manutenendo &c. Renato Mareria dandum esse Domini resoluerunt, nam de eius possessione tempore motæ litis constat: Primò ex eo, quod Martia vxor ei ista septuaginta sex loca montium dedit in dotem cum æstimatione scut. 109. pro quolibet loco, cum clausula constituti, per † quam in Rena- 1
tum maritum fuit translata possessio, quam Martia vxor habebat, *l. quod meo, l. interdum, ff. de acquirend. possess.* Tiraqu. *de iure constit. par. 1. num. 2. & 4.* Rota *decis. 551. num. 4. part. 2. recent.* Greg. XV. *decis. 437. num. 1. et seq.* & in puncto in incorporalibus, † & locis montium, quod 2
clausula constituti transferat eamdem possessionem, Rot. *decis. 764. nu. 2. recent.* Bart. *in d. l. quod meo num. 6. & 7.* vbi Alex *nu. 2.* Corn. *num 8. in fin.* constitutario † autem 3
dari manutentionem, tradit Faber. *in §. retinendæ, nu. 7. instit. de interdict.* Rot. *decis. 299. nu. 1. post* Pacific. de Sal.

ut apud

& apud Pic. *decis.* 153. *num.* 4. *apud* Addent. ad Greg. *d. dec.* 457. *n.* 6.

Secundò, quia Renatus post cessionem locorum mon-
4 tium in dotem mediantibus † pluribus ordinibus exegit,
per quam exactionem acquisiuit possessionem, Bart. *in l. penult. ff. de condit. instit.* Soccin. Sen. *cons.* 31. *num.* 2. *lib.* 1. Dec. *cons.* 400. *nu.* 3. Rota *decis.* 691. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* & consequenter ei danda est manutentio, *§. retinen. instit. de interdict.*

Non obstat, quod ordines dicant: *Luoghi cantunti sotto nome della Signora Martia*, & quietantiæ dicant: *per la*
5 *Signora Martia*, quia duo ordines subdunt: † *à me spettanti*, quæ verba important dominium, & possessionem,
Rebuff. *in l. verbum illud pertinere, vers. ita sicut, & vers. & sic verba spectare, ff. de verb. signific.* Felin. *in rubr. de rescript. num.* 7. *vers. hoc autem limitatur*, & consequenter Renatus ob supradicta verba: *à me spettanti*, faciebat ordines, & exigebat illis median. vti Dominus, & possessor, & in quietantijs dicitur: *con ordine del Signor Renato*: & ideò in executionem ordinum habentium supradicta verba *à me spettanti*, quare supradicta verba tàm quietantiæ, quàm ordinum fuerunt apposita demonstratiuè ad hoc, vt cum adhuc litteræ patentes remanerent sub nomine Martiæ, sciretur, quod erant illamet loca Mon-
6 tium sibi data † in dotem ab vxore, & ad ipsum Renatum
pertinentia, Aymon. *cons.* 301. *num.* 5. Natt. *cons.* 34. *nu.* 5. & 6 Greg. *decis.* 516. *num.* 8. cum enim præcesserit titulus
7 dotis, exactio † attribuitur titulo præcedenti, *l. quædam*
mulier, ff. de rei vendicat. l. 2. *C. de acquirend. possess. l. marito, ff. pro socio*, Dec. *cons.* 618. *nu.* 2. Gregor. *decis.* 307.
8 *num.* 11. & dicitur † facta nomine proprio, non vxoris, *l.*
Titium, l. magis ff. de solut. Rot. *decis.* 364. *num.* 6. *part.* 1. *in recent.* Afflict. *decis.* 360 *num.* 7. Greg. *decis.* 472. *num.* 4. & sat est exactiones cessisse ad vtilitatem ipsius Renati, qui fructus locorum Montium vti ad ipsum spectantium exigi mandauit, Rota *d. decis.* 764. *num.* 3. *vers. non obstat etiam par* 2. *in recent.* atque etiam expressit: *Li farò boni alli nostri conti.*

9 Ad effectum † autem manutentionis sufficit etiam voi-
ca exactio, Rip. *in cap. cum Ecclesia Sutrina num.* 52. *& 53. de caus. possess. & propriet.* Bald. *cons.* 251. *per tot. lib.*
10 5. Roman. *cons.* 311. *num.* 7. & etiam prædo, & † spolia-
tor est manutenen. Menoch. *de retin. remed. vlt. num.* 18. Rot. *decis.* 641. *num.* 8. *p.* 1. *diuers. & decis* 661. *num.* 2. *p.*
11 1. *in recent.* & sufficit possessio si de facto, eum manuten-
tio detur etiam ad statum, Greg. *decis.* 569. *num.* 3. *vbi addea. nu.* 6. Rot *diuers. decis.* 641. *num.* 8. *par* 2 *& fuit dictam in Romana officiorum Plumbi* 4. *Iulij* 1601. *coram bo. me. Card. Pamph.*

Nec subsistit, quod possessio non fuerit translata in vim constituti, nec potuerit acquiri sine mutatione nominis in patentibus facienda per Secretarium, quia reformatio Pauli Quinti hoc non disponit, sed præscribit solum formam admittendi huiusmodi resignationes, ideò effectus
12 clausulæ Constituti, † & possessionis subsequutæ per exa-
ctionem remanet illæsus sub dispositione iuris, Rot. *d. dec.* 764. *par.* 2. *recent.*

Decisiones verò *in Romana de Cinciis* 15. *Decembr.* 1623.
13 *& prima Iulii* 1624. *coram R. P. D meo Pirouano* non † di-
cunt, quod ad effectum acquirendi possessionem necessaria sit renouatio patentium cum mutatione nominis, sed solum firmant, quod ex descriptione Secretarij & exactione fructuum probatur possessio, quod est quid diuersum, & quod huiusmodi renouatio ad effectum possessionis, & manutentionis non requiritur, satis probatur ex supra dicta *decis.* 704. *num.* 2. *&* 3. *par* 2. *recent.*

Non obstat clausula apposita in patentibus de dando cautionem restituen prioribus, & euictionis ad contentamentum Principis Burghesij, quia sat est istam cautionem dare in actu exequutionis, quando mutantur patentes. Interim per clausulam Constituti, & actus possessorios fuit acquisita possessio manutenibilis per præallegata.

Tandem non obstat, quod in vim sententiæ D. Thesaurarij hæredes Robetti Primi fuerint reintegrati, & descripti in litteris patentibus, fructusque exegerint, ideò ipsis auctore prætore possidentibus dandum fuisset mandatum de manutenendo, quia supradicta conclusio procederet si Thesaurarius iustè, & rectè processisset, sed cum nulliter ex defectu citationis Renati possessoris de-
derit reintegrationem, sat est, † quod Renatus non ha- 14
buerit se pro spoliato ad effectum, vt illi sit dandum mandatum de manutenendo, Rot. *decis.* 802. *num.* 7. *&* 8. *part.* 1. *diuers.* Put. *decis.* 409. *in fin. lib.* 2. *in correct.* Seraph. *decis.* 1041. *num.* 3. Gregor. *decis.* 458. *num.* 1. Rot. *decis.* 664. *n.* 1. *p.* 1. *&* 630. *n.* 1. *in fin par.* 2. *recent.* Bald. *cons.* 135. *nu.* 2. *lib.* 2.

Quod autem Renatus † possessor esset citandus in sen- 15
tentia reintegratoria, *est text. in c. licet Episcopus*, *vbi glos. in verb. vacuto de præbend. in* 6. Felin. *in cap. dudum num.* 24 *de rescript.* Rot. *dict decis.* 802. *num.* 8. *par.* 1. *diuers.* Mantic. *decis.* 194 *num.* 3. *& decis.* 309. *num.* 4 &
quod † iniustè, & illicitè possessor sit citandus, Ruin. 16
cons. 17. *num.* 3. *lib.* 5. Gabr. *de citat. conclus.* 1. *num.* 69. & ignorantia, quod Renatus esset possessor, & propterea
eum non citauerit, non † sustinet sententiam, nec 17
illa præiudicat non citato, Gabr. *de citat. d. conclus.* 1. *num.* 70. Ruin. *cons.* 62. *numer.* 24. *lib.* 5. Alexand. *cons.* 5. *num.* 2. *lib.* 2. Soccin. Sen. *cons.* 13. *numer.* 5. *lib.* 4.

Non obstat, quod maritus sciret litem fieri cum vxore,
quia cum vxor nullam fecerit defensionem sententia † la- 18
ta in contumaciam contra vxorem non nocet viro scienti, licet Bart *in l. cum fil famil. num* 4. *in fin. ff. de verb. oblig. addit. ad* Bart. *in l. sæpe num.* 1. *ff. de re iudic.* Roman. *cons.* 327. *num.* 10. Alex. *cons.* 84 *nu* 4 *&* 11. *lib.* 3. Marsil. *singul.* 4 Boer. *decis.* 79. *num.* 4. præsertim cum maritus fuerit in alijs actibus citatus, ideò credebat, quod ad sententiam quoque citaretur, & sic deficit eius patientia requisita, vt scientia præiudicet *d. l. sæpe ff. de re iud. et ibi glos.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Florentina Iurispatron. de Iaofigliazzis.

Die Lunæ 14. *Maij* 1629.

ARGVMENTVM.

Præsentati à diuersis patronis, qui habent partem in iurepatronatus, quis eorum veniat instituendus. Quasi possessio præsentandi qualiter acquiratur. Iurispatronatus natura, quæ sit.

SVMMARIVM.

1 *Præsentato à maiori parte Patronorum existentium in quasi possessione præsentandi debetur institutio*
2 *In quasi possessione præsentandi quis ex vnica præsentatione constituitur.*
3 *Ordinarij gratificatio, quando plures sunt præsentati, quo casu cesset, & nu.* 6.
4 *Gratia Apostolica est subreptitia, stante in ea clausula, dummodo non sit alteri ius, &c. quando fuerit alteri iam ius quæsitum.*
5 *In actis ea, quæ non sunt, attendenda non veniunt.*
7 *Patroni, qui in iurepatronatus constituunt minorem partem, pro nihilo reputantur.*
8 *Patroni Laici habent tempus quadrimestre de iure ad præsentandum.*
9 *Iuspatronatus de iure est indiuiduum, & totum est penes singulos, & non attenditur maior numerus in abstracto, sed solum maior numerus eorum, qui realiter præsentant.*
10 *Iuspatronatus, quando est gentilitium competit in cupita.*
11 *Iuspatronatus, quando est turbidum, cuius conditionis sit, tunc attenditur vltimus status.*

DE-

DECISIO CCLXXXV.

CVM ad Parrochiales SS. Mariæ, & Andreæ vnitas,
quæ de Iurepatronatus laicorum esse dicuntur, Ma-
rius de Doctis, & Stephanus Bonsantes à diuersis Patro-
nis fuerint præsentati, dubitaui hodie in Rota, quis eo-
rum sit instituendus, & fuit ad fauorem Marij resolutum,
1 quia † cum ille fuerit præsentatus à maiori parte Patrono-
rum existentium io quasi possessione præsentandi, ei de-
betur institutio *cap. ex frequentibus, & ibi glos. de instit.*
c. consultationibus de iurepat. glos. in c. quoniam, vers. qui
maioribus, eod. tit. Ferret. *cons. 23. na. 4. lib. 1.* Mant. *decis.*
86. n. 4. & Rot. *dec. 202. n. 1. par. 2. recent. & in Lunen. Sar-*
zanen. beneficij 31. Maii 1627. coram me.

Quod autem Marius habeat maiorem partem Patro-
norum existentium in quasi possessione, est clarum, quia
fuit præseotatus à Vincentio Iunfigliaccio, qui pro medie-
tate, & à Ludouico, qui pro sua portione, quam asseruit
habere in alia medietate, præsentauerant Carolum, pro
cuius obitu hoc beneficium vacauit, ex qua præsentatio-
2 ne † constituti fuerunt in quasi possessione præsentandi
respectiuè modo prædicto iuxta *reg. text. in d. cap. consul-*
tationibus de iurepatr. Achill. *decis. 5. de iurepatr.* etiam
quod sit vnica præsentatio, Rip. *in c. cum Ecclesia Sutrina*
de caus. poss. & propr. Rom. *cons. 311. num. 7.* Federic. de
Sen. *cons. 234.* Oldrad. *cons. 312. col. 2.* Dec. *cons. 117. num.*
2. vers. quod autem quasi possessia, Rot. *decis. 49. de rescr.*
in antiq. & decis. 17. num. 1. par. 2. diuers. & alibi sæpius,
Vnde cum Stephanus fuerit præsentatus a solo Horatio,
qoi vt constat ex dicta vltima præsentatione de Carolo fa-
cta, solum est in quasi possessione præsentandi pro sua
portione, quam habet in prædicta alia medietate, insti-
tutio, vt dictum est, debetur Mario, & propterea grati-
3 ficatio Stephano † facta ab Ordinario Florentino fuit
nulla *glos. in c. si plures, verb. auferri, vers. sed si pauci,*
16. quæst. 7. Innoc. *in cap. 1. num. 2. eod. tit.* Dec. *cons. 129.*
num. 2. Lambert. *lib. 2. par. 3. q. 5. art. 1.* prout etiam gra-
4 tia Apostolica † eidem, vt prætendebatur facta fuit sub-
reptitia, stante clausula dummodo non sit alteri ius, &c.
quod hic fuisse Mario quæsitum est indubitatum ex præ-
sentatione à maiori parte, Card. Seraph. *decis. 1238.* Rot.
decis. 726. num. 3. par. 2. recent. necnon stante narratiua
præsentationis à medietate, Rota *decis. 568. num. 1. &*
decis. 625. num. 2. part. 2. recent. quæ clausula, & narra-
tiua verisimiliter adsunt in litteris dictæ gratiæ, & in om-
5 nem casum cum litteræ † non siot in actis, non sunt pro
nunc attendendæ.

Non obstat, quòd Horatius præsentauerit Stephanum
etiam vti Procurator alterius Vincentij, necnon Nicolai,
Lucæ, Francisci, Petri, Philippi, & Alexandri, qui
vnà cum eo habent præfatam aliam dimidiam Iurispatro-
natus, & sunt pariter in quasi possessione ex dicta Caroli
6 præsentatione effectum sortita, & ideò Stephano † po-
tuisse Ordinarium Florentinum gratificari vti præsentato
à medietate Patronorum, ex quo Ludouicus, & Gious
7 eorum Compatroni in eadem dimidia vti constituentes †
minorem partem pro nihilo reputaotur, Rocch. *de iure-*
patr. verb. ipse, vel is à quo, num. 7. Garz. *de benef. par. 5.*
c. 9. num. 225. Cassad. *decis. 2. de iurepatr.* Rot. *decis. 443.*
num. 4. par. 2. recent. & addea. ad Greg. XV. *decis. 452.*
num. 23. quia fuit benè responsum non esse verùm, quòd
Stephanus fuerit præsentatus ab omnibus supradictis
Compatronis in dicta medietate, sed ab Horatio dum-
taxat, cum enim non constiterit de mandato, aut de ra-
8 tificatione prædictorum intra quadrimestre Patronis †
laicis ad præsentandum à iure præfinitum præsentatio per
Horatium eorum nomine facta non attenditut Lap. *alleg.*
22. Rocch. *vbi sup. verb. honorificum quæst. 5. na. 26.* Lam-
bertin. *de iurepatr. lib. 2. part. 2. quæst. 1. art. at. num. 5.*
Put. *decis. 311. num. 2. lib. 3. in correct.* Rot. *decis. 443. nu.*
3. part. 2. recent. & addeat. ad Greg. XV. *decis. 177. num.*
9 *7.* De iure autem cum iuspatronatus sit indiuiduum, † &
totum sit penes singulos, non attenditur maior numerus
Patronorum in abstracto, sed solum maior numerus eo-
rum, qui realiter præsentant Ioan. Andr. *in cap. 3. verb.*
plurimorum, et ibi Abb. *num. 13. de iurepatr.* Dec. *cons.*
127. in fin. vers. in ista materia Lambertin. *vbi supr. lib. 1.*
par. 3. art. 2. quæst. 4. per tot. Gonz. *in reg. 8. glos. 45. n. 69.*
Garz. *de benef. par. 5. cap. 5. num. 47.* Rot. apud Reueren-
dissim. Dom. meum Decanum *decis. 212. numer. 4. et in*
Compostellana Parrochialis 15. Martii 1627. coram bo-
na memor. Patriarcha Manzanedo.

Minus obstat, quòd prætendatur hoc Iuspatronatus † 10
esse gentilitium, & sic competere in capita, quia ad hoc
probandum solum afferuntur quædam præsentationes,
quæ prætendontur retrofactæ in capita, quæ tamen hoc
non concludunt, quinimo in earum vna fit hæredum men-
tio, vnde stante hac turbiditate attendi † debet in præsen- 11
ti prædictus vltimus status, *ex d. c. consultationibus, et*
aliis sup. alleg. Et in omnem casum etiam quod esset gen-
tilitium, Marius iuxta supradicta esset præsentatus à ma-
iori parte Patronorum, Stephanus autem à minori nem-
pe a solo Horatio, &c.

Et ita decisum vtraque, &c.

Adest infra alia decisio in eadem causa sub die 17. Apri- ¶
lis 1629. coram eodem; est decisio 377.

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO DECANO.

Bononien. Fideicommissi de Desiderijs.

Lunæ 14. Maij 1629.

ARGVMENTVM.

Filij quando censentur acquisiuisse bona ex proprijs pecunijs, & non ex paternis.

SVMMARIVM.

1 *Bona præsumantur esse possideatis.*

2 *Bona filiorum præsumantur ab eis acquisita data eorum industria.*

3 *Solutio in dubio præsumitur facta ex proprijs pecunijs soluentis.*

4 *Filiorum industria data, censeatur eius bona ab eis acquisita, nisi incontinenti, vel nullo dato interuallo proportionato post mortem Patris filij acquisiuisseat.*

5 *Temporis notabilis distantia post mortem patris de per se inducit præsumptionem, quod filii potuerint acquirere bona ex bonis propriis.*

6 *Filii, quando sunt industriosi, tunc non exigitur illa temporis longa diutarnitas post mortem patris, quod præsumantar acquisiuisse ex bonis propriis.*

7 *Filii, quod acquisiuerint bona ex pecuniis paternis, ista præsumptio cessat, etiam patre viuente, & filiis eam eo administrantibus, quoties occurrit filiorum industria.*

8 *Et hoc multo facilius admittitur post mortem patris.*

9 *Bona semel alienata amplius non cadunt sub fideicommisso.*

10 *Paria sunt aliquid non habuisse effectum, vel non fuisse factum.*

11 *Bona fideicommisso subiecta, eo expirato, euadunt libera.*

12 *Bona vinculata fideicommisso, quando remanent libera, possunt liberè alienari.*

DECISIO CCLXXXVI.

ABSOLVTA disputatione * super possessione tornaturarum 122. circiter posita in Villa Bagnarolæ, placuit reassumere disputationem super possessione posita io Communi Medicinæ, & alia in Communi Podij, seu Castri S. Petri, super quibus fuit iam propositum dubium 20. Decembris præteriti, & non resolutum, hodie autem Domini responderunt etiam super istis possessionibus dandam esse immissionem Domini Stephano. Quia de fideicommisso, & illius purificatione constat ex decisionibus iam in hac causa emanatis, & quod hæc prædia possessa fuerint à Hieronymo fideicommittente, iam fuit firmatum sub die 5. Martij 1627. *

Nec obstare visum fuit hæc bona præsumi prouenisse a Ioan-

a Ioanne seniore Patre Hieronymi fideicommittentis,
1 quoniam immò præsumptio est, quod bona sint possiden-
tis, *l. ob maritorum, vbi glos. in verb. occupatæ C. ne vxor*
pro marit. Socc. Iun. *cons.* 135. *numer.* 15. *lib.* 2. *& fuit di-*
ctum in Romana legatorum de columna 20. *Decembris* 1615.
coram bon. mem. Card. Sacrato, præsertim data industria
2 † Hieronymi, & fratrum, quo casu validior efficitur præ-
sumptio, quod ab ipsis acquisita fuerunt, *glos. in l. cum*
oportet in verbo ex eius substantia, C. de bon. quæ liber.
Roland. *cons.* 90. *num.* 9. 12 *&* 23. *lib.* 2. Becc. *cons.* 113 *n.*
9. *lib.* 1. Surd. *cons.* 305. *nu.* 6 *lib.* 4. cum alijs relatis in vtra-
que ex postremis decisionibus.

Sed cessat difficultas, qui datur instrumentum acqui-
sitionis factæ de dictis prædijs a d. Hieronymo, & eius
fratribus de anno 1508. post obitum Ioannis senioris pa-
tris, nec euitari potest hoc motiuum eo, quòd stante vi-
cinitate temporis nempe triennio à morte Ioannis, præ-
sumatur acquisitionem fuisse factam ex pecunijs eiusdem
Ioannis patris: quoniam asseritur in instrumento acqui-
sitionis, emptionem fieri ex proprijs communibus fra-
3 trum pecunijs, prout in dubio † soluto censetur fa-
cta ex pecunijs soluentis *l. & magis, ff. de solut. l. cum*
pecuniam, ff. de negoc. gest. Dec. *consil.* 651. *numer.* 3.
Becc. *d. consil.* 113. *numer.* 27. Modern. Brixien. *de sub-*
stit. quæst. 627 *numer.* 35. *& seqq.* Rota *decis.* 220. *numer.*
4. *par.* 1. *&* 460 *numer.* 3. *par.* 2. *recent.* & præsumptio
4 illa, quæ innititur industria filiorum, de per se sola vi-
detur sufficere, nisi in continenti, vel nullo dato inter-
uallo proportionato post patris mortem, filij acquisiuis-
sent, vt videtur innuere *glos. in d. l. cum oportet in verb.*
ex eius substantia, vers. hoc præsumi, vbi nullam vim fa-
cit super temporis distantia, & conferunt tradita ibi per
Bald. *numer.* 11. *vers. ex qualitate bonorum*, Alex. *consil.*
171. *num.* 5. *vers.* 2. *Respondeo lib.* 6. Menoch. *lib.* 3. *præ-*
sumpt. 50. *num.* 3 & certè notabilis distantia temporis de
5 per se inducit præsumptionem, † quòd potuerint acqui-
ri ex bonis proprijs, nempe ob parsimoniam, donatio-
nem, & alio modo, atqu etiam itidem sula industria
personæ in mercatura, vel alijs muneribus, cum aliquo
congruo temporis spatio, prout videtur triennium, po-
test de per se inducere præsumptionem acquisitionis, &
sic data industria personæ non videtur exigenda illa tem-
6 poris longa diuturnitas, † quæ deficiente industria, ne-
cessaria esset, prout etiam clarius comprobatur, quo-
niam si præsumptio acquisitionis ex pecunijs paternis
7 cessat † etiam patre viuente, & filijs simul cum eo ad-
ministrantibus, quoties concurrit ipsorum filiorum in-
dustria, quemadmodum firmauit Ruin. *consil.* 23. *sub*
numer. 37. *vers. sed contrarium, & vers. quod est verum*
lib. 5. Rolan. *cons.* 90. *numer.* 30. *ad fin. lib.* 2. Becc. *d. con-*
sil. 113. *numer.* 9. *vers vbi ait hoc procedere lib.* 1. Surd. *d.*
cons. 305. *sub numer.* 7. *vers id, quod procedit*, ergo tan-
8 to facilius † post secutam patris mortem, & dato ali-
quo congruo tempore, vt pariter arguunt Ruin. *d. cons.*
23. *sub numer.* 37. *vers. ac si etiam lib.* 5. Becc. *d. cons.* 113.
sub num. 9. *vers. & quod magi, lib.* 1. *&* Surd. *cons.* 305. *nu.*
6. *ante fin. vers. aliud ergo est, & decis.* 339. *num.* 14. *in fin.*
vers. & si prædicta.

Nec obstat id, quod in alia disputatione sub die 20.
Decembris præteriti difficultatem ingessit Dominis,
quod nempe hæc prædia data fuerint insolutum pro resti-
tutione dotis Lucretiæ Lignanæ vxoris Ioannis iunioris,
& pro qua Hieronymus Socer se obligauerat, & ideò
9 † tanquam semel alienata amplius non cadant sub fi-
deicommisso Hieronymo, licet alia via postea perue-
nissent ad filios, & successores eiusdem Hieronymi,
quoniam hodie dantur instrumenta, in quibus apparet
dationem insolutum non fuisse sortitam effectum, &
Lucretiæ ex alijs bonis satisfactam fuisse, & signanter ex
pretio partis cuiusdam domus magnæ ad Ioannem iunio-
rem eius virum spectantis, & ex alijs pecunijs, prout in
10 instrumento filij eiusdem promiserant, & † paria sunt
huiusmodi dationem insolutum non fuisse factam vel non
habuisse effectum iuxta *not. per* Bald. *in l. vnica post princ.*
C. de nad. iur. Quinet Ias. *in l. reconuncti num.* 108. *ff. de*
leg. 3. Surd. *cons.* 3. *num* 29. *cum seqq & cons.* 373. *num.*
25. *& cons.* 385. *num.* 24. Mant. *de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.*
4. *nu.* 8

Nec obstat, quod hæc domus magna fuerit in bonis
Ioannis senioris primi fideicommittentis, & sic cum fue-
rit alienata à filijs Ioannis iunioris, saltem hæc aliena-

tio veniat reintegranda in tot alijs bonis eiusdem Hie-
ronymi: quoniam licet à principio Hieronymus vnà
cum Ioanne iuniore filio se obligauerit pro restitutione
dotis vxoris eiusdem Ioannis iunioris, attamen verè
hoc erat debitum eiusdem Ioannis iunioris; & ideò
dictus Hieronymus pater in testamento mandauit
huiusmodi dotem separari à patrimonio, & Ioan-
nes, ac alij fratres filij eiusdem Hieronymi senioris
executioni demandarunt hoc præceptum paternum,
immo Hieronymus iunior filius eiusdem Ioannis iu-
nioris, simulque Hector, & Aldraghettus in inuen-
tario hanc dotem retulerunt in debitum Ioannis iu-
nioris, & meritò quia ipse Ioannes iunior habuit dotem
suæ vxoris, & Hieronymus pater (vt dictum est) man-
dauit separari à patrimonio, bona autem Ioannis se-
nioris fideicommisso subiecta, euaserunt † libera, & 11
expirauit fideicommissum in persona Ioannis iunio-
ris, *vt in hac causa firmatum fuit sub die* 2. *Iunij* 1628.
coram me; Et consequenter pro extinguendo hoc debito
Ioannis iunioris, Hieronymus iunior, & alij eiusdem
filij potuerunt alienare partem huius domus, † quæ am- 12
plius fideicommisso Ioannis senioris, non erat vincula-
ta, sed libera remanserat in hæreditate Ioannis iunioris
l. cum pater §. libertis in fin. ff de leg. 2. Surd. *consil.* 284.
num. 19. *& cons.* 305. *num.* 53. Rot *decis.* 203. *num.* 1.
part. 2. *recent.* & sic de tempore istius assignationis factæ
per Hieronymum iuniorem, & fratres non extabat ali-
quod fideicommissum Ioannis senioris, quod veniat re-
integrandum, & præsumitur etiam Ioannem iuniorem
satisfactum remansisse ex bonis, seu pecunijs hæreditatis
Hieronymi senioris, quatenus in aliquo creditor fuisset,
maximè dato tam diuturno tempore, & quod amplius
est, nec ipse Ioannes iunior, nec eius filij aliquid vnquam
petierunt.

Quæ dicuntur de duabus domibus, & sex apothe-
cis subrogatis loco illius domus magnæ, non sunt præsen-
tis inspectionis, & poterunt deduci cum de illarum immis-
sione agetur.

Quoad detractionem legitimæ Domini transiuerunt
cum responsione iam data in hac causa 20. Decembris præ-
teriti, & 7. Maij currentis.

Et ita vtraque parte informante conclusum fuit pro
Immissione etiam quoad possessiones Medicinæ, &
Podij.

* Idest sub die 20 Decembris 1628 & 14. Martij 1629.
& 7. Maij eiusdem anni; sunt supra decisiones 226.
258. & 279.

* Est decisio 42. pariter supra, & plures alias decisiones
in hac causa supra ad decisionem 226.

R. P. D. QVEIPO.

Trolana Pensionis.

Die Lunæ 14. *Maii* 1629.

ARGVMENTVM.

Pensionarius quando pensione possit pri-
uari.

SVMMARIVM.

1 *Pensionario denegari non potest manutentio, & quo casu procedat.*
2 *Pensionario, ad hoc vt detur manutentio, non est necesse, vt ostendat literas expeditas, sed sufficit constare de reseruatione pensionis saltem per supplicationem.*
3 *Pensionarius, si in possessione exigendi non existat, & pensio sit conditionalis, tunc implementum conditionis probare debet.*
4 *Dispositio suspenditur per conditionem, vt non sortiatur effectum conditione pendente.*
5 *Pensionis literæ sunt omnino iustificandæ.*
6 *Verba à parte in gratiæ impetratione narrata debent ab ea iustificari.*
7 *Conditio tacita perindè dispositionem conditionalem reddit, & eius effectum suspendit, ac si esse tacita.*

8 *Quod procedit etiam in vltimis voluntatibus, nisi quoad effectum traasmissionis.*

9 *Conditio quando inducitur, & colligitur ex verbis dispositiuis, dicitur expressa.*

10 *Probatio plena requiritur pro iustificatione gratiæ, vbi agitur de probaado valore affirmatiuè per ascensum expresso in gratia peasionit.*

11 *Verba, vt asseris, expressam conditionem inducunt.*

12 *Beneficia Ecclesiastica sine diminutione debent conferri.*

13 *Altari, qui seruit, de altari viuere debet.*

14 *Possessio, quæ est contra ius, & imponit seruitutem beneficijs, non releuat ab onere probandi.*

15 *Præsumptio iuris traosfert onus probandi in aduersarium.*

16 *Gratiæ iustificatio ex tempore non præsumitur, oisi spatio 30. aanorum.*

17 *Resignatario noa licet, retento beneficio resignato, super quo peasio fuit reseruata, de nullitate peasionis excipere.*

18 *Regressus, vel reintegratio ad beneficium alicui non competit, si numquam ab illo fuit obtentum, vel amissum.*

DECISIO CCLXXXVII.

PROPOSITA causa in petitorio super pensione centum ducatorum reseruata per fel. rec. Paulum V. ad fauorem D. Matthæi Moranzani super fructibus simplicis beneficij S. Stephani Terræ Foggiæ Troianæ Diœc. Dominis visum fuit, Pensionem oon deberi; Nam licet in possessorio siue contra eum, qui pensioni consenserat,
1 † siue contra successorem oon consentientem agatur, constito de litteris reseruatorijs, & de quasi possessione exigendi pensionem absque discrimine puræ, vel conditionalis reseruationis mandatum de manutenendo soleat, & debeat relaxari, ex traditis a Paris. *de resign. benef. lib. 6. quæst. 2. num. 65.* Gabr. *cons.* 180. Rot. *decis. 310. num. 30. part. 1. diuers.* & latè prosequitur Garz. *de*
2 *benef. 1. par. cap. 5. ex num. 442.* & non esse † necessarium iu prædicto casu ostendere litteras expeditas, sed sufficere constare de reseruatione pensionis saltem per supplicationem docet Garz. *vbi supra num. 454. cum seq.* hoc modo contrarias senteorias ad concordiam reducens. Si
3 vero actor in possessione exigendi † oon existat, & pensio sit conditionalis, quamuis iudicium sit possessorium, & agatur contra eum, qui reseruationi consenserat, implementum conditioni probare debet, ex Cassad. *decis. 10. num. 6. de rescript.* Gig. *de pens. quæst. 85. num. 10.* Grat. *discept. for. cap. 113. num. 74.* Cardio. Seraph. *decis. 1017.*
4 Garz. *vbi sup. num. 464.* quia per conditionem † suspenditur dispositio, vt non sortiatur effectum conditione pendente, *l. conditionalis 54 ff. de verb. sign. §. ex conditionali instit. de verb. oblig. l. grege 13. §. si sub conditione, ibi cum nihil interim debeat. ff. de pig. l. cedere diem 213. vers. vbi sub condit. ff. de verb. sign. l. sub conditione 16 ff. de cond. indeb. l. si quis reram 5. §. idem* Iuliaous *in fin. ff. de liber. legat.*
5 Sed in petitorio contra eum, † qui pensioni noo consensit intentato actorem reseruationem pensionis pure, vel sub conditione concessam iustificare debere, *post* Cassad. & Aot. August. *fuit à Rota resolutum coram fel. rec.* Greg. XV. *decis. 57. num. 1. & coram* Put. *decis. 247. lib. 1.* quod etiam notarunt Gig. *de pens. q. 47. &* Garz. *vbi sup. ex nu. 456.* quæ doctrina iu reseruatione conditionali sine controuersia recepta est *ex* Seraph. *d. decis. 1017. & decis. 1122.* Rota *decis. 547. nu. 3. & 4. par. 1. recent.* propter rationem supra traditam.

Et quamuis in nostro casu non adsint in reseruatione verba per modum conditionis expressa, induci tamen videtur ex illis: *Et ad ducentos similes annuatim, vt etiam*
6 *asseris, ascendentibus, &c.* Nam cum sint † verba à parte in gratiæ impetratione narrata, debent ab ea iustificari *propter reg. tex. in cap. 2. ibi, & huiusmodi litteris intelligenda est hæc conditio etiam si non apponatur, si pre-*
7 *ces veritate nitantor, de rescript.* & conditio † tacita perinde dispositionem conditionalem reddit, & eius effectum suspendit, ac expresso *l. cum qois 38. in princip. ff. de solut. l. vlt. ff. qui satisd. cog. vbi notat gløs. verb non videtur, l. si ex falsis C. de transact.* etiam in † vltimis vo- 8
luntatibus, nisi quoad effectum transmissionis, *l. cum illud aut illud 25. §. hæres meus in fi. ff. quand. dies l. ced.* vt docent Bar. & Castr. *in l. conditiones 98. ff. de cond. & demonstr.* Cuiac. *lib. 18. q. Papin. in d. §. hæres meus*, quando ex verbis dispositionis † conditio inducitur, & colligitur, di- 9
citur expressa, & trausmissionem legarorum impedit, *secundum tex. in l. quod pure, ff. quand. dies leg. ced.* & colligitur *ex tex. in d. l. conditiones ibi, extrinsecus non ex testamento venientes*, ibi expresse notarunt Bart. & Castr. *l. Gallus, §. quidam rectè, ibi qui ex verbis concipi possit, ff. de lib. & posth.* vbi notarunt Bar. *& reliqui* DD. † Ideò 10
quod requiratur plena probatio pro iustificatione gratiæ, vbi agitur de probando valore affirmatiuè per ascensum expressio in gratia pensionis, teouit Rot. *decis. 444. num. 1. par. 2. rec. & decis. 268. part. 1. diuers. & apud* Verall. *decis. 330. par. 3.* & Mohed. *decis. 148. aliàs 3. de testib. & cum aliis* Garz. *de benef. part. 1. cap. 5. ex num. 476.* quia iuxta doctrioam Felin. *in cap. ad aures num. 10. de rescript.* quando assertio valoris beneficij per ascensum, vt in casu nostro, ad secundam personam refertur veluti, *vt asseris*, conditionem inducit, & ex eius defectu gratia corruit, quia illa verba, † *vt asseris*, expressam conditio- 11
nem inducuot, *vt tenuit* Rot. *decis 6. num. 1. & 2. de præb. in antiq. & post* Calder. *tenet* Felin. *vbi sup. in d. num. 10. in fin.*

Maximè cum actori obstet iuris communis præsumptio, † tum quia beneficia ecclesiastica sine diminutione 12
debent conferri, *c. 1. & tot. tit. vt eccles. benef. sin. dimin. confer.* tum quia beneficiato alimenta congruè debent reseruari. Nam qui altari † seruit, de altari viuere de- 13
bet, *ex* Diuo Paulo ad Corinth. *cap. 9.* & quia quælibet res libera præsumitur, *l. sicut 8 §. Aristo. ff. si seruit. vindic. l. fluminum 24 §. vlt. l. Proculus, 26. ff. de dam. infect. l. 1. §. denique ff. de aq. plu. arc. l. cum eo 9. ff. de seru. vrb. præd. l. altius C. de seru. et aq. Lio re mand 21. C. mand.* Ideò possessionem, † quæ est contra ius, & imponit ser- 14
uitutem beneficio, ac eius primæuo statui repugnat, non releuare ob onere probandi, *post* Bart. *et alios* latè tradit Ant. Rub. *in l. naturaliter, §. nihil commune ex num. 289. ff. de acquir. poss. et tradit* Cæs. de Grass. *decis. 8. num. 12. de sent. et re iud.* quia † iuris præsumptio onus probandi 15
transfert in aduersarium, *vt post* Bald. *et alios tenet* Menoch. *lib. 1. de præsumpt. q. 4. ex nu. 3. per text. in l. si quis, 6 ff. de iudic.* & Couar. *lib. 2. var. capit. 6. num. 1. per text. in l. licet imperator. ff. de leg. 1. l. ab ea ff. de probat. l. si extraneus vbi* Alber & Fulgos. *ff. de condit. caus. dat. cap. quia verisimile, de præsumpt.* & latè prosequitur *idem* Menoch. *d. lib. 1. q. 33.* Neque ad hoc † onere pro- 16
bationis actorem exonerandum esse, nisi ex transcursu triginta annorum, docet *text. in l. omnes, l. sicut C. de præscrip. 30. vel 40. ann.* Rota *coram* Greg. XV. *d. dec. 57. nu. 5.* & fuit resolutum *in Burgen pensionis 16. Decemb. 1596. coram bo. me.* Penia, *et in decis. 534. p. 1. diuers. et docent* Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 23.* Paris. *cons. 105. nu. 13. lib. 4. et cum aliis* Garz. *vbi supra d. cap. 5. num. 4. 2.*

Non obstat Resignatario † non licere retento benefi- 17
cio resignato, super quo pensio fuit reseruata de nullitate pensionis excipere, ex Mantic *decis. 183. num. 1.* Crescent. *decis. 17. de rescrip.* Rota *decis. 131. par. 1. recent.* quia non versamur io casu prædictæ doctrinæ, cum beneficium Sancti Stephaoi nunquam fuerit à Matthæo Moranzano possessum, neque resignatum: nam ipse præposituram dumtaxat Oppidi Caousiæ resignauit ad fauorem Fœlicis, de cuius consensu octuaginta ducati super dicta præposituro, & centum super fructibus dicti beneficij ab eo obtenti reseruati fuerunt, Ideò Matthæo non † potest competere regressus, nec reinte- 18
gratio ad beneficium nunquam ab eo obtentum, vel amissum, & *ex reg. tex. in l. decem, ff. de verbor. oblig. & ibi* Bart. *& DD.*

Et ita &c. vtraque, &c.

R.P.D.

R. P. D. VEROSPIO.

Florentina Canonicatus.

Die Lunæ 14. Maij 1629.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus, quando sumus in dubio, an potius censeatur hæreditarium, quàm gentilitium. In iurepatronatus gentilitio qualiter succedatur. Iuspatronatus de sui natura transit ad quoscumque hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus in dubio potius præsumitur hæreditarium, quàm gentilitium.*
2 *Nisi constaret de probatione in contrarium.*
3 *Factum quodlibet præsumitur ad causam præcedentem factum.*
4 *In iurepatronatus gentilitio succeditur in capita, & non licet constituere, seu diuidere portiones, seu ratas.*
5 *Iuspatronatus de sui natura transit ad quoscunque hæredes, etiam extraneos.*
6 *Possessio non potest inuesti sine scientia illius, qui est in possessione.*
7 *Enunciatiuæ Papæ non antiquæ, nec motu proprio emanatæ, non præiudicant.*
8 *Verba censentur potius posita ad demonstrandum, & declarandum, quàm ad taxandum.*
9 *Iurispatronatus gentilitij exercitium dumtaxat spectat ad proximiorem testatoris.*
10 *In testamento solus ordo dilectionis, & charitatis, non autem necessitatis considerari potest.*
11 *Iurispatronatus status non potest immutari ex assertione Vicarij.*
12 *Patronus vnicus etiam dicitur, qui habet in præsentatione maiorem vocem coram, qui vocem constituunt.*
13 *Confessio super ijs, quæ iuris sunt, obesse non potest.*
14 *Facta, quando magis attendi debent, quàm verba.*
15 *Confessio vnius alteri non nocet.*

DECISIO CCLXXXIX.

IN disputatione aliàs coram bo mem. Buratto super hoc
Iurepatronatus inter Præsentatos instituta cum Do-
minis tunc visum fuerit illud probari siue mixtum, siue
gentilitium domus, & agnationis de Puccis, dixerunt
nullam esse præsentationem factam à D. Octauia Cappo-
na, quæ licet legataria Ruberti de Puccis non tamen habe-
bat aliam qualitatem agnationis, & sanguinis: verum
cum idem dubium super qualitate huius patronatus ad in-
stantiam eiusdem D. Octauiæ proposuerim, quæ se ad cau-
sam noua commissione obtinuit admitti: placuit Dominis
ex nouis probationibus recedere a decisis, cum & verè il-
lum concluderent hæreditarium, & plenissimè satisface-
rent obiectis, & fundamentis decisionis.
Et quidem cum primus huius patronatus Author pro-
baretur Laurentius Cardinalis de Puccis, & qui in eo suc-
cesserunt, ijdem fuerint, siue ipsius Cardinalis Lauren-
tij, siue hæredum hæredes, nedum inde sequebatur pro-
batio, quam pro statu hæreditario ex obseruantia de-
ducebant informantes, sed & licebat decisioni respon-
dere, cuius præcipuum fundamentum, imò a quo pen-
debant omnia, illud erat, quod huius patronatus ini-
tium ante Cardinalem Laurentium tribueret Antonio
1 eius patri, quæ satis profectò videri poterant † cum
eam iuris præsumptionem, quæ est pro statu hæredita-
rio, *clem. plures de iurep* Cald. *cons. 14. eod. tit.* Couar.
var. resolut. lib. 2. cap. 18. num 6. Card. Seraph. *decis. 456.*
num. 1. Rot *in recent. decis. 707. num 8. part 1.* Non nisi
2 contrarijs † probationibus liceret tollere, quæ plenis-
simè concluderent. Rot. *decis. 482. num. 7. part. 1. recent.*
& in Pistorien. beneficij 9. Februarij 1624. coram D. meo
Merlino.
Obseruantia non vno tantummodo, aut ratione dedu-
cebatur: cum enim Cardinalis Laurentius distributa in
tres partes hæreditate sibi hæredes ex vna instituerit An-
tonium, & Raphaelem ex Alexandro fratre nepotes, &
Io Paulum ex Francisco eiusdem Alexandri filio prone-
potem, ex altera parte Robertum fratrem, ac Innno-
ctum, & Pandulfum eiusdem Roberti filios, ex tertia
Puccium, & Laurentium ex Petro altero fratre nepotes,
videre erat non solum eosdem hæredes, siue mediatos,
siue immediatos Cardinalis semper præsentasse, sed etiam
ex declaratione, quam postea ijdem, quos nominaui,
fecerunt in præsentationibus, id ipsum licebat colligere,
cum expressè dum collationibus, & prouisionibus factis
de hoc patronatu consenserunt, professi fuerint † se id fa- 3
cere, vel pro suo iure, & interesse, vel proportione, &
rata, quæ ad quemque ipsorum spectaret, atque ita ex
titulo præambulo hæreditatis *l. 1. vbi scribent. C. de acqui-*
rend. possess. Aym. *cons. 106. numer. 10.* Surd *cons. 327.*
num. 12. Olasc *decis. pedem. 58. num. 18.* & ex portione,
ex qua hæredes erant, *l. sic pro rata 27. ff. de relig. &*
sumpt. feud. l. 4. ff. si pars hæred. pet. leg. Plautius 43.
ff. de cond. & demon. clem. 1. vbi glos. in verb hære-
des, Card. *num 6. in 6. quæst. de iurepatr.* Cum in iure-
patronatus gentilitio, quod in capita † successionem 4
defert non liceat constituere, siue diuidere portiones,
aut ratas, Rot. *decis. 251. num. 5. part. 2. recent. & in d.*
Pistorien. Parrochialis, 9. Febr. 1624. coram D. meo
Merlino.
Sed neque ab obseruantia dissidebat, quæ prima proba-
batur huius patronatus institutio, cum enim in Bulla
Leonis Decimi (ex qua primum apparebat hunc patro-
natum fuisse in familia de Puccis) sine reseruatione ali-
qua descendentium, aut familię legeretur, eundem fuis-
se Cardinalis Laurentij, & Fratrum, nihil erat, quod
illum, tanquam omninò liberum prohiberet, quomi-
nus † ex propria natura ad quoscumque hæredes etiam 5
extraneos transire posset, *cap. 1. de iurepatronat.* Roland.
cons. 47. num. 6 et. 35. lib. 1. Couar. *variar resol. lib. 2. cap.*
18. num. 6 Cassad. *decis. 1. de iurepatr.* Card. Seraph. *dec.*
364. nu. 3. et decis. 378. num. 1. & fuit decisum in simili
causa ad fauorem eiusdem D Octauię *in Floren. Subdec.*
10. Ianuarij, et 22. Maij præteriti coram Rea. Patre D. meo
Durnno.
Et ex his facile licebat omnibus respondere, quę ad
probationem qualitatis gentilitiæ expendit decisio, ne-
que enim quod hunc patronatum in concessionibus de eo
factis anno 1536. & 1537 Summus Pontifex asseruerit
esse descendentium Antonij, & familiæ de Puccis, vel
probaretur, nunquam egressum esse eandem familiam,
licebat arguere, † quod extra illa transilire non posset, 6
quia dum qui præsentarunt ex familia de Puccis, ij-
dem semper fuerunt hæredes, esset præterea proban. ad
fuisse extraneos, vel fœminas, & non fuisse admissas.
Calder. *cons. 12. & 15. in fin. de iurepatr.* Ferrett. *consil.*
132. num. 3. lib. 1. Rot. *coram Ludou. 452. num. 12. & in*
Monopolit hebdomadæ 11. Decemb. 1615 coram Illustriss.
D. meo Card. Verospio, & enunciatiuæ † præterquam 7
præiudicare non possunt, cum non sint antiquæ, nec
motu proprio emanauerint, Mohed. *decis 7 in fin. de pro-*
bat. Rot. *decis. 154 num. 5 part. 1. recent.* Non debent
etiam intelligi restrictiuè, & taxatiuè: sed quasi demon-
strarent eos, qui ex eadem † familia possidebant, & de 8
descendentibus ipsius Antonij, vt hæredibus. Card. Se-
raph *decis. 364. num. 3. et 4.* Rot. *decis 662. num. 3. part.*
1. diuers. et decis. 124. num. 5 part. 1. recent. et in Floren.
subdec. 20. Decembr. 1628. coram R. P. D meo Durnno,
nisi contrarium quoque probaretur, cum vt dicebam, non
sit ante Cardinalem Laurentium dare alium huius patro-
natus authorem.
Quod verò in hoc patronatu præsentauerint Pater, &
Filius, Patruus, & Nepos non inde sequebatur, vt in
capite præsentauerint, cum imò in iurepatronatus genti-
litio, cuius † exercitium habet dumtaxat proximior testa- 9
toris, nullo modo simul in præsentando conuenire potuis-
sent, *l. cum ita §. in fideiuss. ff. de leg. 2.* Bald. *cons. 1. n.*
8. lib. 3. Calder. *cons. 19. de iurepatr.* Gabr. *cons. 196.*
num. 3. et 4. lib. 2. Couar. *pract. quæst. c. 38. in fin.* Franc.
Marc. *decis. 1235. num. 4. part. 1.* Rot. *in Pientina iu-*

rispat. 10. *Iunii* 1602. *coram Lista*. Et ideò in collatione facta de ann. 1537. cum Ruberto Pandulphus eius filius, & cum Io. Paulo in præsentatione facta de anno 1548. Raphael Patruus concurrerunt, quod ex eadem portione, & voce instituti hæredes, simul quoque vocati censerentur
10 in testamento, in † quo solus ordo dilectionis, & charitatis, non autem necessitatis considerari poterat Doct. communiter in *l. Gallus* §. *quidam rectè*, *ff. de liber. & posth.* Clar. *in* § *test. q.* 80. Card. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 4. *tit.* 7. Card. Seraph. *decis.* 934. *nu.* 2.

Neque etiam in capita dici poterat factam fuisse præsentationem de anno 1510. ad fauorem Alexandri de Puccis, quem Vicarius instituit vti præsentatum à Ruberto, & Ascanio fratribus, & filijs Pandulphi tanquam
11 duobus ex patronis. Quia præterquam ex ea † assertione Vicarij immutari non potuit status patronatus, quem, & iura præsumebant, & præsentationes atque obseruantia probabant hæreditarium, *cap. cum de beneficio de præben. in* 6. Felin. *in cap. in nostra*, *num.* 41. *de rescript.* Calder. *cons.* 12. *de iurepat.* Rot. *decis.* 374. *num.* 8. & *decis.* 580. *num.* 7. *par.* 2. *recent.* Cum haberet præterea Ascanius integram partem tertiæ vocis, quam sibi Laurentius Puccio fratri superstes ex testamento transmiserat, recta apparet dinumeratio facta à Vicario, cum in Ruberto Ioannis Pauli, quem dixit præsentasse vti vnum ex patronis, deuenerit integra tertia pars vocis, ex qua Io. Paulus Pater, & Antonius, & Raphael patrui magni fuerat instituti, & Robertus, & Ascanius filij Pandulphi, quos duos ex patronis appellauit, reliquas duas voces possiderent. Ascanius vti hæres, vti dixi, Laurentij: Robertus ex persona Pandulphi patris, qui in eadem, & tertia parte Iannocto Fratri, & Roberto patrun successerat.

Quod verò idem Robertus Pandulphi filius in legato factu Octauiæ se dixerit vnicum patronorum. Neque ex hoc eliciebatur confessio Ruberti, quæ tanquam Authoris ipsi Octauiæ obesse posset, quasi ideò se dixerit vnicum patronum, quod in iurepatronatus gentilitio Lucretia, & Sybilla hæredes vnius vocis ex persona alterius Ruberti filij Io. Pauli tanquam fœminæ excluderentur. Quia cum præter suam Robertus Author Octauiæ, & filius Pandulphi etiam alteram vocem numeraret tanquam hæres Ascanij fratris, qui vt dictum est, successerat Laurentio, & Puccio integrè in tertia parte vnius
12 vocis, ideò † se vnicum patronum vocare potuit, vel quia in quacumque præsentatione vti possessor duarum vocum excluderet nominatos a Lucretia, & Sybilla, *cap.* 3. *et ibi glos. in verb. qui maioribus de iurepat.* Lambert. *eod. tract. lib.* 2. *p.* 2. *quæst.* 4. *art.* 7. Cassad. *decis.* 2. *eod. tit.* Rot. *decis.* 146. *num.* 4. *et decis.* 443. *num.* 5. *par.* 2. *recent.* Vel quia easdem & negaret hæredes patris, & crederet huic iuris renunciasse in transactione, quam super eadem hæreditate Roberti Patris fecerant de anno
13 1601. & tanquam confessio † super ijs, quæ iuris sunt verè obesse non potuit, *l. ornamentorum*, *ff. de aur. et arg. leg.* Roman. *cons.* 113. Aym. *cons.* 29. *numer.* 2. *et cons.* 157. *num.* 6. Surd. *cons.* 403. *num.* 77. Seraph. *de priuil. iuram cap.* 93. *num.* 9. Cum præsertim non simul congruerent, vt patronatum Robertus confessus fuerit gentilitium, eundemque legauerit Octauiæ extraneæ,
14 quo casu † magis factum, quàm verba attendi debent *l.* 1. *C. plus valere*, *quod agitur l. Paulus ff. rem rat. haber. l. reprehend. C. de instit. et substit.* Surd. *cons.* 371. *numer.* 65.

Minus nocere potest, quod Carduccius à D. Octauia præsentatus hunc patronatum dixerit nonnullorum ex familia de Puccis, licet enim propria confessione sibi præiudicare potuerit, vt voluit decisio, non tamen id obes-
15 se † debet, aut Ruberto, qui ipsum Carduccium præsentauit, aut Dominæ Octauiæ, quæ habet à Ruberto causam, de cuius iure hodie quæritur *l. si vnus*, *ff. de pact. leg. Seia*, *ff. ad Velleian.* Surd. *decis.* 218. Rot. *decis.* 277. *numer.* 7. *et decis.* 349. *numer.* 6. *part.* 2. *recent.* Et possunt huic assertioni etiam conuenire, quæ de enunciationibus Summi Pontificis dicta sunt in Florent. Subdecanatus, 20. Decembris 1628. coram Reuerend. Patre Domino meo Durano; Quæ similem Ordinarij assertionem in alio iurepatronatus eorundem de Puccis negauit in materia sui natura transitoria ad extraneos, intelligi posse taxatiuè ad exclusionem hæredum.

Ex quibus cum probationes decisionis pro qualitate gentilitia visæ fuerint Dominis vel sublatæ, vel certæ in dubium reuocari posse, satis eadem habuerunt, vt hoc iuspatronatus dici deberet potius hæreditarium.

Et ita, &c.

In eadem causa adsunt infra duæ aliæ decisiones sub die- ¶
bus 16. Ianuarij 1630. & 3. Iunij eiusdem anni coram eodem R. P. D. Verospio; sunt decisiones 336. & 384.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Romana Damnorum, & interesse.

Die Veneris 18. Maij 1629.

A R G V M E N T V M.

Foueam faciens in via publica, si quis in eam ceciderit, quando teneatur ad damna, & interesse, & quando non.

S V M M A R I V M.

1 *Foueam faciens tenetur actione legis Aquiliæ etiam pro leuissima culpa, ad reficienda damna ei, qui in foueam cecidit.*

2 *Hoc tamen non procedit, quando adhibetur solita diligentia, vel apponendo trabem, vel cooperiendo foueam.*

3 *Diligentia ex quibus probetur.*

4 *Foueam quis præuidere poterat ex terra, matonis, lapidibus, puteolana ibi circumpositis.*

5 *Casus fortasse culpæ alicui, non potest adscribi.*

6 *Testium dicta sunt adiuuanda, & ad concordiam reducenda.*

7 *Testes sufficit, quod concordent in substantia adhoc, vt probent.*

8 *Testium defectus de se exonerando suppletur per alios idoneos testes.*

9 *Testes famuli, & domestici admittuntur in materia nocturna.*

10 *Operam dans rei licitæ cum auctoritate superioris non tenetur ad damnum inde secutum.*

11 *Ad damnum, quis non tenetur, quando præter intentionem, & voluntatem eius accidit.*

12 *Ex culpa aliena quis non tenetur.*

13 *Ex culpa illius, quem quis præposuit officio, licet teneatur, tamen hoc non procedit in casu, in quo fuit electa persona vnius Magistri, cui à superiore fuit data licentia.*

14 *Negligentia, quando adfuit, quæ casui fortuito ascribi potest, excusat.*

D E C I S I O CCLXXXIX.

CVM Leo Benpesatus Hebræus causarum Iudæorum sollicitator prima hora noctis domum rediret, cecidit in quamdam foueam factam in via publica ante domum de Ascarellis Hebræis, eique crus fuit fractum, indeque remansit claudus & ideò prætendens, quòd Ascarelli tenerentur ad damna, dedi dubium, an constaret de tali culpa Hebræorum de Ascarellis, vt Leoni deberentur damna, & ad quam summam, & Domini ne-
gatiuè responderunt, quamuis enim foueam † faciens 2
teneatur actione legis Aquiliæ etiam pro leuissima culpa ad reficienda damna ei, qui in foueam cecidit, vt est præceptum Domini Exod. *c.* 21. *c.* 2. *vbi glos. de iniur. et damn. dat. l. qui foueas ff. ad l. Aquil.* Cepoll. *de seruit. Vrban. prædiorum c.* 80. *tit. de fouea col.* 2. *in fin. vers. si quis foueam* Molin. *Theolog. tit.* 2. *disp.* 697. *num.* 16. Menoch. *de arbitr. cas.* 122. tamen supradicta conclusio limitatur, quando adhibetur solita diligentia, vel apponendo trabem siue signum, vel cooperiendo foueam ita, vt

tran-

2 transeuntes verisimiliter considerare, ac præuidere † possint, quòd adsit fouea, & periculum in ea cadendi, nam si postea damnum eueniat, foueam faciens non tenetur *d. l. qui foueas*, *vbi* Bald. *ff. ad l. Aquil. d. c.* 2. *iniur. & damn. glos. in cap. licet nobis, de test. in verb. dederunt* Bar. *tractat. de test. num.* 124. *Florian. à S. Petro in l. qui occidit §. in hac ff. ad l. Aquil. num.* 1. *in fin. vers. & hanc doctrinam*, Bar. *in l. si pignor. §. creditor num.* 1. *ff. de pignor. act.* Dec. *cons.* 273. *num.* 8. Corn. *cons.* 108. *num.* 6. *lib.* 4. Aym. *cons.* 297. *nu.* 6. Paris. *cons.* 156. *num.* 29. *lib.* 4.

Diligentia autem in cooperiendo foueam probatur ex testibus. Primus enim dicit, quod de sero versus salutationem Angelicam fouea fuit cooperta cum vna tabula, quæ non cooperiebat totam foueam, secundus dicit, quòd fouea fuit cooperta cum duabus tabulis, & terra, & matonis, itaut nec per gallinæ ingredi potuisset, tertius dicit quòd Magister Franciscus tulit vnam tabulam, & eius famulus tulit duas, cum quibus, & etiam matonis, ac calce fouea fuit cooperta, super quam ipse testis transiuit: datur quoque fides Laurentij Medici Florentini,
3 quòd fouea tabulis erat cooperta: quibus testibus, † & fide simul iunctis probatur diligentia, maximè cum aliqui testes deponant de facto proprio. Achill. *dec.* 3. *de probat.* Cæs. de Graff. *dec.* 2. *n.* 11. *de empt. & vend.* Rot. *recent. part.* 2. *decis.* 252. *nu.* 2.

Additio etiam quod testes dicunt, quòd in ipsamet via ante foueam remanserint terra, matoni, lapides, puteolana, tabulæ, & alia necessaria pro fabrica, ex quibus
4 igitur † signis poterat quoque præuideri periculum ad effectum excusandi à solutione damnorum, *l. si putator*, *vbi glos. &* Bald *ff. ad leg. Aquil. d. leg. qui foueas, ad l. Aquil.* ibi *vel præuidere potuerit*.

Non obstat quòd Leo inuenerit foueam discoopertam, vt deponunt illius testes, quia probata diligentia in cooperiendo, præsumitur potius foueam ab alijs forsan casu
5 fortuito fuisse discoopertam; quamobrem † tamquam casus fortuitus culpæ Hebræorum de Ascarellis adscribi non potest. Bald. *in l. quæ fortuitis C. de pignor. actioa.*

Non obstat quòd testes inter se videantur discordes, & contrarij, præcipuè in quantitate tabularum, quia potuit primus testis apponere vnam tabulam, & secundus testis duas, cum vidisset vnam non sufficere, & dicto †
6 testium sunt adiuuanda, & ad concordiam reducenda, vt probant Felin. *in cap. cum ta, nu.* 7. *&* 8. *de testib.* Alex. *cons.* 5. *num.* 12. *lib.* 1. Cæs de Graff. *decis.* 4. *num.* 5. *de test* Veroil. *decis.* 270. *nu.* 7. *par.* 3. & sufficit quòd testes con-
7 cordent in substantia quòd † fouea fuerit cooperta, Greg. *dec.* 248 *nu.* 13. *& decis.* 558. *num.* 8. Rot. *par.* 1 *recent. decis.* 147. *nu.* 17.

Non obstat quòd isti testes tractent de se exonerando, quia ista qualitas non concurrit in famulo, nec in tertio
8 teste, nec in fide Laurentij Medici, & propterea isti alij testes supplerent etiam defectum primi. Aleand *consil.* 47. *num* 1. *&* a Verall. *decis* 279. *num* 11. *par.* 3. & in hac ma-
9 teria † nocturni temporis admittuntur famuli, & domestici.

Hancque sententiam eo magis Domini amplexi fuerunt, primò quia Magistri viarum dederunt licentiam Magistro Francisco Fontanæ muratori rumpendi viam
10 ante domum de Ascarellis, itaut versemur † in opere licito cum auctoritate Superioris non tendente ad damnum alterius, *l. Gracchus*, *C. ad legem Iul. de Adult.*

11 Secundò quia † damnum euenit præter intentionem, & voluntatem Ascarellorum, *c. fin. de iniur. & damn. dat.* Bart. *in l. Diuus*, *ff. de sicar. in fin.* Menoch. *præsumpt.* 3. *lib.* 5. *num.* 138.

Tertiò, quia Ascarelli per se ipsos non effoderunt, vnde non est æquum, quòd absque propria culpa teneantur, sed effoderunt per hominem Magistrum, & approbatum,
12 prout solet fieri in occasione fabricandi, vnde † ex aliena culpa istius non tenentur. Host. Io. Andr. & Butr. *in cap.*
13 *si quis aperuit*, *num.* 1. *de iniur. & damn. dat.* & † licet quis teneatur de culpa illius, quem proposuit officio, hoc non procedit in hoc casu, in quo fuit electa persona vnius Magistri, cui à Superiore fuit data licentia, nam excluditur culpa hebræorum de Ascarellis, qui cum præposuerint in officio fabricæ hominem reputatum expertum, non te-
14 nentur de culpa illius, si enim † aliqua negligentia adsuisset, adscriberetur casui fortuito, pro quo Ascarelli non tenentur *glos. in cap.* 1. *verb. Archidiac.* Bald. *cons.* 222. *lib.* 2. Castren. *in l. videamus*, *ff. locat.* Munaroz de Scobar. *de ratioc. cap.* 19. *num.* 32. vltra quod nec aliqua culpa, seu negligentia hebræorum, nec Magistri Francisci Fontanæ interuenit, cum fouea fuerit cooperta, & adessent supradicta cementa, ex quibus poterat præuideri periculum.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Bergomen. Cappellaniæ.

Die Veneris 18. *Maij* 1629.

A R G V M E N T V M.

Iurispatronatus præsumptio vsurpationis an intret in Confraternitate, seu Congregatione laicorum, ad officium pietatis instituta, ita vt teneatur illud probare, prout disponit Concil. Trid. sess. 25. cap. 9.

S V M M A R I V M.

1 *Iuspatronatus spectans ad Confraternitatem Laicorum, an dicatur laicale.*
2 *Iuspatronatus si spectat ad præsidentes Confraternitatum Laicorum, dicitur Laicale.*
3 *Iuspatronatus vsurpatio non intrat in illis personis, quæ nec iurisdictionem, nec potentiam habent in loco.*
4 *Iuspatronatus satis probatur in personis priuatis, per quasi possessionem quadragenariam, vnà cum fama.*
5 *Reseruatio non cadit in beneficio manuali.*
6 *Attestatio præcisa Papæ de actu coram se gesto plenè probat.*
7 *Consensus in iurepatronatus habet vim præsentationis.*
8 *Præsentatio vnica sufficit ad effectum acquirendi quasi possessionem præsentandi, si præsentatas per 40. annos possederit, nec vnquam venerit casus nouæ præsentationis.*
9 *Nam cum iste actus habeat causam successiuam, permanentem, & continuationem temporis requisiti, inducit præsumptionem, licet sit vnicus.*
10 *Concil. Tr dent. nihil circa iuspatronatus Laicorum innouauit.*
11 *Enunciatiuæ antiquissimæ supra centum annos benè probant famam.*
12 *Testes, vt probent famam, qualiter deponere debent.*
13 *Testes de vniuersitate admittuntur, quando de interesse vniuersitatis agitur, secus si de interesse singulorum.*
14 *Testes de vniuersitate dato, quod non sint integri, tunc numerus supplet.*
15 *Testium consanguinitatis defectus suppletur ex magno numero.*
16 *Iuspatronatus vsurpationis suspicio vbi intrat tunc probari debet, prout disponit Concil. Trident. sess. 25. cap. 9*
17 *Congregatio priuata personarum ad exercitium Pietatis instituta, non potest dici Vniuersitas.*
18 *Iurispatronatus præsumptio vsurpationis non intrat in Congregatione personarum non habentium iurisdictionem; nec publicam auctoritatem.*
19 *Concil. Trid. sess. 25. cap. 9. non intrat, quando tota vniuersitas non prætendit iuspatronatus.*
20 *Iuspatronatus vsurpationis timor, quando excludatur, & num. 21.*
22 *Præsentatio facta à personis deputatis ab vniuersitate, facta intelligitur ab ipsa vniuersitate vide n. 03.*

D E C I S I O CCXC.

POST duas sententias Rotales latas contra Ludouicum Moronum præsentatum à Præsidentibus S. Mariæ de Misericordia Terræ Albini, & in tertia instantia coram me emanatam etiam resolutionem pro illarum confirmatione, vt in decisione sub die 26. Aprilis 1629.

Idem Ludouicus obtenta remissoria, & examinatis plu-
ribus testibus incumbentia melius iustificauit, & demum
pluries disputato dubio, tandem hodie Domini infrascri-
ptas conclusiones in hac causa statuerunt, primam scili-
cet Iuspatronatus, de quo agitur, esse laicale: secundam,
sufficere vnicam præsentationem: tertiam, constare
de fama, & ex his postea inferebant recedendum esse à
decisis.

Et quoad primum moti sunt Domini, quia missa quæ-
1 stione, an, & quando † iuspatronatus spectans ad Con-
fraternitates laicorum, dicatur laicale, quasi desumat
qualitatem ab ipsis personis, ex quibus Confraternitas
constatur, & qui nullo habitu à cæteris laicis distinguun-
tur, seu potius censendum sit Ecclesiasticum, quasi quod
spectetur Ecclesia, cui hæret Confraternitas, & in qua
Confratres conueniunt, & opera pietatis exercent, qui
articulus diligenter examinatus fuit in *Romana Beneficia-
tus S. Laurentij in Damaso 22. Maij 1623. coram Reuerendiss.
D. meo Decano, & in eadem 7. Februarij 1628. coram R. P.
D. meo Durano*; In præsenti casu facilior videatur resolu-
tio, quia hoc iuspatronatus non spectat ad Confraternita-
tem ipsam S. Mariæ de Misericordia nec ad illius Con-
fratres, sed solum ad Præsidentes, qui semper laici sunt
nec à Confraternitate deputantur, sed à laicis, nempè
à Communitate loci de Albino, ipsique Præsidentes præ-
sentant ad hanc Capellam nulla facta participatione cum
eadem Confraternitate, vnde his omnibus concurren-
tibus apparet, quod hic spectatur persona ipsorum Præ-
sidentium, & sic laicalitas, non autem locus, cui præ-
2 sunt, & proinde esse † iuspatronatus laicale, vt idem
etiam videtur attigisse, Rota *decis. 574. num. 7. & 8. par.
2. diuers. & in Volterrana Capellaniæ 7. Maij 1607. coram
Lancellotto, & in d. Romana Beneficiatus S. Laurentij in Da-
maso, tàm coram Reuerendiss. D. meo Decano, quàm R. P. D.
meo Durano*; Et in hoc casu ex pluribus deprehenditur,
quod fundator consulens suæ Capellæ, dum voluit Re-
ctores eligi à personis probis, & prudentibus sciretque,
Confraternitati S. Mariæ per Vniuersitatem in Præsiden-
tes deputari viros integritate, & prudentia insignes, se-
quutus est testimonium eiusdem Vniuersitatis, & ideò
ius præsentandi ad hanc Cappellam demandauit Præsiden-
tibus, non cotemplatione illius dignitatis, & Congre-
gationis, cui præsunt, sed intuitu eorum probitatis,
& industriæ, de quorum virtutibus fundator certio-
rabatur, eo ipso quod ab Vniuersitate eligebantur
Præsidentes Confraternitati, & sic qualitas Præsi-
dentiæ in Confraternitate statu tantum hic demon-
stratiuè.

3 Quoad secundum Domini † non suspicabuntur in his
Præsidentibus aliquem vsurpationis timorem, cum nec
iurisdictionem, nec potentiam habeant in loco, & ideò ad
iustificationem illius iuspatronatus putarunt sufficere or-
4 dinariam probationem in hac materia, † nempè quasi pos-
sessionem quadragenariam, vnà cum fama, quæ sat est
ad probandum iuspatronatus in priuatis personis Bald. *in
l. cum super. num. 2. & 3. C. de rei vendic.* Cassador. *decis.
2. nu. 5. de probat.* Achill. *decis. 6. de iurepatronatus* Cardin.
Mantic. *decis. 318. num. 5.* Cardin. Seraphin. *decis. 1103. in
fin. & decis. 1141. num. 6. & in recent. decis. 77. numer. 2. &
312. num. 3. par. 1. cum alijs cumulatis in Lancinen. Iurispa-
tronatus 2. Maij 1616 coram bo. me. Buratto nu. 18.*

Quadragenariam autem huiusmodi desumebant; ne-
dum quia de anno 1479. ab istis Præsidentibus fuit præsen-
tatus Iacobus Bonasius, qui vsque ad annum 1523. posse-
dit, & tunc resignauit Simoni Morono, & quamuis hæc
Bonasij præsentatio facta sit limitatè ad quinquennium,
attamen cum diu permanserit in possessione, videbatur
vehementem oriri præsumptionem, quod alia præsenta-
5 tio perpetua successerit, vel saltem hinc † colligeretur
beneficium esse manuale, in quo non cadit reseruatio.

Verum ex abundanti dicebatur, de dicto anno 1523.
prouisum fuisse dictum Simonem cum expresso consensu
eorumdem Præsidentium, vt apparet ex attestatione Cle-
mentis VII. ibi, &c. *quorum expressus ad hoc accedit consen-
6 su &c.* quæ † cum sit præcisa de actu coram se gesto, non
autem simplex enunciatiua de facto alieno, in quo fortas-
se error potest aliquando cadere, probat omninò consen-
sum fuisse præstitum ante litterarum expeditionem, Ca-
putaque *decis. 120. par. 1.* Put. *decis. 829. in fin. lib. 1. in cor-
rect. & in Romana Cappellaniæ 4. Martij 1580. coram felic.
rec.* Clem. VIII. *& in Tudertina Iurispatronatus 9. Iunij
1623. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo.* Qui quidem † 7
consensus habuit vim præsentationis, Cresc. *decis. 2. de iu-
repatronatus*, Rot. *decis. 534. num. 3. par. 1. diuers. & decis.
195. num. 3. par. 1. recent.* & cum ipse Simon continuaue-
rit in possessione Cappellaniæ vsque ad annum 1573. quo
tempore obijt, vt ex nota mortuorum, sequitur quadra-
genariam vndequaque probari, & sufficere Domini dixe-
runt, licet detur vna tantum præsentatio, cum ipse Simon
per quadraginta, & vltra annos possederit, nullo enim
iure cautum est, in patronatu priuatorum requiri de ne-
cessitate multiplicatas præsentationes, sed sufficit iuncta
fama sola quadragenaria, quæ hic abundè adest, & quod
vnica præsentatio sufficiat, si is præsentatus per 40. annos
† possederit nec vnquam venerit casus nouæ præsentatio- 8
nis dixit *Glos. in c. cum de beneficio in verbo, vno vel pluribus
de præben. in 6. & ibi* Franc. *num. 3.* Felin. *in cap. in nostra,
num. 41. vers. cæterum de rescript. & Glos. in cap. cum Ec-
clesia Sutrina in verbo breuitatem temp. de causus poss. & pro-
pr. & ibi* Butr. *num. 36.* Federic. *de sen. cons. 234. num. 4. in
princ. vers. ad id, quod quæritur.* Card. *cons. 62. nu. 8.* Dec.
cons. 134. num. 1. ante fin. vers. & in casu, Acchil. *decis. 5.
num. 1. de iurepatronat.* Quia quando actus † habet causam 9
successiuam, & permanentem, necnon continuationem
temporis, requisiti inducit præsumptionem sufficientem,
quamuis sit vnicus, Abb. *in cap. fin. num. 17. vers. distingue
tamen de consuetudine*, Dec. *d. cons. 134. num. 2. circa fin. &
vers. in tuto.* Nec sacrum † Concilium Tridentinum cir- 10
ca probationes in patronatu priuatorum aliquid immuta-
uit Gonzal. *super reg. 8. glos. 18. num. 58.* Rota *decis. 798.
num 4. part. 1. diuers. & decis. 374. num. 1. part. 2. recent. &
in Romana Iurispatronatus 9. Decembr. 1619. coram bon. me.
Vbaldo, & in Neapolitana beneficij 28. Iunij 1621. cor. bon.
me. Buratto.*

Tertiò firmarunt etiam DD. constare de fama, dantur
enim enunciatiuæ antiquissimæ vsque de anno 1523. in
litteris Apostolicis, dum Bonasius resignauit in fauorem
Simonis de consensu Præsidentium tanquam patronorum
& in deputatione prius facta ab ijsdem Præsidentibus de
prædicto Bonasio vsque de anno 1479. quæ † cum sint su- 11
pra 100. annos, ex illis benè fama dicitur iustificata, Ac-
chil. *decis. de iure pat.* Caputaque *decis. 344. num. 2. & de-
cis. 347. num. 2. & 3. part. 3.* Rot. *decis. 407. num. 1. part. 1.
diuers. & decis. 374. num. 4. part. 2. recent.* & his etiam ac-
cedunt quamplurimi testes attestantes se semper ha-
buisse ipsas Præsidentes pro veris patronis, & hoc idem
à maioribus suis audiuisse, † ex quibus resultat probatio 12
circa famam, iuxta tradita per Bald. *in l. 1. num. 3. Cod. ad
Macedon.* Rot. *decis. 182. num. 6. & decis. 273. num. 2. coram
fan. mem.* Gregor. XV. *& latè de vtroque in dict. Lancinen.
iurispatronatus 2. Maij 1616. coram bon. memor. Bu-
ratto.*

Neque horum testium fidem videntur euertere exce-
ptiones, quod nonnulli sint consanguinei ipsius Ludouici,
& alij sint de eadem Confraternitate S. Mariæ de Miseri-
cordia; quoniam hic non agitur de interesse singulorum,
& ideò † non excludi debent testes de ipsa Confraternita- 13
te latè Farinac. *de testib. quæst. 60. num. 495. & seqq.* Rot.
*coram Reuerendiss. D. meo Decano, decis. 40. num. 4. & seq.
& in puncto tradit Genua in prax. Archiepisc. cap. 63. num.
7.* Et in omnem casum † supplerentur ex ingenti nume- 14
ro, in quo plurimi sunt, qui non sunt Confratres, Gabr.
concl. 6. de testib. Soccin. Sen. *cons. 194. numer. 2. lib. 2.* Ro-
land. *cons. 72. sub num. 5. & 15. circa fin. lib. 2.* Rot. *coram
fan. mem.* Gregor. XV. *decis. 340. num. 6. & 7. coram Reue-
rendiss. D. meo Decano d. decis. 140. num. 17.* Et ex hoc † eo- 15
dem magno numero supplentur defectus consanguinitatis
& affinitatis, Farinacc. *de testib. quæst. 54. numer. 60.* Rot.
*decis. 289. numer. 3. par. 1. diuers. & decis. 713. num. 2. par.
2. recent.*

Non obstat, quòd hic videatur cadere suspicio vsur-
pationis, & ideò † requiratur exactior illa probatio 16
iurispatronatus, de qua per Sac. Concilium Triden-
tin. sess. 25. cap. 9. Quoniam hoc motiuum fuit ponde-
ratum in alia decisione, quia tunc ab informantibus
præsupponebatur, præsentationem spectare ad Vni-
uersitatem, sed re melius directa, constat hoc ius-
patronatus spectare non ad Vniuersitatem, sed ad
ipsam Confraternitatem, seu potius ad illius Præsi-
dentes, & ideò non intrat Concilium quia Confrater-
nitas hæc non constituit aliquod Collegium publicum
cum iurisdictione, seu potentia, sed potius est priuata
quædam

17 quandam Congregatio † personarum ad exercitium pieta-
tis instituta, & sic dici non potest Vniuersitas, vt per In-
noc. *in cap. dilecta, num. 9. & ibi* Card. *num. 7. de excess. Præ-
lat.* Bald. *in authen. hoc ius porrectum, num. 12. C. de sacros.
Eccles. & in l. id quod pauperibus, numer. 34. C. de Epis. &
cler.* Alexand. *cons. 102. num. 2. vers. confirmatur, lib. 7.* Na-
uar. *cons. 3. de for. compet.* Rota *coram Reuerendiss. D. meo
Decano, decis. 472. num. 1. & 2.* & cum nullam habeat iu-
18 risdictionem, aut publicam auctoritatem, † seu potentiam
hæc confraternitas in loco, qualem habere solent Vniuer-
sitates, & Communitates laicorum, seu Barones, de qui-
bus loquitur, Concil. *d. cap. 9.* non cadit præsumptio vsur-
pationis, quæ in illis vigere solet, Put. *decis. 55. & 56. lib.
1. correct.* Menoch *lib. 3. præsumpt. 90. num. 60. vers. est ob-
seruandum*, Gonzal. *ad reg. 8. glos. 18. num 69.* vbi quod Sa-
19 cra Congregatio declarauit, Concilium † non intrare, vbi
non tota Vniuersitas, sed certa pars dumtaxat prætende-
ret iuspatronatus, & Rot. *decis. 798. num. 4. part. 1. diuers.*
vbi de Capitulo Ecclesiæ Tirasonen. *& decis. 219. part. 1.
recent.* quæ pariter loquitur de iurepatronatus pro parte
spectante ad Vniuersitatem Parochianorum, & in termi-
nis Vniuersitatis Iuristarum Cracouien. quæ non habet
publicam auctoritatem, vel iurisdictionem, idem resoluit
Rota, *1. in Cracouien. parochialis 24. Ianuarij 1628. coram
20 me;* Ampliuscum † hæc Confraternitas visitetur ab Ordi-
nario, & corrigatur, apparet ea auctoritate non pollere
Confraternitatem, vt Ordinario formidinem incurrere po-
tuerit, & quin ipse Ordinarius haud difficulter libertatem
21 beneficij vindicare valuerit, & sic excluditur † timor vsur-
pationis, Put. *d. decis. 55. in fin. lib. 1. in correct. &* Rot. *de-
cis. 578. num. 2. part. 4. diuers. & in Lucana Iurispatrona-
tus de Podijs 2. Decembr. 1619 coram bon. me. Seleucien.*

Nec obstat, quod isti Præsidentes eligantur à Commu-
22 nitate, & propterea dici † posset Communitatē ipsam præ-
sentare per ministerium Præsidentium, argumento, *l. item
eorum §. 1. ff. quod cuiusque Vniuersitat. nomine*, & in termi-
nis, Mantic, *decis. 161. num. 2.* Quoniam obiectum proce-
deret, si ipsa Vniuersitas mandasset Præsidentibus, vt Lu-
douicum præsentarent, vel ipsi Præsidentes nomine Vni-
uersitatis præsentassent, sed cum vniuersaliter fuerint de-
putati ab Vniuersitate ad officium præsidentiæ, iste parti-
23 cularis actus præsentationis † deinde gestus non attribuitur
Vniuersitati, sed eorum præsidentium personis iuxta theo-
ricam, Bart. *in l. 2. §. data, num. 6. & 7. ff. de opt. legat.* & vt
supra dictum fuit, hoc iuspatronatus, seu ius præsentan-
di non fuit demandatum ipsis Præsidentibus intuitu illo-
rum dignitatis, seu officij, sed contemplatione eorum pro-
bitatis, de qua testimonium habent ex deputatione facta
ad officium Præsidentiæ.

Ex quibus, resolutum fuit recedendum esse à decisis.
Vtraque parte informante.

* Videntur infra hæc decisio in Additione prout in Indice in eius fine posito.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Meleuitana Præeminentiarum.

Die Veneris 18. Maij 1629.

A R G V M E N T V M.

Marescialllus Sacræ Religionis S. Ioannis Hierosolymitani, an possit præuentiuè componere paces inter familias Magni Magistri, & coram quo isti familiares debeant conueniri.

S V M M A R I V M.

1 *Ad Tribuni Militum officium spectat audire Militum querelas.*

2 *Actum componendi rixas inter Milites est actum iurisdictionis.*

3 *Iuris assistentiam qui habet pro se, dicitur habere intentionem fundatam.*

4 *Familiares Principis non conueniuntur coram Tribuno Militum, sed coram Siniscalco, seu Magistro domus, & num 6.*

5 *Idem etiam determinatur de deputatis sacro ministerio.*

7 *Familiæ Prælatorum superiorum conueniuntur coram Ordinario.*

8 *Testes in numero ratione & deponentes verisimiliora præualent alijs.*

9 *Exemptionum materia est strictè interpretanda, & ad litteram intelligenda.*

10 *Priuilegium familiarium, quo in l. Cubicularios C. de præpos. sac. Cub. l. 12. debetur de superiori dominanti.*

11 *Magnus Magister Religionis S. Io. Hierosolymit. dicitur superior, & dux belli.*

12 *Dignitas Ecclesiastica, & sæcularis per eamdem personam potest repræsentari distinctè, & diuisim vna ab altera.*

13 *Titulus prænotat excellentiam.*

14 *Familia Magni Magistri S. Io. Hierosolym. quare debeat conueniri coram Ordinario.*

15 *Episcopus, & Vicarius faciunt vnum Tribunal, Concistorium, & Auditorium.*

16 *Episcopus, quæ potest in familiares suos, potest etiam Vicarius.*

17 *Exceptio certarum personarum, firmat regulam inclusiuam in reliquis, & n. 18.*

19 *Exceptio nihil operatur, circa existentes extra regulam suam.*

D E C I S I O CCXCI.

RESOLVTO * Mareseiallum habere iurisdictionem præuentiuam, & Magnum Magistrum non posse auuocare causas à Mareseiallo præuentas, quæsitum fuit, an eodem modo Marescialllus possit præuentiuè componere paces inter familiares Magni Magistri, & Dominis visum fuit non posse.

Nam quamuis officium Mareseialli idem sit, prout
Tribuni Militum ex stabilimento *7. de verb. signif.* ad cu-
ius † Tribuni officium spectat audire Militum quærelas, 1
& rixas easq; se dare, & componere *l. officium §. officium tri-
bunorum, vbi gl. in verb. principijs, ff. de re milit.* Luc. à Pen-
na *in l. Tribuni. n. 2. C. de re milit. lib. 12.* Budeus *in c. quam-
uis, eod. tit.* Vigerius *lib. 2. de offic. Tribun. milit.* Idemque
videatur firmatum ex stabilimentis Religionis *tit. 10. de
Baiulinis cap. 2. & cap. 7. & tit. 18. cap. 59.* & comprobant te-
stes dati summario Mareseialli num. 6. & 7. nec dubitari
possit, quoad actum † componendi rixas inter milites, 2
quin sit de iurisdictione, quia hoc firmat Fello *de treg. &
pace rub. num. 10.* & quidem ordinaria, vt iam fuit dictum
in decisionibus causæ; itaut Marescialllus videatur etiam
fundare intentionem † suam super assistentia iuris ex cau- 3
sa vniuersalis iurisdictionis, Capic. *decis. 189. num. 7.* Ro-
man. *cons. 123. num. 4.* Natt. *cons. 199. num. 10.* Surd. *cons.
180. num. 9.*

Attamen hæc communis, & approbata conclusio solet
declarari, † vt non comprehendat veros familiares Prin- 4
cipis dominantis, habentes qualitates familiarium in Pa-
latijs seruientium, Commensalitatis, scilicet, & seruitij,
per tex. *in l. Cubicularios, C. de præpos. sacri cubic. lib. 12.*
cuius Constitutionis verba hæc sunt. *Cubicularios tam sa-
cri Cubiculi mei; quàm Venerabilis Augustæ, quos vtrosque
certum est obsequijs occupatos, & Aulæ penetralibus inhæ-
rentes, diuersa iudicia obire non posse; ab obseruatione alio-
rum Tribunalium liberamus, vt in sublimitatis solummodo
tuæ iudicio propositas aduersus se excipiant actiones*, & in
illis, *ab obseruatione aliorum Tribunalium*, consistit priuati-
ua iurisdictio quoad alios Iudices inferiores, & tribui-
tur Siniscalco, seu Magistro domus, cui legitur directa
Constitutio; idem † determinatur de deputatis sacro 5
ministerio in *l. vltim. Cod. de Castren. & Ministerian. eod.
lib.* & de adhærentibus familiaribus Imperatoris, ne pro-
trahantur ad alia iudicia, † sed subeant examen tan- 6
tum Magistri officiorum firmatur in *l. 2. Cod. de Deca-
nis eod. lib. 12.* in Prælatis quoque Superioribus idem ob-
seruatur, † vt familiæ illorum ab Ordinario non con- 7
ueniantur, *cap. vltimo, de offic. Archidiac. l. 2. vbi
omnes, Cod. de Episcop. & Cleric.* Capic. *decis. 32. num.
1.* Clar. *in §. fin. quæst. 35.* Menoch. *de arbitr. cas. 562. nu.
33* Farinac. *in praxi quæst. 8. num. 46.* Crass. *de effect. Cle-
ric effect. 1. n. 128.* & demum accedit obseruantia in hunc
modum concludenter probata per testes Magni Magi-
stri in eius summario datos, præualentes testibus Mare-

scialli

fcialll ln oumero, ratione, & in causa verisimiliori, qui-
8 bus † iu concursu semper inhærendum est, Rota *dec*. 239. *num*. 2. 322. *num* 6. 449. *num*. 8. *coram Papa* Greg. XV.

Non obstat, quod iura prædicta loquautur de familiaribus Imperatoris, vel Augustæ, qui sunt supremi Principes; Magnus verò Magister respectu temporalium sit feudatarius Regni Siciliæ; respectu verò Militum reputetur tanquam Abbas Superior Religionis Regularis S. Ioannis per Sedem Apostolicam institutæ, iuxtà Constitutionem Pauli V. cui aliqua non debetur de iure præeminentia, nec
9 per consequens in hac exemptionis materia † tanquam strictæ interpretationis, & ad litteram intelligendæ, sit admitteoda extensio.

Quia hic non agitur de extensione, sed de comprehensione ea vi ideotitatis rationis; oam huiusmodi priuilegia
10 familiarium debeotur Superiori donanti, qui in eius Palatio dici potest Imperator, sicut & ipse † Magnus Magister
11 dicitur Superior † & Dux belli, vnde qua ratione Tribunus Militum exercitus Imperatoris non haberet iurisdictionem in Palatio inter familiares Imperatoris; quia inferior est subiectus per dictam *l. Cubicularios*, ita Marescialius, qui idem est eum Tribuno, non debet ius dicere in Palatio Magni Magistri, qui est suus Dux & Superior; neque dicatur quod iste priocipatus sæcularis considerari non possit respectu Militum, sed tantummodo Superio-
12 ritas Ecclesiastica sit attendenda, cum vtraqoe † dignitas per eamdem personam possit repræsentari distinctè, & deuisim vna ab altera, prout quando Episcopus habet Ciuitatem, vel Castrum sibi subiectum, *cap. finali, ne Cler. vel Monach. in 6. cap. Romanæ, §. debet autem de appellat. eod. lib. 6.* quia in eo superioritas sæcularis est magis consideranda respectiuè ad Tribunum Militum exercitus; quia in eo superioritas sæculis est magis consideranda respectiuè ad Tribuoum Militum exercitus, quia vti suo Duci exercitos seruit, noo autem vti Abbati soperiori, ex quo io Milites non vtitur iurisdictione Monacali, sed Militari
13 & nihilominus, quia † Magnus appellatus Magister, qui titulus prænotat Excellentiam, Cassan. *in Catal. glor. mundi par. 9. consid. 4.* ratione istius magnæ superioritatis
14 etiam vti Ecclesiastico debetor priuilegium † vt familiæ illius non conueniantur ab Ordinario, *c. vlt. cum glos. de offic. Archid.* cum alijs supra adductis, quibus non aduersatur, quòd sicuti Vicarius cognoscit de familiaribus Episcopi, *c. si Episcopus, vbi Archid. & Ioan. Andr. de offic. ordin. in 6.* Boer. *decis. 9. num. 7.* Marc. *decis. 281. in fin. par. 1.* idem videatur posse Marescialius officialis Magoi Magi-
15 stri, quia idem contingit propter vnitatem † Episcopi, & Vicarij, facientes vnum Tribunal, Consistorium, & auditoriom, *c. Romana, vbi omnes de appellat. in 6. c. non putamus, cum glos. de consuetud. in 6.* Couarr. *pract. quæst. cap. 4. num. 4.* vt non mirum si qoæ potest Episcopus in familiares
16 suos possit, † & Vicarius; sed non ita de inferiori ordinario dici potest per dictum *cap. vltimum de offic. Archidiac.* à qoorom iurisdictione semper eximuntur familiares Superioris.

Demum non obstant stabilimenta Religionis *tit. 10. de Baiuliuis c. 2. & 7. tit. 18. & 59.* per quæ ita Fratres Equites, prout & armorum seruientes sopponuntur obedientiæ Marescialli, exceptis Baiuliuis Conuentualibus, & socijs Magni Magistri, quorum appellatione non veoioot fami-
17 liares seruientes, vt ideò † per exceptionem certarum personarm in reliqois sit firmanda regula inclusiua, Couarr. *var. resolut. lib. 2. cap. 5. num. 4.* Rot. *decis. 239. num. 2. par. 1. diuers.*

Quia exceptio prædicta est qoidem apta inclodere personas cuiuscumque generis, qoi tamen possunt conueniri
18 sub ordinaria iurisdictione Marescialli, & in hac parte † regulam confirmat in omoibus oon exceptuatis. Cæterum quod ampliet regolam etiam quoad eos, qui non cadunt sub ordinaria iurisdictione, prout non cadunt familiares Principis per *d. l. Cubicularios*, exceptio in hoc nihil
19 operatur tanquam de † existentibus extra regulam suam, *l. generali § vxori, ff. de vsufr. leg.* Dec. *in l. 1. num. 21. ff. de reg. iur* Surd. *decis. 124. num. 11.* Rot. *decis. 158. num. 5. cor. Papa* Gregor. XV. ex hoc enim sequeretur correctio iuris, & tollerentur casus per aliam legem excepti, qood non est admittendum, prout latè concludit, & firmat Euerard. *in loco ab exceptione ad regulam num. 5. & seqq.*

& ita &c.

* Idest sub die 13. Nouemb. 1618. est supra decis. 229.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Sabloeñ Allooionis.

Die Lunæ 21. Maij 1629.

A R G V M E N T V M.

Donatio facta alicui per Vniuersitatem, vt valeat, quæ solemnitates in eo contractu de iure desiderentur. Et nonnulla circa confirmationem Principis, super aliquo contractu.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio facta per Vniuersitatem vt substineatur, quæ solemnitates requirantur, & n. 2.*
3 *Confirmatio Apostolica supplet omnes solemnitates.*
4 *Contractus ex confirmatione superioris, quando validatur, etiam quod ab initio esset nullus substinetur in vim nouæ concessionis.*
5 *Papa potest sanare omnes nullitates, non obstantibus quibuscumque constitutionibus in contrarium.*
6 *Confirmatio Papæ dicitur ex certa scientia, si in ea inferatur tenor rei confirmatæ.*
7 *Defectus Principi aliquid confirmanti censetur narratus, si Princeps in confirmatione illi expressè derogauerit.*
8 *Princeps, quando aliquid confirmat, non solet in eo supplere causam, vide num. 11.*
9 *Donationis titulus infert præiudicium.*
10 *Principis intentio corruit, si deficiat causa supposita.*
12 *Donatio vera, & realis non dicitur, si consistat in cessione iuris.*
13 *Donatio vera non dicitur, quæ fit in recompensam beneficij accepti.*

D E C I S I O CCXCII.

CAVSA super decisione 24. Maij 1624. * proposita, dictum fuit ab eadem resolutione esse recedendum.

Quia hodie cessant fundamenta decisionis posita io defectu sufficientis mandati, & carentia decreti Iudicis, sine quibus instrumentum stipulatæ donationis per procuratores Vniuersitatis Gallesij, non poterat sustineri.

Superueneruot enim ratificationes eiusdem Vniuersitatis cum omnibus solemnitatibus die 17. Aprilis 1625. & 7. Aprilis 1626. quæ semel, bis, & ter fueruut Apostolica auctoritate, confirmatæ cum insertione tenoris, & derogatione omnium Constitutionum, ex quibus similes donationes possent impediri, & signanter Constitutionis Sixti V. cum mentione litis, decreto irritanti, & clausula sublata; vnde concurrentibus omnibus solemnitatibus, quæ desiderantor in *l. finali C. de vend. reb. Ciuit. lib. 11.*
nempè † legitima hominum Congregatione, præsentia 1
Gubernatoris loci, descriptione omnium nominum facta duobus ex tribus partibus votum ferentibus, iuramenti præstatione super vtilitate contractus donatiooi, ac denique Iudicis decreto quæ similiter colliguotur per Menoch *cons. 80. num. 22. & 726.* Surd. *cons. 28.* Cardin. Man-
tic. *de contr. lib. 4 tit. 8 num 15. cum sequen.* Visum † fuit 2
vel donationem ex prædictis validam esse, Surd. *decis. 69. num. 20.* Rolan. *cons. 2. num. 37. & cons. 97. num. 14* Rosental. *de feud. cap. 9. memb. 1. concl. 28. nu. 5.* Missing. *obseruat. 87. num. 4 cent. 4.* Menoch. *cons. 1264. nu. 15* vel ex Aposto-
lica confirmatione supplente † omnes solemnitates ex cer- 3
ta scientia, & cum insertione tenoris validam fuisse effectam, Abb. *cons. 41. num. 3.* Roland. *cons. 96. num. 21. lib. 1.* Gabr. *cons. 82. n. 2. lib. 2.* Mant. *de contr. lib. 4 tit. 7. n. 47.* Seraph. *decis. 1080. num. 6.* Rot *decis. 65. num 1. par. 2. diuers.*
Ruin. *cons. 175. num. 19. lib. 1.* & quando contractus ex con- 4
firmatione superioris † validatur, etiam quod ab initio esset nullus, sustinetur in vim nouæ concessionis, Bald. *in c. ex p. num. 19. de constit.* Deciao. *cons. 341. num. 3. & cons. 516. num. 12.* Cassad. *decis. vnica de confirm. vtil. vel inutil.* Rot. *decis.*

decr. 339. num. 3. 313. nu. 6. par. 2. recent. & 445. num. 3. par. 1. diuers.

Non obstat, quod prima donatio fuerit nulla ex carentia mandati, & decreti Iudicis; Secunda verò ex eo, quod non interuenerit maior pars eorum, qui in loco, & intra fines bona possident, quodque ij singillatim non iurauerint se credere, quod talis alienatio esset vtilis Communitati, & quod bona posita non fuerint sub hasta: tertia verò maiores contineat nullitates, nempè quia donatio non sit facta in Consilio generali, quodque per concussionem, & timorem Domini Castri fuerit stipulata, ac falsa causa supposita fuerit, nempè vtilitas donationis ob benemerita Cardinalis senioris, quæ non probantur, & vlterius omissa fuerit forma statuti Gallesij, & quod viginti homines, quamuis minor pars contradixerit maiori in resolutionem de facienda noua donatione, & seu approbatione antiquæ.

Quia cum hodie exhibeatur confirmatio Apostolica com insertione tenoris donationis, per quem Papa potuit
5 intelligere prædictos omnes † defectus volueritque sanare
omnes nullitates motu proprio, & ex certa scientia non
obstantibus quibuscumque constitutionibus contrarijs,
non est insistendum super requisitis, *l. finalis*, aut alijs
6 nullitatibus: quia de † Apostolicæ potestatis plenitudine
respectiuè ad tenorem fuerunt validata, *glos. in c. venerabiles, verbo tenor, vbi* Abb. *nu. 2. de confirm. vtil. vel inutil. glos. in cap. pastoralis §. præterea verbo ex certa scientia de offic. delegat.* Ruin. *consil. 117. numer. 5. libr. 4.* Gabriel. *consil. 200. numer. 7. vol. 1.* Rot. *decis. 455. numer. 3. part. 1. diuers.* Seraph. *decis. 460. numer. 3. & 339. numer. 2. part. 2. recentior.* & nihilominus ex contentu secundæ, & tertiæ donationis probantur omnia requisita *l. finalis*, supra
7 narrata † interuenisse, nec fuisse omissam litis mentionem, cui Papa expressè in eadem confirmatione derogauit.

Non obstat quod Papæ fuerit supposita vtilitas donationis, cum qua emanauit confirmatio; vnde vel non
8 probatur, & deficit causa, quam † Papa non solet sup-
9 plere, vel carentia vtilitatis probatur ex solo titulo † donationis inferente perditionem, Alex. *cons. 125. nu. 2. lib. 1. cum alijs allegatis*, & semper deficiat supposita causa,
10 & † corruat intentio Principis.

Quia Papa per narrationem contentorum in prima donatione, & secunda, & tertia confirmatione, & tenorum insertione intellexit formam donationis Communitatis Gallesij, quod scilicet donabant, & seu cedebant iura vindicandi terras per Maglianenses occupatas pacto adiecto, quod postquam fuissent donatarium recuperatæ coli deberent, & laborari per homines de Gallesio, quatenus velint cum responsionibus solitis, & quod dicti homines præferantur cæteris omnibus etiam meliorem con-
11 ditionem offerentibus; † confirmando autem tanquam Communitati vtilem, iustam causam contractui impressit Dec. *cons. 41. num. 12.* Paris. *consil. 24. num. 5. lib. 4.* Ias. *consil. 54. numer 19. libr. 1.* Rota *decisio 625. numer. 5. part. 1. recent.* & nihilominus vtilitas contractus ex sui forma apertè probatur: quia Communitas expensis Cardinalis donatarij vindicabat substantiam vtilitatis terrarum consistentem in colendo, & fructus percipiendo cum prælatione in concursu forensium, quæ quantæ fuerint experientia docuit, & facile excedunt iuris illiquidi cessionem
12 aut donationem, quæ nec etiam dici potest realis † donatio, dum consistit in cessione iuris dubij, Bald. *in l. tale pactum, ff. de pactis*, Ias. *in l. prima in fine, ff. de transat.* & quanto minus venit æstimanda, eo magis corresponde-
13 at meritis Cardinalis donatarij, in quorum † recompensam voluit Communitas hac donationem facere.

Et ita &c.

☞ * Vide eam infra in Additione prout in Indice in eius fine posito.

EMINENTISS. ET REVEREND. D. CARD. VIRILI.

Romana Cambiorum.

Die Lunæ 28. Maij 1629.

A R G V M E N T V M.

Solutio simpliciter facta à debitore in quam causam cadere debet, & alia, de quibus in summario.

S V M M A R I V M.

1 *Solutio facta simpliciter absque protestatione à debitore, censetur facta in executionem ordinis, & causæ à creditore ordinatæ, & expressæ, & n. 6.*
2 *Cambij currentis causa expressa in ordine censetur repetita in mandato, & solutione.*
3 *Soluens simpliciter vigore ordinis ei directi, licet dicatur acceptasse ordinem non tamen censetur consensisse causæ expressæ in eo.*
4 *Solutio simpliciter facta in dubio cedit in causam duriorem.*
5 *Sed secus est, quando adest declaratio.*
7 *Litteræ cambij si acceptentur cum protestatione, & deinde simpliciter absque repetitione protestationis fiat solutio, censetur facta iuxta causam expressam in litteris, & n. 8.*
9 *Socius, si dicat consocio, vt cum certiorem faciat de aliqua re sequenda, sufficit, quod ista certioratio sit facta ab alio socio in negocio communi & n. 16.*
10 *Epistola semper loquitur.*
11 *Inter Mercatores proceditur ex bono, & æquo.*
12 *Promissio facta per verba futuri temporis resoluitur in tempus præsens, & demonstrat actum perfectum.*
13 *Gerundium qualificatur ex verbo ei adiuncto.*
14 *Modus dicitur, quando aliquid est adimplendum postquam res est perfecta.*
15 *Modus defectus non vitiat dispositionem, & contractum.*
17 *Contrahentium voluntas ex antecedentibus, & subsequentibus.*
18 *Solutio facta à socio de pecunijs socialibus, debet cedere in extinctionem debiti socialis, non autem debiti particularis, & proprij, & n. 20.*
19 *Socius, qui duas societates contrahit, duplicem personam repræsentat.*

D E C I S I O CCXCIII.

PROPOSITO dubio An scuta 25. mill. per Maurum soluta de mense Nouembris 1626. cedant in causam cambiorum limitatorum scutorum 40. mill. & 20. mill. aut in causam cambij currentis nuncupati, *Conto d' Andrea Mauro à parte delle Dogane del Patrimonio sopra Ambrosio Pozzobonello.* Domini resoluerunt solutionem non fuisse factam in causam cambij limitati, sed in causam dicti cambij currentis: nam Nicolaus Pallauicinus creditor ex vtraque ex præfatis causis dedit ordinem Mauro, sub litteris 10. Nouembris 1626. quod ista scuta 25. mill. solueret in causam cambij currentis, vt in summ. numer. 15. & ipsemet Maurus die 27. Nouembris 1626. dixerit mandatum Marcello Sacchetto, vt eandem summam scutorum 25. mill. solueret eisdem personis nominatis in ordine cum claris verbis, videlicet, *quali faccio pagare per tanti trattimi di Massa fiera il Signor Nicolò Pallauicino q. Stephani*, & consequenter solutio facta simpliciter † abs- 1
que protestatione à debitore cēsetur facta in executionem ordinis, & causæ à creditore ordinatæ, & expressæ, *glos. in l. triticum in verb. cogitauit, & ibi* Bart. *n. 2. ff. de verb. oblig.* Alex. *in l. qui ab aliena, §. is qui putabat, n. 5. & 6. ff. de acquir. hæredit.* Rota *Ianuen. decis. 91. n. 1. & decis. 6. nu. 2. & 20.* Ias. *cons. 70. n. 1. lib. 1.* Mandell. *cons. 2. nu. 6.*

Presertim cum in mandato dato per Maurum Marcello Sacchetto cōtineatur eadem summa soluenda eisdem per-
sonis cum relatione ad ordinem Nicolai, ideo † causa cam- 2
bij currentis in ordine Nicolai expressa cēsetur repetita in mandato, & solutione Mauri, Rota *Ianuen. d. decis. 91. nu. 1.*

Non

Non obstat, quod licet Maurus simpliciter soluerit,
& ex solutione dicatur acceptasse ordinem Nicolai; non
3 tamen consensetit causæ expressæ † in ordine, imò potius
censeatur soluisse in causam cambiorum limitatorum,
duriorem tàm ratione antiquitatis, quàm fideiussorum,
quàm proprij debiti ipsius Mauri; maximè quia in ordine
Nicolai dicebatur, *& intenderſene per il vostro rimborſo
con Ambrosio, riferendo à me à ſuo luogo il ſeguito*, vnde cum
non constet, quod Maurus se reualuerit, & intellexerit
cum Ambrosio, nec admonuerit Nicolaum del seguito,
videatur colligi Maurum noluisse soluere in causam ordi-
nis, cum formam illius non adimpleuerit.
4 Responderunt enim Domini regulam quod solutio †
cedat in causam duriorem procedere in dubio, *l. cæterum
& l. qui ex famosa, & l. ex pluribus, ff. de solut.* Roman.
cons. 94. *num.* 2. Rota *decis.* 679 *num.* 6. *in fin. par.* 1. *diuers.*
5 secus vbi † adest declaratio *l. si vsuris, C. de vsur.* Roman.
d. cons. 94. *numer.* 2. *vers.* 3. & hoc luculenter Caualer. *de-
cis.* 165. *numer.* 3. Greg *decis.* 366. *numer.* 4. eo enim ipso,
quod Maurus in mandato directo Marcello Sacchetto re-
6 tulit se ad ordinem Nicolai; † causa expressa in ordine
Nicolai censetur approbata, Rota *Ianuen. d. decis.* 91. *nu.*
7 2. imò si † litteræ acceptentur cum protestatione, & de-
inde simpliciter absque repetitione protestationis fiat solu-
tio, illa intelligitur iuxta causam expressam in litteris,
Rota *Ianuen. d. decis.* 6. *nu.* 2. & 20.
Accedente præsertim epistola: Ambrosij Poteobonelli
scripta Nicolao Pallauicino sub die 12. Decembris 1626.
summ. num. 27. in qua dicitur: *Io diedi ricapito al conte-
nuto ne spacci del Signor Vostro di fiera, così fece Andrea
Mauro, hauendo pagato compitamente le tratte fasteli, e re-
stando anotate in vostra conformità, &c.* ex verbis enim
in conformità vostra satis clarè Ambrosius certiorauit, quod
8 solutiones † factæ erant in causam cambij currentis ex-
pressam in ordine Nicolai, *l. eum te, C. de transact.* quare
9 licet Nicolaus † dixerit Mauro, *auuisando à me il seguito*
sufficiens visa fuit certioratio facta ab Ambrosio socio in
negocio communi, Alex. *in l. serui electione, §. labeo, a.
3. ff. de leg.* 1. Cephal. *cons.* 768. *num.* 13. Ioseph. Ludouic.
concl. 53. *vers. socij num.* 57. Felician. *de societ. cap.* 14. *num.*
44.
Non obstat, quod confessio Ambrosij non præiudicet
Mauro, cuius exceptionibus potest vti Ambrosius fide-
iussor, quia eadem confessio nocet Ambrosio venienti
etiam ex persona Mauri, cum non possit Ambrosius,
nec æquum, & conueniens sit impugnare ex persona
10 Mauri, quod in propria Epistola, † quæ semper loquitur,
scripsit *glos. in cap. si quis iusto, §. porrò verb. nihil agat. de
elect. in* 6. Rota *decis.* 78. *nu.* 4. *par.* 1. *recent.* Seraph. *decis.*
1027. *num.* 5.
Non obstat, quod verba epistolæ Ambrosij, *restando
notate in vostra conformità*, denotent tempus futurum,
11 Inter mercatores, in quibus proceditur † de bono & æquo
sat est, quod etiam de futuro dixisset, cum satis declara-
ta remaneret intentio sequendi causam expressam, præ-
cipuè cum de contraria voluntate postea non fuerit scri-
ptum, & tanto magis in hoc casu, in quo præcesserat or-
do precisus in causam cambij currentis, & quælibet de-
claratio, siue de tempore præsenti, siue de futuro suffi-
cit pro declaratione voluntatis, & cum adnotatio facien-
da esset per debitorem absque alio facto Nicolai, etiam
12 quod per † verba futuri temporis esset promissa, in tem-
pus præsens resolueretur, & demonstraret actum perfe-
ctum, Cartar. *decis.* 29. *num.* 2. vltra quod illa verba, *ha-
uendo pagato compitamente le tratte, & restando notate in
vostra conformità*, satis denotant perfectionem actus, ita
vt nulla maior alia declaratio desideranda esset inter mer-
13 catores, cum gerundium, *restando*, † qualificetur ex ver-
bo adiuncto, *notate*, quod sonat in præsens, vel præteri-
tum, Alber. *in diction. in verb. gerundium.*
Non obstant verba ordinis Nicolai, & *intenderuene per
il vostro rimborso con Ambrosio, & auuisando à me il seguito,*
14 tum quia hæc fuerunt demandata per † viam modi post
solutionem perfectam, Bart. *in l. quibus diebus*, Termi-
lius *nu.* 1. *ff. de condit. & demonstr.* Surd. *decis.* 256. *num.* 6.
15 cuius modi defectus † non vitiat dispositionem, & con-
tractum, *l.* 2. *C. de his quæ sub modo*, Alex. *in l.* 1. *num.* 5.
C. de vsufr. & subst. Ceph. *cons.* 129. *num.* 104. tum quia
16 certioratio sufficiens † sui facta ab Ambrosio in eius epi-
stola, vt supra dictum est. Tum quia sat est causam ex-
pressam fuisse acceptatam, & quod haberet Maurus ius
d'intenderſene con Ambrosio, quod satis dicitur executum
mediante reductione huius debiti cambij currentis, quod
ante hanc solutionem erat maius ad longè minorem quan-
titatem, vt in summ. nu. 13. & 14. Cum enim de mense
Octobris 1626. cambium currens immediatè ante hanc so-
lutionem ascenderet ad scuta 38630. in summ. num. 13. &
de mense Aprilis 1627. appareat reductum ad scuta 10097.
consequenter scuta 25. mill. cesserunt in hanc causam ex-
tinctionis cambij currentis specificatam in ordine Nicolai
cum non appareat de alia solutione eo magis quia cum
Maurus in præcedentibus nundinis Resurrectionis eius-
dem anni 1626. soluerit ad computum huius cambij cur-
rentis alia scuta 25. mill. vt ex partitis in summ. num. 21.
& ex litteris Mauri summ. nu. 25. vtique ita præsumitur
extinctio debiti currenti ex istis scutis 25. mill. ex antece-
dentibus † enim arguitur voluntas insequentibus, Rota 17
d. decis. 679. *n.* 7. *part.* 1. *diuers.*
Addebant quoque Domini duo, alterum quod hæc so-
lutio fuit facta ex pecunijs socialibus redactis ex effectibus
Dohanæ Patrimonij, vnde solutio † debet cedere in ex- 18
tinctionem debiti cambij currentis socialis; non autem
debiti cambij limitati particularis, & proprij, Bald. *cons.*
115. *nu.* 2. *lib.* 3. Magon. *decis. Lucen.* 1. *numer.* 13. Cost. *de
remed. subsid. remed.* 219. *num.* 12. *cum plurib seqq.* Salicet.
in l. eius in fin. C. de compens. Fontanell. *de pact. nupt. claus.*
4. *glos.* 9. *part.* 2. *n.* 53. *& seq. &* 61.
Alterum, quod Nicolaus Pallauicinus duplicem per-
sonam repræsentabat, vnam Nicolaum de Genua, alte-
ram Nicolaum de Massa *di Noui, ò Fiera*, itaut diuersas
haberet stationes, † in quibus negociabatur, Rota *Ia- 19
nuen. decis.* 75. *num.* 3. Greg. *decis.* 366. *nu.* 1. & consequen-
ter cum tracta, seu ordo scut. 25. mill. de quibus agitur,
fuerit factus à Nicolao de Massa, solutio cedere debet in
causam cambij currentis Nicolai de Massa, non in cau- 20
sam cambij limitati Nicolai de Genua, Gregor. *d. decis.*
366. *num.* 1. *vbi Addit.* Rota *decis.* 634. *num.* 9. *in fin. part.* 1.
in recent. Gabr. *cons.* 175. *nu.* 28. *lib.* 2. Surd. *cons.* 327. *num.*
39.
Non obstat, quod cambium currens non esset debitum
Mauri, quia contrarium est verius, vt probatur ex lit-
teris, & confessione Ambrosij, ipsius Mauri, & Ale-
xandri summ. numer. 8. 26. & 28. iuncta alia solutione
scutorum 25. mill. facta per Maurum ad computum
cambij currentis, ex qua probatur debitum Mauri fol-
uentis.
Non obstant litteræ Mauri scriptæ Ambrosio, in qui-
bus dicit se velle extinguere cambium limitatum, quia
adsunt quoque aliæ litteræ, in quibus promittit extin-
guere debitum cambij currentis, vt in summ. numer. 26.
prout in præcedentibus nundinis ad computum cambij
currentis Maurus soluerat alia scuta 25. mill. vt supra de-
ductum est.
Non obstat Mercatorum opinio, quia datur alia opinio
contraria aliorum mercatorum, & cum ex supradictis de
iure solutio debeat cedere in causam cambij currentis, ita
vtraque parte informante fuit decisum.

R. P. D. QVEIPO.

Tiluentin. Beneficij.

Die Lunæ 28. Maij 1629.

ARGVMENTVM.

Vnio duarum Ecclesiarum quando fieri possit, & quæ solemnitates requirantur. Consensus alicuius, quando interuenire debeat in aliquo casu pro forma, & solemnitate, & quando è contra, & in istis casibus quando interuenire possit antea, vel post.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vnio duorum beneficiorum odiosa est, & contra ius commune, cum qualibet Ecclesia debeat habere suum Rectorem.*

2 *Vnio non est in iure permissa, nisi propter euidentem necessitatem, & vtilitatem.*

3 *Vnio duarum Ecclesiarum tunc est facienda solum, quando duobus ministris alimenta non præstiterint.*

4 *In beneficijs simplicibus tenuitas fructuum non est considerabilis, propter modicum onus.*

5 *In Vnionibus verus valor est exprimendus secundum communem æstimationem, non secundum sterilitatem.*

6 *Vnio facta ab Ordinario sine causa est ipso iure nulla, & nu. 7.*

8 *Testes, vt probent valorem beneficij, debent deponere per non excessum, non autem per ascensum.*

9 *Testibus deponentibus de credulitate fides non adhibetur.*

10 *Testibus est credendum, si reddant rationem sui testimonij.*

11 *Testibus duobus affirmantibus magis creditur, quàm mille negantibus.*

12 *Pro decreto Iudicis præsumitur.*

13 *Hoc tamen non procedit, vbi contrarium manifestis probationibus ostenditur.*

14 *Sine causa certa, his quæ fieri nequeunt, non creditur gerenti actum, circa interuentum causæ.*

15 *Testis idoneus nemo est in causa, ex qua laudem, vel vituperium reportat.*

16 *In vnionis instrumento non sufficit enunciari solemnitates requisitas, sed requiritur, vt probentur, & iustificentur.*

17 *Vnio quando fit per Ordinarium, requiritur consensus Capituli.*

18 *Capituli consensus in vnione, an postea adhiberi possit.*

19 *Vnio nulla propter defectum consensus Capituli, per eius ratificationem postea factam non conualescit.*

20 *Consensus vbi pro forma, & solemnitate interuenire debet, in ipso actu interponendus est.*

21 *Consensus, tunc pro forma, & solemnitate non interuenire dicitur, quando agitur de præiudicio illius, cuius consensus requiritur.*

Quo casu antecedente, & subsequi potest consensus nu. 21. & 22.

23 *Consensus tunc pro forma, & solemnitate requiritur, quando interponendus est ab eo, de cuius præiudicio non agitur, sed propter actus solemnitatem à iure requiritur.*

24 *Consensus sub conditione desideratus in aliquo actu, formalitatem, & solemnitatem inducit.*

25 *Ablatiuus absolutus conditionem importat.*

26 *Actus quando corruat ex defectu consensus.*

27 *Actus, si sit nullus ex defectu consensus, non conualescit, si ex interuallo subsequatur.*

28 *Indiuiduum est, quicquid ad solemnitatem exigitur.*

29 *Consensus Capituli in vnionibus beneficiorum liberorum desideratur pro solemnitate actus.*

30 *Vnio sine consensu Capituli ita demum est nulla, si hoc dicat Capitulum, & an hoc sit verum nu. 31.*

32 *Consensus superueniens, postquam de nullitate actus iudicium est captum, nihil operatur.*

33 *Vnio de beneficio liberæ collationis cum beneficio iurispatronatus laicorum prohibita est.*

DECISIO CCXCIV.

FACTA vnione de anno 1607. per Episcopum Triuentinum de Ecclesia seu Cappella Sanctæ Mariæ de Saletto, quæ erat liberæ collationis Ecclesiæ seu Cappella S. Mariæ de Laureto Iurispatronatus Laicorum familiæ de Marchesanis, cum de causis vnionis, & de consensu Capituli Triuentini dubitaretur. Domini in hac difficultate censuere neque de causis vnionis, nec de consen-
1 su Capituli constare. Nam cum sit explorati iuris † vnionem duorum beneficiorum odiosam esse, & contra ius
commune, à quo quamlibet Ecclesiam suum habere Rectorem desiderato *ca. cum non ignores de præben.* notat Oldrad. *cons.* 260 *num.* 1. & tenuit Rota *decis.* 337. *num.* 3. *par.*
3. *libr.* 3. *diuers.* ideo non est † in iure permissa, nisi propter 2
euidentem necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiarum secundum text. *in cap. exposuisti de præben.* Guidop. *cons.* 134. *quæst.* 1. Rebuff. *in prax. tit. de vnione, num.* 38. Caccialup. *in tract. de vnion. art.* 5. *caus.* 3. Mand. *in reg.* 22. *Cancell. quæst.* 5. *num.* 3. *ad fin.* Hored. *de incompatib. benef.* 2. *par. cap.* 3. *num.* 8. Azor. *institut. moral.* 2 *part. lib.* 6 *cap.* 28. *quæst.* 4. Gonz. *supr. reg.* 8. *glos* 2. *num.* 20. Garz. *de benef. part.* 12. *cap.* 2. *numer.* 108. Card. Caual. *decis.* 439. *num.* 2. & probatur ex text. *in capit. vnio* 10. *quæst.* 3. *cap. postquam* 16. *quæst.* 1. quibus traditur ad
† duarum Ecclesiarum vnionem dumtaxat esse deueniendum, si duobus ministris alimenta non præstiterint, & 3
confirmat ex Trid. *sess. ca.* 5. & *sess.* 24. *cap.* 13. *de refor.* & est notatu dignum, quod *decretum relatum in d. cap.* 5. videtur restrictum ad vniones pro Ecclesijs curatis propter eorum paupertatem, vt apparet ex illis verbis curatorum, vel non curatorum, cum curatis propter paupertatem. Nam
† in beneficijs simplicibus tenuitas fructuum non est con- 4
siderabilis propter modicum onus, vt notat Lambert. *de iurepatronat. lib.* 1. *par.* 1. *q.* 5. *art.* 21. *num.* 15. & hac ratione ve-
rum valorem † in vnionibus exprimendum esse secundum 5
communem æstimationem, & non secundum sterilitatem, vel vbertatem iux. *reg. tex. in l. pretia rerum*, §. *fin. ff. ad leg. Falci. l. declarauit reg.* 21. *Cancellariæ de vnionibus*, vt explicat Rebuff. *in eius interpretatione gl.* 7.

Vnde vnio † facta per Ordinarium sine causa est ipso 6
iure nulla secundum text *in d. cap. exposuisti de præben.* vbi Abb. & Imol. Oldrad. *d. cons.* 261. Mandos. *in d. reg.* 22 *quæst.* 3. *num* 6 Bursatt. *cons.* 185. *num.* 13. *lib.* 2. Hored. *vbi supra numer.* 16. Rota *decis.* 133. *num.* 3. *part.* 2. *diuersor* à quibus idem
traditur, † quando vnio proponitur facta ex falsa causa, 7
quamuis in hoc casu annullandam esse tenuerit Rota *dec.* 1. *de excessibus Prælat. in nou.* Ægid. *decis.* 617. *in fin.* Cassad. *decis.* 1. *de vnion.* Boer. *decis.* 345. *num.* 1. Azor. *in d. capit.* 28. *quæst.* 14.

Et in nostro casu vnionem ex falsa causa factam fuisse ex eo liquet, quod de paupertate vel vtilitate Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Laureto nihil proponitur in actis, & de paupertate Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Saletto non constat, nam licet Episcopo Triuentino narratum fuerit valorem trium scutorum non excedere, testes tamen ad hu-
ius causæ probationem inducti hoc non probant, † quia 8
deponunt per ascensum, non verò per non excessum, vt oportebat Rota *coram fel. record.* Gregor. XV *decis.* 353. *num.* 4. & *decis.* 186. *ex num.* 3. & *decis.* 429. *num.* 3. *part.* 1. & *decis.* 443. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* nec de certa scientia, sed de cre-
dulitate testantur, ideo † fidem non merentur ex Bald. *in* 9
l. fin. in princ. C. de arbitr. tutel. Greg Lopez *in l.* 29. *tit.* 16. *par.* 1. 3. *glos.* 5.

Et ex probatione contraria apparet prædictam Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Saletto iuxta communem æstimationem ad valorem centum ducatorum ascendere in doreque habere prædia, prata, & molendinum, necnon pascua, & alia petia terrarum, vt in summar. Petri numer. 5. quæ bona per singulos annos prædictum valorem conficiunt, quibus testibus plenior debet † fides adhiberi, cum 10
rationem sui testimonij reddant iuxta *regul. text.* & *doctr.* Bald. *ibi in l. sola, C. de testib.* & quia sunt vicini, eaque ratione melius informati secundum *textum in l.* 1. §. 1. *ibi*, aut existimationem circumcolentium, *ff. de fluminibus*, & *notat* Bald. *in l.* 2. *num.* 12. *C. quand. fisc. vel priu.* & in materia vnionum Rebuff. *vbi sup. glos.* 10 maxime cum affirmatiuè
deponant, † quia magis duobus testibus affirmatiuè depo- 11
nentibus, quàm mille negantibus credendum esse Bart. *docet in l. illa stipulatione* 8. *ff. de verb. oblig.* & *ibi* Ias. *in n.* 14. Gutier. *alleg.* 6. *n.* 1.

Neque obstat pro † decreto Iudicis, in quo enunciantur 12
solemnitates esse præsumen. vt omnia sint solemniter acta secundum text. *in l. ab ea parte*, §. *vlt. ff. de probat. cap. sicut in fin. de sent.* & *re iud. cum latè trad. à* Garz. *in d. cap.* 2. *num.*
125. quia † ista doctrina non procedit, vbi contrarium ma- 13
nifestis probationibus ostenditur, vt in prædictis iuribus traditur, & ibi notant Doct. & Garz. vbi sup. & regula ge-
neralis est in his, quæ sine † certa causa fieri nequeunt 14
non credi gerenti actum circa interuentum causæ, vt post Bart. *in l. si fortè, ff de Castren. specul. tenu.* 1 Rota *coram bo. mem.* Cardin. Caualer. *decis.* 439. *num.* 6. quia nemo est ido-
neus testis † in ea causa, ex qua laudem, vel vituperium 15
con-

consequitur Bart. *in l. d. ferre, num. 2. ff. de iur. fisc.* Felin.
in c. cum à nobis, nu. 5. de testib. Gutier. *cons. 24. nu.* 12. &
16 ideò † non sufficere solemnitates enunciari in instrumento
vnionis, nisi appareant, & probentur docet Rebuff. *vbi
supr. glos. 9. vers. nec creditur* Ægid. *decis. 377. & decis. 618.*
Vetail. *decis. 350. n. 2. & 3. part. 3. & fuit resolutum in Bur-
gen suppressionis* 10. *Nouembris* 1617. *coram Card. Caual.*
17 Et in vnionibus per † Ordinarium factis Capituli con-
sensum desiderari traditur expressè *in clem. 2. de reb. Eccl.
non alien.* ibi suo consentiente Capitulo vniatur, & ibi no-
tat *glos. verb. consentiente* Abb. *in cap. sicut vnire, numer. 2.
de excessib. Prælat.* Rebuff. *in prax. ad regul. de vnion. glos.
11. num. 2.* Rot. *decis. 133. nu. 2. par. 2. diuers.* & cum plu-
ribus relatis Garz. *de benef. part. 12. ca. 2. num. 145. & post*
Concil. Trident. idem obseruari debere colligitur *ex cap. 5.
ibi iuxta formam iuris sess. 21. de reform.* & ita per Sac. Con-
gregat. Concil. declaratum fuisse testantur Vgolin. *de offic.
Episc. cap. 52. §. 1. nu. 1.* Garz *in d. cap. 2. num. 158. & ita à*
Rota *fuisse decisum refert numer.* 160. & in præsenti vnione
Capituli consensum non interuenisse, Dominis visum
18 fuit, † nam licet post vnionem adhiberi posse existimaue-
rint Rebuff. *in d. glos. 11. numer.* 20. Boer. *decis.* 345. Gabr.
cons. 200. lib. 1. Rot. *decis. 533. nu. 9. in fin. part. 2. diuersor.*
Gratian. *discept. forens. c. 278. num.* 32. & plures referens,
Garz. *d. c. 2. ex nu. 147. per tex. in cap. cum nos de his, quæ
fiunt à Prælat. sine consens. Capitul. cap. cura, cap. suggestum
de iurepatr. l. si fundus, §. 1. ff. de pignor. l. aliena 20. ff. de
pignor. act. l. filio præterito, ff. de iniusto rupto, l. si impubes,
ff. de carbon. edicto.*

Contrarium tamen nempè in ipso vnionis actu, vel in-
continenti prædictum Capituli consensum adesse debere,
19 ita ut vnio ex defectu prædicti † consensus ab initio nulla
per eius exhibitionem postea factam non conualescat, pla-
cuit Bursat. *cons. 285. num. 14. lib.* 2. cuius sententiam ve-
20 rissimam iudico, quia † consensum pro forma, & solem-
nitate requisitum in ipso actu interponendum esse rece-
ptissimum est, in iure per *text. in l. obligari, §. tutor. ff. de
auctor. tutor. l. si id quod 7. §. si pupilli, ff. de rescind. vend. l.
nunquam 32. ff. de vsucap. l. pupillus 11. ff. de acq. rer. domin.
text. in §. tutor. institut. de auct. tutor. ca. auditis, iuncto cap.
quia propter de elect.* ab Interpretibus sine controuersia, vt
apparet ex Innoc. Bald. & alijs *communiter in cap. cum con-
suetudinis de consuet.* Bart. *numer.* 3. Castr. *numer.* 4. Iason.
*numer. 44. in l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acquir. hæ-
red.* & cum pluribus relatis Anton. Gomes. *in l. 42. Taur.
n. 2.* Matienz. *in l. 5. tit. 3. lib. 5. recop. gl. 1. nu. 3.* Tiraq. *de
leg. connub. gl. 6 nu. 3.*

Et secundum communem omnium sententiam ex co-
gnoscitur consensum pro forma, & solemnitate non desi-
21 derari, quando de præiudicio illius † tractatur, cuius con-
sensus exigitur. Quo casu antecedere, & subsequi posse
certi iuris est secundum text. *in d. capit. cum nos, & in d.
cap. cura;* cum alijs supra relatis, & iuxta istam doctri-
nam procedunt omnes casus relati à Paris. *de resign. benef.
lib. 8. q. 50. per tot.* Ant. Gomez. *in d. l. 42. Tauri ex numer.*
22 2. quia tunc cum † consensus non requiratur pro forma,
& solemnitate, sed propter interesse eius, à quo præsta-
tur, & pro eius damno, & præiudicio vitandum secun-
dum text. *in l. vltim. C. ad Macedoniam, l. 1. §. prodest, ff.
quod legatorum, l. fin. C. de pact.* ex post facto interuenire
potest. Pro forma autem, & solemnitate desideratur
23 consensus quando † interponendus est ab eo, de cuius pre-
iudicio non agitur, sed propter actus solemnitatem à iure
requiritur, & ita procedit text. *in d. l. obligari, §. tutor.*
cum alijs supra relatis, quam distinctionem tradidit Bart.
in leg. 1. §. sed si filius, numer. 2. & 3. ff. de leg. 3. & prose-
quitur Bald. *in l. 1. ex numer. 59. C. qui admitti ad bonorum
possess.* & optimè Castr. *numer.* 5. Alex. *numer. 9. & 10.* Ias.
num. 44. in l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acqu. hæred.
Tiraq. *in d. gl. 6. num. 3. & lib. 5.* Ant. Gomez. *in l. 55. Taur.
num. 6.* Matienz. *in l. 5. tit. 3. lib. 5. recop. glos. 8. n. 5* & con-
24 sensum sub conditione † desideratum in aliquo actu, for-
malitatem, & solemnitatem inducere docet elegans text.
in l. Prætor in princ. ff. de collat. bonor. & colligitur *ex cap.
exhibita de iudic. & ex auth. matri, & auiæ C. quand. mu-
lier. tut. offic. fungi potest,* & ibi notauit Bald. *numer.* 8. &
docet Afflict. *decis. 355. num.* 5. Rota *Ianuen. decis. 192. nu-
mer.* 3. & hoc modo Capituli consensus postulatur in Clem.
2. *de reb. Eccles. non alien.* in illis verbis suo consentiente
25 Capitulo vniatur. Nam ablatiuus † absolutus conditio-
nem inducit *leg. à testatore 109. ff. de condit. & demonstrat.*
vbi Bart. *num. 3. &* Castrens. *num. 1. notarunt,* & habere
maiorem vim, quam aliæ conditiones docent Sarmient.
lib. 2. select. cap. 8. num. 16. Gotier. *lib. 1. pract. qu. 63. num.*
3. & latè prosequitur Barbos. *in rubr. 1. part. ex num. 23. ff.
solut. matrim.* quo casu ex defectu † consensus corruit actus 26
*l. cum hi 8. §. si Prætor. ff. de transact. l. Iulianus, §. 1. ad ex-
hibend. l. fin. ff. de diuor. c. cum dilecta, de rescript. c. vene-
rabili de offic. & potestat. iud. deleg.* nec conualescit, quam-
uis † ex interuallo consensus subsequatur *d. l. obligari, §.* 27
tut. cum alijs supra relatis *leg. quid ergo in princip. ff. de his
qui not. infam.* & in alienatione facta per mulierem sine
consensu consanguineorum, per statutum desiderato tra-
dunt Doct. infra referendi, quia † indiuiduum est quic- 28
quid ad solemnitatem exigitur, *l. furiosum in fin. C. qui te-
stam. facer. poss. l. heredes palam. §. vlt. ff. de testam. l. cum au-
ctoritas, C. eod. tit. vt docet* Bart. *& communiter interpre-
tes in d. l. furioso,* Bald. *in cap. 1. in princ. de alien. feud. &*
cum pluribus relatis Tiraq. *in d. glos. 6. nu. 4. & glos. 4. nu.*
3. Matienz. *in d. l. 5. glos. 4. num.* 20. Guttier. *libr. 3. pract.
qu. 15. ex num. 4* Afflict. *decis. 355. ex numer. 4.* & cum † in 29
vnionibus beneficiorum liberorum de Capituli præiudicio
non agatur, consequens est desiderari pro solemnitate
actus, seu fauore publico, vt inquit Bart. *in d. l. 5. §. sed
si filius num. 4. vt aduertit* Garz. *de benef. part. 12. c. 2. n.* 164.
ex eo rectè impugnans † sententiam asserentium de hac 30
nullitate, Capitulum dumtaxat excipere posse, quam
post Oldrad. *cons. 162. in fin. admisit* Rot. *decis. 133. num. 10.
part. 2. diuers.* Quia prædicta sententia dumtaxat procedit
† in nullitate fauore alicuius inducta, vt latè tradit Surd. 31
de alim. tit. 8 priuil. 56. ex nu 8 Gratian. *discept. forens. cap.
27. ex nu n. 39* & colligitur ex *trad.* à Couar. *pract. c. 24 nu.
3. circa interpretationem text. in cap. non solum §. 1. de appell.
lib. 6.*

Illud tamen sine controuersia receptum est † quod post- 32
quam de nullitate actus iudicium inceptum fuerit, con-
sensus superueniens nihil operatur *l. licet, C. de procur. & ibi*
Ias. *nu. 10. & in l. non eo minus, C. eo tit.* Parlador *lib 2. rer. quo-
tid. ca. vlt. 3. par. §. 2 n. 10* Gutier. *lib 2 pract q 24.* Matiens *in
l 5 recop gl. 1 num 9. lib. 5* Tiraq *de leg. connub glos. 6 nu 16 &*
17 & lis super hac vnione originem trahit ab anno 1622 &
de Capituli consensu non apparet nisi ab anno vigesimo
sexto, & qui datur, non est authenticus, & habet contra se
præsumptionem *text. in l. si quis forte 6.* ibi neque enim de-
bebam tam magnam rem tamdiu tacere, *ff. de pœn.*

Deniquecum beneficium S. Mariæ de Saletto † sit om- 33
ninò liberæ collationis & beneficium S. Mariæ de Laure-
to sit iuspatronatus laicorum, huiusmodi vnio per Conc.
Trident. expressè interdicta est in *c. 9. sess. 25. de refor.* &
notauit Garz. *de benef. par. 12. ca. 2. n. 91.*

Et ita &c. vtraque &c.

Infra in eadem causa adest alia decisio sub die 12. Nouemb. ¶
1629. coram eodem R. P. D. Queipo, est decisio 318.

REVERENDISSIMO P. D. VRGELLEN

Placentina Decimarum.

Die Lunæ 28. Maij 1629.

A R G V M E N T V M.

Decimarum alienatio facta, non seruata forma rescripti Apostolici, est nulla.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia, in qua concurrunt omnia requisita ad eam ne-
cessario, est confirmanda.*
2 *Monitio Iudicis facta comparentibus in iudicio, quod tali
die feret sententiam, habet vim citationis.*
3 *Notario actuario credendum est, si attestetur de actibus
iudicialibus.*
4 *Decimarum alienatio ob non seruatam formam rescripti
Apostolici nulla est.*
5 *Gratia omnis habet in se tacitam conditionem, si preces
veritati nitantur.*
6 *Iustificatio narratorum debet præcedere gratiæ executio-
nem.*

7 *Dictio,*

7 *Dictio, postquam, quando indicat conditionem.*
8 *Decimarum alienatio non est facienda, si Ecclesiæ conditio deterior fiat.*
9 *Fides dicitur habita de pretio, si sit constitutus annuus redditus.*
10 *Decimarum alienatio, quando in totum corruat.*
11 *Laici sunt incapaces decimarum, & in hoc eis ius resistit, num. 13.*
12 *Titulum inualidum producens, præsumitur non habere meliorem.*
13 *Rector habet intentionem fundatam de iure, super perceptione decimarum.*

DECISIO CCXCV.

ANTONIVS Archipresbyter Ecclesiæ Sancti
Germani de Potentiano Placentiæ Diœcesis de an-
no 1555. Impetrauit à Papa licentiam in forma si in eui-
dentem, &c. alienandi redditus decimales ducatorum
200. auri de Camera non excedentes directa Vicario, &
Archipresbytero Placentino, vt in litteris Apostolicis
desuper emanatis, qui executores de anno 1558. de men-
se Iunij recepta informatione super euidenti, &c. in
executionem litterarum dictam licentiam Antonio præ-
fato concesserunt, qui postea eodem anno de mense
Nouembris vendidit D. Ferdinando de Anguissulis quar-
tam partem decimarum omnium fructuum Territorij
Susani pretio librarum 700. soluendarum ad nouem
annos proximos, & de anno 1562. vendidit Com. In-
lio etiam de Anguissolis quartam partem totius decimæ
Territorij de Althoè libris 1700. intra septennium sol-
uendis: sed insurrexit Ioannes modernus Archipresby-
ter dictæ Ecclesiæ Sancti Germani, & lite per eum
mota coram Ordinario Placentino super nullitate huius-
modi venditionum, necnon super dimidia alterius quar-
tæ decimæ, in qua prætendebat ab Anguissolis mole-
stari, obtinuit contra eos duas sententias respectiuè, qui-
bus declaratum fuit venditiones fuisse nullas, ob non
seruatam formam literarum Apostolicarum, necnon
eumdem non esse molestandum in perceptione dictæ al-
terius quartæ decimæ, cum autem fuerit appellatum, &
& causa mihi commissa Domini hodie resoluerunt sen-
1 tentias esse confirmandas, quia in primis de † earum va-
liditate non potest dubitari, cum habeant omnia requisi-
ta, de quibus Caputaq. *decis.* 260. *par.* 2. Nullitas enim
ex defectu legitimæ citationis ad sententiam, de qua
opponebatur tollitur ex facto, quia Iudex die 6. No-
uembris 1627. monuit partes comparentes pro die 2. De-
2 cembris, sub qua sententias promulgauit, † monitio au-
tem facta comparentibus in iudicio vim citationis habet
Felin. *in c.* 1. *num.* 18. *de iud.* & Seraph. *decis.* 1118. *num* 1.
et 2. quòd verò dicebatur partes non fuisse in iudicio tem-
pore monitionis, non iustificatur in actis, cum tamen
3 Notario † actuario de comparitione, & alijs actibus iu-
dicialibus attestanti credendum sit, etiam sine testibus,
Dec. *in c. quoniam contra numer.* 32. *et* 48. *de probat.* Ma-
rant. *ordin. iudici.* 6 *par. tit. de act. edict.* per tot prout,
nec iustificatur sententias latas fuisse contra pupillos in-
defensos.

4 Deinde iustitia visa fuit clara, quia † sententiæ decla-
rant alienationes decimarum ob non seruatam formam
rescripti Apostolici fuisse nullas, quod in iure est indu-
bitatum *cap. cum dilecta*, §. *dictum insuper*, & *ibi* Felin.
numer. 6. *vsque ad numer.* 14. *de rescript. c. venerabilis*, §.
porro de off. deleg. Abb. *in causam*, *num.* 10 *de re iud.* &
cons. 41. *num.* 3. *lib.* 1. Gozad. *cons.* 32. *num.* 2. Seraph. *decis.*
338. & *in puncto*, Rota *decis.* 624. *num.* 1. *par.* 1. *recent.*
& *alibi sæpius.*

Quod autem rescripti forma seruata non fuerit, constat
ex euidentia facti combinando litteras Apostolicas cum
sententia Iudicum executorum, & cum venditionibus in-
de sequutis, nam in primis fuit Papæ narratum decimas
alienandas non excedere ducatos 200. auri de Camera,
& Papa exequutoribus iniunxit, vt super hoc seruatis ser-
uandis diligenter se informarent, ibi quatenus seruata for-
ma prædictarum litterarum, &c. Vnde, & debuit dicta for-
ma ad vnguem seruari ex *d. c. cum dilecta*, & alijs supra al-
legatis, & narratiua prius iustificari, cum enim omnis gra-
5 tia habeat in † se tacitam conditionem, si preces veritati
nitantur *l. fin. in princ. C. de diuers. rescript.* & *c.* 2. *vbi* Rip.
num. 29. *extra de rescript.* iustificatio narratorum debet † 6
præcedere gratiæ executionem, Rom. *cons.* 33. *n.* 2. Gonzal.
sup. reg. 8. *in adnot. contr. nullit.* & *attent. in caus. benef.*
ante § 2. *glos.* 9. *nu.* 230. Caputaq. *decis.* 240. *par.* 2. prout
in simili de habente facultatem conferendi beneficia certi
valoris, Garz. *de benef. par.* 5. *c.* 7. *nu.* 90. & 91. Crescent.
decis. 4. *de probat.* Put. *decis.* 138. *lib.* 2. & Rota *in Abulen.*
præstimoniorum 15. *Februarij* 1610. *coram bon. me. Patriar-*
cha Manzanedo.

Præterea sententia exequutorum confirmatorum alie-
nationum præcessit alienationes ipsas, vt supra in facto,
quandoquidem prima alienatio facta fuit per quinque, &
secunda per quatuor annos post dictam sententiam, & ta-
men in litteris Apostolicis præscribitur, quod alienationes
ab exequutoribus approbentur, & confirmentur postquam
factæ fuerint, quæ dictio, † *postquam*, in hoc casu inducit 7
conditionem, Rota *decis.* 46. *nu.* 2. *par.* 2. *recent.* & *sic for-*
mam l. qui hæredi, *ff. de condit.* & *demonstr.* Bald. *in auth.*
matri, *et auiæ*, *nu.* 3. *vers. quidam tamen*, *C. quand. mul. tut.*
off. Crau. *cons.* 313. *num.* 5. Vnde etiam ex hoc capite ven-
ditiones decimarum fuerunt nullæ, vt in puncto Rot. *in*
Valentina Baroniæ 18. *Aprilis* 1603. *coram Ortembergo.*
Tandem quia in litteris fuit expressè cautum, vt pretium
deponeretur, & fieret reinuestimentum in bonis stabilibus
infra sex menses à die alienationis computandos, & tamen
fuit habita fides de pretio cum dilatione ad septem, & no-
uem annos, vt dictum fuit quod fieri non potuit, tam ex
forma rescripti, & dixit Rota in *d. Valentina Baroniæ*,
quam † etiam quia inde Ecclesiæ conditio non vtilior, 8
sed deterior fiebat ex doctr. Bart. *in l. à Diuo Pio*, §. *sed si*
empor. nam 3. *vbi etiam* Alexand. *num.* 7. *et seq.* Ias. *num.* 7.
ff. de re iud. & in terminis Gregor. XV. *decis.* 113. *num.* 6.
et 7. & Rota *decis.* 430. *num.* 4. *par.* 2. *recent.*

Neque obstat quod fuerit in pactum deductus annuus
redditus libr. quinque imperialium pro quolibet centena-
rio soluendus durante dilatione ad soluendum data, quia
cum huiusmodi redditus sint fructus recompensatiui iux-
ta *l. curabit*, *C. de act. empt.* exindè † non probatur vti- 9
litas, nec tollitur, quin contra literarum tenorem fides
de pretio habita fuerit Couar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 11.
num. 15. & Gregor. *vbi supra num.* 9. & in omnem casum
cum non fuit factum depositum pretij intra tempus præ-
finitum, & sic reinuestimentum citò fieri non potue-
rit, negari non potest, quin ex dilata solutione per tot
annos reinuestimenta postea facta fuerint cum damno Ec-
clesiæ, ex quo pretia bonorum stabilium à die venditio-
num vsque ad diem solutionum multo aucta fuerunt, vt
in facto probatum fuit, & quamuis videatur ob dam-
num, quod euenit ex temporis cursu non fuisse contra-
uentum formæ rescripti, tamen clarum est dilationem † 10
deductam in pactum fuisse contra expressa rescripti ver-
ba, & sic venditiones in totum fuerunt nullæ, *l. pacta*
quæ contra, *et ibi gl. C. de pact.* quando enim lex requi-
rit actum cum aliqua qualitate fieri, nec actus sine qua-
litate, nec viceuersa fieri sufficit Bart. *in l. Fulcinibus*, §. *cum*
hoc, *ff. quibus ex caus. in poss.*

Minus releuat allegatio præsumpti beneplaciti Aposto-
lici, tum quia versamur in decimis, † quarum laici sunt 11
incapaces *c.* 1. 16. *q.* 7. easque præscribere non possunt, *c.*
causa quæ ad præscript. & præsertim post Conc. Latera-
nen. *c. prohibemus*, *de decim.* Rebuff. *de decim. quæst.* 13.
num. 78. & *seq.* Vnde cessat præsumptio beneplaciti, aliàs
enim dispositio prædictorum iurium redderetur elusoria,
vt patet ad sensum, & in puncto aduertit Marescot. *var.*
resol. l. 1. *cap.* 13. *num.* 1. *cum seq.* & dixit Rota *in Placen-*
tina decimarum 31. *Ianuarij* 1586. *coram Bubalo*, tum etiam
quia ex productione alterius tituli inualidi per Anguis-
solos facta nempè, ex productione venditionum de qui-
bus supra, cessat præsumptio alterius tituli, ex † quo 12
producens titulum inualidum præsumitur meliorem non
habere Paris. *cons.* 27. *num.* 119 *lib.* 1. *cum alijs adduct. per*
Marescot. *d. c.* 13 *num.* 5. *vsque ad* 9. Seraphin. *decis.* 671.
num. 8 Rota *diuers. decis.* 731. *num.* 19. *par.* 1. & *decis.* 208.
num. 2. *par* 4. & *in recent. decis.* 285. *numer* 4. *et in princ.*
par. 2. Greg. *decis.* 467. *num.* 7. *in princ.* quæ conclusio in
subiecta materia est verissima.

Ex quibus benè etiam in prædictis sententijs Ordinarij
Placentini fuit firmatum præceptum aliàs factum An-
guissolis de non molestando Archipresbyterum in perce-
ptione dictæ alterius dimidiæ quartæ decimæ, cum
enim

13 enim Anguissoli † sint decimarum incapaces, ipsisque
ius resistat *d. c. causam quæ, de præscript. &c. dudum ex-*
tra de decim. & Archipresbyter habet intentionem funda-
14 tam, eique † vti Rectori ius assistat, *c. cum contingat,*
& c. cum in tua, eod. tit. Gregor. XV. *decis. 449. in princ.*
& alibi Rot. millies decimæ percipi debent à Rectore, non
autem ab Anguissolis.

Et ita decisum, &c.

¶ Infra in eadem causa adsunt duæ decisiones hoc est sub die 18. Februarij 1630. & 13. Maij eiusdem anni sunt decisiones 390. & 375.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Senogallien. Emphyteusis.

Die Mercurii 6. Iunij 1619.

A R G V M E N T V M.

Emphyteusis Ecclesiasticæ inuestitura, quando non substineatur. Sententia, quando probet etiam sine actis. Sententia lata à laico super bonis Ecclesiasticis est nulla.

S V M M A R I V M.

1 *Inuestituræ causa finalis in materia Ecclesiastica, quando est læsiua, erronea, & simulata, tunc d. inuestitura non suffragatur.*
2 *Sententia executioni demandata pro veritate habetur.*
3 *Rota non attendit sententias aliorum Tribunalium, nisi iustificentur ex actis.*
4 *Sententia, quando non adducitur ad effectum obtinendi illarum executionem, sed ad probandum factum inter partes, etiam sine actis suffragatur.*
6 *Error vbi est, ibi deficit consensus.*
7 *Causa cessante, cessat effectus.*
8 *Emphyteusis noua inuestitura, si non substinetur, quando absque alia inuestitura primo emphyteutæ prima inuestitura reuiuat.*
9 *Emphyteuticam rem vendens de consensu Domini, si postea agat ad rescissionem contractus, an possit fieri noua translatio dominij sine nouo consensu.*
10 *Emphyteusis contractum venditor rescindens ex capite læsionis, non tenetur Domino soluere laudemium.*
12 *Gratiæ fundamentum, quando pro parte non substinetur, gratia respectiuè corruit.*
13 *Clausula in inuestitura apposita (si se iustè renouari peteret, &c.) quid importet.*
14 *Sententia lata à Iudice laico super bonis Ecclesiasticis est nulla.*
15 *Iudices laici possunt cognoscere de furto decimarum, licet quoad decimas, non sint Iudices competentes.*
16 *In iudicio attenditur id, quod principaliter resultat, non autem, quod incidenter.*
17 *Iudex laicus, nec incidenter potest cognoscere de causa merè spirituali.*
18 *Legitimitatis quæstio inter laicos iudicatur de foro Ecclesiæ, quamuis in consequentiam veniat resolutio pertinentiæ successionis.*

D E C I S I O CCXCVI.

CVM Ecclesia Senogallien. prætenderet bona; de quibus agitur, deuoluta per obitum Octauiani vltimi de linea comprehensorum in inuestitura concessa Marco Antonio illius patri, consului Dominos, an Iacobæ suffragetur Inuestitura quam de dictis bonis tanquam sibi ab eodem Octauiano, & Paulo fratribus pro dotis supplemento, & adæquatione postmodum assi-
gnatis obtinuerat vnà cum confirmatione Apostolica: Et
demptis octo salmis vti correspectiuis ad creditum præfa-
tæ dotis, quæ per mensam Episcopalem non controuerte-
bantur, quoad residuum Domini responderunt inuesti-
turam non suffragari ea ratione, quia assignatio † ex qua 1
tanquam ex causa finali Episcopus consequutiuè motus
fuit ad concedendum, & Papa ad confirmandum, Aym.
cons. 135. num. 11. cum seqq. Honded. *cons. 55. num 44.*
lib. 1. vt læsiua, erronea, & simulata fuit vltra quantita-
tem octo salmarum correspectiuam ad creditum dotis, vt
dictum est, nullata per sententias de partibus exequutas,
& habentes vim rei iudicatæ, quæ quidem res † iudica- 2
ta executionis demandata pro veritate habetur, *l. res iu-*
dicata vbi Cagnol. *num. 2. ff. de reg. iur.* Rolan. *cons. 83.*
numer. 12. lib. 1.

Et debet attendi, quia † licet Rota non attendat sen- 3
tentias aliorum Tribunalium, nisi iustificentur ex actis,
Cassad. *decis. 3. de procur.* Mohed. *decis. 3. de test. & 11. de*
re iudic. Chissanen. *decis. 179.* Attamen cum in casu isto
non deducantur ad effectum obtinendi illarum exequu-
tionem, sed solummodo ad probandum factum † inter 4
partes per modum exceptionis contra d. assignationem
insolutum, etiam sine actis suffragantur, Put *decis. 198.*
num. 1. & 2. & decis. 391. num. 1. lib. 1. in correct. Acco-
rambon. *decis. 35* Rot 143. *nu. 6. & seqq. par. 2. & decis.*
593. par. 3. diuers. Mantic. *decis. 350. num. 9.*

Vnde sequitur, quod resoluta pro maiori parte ipsa assi-
gnatione, nec ipsa inuestitura, & successiuè confirmatio
Apostolica veluti redactæ ad non causam nullatenus † 5
substineantur, nisi pro rata subsistentis assignationis ad
text. *in l. 1. C. de impon. lucr. describ. lib. 10. & c. susceptum*
de rescript. in 6. Afflict. post Isern. *c. 1. §. moribus, num. 3.*
& seq. si de feudo fuerit controuersia inter Dominum,
& agnatum, vbi ad propositum duas ponderat, rationes.
Prima est quia propter errorem † deficit consensus inue- 6
stientis ex regula, quod vbi est error, ibi deficit consensus,
l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. iudic. Secunda, quia
regula est quod † cessante causa cesset effectus, *c. cum* 7
cessante de appellat. Tiraquell. *in eod. tract. cessante cau-*
sa par. 1. num. 52. Aluarot. *in d. c. 1. §. moribus, nu. 7.* Præ-
posit. *num. 1. vers. quærit hic.* Andreas Bolzar. *numer.* 10.
Dec. *cons. 144. num. 2. & cons. 408. num. 1. et seqq.* Abb.
in c. postulasti num. 1. vers. ex quo collige de rescript. Ro-
man. *in l. vsufructu. num. 13. ff. solut. matrim.* Butr. *cons.*
22. *visis punctis, num. 4. vers. sed posito.* Aym. *d. cons. 135.*
num. 13. Honded. *cons. 55. nu 45. lib. 1.* Cagnol. *in l. fin. nu.*
72. C. de pact. Frezia *de subfeud. lib. 2. qu. 11. nu. 6.* Ma-
strill. *in 1. addit ad* Petrum Greg. *de concessione feudi par.*
1. qu. 3. vers. et quid si concessio, Io. Franc. à Ponte *cons. 3.*
nu. 13. Costa *de retrotraction. c. 8. cas. 1. nu. 5.* itaut per hu-
iusmodi resolutionem dominium residui bonorum emphy-
teuticorum absque noua inuestitura reuersum fuerit iuris
ministerio ad Octauianum primum emphyteutam, ac si
quoad illam † portionem prima ipsius inuestitura reuiui- 8
xerit, *argum. text. in l. voluntate, in fi. ff. quib. mod. pign. vel*
hypothec. soluit. & in puncto firmat Bald. Nouell. *in tract.*
dotis, par. 8. priuil. 6. num. 11. præsertim, vers. nam pone di-
cens esse absurdum, quod in vendentem rem emphyteuti-
cam de consensu Domini, si postea agat ad rescissionem
contractus † non possit fieri noua retrotranslatio domi- 9
nij sine nouo Domini consensu, & subdit, Io. de Imol. &
Roman. *idem tenere* Corbul. *de caus. priuat. ob alienatio-*
nem limit. 21. Surd. *decis. 173. num. 22. et decis. 182. num. 5.*
decis. 220. num. 24. et latiùs, decis. 344. num. 20. vsque ad 25.
in addit. post 4. volum. cons. Pinell. *ad l. 2. par. 2. c. 3. num.*
42. C. de rescind. Ferrer. *in prima additione ad* Guidop. *de-*
cis. 48. in fin. vbi quod venditor † rescindens ex capite læ- 10
sionis contractum emphyteusis non tenetur Domino sol-
uere laudemium, Costa *de retrotractionibus d. cap. 8. cas.*
1. num. 18. Maur. Burg. *de laudem par. 2. inspect. 23. num.*
4. & seqq. præcipuè, num. 6. vbi conciliando opiniones
distinguit asserens quod emptor tunc dicitur restituere non
ex causa voluntaria, sed necessaria, quando restituit calo-
re rei iudicatæ. Et hinc apertè constat dici non posse, quod
versemur in resolutione ex causa voluntaria, non autem
necessaria, de qua loquuntur Doctores allegati; quia aut
id deducitur ad effectum vt nouus consensus Ecclesiæ re-
quireretur ad fauorem Octauiani, & stante calore dictæ
rei iudicatæ, resolutio dicitur non ex causa voluntaria,
sed omninò necessaria, ac coactiua, itaut absque nouo Do-
mini consensu ius, & primæua inuestitura Octauiani re-
uiuixe-

uluixerit ex allegatis. Aut verò id deducitur ad effe-
ctum vt Moysa possit hodie ex persona Octauiani, cuius
est hæres tanquam ex contraria voluntate renunciare
dictis sententijs, & rei iudicatæ. itaut dicta assignatio in
totum sustineri possit ad fauorem Iacobæ, si non per
viam præcedentis contractus, saltem per viam superue-
nientis donationis, ex qua consequenter tanquam per
modum retrotractionis sustineatur etiam Inuestitura. Et
hoc dici non potest, quia dicta assignatio pro rata exce-
dente creditum dotis tanquam læsiua, erronea, & si-
mulata, siue fuerit nulla ab initio, siue fuerit valida,
sed Octauiano volente iudicialiter annullata: In vtroque
11 casu non potest Moysa post apertam † Domino emphy-
teusim præiudicare iuri medio tempore quæsito Ecclesiæ
ad text. *in c. quamuis, de rescript. in 6.* Aretin. *in l. hæres
quandoque 54. numer. 2. vers. sed. ipse respondebat, ff.
de acquir. hæreditate* Zabarell. *cons. 103. numer. 13.* Ma-
ximè post rem iudicatam, idem Aretin. *loco citato num. 3.
vers. sed* [...]*est dici.*

Neque e[...]im dicatur, quod quicquid sit in præiudi-
cium Octauiani dum viueret, illo tamen defuncto respe-
ctu Ecclesiæ inuestitura facta Iacobæ sustinetur, tan-
quam noua inuestitura, quæ post antiquam solummodo
operatur ad tradita per Caldas *de iur. emphyt. par. 2.
cap. 3.* cum aliunde, quam ex ipsa assignatione inso-
lutum potuerit moueri Ecclesia ad concedendam, &
Papa ad confirmandam inuestituram. Quia responde-
tur fundamentum inuestituræ omninò, ac principali-
ter consistere in ipsa assignatione sub cuius præsuppo-
12 sito Ecclesia concessit, & Papa confirmauit, vnde †
resoluta ac deficiente pro maiori parte ipsa assignatione
tanquam fundamento gratiæ, corruit respectiuè, &
ipsa gratia ex deductis. Quod autem Ecclesia sub illo
præsupposito dumtaxat Iacobam inuestiuerit, patet
euidenter, dum in inuestitura apposuit clausulam si se
13 iustè renouari peteret, &c. † quæ clausula non potest
ad aliud referri, quam ad ipsam totalem assignatio-
nem. Tum quia indicat dependentiam ab anteriori ti-
tulo in vim, cuius petitur renouatio. Tum quia re-
quirit iustitiam ex parte petentis, quorum vtrumque
non conuenit nouæ inuestituræ, quæ fundatur in gra-
tia concedentis: nec supponit anterioritatem tituli, in
vim cuius debeatur renouatio.

Non obstat defectus iurisdictionis contra dictas senten-
14 tias oppositus ex eo, quod † fuerint latæ per Iudices, lai-
cos super bonis Ecclesiasticis, vt fuit resolutum *coram
me in Romana domus de Scapuccijs 19 Ianuarij 1611.*
Quia fuit responsum coram Iudicibus laicis non fuisse
actum super validitate inuestituræ, aut super compre-
hensione in eadem inuestitura, sed super quantitate
crediti dotalis insolutum, qui articulus est ab ipsa in-
15 uestitura omninò separatus, vt in simili de furto † de-
cimarum, & alijs huiusmodi, Federic. de Senis *consil.
245. numer. 3. vers. si est quæstio, & consil. 96 numer. 3.
vers. si dicam.* Et quamuis ex resolutione dicti contra-
ctus iudicari in foro laicali veniat consequutiuè resolu-
16 tio Inuestituræ, attamen † in iudicio attenditur id,
quod principaliter, non autem incidenter resultat, ad
trad. per Dec. *consil. 28. numer. 3.* Rot. *decis. 263. numer.
1. par. 1. & decis. 34. num 18. par. 2. diuers.* dummodo
17 non agatur de causa † mer̃ spiritual, de qua nec etiam
incidenter potest laicus cognoscere secundum *glos. in cap.
lator. in verbo dimittat, qui fil. sint legit.* Bellamer. *cons.
40. num. 18. & 19.* Et hinc in simili videmus, quod quæ-
18 stio illegitimitatis inter laicos † iudicatur de foro Eccle-
siæ, quamuis in consequentiam veniat resolutio perti-
nentiæ successionis, quæ super bonis laicalibus est de me-
ro foro laicali, *cap. tuam de ordin. cognit.* Federic. de Sen.
cons. 275. num. 7.

Et ita vtraque parte informante conclusum fuit Inue-
stituram Iacobæ suffragari pro octo salmis dumtaxat,
Episcopo tamen non contradicente, sine cuius consensu
non videbatur posse deueniri ad diuisionem emphyteu-
sis, &c.

REVERENDISS. P. D. VRGELEN.

Ianuen. Parochialis S. Fidei.

Die Mercurij 6. Iunii 1629.

ARGVMENTVM.

Narrata in gratia sunt omninò iustificanda, maximè in eis, in quibus consistit principale fundamentum impetrantis gratiæ, & etiam quando contra impetrantem adest præsumptio iuris.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas narrata in gratia est omninò iustificanda.*

2 *Gratiæ principale fundamentum est omninò iustificandum.*

3 *Vicarij temporales ad nutum de iure deputantur in Ecclesijs Regularium.*

4 *Narrata in gratia, si eis obstet præsumptio iuris, sunt concludenter probanda per impetrantem.*

5 *Status vltimus attendi solet, cum quæritur de beneficij qualitate.*

6 *Actore non probante reus absoluitur.*

7 *De statu vltimo sufficit docere ad effectum iustificationis gratiæ*

8 *Gratia subreptitia est nulla.*

9 *Gratia redditur subreptitia, si non narretur possessio pacifica aliquorum per plures annos, vigore concessionis Apostolicæ.*

10 *Papa non præsumitur in præiudicium etiam colorate possidentis velle alteri beneficium conferre.*

11 *Fides exemplationis non releuat sine tenore instrumenti.*

12 *Scripturæ exemplatio facta per Notarium, de qua ipse fuit rogatus, non probat instrumenta, ex quibus exempla sumpsit quod sint authentica.*

13 *Beneficiorum gratiæ, & collationes regulariter non probantur per testes, sed per litteras.*

DECISIO CCXCVII.

ECCLESIA Parochialis S. Fidei Ciuitatis Ianuen.
quæ est membrorum præceptoriæ S. Ioannis de Bur-
go Religionis Hierosolymitanæ fuit de anno 1615. à tunc
præceptore concessa in perpetuum Congregationi Cleri-
corum Regularium Minorum confirmatione Apostolica,
& possessione subsecutis, sed nihilominus Sebastianus
Benuenutus de anno 1618 cum narratiua, quòd illa aliàs
obtenta per Ioannem Mariam Gandum vacabat à qua-
driennio, & vltra per assecutionem alterius incompati-
bilis, sicque ius conferendi esse ad Papam deuolutum,
iuxta *Constitutionem Pij V. in nou. Bullar. tom. 2. constit. 33.*
obtinuit eandem sibi conferri, vt in litteris Apostolicis
desuper expeditis, pro quarum executione lata senten-
tia per Ordinarium Sauonen. Executorem; Clerici præ-
fati appellarunt, & commissa mihi causa cum facultate
etiam easdem litteras exequendi, dubitaui hodie, an illæ
exequendæ sint, & fuit vnanimiter per Dominos nega-
tiuè resolutum, præcipua resolutionis ratio fuit, quia
quicquid sit de alijs narratis, illud vnum non fuit iu-
stificatum nempè hanc Parochialem solitam esse confer-
ri in titulum, † quod tamen debuit per Sebastianum im- 1
petrantem omninò iustificari ex *reg. lex. in l. 2. ff. de pro-
bat. & cap. 2. de rescript.* Io. Andr. *in cap. 1 num. 2. vers.
in beneficialibus de lit. contest. in 6.* Abb. *in cap. qui circa,
numer. 3. de consanguin. & affin.* Paris. *cons. 49. numer.
3. lib. 4.* Rot. *decis 20. de præb in nou. & in recent. decis.
24. num. 1. par. 2.* & apud Gregor. XV *decis. 242. numer. 5.*
& præsertim cum dicta narratiua solitæ collationis in ti-
tulum sit principale † fundamentum gratiæ Sebastiani. 2
Put. *decis. 267. lib. 3. in nouiter impress.* Rot. *diuers. decis.
268. num. 1. par. 1. & in recent. decis. 179. num. 3. et 296.
num. 1.*

num. 1. part. 2. necnon quia habet contra se iuris præsum-
3 ptionem, ex quo in † Ecclesijs Regularium de iure depu-
tantur Vicarij temporales ad nutum cap. 1. de Cappell.
Menoch. & ex constit. Pij Quinti super Vicarijs edit. Gon-
zal. super reg. 8. glos. 5. §. 6 Bellam. decis. 203. Cassad.
decis. 4. num. 3. & decis. 12. num. 9. de præb. & fuit dictum
in Ianuen. Parochialis 19. Aprilis 1627. coram me, vnde
4 tanto † magis debuit per Sebastianum impetrantem cla-
re, & concludenter probari. Ioann. Andr. in quæst. su-
per quarta per Rectorem contra Episcopum præscribenda
per eum disputata in cap. fine possessione de reg. iur. in 6.
Bellam. decis. 674.
Deinde accedit, quod imò vltimus status fuit de ma-
nuali, vt probatur ex duabus vltimis prouisionibus, pro
5 parte Clericorum exhibitis, qui vltimus † status atten-
di solet, cum quæritur de beneficij qualitate, cap. cum
de beneficio de præbend. in 6. Dec. cons. 126. num. 1. Rot.
decis. 2. de præb. in nou. & apud Seraph. decis. 1095. num.
3. & 4. Vnde Clerici non solum excludunt Sebastianum
ex eo quod non iustificauit suam gratiam, quod eis
6 satis esset ex regula † actore non probante, &c. ipsi
enim vti rei conuenti, & possidentes non tenentur quid-
quam iustificare. Abb. in cap. licet Heli in fin. de simon.
Innoc. in cap. veniens il secundo, & ibi Felin. qui testatur
de commun. num. 13. de testi. Feder. de Sen. cons. 103. in
princip. & prope fin. Ruta decis. 36 sub num. 10. part. 2.
diuers. & decis. 612. & 728. num. 2. & 739. num. 4. part.
2. recent. sed etiam ex abundanti probant contrarium, &
iustificant suam gratiam, quæ cantat de manuali, quia
7 ad effectum iustificationis gratiæ sufficit docere de vlti-
mo statu, Abb. in cap. nobis, num. 8. vers. si vero non
constat de iusepat. Innoc. in cap. postulasti num. 1. post med.
ced. tit. Rot. decis. 737. nu. 5. part. 2. recent. & apud Gre-
gor XV. decis 482. num. 7. & in Asculana Parochialis 17.
Martij 1586. coram Orano.
8 Tandem gratia Sebastiani fuit † subreptitia, & ideo
nulla, cap. ad aures de rescript. cap. si motu proprio de
præben. in 6. Felin in cap. ad audientiam il secondo, num.
22 de rescript. Cassad. decis. 3. num. 4. de pens. & Greg.
XV. decis. 450. num. 1. subreptio autem est clara dum
9 Sebastianus non fecit mentionem † de pacifica possessio-
ne plurium annorum, in qua Clerici existebant vigore
supradictæ concessionis Apostolicæ, cap. cum nostris, vbi
Abb. num. 1. de concess. præben. Felin. in cap. in nostra
num. 32. de rescript. Gomes. super reg. de annal. quæst.
10. Mandol. super eadem reg. quæst. 49. & in fortioribus
terminis Rot. in Cauinolen. Præceptoriæ 6. Martij 1617.
coram Reuerendiss. D. meo Decano, & Casalen. Benefi-
ciorum 10. Decembr. 1627. coram D. meo Merlino, & cer-
tum est, quod possessio Clericorum, & maximè tot
annorum, vt supra si per Sebastianum fuisset narrata,
non solum Papam reddidisset difficiliorem, quinimo
10 verisimiliter retraxisset, cum non præsumatur eum in †
præiudicium etiam coloratè possidentis velle alteri be-
neficium conferre, vt benè præcitati DD. & Ant. de
Barth. in d. cap. cum nostris num. 17. vers. si verò possessio,
Bero. in cap. super litteris num. 72. vers. decimoseptimo in
impetratione de rescript. Ioan. de Silu. in tract. de Benef.
part. 3. quæst. 11. vers. item si Papa, Menoch. de arbitr. cas.
201. num. 139. & Rota in dd. decisionibus.
Vnde non obstant prætensa instrumenta collationum,
quæ dicuntur cantare in titulum, quia in primis inde
non tollitur subreptio gratiæ Sebastiani ex causa supra-
11 dicta, deinde Dominis fuit data solum † fides cuiusdam
exemplationis collationum, quæ præterquam quod non
releuat sine instrumentorum tenore, Auth. si quis in
aliquo C. de ed. in omnem casum cum non constet quod
illa fuerit facta à Notario de dictis instrumentis roga-
to, vel ab alia legitima persona, sed solum à quodam
asserto Notario attestante per hæc verba, hæc est exem-
platio publicorum documentorum, & scripturarum per
dictum Sebastianum productarum in authentica, & pro-
banti forma, &c. solum inde probatur exemplatio, de
qua ille Notarius fuit rogatus, non autem instrumenta,
12 † ex quibus exempla sumpsit, & de quibus non fuit ro-
gatus, esse authentica, & in forma probanti, §. nos
autem, Auth. de tabell. Barth. in dict. auth. si quis in ali-
quo num. 3. Felin. in cap. si cautio num. 69. de fid. instr. &
Rot. decis. 545. num. 5. part. 2. recent.
Minus releuant quatuor testes dati ad probandum qua-
13 litatem collatiuam huius Parochialis, quia † vltra quod
regulariter collationes, & gratiæ beneficiorum non pro-
bantur per testes, sed per litteras, Paris. de resignat. lib.
8. quæst. 2. num. 7. Verall. decis. 51. num. 2. part. 2. &
Rota in Tarasian. Canonicatus 9. Martij 1607. coram
Corduba primus testis se refert ad quamdam epistolam
præceptoris, secundus fatetur se nunquam vidisse litte-
ras collationum, tertius deponit etiam de manualita-
te, & vltimus de proprio iudicio, de quibus propterea
nullo modo credendum est ex vulgatis iuribus, & patet
ad sensum, &c.
Et ita, &c. vtraque, &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Mediolanen. Pecuniaria.

Die Lunæ 11. Iunij 1629.

A R G V M E N T V M.

Creditum illiquidum non potest retardare creditum liquidum. Fideicommissarius sibi præiudicat, consentiendo donationi rei subiectæ fideicommisso.

S V M M A R I V M.

1 *Creditum illiquidum non potest opponi ad retardan-
dam solutionem crediti liquidi.*
2 *Satisfactionis præsumptio non facit cessare defectum
sæpius reiteratæ calculationis.*
*Requisitum tertium ad effectum probandi satisfa-
ctionem quale sit, num. 2. & quando hoc cef-
fet, num. 3. & 4.*
3 *Fideicommissarius consentiens donationi rei fideicom-
misso subiectæ sibi præiudicat.*

DECISIO CCXCVIII.

FVIT 18. Iunij præteriti * decisum non esse locum pe-
titæ compensationi crediti Illustrissimi D. Cardina-
lis non liquidi cum credito DD. Comitissarum de Bel-
gioiosis, quod est liquidum. Quia tamen Agentes Do-
mini Cardinalis non acquiescebant decisioni, ac præte-
rea allegabant compensationem, ideò super ijsdem pro-
posui causam & DD. in indecisis perstiterunt.
Primum enim creditum, de quo in prædicta decisio-
ne, cum propter vehementes præsumptiones satisfactio-
nis, tunc ponderatas, reddatur illiquidum, † non po- 1
test sub prætextu compensationis opponi ad retardan-
dam crediti liquidi solutionem, §. in bonæ fidei inst. de
actionibus, l. bona fides, ff. deposit. l. fin. C. de compen-
sationibus. Alex. cons. 93. num. 1. lib. 4 Surd. decis. 184.
num. 6. vbi plures cumulat. Rot. coram sanct. mem. Gregor.
XV. decis. 552. num 5.
Neque præsumptam satisfactionem facit cessare † de- 2
fectus sæpius reiteratæ calculationis, quam Doctores iu-
xta terminos, l. Procula, ff. de probationibus, exigunt
pro tertio requisito ad effectum probandi satisfactionem.
Quia cum Dominis Comitissis non incumbat onus hu-
iusmodi probationis, sed solummodo sufficiat † præ- 3
sumptio efficax ad transferendum in partem Domini
Cardinalis excipientis onus probandi arg. l. alimenta,
C. de negot. gest. Rolan. cons. 19. num. 36. lib. 1. & ibi glos.
in verb. ostenderis. Vrsill. ad Afflict. decis. 13. num. 17. non
est opus † tertio requisito ad text. in l. si seruus communis, 4
& ibi glos. in verb. sciuissent, ff. de donationib. int. vir. &
vxor. Aym. cons. 159. num. 4. vers. immo inter scientes,
Vrsill. ad dictam Afflict. decis. 23. num. 14. cum seq. & con-
ferunt tradita per Menoch. de arbitr. iudic. cent. 1. numer.
17. lib. 2.
Aliud verò creditum deducebatur ex instrumento,
in quo Sanctus Carolus, Dominus Cardinalis, & Co-
mes Renatus donarunt quondam Comiti Ioanni Bapti-
stæ Auctori Comitissarum vsumfructum bonorum su-
biectorum fideicommisso, vnde prætendebatur eun-
dem Donatarium effectum deinde fuisse debitorem ip-
sius Domini Cardinalis ratione fructuum portionis bo-
norum, quæ post Sancti Caroli obitum superstitibus
Dona-

Donatoribus successiuè obuenit. Verum huiusmodi crediti nulla potest haberi ratio ad effectum petitæ compensationis, cum Domini Cardinalis procuratores deficiant in probando, quod dictus quondam Comes Ioannes Baptista fructus illius portionis exegerit: vnde dicti crediti resultat non modica turbiditas, quam auget eadem dona-
5 tio facta, † de vsufructu, vita ipsorum, & Donatarij durante, cum quilibet ipsorum Donatorum censeatur etiam in præiudicium fideicommissi donationi consensisse, ac suspendisse euenturæ conditionis existentiam iuxta Bartol. *intellectum in l. si fundum sub nu. 1. vers. secundo casu, ff. de legat. primo Doct. communiter in l. Codicillis, §. Insulam, ff. de legat. secundo*, Peregr. *de fideicommissis, art. 40. num. 74. & post alios* Fusar. *de fideicomm. substitut. qu. 560. num. 2. cum seqq.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

Est decisio 298. supra in hac parte.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Petrariæ.

Die Mercurij 13. Iunii 1629.

ARGVMENTVM.

Fundo vendito, si in eo contineatur lapidicina, quando in eius venditione non veniat.

SVMMARIVM.

1 *Ex Proemio arguitur potissima, & finalis causa contractus*
2 *Ex prætij quantitate arguitur quid venerit in venditione.*
3 *Lapidicina an censeantur vendito, si vendatur fundus, & num. 5 & 6.*
4 *Petræ Vena vna, & eadem est, quæ in pluribus fundis continuatur.*
7 *Lapidicina, quando separatim solita est locari, tunc non videtur vendita cum fundo.*
8 *Lapides, si sub se contineat fundus, cuius superficies non læditur ab excauatione, an eo vendito, censeantur etiam venditi lapides.*
9 *Fundo vendito an veniant eius accessiones, & additamenta.*
10 *Petraria non censetur vendita, si sola fundi superficies fuit æstimata, & ei pretium congruat.*
11 *Ius super eo nullum competit ei, qui illius dominium nunquam quæsiuit.*
12 *Reseruatio semper intelligitur ad fauorem reseruantis.*
13 *Seruitus aliqua non potest dici mancla, dum non adest prædium, cui fundus deseruiat.*
14 *Dominium, quando potius dicatur constitutum, quàm seruitus.*
15 *Indefinita verba æquipolleat vniuersali.*
16 *Lapidicina non est in fructu, tanquam ea, quæ denuo non nascitur.*
18 *Emptori, durante pacto, non licet, aut ligna in sylua incidere, aut animalia quæ sunt in Viuario occidere.*
19 *Lapidicina data in dotem, ex qua nullus fructus percipitur, non transit in dominium viri.*
20 *Vsusfructus à proprietate distingui non potest, in illis rebus, quæ vsu consumuntur, & num. 21.*
22 *L. fundi, ff. de contrahend. emption. quando habeat locum.*

DECISIO CCXCIX.

HOC pactum eacauandi reseruatum in venditione vineę, de qua agitur, cum de eo, coram R. P. D. Buratto bo. me. dubitaretur, visum tunc fuit ex eo potissimum excludere emptorem, Ita vt eadem facultate vti non posset, quòd ea pluribus coniecturis, quę fuerunt expensę diligentissimè, mens contrahentium declararetur. Easdem coniecturas Domini, hodie secuti, cum ad instantiam Lucię Stradę hoc idem dubium proposuerim, dixerunt ex instrumento venditionis vineę, vel nunquam lapidicinam transisse in emptorem, vel certe Equitem Theodorum a porta venditorem ita sibi hoc ius reseruasse, ut illud noluerit esse cum emptore commune.

Et quidem vt lapidicinam vineę venditio non continuerit satis ex eo videbatur probatum, quod præcipuum fuit decisionis fundamentum, cum causa expensarum, & melioramentorum, quæ vinea requirebat, & emptor præstare non poterat, ipsi Petrariæ non conueniret, dum nulla ad eam opus erat impensa, & eadem † causa ex proe- 1
mio argueretur potissima, & finalis huius venditionis ad Theodor. Bart. *in l. 1 in princ. ff. ad Maced & in l. fin. numer. 3. de hæred. instituen.* Becc. *cons.* 20. *num.* 11. Mant. *de tacit. lib. 3. tit. 12. num. 5. & decis. 59. num. 6* Rota *diuers. par. 1. decis. 458. num. 4.* Satis etiam idem comprobare poterat attestatio, qua Peritus Valperga declarauit, æstimatione a se facta ideò vineam solum fuisse comprehensam, quod, & ea fuerit partium voluntas, & eam solum sibi æstimandum præscripserint, cuius dicti fidem ideò Rota sequuta fuit, licet alioquin post relationem a se publicatam peritus hæc asserens, tanquam suspectus non videretur admittendus, quòd & de facto proprio deponenti adstipularetur quoque alius testis, & plura accederent adminicula. Et demum pretium scutorum ducentorum, quo vineam fuit vendita, hoc idem concludebant, cum enim illud Rota æstimauerit vix æquare valorem ipsius
vineæ, † benè declarabat, quid in venditione compræ- 2
henderetur, Bart. *in l. patronus 34. §. Sempronio circa medium, vers. fallit, si ex coniecturis ff. de l. 3. & in l. semper in stipulat. 35. numer. 1. in fin. de reg. iur.* Bald. *cons.* 109. *lib.* 4. Aym. *cons.* 310 *num.* 3. Mantic. *de tacit. & ambig. l. 4. tit. 9. num.* 8. Card. Seraph. *decis.* 932. *num.* 3.

Sed cum hæc lapidicina dubitari non posset, quin tempore venditionis iam fuerit detecta, ex dispositione legis
videbatur hic articulus resolutus, cum, an vendito fun- 3
do censeri debeat, vænijsse quoque lapidicinam, inspiciendum esse caueatur, an illa venditionis tempore certa, & nota partibus esset, *l. in lege fundi 77. de contrahen. empt.* cum eius, quod ignorabatur a contrahentibus ratio aliqua haberi non potuerit, ut hanc eiusdem legis rationem agnoscunt Alberic. *in d. l. in lege fundi num.* 1. Bald. *numer. 2. in lect. antiq. vers. etsi generalis*, Salyc. *vers. gloss. opponit.* Connaus *lib. 7. commēt. iur. cap. 7. in fin.* Quod autem venditori hæc excauatio innotuerit, præterquam ex reseruatione eius iuris facta in instrumento, negari non poterat, ex eo præterea probabatur, quòd anno ante hanc venditionem fuit ab eodem venditore intimatum excisoribus vicinæ caueæ cuiusdam Antonij Tabacchi, ne eacauationem ex eiusdem Antonij fundo cœptam, in proprio
fundo, & rupe prosequerentur. Vnam enim † eamdem- 4
que esse Petræ venam, quæ in pluribus fundis continuetur, comprobat multis Castrens. *cons. 4. vol. 4.*

Alia etiam ratio, quam in eodem textu considerant, benè conuenit huic fundo, de quo quæritur, dum cessabat in eo periculum, ne defodiendo, & euertendo ipsam superficiem venditio redderetur inutilis, propter quam negat & textus videri posse quicquam venditori reseruatum, quia præterquam, vt dictum est, eadem vena non erat quærenda, nec plures excisiones fieri debebant (ex quo etiam eius legis dispositionem quidam intelligunt de pluribus lapidicinis, cum tunc totus fundus diceretur exceptus, non de vena, quæ perennis duret, vt ita illam explicat præ cæteris Cuiacius) nihil præterea huic fundo timeri poterat, dum non ex superficie lapides cædendi erant, sed ex inferiori cauea, de qua ne vineæ damnum inferretur in instrumento conuenerant: cum etiam eiusdem vineæ ruinæ prospiciendo, dum sub ea lapis scindebatur, voluerint, vt emptori cautum quoque esset, tam ipsius vineæ superficiem firmando, ac certa per interualla stabiliendo pilis, & parastatis ex eadem petra, quam ex promissione refectionis damni, quod ab excisione emptori con-
tigisset, quo casu, cum fundus non redderetur inutilis, 5
lapides extrahi posse, nec venire in venditione fundi ad eiusd. leg. limitationem doceat Alberic. *num.* 2. Isern. *super feud. tit. quæ sint regal. cap.* 1. *nu.* 90. Castr. *in l. si venditor §. si constat, ff. com. præd.* Vt ideò cum ratio, & dispositio eiusdem text. benè conueniant cum ea, quæ videbatur ex coniecturis probata, contrahentium voluntate, verius esset, vt dominium à se nunquam emptor abdicauerit,
quam vt eo translato in venditorem, illud † ex eiusdem 6
facultate, & permissione habere voluerit, atque iterum acquirere, cesso sibi iure post venditionem Bald. *cons.* 100. *in fin. & cons. 390. num. 1. vers. in contrarium, l. 4.* Alex. *cons. 77. in fin vers. Quæ conclus. habet, l. 2.* Dec *cons. 4. nu. 1. vers. sed tamen, & nu. seq. & in fin. cons.* Rot. *diuers. decis. 33. num. 4. par. 5.* Accedit his etiam, quod, cum hæc

7 lapidicina separatim locati soleret, videri non † poterat
in venditione comprehensa *l. prædijs* 89. *§. Titio. ff. de le-
gat.* 3. Bald. *in l. terminato, num.* 12. *C. de fruct. & lit. ex-
pens.* Bero. *q. famil.* 48. *sub numer.* 2. *vers. adest alia coniect.*
Mantic. *de coniectur. vltimæ voluntatis, l.* 9. *tit.* 2. *num.* 14.
Vt præterea ex ea diuersa censebatur, quod lic t, vt di-
8 ctum est, vinea sub se lapides † contineret, non tamen
ab excauatione, fundi superficies læderetur, *l. vir in fun-
do, & ibi glos. ff. de fundo dot.* Castrens. *in d. l. si venditor,
§. si constat. ff. comm. præd. & cons.* 4. *nu.* 2. *vol.* 2. Bursatt.
cons. 209. *num.* 10. *lib.* 1. Vrsil. ad Afflict. *decis.* 321. Et de-
mum facit, quod dum apparet fuisse partes de ipsius vineę
æstimatione sollicitas, non videatur verisimile, vt petta-
riæ æstimationem neglexerint, (cuius tamen pretium
9 contemnendum non erat,) & voluerint, vt tanquam †
accessio, & additamentum ipsius vineæ venditionem se-
queretur, *l. testatrix, § plures, ff. si seruit. vindicet.* Alex.
cons. 222. *num.* 4. *lib.* 6. *& cons.* 24. *num.* 5 *lib.* 7. Aret. *cons.*
248. *num.* 1. Aym. *cons.* 234. *numer.* 3. Atque ita cum nun-
10 quam Petraria fuerit † vendita, sed sola vineæ superfi-
cies, quæ sola fuit æstimata, & cui soli conueniat pretium
in venditione solutum, argumento, *l. semper in stipul.* 35.
ff. de reg. iur. & ibi gl. & Bart. *n.* 1. Aym. *d. cons.* 234. *nu* 3.
Bero. *ead q.* 48. *num.* 1. *&* 2. Curt. Iun. *cons.* 80. *num.* 2. Nul-
11 lum ius emptori super ipsa Petraria competeret, † cuius
dominium nunquam quæsiuerat.

Sed etiam quod idem ius excauandi ex reseruatione
venditori competere dicen. esset, Adhuc tamen eo emptor
vti non posset, cum illud sibi venditor reseruauerit pri-
uatiuè, & prout sibi ante venditionem competebat. Tum
12 † quia semper ita intelligitur reseruatio, & ad fauorem
reseruantis, *l. si debitor, §. si in venditione, ff. quib. mod.
pign. vel hypoth. soluat. l. si fundum sub conditione* 83. *§. qui
fundas, ff. de leg* 1. Bal. *cons.* 390. *num.* 1. *l.* 4. Dec. *cons.* 74.
num. 37. Rot. *d. ners. decis* 33. *nu.* 3 *&* 4. *& decis.* 244. *&*
260 *par.* 1. *& in Romana donationis,* 12. *Februar.* 1601 *co-
13 ram Litta.* Tum quia dici non poterat inducta aliqua †
seruitus, dum non aderat prædium, cui fundus venditus
deseruiret, *l. si ædes,* 37. *& l. nemo, ff. de seruit. vrban. præd.
§. ideò autem instit. eod tit.* Imò cum sine aliqua restrict. per-
missum fuerit, vt lapides liberè venderentur, satis id vide-
retur, vt dominium dici deberet potius, quàm seruitus
14 constituta, † nisi, & id quoque de iure præsumeretur, *l. al-
tius* 8. *& l. seq. C. de seruit. glos. in l. si priusquam* 13. *in
verb. egisset, ff. de nou. oper. nunc.* Dec. *cons.* 41. Rota *in
Monasterien. iur. pascen.* 3 *Nouemb.* 1601. *coram Penia.*

Et præterea ea, quæ considerauit decisio ex verbis in-
strumenti, quæ hunc visum venditori liberè permitte-
bant, atque etiam ex verbis illis indefinitis, vt venditor
15 Petram posset excauare, † quæ cum vniuersali æquipol-
lerent, indicabant totam Petram fuisse reseruatam Con-
firma ut præterea, quia nisi hæc facultas eidem iure Do-
minij conueniret, durante pacto redimendi, de quo etiam
partes conuenerunt, ea vti non potuisset: cum tamen in
instrumento contrarium expressum fuerit, dum hic vsus
nedum tempore aliquo restrictus fuit, sed imò liberè per-
missus, & arbitrio ipsius venditoris, vt dicebam. Cum
16 enim † lapidicina non sit in fructu, tanquam ea, quæ de-
nuo non nascitur, *l. si ex lapidicinis* 33 *ff. de iur. dot. l. diuor-
tio. § si vir. & ibi glos. in verb. Marito,* vbi etiam omnes no-
tant, *ff. solut. matrim.* Mantic. *de tacit. conu. l.* 12. *tit* 30. *n.* 32.
Boer. *decis.* 19. *n.* 5. Si id iuris eo tempore, quo adhuc non
erat dominium irreuocabiliter in emptorem translatum
venditor exercuisset, horum alterum sequebatur, vt vel
emptor vineam eodem modo restituere non posset, vel
confirmata venditione vineam venditor retineret, nec ta-
men pro lapidibus, qui durante pacto redimendi excisi
fuissent, ei aliqua ratione prouisum esset, contra quam
17 factum fuisset, † si aliquo modo Petraria ad emptorem
spectasset. *l cum de indebito, ff. de prob. l. Campanus,* vbi
notat. ff. de oper. liber Bart. *in leg. nuda ratio, num.* 2. *ff. de
donat.* Dec *in l. iur. gent. §. sed cum nulla, num.* 28. *ff. de pa-
ctis, & in l. cuius per errorem* 53. *ff de reg. iur.* Menoch *de
arbitr. iudic. l.* 2. *cent. p casu* 88. *nu* 56. Et contra quam iure
18 caueatur, ex quo non licet † Emptori durante pacto, aut
ligna in sylua incidere, aut animalia, quæ sunt in viuario,
occidere, *l. & eleganter, §. non solum, ff. de dolo.* Cagnol *in
l.* 1 *quæst.* 95 *num.* 235. *C. de pact. inter empt. & venditione,*
Tiraq. *de retract. conuent. §.* 3. *glos. vnic num* 23. Et de la-
19 pidicina data in dotem, ex qua nullus † præterea fru-
ctus percipiatur, vt non transeat in dominium viri, tra-
dunt, Imol. *in l. si fundus* 9. *solut. matr.* Campeg. *de dote
part.* 2. *q.* 31. Et generaliter cautum est, vt in ijs rebus, † 20
in quibus, cum vsu consumantur, vsusfructus à proprie-
tate distingui non potest, ad æstimationem finito vsufru-
ctu restituendam vsufructuarius teneatur, *l.* 1. *& l. vini, ff.
de vsufruct. earum rerum,* † *quæ vsu consumuntur, §. con-* 21
stituntur, instit. de vsufruct. Thesaur. *decis.* 80. *num.* 1. Surd.
decis. 67. *nu.* 3. Rota *in Romana fideicommissi de Cruciarijs*
17. *Martii* 1628. *coram R. P. D. meo Durano.*

Sed ex pacto illo, quod in venditione fuit appositum,
vt venditor damnum, quod ab excisione contingere pos-
set) reficere teneretur, vix licet amplius dubitare, an
huius facultatis excauandi vnquam emptor particeps ef-
fectus fuerit. Nemo enim dixerit, vt pro damno, quod
vtriusque culpa sequi posset teneri. Venditor voluerit,
dumque indefinitè se ad damnum obligauit, vt etiam il-
lud in se susceperit, quod ab emptore processisset.

Atq; his etiam benè conuenit dispositio eiusdem † *l. in* 22
fundi, ff. de contrahen. empt. quæ cum nitatur obscuritate
pacti, non potest habere locum vbi fuit facultas huiusmo-
di, vt hic expresse reseruata, vt præcisè eadem lege dis-
ponitur, & notant ibi præ cæteris Cuiac. Alberic. *num.* 2.
vers. dic quod istud, Bald. *in lect. antiq. num.* 2.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. VRGELEN.

Romana executionis Laudi.

Die Mercurij 13. *Iunii* 1629.

ARGVMENTVM.

Agitur de Laudi executione, & an ista executio præscrib possit. Laudum quando dicatur habere executionem paratam. Et aliqua circa statutum Vrbis lib. 1. cap. 158. circa præscriptionem debiti.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio de iure ciuili in iudicio possessorio non suspendit executionem.*
2 *Ægidiana in terris Ecclesiæ, remoto iuris Canonici obstaculo, appellationes à possessorius interpositas reducit ad Ius Ciuile*
3 *A Laudo datur appellatio suspensiua.*
4 *Laudum quando emanat ex compromisso cum iuramento, & obligatione Camerali, habet executionem paratam*
5 *Executio vbi est parata, ibi multo magis debet dari immissio*
6 *Immissio datur creditori in bonis debitoris ex instrumento guarentigio.*
7 *Debita vigore Stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 158. *præscribuntur spatio* 16. *annorum.*
8 *Executio præscribitur spatio* 30. *annorum secundum ius commune.*
9 *Præscriptio statutaria non procedit in actione reali.*
10 *Hæreditatis petitio est actio realis.*
11 *Actio primæua non innouatur per laudum.*
12 *Statuti Vrb. lib.* 1. *cap* 158 *præscriptio fundatur in præsumptione satisfactionis, quod ideò non intrat, vbi constat contrarium.*
13 *Præscriptio nunquam inchoari potest ab eo, qui est in mala fide constitutus.*
14 *Acquisitionem nouam non dicitur quis facere, quando redemit pignus.*
15 *Statutum præferens consanguineos in emptione rerum patrimonialium habet locum etiam in patrimonialibus venditis, & postea redemptis in vim pacti redimendi.*
16 *Bona recuperata per hæredem grauatum in vim pacti de retrouendendo tunc apud hæredem, tanquam hæreditaria sunt.*
17 *Hæres tenetur rem redemptam in pristinam causam seruare, alioquin de dolo, & mala fide argui potest.*
18 *Hæres in dubio præsumitur soluere debita hæreditaria de pecuniis propris, & non de hæreditariis.*
19 *Iudex mandans deponi pecuniam ad effectum illam soluendi, cui de iure, tunc cui de iure debet restitui.*
20 *Depositum, quando benè habeat locum, & nu.* 21.
22 *Laudi executione suspensa de consensu partium, quando dicantur reseruata omnia iura primæua, stante d. suspensione.*

DE-

DECISIO CCC.

ALEXANDER,& Angelus de Petronijs mutuas
prætensiones circa hæreditatem, & bona q. Tibe-
rij eorum patrui compromiserunt in Bernardinum Bi-
sciam, & Coronatum de Incoronatis, quorum laudo
stare promiserunt sub iuramento, & camerali obligatio-
ne, qui arbitri in laudo lato inter alia declararunt, per di-
ctum Angelum intra decem dies a notificatione laudi
computandos esse acceptanda, seu dimittenda prædium
apud Pontem Retortum, & aliud apud Turrim Vagni
pro scutis 35. & prædium in loco vulgo Campo di S. Va-
lentino pro scutis 100. pro quolibet rubro respectiuè, præ-
dictis autem decem diebus elapsis, & non facta per Ange-
lum acceptatione dicta tria prædia esse debere Alexandri
pro ijsdem pretijs, effluxit decendium nulla facta per An-
gelum declaratione, nec dimissione prædiorum ab eo de-
tentorum, vnde introducta lite per Alexandrum super
laudi executione. R. P. D. Alferius ab A. C. deputatus
mandatum de immittendo in possessionem dictorum præ-
diorum Paulo, & fratribus de Petronijs Alexandri hære-
dibus concessit, a quo Lælius Angeli hæres appellauit, &
commissa mihi causa dubitaui iuxta formam commissio-
nis. An sit locus Ægidianæ, & fuit affirmatiuè resolutum,
1 quia mandatum emanauit in iudicio possessorio, † in quo
de iure ciuili appellatio non suspendit executionem, *l.
vnic. C. si de mom. poss.* Socc. Iun. *cons. 282. n. 15. lib. 2.* Paris.
cons. 108. *num.* 13. *lib.* 1. Vnde cum de mandati validitate
non possit dubitari, cum habeat omnia iura requisita, de
2 quibus Caputaq. *decis. 260. par. 2.* consequenter intrat †
Ægidiana, quæ in Terris Ecclesiæ remoto iuris canonici
obstaculo appellationes a possessorijs interpositas reducit
ad terminos iuris ciuilis. Paris. *vb. sup.* Benint. *decis.* 17.
in fin. Caputaq. *decis. 223. lib. 1.* Seraph. *decis. 603. in princ.*
Rota *in Romana Saluiani Interdicti 26. Nouembris 1605.
coram bo. me. Patriarcha Manzanedo, quæ est decis. 150.
num 3. & 324 num. 1. par. 2. recent.*

Neque obstat, quod data fuerit immissio vigore laudi,
3 à quo † datur appellatio suspensiua iuxta *Statut. Vrban.
cap. 178. lib. 1.* & ideò non intrare Ægidianam, vt in si-
mili Rota *decis. 248. apud* Pacif. *d. tract. de* Salu. quia ces-
sat in præsenti ex quo laudum emanauit ex compromisso
4 cum iuramento, & obligatione camerali, † quod habet
executionem paratam Ioan de Anan. *cons. 50. nu.* 8. Rota
post Zacch. *de oblig. cam. decis.* 152 *num.* 2. vbi autem est
5 parata executio, multo magis dari debet † immissio,
maximè in præsenti, postquam dictus Lelius fuit citatus
ad relaxandum prædia in executionem laudi, & eo reti-
nente causa fuit discussa, & tandem Iudex mandauit im-
6 mitti, prout datur creditoris in bonis debitoris † ex in-
strumento guarentigio. Battul *in l. a Diuo Pio, §. si super
rebus, num. 1. ante fin. ff. de re iudic.*

7 Non obstat etiam, quòd executio laudi fuerit petita
post annos 45. ex quo laudum fuit de anno 1582 & immis-
sio petita de anno 1627. & sic intrare tam præscriptionem
16 annorum *Statut. Vrb. cap. 158. lib.* 1. quàm etiam præ-
8 scriptionem legalem † annorum, cuius temporis spatio
executioni præscribitur Abb. *in cap. fin. numer. 30. de præ-
script.* Felin. *in c. inter Monasterium nu 30. de præscript.*
Felin. *in cap. inter Monasterium, numer 30. de re iud.* Paris.
cons. 121. *n.* 58. *lib.* 1. Ant. Gom. *ad l. Taur.* 63. *nu.* 1. *vers.
ex quo inferas*, & Achill. *decis. 5. num. 1. de præscript.*

9 Quia respondetur, † quòd præscriptio statuaria non
procedit in actione reali, vt in simili Roman. *cons.* 221.
numer. 2. Felin. *in cap. fin. numer. 6. in princ. de præscript.*
Couar. *lib. 2. var. cap. 14. num.* 1. Marescot. *var. resolut. c.*
67 *num. 27. lib. 2.* Seraph. *decis. 692 num.* 9. & Rota *decis.*
727. *num 5 par. 1. & decis 454. num. 2. par. 4. diuers.* dicta
autem tria prædia vti spectantia ad hæreditatem Tiberij
10 fuerant prius petita actione reali, nempè aut † petitio-
ne hæreditatis, quæ actio realis est, *l. sed, & si leg. petito
& ibi* Bart *ff. de petit. hæred. l. 1. & l. fin. autem §. sed & is
ff. de rei vind. aut actione fam. ercis.* quæ etiam est realis, *§.
11 quædam instit. de act. & ibi* Ias *num.* 19. & per laudum †
non nouatur primæua actio, Bart. *in l. 1 numer. 7 C. de
iud.* prout nec per sententiam Afflict. *decis. 93 numer.* 3.
quinimò quando laudum, vt hic, fertur super reali, ex eo
oritur etiam actio realis vtilis, Bart. *in l. ne in arbitris n. 5.
C. de arbitr.* & tollitur penitus difficultas, quia præscriptio
12 statuti † fundatur in præsumptione satisfactionis, quæ
ideò non intrat, vbi constat de contrario, vt verbis ex-
pressis, idem statutum dicit Rota *d. decis. 727. num. 5. par.
1. diuers.* & Seraph. *decis. 692. num.* 4. hic autem versamur
in claris, quod dicta tria prædia vigore laudi in casu secu-
to spectantia ad Alexandrum fuerunt per Angelum, &
eius hæredes retenta non solum ex litis sustentatione, sed
etiam expressa confessione.

Minus intrat præscriptio 30. annorum, quia vltra quod
de anno 1583. fuit desuper lis contestata cum Angelo, qui
propterea † vti in mala fide costitutus, nunquam po- 13
tuit præscriptionem inchoare, *cap. fin. de præscript. cap.
mala fides de reg. iur. in* 6. Anchar *cons. 5. num.* 6. illa fuit
interrupta per formalem interpellationem iudicialem fa-
ctam de anno 1608. *l. fin. C. de præscript. 30. vel 40. ann.
vbi* Bart. & DD. Franc. Marc. *qu. 327. par. 2.* Andr. Gail.
obseru 74. lib. 1. Seraph. *decis. 926. nu. 1. & 2.*

Non etiam releuat, quod prædia controuersa ante lau-
dum desierint esse de hæreditate Tiberij, ex quo illa An-
gelus reluit in actu deliberationis, quæ instabatur per
creditores, qui ideò videtur sibi, non autem hæreditati
acquisiuisse: quia cum reluerit, seu redemerit vigore sta-
tuti Ciuitatis Castellanæ non dicitur † noua acquisitio, 14
sed semper prædia fuerunt in eadem causa, & qualitate, *l.
voluntate, §. creditor quoque, ff. quib. mod. pign. vel hy-
poth. soln. ibi in pristinam causam res redit soluta venditio-
ne, l. peculium 4. §. si ære alieno, & ibi glos. verbo manent.
ff. de pecul. arg. text. in l. si vnus, § quod, & in specie ff. de
pact. & l. filio, quem Pater. ff. de liber. & posth.* Bart. *in l. in
diem n. 2. ff. a qu. plu. arc.* Dec. *cons. 53. & cons 88. nu* 3. vbi
quod statutum præferens consanguineos † in emptione 15
rerum patrimonialium habet locum in patrimonialibus
venditis, & postea redemptis in vim pacti redimendi ap-
positi in contractu venditionis, idem Dec. *cons. 238. num.*
5. vbi quod bona recuperata per † hæredem grauatum 16
in vim pacti de retrouendendo sunt apud hæredem tan-
quam hæreditaria, & ideò veniunt in restitutione fidei-
commissi. Tiraquel. *de retract. §. 19 glos. 2. nu. 5 & §. 32.
glos. 1. num. 29* Vinc. de Franc *decis. 39. num. 1. & decis. 64.
num.* 11. & rationem assignat, Dec. *dict. cons. 88. num. 3.
vers. fient ergo*, cui alia accedit, quod alioquin daretur
occasio debentibus restituere colludendi cum creditoribus,
patiendo viliori pretio rem distrahi, vt postea eodem pre-
tio recuperata sibi, & non hæreditati acquireretur, cum
tamen hæredes rem redemptam † in pristinam cau- 17
sam conseruare teneantur, alioquin de dolo, & mala
fide argui possent ad *l.* Paulus 60. *ff. de fideiuss. & facit tex.
opt. in l. 1. C. de dol.*

Non obstat præterea si dicatur, decretum fuisse iniu-
stum, dum Iudex iussit deponi scuta 135. per Angelum cre-
ditoribus soluta in actu reluitionis, consignanda postea,
cui de iure, qui potius mandare debuit Angelo solui, seu
restitui, tanquam † soluta creditoribus de proprijs eius pe- 18
cunijs, prout in dubio præsumitur, non autem hære-
ditarijs *l. & magis, ff. de solut. & l. cum pecuniam, ff. de
neg. gest. & not.* Bart. *in l. 2. per illum text. C. pro soc. & in
l. si Patruus C. com. vtr. iudi.* Bald *in l. penult. C. si quis alt.
vel sibi*, et Dec *d. cons. 238 n 5* Crauett. *cons. 129. num.*
2. quia dum Iudex mandauit deponi soluenda cui de iure
perinde est ac si iusserit deponi soluenda dicto Angelo, cui
de iure, † vt dictum est, debent restitui. Paul. de Castr. 19
cons. 11. num. 2 vers. sed dicet aliquis lib. 1. et Rota *in Ro-
mana restitutionis in integrum, 16. Iunii 1628 coram me*,
quia tamen Angelus, seu eius hæredes contendebant non
esse locum restitutioni prædiorum ex causis supradictis, &
sic virtualiter, certo certius, ac in consequentiam ne-
cessariam recusabant dicta scuta 135. recipere, meritò 20
Iudex, ordinauit illa deponi, non autem realiter solui,
l. acceptum C. de vsur. et l. creditor, C. de pignor. Bart. *in
l. qui solidum in princ. ff. de leg. 2. Cum* Alex & Castr. *in l.
qui Romæ in princ. ff. de verb. oblig.* Dec. *in l. quidam existi-
mauerunt, n. 2. ff si cert. pet. latè* Crauett. *cons 1. pro gener.
nu. 210. et latius num. 236.* & Vtill. ad Afflict. *decis. 205.
num. 8.*

Vnde nihil facit, quod non fuerint soluta, nec deposi-
ta pretia terrarum determinata in laudo, quia vltra quod
intrat eadem responsio, nempe, quod dum Angelus, seu
eius hæredes recusant prædia consignare iuxta formam
laudi, non debuit præcedere † depositum pro iustitia de- 25
creti, in omnem casum sufficit, vt illud fiat ante executio-
nem, vt in puncto distinguit, & resoluit Cancer. *variar.
resol. cap. 8. n. 27. lib. 3.*

Demum non obstat, quod fuerit suspensa executio laudi
de consensu partium quoad dicta tria prædia, quia suspen-
sio fuit facta solum durante partium voluntatem, & sine
præiudicio quorumcumque iurium, & non recedendo à
22 dicto laudo, nec à iudicio iam cæpto, vnde † iura primæ-
ua sunt reseruata perinde, ac si suspensio nunquam facta
fuisset. Paris. *cons. 5. no. 4. lib. 1.* & Put. *decis. 34 lib. 2.*

Et ita decisum vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Romana Vsurarum.

Die Mercurij 13. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

Vsura vsurarum an exigi possit, latè, & magistraliter declaratur. Item an vsura vsuræ si fuerit redacta in sortem principalem ex noua conuentione, ita vt breui manu censeatur mutuata, an debeatur. Item declaratur an Iudæi possint licite exigere vsuras à Christianis.

SVMMARIVM.

1 *Vsura vsurarum non solum de iure Pontificio non est permissa, sed nec etiam prima vsura.*
Fœneris renouatio etiam de iure ciuili interdicta est, numer. 1.
2 *Vsuræ vsurarum, nec etiam in stipulationem deduci possunt, & si deducantur, denegatur actio.*
3 *Vsuram vsurarum exigens, infamia notatur.*
4 *Vsura vsurarum crimen est valde detestabile, & est perniciens familiarum, ac Reipublicæ ruina.*
5 *Specialium multiplicatio non datur.*
Vsura, quod detur, principijs naturæ repugnat, sed per quandam fictionem hoc euenit.
6 *Fictio causata non generat aliam fictionem.*
Ex tacito non inducitur aliud tacitum, num. 6.
Accessio accessionis non datur, num 6
7 *Interesse alicuius interesse regulariter non debetur.*
8 *Vsuræ Hebræorum licet per Pontifices tolerentur, non tamen tolerantur vsuræ vsurarum*
9 *Vsuræ vsurarum, si fuerint redactæ in sortem ex noua conuentione, an ex illis debeantur vsuræ.*
10 *Glos. in l. fin. in verb. fin. C. de vsur. damnatur.*
11 *Vsuræ vsurarum, si fuerint redactæ in sortem principalem, non præsumitur hoc factum spontanea voluntate debitoris, sed callido commento fœneratoris.*
12 *Vsura vsuræ sicuti est prohibita, ita est prohibitus modus, per quem indirectè daretur ansa exigendi hanc vsuram vsuræ, & num 13.*
14 *Vsura originaliter non potest effici sors per quamcumque causam accidentalem.*
15 *Cagnol in l. vnic. C. de sent. quæ pro eo, quod interest intellectus.*
16 *Damnum emergens, & lucrum cessans, vt debeantur, quæ requirantur, & num. 17.*
18 *Argumentum de interesse ad vsuras non valet.*
19 *Vsura est omninò improba, & licet sit tolerata non tamen sine peccato exigitur.*
20 *Interesse alterius interesse nec debetur, & multo magis vsura vsuræ non debetur, num. 21.*
22 *Consuetudo exigendi vsuras, an excuset.*
23 *Abusus, & corruptela, & non consuetudo dicitur illa, quæ est nutritiua peccati.*
24 *Consuetudo etiam totius orbis non potest excusari homines exercentes improbum fœnus vsurarum.*
25 *Pontifices Romani, qui conniuentibus oculis dissimulant primam vsuram in Hebræis, positiuè tamen prohibent vsuram vsuræ.*
26 *Soluens aliquid sponte, & scienter, an amplius repetere possit.*
27 *Vsuras soluens non censetur scire indebitè soluere:*
28 *Scientia certa, & specifica requiritur ad effectū præiudicii.*
29 *In vsura est speciale, quod repeti potest, etiam si fuerit scienter, & spontè soluta.*
30 *Vsuram, si quis soluit, lex suspicatur, quod hoc faciat per coactam voluntatem.*
31 *Hebræi an vigore Deuter. c. 23 ibi, non fœneraberis fratri tuo, sed alieno, possint licitè exigere vsuras à Christianis.*
32 *Vsura de iure Diuino, de iure Canonico, & de iure naturali prohibita est, & de iure Diuino, tam veteri, quam Euangelico, num. 33.*
34 *Distinctio de iure Diuino non fit inter fratres, & alienigenas, nec inter vnius, vel alterius Religionis sectatores.*
35 *Mutuum date, nihil inde sperantes, hoc præceptum Euangelicum, licet in prima parte contineat consilium, in secunda verò continet præceptum.*
36 *Vsuræ, quod sint illicitæ, hoc diffinitum in pluribus sacrosanctis Concilijs est.*
37 *Dogmata Nycenæ Synodus, sicut Scripturæ Sacræ accipienda sunt, & eius regulæ, sicut leges seruandæ sunt.*
38 *Vsuræ etiam de iure Ciuili saltem nouissimo prohibitæ sunt.*
39 *Philosophi Ethnici solo lumine naturæ, vsuram damnarunt.*
40 *Pecunia de sui natura non est apta fructificare, & parere.*
Nummus nummum non gignit, num. 40.
41 *Pecuniæ vsus non distinguitur à substantia eiusdem pecuniæ.*
42 *Mutuans, quod habeat vsum pecuniæ, absurdum est, cum penes mutuatarium reperitur.*
43 *Ius naturales est commune cunctis hominibus.*
44 *Homines cuncti sunt inuicem fratres, & proximi.*
45 *Verba in Deuteron. cap. 23. ibi, non fœneraberis fratri tuo, sed alieno, an ista verba, sed alieno, sint germana textus, Vide etiam num. 49. & 50.*
46 *Lex naturalis est indispensabilis.*
47 *Vsuræ Hebræis sunt permissæ ex quadam dissimulatione.*
48 *Hebræis non licet vllo modo citra peccatum, etiam attenta lege Moysis, neque in suos, nec in alienos vsuras exercere, num. 51.*

DECISIO CCCI.

PROPOSVI dubium, An esset locus repetitioni vsurarum in fauorem D. Co. Horatij, & cum multa hinc inde non satis apertè deducerentur, nec benè depræhendi posset in quam causam, An sortis scilicet principalis, siue vsurarum referendæ essent posteriores quædam solutiones per eundem Comitem factæ, ideò Domini, vt tutior emanaret resolutio hodie tantum firmare voluerunt, vsuras vsurarum non deberi, alia verò ad particularem reiecerunt disputationem.

Resolutionis autem fundamentum est, quia non so-
lum de iure Pontificio, quo nedum vsura vsurarum, sed
nec ipsa † prima vsura permissa est, verum etiam de ipso 1
iure ciuili hic anatocismus, & fœnoris renouatio interdi-
cta est, ita de iure Digestorum in *l. si non sortem ff. de con-*
dict. indeb. vbi quod nec † etiam in stipulationem deduci 2
possunt vsuræ vsurarum, & si deducantur, denegatur actio
& in *l. Præses, ff. de re iud. & de iure Codicis in l. improbum*
C. ex quibus caus. in fam. irrog. vbi Diocletianus, & Maxi-
mianus improbum † fœnus appellant, hasque vsurarum 3
vsuras exigentibus infamiam irrogant, & acrius damna-
uit Iustinianus *in l. vt nullo modo, C. de vsur.* & aduersari
iuri diuino, canonico, & ciuili dixit glos. & tradunt
communiter Canonistæ *in c. quia in omnibus de vsur.* Con-
rad. *de contract. tract. 2. q. 22. vers. 6. concl.* Villagut. *de vsur.*
qu. 8. num. 12. & 13. vbi etiam de communi latè Bisfeld. *in*
d. cap. quia in omnibus quæst. 2. 3 & 4. per tot. de vsur. ele-
ganter Gregor. Tholosan. *Syntag. iur. lib. 22 cap. 3. num. 6.*
& seqq. Menoch. *plene de arbitr. iud. lib. 2. cas. 119. nu. 34.*
& seqq. & cons. 1182. num. 7. Wesembec. *cons. 72. numer. 6.*
lib. 2. Osasch. *decis. 137. num. 6. & seqq.* Surd. *de alim. tit.*
1. quæst 42. num. 37. Molin. *de contract. dispus. 304 nu. 12.*
Rota *decis. 63. num. 3. par. 1. & decis. 315. nu. 8. p. 2. diuers.*
Et improbitatem huius † anatocismi valde detestatur, 4
perniciemque familiarum, ac Reipublicæ luem vocant Fr.
Sixt Medic. *de fœnor. Iudæor. lib. 2. c. 14. in princ.* Ratio
autem prædictorum est, quia † non datur multiplicatio 5
specialium, nam speciale est, & principijs naturæ repu-
gnat, vt infra deducetur, quod detur vsura, sed per quan-
dam fictionem hoc euenit, fictio † autem causata non ge- 6
nerat aliam fictionem, sicuti dicimus, ex tacito non induci
aliud tacitum, vt plura exempla adducens comprobat
Decian. *cons. 49. num. 47. & seqq & maxime num. 50. lib. 2.*
sic non datur accessionis accessio, Ruin. *cons. 55 numer. 17.*
lib. 2. nec dantur fructus fructuum, *l. videamus in fin. princ.*
ff. de vsur. nec interesse † alterius interesse regulari- 7
ter debetur. Ruin. *cons. 55. n. 16. & cons. 56. n. 13. lib. 2.* Et
ideò sanctè, ac prudenter Pontifices, qui pro tranquillo sta-

tus

8 tus Ecclesiastici regimine, & † ad turpiora euitanda tolerant vsuras Hæbreorum, non tamen tolerant vsuras vsurarum, vt in capitulis datis in *sum. n. 4.*

Neque obstat, quod vsuræ vsurarum fuerint redactæ in sortem ex noua conuentione, & ita breui manu censeantur mutuatæ eidem Comiti Horatio, vnde tanquam sors,
9 † licet conflata ex vsuris reputandæ sint, & consequenter ex huiusmodi sorte, seu sortis incremento vsuræ debeantur, iuxta tradita per Ruin. *cons. 55. numer. 20. lib. 2.* Borgnin. *decis. 21. nu. 30.* Menoch. *de arbitr. iud. cas. 119. num. 29.* Scacc. *de camb. §. 6 glos. 1. num. 82. in fin.* & in terminis vsurarum *glos. in l. fin. in final. verb. C. de vsur.* quia Doctores prædicti loquuntur in interesse licito, qui non
10 est casus noster, Glosa † verò, quæ loquitur de vsuris, reprobatur à Bal. & Salycet. *in d. l. fin. & de communi post* Castr. *ibidem testatur* Anton. Faber. *in suo codice lib. 4 tit. 24. deffinit. 11. n. 4.* Minadous *decis. 17.* Petr. Greg Tholos. *de vsur. lib. 2. ca. 3. nu. 13.* Cuiac. *obser. iur. lib. 3. ca. 39. vers. est autem hæc vsura* Pappon. *arrest.* Gal. *lib. 12. tit. 7. arrest. 11.* Io. Criuell. *decis. Senat. Dolan. 103 n. 1. & seqq.* Fab. de Ann. *cons. 48. n. 7. & seqq.* Roderic. *de annis red-*
11 *dit. lib 3. q. 4 nu 23.* vbi quod lex † præsumit non spontanea voluntate debitoris, sed callido cõmento fœneratoris, & ingeniosa auaritia ad fraudandam legis prouisionem, hasce vsuras in sortem redactas fuisse, & sicuti prohibita
12 est hæc vsura vsuræ, ita † prohibitus est modus, per quem indirectè, & fraudolenter daretur ansa sub specioso hoc nomine sortis auctæ exigendi eandem vsuram vsuræ, vt bene per Butrigar. *in d. l. vt nullo modo, C. de vsur.* Et mirum est, quomodo Accursium in dicta Glos. effugerint, verba Iustiniani ibidem in *d. l. vt nullo modo, C. de vsur.* vbi disertis verbis hoc tanquam technam, & comentum in fraudem anatocismi reprobat, ibi, *si enim vsuras in sortem redigere esset concessum, & totius summæ vsuras stipulari, quæ differentia esset debitoribus, à quibus re vera vsuræ vsurarum exigerentur; & hoc fuisset aon rebus, sed verbis tantummodo legem ponere,* & ideò postea idem Iustinianus prohibet vsuras etiam præteriti temporis redigi in sortem & iterum stipulari, & semper vsuras manere declarat, & tantummodo sorti antiquæ vsurarum incrementum accedere, & sic ad effectum huius super fœtationis non po-
13 test considerari aucta prima † illa sors principalis, & hinc benè dixit. Bald *in l. vlt. in 1. notab. C. de vsur. rei iud.* quod illud, quod est originaliter vsura, non potest effici
14 sors per quamcunque † causam accidentalem, & sequitur Menoch. *cons. 300. num. 91.*

15 Nec contrarium dicunt † Cagnol. *in l. vnica, C. de sentent. quæ pro eo, quod interest, numer. 46. vers. quibus non obstantibus tom. 2.* Menoch. *cons. 1181. numer. 8. 9 &* 13 & alij, qui pro Hebræis deducuntur, isti enim loquuntur in interesse licito, quando scilicet damnum emer-
16 gens, vel lucrum cessans iustificatur cum † requisitis. Castr. *in l 3. §. ratione, ff de eo, quod certo loco,* nedum respectu sortis principalis, vt quia non restituta ipsa sorte passus fuerit damnum, vel amiserit lucrum certum,
17 & licitum, quod præ manibus habebat creditor, † sed etiam respectu ipsius interesse, nempe quando ob non præstitum iustum interesse aliud damnum passus est, vel lucrum certum, & iustum amisit, vt bene declarat Minado, *d. decisione decimaseptima, &* Wesembec. *dict. cons. 72. num. septimo, lib. secundo, &* Menoch. *dict. cas. 119. num. 38. & seqq.* Rota Ianuen *decis. 78 numer. 16* Ruin. *cons. 103. numer. 4. lib. 1.* quod secus e . in vsuris, non va-
18 let enim † argumentum de interesse ad vsuras magis odiosas. Cagnol. *in l. vnic. C. de sent. quæ pro eo, quod interest, nu 45. & 46.* Menoch. *d. cas. 119 n. 38. 39. & seq.* Morot. *cons. 65. n. 3.* Rot. Ianuen. *d. decis. 78. sub num. 16 vers. Nec obstat, quod vsuræ vsurarum,* qui assignant etiam rationem differentiæ inter vsuras, & interesse, hoc enim interesse legitimè iustificatum, iustè exigitur, vnde non ita absonum esset, si huiusmodi primum interesse in sortem redactum gigneret aliud interesse, quatenus, & hoc secundum legitime iustificaretur, ac secus in vsuris, quia,
19 & prima vsura † omninò improbata est, & licet tolerata, & non tamen sine peccato exigitur, & propterea nullo modo sub quouis prætextu aliam vsuram deber producere, alioquin esset multiplicare priuilegia, & absurda, & radix infecta germinaret,

Immò, quod magis est non defuerunt grauissimi Au-
20 ctores † qui dixerint, quod nec etiam interesse alterius interesse debeatur, prout Dec. *in cap. cum venerabilis n. 61. vers. sed retenta communi opinione extra de except.* Bologn. *in d l. vnic. nu. 128.* Vbi contrariam opinionem Cagnoli vel periculosa refellit *C. de sen. quæ pro eo, quod interest* Franc. *decis. 254. num. 14.* Peregr. *viden. cons. 85. num. 28. lib. 3. & de iur fisc. l. 6 tit. 7. num. 31. vers. Item interesse,* Morot. *cons. 65. num. 3.* Rot. Iannen. *decis. 87. num. 8. sub vers. item dubitatum fuit,* vbi refert ita iudicatum fuisse, Minad *d. dec. 17.* vbi itidem quod in Regio Consilio fuit ita seruatum, Fab. de An *cons. 48. & seqq.* qui postremi Auctores loquuntur etiam in casu, quo primum interesse fuerat redactum in sortem, & negant adhuc posse producere aliud interesse, & propterea si interesse alterius interesse † non 21
debetur, multo minus vsuræ vsurarum, in quibus nulla est difficultas, quia præcisè Iustinianus *in d. l. vt nullo modo* illas damnauit, prohibuitque vsuram ad hunc effectum redigi in sortem.

Nec iuuari possunt Hebræi ex † consuetudine mutuan- 22
di sub fœnore Christianis, quam consuetudinem facti releuare dixit. Alex. *cons. 57. lib. 1. & cons. 8. per tot. lib. 6.* Cephal *cons. 549. num 90.* Quia non consuetudo hæc, sed abusus, & corruptela peccati nutritiua † censeri debet, 23
quæ propterea reijcienda omninò est nec vllatenus attendenda, *c. quia in omnibus, & ibi glos in verb. multi de vsur. clem. 1. eod tit.* Abb. *cons. 22. num. 2. vers. non obstat generalis consuetudo lib. 2.* vbi dixit, quod † quælibet consue- 24
tudo etiam totius orbis non potest excusare homines exercentes improbum fœnus vsurarum, Bero. *cons. 167. num. 10. vers. non obstat, quod consuetudo lib. 1.* Couar. *variar. resolut. lib. 3 cap. 1. num. 8.* Carl. *in §. vsura num. 7.* Alex. de Neuo, qui loquitur de consuetudine Hebræorum fœneraodi, *cons. 102. num. 15.* Cacheran. *cons. 51. nu 6. & 7.* Rot. *decis. 193. num. 1. par. 1. diuers.* & fuit dictum in *Romana Societatis 2. Iunij 1570. Lancell. & in Romana census 13. Iunij 1594. coram Blanchetto, & in Vrbeuetana census 6. Iunii 1594. coram Gipsio,* & Pontifices † Romani, qui 25
conniuentibus oculis dissimulant primam vsuram in Hebræis positiuè tamen prohibent vsuras vsurarum etiam in ijsdem, & Alex. loquitur ad effectum excusandi à pœna criminali, non ad effectum denegandi repetitionem ciuiliter intentatam.

Neque obstat sponte, & † scienter solutas fuisse istas 26
vsuras per Comitem Horatium, & suscepisse terminum ad soluen. atque ideo repeti non posse ad *l 1 C. de cond. indeb.* Quoniam huiusmodi scientia non præsumitur, vt in puncto in soluente vsuras † quod non censeatur sciuisse 27
indebitè solui, dixit Alex. *cons 80. num 15 lib. 3.* Gratian. *discept. for. c. 911. nu. 13.* & tamen ad effectum præiudicij certa, & specifica scientia requirebatur cum omnibus 28
qualitatibus, & circumstantijs, *glos. in c. concertationis verb sciuerit, & ibi* Gemin. *de app ll. in 6.* Natt. *cons. 636. nu. 192.* Surd. *cons. 190. n. 136.* & denique in vsura hoc est præcipuum, † quod repeti potest, etiam si fuerit scienter, 29
& sponte soluta, Alex. *d cons. 80. num. 11. 12. & 14.* Alm. Iun. *cons. 399. num. 71.* Rota *decis. 291. num. 6 par. 4 diuers.* & fuit dictum in *Vrbeuetana nullitatis census 29. Maij 1595. coram Gipsio, & in Romana Societatis 12. Iunii 1600. coram Card. Lancellotto,* lex enim † in soluente vsuram suspica- 30
tur coactam voluntatem, Bart. *in l. si non sortem §. si quis ex falso ff. de cond. in deb* Ias. *in l. 1. num. 12. vers. 5 limita eod. tit.* Dec. *in l. cuius per errorem nu. 3 ff. de reg. iur.* Menoc. *cons. 300. num. 13.*

Toto autem Cœlo hallucinantur Hebræi, dum putant impiam eorum vsurarum exactionem à † Christianis pos- 31
se tueri ex *Deuteronom. cap. 23 ibi, non fœneraberis fratri tuo, sed alieno,* & sic ex lege Moysis Deum sibi ipsis indulsisse fœnerari exteris: nam pro obiecti resolutione præmonendi sunt vsuram, & iure diuino, & iure canonico, & iure etiam naturali prohibitam esse de iure diuino tam 32
† antiquo, quàm euangelico id clarum est: de iure quidem 33
diuino veteri constat in Exod *c. 22.* Ezechiel 18 *psal. 14. & 54.* vbi non fit distinctio inter fratres, † & alienigenas, nec 34
inter vnius, vel alterius Religionis sectatores, de iure etiam Euangelico ex Luc. *cap. 6. mutuum date nihil inde sperantes,* cuius dicti, quamuis prima pars scilicet, *mutuum date,* communiter contineat consilium, attamen † posterior pars, nempe, *nihil inde sperantes,* continet 35
præceptum, *vt in d. cap. quia in omnibus, & in cap. super, & c. consuluit, de vsur.* & benè Diu. Thom. *2. 2. quæst. 78 art. 1. ad quartum,* & ita videtur etiam intellexisse Vrbanus Tertius *in d c. consuluit,* & nptc Francisc de Pitigianis *super 4. sent. dist. 15. qu 2. art. 2. vers. dico 4.* De iure

autem canonico non dubitatur, & extant textus rotundi
in *cap. quia in omnibus ext. de vsur. & cle. ex graui eod.*
tit. & distinct. 46. & 47. per multa capita, & 14 q. 1. & q.
4. Idemq; in pluribus sacrosanctis Conc. diffinitum fuit,
36 † vsuras nempe illicitas esse, & signanter in Synodo Ni-
cæna 1. *cap.* 17. & cum Iustinianus *in l. 1. & 2. & l. non red-*
dentes §. suscepimus, C. de Summ. Trin. & Fid. Cath. & in §.
1. *auth. de ecclesiast. tit.* eiusdem Nicenæ Synodus obser-
37 uantiam perpetuò mansuram voluerit, & iusserit, † il-
liusque dogmata, sicut Sacra Scripturas accipienda, & re-
gulas, sicut leges seruandas esse mandauerit, hinc rectè de-
38 præhenditur hodie etiam ex † iure ciuili saltem nouissi-
mo, vsuras esse prohibitas, quemadmodum docuit *glos. in*
d. l. 1. in verb. Petrum Apostolum, & Greg Tholosan.
syntagm. iur. lib. 22. c. 3. n. 18. vers. iure hoc, & D. Facch. *con-*
trouers. iur. lib. 9. c. 30 vers. mouet me potissimum. Verum,
& ipso iure naturæ prohibita est vsura, & resistit eius di-
39 ctamini, ipsique Philosophi Ethnici † solo lumine na-
turæ eam damnarunt vt Aristot. 1. Polit. *c. 7. & 4.* Ethic.
ca. 5. ad fin. vbi immutationem vsurariam esse maximè
40 præter naturam probat, pecunia † enim sua natura non
est apta nata fructificare, vel parere, nec nummus gignit
nummum. Præterea per mutuum transfertur dominium
41 in mutuatarium, nec vsus † pecuniæ distinguitur à sub-
stantia eiusdem pecuniæ, & vsus est illius alienatio, &
quasi consumptio substantiæ, vnde iuris naturalis dicta-
mini repugnat, quod res alterius alteri ex iustitia pariat
emolumentum vltra sortem quod mutuans habeat vsum
pecuniæ, quæ penes mutuantem repetitur, vt appo-
sitè comprobat D. Tho. 2. 2. *qu. 78. art. 1.* Conrad. *de con-*
tract. q. 22. vers. secunda conclusio. Sotus *de iust. & iur. lib. 6.*
q. 1. art. 1. Bald. *cons.* 449. *nu. 2. lib.* 3. Osasc. *decis.* 137. *nu. 7.*
Couar. *var. resol. lib. 3. ca 1. num. 5.* Molin. *de contract. dis-*
put. 304. *nu. 7.* Si autem principijs naturæ aduersatur vsu-
ra, & prohibita, quia mala in se, & intrinsecè non mala,
quia prohibita, ergo non rectè fit distinctio inter fratres, &
43 alienigenas, cum ius naturæ, † sit commune cunctis ho-
minibus, imò D. Th. *qu. 12. de malo art. vlt. & d. quæst.*
44 *78. art. 1. in* 2. 2. docet cunctos † mortales esse inuicem
fratres, & proximos ex parabola *Luc. c. 10.* Nec omitten-
dum est, quod multi etiam suspicati sunt verba illa, *sed*
alieno, non germana esse, nec à Moyse posita, & ab In-
45 terpretibus Collegij Ginandrin † pro glossatione adiecta
fuisse, vt refert Hieronym. de Luc. *de camb. §. restat vide-*
re nu. 16. & seqq. & nu. 19. vbi addit, quod in Biblijs anti-
quis, & correctis etiam Hebraicis illa verba, *sed alieno*,
non habentur in textu, sed sunt in glosa, obseruatque
idem Hieronym. de Luc. *in eod. cap. 23. Deuteronom.* Idu-
mæum appellari fratrem, prohiberique Hebreis odium
erga Ægyptium, qui tamen hostes erant, & infensi Gen-
ti Israelitæ vnde non videtur congruere, quod in *eod. c. 23.*
constituatur discrimen inter fratres, & alienigenas.

Verùm esto, non Interpretum adictione illa verba,
sed alieno, irrepsisse, at prolata fuisse à Moyse, prout ve-
rè dicendum videtur cum etiam in purgatissimis Biblijs
habeantur, non inde tamen absque crimine fœnerari pos-
sunt Hebræi, quia illa aduersatiua, *sed alieno*, non fuit
46 dispensatio, seu relaxatio, lex † enim naturalis est indis-
pensabilis, & nihil iuri naturæ aduersum licuit vnquam
Iudæis, nec tanquam licita in eo loco permissa fuit vsura
Hebræis, sed solum tanquam impunita ad maiora mala
euitanda, quemadmodum, & libellum repudij permisit
Moyses ad interfectionem vxorum euitandam, & sic hæc
47 vsurarum † permissio comparatiua fuit ex quadam dis-
simulatione, ne scilicet, quod turpius erat, fratres suos
Deum colentes vsuris exhaurirent Hebræi, ad quod fenus
proni admodum, & procliues erant, ita explicant Guilielm.
Parisien. *Episc. de legib. circa princ.* Henric. de Asia *de*
contract. Alex. de Ales. 3. *part. quæst.* 59. *membr.* 4. *art.* 1.
D. Th. 2. 2. *qu. 78. art. 1. & ibi* Caiet. Turrectem. Sot. *&*
alij relati per Couart. *d. lib. 3. var. resol. c. 1. n. 7.* Bermon.
Chouer. *viden. de public. concub. §. de finali specie n. 6. &*
7. vtiturque congruo exemplo Loth. Bessel. *in d. c. quia*
in omnibus, q. 2. per tot. de vsur. Alex. de Neuo *cons.* 101.
num. 5. *& 2. & cons.* 102. *num.* 3. Ludou. Peguer. *decis.* 30.
num. 10. Lup. *de vsur. §. 4. nu. 69. & 70.* Less. *de iust. & iur.*
lib. 2. c. 20. de mutuo, & vsur. dub 4. nu. 30. & Molin. *de con-*
tract. d. disput. 304. *n. 15. & seqq.* Hieron. de Luc. *d. §. re-*
stat. n. 19. Fr. Sixt. *de fœnor. Hebr. lib. 2. c. 3. 4. & 5. & d. c.* 3.
attestatur Romæ à Philippo Archinto Vicario Papæ, &
postea Archiep. Mediol. præuio responso peritissimorum
Rabbinorum, † declaratum fuisse per sententiam nullo 48
modo citra peccatum etiam attentata lege Moysis licere
Hebræis, neque in suos, neque in alienos exercere vsu-
ras, Rabbinique illi retulerunt verba *Deuteronom. d. cap.*
23. non suffragari, & idem etiam per laudum Ferrariæ pro-
nuntiauit ab ipsis Hebræis arbiter deputatus Paulus Con-
iugus eximius, & magni nominis I. C. assentientibus Do-
ctoribus Lombardiæ Rabbinis, vel saltem dicendum est
Moysem per illa verba, † *sed alieno*, non concessisse mu- 49
tuationem veram vsurariam, sed similitudinariam, cum
enim Gentiles detinerent terram promissionis iniustè, quia
Hebræorum erat, nec hi bello eam vindicare valerent, po-
terant sub palliato nomine vsuræ aliqua ex parte ab hosti-
bus recuperare, † quod eorum erat, & illud non erat alie- 50
num rapere, sed quòd suum erat, redimere, nec erat acci-
pere lucrum ex mutuo, sed mutui occasione aliunde vendi-
care debitum, in quo propriè vsura non cadit, sed tantum
similitudinariè, *c. 1. de vsur.* & Ibi *glos. vlt.* & confert *tex.*
in c. fin. q. 4. & ita locum illum *Deuteron. c. 23* temperant, &
exponunt Anan. *in c. 1. n. 6. de vsur.* Lud. Peguer. *d. dec.* 30.
n. 10 Molin. *de contract. d. disp.* 304. *nu.* 16. Hieron. de Luc.
& Couar. *loc. præall. &* Pitigian. *in 4. sent. distinct. 35. q. 2.*
art. 3. vers. potest & aliter. Qui † omnes ideo concludunt 51
Hebræis non licere absque labe criminis vsuras exigere à
Christianis, vel ab alijs, & etiam idem dixit Bald. *cons.* 449.
n. 12. lib. 3. Alex *cons. 1. n. 1. vers. 7. hoc etiam lib. 2.* Castr. *cons.*
296. *nu.* 3. *lib.* 2. plenè Alex. de Neuo *cons.* 100. *num.* 1. *&*
cons. 101. *per tot. & cons.* 102. *num.* 3. Guidop. *in tract. de*
vsur. in princ. nu. 41. Clar. *in §. vsura nu. 7. vers. hoc autem*
Lup. *de vsur. §. 4. n. 71.* cum alijs.

Et ita vtraque parte informante per Dominos vnanimi-
ter conclusum fuit, & c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Tullen. Reformationis.

Die Lunæ 18. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apostolicæ, quando dicantur iusti-
ficatæ. Episcopo attestanti de actu extra-
iudiciali sibi commisso, an credatur. Re-
missoria in materia obiectiua, vt conceda-
tur, qualis fumus requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Approbatio, & reuisio præsupponit substantiam alicuius rei, quæ approbatur, vel reuidetur.*
2 *Scriptura non est in forma probanti, si sit extracta à Notario de illa non rogato.*
3 *Episcopo attestanti de actu extraiudiciali sibi commisso creditur.*
4 *Scriptura informis contra illam approbantem probat.*
5 *Processus integritas præsumitur, nisi contrarium probetur.*
6 *Subscribens censetur approbare omnia contenta in scriptura.*
8 *Negatiua est probanda ab eo, qui in ea se fundat.*
9 *Reditus ad ius antiquum facilior fit.*
10 *Disciplina vetus, & regularis, vbi collapsa est, instauranda venit.*
11 *Consensus Monachorum, quando in aliqua re censeatur præstitus non solum ab vti singulis, sed etiam conuentualiter.*
12 *Remissoria denegatur ad probandam obseruantiam contrariam verbis litterarum Apostolicarum, & interpretationi aliàs datæ à Rota.*
13 *Decretum irritans annullat omnem obseruantiam contrariam.*
14 *Remissoria in materia obiectiua non solet dari, nisi adsit magnus fumus.*
15 *Remissoria in materia obiectiua, vt concedatur, fumus debet esse talis, vt faciat semiplenam probationem.*

DE-

DECISIO CCLXXXI.

LITTERAS reformationis fel. rec. Pauli Papæ V. & Gregorij XV. iustificatas esse Domini sub die 30. Martij præteriti, * & hodie proposito dubio super eisdem vnanimiter responderunt per rationes ponderatas in præcedenti decisione, non obstan. vltimo loco deductis pro parte Abbatis, & Capituli non acquiescentium decisioni prædictæ.

Non obstat, quòd narratiua susceptæ reformationis de consensu Abbatis non possit iustificari ex instrumento confecto de anno 1611. in Summario Communitatis in alia positione dato num. 4. cum Statuta videantur condita de ann. 1616 quia obiectum cessat ex facto, ea quo re vera Statuta emanauerant de anno 1611. quo tempore Abbas reformationi consensit, de anno verò 1616. illa reuisa, & approbata fuerunt à Generali, quæ approbatio, &
1 reuisio † præsupponit eorundem Statutorum præexistentiam, cum aliàs non potuerint approbari nec augeri, *l. nam & si, ff. de iniust. rupt. test. cap. ad dissoluendum, ibi not. de sponf. in cap. 1. & 2. de confirm. vtil. vel inutil. & in cap. ex parte de constit.* Guidop. *decis.* 629. *num.* 12. *vers. quia quod non est.*

Non obstat, quòd scriptura, in qua nititur decisio, quę reuideretur pro iustificatione primæ narratiuæ, non
2 sit in forma probanti tanquam extracta à Notario † de illa non rogato, quia hodie datur originalis informatio Episcopi Virdunen capta de ordine Congregationis Episcoporum, & Regularium, in qua est inserta de verbo ad verbum dicta scriptura, quæ prætenditur informis, cui originali informationis Episcopi fides est adhiben. etiamsi te-
3 stibus careret, cum Episcopus attestetur † de actu extraiudicialiter sibi commisso à Congregatione, Bero. *cons.* 88. *num.* 21. *lib.* 1. Neuiz. *cons. vlt. num.* 3. & 10. Menoch. *cons.* 514. *num.* 10. Præsertim quia extracta fuit à Notario solito extrahere instrumenta etiam producta pro Abbate, &
4 Capitulo, itaut illius † legalitas censeatur à partibus approbata, Card. Caualer. *decis.* 640. *num.* 10. Quæ infor-
5 matio Episcopi præsumitur integra, donec per † Abbatem, & Capitulum contrarium probetur. Rota *decisio* 64. *num.* 1. *part.* 1. *diuers.* Card. Caualer. *decis.* 335. *numer.* 1. & *decis.* 572. *num.* 2. Greg. XV. *decis.* 59. *numer.* 1. & *ibi adden.*

Narratiua, quod Abbas, & Conuentus Iustimontis, & Saliuæ vallis susceperint Statuta, probatur ex eadem informatione Episcopi, item ex mandato procuræ facto Fratri Egidio Martino nomine Conuentus Iustimontis ad acceptandam huiusmodi reformationem, cuius vigore postmodum per modernum Abbatem generalem, prædictus Conuentus fuit adiunctus prædictæ Communitati, & Reformationi, cui adiunctioni etiam dictus Abbas Iustimontis consensit, & cum omnibus Religiosis eiusdem Conuentus se subscripsit, vt ex iuribus in Summario Communitatis in hac positione dato nu. 4. & 5. per quam
6 † subscriptionem vtique acceptarunt omnia, & singula contenta in mandato, Gabr. *conclus.* 3. *nu.* 5 *de præsumpt.* Seraph. *dec.* 973. *n.* 5.

Non obstat, quod quamplura ex his, quæ fuerunt statuta, non sint conformia antiquo rigori, & non fuerint obseruata, quia contrarium apparet ex dicta relatione Episcopi Virdunen. cui est deferendum, nisi contrarium
8 † probetur, quamuis consistat in negatiua. Alex. *consil.* 37. *n.* 13. *lib.* 2. Rot. *decis.* 362. *n.* 2 *part.* 1. *in recent.* Cau. *decis.* 315. *n.* 5.

Non obstat, quòd si dicti Summi Pontifices sciuissent, prout ipsis fuit tacitum, statuta antiqua fuisse modificata per Iulium Secundum, quoad esum carnium, vtique dictam reformationem non confirmassent, quia imò à di-
9 cta confirmatione se non retraxissent, cum facilior sit † reditus ad ius antiquum, *glos. in cap. statutum, in verb. numerandum de præbend. in* 6. Sacr. Concil. Trident. *sess.* 25.
10 *cap. primo de reg* in illis verbis (*vbi collapsa est vetus*, † & *regularis disciplina instauretur.*)

Non obstat, quod non doceatur de consensibus conuentualiter præstitis à Conuentibus Saliuæ vallis, & Iustimontis, quia contrarium apparet ex iuribus datis in Summario Communitatis num. quinto, in quo legitur, quod Abbates, & Conuentus prædicti dederunt mandatum procuræ ad obtinen. à Sede Apostolica confirmationem dictæ Reformationis, in quo mandato sunt subscri-

pti dicti Abbates, & Priores, & omnes alij Fratres dictorum Conuentuum. Qui consensus † propterea censentur 11
præstiti, non solum vti singuli, sed etiam conuentualiter. Gabriel. *conclusione prima, numero tertio, & nono, de cuiusque vniuers. nom.* Neque supra, Tum quia tendunt ad probandam obseruantiam contrariam verbis litterarum
† Apostolicarum, & interpretationi aliàs datæ à Rota. 12
Rot. *decis.* 212. *nu.* 1. *part.* 1. *recent.* Greg. XV. *decis.* 211. *num.* 6. maximè cum litteræ sint munitæ decreto † irritan- 13
ti, per quod irritatur omnis obseruantia contraria, *cap. fiet tempore, de elect. in* 6. Cassad. *decis.* 1. *num.* 7. *de restit. spol.* Gonzal. *glos.* 67. *num.* 11. & *seq.* Rot. *decis.* 41. *nu.* 9. *par.* 1. *rec.* Tum etiam, quia † continent materiam obie- 14
ctiuam, quo casu non solet dari remissoria, nisi adsit magnus fumus. Caputaq. *decis.* 62. *nu.* 3. fuit dictum *in Leodien. Abbatissatus*, 1. *Iulij* 1615. *coram bo. me. Card. Sacrato*, qui fumus debet esse † talis, vt faciat semiplenam pro- 15
bationem, vt fuit dictum in *Carthaginen. Archidiaconatus* 3. *Martij* 1592. *cor. Platto*, & *in Conchen. Archipresbyteratus*, 30. *Octobr.* 1592. *cor. Penia*, qui hic omninò deficit.

Et ita vtraque parte, &c.

* Est decisio 327. supra in præcedenti parte, vbi etiam adsunt aliæ decisiones in hac causa, idest sub diebus 22 Aprilis 1630. & 10. Ian. 1631. cor. eodem R. P. D. Dunozetto, sub die 6. Feb. 1632. cor. bo. me. Motmanno sunt decisiones 333. 4. & 95.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO

Romana Retractus.

Die, Lunæ 18. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

Consortium, vt habeat locum ad effectum retractus, quale esse debeat, & quæ requirantur. Item an consortium in re fructifera consistere possit.

SVMMARIVM.

1 *Consortium vt habeat locum requiritur communio, & participatio dominij in eadem re.*
2 *Consors amplius non dicitur, quoties, quis ocularitor, seu certitudinaliter rem, seu quotam suam agnoscit distinctam ab alio.*
3 *Consortium est communio, & societas quædam à lege inducta, quæ per diuisionem ipso iure resoluitur.*
4 *Parietis intermedij constructio inducit diuisionem, numer.* 7.
5 *Consortio, vt sit locus, sufficit millesima pars, declara vt inf. n.* 15.
6 *Communio parietis non facit communionem domus.*
8 *Domorum diuisiones, per quæ considerentur.*
9 *Consortium non consideratur, quando alter in pariete alterius non potest conuersari, & transire.*
10 *Vicini tunc sunt potius, quàm consortes, qui termini multum inter se differunt.*
11 *Vicinus ille intelligitur, qui alteri in ędificio contiguus est.*
12 *Vicinitas tunc, & non consortium resultat quando domus vel mansiones inuicem se tangunt.*
13 *Domus, si pluribus solarijs constat, & in singulis particulares Domini si adsint, tunc quando alter solarium suum vendere voluerit, tenetur habenti solarium inferius denunciare, & præferre.*
14 *Io. de Amic. cons.* 20. *n.* 18. & *alij declarantur.*
16 *Retractus, vt habeat locum propter consortium, requiritur, quod dominium rei sit pro indiuiso.*
17 *Ad consortij effectum, requiritur, quod pars, quam quis habet in re, influat in singulas partes totius rei, ita vt qualibet gleba, seu latere partem suam habeat.*
18 *Hypotheca non cadit in re propria.*
19 *Consortium in censu, vel alia annua præstatione, an constitui possit.*

20 *Con-*

20 *Consortium intelligitur esse in proprietate, & substantia rei, non autem in fructibus.*

21 *Vsumfructum, si duo simul habeant, tunc si vnus partem suam vendere vult, alter vti consors in eodem vsufructu præfertur.*

22 *In rebus claris non est opus perquirere interpretationem ex antecedentibus, vel subsequentibus.*

DECISIO CCCIII.

CVM hæc causa discuteretur sub die 29. Ianuarij præteriti, * quatuor excitatæ fuerunt difficultates. Prima, an R. P. D. Gratus esset Inquilinus, vel Subinquilinus; Secunda, an D. Cæsar Leoncellus tamquam censuarius in retractu præferendus esset inquilino; Tertia, an idem D. Cæsari suffragaretur consortium; Quarta, an saltem posset dici vicinus, iuxta requisita Bullæ Gregorianæ de iure congrui; quæ omnes difficultates resolutæ fuerunt in fauorem inquilini, verum cum materia sit valde exemplaris, & frequens in Curia, volui eam iterum in disceptationem reuocare, & hodie Domini diligenter denuo examinato negocio, putarunt standum esse in decisis in omnibus, excepta vltima difficultate, super qua aliàs particulariter mandarunt instituti disputationem.

Et quoad primam, & secundam difficultatem vtrinque informantes dabant manus decisioni, sub die 29. Ianuarij emanatæ, & Dominis etiam placuerunt decisionis fundamenta, vnde totus causæ nodus positus erat in consortio, quod deducebatur ex mansionibus, & cella vinaria, ac ea cessione Isabellæ; & in hoc etiam Domini censuerunt neutrum ex dictis consortij subsistere, & sic standum esse in decisis.

Nam quoad mansiunculas, & cellam vinariam, vera
1 est conclusio, quod ad effectum † consortij requiritur communio, & participatio dominij in eadem re, Bald. *in leg. dudum, num. 1. & ibi* Salicet. *num. 1. ff. de contrahen. empt.* Decian. *in cap. cum M. Ferrariensis num. 1. & 2. & ibi* Siluestr. Aldobrandin. *in addition. &* Rip. *numer. 9. & 52 de constitut.* Gozadin. *consil. 79. numer. 1. 2. 3. & 4.* Iason. *consil. 185. numer. 2. col. 4. versic. quinto, &c.* Gregor. Lopez *in l. 55. tit. 5. part. 5. in verbo communalmente, plenè* Hieronymo Portol. *de consort. cap. 1. num. 3. & seqq. & capit. 8. num. 2. & seqq. & capit. 52. num. 1. & seqq.* Adeò vt quoties res est diuisa, & vnusquisque oculariter, siue certitudinaliter rem, seu quotam suam agnoscit distinctam ab alio, consors amplius dici non possit, quia opus
2 est, quod pro † indiuiso, & insolidum possideatur, nec vlla pars seiunctim possit ad oculum demonstrari, Bart. *in l. re coniunctis, numer. 23. & ibi* Iason. *numer. 103. vsque ad 111.* Rip. *num. 3. & 73. de leg. 3.* Castren. *in l. huiusmodi §. quibus num. 2. & ibi* Iason. *num. 1. ff. de leg. 1. idem* Castren. *in l. 1. numer. 1. ad med. vers. in quæstione verò, ff. de vsufruct. accresc. in nou. prælect.* Ant. Gomez *in comment. ad ll. Tauri, l. 70. numer. 27. versic. quod tamen.* Molin. *de contract. disput. 371. in princ.* Hieronymo Portol. *d. tract. de consort. cap. 1. num. 4 & ca. 8. 1. 4. & seqq.* Consortium
3 namque est † communio, & societas quædam, à lege inducta, quæ per diuisionem ipso iure resoluitur, vt fuit deductum in alia decisione, & tradit idem Portol. *ca. 52. num. 1. & seqq.* Vnde applicando ad casum præsentem, apparet ratione mansionum, & cellæ Vinariæ non posse considerari consortium, quia sunt diuisæ à Palatio pariete intermedia, habentque ianuam separatam, & hic accessum de per se seorium à porta Palatij, nec de Palatio ad mansiones, & cellam Vinariam datur accessus, nec è conuerso, sed vnusquisque inhabitator ingreditur domum suam ex via publica, & in diuersos Dominos separatim Palatium, & mansiones, ac cella Vinaria transiuerunt, & proinde vndequaque patet communionem non
4 existere inter hæc ędificia, siue eorum possessores, † constructioque ipsa parietis intermediæ induxit diuisionem, iuxta doctrinam Bart. *in l. inter quos nu. 1. vers. quandoque paries, ff. de damn. infect. &* Corn. *cons. 184. nu. 2. vers. his tamen non obstantibus lib. 1.*

Neque obstat, quod saltem hæc paries dicatur commu-
5 nis, † & hoc sufficiat, cum ad effectum consortij sufficiat etiam millesima pars, iuxta doctrinam Bald. *in l. 1. n. 5. C. de commun. seru. manumiss.* cum alijs per Modern. Roman. *discept. foreas. cap. 326. num. 4. cap. 842. nu. 24. & ca. 874. numer. 57.* vbi ponitur exemplum de consortio respectu putei, fistulæ, balnei, accessus, canalis, & similium. Quoniam adhuc Dominis placuit responsio data in decisione, quod communio parietis † non facit commu- 6
nionem domus, vt per Ruin. *cons. 27. numer. 12. versic. secundo respondetur libr. 4.* & hæc paries intermedia consideratur tanquam quid diuisum, & ideo non venit in communi diuidendo, vt benè per Bart. *in d. l. inter quos, num. 1. versic. isto casu, ff. de damn. infect. &* Cornelio *d. cons. 184. num. 2.* vbi inquit, quod ratione istius parietis intermediæ habitatores sunt vicini, & vnusquisque † cense- 7
tur habere dominium parietis a latere suo vsque ad aliud dimidium parietis, & hinc est, quod si masiunculæ, siue cella Vinaria in pariete indigeant aliqua reparatione, vnusquisque in parte, quæ respicit propriam inhabitationem impendit, nec alter concurrit, prout concurrere deberet, si adesset consortium, & pro indiuiso possiderentur; quæ omnia itidem benè congruunt respectu solariorum, quia eodem modo vnam partem ab alia separant, prout paries intermedia, itant dicantur plures domus, non autem partes eiusdem domus, † quemadmo- 8
dum huiusmodi similitudinem parietis, & solariorum perpendit Borgnin. *decis. 19. numer. 32. 54. & 61. part. 2.* qui loquitur nedum quoties domus est diuisa per parietes, sed etiam per solaria, vbi quod tunc quælibet pars facta est vna domus, & ratione solariorum, ac parietis non cadit consortium, † cum alter in parte alterius non possit 9
conuersari & transire, vt dicebat Castr. *in l. si quis duos, §. si quis partem in vltimis verbis, ff. commun. prædiorum,* tunc enim dicuntur duæ domus, vt per Carpan. *ad Statut. Mediolan. capit. 434. numer. 32.* nec sunt consortes, † 10
sed potius sunt vicini, qui termini multum inter se differunt, & hoc idem videtur sensisse *Gregorius XIII. in Bulla super Iure congrui, §. 8.* vbi † pro vicino intelligit illum, 11
qui alteri in ædificio contiguus est, prout in casu nostro domus, & mansiones sunt contiguæ, † cum inuicem se 12
tangant, & sic vicinitas, non autem consortium inde resultat, an autem vicinitas sit talis, vt suffragetur ad effectum prælationis pendet à resolutione articuli reseruati.

Nec applicantur Doctores pro D. Cæsare allegati, nempè quod vbi domus pluribus solarijs constat, & in singulis particulares Domini reperiuntur, † tunc si alter sola- 13
rium suum, siue partem vendere voluerit, teneatur habenti solarium inferius denunciare, & præferre, Ita Naupodan. *ad consuetud. Neapolit. tit. 57. nu. 104. verbo, quandoque sunt plura salaria, vers. respondeo quod primo,* Afflict. *de iure protbomis, §. 7. nu. 1. & 2.* Ioan. de Amic. *cons. 20. n. 18 & 19.* Vegg. *cons. 2. n. 22. 24. & seqq.* Bertazzol. *de clausul. clausul 19. glo 6. n. 6.*

Quoniam isti Doctores † admittunt ex consuetudine 14
Neapolitana habentem subterius solarium præferri ratione vicinitatis, seu coherentiæ, non autem ratione consortij, ita Io. de Amic. *d. cons 20. num. 19* ibi propter maiorem vicinitatem, & Naupodan. Afflict. *& alij* expresè contra distinguunt consortem ab eo, qui habet subterius solarium, & verbis rotundis tradunt consortem, siue socium in re, quæ alienanda est, præferendum esse si extet, atque velit, si verò consors non extet, seu nolit, tunc admittitur habens subterius solarium, an ergo, quod isti Doctores non agnouerunt habentem subterius solarium pro consorte, sed pro vicino, seu cohærente.

Nec etiam obstat, † millesimam partem sufficere ad in- 15
ducendum consortium, quia id verum est, quoties hæc millesima pars est in eadem re, quæ venditur, non autem quoties hæc millesima pars est diuisa, & separata, & Doctores, qui loquuntur de fistula, de puteo, de canali, & de alijs debent intelligi quoties res, cuius ratione prætenditur consortium, talis est, vt sit commixta in singulis partibus domus, super qua prætenditur retractus, & quando dominium rei † est pro indiuiso, alioquin contra conclu- 16
siones, & principia, quæ in iure stabilita sunt in materia consortij loquerentur, & consequenter non essent attendendi, & Bal. *in d. l. 1. num 4. C. de commun. seru manumiss.* quo omnes posteriores Doctores innituntur, loquitur in illu, qui habet minorem partem in eadem re, in qua alij maiorem habent, quæ tamen minima pars influat † in sin- 17
gulas partes totius rei, itaut in qualibet gleba, seu latere partem suam habeat, & ideò Doctores sequentes Baldum, ad illius mentem referendi sunt, & benè etiam explicat Molina *de contract. dict. disputat. 371. de contractib.*

M I-

Minus consortinm soffragator respectu cessionis Isabel-
læ; quia illa non habet partem domns, sed solum quan-
dam hypothecam pro annua pensione scu. 850. percipienda
18 ex pensionibus domus, hypotheca verò † non cadit io re
propria, & ideò propter illius incompatibilitatem cum
dominio rei hypothecatæ non potest Inducere consortiom,
cum illud fundetur in partieipatione, & communione do-
19 minij, vt toties dictum est, & io puncto ceosus, † siue
annuæ præstationis, quæ pecunia redimi potest firmat
Gutier. *pract. qq. cap. 166. num. 2. lib. 2.* & conserunt tradi-
ta per Afflict. *decis. 339. & in Romana prætensi retractus 19.*
20 *Iunij 1598. coram Corduba*, & communio est † intelligenda
In proprietate, & substantia rei, non autem in fructibus,
nec sibi est contrarius idem Gutier. *cap. antecedenti 165.*
num. 1. lib. 2. vers. qua ratioue, loquitur enim de prælatione
io ipsomet de vsufructu commuoi, vel vsu fuodi, aut ha-
21 bitatione domos, vt putà quando duo habent † vsumfru-
ctum, vel vsum eiusdem fundi, vel habitationem eiusdem
domus, vt vno ex eis eedente, vel alienante partem
suam, alter vti consots io eodem vsufructu præferatur
& ita etiam loqoitur Castill. *de vsufr. cap. 74. num. 27. &*
Modern. Roman. *eosdem refereutes discept. forens. cap. 382.*
num. 34. & cap. 874. num. 7. Hic autem versamur in pro-
prietate domus, in qua nullus habet communionem, &
partieipationem dominij.

Nec obstat, qood ex antecedentibus, & subsequenti-
bus appareat Isabeliam, acquisiuisse partem domus, non
autem solam hypothecam pro annua pensione seut. 850.
quoniam verba iostrumenti dotalis elara sunt, ibi *pro rata*
scut. mille cessit, & assignauit annuam pensionem scut. 807. ex
22 *pensiouibus Palatij &c.* & ideò non est opus perquirere †
Interpretationem ex antecedentibus, vel subsequentibus,
argumento *l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig l. ille aut*
ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. Surd. *cons. 426. num. 46. &*
seqq. Cardin. Seraphin. *decis. 1108. num. 7.* Immò ex sub-
seqnentibos potius apparet Isabellam non habuisse quo-
tam in proprietate, siue substantia domus sed solum ius
percipiendi annuam pensionem seut. 850. vt In alia deci-
sione animaduersum fuit.

Et ita vtraque parte insormante, &c.

* Est decisio 244. supra in hac parte. Et infra adsunt duæ
aliæ decisiones in eadem causa, sub diebus 23. Ianua-
rij 1630. & 20. Decembr. eiusdem anni coram eodem
Reuerendiss. P. D. meo Merlino Decano sunt deci-
sione 339. & 379.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Firmana, seu Maceraten. dotis.

Die Lunæ 18. Iunij 1629.

A R G V M E N T V M.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non facit fructus suos, data eius scientia creditorum hæreditariorum, & eorumdem litis contestatione, quia tunc tenetur seruare fructus creditoribus, & bonam reddere rationem de omni, & toto, quod ad eum peruenit.

S V M M A R I V M.

1 *Hæreditas adita desiuit esse hæreditas, & efficitur proprium patrimonium adeuntis.*
2 *Hæres, quicquid percipis, dummodo non malitiosè, sed bona fide, id totum ratione dominij suum facit.*
3 *Hæres, quando non faciat fructus suos, itaut illos reddere teneatur creditoribus.*
4 *Fructus tunc augent hæreditatem, postquam fuit etiam adita data mala fide hæredis ex scientia creditorum, & litis contestatione.*
5 *Fructus hæreditatis possunt dici de substantia testatoris deuoluta ad hæredem.*
6 *Hæres tenetur seruare fructus, & bonam rationem reddere de omni, & toto, quod ad eum peruenit.*
7 *Hæres dominium fructuum non acquirit cum mala fide.*
8 *Pecunia à debitore male consumpta præsumitur adhuc extare.*
9 *Fructus augeut hæreditatem.*
10 *Fructus percipi non possunt bona fide ex aliena substantia.*
11 *Mala fides contrahitur per motionem litis.*
12 *Hæres in tantum tenetur creditoribus hæreditarijs, in quautum res substantiæ ad eum deuolutæ suut.*
13 *Hæredis scientia de creditoribus hæreditarijs paulo post mortem testatoris operatur, vt dominium aliquod in fructibus acquirere non possit.*
14 *Substantia testatoris, detectis creditoribus, & vrgentibus, non transit in dominium hæredis adeuntis.*
Et ideo quicquid percipit, non potest iure suo percipere, & sic iure dominij fructus suos facere.
15 *Perceptionis præsumptio ex possessione subsequuta non intrat, quando agitur de pensionibus domorum, & & aliorum bonorum.*
16 *Confessio propria superat omnes alias probationes.*
17 *Immissio in bonis subiectis fideicommisso quando detur.*
18 *Iudex procedens sine probationibus dicitur spoliare.*
19 *Probatio per vnicum testem vnà cum attestatiouibus extraiudicialibus quam probationem faciat.*
20 *Attestatioues extraiudiciales fidem nou faciuut.*
21 *Productio facta per compulsum non inducit confessionem in producente præter voluntatem illius.*
22 *Mobilium consumptionis præsumptio intrat spatio 30. annorum.*
23 *Hæres cum beneficio leg. & inuentarij non tantum præseruatur à damno respectu mobilium, si culpa sua non perierint, sed etiam à diminutione stabilium.*

D E C I S I O   CCCIV.

CAVSA repruposita * dictum fuit hæredem cum be-
neficio inuentarij non facere fructus suos in præiu-
dicium creditorum, & in hoc esse recedendum à decisis,
in reliquis verò Domioi permanserunt in iam tesolo-
tis.

Nam quamuis io hac quæstione de hærede beneficiato
an fructus suos faciat post aditam hæreditatem etiam in
præiudicium ereditorum in decisione, quæ reuidetur,
relatæ fuerint opiniones vtramque respectiuè partem se-
quentes, & tunc visa fuerit verior opinio eorum, qui te-
nuerunt affirmatiuam ex indubitata iuris regula, quod
adita † hæreditate desinat esse hæreditas, sed efficiatur 1
proprium adeuntis patrimonium *per l. 1. §. veteres ff. de*
acquir. hæred. & quidquid exinde hæres percipit; modo
noo maiitiosè; sed bona fide † percipiat, id totum ratio- 2
ne dominij suum faciat, in qua opinione fuerunt *glos. in l.*
mulier, §. cum propoueretur in verb. quantitatis, vbi etiam
Bart. *numer. 4. ff. ad trebell. & cum ea* Iacob. de Aren. Al-
ber. Alex. & Salic. Angel. Castr. Comen. Ruin. Rimin.
Sen. Aleia Marzar. Gabr. Crau. quos referr & sequitur
Menoch. *cous. 183. uum. 50. & cons. 292. num. 21.* Surd. *de-*
cis. 92. nu. 6. & cons. 291. num. 11. Maot. *de coniect. libr. 7.*
tit. 10. Gratian. *discept. 540. nu. 6.* Rot. *decis. 680 n. 2 par.*
2. diuers.

Attamen hodie facto melius deducto, ex quo credito-
res Ciccotti apparent detecti ex eodem inuentario per Iu-
lium Cæsarem producto, & paulò post aditam hæredita-
tem per eundem Iulium Cæsarem vrgere cœperunt, vi-
sum fuit in casu de quo agitur (omisso quid esset dicen-
dum si hæres bona fide fructus percepisset, & consumpsis-
set, aut aliàs non fuisset factus locupletior, & ereditores
diu distulissent instare contra hæredem) inhærendum es-
se opinioni eorum, † qui negatiuam defendunt, nempè 3
Guidop. *de inueut. to. 8 p. 2. nu 17.* Mantic. *eod. tom. & tract.*
c. 6. nu. 10. Rol. *eod. to. & tract. vers. sexta vtilitas*, Peregr. *de*
fideicom. ar. 49. nu. 77. & cons. 42. nu. 27. lib. 1. Rim. Sen. *cons.*
596. Surd. *decis. 92. num. 5.* Ruin. *cons. 176. numer. 17. libr. 1.*
Crass. *de inuent. q. 11. numer. 3.* Caball. *cons. 144 libr. 2.* La-
derch. *consil. 8.* Ciriac. Niger *coutrou. 294. numer. 17.* Franc.
decis. 613. Manent. *dec. 34. num. 6.* Rot. *decis. 279. & 280.*
impress. post tract. de censib. quia fundameota, quibus mo-
uetur data mala fide hæredis ex scientia creditorum, &
litis contestatione eorundem contracta benè subsistunt,
nam tunc † fructus etiam post aditam hæreditatem con- 4
tingentes augent hæreditatem per *l. item veniunt, §. item*
nou solum, ff. de pet. hæred. & fructus possuot dici † de 5
substantia testatoris deuoluta ad hæredem, *l. vlt. § & si*
præ-

præfatam C. de iur. de lib. & hæres tenetur fructus seruare
creditoribus, & bonam rationem reddere de omni, & toto
quod ad eum peruenit tanquam illorum custos, & debentur,
ac si hæreditas iaceret, Ias. *in l. vlt. §. in computatione,*
num. 4. C. de iur. delib. vbi etiam Bald. *& in l. debitori, num.*
2. C. de pact. tunc enim hæres dominium fructuum † non
7 acquirit cum mala fide, *l. certam, C. de rei vend. lib. 1. §.*
ex die, ff. de vi, & vi arm. Olasch. *decis. 160. num. 2.* Surd.
cons. 115. num. 14. & 340. num. 11. & 12. & decis. 281. nu.
5. & præsumuntur extare fructus, prout de pecunia à de-
8 bitore malè consumpta, † quæ adhuc extare dicitur voluerunt,
Natt. *cons. 547. num. 34.* Afflict. *decis. 190. num. 6.*
Surd. *cons. 4. num. 43. vol. 1.* qui fructus tanquam non facti
de dominio hæredis, remanent in hæreditate, & illam au-
9 gent, ac si iacente hæreditate, † & pendente tempore ad
deliberandum percepti fuissent, per *l. vlt. §. & si præfatam,*
C. de iur. delib. vbi quod pendente tempore ad deliberan-
dum fructus augent hæreditatem, à quo termino ad deli-
berandum non differt beneficium à lege indultum adeun-
di hæreditatem cum præseruatione damni hæredis.

Cæterum quod ex scientia creditorum per descriptio-
ne factâ in inuentario mala fides in Iulio Cæsare fuerit in-
ducta, satis patet ex eo, quia sciuit Iulius Cęsar substantiam
testatoris ad eum non posse deuolui, ex qua fructus posset
percipere; sed pro satisfactione creditorum esse a lege re-
seruatam, per *d. l. vlt. §. & si præfatam, C. de iur. delib.* at-
10 que ita de aliena † substantia non potuit fructus bona fide
percipere, Bart. in *l. Celsus, num. 18. vbi* Balb. *num. 118. ff.*
de vsucap. Alexandr. *cons. 187. num. 8. lib. 2.* Felin. *in cap. si*
diligenti num. 5. de præscript. Menoch *de arbitr. cas. 225. nu.*
11 *8.* & † lite mota per creditores, quia per eam contrahitur
mala fides, *l. nemo, C. de acquir. poss.* Surd *decis. 281. nu. 3.*
& impedit acquisitionem dominij, *l. sed & si pater, ff. ad*
Maced. Ias. *in l. rogasti §. si. num. 5. ff. si cert. pet.* Bart. *in l. si*
alieni, ff. de solut. Surd. *cons. 4. num. 43. vol. 1.*

Neque obstat responsio data in decisione, quæ reuide-
tur, quod & si Iulius Cæsar descripserit creditores in in-
12 uentario, † sciebat nihilominus non teneri creditoribus vr-
gentibus ex interuallo de re sua, & sic de fructibus suis sa-
tisfacere, sed de corporibus hæreditarijs per *eand. l. si. §. & si*
præfatam, C. de iur. delib. ibi in tantum hæreditarijs credito-
ribus teneatur, in quantum res substantiæ ad eos deuolutæ va-
leant.

Quia data scientia creditorum, & non ex interuallo,
13 vrgentium, sed paulò post mortem Ciccotti dominium †
aliquod in fructibus acquirere non potuit, & eo, circumscri-
pto totum ad se deuolutum tanquam de substantia debi-
toris restituere tenetur per eundem § *& si præfatam dis-*
positionem.

Ex quibus facilè euitatur fundamentum prioris opinio-
nis huic postremæ contrariæ, quia cum substantia debito-
14 ris detectis creditoribus, & vrgentibus non transierit † in
dominium hæredis adeuntis, quidquid percipit hæres,
non potuit iure suo percipere, & sic iure dominij fructus
suos facere; sed tanquam de extantibus, & ad credito-
res pertinentibus rationem reddere tenetur per supra-
dicta.

Secundum verò fundamentum decisionis Domini con-
firmarunt, nempè Iulium Cæsarem, & nunc eius hære-
des non teneri pro rata fructuum, qui prætenduntur per-
15 cepti post † aditam hæreditatem, cum agatur de pensioni-
bus domorum, & aliorum bonorum, quæ non sunt de sui
natura fructifera, pro quibus non intrat præsumptio per-
ceptionis ex possessione subsequuta, *l. Iulianus, §. ex ven-*
dito, ff de act. empt. Natt. *cons. 384 num. 2. cum alijs allega-*
tis in decisione causæ 24. Ianuar. 1618. & 14. Martij 1629.
vt inde teneatur possidens ad aliquam quantitatem, nisi
de ea doceatur; quinimò visum fuit apertè, & conclu-
denter probari Iulium Cæsarem fructus ex bonis hæredi-
tarijs, non percepisse ex confessione Sinibaldi, & Cathe-
rinæ, quæ dantur summario præteritæ positionis num. 9.
& 10. & in præsenti num. 2. summario hæredum, ibi pro
Sinibaldo: *Item qualmente altra robba non è restata dopo la*
morte di Ciccotto alli prefati Curtio, e Giulio Cesare, che le
sudette due possessioni, delle quali, vna ne hà hauuto, & pos-
seduto Giulio Cesare di salme 71. & l'altra Curtio, quale al
presente possiede Sinibaldo suo figlio, & in alia pro Catheri-
na positione ibi: *Et qualiter si & quatenus Ciccottus de di-*
cto tempore, & postea possederit aliqua bona stabilia intus, &
extra Ciuitatem Maceratæ, & in eius territorio, & in terri-
torio Recanati, & Vrbis aliæ fuerunt prius dicta bona obliga-
ta, & hypotecata creditoribus anterioribus dicti Ciccotti, &
ab eis tenentur, & possidentur, & exinde testes nempè 7. &
8. super eisdem examinati idem concludunt; vnde siue † 16
probatio desumatur ex positionibus, ex quibus resultat
confessio superans alias probationes, *l. cum te, C. de pro-*
bat. Surd. *cons. 60. num. 1. vol. 1.* conclusionem latissimè
comprobans, siue ex dictis testium; semper resultat pro-
batio, quod penes Iulium Cæsarem de bonis Ciccotti pa-
tris nihil remanserit, quod eo magis verisimile videba-
tur Dominis, cum hæc Catherinæ probatio esset fun-
damentum obtinendi in saluiano contra bona fideicom-
missaria filiorum, prout obtinuit, ad quæ † nonnisi de- 17
ficientibus bonis liberis, immissio data fuisset ex disposi-
tione, *auth. res quæ Cod. commu. deleg.* quæ bonorum
liberorum deficientia etiam comprobatur ex diuisione
summ. num. 1. postea sequuta inter ipsos Iulium Cæ-
sarem, & Curtium, in qua non diuidunt alia bona,
quàm fideicommissaria, signum euidens quod non ade-
rant alia bona.

Propterea non obstat, quòd supradictæ non sint positio-
nes, sed articuli, & nihil probent, cum fuerint dati à pro-
curatore mandato carente, & ex inuentario apparet de
contrario: quia super articulis datis, & testibus examina-
tis, Catherina obtinuit in iudicio subsidiario contra Iu-
lium Cæsarem fideicommissarium, vnde vel eumdem † 18
fuisse spoliatum à Iudice procedente sine probationibus
dicendum est, dum locus non est *auth res quæ, C. comm.*
deleg. vbi extant bona libera Menoch. *cons. 318. num. 37.*
vol. 4. Peregrin. *de fideicomm. art. 42 nu 66.* Fusar. *de substit.*
qu 532. num. 33. vel de validitate probationum non est du-
bitandum, neque ex inuentario contrarium apparet, quia
ex eo quidem probatur, quæ bona in eius hæreditate reli-
cta fuerint, non autem quod à creditoribus non fuerint oc-
cupata

Non obstat, quod aliqua bona fuerint subhastata de an-
no 1592. 1594. & 1598. & sic de fructibus istius medij tem-
poris sit habenda ratio, quia duo ad hunc effectum per Si-
nibaldum essent probanda, nempè quod bona de sui natu-
ra essent fructifera, & quod Iulius Cæsar non impeditus
à creditoribus potuerit percipere, cuius contrarium Ca-
thærina in sua positione de anno 1598. præsupponit, nec
probat hanc qualitatem fructiferam.

Non obstat, quod multa ex eis sint fructifera de sui na-
tura, & de non fructiferis detur probatio per vnum testem
† & attestationes extraiudiciales, cum quibus plena, aut 19
saltem sufficiens probatio exhibetur, Alba *cons. 7 nu. 16.*
cum allegat.

Quia molendinum, pristinum, hospitium, quæ vltra
domum magnam, & domunculas designantur non pro-
ducunt fructum de sui natura, sed hominis artificio, & la-
bore egent, attestationes vero nihil releuant cum † fidem 20
non faciant, & eo minus tanquam exhibitæ post obten-
tam remissoriam de anno 1619. ad probandum in specie,
quod Iulius Cæsar fructus perceperit ex corporibus hære-
ditarijs, & tamen ex testibus examinatis in eadem remis-
soria vnus tantum nempè septimus, qui vltra quod est
vnicus non etiam concludit, quod domus magna locare-
tur, & de quo tempore.

Et eo minus vrgere videtur productio subhastationum,
& sententiarum, ex quibus dicebatur Iulium Cæsarem
assumpsisse sibi onus probandi bona descripta in inuenta-
rio non extare, sed à creditoribus subhastata sublata fuis-
se, itaut fuerit possessor, & à creditoribus talis nuncupa-
tus, & rationem reddere teneatur.

Quia illæ omnes fuerunt productæ per compulsum in
parte, & partibus acceptatæ, quæ non † inducunt confes- 21
sionem in producente præter voluntatem illius, Felin. *in*
cap. cum venerabilis sub num. 23. vers limita secundo, de
except Rot. *de is. 3. de fid. instrum. in nou. & coram Papa*
Greg *decis. 432. num 7.* & nihilominus magis iustificant
confessiones Catherinæ, & Sinibaldi in supra relatis posi-
tionibus emanatæ, quod à creditoribus omnia fuerint oc-
cupata, & detenta.

Tertium etiam decisionis caput, in quo Domini dixe-
runt; de mobilibus non esse habendum † rationem ob præ- 22
sumptionem consumptionis spatio 30 annorum, *per ea*
quæ tradunt Afflict. *decis. 13. n. 27.* Rot. *dec. 285. n. 3. cor.*
Papa Greg XV Peregr. *de fideic. ar. 10. nu. 40* placuit res-
pondere esse confirmandam, quia hæres cum beneficio
inuentarij non minus debet præseruari à damno respectu
mobilium, † quando non est in mora vendendi, aut re- 23
stituendi,

stituendi, ne scilicet damno suo pereant, vel deteriorentur, sicut là diminutione stabillum à lege præseruantur, Bart. *in l. in ratione* 30. *in fin. ff. ad l. Falc.* Montic. *de inuent. cap.* 9. *num.* 31. propterea cum Catherina neque petierit, neque voluerit in mobilibus satisfieri, quia re vera erant modici valoris, non debet damnn Iulij Cæsaris eorum decrementum, aut interitum adscribi. Et ita.

* Proposita iam fuit sub die 14. Martij 1629. est supra decis. 259. & infra in Additione habetur alia decisio in eadem causa die 27. Martij 1620. coram eodem Pirouano.

R. P. D. MOTMANNO.

Mediolanen. Pecuniaria.

Die Lunæ 18. Iunij 1629.

A R G V M E N T V M.

Debiti satisfactionis, vel remissionis præsumptio, quando habeat locum, declaratur.

S V M M A R I V M.

1 *Præsumptio satisfactionis, vel remissionis debiti, quando intret.*
2 *Confessio tutoris concurrentibus adminiculis contra pupillum probat.*
3 *Debitorem alicuius, quando aliquis se constituit, intrat præsumptio, quod is, cui constituitur, debitor non sit constituentis.*
4 *Probatum aliquid dicitur clarè, quando nulla exceptione, vel negotione infringi potest.*
5 *Compensatio de vno ad aliud iure fieri non potest.*
6 *Compensationis æquitas, quando intrare penitus non possit.*

DECISIO CCCV.

IN hac causa sub die 19. Ianuarij proximè præteriti, * fuit resolutum constare de credito DD. Comitissarum Paulæ, & Barbaræ de Barbiano de Belgioiosis, ex rationibus tunc deductis.

Verùm, cum agentes Illustriss. D. Cardinalis Borromæi non acquiescerent dictæ decisioni, & insuper ad effectum compensationis opponerent de illius credito, ex instrumento donationis celebrato de anno 1582. ideo dubitaui, an hinc inde constaret de credito, & hodie DD. non recedendo à decisis, censuerunt non obstare creditum Domini Cardinalis.

Quamuis enim in huiusmodi instrumento donationis dictus D. Cardinalis fuerit constitutus creditor q. Com. Ioann. Baptistæ Borromæi auctoris Comitissarum, ratione quarumdam annuarum præstationum. Attamen cum ipse, tàm ante, quàm etiam diu post obitum dicti Comitis tacuerit, & nihilominus haberet amplissimam facultatem easdem præstationes à quibuscumque bonorum donatorum affictuarijs propria auctoritate exigendi, nec doceatur vllo vnquam tempore datum fuisse impedimentum earum exactioni, intrat præsumptio,
1 † vel quod fuerit satisfactus, vel quod remiserit debitum, iuncta præsertim sanguinis proximitate, ad *l. procula, ff. de probat. facit glos. in l. liberis, §. 1. & ibi* Bart. *ff. de alim. & cib. legat.* Bald. *in l. cum proponas la prima in fin. C. de pact.* cui præsumptioni non leue adminiculum præbent verba eiusdem instrumenti, quibus Comitissa mater, & tutrix D. Cardinalis profitetur, se tunc fuisse in quasi possessione exigendi annuas libras 945. seu ius illarum exactionis locandi, & pro reliqua summa ascendente ad libras 973. solid. 13. den. 4. partem datij Aronæ fuisse per eumdem Comi-
2 tem Ioann Baptistam ipsi assignatam, quæ † confessio à matre, & tutrice, concurrentibus alijs adminiculis emanata, attendi debet Natt. *cons.* 543. *num.* 20. *cum alijs per eum ibi cumulatis* Rot. *in Romana de Consciarijs* 13. *Ianuarij* 1599. *coram bon. memor. Orano relat. per Addent. ad* Galles. *de oblig. Camer. decis.* 111. *numero* 9.

Accedit quòd post elapsum decennium, à die dicti Instrumenti donationis, & constitutionis crediti, D. Cardinalis fecit se debitorem q. Comitis, nulla opposita compensationis exceptione, † vnde insurgit etiam præ- 3
sumptio non leuis, ipsum tunc creditorem non fuisse, vt tradit Anch. *cons.* 434. *circa medium vers. huic accedit præsumptio*, quem refert & sequitur Aym. *cons.* 129. *num.* 9. Ægid. *cons.* 10. *num.* 41. *& fuit dictum in Romana pecuniaria* 3. *Maij* 1575. *coram bon. mem. Penia, quæ est decisio* 724. *par.* 4. *diuers.*

Cum itaque de credito Domini Cardinalis non adeo clarè constet, vt dici possit æquè liquidum, ac illud, de quo fuit resolutum constare ad fauorem DD. Paulæ, & Barbaræ, quod nulla † exceptione vel negatione in- 4
fringi potest, ad not. per Bald. *in l. post rem iudicatam, num.* 7. *vers. non quæro, ff. de transact.* compensatio de vno † ad aliud iure fieri non potest, *l. fin. C. de compen-* 5
sat. Afflict. *decis.* 381. *num.* 6. Præsertim quia constat, creditum quod opponitur, præextitisse ante obligationem Domini Cardinalis, quæ † circumstantia præmissis 6
iuncta, excludit omnem æquitatem compensationis, iuxta distinctionem Bart. *in l. amplius non petit.* 2. *column. ff. rem. rat. hab.* quam comprobat Soccin. *in l. Iulianus la prima, ff. de cond. & demonstr.* Afflict. *d. decis.* 381. *num.* 3. *&* Capic. *decis.* 67. *num.* 4. cum alijs quos refert Galles. *ad for. Camer. oblig. par.* 6. *quæst.* 2. *num.* 9. *& ibi Addent. num.* 18.

Et ita vtraque parte informante fuit decisum &c.

* Est decisio supra 234. & habetur pariter supra in eadem causa alia decisio sub die 10. Iun. 1629. coram eodem Motmanno; est decis. 298.

R. P. D. GHISILERIO.

Nouarien. Legitimæ.

Die Lunæ 18. Iunij 1629.

A R G V M E N T V M.

Legitimæ detractio vigore fideicommissi quando impediri non possit. Transactio super iuribus fideicommissi quando sit permissa. Monasterium in fideicommisso quando non comprehendatur sub nomine filiorum legitimorum, & naturalium.

S V M M A R I V M.

1 *Impugnari non potest, quod approbatum est.*
2 *Bona subiecta fideicommisso, si fuerint liberata à tali onere, an super illis peti possit legitima.*
3 *Fideicommissum non potest allegari ab aliquo, qui in eo non fuit vocatus.*
4 *Fideicommissum vniuersale agnatitium non potest regulariter alteri cedi quam vocato.*
6 *Bona per transactionem hæreditario nomine initam, semper augent hæreditatem.*
7 *Contra confessionem propriam nemo est audiendus.*
8 *Alienare, qui non potest, nec minus potest transigere.*
9 *Transigentes non possunt facere bona libera, si sint fideicommissaria.*
10 *Transactio fieri non potest super iuribus fideicommissi, nisi illa sint obscura, & dubia.*
11 *Monasterium non comprehenditur in fideicommisso, quando fuerunt vocati filij legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio nati, & procreati.*
12 *Et hoc maximè, quando fuit dispositum, vt bona remaneant in suis hæredibus, & descendentibus in infinitum.*
13 *Fideicommissum non extenditur vltra personas nominatas.*
14 *Testator in bonis suis potest imponere eam legem, quam vult.*
15 *Bona contra voluntatem testatoris alicui applicari non debent.*
16 *Religionis fauor non potest impedire manifestam testatoris voluntatem, quæ omnibus modis seruari debet.*

17 *Fidei-*

17 *Fideicommissi obscuri exceptio non potest impedire detra-ctionem legitimæ.*

DECISIO CCCVI.

AD Impediendam immissionem in tertiam partem bonorum relictorum per fratres de Calcateris professos in Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli debitam D. Paulæ Brippiæ eorum matri iure legitimæ, vt fuit pronunciatum per sententiam R. P. D. mei Pirouani confirmatoriam alterius Vicarij Mediolanen. & coram me in tertia instantia per tres * decisiones resolutum, opponebatur pro parte dictæ Congregationis Dominę Paulæ obstare fideicommissa patrui, & patris dd. professorum; & cum de hoc dubitassem, placuit DD. firmare, non constare de talibus fideicommissis, quæ impediant detractionem legitimæ per dictam Paulam petitæ, aut dictam immissionem; quia non potest Congregatio iuuari fideicommissis patris, & patrui professorum ad minuendam legitimam matris ex quo Congregatio impugnauit eadem fideicommissa, & in impugnatione obtinuit mediante transactione facta; inter fideicommissarios, & Congregationem hæreditario nomine ex persona professorum, eodemque hæreditario titulo possidet bona, quæ præten-
1 sis fideicommissis subiecta prætenduntur, & ita quod † semel impugnauit, approbare non potest, *lib. 1. C. de furt. l. dispensatorem in fin. ff. de solut. cap. ex eo, de reg. iur. in 6.* Gabr. *com. opin. lib. 6. de reg. iur. conclus 1. in princip.* Surd. *cons. 136. num. 29. & seqq. & 128 num. 15.* Crauet. *cons. 61. num. 3.* & bona super quibus legi-
2 tima petitur, non retinet vti fideicommissaria, † sed vti libera cum eadem liberauerit, & non sint amplius subiecta restitutioni, vnde sicuti sunt quæsita hæreditario nomine professorum, ita ea possidet Congregatio vti hæreditaria eorumdem Glos. *in l. si hæres, ff. ad Trebell.* Peregr. *de fideicomm. art. 6. num. 41.* Fusar. *de substit. quæst. 627. num. 2.* Quinimò cum in testamentis nullibi legatur vocata Congregatio, ea fideicommissa
3 † non potest allegare, Ioann Andr. *ad Specul. tit. de testamen. §. occurrit* Dec. *cons. 95. & 336. in fin.* Soccin. *cons. 91. num. 7. lib. 3.* Soccin. Iun. *cons. 185. num. 9. lib. 2.* Gozad. *cons. 21. num. 8.* Peregr. *de fideicomm. art. 43 n. 9. & 22.* Fusar. *de substit. quæst. 614. cum duobus seqq.* Seraph. *decis. 486. num. 1.* Rot. *decis. 267. num. 1. part.*
4 *2. recent.* & cum fideicommissum † vniuersale agnatitium non possit regulariter alteri cedi, quàm vocato itaut cessionarius cogere possit hæredem adire, & hæreditatem restituere ad *l. mulier §. hæres ex asse vbi* Bartol. *& alij, ff de iur. dot. cum adductis per* Fusar. *in*
5 *alleg. tract. quæst. 524.* Propterea Congregatio vti † cessionaria assertorum fideicommissariorum de fideicommissis excipere non potest.

Neque DD. visum fuit considerabile lucrum resultans ex transactione inita inter Congregationem, & fideicommissarios, itaut tanquam proueniens ex eorum industria non videatur augere hæreditatem ad commodum matris. Tum quia quando, prout contigit in
6 præsenti, res per † transactionem hæreditario nomine initam acquiritur vel retinetur semper auget hæreditatem, *l. Imperator in fin. vbi gloss. verb. non videtur de legat. 2.* Gloss. *in l. si hæres la terza in princip. verb pignora ff. ad Trebell.* Cephal. *cons. 645. num. 49. & seqq.* Menoch. *cons. 213. num. 21. & 22.* Peregr. *de fideicom. art. 40. num. 126. & art. 44. num. 28.* Fusar. *de substit. quæst. 627. num. 21. & in fin.* Tum quia vt fuit dictum supra in transactione semper negauit sibi quidquam à
7 fideicommissarijs remissum esse, & ideo † hodie contra istam suam confessionem non est audienda, *l. generaliter, C. de non nu. pecun. l. ff. §. sin autem, C. arbitr. tutel.* Crauet. *cons. 61. num. 3.* Deinde fuit consideratum, quod cum ipsa Congregatio esset in possessione omnium bonorum per filios relictorum vti ad eo-
8 rum hæreditatem † spectantium, & partem illorum dimiserit fideicommissarijs, nihil acquisiuerit mediante transactione, sed potius alienauerit, Bart. *in l. nulli, num. 1. ff. de transact.* Abb. *in cap. contingit vers. vndo in hoc passu extra eodem tit.* Bald. *cons. 415. lib. 1.* Alex. *cons. 401. num. 3. lib. 6.* Crauett. *cons. 197. num. 7.* Decian. *cons. 37. num. 44. lib. 1.* Odd. *de prohibit. alienat. fideicomm. quæst. 19. num. 162. & 166. vbi de comm.* nec
transigentes † poterant facere bona libera, si erant fi- 9
deicommissaria, sed benè potuerunt declarare ista bona non esse fideicommisso supposita, vt factum videtur, consentiendo, quod Congregatio ea retineret tanquam libera, & iure hæreditario professorum, & propterea ea non potest deducere ius agnatorum pro bonis per eam possessis, quia esset dicere bona esse fideicommissaria, & tamen ab ipsa Congregatione possideri tanquam libera, quæ sunt inter se contraria.

Et cum non possit fieri † transactio super iuribus fidei- 10
commissi, nisi illa sint obscura, & dubia, Natt. *cons. 304. num. 8.* Bero. *cons. 176. num. 28. lib. 1.* Petra *de fideicomm. quæst. 8. num. 71. & 74.* Peregr. *eodem tract. art. 52. num. 81. & seqq.* Odd. *de alienat. fideicommissi quæst. 19. num. 176. & 177* Fusar. *de substit. quæst. 362. num. 5. & quæst. 708. in fin.* transactio deducta per Congregationem fauet matri.

Non obstat, quod ex lectura testamentorum patrui, & patris horum professorum appareat, eos bona sua supposuisse fideicommissis, quia in dictis testamentis minimè vocata reperitur Congregatio: imò fuit exclusa, nam tàm pater, quàm patruus post mortem filiorum, ac nepotum respectiuè ab eis institutorum ad
suas successiones vocarunt solos filios eorum, † mas- 11
culos legitimos, ac naturales, & de legitimo matrimonio natos, & procreatos in quibus Congregatio non compræhenditur, Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 7. num. 20. vers. verum ego.* Maximè quando vt
hic dispositum fuit † vt bona remaneant in suis hære- 12
dibus, & eorum descendentibus, & proximioribus agnatis in infinitum. Dec. *cons. 259. num. 2. quem sequitur* Couar. *var. resolut. lib. 1. cap. 9. num. 11. & tenuit* Paris. *cons. 22. num. 9. vol. 3.* Mantic. *vbi supr. eodem tit. num. 21.* Et propterea † cessat transmissione fi- 13
deicommissum extendatur vltra personas nominatas, Curt. Iun. *cons. 69. in fin.* Gozzad. *cons. 29. num. 15.* Cocc. Iun. *cons. 14. num. 8. lib. 4.* Seraph. *decis. 883. num 2. & seqq. & 1479. num. 9.* Sed patruus vlterius procedendo voluit, vt si illi Religionem ingrederentur, & in ea professionem emitterent omni eius hæreditate, & vsufructu illius eo ipso priuati existerent;
& cum † testator possit rebus suis, quam velit legem 14
imponere, *lib. 1. C. de Sac. Eccles. l. quoties de donat. quæ sub modo §. disponat in auth. de nupt. Auth. excipitur, C. de bon. quæ liber.* Id propterea facere vo-
luit, & contra testatoris voluntatem † bona Congre- 15
gationi applicari non debent, Castren. *in auth. nisi rogatum, num. 3. & ibi* Bald. *num. 9. C. ad Trebell.* Dec. *in cap. in præsentia, num. 229. circa med.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 7. num. 18 & 19.* Nec fauor
Religionis † debet impedire manifestam testatoris vo- 16
luntatem, quæ omnibus modis debet seruari, *cap. vltima voluntas 13. quæst. 2.*

Quare cum † exceptio fideicommissi obscuri non va- 17
leat impedire detractionem legitimæ, & immissionem pro ea competentem, Dec. *cons. 424. num. 10. & 11. cum seqq. & 467. num. 12.* Rota *decis. 520. num. 1. & 6. part. 1. diuers. & alibi sæpius subsequatur.*

Vtraque parte informante fuit resolutum, vt supra.

* Videlicet sub diebus 3. Decembris 1627. coram bon. mem. Reuerendiss. Pirouano, & 15. Decembris 1628. & 4. Aprilis 1629. coram eodem R. P. D. Ghisilerio, sunt decisiones supra 216. 223. & 267.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Officij.

Die Veneris 22. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

De alieno facto quis non tenetur, si tantum proprium promittat. Veritati per instrumenti verba non præiudicatur.

S V M M A R I V M.

1 *Factum proprium promittens, de alieno non tenetur.*
2 *Instrumenti assertio non præiudicat veritati.*
3 *Dolus scienti non infertur.*
4 *Verbum, pertinet, latè interpretatur.*
5 *Meum aliquid dicitur, quia vtilitas mea ibi consistit.*
6 *Res vendita non comprehenditur sub obligatione bonorum ratione prætij non soluti, contrarium num. 7.*
8 *Emens scienter rem alienam non potest agere de euictione.*

DECISIO CCCVII.

DOMINI censuerunt sententiam Rotalem Butij absolutoriam esse confirmandam, quia de illius validitate non dubitatur, & iustitia probatur ex duabus decisionibus die 30. Ianuarij 1628. & 29. Ianuatij proximè præteriti coram R.P.D. meo Pirouano emanatis, in quibus resolutum fuit, venditionem tertiæ partis vnius medietatis officij Notariatus Curiæ Capitolinæ fuisse bona fide perfectam cum traditione rei, necnon solutione prætij, ac possessione per multos aonos continuata.

Cum enim ex instrumento venditionis, & alijs in dictis decisionibus adductis, & ponderatis constet, Butium in actu dictæ venditionis se gessisse vti procuratorem irreuocabilem Erasti ad resignandum dictam partem officij, necnon ipsum vendidisse Adamo iura talia, qualia tunc habebat, sibique pro residuo sui crediti reseruasse anterioritatem, & potioritatem cum promissione de euictione pro dato, & facto suo tantum, vtique ex premissis dictus emptor sciuit, ac intellexit, Erastum tunc huiusmodi venditioni præsentem, & consentientem, ac successiuè conducentem partem officij venditam, esse Dominum, non verò
1 Butium, † qui cum alieno nomine contraxerit, & de facto suo tantum teneri voluerit ad restiturionem pretij in casu, de quo agitur, non tenetur ad not. per Iacob. de Arena *in l. ei qui seruo, & ibi glos. C. quod cum eo, qui in alien.* quem sequitur Bart. *in l. procurator qui pro euictione num. 2. ff. de procurat. & in l. 1. C. creditor. euict. pign. non deb.* Iac. de S. Georgio *in l. falsus procurator num. 14. C. de furt.* Ias. *in l. Ciuitas numer. 16. ff. si cert. pet.* Paris. *conf. 78. num. 4. vol. 1.* Surd. *conf. 141. num. 20. lib. 1. plenè* Boer. *decis. 80. per tot.*

Non obstat, quod idem Butius in instrumento dictæ venditionis asseruerit, ad se medietatem officij spectare, & pertinere; vnde cum Adamus contrahendo se-
2 quutus fuerit illius fidem, infertur dolum † dedisse causam contractui, quia postquam fuit probatum penes Erastum extitisse dominium, idque ipsum emptorem sciuisse, huic veritati non præiudicat assertio instrumenti *l. quidam, & ibi* Bald. & Bartol. *ff. de pro-*
3 *bat.* Rot. *decis. 176. part. 1. recent.* neque scienti † potuit inferri dolus, vt dicit Bart. *in l. sicut num. 1. C. de procurat. per text. in l. si fundum C. de euict. & in l. cum donationis C. de transact.* Ias. *in dicta l. Ciuitas num. 16. circa med. ff. si cert. pet.* & in omnem casum venditio sustinetur ex vera causa, quæ non solum congruit dominio hypothecæ ex deductis in prioribus decisionibus,
4 sed etiam propter latam significationem illius † verbi pertinet, conuenit cuicunque iuri ex mandato procuræ irreuocabilis resultanti, seu aliàs afferenti aliquam vtilitatem, vt inquit Bart. *in l. si quis ex Argentarijs §. ex hoc edicto ff. de eden.* etiam possibile secundum *text. in l. verbum illud 181. in fin. & ibi* Alciat. *ff. de verb. signific.* Brisson. *lib. 14. eod. tit in verb. pertinere circa fin.* Bertach & Alberic & Spiegel *in dictionarijs in d. verbo pertinere*, quam significationem corroborat *text. in l.*
5 *prætor ff. de eden.* vbi dicitur, *aliquid † dici meum, quia vtilitas mea ibi consistit.*

Neque potest controuerti cessio iurium, quam Moscheoius fecit ad fauorem Butij, à quo medietatem pretij per Catuccium ipsi debitam receperat ex eo, quod res
6 vendita † non comprehendatur sub obligatione bonorum ratione pretij non soluti, *iuxt. conf.* Bero. *46. num. 2. lib. 1.* quia verius est, quod quælibet conuentio super hypotheca rei venditæ ratione pretij non soluti sufficiat
7 ad hoc, † vt res vendita comprehendatur sub obligatione bonorum, quam opinionem ex Vberto de Bobio, & Alberic. *in l. licet C. qui pot. in pignor. hab. probat* Neguf. *de pignor. 5. part. memb. 2. num. 18.* & sequuta fuit Rota *in Romana Pecuniaria 4. Maij 1578. coram bon. mem. Orano*, quæ est *decis. 253.* relata per *Statil. Pacif. post tract. de Saluian. interd.*

Demum obstare non videtur obiectum, quod euictio prouenerit ex facto Butij, dum resignando decretum ad fauorem Erasti, dedit ei licentiam alienandi officium, prout posteà fuit alienatum, ac venditum Felici Ruspolæ ad effectum satisfaciendi creditoribus, qui in huiusmodi venditionis instrumento nominati fuerunt, & signanter expressa summa scutorum mille Adamo debita. Quia dictus Adamus creditor, non obstante tali venditione, successiuè ab Erasto, cui tertiam medietatis officij partem antea elocauerat, fructus locationis pacificè semper exegit, nullumque durante decennio, euictionis periculum sensit, quod vbicunque post dicti temporis tractum euenit, cedere debet damno, eiusdem Adami, qui dum in actu emptionis sciuit Erastum fuisse Dominum absolutum officij, scire quoque potuit, eidem Erasto fuisse traditam facultatem illud alienandi; vnde alienatio, & venditio officij prouenit ex natura dominij non autem ex resignatione decreti præcedente contractum ipsius Adami cum Butio Erasti
procuratore, quem propterea † neque de euictione, 8
neque ad pretij restitutionem teneri fuit conclusum *l. si fratres vestri, C. com. vtriuſ. iudic. l. si fundum sciens C. de euict. & l. si à matre C. de iur. dot.*

Et ita decisum fuit, vtraque parte informante.

* Suót supra decisiones 140. & 244.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Romana Casalis Turris Vergatæ.

Die Veneris 22. Iunij 1629.

A R G V M E N T V M.

Saluianum interdictum vt habeat locum, quæ requirantur, & contra quem intentari possit, & contra non. Donatione facta duobus diuersis temporibus, quis in ea præferatur. In donatione quando arguatur simulatio, & quando cesset.

S V M M A R I V M.

1 *Saluianum interdictum fundatur super credito, & hypotheca.*
Saluianum interdictum requirit possessionem debitoris, & possessionem eius, contra quem dirigitur interdictum, num. 1.
2 *Immissio vigore Saluiani quando denegari non possit, & num. 3.*
4 *Saluianum interdictum intentari non potest contra possessores cum titulo.*
Saluianum interdictum non intentatur contra pari titulo possidentes, sed tunc est ordinariè agendum, numero 4.
5 *Testamenta duo quando concurrunt, tunc cessat remedium l. fin C. de edict. Diu. Adr. Toll.*
6 *Saluianum dirigitur contra quemcumque possessorem possidentem bona debitoris ab ipsomet hypothecata, etiam si sint singulares possessores, & titulo possidentes, & num. 7.*
8 *Donatarius possessor, & titulatus debet præferri secundo donatario possessione carenti, etiam quod illi de facto tradita reperiatur actualis possessio.*
9 *Donatio si fuerit facta absenti ex clausula constituti, ante ratificationem, re integra, non transfertur possessio.*
10 *Donationis ratificatio an requiratur, quando præcedit stipulatio Notarij pro absente.*
11 *Persona patris non est distincta à persona filij.*
12 *Possessione per constitutum translata in donatarium, an ista translatio operetur, quando sumus in donatione simulata.*

13 *Do-*

13 *Donationis simulatio potissimum probatur, quando donator permansit in possessione post donationem.*
14 *Constitutum, si accedat ad contractum simulatum, assumit eandem qualitatem.*
15 *Simulationis exceptio non admittitur in iudicio possessorio, sed ad petitorium reiicitur.*
16 *Simulatio non probatur, si non docetur de causa simulandi.*
17 *Fraus non arguitur, si non adsint probabiles causæ.*
18 *Simulatio reddit contractum ipso iure nullum.*
19 *Causa, quando non subsistit, superfluum est, & inane quærere de releuantia præsumptionum.*
20 *Donatarius priuatur donatione, si non adimplet contenta in instrumento donationis.*
21 *Dictiones, donec, & quousque denotant tempus limitatum.*
22 *Impeditus aliquid facere, est excusandus.*

DECISIO CCCVIII.

CENSVERVNT Domini, Dom. Gregorio Naro Cameræ Apost. Auditori donatario dandam esse immissionem; nisi obstet præscriptio, de qua in separata disputatione erit videndum.

Egit namque ex remedio vtilis Saluiani vigore instru-
menti donationis sibi factæ de anno 1584. per Vincentium
Coscerum cum clausula constituti, & hypotheca, de
cuius validitate, & subsistentia cum non possit contro-
uerti, dum continet omnia requisita Statuti Vrbis cap.
150. lib. 1. per actumque publicum fuerit insinuata; in-
1 de insertur probari creditum, † & hypothecam, super
quibus fundatur huiusmodi interdictum, *lib. 1. C. de
Præcar. & Saluian. interd.* Aret. *in §. Seruiana numer. 9.
instit. de action.* Gabr *cons. 46. num. 21. lib. 1.* Menoch. *de
adipisc. rem 3. num.* 160 Surd. *decis. 140. num. 4.* & ex se-
cundo instrumento donationis factæ per eundem Vin-
centium DD. de Cinquinis iunctis articulis medio iu-
ramento ab eisdem in hac causa datis, iustificari pos-
sessionem bonorum, de quibus agitur, fuisse penes
Vincentium de tempore donationis, & nunc esse pe-
nes eosdem, quæ sunt substantialia, & extrema hu-
ius iudicij Rot. *decis. 294. num. 3. & 307. num. 4. part.
1. recent. & decis. 491. num. 6. coram Papa Gregor. XV.*
2 quibus † concurrentibus immissio ex eodem interdicto
non solet denegari, *lib. 1. cum glos. C. de Præcar. &
Salu. interd.* Negus. *de pignor. part. 8. membr. 3. num. 19.*
Puteus *decis. 201. num. 2. lib. 1. in nou. & dicta decis. 307.*
3 *num. 4. part. 1. recent.* etiam quod † agatur de conse-
quenda re propriu donata vt hic, vel legata *vt in Roma-
na de Mazzattostis coram Illustriss. Card. Verospio 23. Iu-
nij 1617. & in Mediolanen. legati 6. Februarij anni præ-
sentis 1629. coram D. meo Durano.*

Neque obstat quod remedium vtilis Saluiani inten-
tari non possit contra Cinquinos possessores cum titulo
secundæ donationis ab eodem Vincentio habitæ, quasi
sint legitimi contradictores, & cum pari titulo; itaut
4 contra eos agendum † sit ordinariè super prælatione, &
dominio rerum donatarum per *l. quoties C. de rei vend.*
Gabr. *de empt. & vend. conclus. 2. & cons. 141. numer. 8.*
5 *lib. 1.* & eodem modo, quando † concurrunt duo te-
stamenta, tunc cesset remedium *l. finalis, C. de edict.
diu. Adr.* Peregr. *de fideicomm. art. 48. num. 23.* Seraph.
decis. 253
6 Quia Saluianum † dirigitur contra quemcumque pos-
sidentem bona debitoris ubi ipsomet hypothecata, etiam
si sint singulares possessores, & titulo possidentes Alex.
cons. 185. num. 4. lib. 6. Gabr. *cons. 46. num. 2 lib. 1.* Ne-
gus. de Pignor. *in 3. membr. 8. part. num. 19.* Seraph. *de-
cis. 935. num. 3.* & ideò cum Vincentius in prima dona-
tione se obligauerit cum hypotheca omnium bonorum
illam perpetuò gratam, & ratam habere, ac non re-
uocare, & nihilominus deuenit ad secundam donatio-
nem cum Cinquinis ratione istius contrauentionis, na-
ta est actio primo donatario contra secundos, & contra
omnia bona donatoris, & sic contra Casale, de quo
7 agitur pro consequendo interesse, pro † quo exinde in-
trat remedium possessorium fundatum in hypotheca, &
vinculo bonorum secundo loco donatorum Menoch.
cons. 1153. num. 65. Oldrad. *cons. 114 num. 4.* Gabr. *de
empt. & vendit. concl. 2. num 29.* Rota *in d. Romana de
Mazzattostis 23. Iunij 1617. coram Illustriss. Card. Verospio*; præterea nec etiam termini *l. quoties* videntur de-
seruire Cinquinis; quia si donator in prima donatione
per clausulam constituti transtulit possessionem in dona-
tarium per *l. quod meo, ff. de acquir. possess.* secun-
dum eosdem † terminos ille tanquam possessor, & ti- 8
tulatus debet præferri secundo donatario possessione ca-
renti, etiam quod illi de facto tradita reperiatur actua-
lis possessio. Gabr. post infinitos ab eo relatos *d. con-
cl. 2. in secunda limit. num. 18. de empt. & vend.* nec de
effectu possessionis translatæ poterit dubitari ex eo, quod
ista prima † donatio facta fuerit absenti, in quem ex 9
clausula constituti ante ratificationem re integra non
transfertur possessio. Alex. *in l. quod meo num. 4. ff. de
acquir. possess.* cum alijs allegatis, quæ tamen integra
dici non potest in præsenti facta secunda donatione hu-
iusmodi actum præcedente: quia quicquid sit, an re-
quiratur † ratificatio, quando præcedit stipulatio No- 10
tarij pro absente, in qua opinione Rota semper tenuit
negatiuam, vt in *decis. 683. par. 1. diuers. & coram
Cardin. Seraphin. 801. num. 4. in Romana Donationis 21.
Aprilis 1614. coram bon. mem. Vbaldo, & nouissimè in
Romana donationis de Vallatis 30. Aprilis præteriti co-
ram D. meo Merlino*, nos versamur extra hos termi-
nos, quia sumus in donatione, in qua pro filio infan-
ti quamuis absenti pater præsens stipulatus est, cuius
† persona non est diuersa à persona filij, *l. vlt. C. de* 11
impub. & alijs substit. Tiraq. *in l. si vnquam in præfat.
num. 15. C. de reuoc. donat.* vt propterea ex sola patris
præsentia, & stipulatione fuerit filio infanti perfectè
quæsita donatio, similiter neque erit insistendum, quod
hæc eadem possessio per constitutum translata emanaue-
rit in donatione simulata, in † qua hæc ficta legis trans- 12
latio non operatur. Tiraq. *de const. possess. limit. 8. &
9.* quia prius est firmandum constare de ista simulatio-
ne, & exinde inferre ad carentiam possessionis

Non obstat igitur, quod hæc prima donatio fuerit si-
mulata, & probetur principaliter ex eo, quod donator
† post donationem permansit in possessione Casalis per 13
30. annos, quæ per scribentes dicitur potissima, &
sufficiens coniectura ad hanc probationem Menoch. *la-
tissimè præsumpt. 124. lib. 3. num. 30.* Honded. *cons. 46.
num. 14. lib. 1.* Mantic. *de contr. lib. 13. tit. 36. num 1.*
etiam concurrente † constituto vti accessorio ad contra- 14
ctum inualidum assumente eandem qualitatem, Rota
decis. 237. num. 9. impressa post secundum vol. cons. Fari-
nac. Honded. *d. cons. 46 num. 3. lib. 1.*

Quia primò respondetur, quod hæc simulationis ex-
ceptio non admittitur in iudicio † possessorio, sed ad pe- 15
titorium est reijcienda. Paris. *cons. 54. num. 18. lib. 1.*
Rot. *decis. 307. num. 14. part. 1. 677. numero 2. part. 2.
recent.*

Secundò si adhuc in hoc iudicio esset examinanda,
illa non probatur, non probata † causa simulandi, 16
quæ hic deficit, Bart. *cons. 65. num. 4. lib. 1.* Meno-
ch. *præsumpt. 122. num. 2. lib. 3.* Becc. *cons. 52. num. 1.*
Alba *cons. 9. num. 1.* qui latissimè comprobant hanc con-
clusionem.

Nec pro sufficienti causa potest adduci intentio dire-
cta ad fraudandos creditores ipsiusmet Vincentij dona-
toris: quia anterioribus in tempore non fit fraus, quo
verò ad posteriores, incertum erat, cum quibus pos-
set contrahere, vel deberet, ideo non probatu neces-
sitate illis satisfaciendi pro debitis nondum contractis,
† non datur causa probabilis ad arguendam fraudem, 17
quam probabilitatem in ipsa causa simulandi multum
ponderant Dec. *cons. 37. n. 34. lib. 2.* Card. Mant. *de con-
tr. lib. 13. tit. 28.* & Rot. *in Romana donationis 27. Apri-
lis 1592. coram bon. mem. Penia*, & in omnem casum
causa fraudandi creditores non pertinet ad simulatio-
nem contractus: quia ea non obstante remanet semper
idem contractus: quamuis creditoribus non noceat, &
possint illum reuocare, simulatio † autem reddit con- 18
tractum ipso iure nullum: quia semper est de mente
contrahentium, vt nihil agatur, ita distinguit Bart. *in
l. post contractum num. 4. ff. de donat.* Salic. *in l. si donatio-
nis C. de contrab. empt.* Alber. *in l. nuda ff. eo. tit.* Hon-
ded. *cons. 46. num. 10. lib. 1.* Card. Mantic. *de contr. eod.
lib. 13. tit. 35. num. 4.* Causa † autem non subsistente, 19
superfluum est, & inane quærere de releuantia præ-
sumptionum ad hunc effectum per Cinquinos dedu-
ctarum.

Demum non obstat quod primo donatario nulla com-

petat

petat actin agendi contra secundos, cum non impleue-
20 rit † contenta in ipso donationis instrumento nempè in
deferendo arma, & nomen de Consceris iniunctum ab
ipso donatore *l. Iulianus*, *§. offerri ff. de act. empt.* Becc.
cons. 45. num. 6.

Quia huiusmodi onus deferendi arma, & cognomen
non fuit simpliciter ab ipso donatore iniunctum: sed do-
nec, & quousque Casale prædictum liberè possederit,
& sic limitatæ ad tempus liberæ possessionis, prout
21 inferunt illæ dictiones † donec & quousque. Surd. *cons.*
186. num. 15. Rot. *decis. 162. num. 3. part. 2. recent.* cum
igitur primus donatarius, nedum liberè possideat Casa-
le donatum, sed culpa ipsiusmet Vincentij donatoris,
qui illud secundo loco donauit Cinquinis, possidere li-
berè non possit, exinde obligatio oneris, vel non est na-
22 ta propter conditionem, vel est excusandus † primus
donatarius, si facto donatoris fuit impeditur, Bald. *in l.*
diffamari nu. 5. in fine C. de ingen. manum. Rota *decis. 341.*
num. 2. PP. Greg. XV.

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Maceraten Legitimæ.

Die Veneris 22. Iunij 1629.

A R G V M E N T V M.

Filius ob non confectionem inuentarij non amittit legitimam, & vide circa hanc materiam nonnullos casus.

S V M M A R I V M.

1 *Filij legitimam non amittunt ob non confectionem inuentarii.*

2 *Filius, si non confecerit inuentarium, & non constet de bonis liberis, tunc si velit detrahere legitimam ex bonis fideicommisso suppositis, præsumitur existentia aliorum bonorum, & quod illa subtraxerit, & vide num. 4. 9. 23. & 24.*

3 *Filius, qui non confecit inuentarium, quando præsumatur sibi satisfecisse de sua legitima.*

5 *Text. in l. fideicommissa §. si quis ff. de leg 3. declaratur, & num. 7.*

6 *Fideicommissum est, si quis ita scripserit sufficiat tibi vinea, vel fundus, &c.*

8 *Verba prolata ad alium effectum non disponunt.*

10 *Testator non debet decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*

11 *Fideicommissum rei certæ nunquam trahitur ad vniuersum.*

12 *Text. in l. ius nostrum ff. de regul. iur. non procedit, quando hæreditas iam est adita.*

13 *Appellatione iurium, mobilium, & actionum, non veniunt stabilia, cum constituant tertiam speciem distinctam ab illis.*

14 *Fideicommissum rei certæ quando extendatur ad totam hæreditatem.*

15 *Hæredi, qui non confecit inuentarium, ad quid probandum penitus denegetur audientia.*

16 *Legatum rei fideicommisso subiectæ ad fauorem hæredis, quo casu valeat.*

17 *Cum hærede, qui non confecit inuentarium, si testator non iusserit illud confici, mitius agitur, quàm cum eo, qui illud non confecerit, stante præcepto testatoris.*

18 *Probatio illa non est admittenda, quæ nihil releuat.*

19 *Filio non conficienti inuentarium debetur legitimam in corporibus hæreditariis, & potest à legatariis, seu fideicommissariis aliqua corpora hæreditaria petere pro sua legitima.*

20 *Filius, qui non confecit inuentarium, aut ex sua legitima, aut de suo, si legitima non sufficiat, tenetur integra legata, & fideicommissa refundere.*

21 *Filio non conficienti inuentarium non est soluenda legitima à legatariis, aut fideicommissariis, nisi prius re fundat integra legata, & fideicommissa, amplia num. 22.*

DECISIO CCCIX.

POSTQVAM fuit resolutum per plures decisio-
nes Dominis de Pellicanis prætendentibus legiti-
mam ex persona Philippi in bonis Matthei eius patris
obstare ommissionem confectionis inuentarij, & sic hæ-
redes Francisci Vici reos conuentos esse absoluendos,
prout in duas sententias Rotales conformes fuerunt ab-
soluti, Pellicani præfati, ex quo vnum ex motiuis deci-
sionum fuit, Mattheum omnia sua bona fideicommisso
supposuisse, hoc controuertere cæperunt prætendentes
non fecisse fideicommissum vniuersale, sed extare bona
libera fideicommisso non supposita, illaque omnia aut
fuisse per testatorem expresse designata filijs pro legitima,
aut ex eis ante omnia legitimam esse detrahendam,
& reliquum solum, quod superest ex dictis bonis fidei-
commisso non suppositis, legitima detracta, esse in-
ter filios hæredes pro rata diuidendum non obstante
ommissione inuentarij † per quam filij legitimam non 1
ammittunt, *iuxt glos. in auth. de hær. & falc. §. si vero*
non fecerit, Oldr. *cons. 242. tota præsens num. 9. latè*
Ofasch. *decis. 144. &* Surd *decis. 316. num. 4.* Cum au-
tem die 30. Martij præteriti fuerit ad dictum effectum
dubitatum in Rota, an extent alia bona libera, & ne-
gatiuè resolutum, vt in decisione dicta die facta *coram*
me ad hoc probandum fuerint dati articuli, super qui-
bus sæpius habita disputatione, hodie eos non esse ad
probandum admittendos, maior pars Dominorum re-
soluit, & quia ius stat in releuantia, & informantes
se inuoluebant, Domini quatuor casus distinxerunt
non enim alij præter eos in subiecta materia considerari
possunt, ex quorum dilucidatione dictos articulos esse
penitus irreleuantes necessariò concludi videtur, & con-
sequenter in omnem casum DD. de Vicis esse absol-
uendos, prout in supradictis sententijs Rotalibus.

Primus casus est quando versamur in terminis, quod
filius † non fecit inuentarium, cum tamen non constet 2
de bonis liberis, vult legitimam detrahere ex legatis, seu
bonis fideicommisso suppositis, & tunc certa est conclu-
sio, quod ex ommissione inuentarij præsumitur existen-
tia aliorum bonorum, & quod filius ea subtraxit, & sic
intrat † præsumptio satisfactionis §. Sancimus *in auth.* 3
de hær. & falcid. Natt. *cons. 299. num. 8.* Surd. *vbi su-*
pra, Peregr. Couar. Seraph. *& alii congesti in decisio-*
*nibus in hac causa factis 14. Maii 1627. * & 28. Fe-*
*bruarii 1628. * coram D. meo Vbaldo*, & in hoc casu
clarum est articulos ad probandum extare alia bona,
non esse admittendos, quia probatum esset contra pe-
tentem, & ad rei fauorem Natt. *& alii ibidem*, & in
hoc nulla est difficultas.

Secundus casus est quando filius contendit † (prout 4
hic Pellicani) vltra bona legata, aut fideicommisso si-
ue particulari, siue vniuersali supposita testatorem re-
liquisse alia bona, quæ pro legitima assignauit siue in
specie, idest talia bona sufficit fideicommissum vniuer-
sale, siue in genere, idest alia bona simpliciter, si so-
lum fecit legata, & fideicommissa particularia, & vult
probare illa bona pro legitima assignata extare, & con-
stito de assignatione, probatio esset releuans, vnde in
hoc casu releuantia articulorum pendet ab eo, an ex te-
stamento Matthei probetur dicta assignatio. Verba te-
stamenti, ex quibus comprobari contenditur, hæc sunt,
Cum adhuc vltra prædicta supersint multa alia bona in hæ-
reditate mea, & alia infra ponam sub eisdem conditioni-
bus, quæ transcendunt legitimam filiorum meorum, & vl-
terius ibi vola, vt infra nanum faciant conficere inuenta-
rium de omnis bonis meis stabilibus particulariter, & de
mobilibus pecunijs, & mercantiis per extimationem, quod
inuentarium volo omninò confici ad effectum, vt ex confes-
sione dictorum filiorum, & hæredum meorum appareat alia
bona sufficere ad legitimam ex quibus testamenti verbis vi-
detur constare dispositio, *text.* † *in l. fideicommissa §. si* 5
quis ita scripserit ff. de legat. 3. vbi sic Iurisconsultus, si
quis ita scripserit *sufficiat tibi vinea*, † *vel fundus* fideicom- 6
missum est, quoniam, & illud fideicommissum esse arbi-
tramur, *contentus esto illa re.*

Sed profectò prætensam assignationem legitimæ per di-
cta verba non fuisse factam tam ex facti serie, quàm ra-
tione conuincitur, In primis ex facti serie, quia imò ver-
ba testamenti sunt clara, quod testator noluit pro legiti-
ma

ma relinquere vltra debitum de iure iuxta patrimonij vi-
res , non enim dixit , aliá bona sufficiunt pro legitima
vt in dicto §. sed extare alia bona , quæ transcendunt le-
gitimam , ergo claris verbis dixit, quod vltra legitimam
supererant alia bona , necnon ex quo etiam voluit vt in
inuentario describerentur mobilia , & postea subdit, hoc
ideo velle , vt ex confessione filiorum appareat alia bona
sufficere pro legitima , vnde cum postea omnia bona mo-
bilia fideicommisso supponat sicut quoad ea non intrat in
7 casu nostro dispositio textus † in *d. §. si quis* , vt ad ocu-
lum patet , pariter neque quoad alia quæ describere ius-
sit . Ratione verò quia in dicto §. si quis verba testatoris
erant dispositiua , & principaliter probata ad fauorem
eius , in quem fuerunt directa , videlicet ad finem vt
haberet , quod aliàs habiturus non esset , non enim pos-
sunt aliud importare , quæ ideo disponunt , latè Bart.
in l. ex hac scriptura , *ff. de donat. & in d. §. si quis ita* ,
in casu autem nostro dicta testamenti verba fuerunt pro-
lata propter aliud , idest non vt filij legitimam habe-
rent , quam aliàs in omnem casum habituri erant , sed
8 ad effectum † vt illa non deduceretur ex bonis fideicom-
missu subiectis , & sic non disponunt ex *reg. text. in l.
ex his verbis* , *& benè ibi* Bald. *C. de testament. mil.* Bart.
vbi supr. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 12. num. a.
& lib. 8. tit. 1. num. 7. in fin. &* Surd. *decis. 250. num. 8. cum
seq.*

9 *Tertius casus est* quando filius † non contendit bona
aliqua fideicommisso non subiecta esse sibi particulariter
pro legitima assignata , vt in præcedenti casu , nec legi-
timam petit ex legatis , & bonis fideicommissi , vt in
primo casu , sed dicit vltra legata , & bona fideicommis-
so subiecta adesse alia bona , ex quibus legitima deduci
debet, & consequenter supponit testatorem non fecisse fi-
deicommissum vniuersale , prout in præsenti casu Pelli-
cani prætendunt , ex quo testator post duo particularia
fideicommissa instituit hæredes filios suos in bonis , mo-
bilibus , iuribus , & actionibus , & eos ad inuicem sub-
stitui nulla facta mentione stabilium , & sic de stabilibus
contentis in articulis , quæ vltra contenta in prædictis
duobus particularibus fideicommissis prætenduntur ex-
titisse in hæreditate , quo casu licet in institutione hære-
dis veniant etiam dicta stabilia , & generaliter omnia ,
10 & quæcunque bona , † ne testator decedat pro parte te-
status , & pro parte intestatus ad *l. ius nostrum* , *ff. de reg.
iuris* , non tamen illa venire dicebant in substitutione fi-
deicommissaria , & regula , quod fideicommissum rei
11 certè nunquam trahitur ad vniuersum , quia dicta ratio,
12 *l. ius nostrum* cessat dum † iam hæreditas fuit adita, *l. co-
gi , §. generaliter , ff. ad trebel.* Bald. *cons. 296. num. 1.
lib. 4. &* Cagnol. *in d. l. Ius nostrum* , appellatione autem
13 mobilium , † iurium , & actionum non veniunt stabi-
lia , quæ constituunt tertiam speciem distinctam à mo-
bilibus , iuribus , & actionibus , *l quam Tuberonis , §.
vlt. ff. de pecul. latè* Tiraq. *in tract. de vtroque retract. §.
1. glos. 7. pag. 73. num 9.* Rebuff. *in l. meorum 91. ff. de
verb. signif.* Pinell. *in princ. par. rub. C. de bon. mat. num.
24. cum seq.* vnde ad probandum alia stabilia extitisse vi-
dentur dicti articuli releuantes.

Sed etiam in hoc casu irreleuantia est clara , quia vl-
tra quod in præsenti substitutio fideicommissaria non
fuit facta per verba merè obliqua , vt in dicto §. *genera-
liter* , sed per verbum commune *substituo* , quo casu vi-
14 detur fideicommissum † rei certæ extendi ad vniuersam
hæreditatem , quæ institutio obuenit per ius accrescen-
di , aut non decrescendi , vt expresse firmat , Bart. *in
d. l. cogi §. sed & similes* , Peregr. *vbi supra numero 36.*
quicquid de dicto iuris articulo hoc vnum certum est ,
non facto , aut non exhibito inuentario esse nihilomi-
15 nus † Pellicanis penitus audientiam denegandam , vt
in fortioribus terminis resoluit , Rota *in Romana resti-
tutionis hæreditatis de Nuris 17. Nouembris 1627. co-
ram me* , vbi hæredi , dum exhibuit inuentarium fuit
denegata audientia super petitione prædij , alij per te-
statorem legati , quod ad se hæres ex antiquo fidei-
commisso spectare dicebat , ea nimirum ratione , quia
non constito de inuentario præsumitur in hæreditate
16 adesse totidem , & plus quod valor prædij , quo casu †
valet legatum rei fideicommisso subiectæ ad fauorem
hæredis *l. vnum ex familia , §. sed si fundum , ff. de
leg. 2.* cum autem hæres in casu dictæ decisionis agno-
uerit resolutionem Rotalem fuisse iuridicam , exhibuit
inuentarium , & pendet nunc disputatio , an illud suf-
fragetur , quia excipit legatarius de non legitima confe-
ctione , ergo multo magis in casu nostro audientia dene-
gari debet , tum quia nullum penitus inuentarium exhi-
betur , tum etiam quia in casu dictæ decisionis testator
non iussit † inuentarium confici , quo casu mitius cum 17
hærede proceditur , quam in casu nostro , in quo cum
testator illud fieri præcisè mandauerit , non conficiens
dicitur in contumacia , & dolo , vt in puncto , Soccin.
cons. 192. num. 5. Rimin. *cons. 95. num 46.* & benè Mo-
lin. *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 28 num. 10. &* Georg.
Scabed. *decis. 136. num. 3. vol. 1.* & tandem cessat diffi-
cultas , quia fuit iam per plures decisiones , quæ am-
plius non controuertuntur , resolutum Pellicanis obsta-
re exceptionem non confectionis inuentarij ad effectum ,
de quo agitur , si ergo exceptio inuentarij obstat , nihil
est cur articuli prædicti sint ad probandum admittendi ,
quia † probati nihil releuarent , & alia exceptio non 18
confectionis inuentarij non obstaret , & resolutiones præ-
fatæ essent superfluæ quinimò virtualiter per necessariam
consequentiam reuocarentur.

Præterea quamuis filio non conficienti † inuentarium 19
iuxta opinionem supradictam debeatur legitima in cor-
poribus hæreditarijs , & possit à legatarijs , seu fidei-
commissarijs aliqua corpora hæreditaria petere pro sua
legitima , omnes tamen DD. conueniunt , vt ex ea-
dem legitima , aut de suo si legitima † non sufficit , te- 20
nentur integra legata , & fideicommissa refundere ,
Bart. *in auth. cum Testator num. 11. vers. Quæro vtrum ,
C. ad l. falcid.* vbi reprehendit , Iacob. Beluis. *contra-
rium tenentem* , Rodric. Suar. *in l. quoniam in prioribus.
in 3. ampliat. in fin. C. de inoff. testam.* Phanut. *de inuent.
part. 7. num. 13. & seq.* & plures alij quos cumulat ,
& sequitur , Surd. *d. decis. 316. num. 16.* & sic ad eui-
tandum circuitum † legitima non est ei soluenda , nisi 21
prius refundat integra legata , & fideicommissa , vt in
puncto , Surd. *vbi prox. num. 13.* ergo cum in casu no-
stro in omnem casum mobilia , iura , & actiones sint
fideicommisso supposita ad fauorem Francisci , & ex
non confectione inuentarij iuxta supradictas Rotales
resolutiones in hac causas factas præsumptio sit , quod
excedunt legitimam quantacunque illa sit dicti articu-
li non releuant , quia ex legitima , aut aliàs de suo
tenerentur Pellicani , mobilia , iura , & actiones re-
fundere , quæ vt dictum est iuris præsumptione exce-
dunt legitimam , quæ omnia tanto magis videntur ad-
mittenda, ex quo † non opponitur de non confectio- 22
ne inuentarij in vim actionis , sed per modum exce-
ptionis.

Quartus , & vltimus casus fuit excitatus per vnum
ex Dominis , qui fuerunt pro articulorum admissione,
videlicet quod Pellicani debeant admitti ad probandum
† extitisse , aut extare alia bona non ad consequen- 23
dum legitimam , quia vt dicebat , eam iam habuisse
confessi fuerunt *coram Dominis in Rota* , sed ad effe-
ctum succedendi in dictis alijs prætensis bonis stabili-
bus , si quæ sunt vti hæredes simul cum hæredibus
Francisci , qui fuit cohæres Philippi , sed profecto, vt
dicta maior pars DD. dicebat in casu isto multo mi-
nus articuli releuant , quia non solum in eo proce-
dunt omnes rationes , de quibus in præcedenti casu ,
sed vlterius alia particularis ratio , quia in casu præce-
denti hæredes Francisci opponunt de inuentario , vt
fideicommissarij bonorum mobilium , iurium , & a-
ctionum , dumtaxat , in præsenti autem possunt , e-
tiam de non confectione opponere vti cohæredes, cum
enim ipsis vt fuit iam resolutum , non obstat dicta ex-
ceptio, sed solum Pellicanis iure optimo dicere possunt
hæreditatem fuisse opulentissimam, & sic vltra bona,
quæ prædictos articulos probari possunt alia , & alia
multo preciosiora extitisse , & sibi pro sua portione
hæreditaria contingere , nedum bona per testes pro-
banda , sed multo plura , quæ semper præsumuntur
ex non confectione inuentarij præsertim ad effectum
excipiendi.

Vnde non obstat , quod Antonia hæres Philippi de-
derit Francisco omnia bona , quæ habuit à Philippo ,
& quod in hac causa agitur de dictis bonis donatis vel
iam effectis de patrimonio Philippi , quia vtraque est
inconfesso apud partes , quod in hac causa non agitur
nisi de legitima Philippi , aut in dicta donatione non

aderat

aduertat nisi dicta legitima, vt Pellicani dicunt iam habita ex bonis Matthęi, aut prætenditur Philippum aliunde alia bona habuisse; in primo casu procedunt
24 omnia supradicta; secundus autem casus † est impertinens, quia non dantur articuli ad probandum, quod in hæreditate Philippi exriterint alia bona, sed solum ea extitisse in hæreditate Matthæi.
Et ita decisum vtraque, &c.

* Sunt supra decisiones 67. & 563.

REVERENDISS. P. D. VRGELEN.

Anconitana Censuum.

Die Veneris 22. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

Negatiua, quod aliqua bona non adfuerint in hæreditate, ex quo probetur. Hæres cum beneficio legis, & inuentarij conseruatur à lege indemnis à quibuscumque vexationibus.

SVMMARIVM.

1 *Actio in subsidium, quando detur in hæreditate.*
2 *Ex inuentario confecto in forma debita omnium bonorum in hæreditate repertorum probatur negatiua, quod non aderant alia bona.*
3 *Ijnas asserenti adesse aliabona, incumbat onus probandi.*
4 *Circa inuentarij solemnitates statur consuetudini.*
5 *Tutores non tenentur reddere rationem, nisi de eis bonis, quæ ad ipsos peruenerunt.*
6 *Hæres pro recuperandis bonis an teneatur litigare, & diligentias adhibere.*
7 *Hæres cum beneficio inuentarij, adeo à lege seruatur indemnis, vt à quibuscumque vexationibus etiam nudi facti liberetur.*
8 *Litibus non vexari, & à proprijs negotijs non distrahi, nostra interest.*
9 *Hæres cum inueatnrio non tenetur exigere debita hæreditaria.*
10 *Hæres in inuentario non tenetur describere ea bona, de quibus non extant instrumenta in hæreditate.*
11 *Mobilia spatio longi temporis, præsumuntur consumpta num. 14.*
12 *Tutorum culpa imputari non potest, si non recuperauerint bona, quando minores deuenerant maiores.*
13 *Testes examinati sine citatione, iuramento, & partis interrogatorijs, non probant.*
15 *Hæres non tenetur recuperare ea bona, quæ litis expensas in illis liquidandis, vel recuperandis verisimiliter possent importare.*
16 *Possessio probatur ex locationibus effectuatis per exactionem pensionum.*
17 *Emphyteusis non potest dici hæreditaria, si peruenerit ad aliquem, iure proprio, ex pacto, & prouidentia.*
18 *Clausula: Ad habendum, in inuestitura apposita, nihil in præiudicium vocatorum.*
19 *Emphyteusis Ecclesiastica de sui natura non transit ad extraneos.*
20 *Emphyteutæ pro expensis factis in emphyteuticare, competit retentio.*
21 *Confessio facta in commissione, qua quis vtitur, præiudicat.*
22 *Creditor non præsumitur, sibi velle præiudicare in suo credito, si posset illud exigere.*
23 *Hæredibus non præsumitur esse soluendo, si quando viuus erat testator, nec minus erat soluendo.*
24 *Test. in l. soluendo, ff. de verb. signif. intellectus.*
25 *Fructus censuum sequuntur naturam eorumdem censuum.*
26 *Fructus sequantur Dominum.*
27 *In Reali actione res non adiudicatur de nouo, & vti debita, sed declaratur retrospectiue, & pertinere.*

DECISIO CCCX.

POSTQVAM in hac causa per binas decisiones, videlicet 26. Nouembris 1616. * & 14. Aprilis 1617. coram bon. mem. Card. Sacrato firmatum fuit prædium Lumbriani fuisse commune Petro de Leonijs, & Hieronymo Archiepiscopo Theatino eius fratri, & per alias duas decisiones 13. Iunij 1625. * coram bon. mem. Buratto, & 27. Ianuarij 1627. coram me, census, de quibus agitur quamuis emptos à Petro proprio nomine ex medietate pretij d. prædij spectan. ad Hieronymum fuisse in subsidium effectos de Hieronymi † hæreditate, ex 1 quo Petrus decessit non soluendo ex *l. vxor marito, & ibi glos. in verbo accomodari, ff. de donn. inter.* Castrens. *in l. sed & si lege, §. 1. num. 2. vers. item dico in lectur. Aueaionen. ff. de pet. hæred.* Menoch. *conf. 213. num. 36.* Mantic. *de tacit. lib. 2. tit. 27. numer. 9.* & Cost. *de port. rat. quæst. 188. num. 6. & alijs in dictis decisionibus allegatis*, successiuè Robertus, & alij Hieronymi hæredes institerunt causam expediri, Triumphi verò censuum debitores qui vti creditores Petri ex alijs causis prætendunt compensare eorum creditum cum pebito censuum ad excluden. subsidiarium voluerunt tertiò audiri aduersus resolutiones super commune prædij factas, & die 28. Iunij 1628. reproposito dubio Domini steterunt in decisis tertia vice firmantes prædium fuisse vt supra commune. Cumque nihil vlterius superesse disputandum videretur, fuit de nouo petita causæ expeditio, sed Triumphi non obstante quod ab initio litis fuerit semper præsuppositum vti clarum, & indubitatum Petrum decessisse non soluendo, negarunt hoc præsuppositum, prætendentes extare alia bona Petri, quæ excludant subsidiariam. Vnde ex solita Dominorum benignitate dedi particulare dubium, An extent alia bona Petri, quæ Triumphis suffragentur, quod tandem post plures propositiones, re maturè discussa fuit hodie negatiuè resolutum.

Ratio resolutionis fuit, quia tutores Roberti, & fratrum tunc infantium confecerunt in forma debita inuentaria bonorum repertorum in hæreditate Petri ex † 2 quibus probatur negatiua, quod non aderant alia bona præter ibi descripta *l. fin. §. licentia danda, C. de iur. deliber.* Ias. *in l. si constante, num. 129. ff. solut. matr.* Gabr. *de prob. concl. 7. num. 12.* Menoch. *conf. 354. na. 24. lib. 4.* Couar. *var. lib. 2. c. 6. num. 4.* Seraph. *decis. 504. num. 6.* & Rota *decis. 607. num. 1. par. 1. recent.* adeout alleganti † alia remansisse, incumbat onus probandi, 3 iuxta *glos. ordia. in l. cum de inge. ff. de probat.* Roland. *de inuent. par. 4. sect. incip. hæres. cum inuens. num. 2. & seq.* Alciat. *de præsum. reg. 3. præsumpt. 20.* Hercul. *de negot. num. 95. & 256.* Natt. *conf. 238. num. 8.* Seraph. *d. decis. 504. num. 6.* & Rot. *in Romann dotis 23. Maij 1614. coram bon. mem. Vbaldo.*

Quod autem inuentaria fuerint per tutores in forma debita confecta, non est dubitandum etiam quod creditores non fuerint specialiter citati, quia huiusmodi citatio ex statuto ... nconæ collat. 2. num. 23. non requiritur, sed solum creditores citati per proclama prout fueruot citati, † & in solemnitatibus inuentarij statur statutis, 4 aut consuetudini locorum, Ias. *in d. l. fin. in princ. nu. 5.* Phanuc. *de inuent. par. 3. num. 80.* Aluar. Valas. *decis. 52. num. 22* Gratian. *discept. forens. 998. num. 19.* Rota Ianuen. *decis. 35. num. 1.* Vnde cum omnia bona tàm mobilia, quàm stabilia in dictis inuentarijs descripta, aut non peruenerint ad manus prædictorum infantium, seu eorum tutorum, vel fuerunt à creditoribus hæreditarijs occupata, aut aliàs legitimè distracta, vt infra consequenter ad effectum, de quo agitur, benè probatur, non extare alia bona Petri, ex quibus Robertus, & eius fratres vti Hieronymi hæredes possint recuperare prædictarum pretij medietatem, qui est effectus dubij, & sic census isti empti ex pecunia Hieronymi vti effecti hæ-

reditarij in subsidium possunt vendicari ex supradictis, &
latius in supradictis decisionibus coram bon. mem. Buratto, & me factis.

Bona verò in inuentarijs descripta, aut nunquam fuisse
penes dictos fratres, nec tutores, aut fuisse legitimè di-
stracta constat ex sufficienti illorum dinumeratione, nam
in primis mobilia, quæ vt dicitur in secundo inuentario
erant penes Lauiniam vxorem Petri, fuerunt deliberata
ad instantiam Iustiniani creditoris, vt ex instrumento
dato per Leonios summario 1. iurium num. 4. Illa verò
mobilia, quæ vt habetur etiam in eodem inuentario
existebant penes Eleonoram Bernabitam . Io Bapti-
stam de Leonibus, & Vicarium Episcopi Anconitani,
vltra quod videntur fuisse modici valoris, fuerunt per
eosdem retenta pro diuersis, vt in tertio summario iu-
rium num. 2. & seq. & tandem pelles vulgò coramina ad
ornatum trium statiarum erant pariter penes tertios, vt
5 narratur in inuentarijs, vnde † cum non constet mobi-
lia prædicta vnquam ad Leonios peruenisse, illi cogi non
possunt aliam, quàm prædictam de eis reddere rationem,
Bart. *cons.* 239. *lib.* 1. & Rota *decis.* 56. *num.* 8. *post* Pic. *ad*
6 *stat. Vrbis*, nec tenebantur † pro illis recuperandis liti-
gare, aut diligentias adhibere, Ias. *in d. l. fin. §. et si præ-
fatam num. 1. primo vers. & pro hoc potes fortius*. Paris.
cons. 45. *num.* 26. *lib.* 2. Monticul. *de inuent. c.* 10. *num.* 30.
& ratio est quia hæres cum beneficio inuentarij adeo à le-
7 ge seruatur indemnis, vt à quibuscunque † vexationi-
bus etiam nudi facti liberetur, Bald. & Corn. *in d. §.
& si prædictam*. Didac. Spin. *de testam. gl.* 35. *num.* 49.
Aluar. Valasc. *d. decis.* 52. *num.* 39. *in fin. par.* 1. qui pro-
pterea non tenetur litigare cum nostra intersit litibus
8 † non vexari, & à proprijs negocijs non distrahi *l. mi-
noribus, ff. de minor. l. si quis ex signatoribus, ff quemod.
9 testam. aper.* & quod hæres cum inuentario † non tenea-
tur exigere debita hæreditaria Ias *in d §. & si præfatam
num. 1. vers. quarta vtilitas circa med.* Parlador. *lib. 2. rer.
quotid. c. fin. 4. par. §. 1. num.* 10. qui licet dubitet, tamen
nullo modo dubitandum esse dicit Canc. 3. *par. var. tit.* 2.
10 *numer.* 139. & meritò, quia † nec illa in inuentario de-
scribere tenetur, nisi de eis in hæreditate extent instru-
menta, Phanuc. *d. tract. de inuent. par.* 3. *num.* 33. & ex
multis firmat Surd. *decis.* 222 *num.* 9. vt videtur sentire,
Rota *decis.* 72. *num.* 8. *par.* 2. *diuers.*

Et cessat omnis difficultas, quia cum Leonij tempo-
re, quo inuentaria fuerunt confecta, essent infantes,
& spatio tanti temporis vsque ad perfectam eorum æta-
11 tem † dicta mobilia præsumantur consumpta, Peregr.
post alios *de fideicom. art.* 10. *num.* 40. Blot. apud Gregor.
12 XV. *decis.* 285. *num.* 3. culpa vel negligentia † tutorum
in non recuperando illis maioribus factis imputari non
potest, *l. fin. ff. de admin. tutor. l* 1. *& l. etiam, C. si tu-
tor, vel curator interuen.* Paris. *d. cons.* 45. *num.* 28. & in
fortioribus terminis, Cancer *vbi sup. num.* 85. *& quod
poena tex. in d. l. fin. C. de iur. delib.* non habet locum con-
tra pupillos, Cancer. *vbi sup. num.* 88. Surd. *d. decis.*
222. *num.* 12.

Vnde non obstant reuelationes dictæ Lauiniæ, & Io.
Baptistæ Caroli tutoris metu excommunicationis virtu-
te monitorij Ecclesiastici, quod in hæreditate Petri re-
manserunt etiam currus, vestis quædam muliebris, &
quædam alia mobilia in inuentarijs non descripta,
quia vltra quod eadem Lauinia in sua reuelatione su-
biungit fuisse vendita pro expensis funerum, & litium
13 hæreditatis, & huiusmodi reuelationes † ex defectu ci-
tationis, & legitimi examinis sine iuramento, & in-
terrogatorijs partis non probant ad *tex. in c. 2. de test. l.
si quando, C. eod.* Bart. *in l. vlt. ff. de quæst. & in specie de-
cis* Rota *in Ariminen. Castrorum* 19. *Nouembris* 1699. *co-
ram Card. Lancell. quæ est decis.* 138. *in impress. post* 2. *cons.*
Farin. intrat etiam eadem responsio nempè quod Leonij
non tenentur illa perquirere, aut recuperare, & quod
in omnem casum negligentia tutorum eis non debet no-
cere.

Non obstat etiamsi dicatur quod quamuis dicta mo-
bilia non sint apud Leonios, quia tamen sunt apud
alios, excludi subsidiariam saltim pro rata parte in con-
cursu creditorum, & pro residuo solum subsidiariam in-
trare, quia in primis nullo modo probatur extare bona
14 aliqua penes alios quinimò † præsumuntur consumpta,
& quando probaretur penes creditores aliquando exti-
tisse, quia tamen sunt intricata, habentur ad effe-
ctum, de quo agitur ac si non essent, itaut Leonij nec
illa discutere teneantur, *l. vel à debitoribus, ff. de re-
lig. & sumpt. funer. & ex doctrin.* Bart. Bald. & alio-
rum *in l. facere, ff. sol. matr.* & magis ad rem nostram ex
Castr. *in l. inter eos, §. creditorum, ff. de fideiuss.* Mar-
sil. *in rub. de fideiuss. numer* 18. & in fortioribus terminis
Rota Ianuen. *decis.* 156. *num.* 7. *& in simili* Rot. *decis.* 472.
numer. 2. *par.* 1. *diuers. & in Romana saluiani* 7. *Aprilis*
1628. *in fin. coram me*. Et accedit quod alioquin numquam
aut raro intraret subsidiaria, quia semper creditores oppo-
nerent de creditis seu rebus hæreditarijs penes alios. Quæ
tanto magis ad fauorem istorum de Leonijs, qui tunc
erant infantes procedere debent, & cessat omnis scrupulus,
quia extant alij creditores anteriores in scutis vltra 7000. vt
in lista data, cum tamen bona mobilia prædicta penes ter-
tios sic intricata aut præsumantur consumpta, vt dictum
est, aut vix litis expensas in illis liquidandis, & recu-
perandis faciendas verisimiliter possent importare, quæ † 15
ideo non debent in consideratione haberi, Boer. *decis.* 214.
num. 16. Menoch. *de arbitr. cas.* 72. *nu.* 8. Vrsil. ad Afflict.
decis. 260. *in fin.*

Quoad bona stabilia prædium illud 40. salmarum etiam
Lumbriani nuncupatum vsque de anno 1593. possidetur
per Triumphos, inter quos, & Leonios pendet super eos
lis in Rota coram D. meo Vbaldo, domus sita in Castro
Camburani cum melioramentis, quæ Petrus in ea fecis-
se dicitur etiam per Triumphos possidetur, vt deponit
vnus testis, & constat ex locationibus effectuatis per exa-
ctionem † pensionum, de quibus in d. 4. Summario iu- 16
rium num. 1. quæ vtique possessionem probant *l. Titia, vbi*
Bart. & alij, *ff. de solut.* Gabr. *tit. de loc. concl.* 4. *num.* 2.
et seq. & Rot. *decis.* 555. *num.* 1. *par.* 1. *recent.*

Prædium S. Apollinaris quod in inuentarijs narratur
esse emphyteuticum quoad salmas 24. fuit concessum Pe-
tro ad tertiam generationem masculinam, & in eius de-
fectu fœmininam pro se filijs, & nepotibus, nulla facta
hæredum mentione. Vnde † dici non potest hæredita- 17
rium, & ad Leonios vti hæredes peruenisse, sed iure pro-
prio ex pacto, & prouidentia, Bart. *in l. vt iuris iurandi,
§. si liberi, num. 4. ff. de oper. libert.* Isern. Afflict. & alij *in
cap. 1 an agnat. vel fil.* Bero. *cons.* 103. *num.* 4. *et* 8. *lib.* 1.
Couar. *var. lib.* 2 *cap.* 18. *num.* 20. Valasc. *de iur. emph.
quæst.* 44 *vers. si verò emphyteusis, et quæst.* 49. *num.* 6. *vers.
accedit* Rota *apud Reuerendiss. D. meum Decanum decis.* 32.
num 91. *et in Forosempronien. emphyteusis* 5. *Maij* 1627. *co-
ram D. meo Vbaldo*.

Neque obstat clausula ad haben. &c. de qua in inuesti-
tura, quia præterquam quod nunquam † de iure opera- 18
tur in præiudicium vocatorum, sed solum concedentis,
Rub. *cons.* 110. *num.* 10. Menoch. 545. *lib.* 6. Crau. *in resp.
pro gener. num.* 308. In casu nostro versamur in claris,
quia limitatur, & restringitur per illa verba immediatè
sequentia, ibi *secundum naturam huiusmodi instrumento-
rum*, & sic secundum naturam emphyteusis Ecclesia-
sticæ, de qua in inuestitura, Crauett. *vbi supra numer.*
301. *et* 309. Osasc. *decis.* 164. *numer.* 5. Seraphin. *decis.* 794.
numer. 8. emphyteusis † autem Ecclesiastica de sui na- 19
tura non transit ad extraneos, *§. emphyteusim in auth. de
non alien. DD. in l. etiam, ff. solut. matr. et in l. quod dici-
tur, ff. de verb. oblig. latè* Rolan. *cons.* 96. *numer.* 4. *lib.* 1.
Hond. *cons.* 51. *numer.* 14. *lib.* 1. Menoch. *præsumpt.* 48.
numer. 10. *& seq. lib.* 3. & Mantic. *de tac. & ambig. lib.* 14.
tit. 19. *num.* 6.

Reliquæ quatuor salmæ d. prædij S. Apollinaris fue-
runt in alio instrumento Petro concessæ pro se, & hæ-
redibus, vnde prætendunt. Triumphi illas spectare ad
Leonios vti eius hæredes, Leonij esse emphyteusis mix-
tæ, & sic retenta etiam natura emphyteusis Ecclesiæ, sed
quid de hoc sit, illæ Triumphis non suffragantur ad effe-
ctum euitandi subsidiariã, quia vltra quod in se sunt modi-
ci valoris, & quoad Leonios multo minoris redditus, quia
quarta pars reddituum spectabat ad Ecclesiã, aliæ duæ par-
tes solent assignari colonis, & sola quarta pars pertinet
ad emphyteutam, quam solam, & paucis annis Leonij
perceperunt. Considerabant Domini, Leonios post lon-
gam, & dispendiosam litem eas recuperasse à Cappella
Burghesia, quibus † propterea pro expensis, & sic ex 20
alia causa competit retentio, *l. vbi pure, §. qui in di-
strahendis, ff. ad Trebell. & d. l. fin. §. in computa-
tione, & ibi* Ias. *numer.* 3. *C. de iur. delib.* Gratian.
discept. 117. *numer.* 26. & fuit latè dictum in *Romana*

salarij

salarij 1. Iulij 1569. coram Oradino, & in alia Romana salarij 4. Decembris 1626. coram me, & tandem Leonij ex abundanti ad tollend. omnem difficultatem renunciarunt in actis cuicumque iuri super dictis quatuor salmis sibi quomodolibet competenti.

Tandem quamuis ex supradictis satis in particulari appareat non extare alia bona Petri, quæ Triumphis suffragentur etiam in genere id ipsum ex subsequentibus confirmatur. Et primò ex confessione creditorum, de qua in commissione super discussione bonorum hæreditatis Petri directa bon. mem. Iusto, quæ confessio, quia
21 † Triumphi dictæ commissione vsi fuerunt, vt in 2. Summario iurium num. 4. illis etiam præiudicare videtur, Soccin. *in cap fin. num. 63. in fin. vers. item quia de libell. oblat.* Marscar. *de probat. par. 1. conclus. 368. num. 20. & seq.* Bellarmin. *decis. 595. & in specie* Rota *in Auellin. vnionis 23. Iunij 1595. coram Gipsio impress. apud* Marchesf. *de commiss. par. 1. fol. 145.* Secundò ex testibus pro Leonijs examinatis, dum generaliter deponunt omnia Petri bona fuisse per creditores occupata, nihilque ex eis ad eius filios peruenisse. Tertiò ex alijs testibus examinatis pro Triumphis, qui sunt etiam Petri creditores, & tamen asserunt nullam eijs spem esse consequendi sua cre-
22 dita, † quod vtique non dixissent quinimò eorum iura fuissent prosequuti ad *l. cum de indebito, ff. de probat.* Rota *decis. 143. num. 9. par. 2 diuers.* quartò, quia hæc lis fuit diu agitata, & semper cum præsupposito vti certo quod
23 hæreditas Petri † non erat soluendo, vnde talis tempore mortis fuisse præsumitur ex text. *in l. sed Iulianus, §. proinde vers. ab initio, ff. ad Maced. l. quædam sunt in princ. ff. de reb. dub.* & Bald. *in l. si certis annis num. 11. C. de pact.* quinto denique ex facti euidentia quia non obstante quod omnia in inuentarijs descripta fuerunt per creditores, vt supra vendita aut retenta, supersunt adhuc creditores in
24 prædictis scutis 7000. & vltra ad *l.* † *soluendo*, vbi Rebuff. *ff. de verb. sign.* Bart. *in l. tres tutores num. 4. ff. de administr. tut.* Quæ omnia dicebant Domini tanto magis ad fauorem DD. de Leonijs esse ad dictum effectum attendenda, quia ipsi (vt dictum est) tempore mortis Petri eorum patris erant infantes, &c.

Quæ autem dicebantur de fructibus censuum decursis à die mortis Petri, videlicet illos non censeri in subsidium prouenisse ex hæreditate Hieronymi sed remansisse semper hæreditaris Petri, & sic in eis non intrare subsidiaria, sed esse locum concursui creditorum, visa fuerunt Dominis penitus sine fundamento, quia cum subsidiaria fundetur in eo, quod Petrus decessit non soluendo sicut ab eo tempore census fuerunt in subsidium effecti hæreditatis Hieronymi, & sic acquisiti Leonijs eius hæredibus,
25 pariter, & fructus † censuum, qui sunt eiusdem naturæ, & proueniunt ex eodem fonte nempe ex pecunia Hieronymi ad *tex. in l. eum qui, ff. de vsucap.* fructus enim
26 sequuntur † Dominum *l. ex diuerso §. 1. ff. de rei vend.* vnde pertinent ad Leonios hæredes, Crauett *cons. 295. in 7. dub. num. 4.* Peregr. *de fideic. art. 49 num. 20.* Gratian. *discept. 540. nu* 8. absurdum siquidem esset, quod census à die mortis Petri eorum essent, & quod censuum fructus non ad eos, sed ad creditores hæreditatis Petri pertinerent. Vnde etiam nihil ad rem, an actio subsidiaria, de qua hic, fuerit ab initio intentata, necne, quia vltra quod ab initio intentata fuit, vt ex lectura commissionis, cum sit realis vtilis quocumque tempore fuerit intentata, sequitur idem effectus quoad fructus, qui quoad census, tum quia sunt eiusdem naturæ, vti dictum est, tum etiam
27 quia † in actione reali res non adiudicatur de nouo, & vti debita, sed declaratur retro spectare, & pertinere, *l. Pomponio, §. sed & is, ff. de procur. & d. l. ex diuerso, §. vbi autem*, vbi etiam Bart. *ff. de rei vend.*

Et ita decisum vtraque parte sæpius informante, &c.

* Est decisio 344. par. 4. recent.

* Est decisio 874. inter eius impress.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Bracharen. Thesaurariæ.

Die Veneris 22. Iunij 1629.

A R G V M E N T V M.

Ingressui, & accessui, quando sit locus ob non solutam pensionem. Rota quando soleat admittere regressum, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Decreto, pro executione accessus, & ingressus, quando sit locus.*

2 *Rota non solet admittere accessum, & regressum, nisi concurrat magna proteruia in denegante solutiones, aut aliter resistente.*

3 *Accessum, & regressum tunc multo magis Rota admittit, quando declaratus censuras sustinet, & surda aure permanet per menses, & annos.*

4 *Ad Iudices laicos, quis præsumitur recurrisse ad instantiam eius, qui interesse habet.*

5 *Et prædictæ præsumptioni est locus, ad effectum tantummodo denegandi audientiam. Et non ad probandam pertinaciam, aut contrauentionem, num. 6. Vide num. 7.*

D E C I S I O CCCXI.

RESPONDERVNT Domini locum esse ingressui, & accessui ad Thesaurariam Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ de Oliueira ob non solutam pensionem per Balthasarem Diaz da Fonseca D. Augustino Barbosa iuxta tenorem litterarum Apostolicarum desuper expeditarum, & consensuum ab eodem Balthasare præstitum.

Cesserat D. Augustinus Barbosam Thesaurariam huiusmodi, de qua à Sede Apostolica prouisus fuerat, & antequam possessionem illius apprehenderet, ad fauorem supradicti Balthasaris sub reseruatione annuæ pensionis ducatorum ducentorum auri de Camera, & cum decreto *quòd cessante Balthasare, vel deficiente soluere pensionem huiusmodi, aut petente illam annullari, vel ad minorem quantitatem reduci, aut dicente, seu allegante ex quauis causa eam esse nullam, aut malè, & nulliter assignatam, liceat ipsi D. Augustino ad Thesaurariam prædictam liberos habere accessum, & ingressum, illiusque actualem, & corporalem possessionem apprehendere*, & cum idem Balthasar cessauerit in solutione pensionis per triennium, & vltra, passusque fuerit censuras, & adhue illas sustineat, pensionis validitatem impugnauerit, inde † patet conditiones verificari, & decre- 1
to pro executione accessus, & ingressus locum fore, Verall. *decis. 247. par. 1. & decis. 313. par. 2.* Achill. *decis. 1. num. 5. de iuretur.* Parif. *de resignat. lib. 6. quæst. 3. numer. 7.* Rot. *decis. 631. num. 1. par. 1. & decis. 286. num. 2. par. 2. recent. & in Cremonen. pensionis super regressu 23. Iunij 1623. coram bon. mem. Vbaldo.*

Non obstat, quòd Rota non † solet admittere huius- 2
modi accessum, & ingressum, nisi concurrat nimia proteruia in denegante solutiones, aut aliter resistere. Quia de magna proteruia constat nedum ex eo, quòd per triennium, & vltra differt soluere pensionem, sed multò magis, quia declaratus † censuras sustinet, & surda aure 3
pertransit per menses, & annos, quæ sine pertinacia, & proteruia admitti non possunt, vt declarat idem Parif. *eadem quæst. 3. num 14.*

Quibus accedunt recursus ad Iudices laicos, qui etsi probentur solummodo facti per Antonium fratrem Balthasaris, ratione tamen coniunctionis sanguinis, & vti solitus suscipere mandata fratris, postquam ille vti procurator litteras huius dignitatis expediuit, † & consensum 4
præstitit, præsumitur recurrisse ad instantiam fratris interesse habentis, Rot. *decis. 529. numer. 4. par. 1. & decis. 491. numer. 6. par. 2. recent. & in Romana legati, seu denegationis audientiæ 15. Ianuarij 1620. & in*

Placentina castanetorum 10. *Martij* 1621. *coram bon. mem. Buratto*.

5 Nec vim facit, quòd prædictæ † præsumptioni locus esse videatur ad effectum tantummodo denegandi audientiam, Bart. *in l. fin. num.* 5. *ff. de quæst.* Rot. *in Cordubem. Archidiaconatus de Castro* 27. *Octobris* 1606. *coram bon. mem. Card. Sacrato, & in Ianuen. census* 10. *Ianuarij* 1614.
6 *coram me*, non autem † ad probandam pertinaciam, aut contrauentionem.

Quia vt respondeatur pro accessu, & ingressu multum
7 releuat hæc præsumptio, vt † inde probatum dicatur, & litem excitasse, & damnabiliter, contra Canones recurrendo ad Iudices laicos iurisdictione carentes, ex quibus iuxta formam decreti litterarum intrat resolutio tituli eiusdem Balthasaris, pro cuius defensione non est audiendus, sequendo eandem conclusionem supra firmatam, & ea concessa nihilominus non releuaret, ex quo nullitas deducta in partibus, ob defectum mandati in fratre ad consentiendum pensioni, vana est, & & irreleuans redditur; quia decretum prohibet hanc exceptionem, & contra allegantem dat accessum, & ingressum, & ex facto tollitur, quia de mandato constat, & Balthasar acceptando prouisionem, & soluendo primos terminos formaliter dicitur omnibus in litteris contentis consensisse, Put. *decis.* 259. *lib.* 2. *in correct.*

Et ita fuit resolutum.

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO DECANO.

Romana Vineæ.

Die Lunæ 25. *Iunij* 1629.

A R G V M E N T V M.

Iudex pronuncians contra sententiam, vt validè procedat, quid requiratur. Creditor immissus vigore Saluiani in possessionem bonorum debitoris, vt ex ea eijciatur quid sit necessarium, & an si in eis faciat melioramenta, eorum fructus imputet in creditum.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata contra sententiam, vt valeat, est præcedens reuocanda.*
2 *Sententia lata post desertam appellationem est nulla, & non eget reuocatione.*
3 *Lite pendente super possessorio non currunt fatalia.*
4 *Sententiæ prioris nullitas à parte opposita, & de ea protestata, deseruit etiam coram vltimo Iudice, & in postremo iudicio.*
5 *A sententia confirmatoria, quando fuit appellatum, nec in iudicatum transiuit, adhuc de nullitate sententiæ confirmatæ dici potest.*
6 *Post sententiæ confirmationem non potest agi de nullitate ipsius sententiæ confirmatæ, & qualiter hoc procedat.*
7 *Immissus in possessionem bonorum debitoris vigore Saluiani auctoritate Iudicis, non potest eijci de possessione nisi constito de satisfactione eiusdem, præuia liquidatione.*
8 *Ex probatione perceptionis tot fructuum, qui extinxerint ipsum creditum, & cui incumbit hoc onus probandi.*
9 *Creditor immissus in possessionem fundi debitoris vigore Saluiani, si ab eo fuerit melioratus, fructus melioramentorum non facit imputandi in creditum, sed pro illis datur retentio, donec fuerit satisfactus, & num.* 8. *&* 19.
10 *Emphyteuta potest agere actione spolij contra proprietarium, si ab eo absque declaratione deuolutionis, & citatione fuerit è possessione fundi eiectus.*
11 *Possidere quis potest ex duplici titulo, & si vnus non sit sufficiens, potest altero iuuari, prout magis sibi expedit, & proficuum est.*
12 *Procurator aliter protestando, & diuersè à declaratione principalis sine speciali mandato, nec directè, nec indirectè illud lædere potest.*
13 *Res, quæ non habuerunt effectum, non attenduntur.*
14 *Vendere, quis præsumitur ius quod habet.*
15 *Confessio procuratoris mulieris, munita adminiculis declarationis ipsius mulieris, debet ei præiudicare, licet procurator non habeat mandatum cum solemnitatibus statutarijs.*
16 *Confessio mulieris adminiculata contra ipsam probat.*
17 *Pro sententiæ validitate, & iustitia præsumitur.*

DECISIO CCCXII.

DOMINI permanserunt in decisis sub die 14. Iunij superioris anni 1628. coram me, nimirum sententias, de quibus agitur, tum ex capite nullitatis, tum ex capite iniustitiæ infirmandas esse, non obstantibus his, quæ hodie ab Informantibus pro Paulo Ghirlantio contra dictam decisionem deducta fuerunt.

Quo enim ad nullitatem in penultima sententia ex eo desumptam, quia Iudex pronunciauit ad fauorem Pauli
† non reuocata contraria præcedenti sententia, prout 1
iuris erat ex *l.* 1. *C. quando prouoc. non est necess. cum alijs*: non obstat, quod dicebatur hanc nullitatem tolli, tum ex eo, quia de prima sententia contraria in actis non fuit op-
positum, tum etiam quia cum præcedens illa sententia † 2
esset nulla tanquam lata post desertam appellationem per septem annos non egebat reuocatione, & quatenus etiam huiusmodi nullitas subsistuisset, tamen per vltimam sententiam illius confirmatoriam fuisse sublatam, cum de nullitate non fuerit oppositum.

Quoniam responsum fuit primò, quod ex Summario pro Margarita in responsionibus dato num. 1. constat fuisse protestatum, & oppositum de priori sententia, vnde cessat obiectum. Secundò, quòd non iustificatur præcedentem illam sententiam fuisse nullam, adeò vt non egeret reuocatione, quamuis enim causa appellationis de anno 1607. fuerit commissa bon. mem. Diaz, & deinde Marchesanus in eius locum subrogatus pronunciauerit de anno 1615. & sic post septem annos, non inde tamen potest inferri nullitas in sententia, vtì lata post lapsum fatalium, quoniam cum fuisset suspensum petitorium, & declaratum, quod solum agebatur in iudicio possessorio, vt ex
Summario Margaritæ num. 2. consequenter pendente † 3
lite super possessorio non currebant fatalia, iuxta tradita per Rot. *decis.* 857. *n.* 3. *lib.* 3. *par.* 3. *diuers.* & Scacc. *de appellat. quæst.* 13. *nu.* 85. *illat.* 6. & proinde illam sententiam reuocare omnino opus erat. Tertiò responsum fuit, quod nullitas huiusmodi penultimæ sententiæ non fuit sublata per confirmationem postremæ scientiæ, nedum quia cum illa sententia ex actis euidenter nulla appareret stante oppositione, & protestatione de antecedenti contraria senten-
tia, vt supra dictum fuit, † talis oppositio semper resiste- 4
bat, & inseruiebat, pro oppositione de nullitate etiam coràm vltimo Iudice, & in postremo iudicio, adeo vt illa sententia non posset confirmari iuxta tradita per Alex. *cons.* 111. *nu.* 3. *&* 4. *lib.* 5 Cæl. de Grass. *decis.* 9. *num.* 8. *de caus. possess. & propr.* Rot. *decis.* 37. *par.* 4. *diuers.* Verum etiam quia cum à sententia confirmatoria fuerit appellatum nec in iudicatum transiuerit, & causa nullitatis, &c. pendeat in Rota, adhuc de nullitate sententiæ confir-
matæ dici † potest, & illa tamquam nulla reuocari 5
etiam quod de nullitate non fuerit oppositum. Innoc. *in c.* 1. *de confirmat. vtil. vel inutil.* Angel. Aret. *in l. si expressis num.* 56. *ante fin. de appellat.* Franch. *in cap. dilecto, numer.* 116. *eod. tit.* Alexand. *d. cons.* 111. *num.* 3. *vers. tamen fallit*. Ias. *cons.* 101. *num* 5. *vers. item illud quod dictum est lib.* 4. Gabr. *cons.* 49. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 1. Rota coram Card. Mantic. *decis.* 301. *n.* 3. & fuit dictum in *Foroliuien. emphyteusis* 1. *Iulij* 1613. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, quæ est decis.* 474. *numer.* 4. *& decis.* 572. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* & Doctores in contrarium allegati, quod scilicet post confirmationem sententiæ non potest amplius agi
de nullitate ipsius sententiæ confirmatæ, loquuntur 6
quando

quando sententia confirmans transitum fecit in iudicatum, nec ab ea fuir appellatum, non autem quando est commissa causa appellationis, sed nullitatis, &c. Franc. Alexand. Gabr. & alios præallegatos, & benè declarant Adden. ad sanct. mem. Gregor. XV. *decis. 176. num. 15.*

Quo verò ad iniustitiam earundem sententiarum, visum fuit Dominis adhuc de ea apparere, nam certi iuris est, quod Parthemia Auctrix Margharitæ immissa in possessionem vineæ, de qua agitur, auctoritate Iudicis,
7 vigore Saluiani, † non potuit eici de possessione, nisi constito de satisfactione eiusdem præuia liquidatione, & probatione perceptionis tot fructuum, quæ extinxerint
8 † creditum ipsius, quæ probatio incumbit Paulo, non obstante, quod eadem Parthemia per multos annos permanserit in possessione, quandoquidem, & vineam penitus infructiferam, & sterilem fuisse de tempore im-
9 missionis † constat, & ab eadem plurimum melioratam, adeout fructus melioramentorum non sint in creditum imputandi, sed pro illius danda retentio esset, vt latius in prima decisione fuit deductum.

Quibus non obstat, quod immò Parthemia non possederit in vim Saluiani, sed vigore inuestituræ sibi factæ à Capitulo Lateran. vt ipsamet declarauit, dum in actu appræhensionis possessionis protestata fuit se velle possidere ex vtroque titulo, & inuestituræ, & Saluiani, & amplius procurator eiusdem magis apertè asseruerit Parthemiam velle possidere ea inuestitura, non ex Saluiano, isque animus possidendi pariter videtur colligi, tum ex eo, quia ipsamet vendidit hanc vineam cuidam Hieronymo, vt in Summario Pauli num. 4. signum quod tanquã inuestita, & Domina non tanquam ex Saluiano vineam retinebat, tum & quia eademmet vnà cum Capitulo Lateranen. quippe ab eo causam habens obtinuit committi causam Vicario, vt in *d. Summ. num. 1.* ex quibus omnibus saltem simul iunctis prætendebatur satis constare Parthemiam possedisse in vim inuestituræ tantum, & consequenter Paulum iustè actio-
10 ne spolij † fuisse immissum, quia à Capitulo Lateranen. absque declaratione deuolutionis, & citatione, prout requiritur, fuerat è possessione vineæ electus.

Quoniam placuit responsio data in prima decisione, quod cum Parthemia declarauerit, & professa fuerit se velle possidere cumulatiuè ex vtroque iure, & titulo adeout si titulus inuestituræ non esset sufficiens, rema-
11 neret in possessione iure crediti, titulo Saluiani, † prout magis sibi expediret, & proficuum esset, quod nullam implicat contradictionem, seu repugnantiam iuxta *decis.* Cresc. *5. de restit. spoliat.* Propterea nullo modo dici potest, quod ea sola causa inuestituræ possederit contra propriam confessionem, & declarationem, quæ est optima omnium probationum, *l. cum precam, C. de prob. cum vulgar.* Nec enim Procurator aliter protestan-
12 do, & diuersè a prædicta declaratione † sine speciali mandato cum statuarijs solemnitatibus confecto potuit præiudicare, aut renunciare iuri Parthemiæ, illudque directè, vel indirectè lædere, aut remittere, iuxta doctrinas in prima decisione allegatas, quibus addi potest *decisio in Romana hæreditatis de Saluiatis 29. Nouembris 1602. coram Litta.* Et venditio vineæ facta à Parthemia nihil
13 facit, quia † constat non habuisse effectum, dum Parthemia adhuc continuauit in possessione, & modo in eadem insistit Ghirlantius, & de hac venditione non constat in actis; vltra quod in omnem euentum censetur ven-
14 didisse † ius, quod habebat, & sic inde non potest argui, quin etiam vigore Saluani possideret, commissio autem tam nomine Capituli, quàm nomine Parthemiæ obtenta non potest obesse, cum non appareat Parthemiam, aut Margaritam vnquam ea fuisse vsam, & illa non excluderet possessionem etiam in vim Saluiani.
15 Minus obstat, quod confessio † Procuratoris munita adminiculis declarationum Parthemiæ, venditionis, & alijs debeat eidem præiudicare, licet procurator non haberet mandatum speciale cum statutarijs solemnitatibus confectum, iuxta notata per Adden ad sanct. mem Gregor XV. *decis.* 188. *num* 11. Quia omisso, quod nullum releuans deducitur adminiculum, & vnumquodque ex supradictis sublatum fuit; responsum id iure
16 obtinere, quando sumus in confessione † ipsius mulieris, vt declarant Modern. Roman. *ad Statut. Vrbis glos. 7. num. 42.* Quia tunc ex adminiculis tollitur suspicio, & præsumptio fragilitatis muliebris, cui innititur dispositio statuti: secus autem est in confessione procuratoris, qui sine solemnitatibus, non potest quidquam agere, in quo mulier lædi possit.

Nec aduersatur, quod cum non doceatur in Iudicio Saluiani Iudicem ritè, & iustè pronunciasse ad fauorem Parthemiæ, Ghirlantius benè adhuc potuerit agere, & obtinuerit ex spolio: quoniam pro † validitate, & iustitia 17
sententiæ in Salniano latæ ad fauorem Parthemiæ præsumitur, & hodie non versamur in causa appellationis interpositæ à dicta sententia, quo casu iustitia esset probanda, sed versamur in iudicio spolij à Ghirlantio intentato, & ideo eidem prætendenti se spoliatum incumbit onus probandi iniustitiam dictæ sententiæ, quod nedum hucusque non præstitit, sed de contrario potius constare Domini exiilimarunt.

Tandem, nec obstat, quod cum Parthemia ab anno 1595. vsque ad annum 1607. & sic per duodecim annos vineam possederit, censendum sit fuisse satisfactam de credito scut. 100. cum fructibus, pro quo fuit immissa, siquidem fructus vineæ, de dicto tempore prætenditur ascendisse ad scuta 24. ex instrumento venditionis, de quo in Summario Ghirlantij, num. 4. nec minus habendam fuisse rationem meliorationum, de quibus nec in genere, nec in specie constituisse dicitur de tempore, quo fuerunt latæ sententiæ ad fauorem Pauli.

Quandoquidem Domini transiuerunt cum responsione in alia decisione data, nempe quo de huiusmodi satisfactione nullibi constat, & ex testibus datis in Summario præteritæ positionis, numero tertio probatur vineam de tempore immissionis fuisse adeo desertam, & incultam, vt nullos ferret fructus, ex quibus Parthemia de credito suo posset satisfieri, immò, & fuisse multis melioramentis, & cultura auctam ab ipsa Parthemia,
itaur † meliorationum fructus ab eadem deducendi essent, & pro melioramentis ipsis, de quibus constabat in 18
genere ex depositione testium examinatorum coram iudice vltimæ sententiæ, vt liquet ex registro fol 98. non autem solum in Rota, vt supponebant informantes pro
Ghirlantio, † danda esset retentio, iuxta *decis.* Put. 10. 19
de sent. & re iud. cum alijs in priori decisione congestis: neque ex assertio instrumento venditionis, de quo in Summ. Ghirlantij num 4. posse deduci vllam probationem circa redditionem fructuum vineæ visum fuit, tum quia de eo non constat in actis. tum quia vt supra dictum fuit, Instrumentum illud non habuit effectum, cum & Parthemia fuerit postea conuenta vti posseditrix vineæ venditæ, & eadem vinea modo possideatur ab ipso Ghirlantio.

Ea quibus vtraque parte informante vnanimiter Domini censuerunt sententias esse infirmandas, & ita standum in decisis, &c.

* Est decisio 188. supra in hac parte. Et videatur infra part. 3. ad decis. 130. coram R. P. D. Verospio, quæ est in eadem causa, vbi aliæ decisiones in hac causa adducuntur.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Bononien. Fideicommissi de Desiderijs.

Die Lunæ 25. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario in quibus bonis fideicommittentis detur immissio ex remed. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. & ad hoc, quid sufficit, vt probet. Identitas ex quibus excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario danda est immissio ex rem. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. in possessionem bonorum, quæ per fideicommissariam semel possessa fuerunt.*

2 *Cum huiusmodi possessio præsumatur continuata, nec opus est probare aliquem titulum, seu*

dominium ipsius fideicommittentis.

3 *Fideicommissario, quando non impediatur immissio ex detractionibus legitimæ, & trebellianicæ.*

4 *Bona diuisa inter fideicommissarios tanquam de bonis alicuius fideicommisso subiectis, ad illum fideicommittentem sunt dicta bona referenda.*

5 *Identitas excluditur ex diuersitate confinium, demonstrationum, ac locorum.*

6 *Probatio certa, & concludens, non potest elidi ab imperfecta, & præsumptiua probatione.*

DECISIO CCCXIII.

VT absoluerem disputationem super singulis corporibus, quæ D. Stephanus prætendit sibi deberi ex fideicommisso Hieronymi, proposui dubium, an illi esset danda immissio super possessione Bagnarolæ tornaturarum 175. & possessione Cazzani tornaturarum 116. & affirmatiuè responsum fuit per Dominos, ex eijsdem rationibus, quibus eidem dixerunt dandam esse immissionem in reliquis corporibus, vt in decisionibus in hac causa emanatis.

De existentia enim fideicommissi, & illius purificatione non ambigitur, quia de his constat ex duabus decisionibus 20. Martij * & 26. Iunij 1626. * coram me.

De identitate autem quoad possessionem Cazzani apparet ex decisione sub die 14. Iunij 1627. * & quoad possessionem Bagnarolæ ex alia decisione sub die 24. Martij 1628. * coram me. Et certa est conclusio fideicommissario dandam esse immissionem *ex remed. l. fin. C. de*
1 *edict. Diu.* † *Adr. tollen.* in possessionem bonorum, quæ à fideicommittente semel possessa fuerunt, cum hu-
2 iusmodi possessio † continuata præsumatur, nec opus est probare aliquem titulum, siue dominium eiusdem fideicommittentis, vt toties iam fuit dictum in hac causa.

3 Nec huiusmodi immissionem impediri † posse putarunt Domini ex detractionibus legitimæ, & Trebellianicæ, quia & Trebellianica fuit prohibita, & legitima consumpta in alijs alienationibus, vt etiam fuit firmatum in hacmet causa sub die 20. Decembris 1628. & * 14. Maij præteriti. *

Minus dici posse videtur hasce possessiones à Ioanne seniore patre Hieronymi prouenisse, & sic ad eiusdem Ioannis fideicommissum referendas esse. Quoniam apparet immò illas diuisas fuisse inter filios Hieronymi
4 tanquam de bonis suppositis fideicommisso eiusdem, † & ideò referendæ sunt ad dictum Hieronymum fideicommittentem ad trad. per Castr. *cons. 247. num. 1. vers. & hoc probarant lib. 2. & cons. 94 ad fin. lib. 2.* Rota *coram Reuerendiss. D. meo Decano* 1620 *num.* 2. & 3. & idem firmatum fuit 14. Iunij 1627. in hac eadem causa.

Nec obstat Ioannem seniorem prædictum nullas tornaturas in Communi Cazzani acquisiuisse, ibique sa pro confinante assignasse, quoniam non apparet, quod tornaturæ illæ emptæ à Ioanne includantur in prædio, cuius immissionem hodie petit D. Stephanus; nec conueniunt
5 confines, † nec numerus tornaturarum, nec demonstrationes, nec locus loci, & propterea ex hac diuersitate excluditur identitas, *l. forma, & ibi glos. in verb. vicinos, ff. de censib.* Bart. *in l. demonstratio falsa, num. 14. in 7. quæst ff. de cond. & demonstr.* & illæ tornaturæ fortasse sunt in eadem Villa Cazzani, sed non sunt in hoc corpore, quod
6 eo magis dicendum est, quia probatio D. Stephani † est certa, & concludens, nempe quod hæc præcisè bona fuerunt possessa à Hieronymo, vnde non potest elidi ab imperfecta, & præsumptiua solummodo probatione, quæ pro Dominis Sangeorgijs deduci posset, prout aliàs animaduersum fuit in hac causa sub die 7 Maij præteriti. *

Et ita pro informante responsum fuit.

* Sunt decisiones 6. 21. 87. 160. 226. 258. & 279. supra in hac parte. Et vide ad dict. decis. 6. vbi cumulatas habes alias decisiones in hac causa.

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO DECANO.

Assisien. Emphyteusis.

Die Mercurii 27. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

Concessio emphyteusis facta ad tertiam generationem, quando compræhendat pronepotes, & quando secus.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis, vel feudum si concedatur alicui vsque ad tertiam generationem venit solummodo recipiens, & filius, & nepos: vide rationem, num. 4.*

Secus verò si addatur, ad eius, vel ipsius generationem.

3 *Generare nemo potest se ipsum.*

3 *Generatio tertia, vt constituatur, requiruntur pronepotes.*

6 *Emphyteusis concessio facta ad tertiam generationem comprehendit etiam pronepotes, sed opinio ista refutatur.*

7 *Decis. 218. par. 4. diuers. declaratur.*

8 *Decis. Card. Seraph. 1362. & fel. rec. Gregor. XV. 322. declarantur.*

9 *Emphyteusis Ecclesiastica non conceditur, nisi pro filijs, & nepotibus.*

10 *Ecclesiasticam concedens Emphyteusim in dubio censetur se velle conformare cum dispositione §. emphyteuta auth. de non alien.*

11 *Emphyteusis Ecclesiastica potest concedi in perpetuam.*

12 *Tex. in auth. licentia auth. de alienat. declaratur.*

13 *In correctorijs facienda est interpretatio, vt minus censeatur correctum, quàm fieri potest.*

14 *Verba, quando stant demonstratiuè, non alterant dispositionem.*

15 *Dictio, & quando stat augmentatiuè.*

16 *Relatum est in referente.*

DECISIO CCCXIV.

VSQVE de anno 1490. RR. Patres Sancti Saluatoris in Lauro concesserunt in Emphyteusim bona, de quibus agitur, Antonio stipulanti pro se & filijs, & nepotibus masculis, & fratribus carnalibus, & eorum filijs, ac nepotibus masculis in tertiam generationem, & de anno 1531. Iidem Patres confirmarunt eamdem Emphyteusim Barnabeo, & Feliciano, ac eorum fratribus, & ib dicitur, quod conductores, eorumque successores vsque in tertiam generationem masculinam tenerentur seruare quædam pacta, & conuentiones. Modò quæstio est, an in huiusmodi concessionibus compræhendantur Petrus Antonius, & fratres, qui sunt pronepotes Feliciani, super qua extra Rotam hodie proposui dubium, & DD. dixerunt pronepotes non compræhendi, nisi suffragetur consuetudo, de qua aliàs videndum erit.

Vera enim, & communiter recepta est distinctio Bartoli relata per Bald. *in auth. si quas ruinas, num. 4. C. de Sacros. Eccles* quod vbi feudum, vel Emphyteusis conceditur alicui vsque ad tertiam generationem, † vna- 1
quæque persona dicitur constituere vnam generationem,
ita vt veniant solummodo, & recipiens, & filius, & ne-
pos, secus † autem si addatur ad eius, vel ad ipsius gene- 2
rationem, quasi quod tunc distinguatur generatio à ge-
nerante cum † nemo possit seipsum generare, & hoc 3
secundo casu veniunt recipiens filius, nepos, & pronepos, quam distinctionem sequitur Ias *in l. 2. numer. 166. C. de iure emphyteut.* Alexand *in l. quod dicitur 130. numer. 23. circa finem vers. item puto de verbor. oblig.* Bellon. Sen. *qui de communi testatur cons. 80. num. 7.* Cephal. *cons.*

conf. 582. *num.* 24. Gabr. *conf.* 90. *in princip. lib.* 1. Menoch.
conf. 115. *num.* 28. *& conf.* 883. *num.* 2. *&* 1066. *numer.* 10.
Honded. *conf.* 54. *num.* 12. *lib.* 1. *& conf.* 30. *num.* 38. *lib.* 2.
Modern. Bonon. *variar. resolut. lib.* 2 *cap.* 53. *num.* 1. Si-
mon. de Pret. *conf.* 88. *per tot.* Hieron. Pappon. *conf.* 86.
& 87. *per tot.* Rauden. *decis. Pisan.* 42. *num* 48. *par.* 1. &
ita etiam tenuit Rota, & apud Verall. *decis.* 18. *par.* 2. *&
in Farfen. Villæ Caprolæ* 20 *Maii* 1592. *coram Penia*, *&
in Bononien. Bonorum* 18. *Martij* 1611. *coram Reuerendiss.
D. meo Decano, quæ est decis.* 305. *num.* 1. *par.* 1. *recent.*
Ratioque differentiæ assignari potest, quia quando sim-
4 pliciter † dicitur ad tertiam generationem, dominus di-
rectus considerat generationes in abstracto, & absolutè,
non autem respectiuè, & tanquam generationes ali-
cuius certæ personæ, & ideo tot terminos, & gradus
constituit in concessione, quot sunt personæ, & sic in
tertia persona terminatur concessio, veluti in tertia
generatione, quoties verò apponit dictionem eius,
vel ipsius tunc in concreto, & respectiuè considerat
generationes, tanquam prouenientes à primo recepto-
re, & tunc benè intrat distinctio inter generantem,
seu causam generationis, & ipsam generationem, &
hoc casu debent dari tres successiui successores proue-
nientes à receptore, & ab eo distincti, & consequen-
5 ter † ad constituendam tertiam generationem compræ-
henduntur pronepotes, vt benè per Pappon. *in dicto
consil.* 86. *numer.* 14. *& seqq.* & est decisio Collegij Pi-
sani.

Nec obstat, quod aliqui contrarium tennerint, prout
Rosental. *de feud. c.* 7. *concl.* 13 *num.* 6 *& in Scholijs litt.
H.* Mantic. *de tacit. & ambig. l.* 22. *tit* 25. *num.* 25. *& seqq.*
6 qui dixerunt etiam in concessione facta alicui † vsque in
tertiam generationem compræhendi pronepotes, quia
contra eos stat communis opinio, quam pluries Rota
aliàs complexa fuit.

Minus obstant decisiones in contrarium allegatæ,
7 quia † *decis.* 218. *par.* 4. *diuers.* loquitur vbi addebatur
verbum finitum, quia dictione cessante ibi potius Ro-
ta inclinabat in approbationem opinionis Bartoli, vt be-
8 nè in *d. Farfen.* vbi distinguuntur casus, *decis. verò* † Se-
raph. 1362. & san. mem Gregor. XV. *decis.* 522. quæ in ea-
dem causa emanarunt loquuntur, quando adest prono-
men, ipsius & in *d. decis.* 522. admittitur præallegata
decisio Verall. 18. *par.* 1.

Quæ certiora redduntur in præsenti casu ex duobus,
9 primò quia versamur in emphyteusi ecclesiastica, † quæ
regulariter non conceditur, nisi pro filijs, & nepotibus,
§. emphyt. auth de non alien & permutan. Simon. de Pret.
d. cons. 88. *num.* 3. *& seqq.* Papon. *d. cons.* 86. *num* 3. &
ideo stante dubietate præsumendum est, Ecclesiam in-
10 uestientem se † conformasse cum dispositione *dicto §.
emphyt.* vt per Menoch. *d. cons.* 883. *num.* 3. *&* 4. Et quam-
uis in *§. licentia auth. de alienat. & emphit.* dicatur Em-
11 phyteusim Ecclesiasticam posse concedi † etiam in per-
petuum, & hinc apparet dispositionem *d. §. emphyteusim
fuisse correctam, vt considerat* Angel. *in d. § licentia*, *& d.
§. emphyteusim*, & Menoch. *d cons.* 1066. *num.* 1. Quo-
12 niam dispositio † *d. §. licentia*, locum obtineret si expres-
sè concessa fuisset emphyteusis in perpetuum, vel vs-
que ad pronepotes inclusiuè, quo casu non posse dubi-
tari de voluntate concedentis, quia facultas in *dicto §.
licentia* verè conceditur, sed in casu nostro dubium est
an Dominus directus voluerit extendere concessionem
ad pronepotes, & ideo censetur potius se voluisse confor-
mare cum *d. §. emphyt.* tanquam magis vtil, & proficuo
Ecclesiæ, & circa hoc non videtur correctus per *d. text. in §.*
13 *licentia*, in correctorijs † enim facienda est stricta inter-
pretatio, vt minus censeatur correctum quàm fieri possit
*c. cum expediat, c. constitutio, vbi glos. in verb. immutata de
elect. in* 6. *bene* Decian. *cons.* 16. *nu.* 36. *lib.* 1. Cephal. *cons.*
55. *nu.* 4. & in his terminis, Pappon. *d. cons.* 86. *num.* 5.

Secundò, & ex hoc Dominis videbatur sublata omnis
difficultas, quia simpliciter non fuit concessa emphyteusis
Antonio vsque in tertiam generationem, sed expressim
fuerunt nominatæ aliæ personæ sub his verbis, nempe
pro ipso, filijs, & nepotibus vsque in tertiam generatio-
14 nem, vnde hæc verba vsque in tertiam generationem †
stant demonstratiuè, non autem augent dispositionem
antecedenrem, vt egregiè per Castrens. *cons.* 338 *num. se-
cundo, lib. secundo*, qui in hoc dicto non reprobatur, im-
mò eum sequitur, Cephal. *cons.* 582. *num.* 13. Honded. *d.*
conf. 32. *num.* 38. *&* 41. *lib.* 2. Modern. Bononien. *var. re-
solut. d. c.* 53. *num.* 2. *lib.* 2. vbi addit, quod hoc casu res ca-
ret dubitatione, & in his terminis idem dixit Rot. *in Perus.
emphit.* 20. *Martij* 1628. *coram R. P. D. meo Dunozetto.* Et
verba in tertiam generationem, ne contrarientur antece-
dentibus, debent exponi scilicet pro dictis recipiente, eius
filijs, & nepotibus, sique voluisset Prælatus compræhen-
dere etiam pronepotes facile fuisset nominare pronepo-
tes, quemadmodum nominauit filios, & nepotes, nec
tunc opus fuisset ponere verba vsque in tertiam generatio-
nem, vel post nepotes addidisset dictionem, Et, dicendo,
& vsque in tertiam generationem, tunc † enim dictio, 15
Et, stetisset augmentatiuè, vt perpendit Castr. *d. cons.* 338.
num. 2. *lib.* 2.

Nec obstat concessionem istius emphyteusis fuisse, con-
firmationem alterius prius factæ Antonio per hæc ver-
ba, locarunt, vt in alijs instrumentis Antonio, Ioanni,
aliàs de Ternino, eorumque filijs, & nepotibus mascu-
lis in tertiam generationem, & ideo cum ista concessio ha-
beat relationem ad alia instrumenta, in quibus conces-
siones fiunt ad tertiam generationem finitam, & cum
relatum † sit in referente, hæc concessio debeat intel- 16
ligi ad tertiam generationem finitam, quo casu compræ-
henduntur pronepotes quemadmodum hac ratiocinatio-
ne visa est Rota *in d. Bonon. bonorum* 18. *Martij* 1611. *co-
ram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quia in casu præsenti illa verba, vt in alijs instru-
mentis Domini putarunt referenda esse ad emphyteu-
sim, non autem ad personas compræhensas in ipsa,
qaia verba locarunt, vt in alijs instrumentis, adhærent
ipsi locationi immediatè, non autem personis, nec in-
strumentum dicit locarunt pro se filijs, & nepotibus,
vt in alijs instrumentis.

Et ita vtraque parte informante.

In eadem causa factæ fuerunt duæ aliæ decisiones, prima ¶
coram eodem Reuerendiss. D D meo Merlino Decano
die 18 Martij 1630. Altera coram Illustriss. D. Patriarcha
Constantinopolitano die secunda Iunij 1635. sunt impress.
in folijs volantibus.

R. P. D. MOTMANNO.

Leodien Castrorum.

Die Mercurij 4. *Iulii* 1629.

ARGVMENTVM.

Metus, & vis ex quibus probentut, & quando remissoria concedatur ad effectum prædicta probandi. Transactio propter enormem læsionem, & præiudicium rescinditur, & accepta eius intuitu, quando sint restituenda, & quando possint retineri.

SVMMARIVM.

1 *Metus, & vis incussio probari potest per indicia & coniecturas.*

2 *Coniecturæ, & præsumptiones per quas probatur metus, plurimum pendent à dispositionibus testium, qui sensu corporeo perceperint actus inferentes metum.*

3 *Remissoria in prophanis non denegatur, etiam absque fumo.*

4 *Testes etiam nulliter examinati faciunt non leue probationis adminiculum, ad effectum concedendi remissoriam.*

5 *Metus præsumptio cadit in eo, si inferatur ab illo, in cuius modo à pueritia, & inde per plures annos fuit educatus.*

6 *Remissoria non denegatur, si constet de releuantia articulorum.*

7 *Metum iustum etiam cadentem in constantem virum inducunt seueritas, & minæ, inspecta minantis qualitate.*

8 *Actus per vim, & metum factus, vt annulletur, requiritur quod inferens vim, & metum, sit solitus exequi minas.*

9 *Motus dicitur perpetuò durare, si causa metus daret.*
10 *Transactio rescinditur propter enormem læsionem, & præiudicium alicuius.*
11 *Transactio parit exceptionem litis finitæ.*
13 *Metus non potest dici esse purgatus, dum durat vita inferentis.*
13 *Testes, si in repetitione referunt se ad præcedentem depositionem probant.*
14 *Articuli, qui melius specificant materiam, quàm primi dati, sunt admittendi.*
15 *Transactionem rescindere volens tenetur ad restitutionem eius, quod illius vigore accepit.*
16 *Transactionem, quando quis rescindit, non tenetur restituere accepta, dum pars non opponit.*
17 *Transactionem rescindens non potest retinere accepta ex aliquo titulo.*
18 *Acta præsumantur integrè translata, dum contrarium non probetur.*

D E C I S I O CCCXV.

NOBILIVS quondam Maria de Senseille constante primo matrimonio instituit sibi hæredem vniuersalem Dominum Paulum de Berlo Nobilem Leodiensem suum ex sorore nepotem. Deinde secundò nupta quondam Comiti Ioanni Iacobo de Beigiogiosis Regis Catholici armorum Ductori fecit eidem in dictæ Institutionis præiudicium omnium bonorum suorum donationem, quam ipse Comes post d. Mariæ obitum per sententiam iudicialiter latam confirmari obtinuit. Et successiuè ad quandam deuenit transactionem cum Domino Paulo, cui tradidit nonnulla bona ex eadem hæreditate prouenientia, at ab ipso omnium iurium super ea sibi competentium cessionem reportauit.

Demum sequuto obitu Comitis, D. Paulus lite contra illius hæredes intentata impugnauit donationem tanquam per vim, & metum à Comite illatos extorta, & cum pro parte dicti D. Pauli prætenderetur id probari posse tam per quandam schedam à Maria proprio sanguine conscriptam, quæ eget recognitione, quàm per testes examinandos super articulis concernentibus causas metus non modo Mariæ, sed etiam ipsimet Paulo illati. Ideo dubio proposito, an remissoria esset concedenda, Domini affirmatiuè responderunt, quia articuli versantur circa indicia, & coniecturas, quibus vis & metus in-
1 cussio † probari potest ad notat. per Doct. in *l. metum, C. de iis que vi met.* Dec. in *l. in omnibus 39. num. 7. ff. de reg. iur.* Anchar. *cons. 299. num. 1.* Alexand. *cons. 98. num. 6. lib. 3.* Menoch. *de arbitr. cas. 136. num. 1.* Seraph. *decis. 771. num. 1. & 2.* san. mem. Gregor. XV. *decis. 26. num. 5.* Et hujusmodi coniecturæ, & præsumptiones plu-
2 rimum † pendent à depositionibus testium, qui sensu corporeo perceperint actus inferentes metum, Innoc. *in cap. super hoc de renunciat.* Bartol. *in l. ob turpem, ff. de condict. ob turp. caus.* Paris. *cons. 58. num. 68. vol. 4.* Corset. *in singular. in verb. Testis decis. cons. 534. in fin.* Mascard. *de probat. conclus. 1055.* Gabr. *de testib. conclus. 7. num. 15.* Boer. *decis. 100. numer. 3. & decis. 102. numer. 9. par. 1.*

3 Et quamuis in prophanis † remissoria non consueuerit denegari etiam absque fumo. Rota *decis. 102. nu. 1. par. 1. diuers.* Attamen adsunt depositiones aliorum testium examinatorum ad perpetuam rei memoriam, quæ de dicti Comitis inhumanitate, & sæuitia non modo fumum, sed etiam non leue probationis adminicu-
4 lum præbent, etiam si nulliter essent examinati. Ruin. *cons. 46. num. 10. lib. 4.* Cassador. *decis. 3. num. 2. de dilat.* Caputaq. *decis. 208. num. 10. par. 2.* Gregor. XV. *decis. 562. num. 4. & ibi Adden. num. 6.* tam attenta qualitate sexus eiusdem Mariæ patientis metum, *glos. in cap. cum locum, de sponsal.* Ias. *in dict. leg. interpositas, num. 4. C. de transact.* Dec. *in dict. leg. in omnibus, num. 3. ff. de reg. iur.* Soccin. Sen. *cons. 263. nu. 5. lib. 2.* Rom. *in sing. 229. & ibi addit* Seraph. *dict. decis. 771. n. 4.* quàm respectu Pauli eius nepotis, in quem vti iuniorem cum in eisdem ædibus Mariæ,
5 & Comitis coniugum à pueritia, † & inde ad plures annos fuerit educatus, cadit etiam præsumptio metus. Tiraq. *de leg. connub. glos. 5. n. 36.* Aret. *cons. 24. n. 6.* Soccin. *dict. cons. 263. numer. 3.* Menoch. *de arbitr. dict. cas. 136. num. 8.*

Visum autem fuit constare de releuantia articulorum, qua posita manifestum est † remissoriam non denegari, 6
l. de die, §. iubetur, ff. qui satisd. cog. Rot. *decis. 696. numer. 2. par. 2. in recent.* Quia continent dicti Comitis inhumanitatem erga coniugem cui adimebat omnem libertatem imò illam tenebat sub custodia, neminemque permittebat cum ea colloqui, vel habere commercium, præter vnam famulam gibbosam, quodque non spontè, sed per minas, & metum dicti Comitis donationem ad ipsius fauorem fecerit. Præterea articuli tendunt ad probandum † illius feritatem, ac minas, quæ 7
inspecta minantis qualitate inducunt iustum metum etiam cadentem in constantem virum ad tradit. per Crauett. *cons. 49. num. 1. & 3. & 461. num. 7. & per* Bald. *cons. 364. num. 5. lib. 3.* Rimin. Iun. *cons. 77. num. 19. & 215. num. 58.* Dec. *cons. 219. num. 5.* Ferret. *cons. 311. numer. 8.* sanctæ memoriæ Gregorij XV. *dicta decis. 326 numer. 31. et seqq.* Quodque ipse erat solitus suas minas
† exequi tamquam vir militaris, & armorum ductor, 8
quam circumstantiam ad annullationem actus facti per vim, & metum requirit. Abb. *in cap. causam matrimonij, num. quinto, vbi* Dec. *etiam numer. 5. de offic. delegat* Seysel *in prædicta leg. interpositas, num. 19. C. de transact.* Boer. *decis. 100. numer. 11* qui metus potuit verisimiliter durare, donec dictus Comes fuit superstes,
& consequenter perpetuò † afficere dominum Paulum 9
ex ijs, quæ tradunt, Paris. *cons. 139. num. 25. lib. 4.* Dec. *cons. 219. num. 10.* Alex *cons. 1. num. 15. vol. 3.*

Vnde resultat quoque releuantia articulorum, qui continent probationem metus excludentis eiusdem D. Pauli consensum præstitum transactioni inter ipsum, & dictum Comitem post Mariæ obitum subsequutæ, cuius
vti factæ † in eius enormem læsionem, ac præiudicium 10
peti potest rescissio, Soccin. Sen. *cons 47. num. 34. et seqq.* Afflict. *decis. 69. num. 4. vers. Vnde* Rot. *d. decis. 102. numer. 2. par. 1. diuers.*

Non obstat sententia aliàs ad fauorem Comitis lata, quæ transiuit in rem iudicatam, neque pariter prædicta
transactio † postea subsequuta, ex quibus oritur ex- 11
ceptio litis finitæ ad text. *in cap. 1. de lit. contest. et in leg. Fratres C. de transact.* quia cum metus ob sæuitiam d. Comitis incussus durauerit quousque ipse superstes fuit, non modo prædictæ sententiæ, sed etiam transactioni
causam dedit, † & durante illius vita purgatus esse 12
non censetur, Dec. *consil. 119. num. 7. et consil. 468. num. 5 et consil. 690. numer. 12.* Pedemont. *decis. 172. numer. 11.* Gratian. *consil. 38. numer. 4. lib. 2.* Neuiz. *consil. 52. numer. 2.*

Neque etiam obstat, quod articuli contineant in eorum substantia materiam super qua alij testes ad perpetuam rei memoriam ante litis ingressum fuerunt examinati, quia dd. testes examinati fuerunt extraiudicialiter paulo post obitum Comitis ad præbendum fumum vis & metus, & extra præsentem litem, ac proinde non modo testes no-
uiter repertos, sed etiam eosdem iam examinatos † cum 13
relatione ad præcedentem depositionem, denuo examinari posse, & eorum dicta probare dixit Rota *Imolen. pecuniaria 3. Iulii 1628. coram R. P. D. meo Virili, vbi allegatur* Verall. *decis. 287. par. 3.* præsertim super arti-
culis melius specificantibus materias, † qui propterea 14
sunt admittendi, *c. auditis, vbi* Innoc. *de præscript.* Crauett. *cons. 94. num. 3. et fuit dictam in Vigleuanen. locationis 5. Maii 1697. coram Corduba, et in Ispalen. iurisnominandi 28. Nouembris 1612. coram Reuerendiss. D. Patriarcha Antiocheno.*

Minus obstat, quod D. Paulus agens rescissoria † te- 15
neatur ad restitutionem eorum quæ vigore transactionis accepit à Comite per *l. si in diuersa, C. de transact.* Greg. XV. sanct. mem. *decis. 418. num. 9.* Tum quia huiusmodi
† restitutionem ipse non tenetur offerre, dum pars non 16
opponi, Rot. *decis. 810. numer. 2. par. 1. diuers.* Tum etiam quia, cùm bona recepta prouenerint ex hæreditate
Mariæ † cuius ipse fuit hæres institutus potest titulo in- 17
stitutionis ea retinere, Rot. *d. decis. 102. num. 3. par. 1. diuers.* Seraph. *decis. 922. num. 8.*

Denique non obstat, allegatus defectus integræ transportationis actorum, quia constat de illorum productione penes notarium causæ facta per procuratorem hæredum dicti Comitis, & pro integra transporta-
tione præsumitur, dum de contrario non docetur, 18
Aym.

Aym. de antiq. temp. par. 2. num. 55. Rota *in Calaguritana beneficij de Occoa 28. Maij 1603. coram bo. me. Litta* Greg. XV. *decis. 59. num. 1. & ibi Addent. num. 5. et decis. 118. num. 3.*

* Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

* Vide infra in par. 2. ad decisionem 115. quæ est in eadem causa; vbi habentur aliæ decisiones in hac causa.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Sabinen. Castri Montis Rotundi.

Die Veneris 3. Augusti 1629.

ARGVMENTM.

Legitimatio ad hoc, vt non dicatur subreptitia, debent narrari ea, quæ reddiderunt concubitum nefandius. Homicidium vxoris non ad effectum contrahendi matrimonium cum aliqua, sed causa melius cum illa libidini vacandi, licet dirimat matrimonium contrahendum cum illa, tamen an dirimat id contractum. Matrimonium inter raptam & raptorem, quando subsistat.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium vxoris ad effectum contrahendi matrimonium cum aliqua, nedum hoc casu matrimonium contrahendum impedit, sed dirimit contractum.*

2 *Legitimatio est subreptitia, si non exprimantur ea, quæ difficiliorem concessionem redderent.*

3 *Filium fuisse spurium, in legitimatione dicitur narratum, si exprimetur, quod ex patre vxorato, & muliere soluta ortus fuit, & nu. 5.*

5 *Dictio, siue, stare solet ampliatiuè.*

6 *Dictio aliàs, est dictio qualitatis, & exponitur, idest, aliter, vel alio modo.*

7 *Dictio, aliàs, importat alios casus præter expressos.*

8 *In legitimatione, ex clausula siue vt præmittitur, siue alia quouis &c. censetur Princeps cogitasse de omnibus impedimentis obstantibus, & omnia illa tollere.*

9 *Oldrad. cons. 247. intellectus.*

10 *Legitimatio si obstet ei Concilium generale, eget speciali derogatione, & an sufficiat specialis:*

11 *in Decimarum materia licet sit opus in specie derogare c. nuper. de decimis quod est Conc. Lateranen. tamen si derogetur alicui Concii. generali, & postea addatur clausula, & alijs Concilijs &c. censetur illi derogatum.*

12 *Dictiones siuè, & alias, si adiunctæ sint dictioni, quouis modo, tunc ista dictio impedit impetrationem restrictiuam, & comprehendit maiora expressis.*

13 *Dictio, etiam, exprimit casum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem.*

14 *Dictio, etiam, implicat alium casum non expressum, & num. 15.*

17 *Homicidij crimen de coniuge, immediatè impedit matrimonium contrahendum.*

Sed fingatur ad effectum legitimationis prolis ex rescripto Principis, tunc crimen immediatè non affert impedimentum, nu. 17.

18 *Illegitimitas, & spurietas, semper immediatè proueniunt ex concubitu, licet magis, & minus prout informatur ab aliquo crimine.*

19 *Ius naturale non distinguebat à principio legitimos ab illegitimis, quia omnes nascebantur liberi, ex indiuidua maris, & fœminæ coniunctione.*

20 *Patriæ potestatis ius, necnon filiorum liberorum ius, post nuptias inuentas ortum habuit.*

21 *Spurius dicitur, quasi non purus, sed extra naturalem puritatem, ac spurcitia, & peccata genitum.*

22 *Naturalis dicitur filius, qui secundum ius naturæ ex indiuidua maris, & fœminæ coniunctione natus est.*

23 *Naturales dicuntur filij, secundum ius Canonicum illi, qui sunt nati ex soluto, & soluta.*

24 *Concubitus, & natiuitas consideratur in spurietate, & naturalitate.*

25 *Homicidium, si informet concubitum, & inde proles nata vitietur, tunc sufficit quod amplissimè fuerit dispensatum super concubitu, licet de homicidio nihil fuerit dictum.*

26 *Legitimatus dicitur restitutus primis natalibus iuxta naturam legitimationis.*

27 *Legitimandi habens potestatem, dicitur habere facultatem restituendi primis natalibus, & primæuis iuribus legitimorum.*

28 *Matrimonium non dirimitur ex eo impedimento, quod quis interfecit coniugem, non ad effectum contrahendi matrimonium, sed causa melius libidini vacandi,*

29 *Homicidium coniugis ad effectum melius vacandi libidini impedit matrimonium contrahendum.*

30 *in Legitimatione debet exprimi illa qualitas, quæ alterat naturam concubitus, non oportet tamen exprimere, ea, quæ aggrauant vitium parentum, & nu. 31. & 47.*

32 *Vxorem, si quis interficiat, alia causa, quàm contrahendi matrimonium, si narret in dispensatione, se non interfecisse vxorem, si coram Ordinario id iurauerit, non efficitur periurus.*

Quia narratiua, & dispensatio ipsa intelliguntur de homicidio, quod causet impedimentum ad contrahendum, num. 32.

33 *Impedimentum non dirimens matrimonium contractum, sed impediens contrahendum, non causat spuritatem.*

34 *Regul. Cancell. 94. declaratur, & num. 39.*

35 *Rapta matrimonium contrahere potest cum raptore.*

36 *Matrimonium nullum esse potest inter raptam, & raptorem, donec rapta est in potestate raptoris, & num. 38.*

37 *Matrimonium contractum cum rapta valet, de iure Canonico, si dissensus transeat in consensum.*

40 *Clausula separentur ratione delicti, &c. posita in dispensatione matrimonij inter raptum, & raptorem, ponitur ad iustificationem Ecclesiæ.*

41 *Dispensatio obtenta inter raptum, & raptorem facit cessare omnes pœnas legales.*

42 *Sponsam de futuro alicuius, vel vxorem si quis rapiat, nec etiam mortuo viro cum ea matrimonium contrahere potest, & si contrahatur, est irritum.*

Contrarium, vide num. 43.

45 *Arguere non licet, de vno casu ad alium.*

46 *Ius speciale, si sit constitutum in aliquo casu, sequitur, quod in contrarium est ius commune extra illum casum.*

DECISIO CCCXVI.

IN relationibus causarum, dum agerem super expeditione huius causæ plura fuerunt opposita contra legitimationem Franciotti, quæ licet fuerint sublata in decisione facta 5. Iulij 1629. * Hodie tamen visum fuit Dominis

minis negocio iterum maturè discusso præfatis omnibus
ad pleniorem satisfactionem respondere. Dum enim op-
ponetur non sufficere narratum fuisse Pontifici legiti-
manti, quòd Franciottus natus fuerit ex Henrico vxo-
rato, & muliere soluta, siue vidua, sed debuisse quo-
que narrari aliud impedimentum, videlicet, quòd idem
Henricus machinatus fuerat in necem viri Faustinæ ma-
tris Franciotti, vt præsupponitur in facto, ea demum
1 ratione, quia cum homicidium † istud impediat nedum
matrimonium contrahendum, sed dirimat contractum,
*cap. super hoc, c. significasti de eo qui duxit in matrim. cap.
1. de conuers. infidel.* Rosell. *de legitim. cap. 1. numer. 27.*
de huiusmodi etiam impedimento debuit specifica men-
tio fieri, ex eo, quod in legitimatione debent recen-
seri omnia, quæ possent dirimere matrimonium, cum
intentio legitimantis non sit tollere vnum, vel aliud im-
pedimentum, sed habilitare personam; Vnde cum de
2 † vno tantum impedimento, non autem de altero fuerit
facta mentio in dicta legitimatione, illa remansit subre-
ptitia Oldrad. *cons. 247. num. 2.* Io. Andr. *in addit. ad
Speculat. in rubrica qui fil. sint legit. vers. quæro si na-
tus ex patre vxorato;* Abb. *in cap. per venerabilem,
num. 27. qui fil. sint legit.* Alex. *cons. 129. num. 5. & 6.
cum seqq. lib. 6.* Fulgos. *cons. 23. num. 2. vers. amplius*
Barbat. *in addit. ad* Bald. *in l. eam quam num. 36. in lit-
tera I. C. de fideicom. latè* Lup. *de illegit. comment. 3. §. 4.
num. 6.*

Huic fundamento fuit in alia decisione responsum,
& nunc receptum quod in narratiua legitimationis ex-
primitur Franciottum fuisse susceptum ab Henrico
vxorato, & muliere soluta, siue vidua, & sic dubitari
non potest, quin narratum fuerit eumdem Franciottum
3 † natum fuisse spurium tanquam ex patre vxorato, &
muliere soluta, siue vidua susceptum, vt aduertit Dec.
in cons. 55. num. 4. vers. & in casu proposito Prosper Pas-
settus *cons. 72. num. 30. & 31.* Ruin. *cons. 124. num. 9. & 10.*
4 *lib. 4.* Ac propterea cum post istam narratiuam † fuerit
subiuncta clausula *siue vt præmittitur siue alias quouis
etiam supradicto, etiam grauiori, & magis prohibito mo-
do, etiam speciem narrati concubitus immutante, illegiti-
mè genitus, vel natus existas auctoritate Apostolica &c.
legitimamus*, apparet quod ex huiusmodi clausula fuerunt
considerati omnes modi spurietatis, ponderando dictio-
5 nem † *siue*, quæ stat ampliatiuè *l. si quis ita, ff. de auro,
& argento legato*, Rebuff. *in tract. nominat. quæst. 14.
num. 44.* Cened. *singul. 42. num. 3. & 4.* & dictionem
6 aliàs, † quæ est dictio qualitatis, & exponitur idest
aliter, vel alio modo, *l. denique §. interdum, vers. veram,
ff. de pecul. legat. l. 1. §. siue ff. de aq. quotid. & æstiu.* Bart.
in l. 1. num. 12. ff. de condit. & demonstr. Hond. *cons. 30. nu.
33. vol. 2.* Corn. *cons. 160. num. 4. vol. 4.* Verall. *decis. 210.
7 num. 5. par. 1.* & importat alios † casus præter expressum
l. qui testam. §. mulier testimonium, ff. de testam. Put. *decis.
170. in fin. lib. 3.*

8 Et ita in puncto legitimationis, quod ex dicta † clau-
sula generali Princeps censeatur cogitasse de omnibus im-
pedimentis, & omnia propterea tollere, dicit Castreos.
in cons. 30. num. 5. lib. 1. Nicolaus de Vbaldis *de success. ab
intest. par. 1. num. 111. vers. Paulus de Castro* Felin. *in cap.
postulasti, num. 2. vers. declara prædicta de rescription.*
Ruin. *cons. 73. num. 12. vers. tertius est ergo lib. 3.* Bero.
cons. 168. num. 3. & seqq. lib. 2. Rolan. *cons. 12. num. 45.
lib. 4.* Paset. *d. cons. 72. num. 27. in fin.* Surd. *cons. 303.
num. 14. & seqq. vers. tertio colligitur lib. 3. & cons. 530.
num. 22. lib. 4.* Menoch *cons. 19. num. 24. lib. 1.* Lup. *de
illegit. coment. 3. §. 4. num. 40.* & in istis terminis non pro-
9 cedere prædictum consilium † Oldrad. 247. vbi vult de du-
plici spurietate faciendam esse mentionem, dicit Alex.
cons. 195. num. 8. lib. 2. quia ista non est expressio in nube,
sed ostendit enixam voluntatem Principis, qui omnes
supradicti Doct. fuerunt allegati in d. decisione facta 5.
Iulij 1627 quorum dicta possunt corroborari ex eo, quod,
10 & si concilium generale obstans † legitimationi indigeat
speciali derogatione, Archid. *in cap. de constit. in 6. su-
per verbo noscatur*, tamen in legitimatione sufficit di-
cere non obstante quacumque lege, etiam in concilio
generali statuta Iacobat. *de concil. lib. 5. art. 19. num. 14.*
Couar. *in epitom. de sponsal. par. 2. capit. 8. §. 9. num. 7.
vers. quibus ego addo.* Prout in materia decimarum licet
11 sit † opus in specie, quod derogetur, *c. auper de decimis*,
quod continet constitutionem Concilij Lateranensis, ta-
men si derogetur alicui concilio generali, & postea subda-
tur clausula, *& alijs concilijs &c.* censetur etiam deroga-
tum dicto Concilio Lateranen. Dec. *cons. 341. num. 10. in
princ.* Probus ad Monac. *in cap. cum in tua, num. 23. vers.
& quod necessaria sit, de consuet. in 6. & fuit dictum in causa
Conchen. exemptionis decimarum 17. Mart. 1589. coram
Orano, & aliâs sæpissimè.*

Et prædicta eo facilius procedunt, quia dictis dictio-
nibus, † *siue, et alias*, est adiuncta alia dictio *quouis mo-* 12
do, quæ impedit interpretationem restrictiuam, & in-
cludit etiam maiora expressis *gloss. in clem. ne Romani in
vers. quouis modo de elect. et in cap. si. in vers. quouis modo de
sent. excom. in 6.* Natt. *cons. 435. nu. 19. lib. 2.* & operatur
quod non possit opponi aliqua spurietas etiam maior
iuxta notata per Ruin. *cons. 98. num. 11. lib. 2.* quod
etiam ad tollendas omnes difficultates claris verbis ex-
primitur in legitimatione; non enim Pontifex vtitur so-
lis verbis, *siue alias quouis modo*, sed adiecit *verba grauio-
ri, et magis prohibito*, quæ dictio † *etiam*, exprimit ca- 13
sum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem,
*l. etiam, ff. de verb. signif. l. conuenticula, C. de Episc. &
Cleric. l. etiam, C. si tutor, vel curator*, Surd. *cons. 445.
num. 28.* & implicat alium † casum non expressum idem 14
Surd. *cons. 354. num. 7.* Cened. *singul. 51. num. 2.* vbi id
admittitur in materia stricta, & exorbitanti, *et singul.
60.* prout etiam Rota *in decis. 51. num. 8. part. 1. recent.* &
cessat omnis difficultas ex sequentibus verbis, ibi, *etiam
speciem narrati concubitus immutante*; ex illis enim con-
stat Papam voluisse tollere qualemcumque spurietatem,
etiam quod immutaret speciem narrati concubitus, & sic
implicat, † & extendit ad hunc casum etiam quod supe- 15
rius non fuerit expressus, vt per iura supra allegata & be-
nè ad propositum Bald. *in d. l. eam quam, numer. 6. C.
de fideicom.*

Non obstat, quòd fuerit narratum impedimentum ex
concubitu nempè, quod Franciottus erat natus ex Hen-
rico coniugato, & muliere soluta, siue vidua, & sic licet
generaliter Papa substulerit impedimentum ex præfato
concubitu ibi, *etiam speciem narrati concubitus immutan-
te etc.* non tamen sustulit impedimentum † criminis pro- 16
ueniens ex homicidio, quod impedimentum de per se
subsistit Hostien. *in summa in princ. tit. de eo, qui duxit in
vxorem, quam poll. per adul.* Abb. *in capit. 1. sub num. 4.
de conuers. infidel.* Nam huic fundamento fuit respon-
sum quod obiectum posset considerari, si ageretur de dis-
pensatione ad effectum matrimonij contrahendi, quia
crimen homicidij immediatè impediret matrimonium
contrahendum, sed † cum agatur ad effectum legitimatio- 17
nis prolis ex rescripto Principis, crimen immediatè non
affert impedimentum, cum spurietas, & † illegitimitas, 18
semper immediatè proueniant ex concubitu, licet magis,
& minus secundum quod informatur ab aliquo crimine,
vt per Lup. *de illegit. comment. 1. in præfat. per tot.* ius
enim naturale non † distinguebat à principio legitimos ab 19
illegitimis, quia omnes nascebantur liberi ex indiuidua
maris, & fœminæ coniunctione, *l. 1. §. ius naturale, ff.
de iust. et iur.* Castren. *cons. 467. num. 2. lib. 2.* Iacobus Bu-
trigar. *inter cons.* Feder. de Sen. *cons. 276 num. 1.* Postea ve-
rò inuentis nuptijs ortum habuit † ius patriæ potestatis, 20
& ius legitimorum filiorum Butrigar. & Castren. *locis ci-
tatis*, & ex eo spurij, & naturales inuenti, & inducti
sunt, & sic in consideranda spurietate, vel alia illegitimi-
tate consideratur concubitus, & inde natiuitas, hinc † 21
spurius dicitur, quasi non purus, sed extra naturalem pu-
ritatem, ac ex spurcitia, & peccato genitus, Castren. *d.
cons. 467. num. 2. vers. ex secunda, et num. 4. lib. 2* & etiam
natus ex coitu damnato, & punibili de iure ciuili, Aym.
cons. 166. in princ. naturalis verò dicitur, † qui secundum 22
ius naturæ ex indiuidua maris, & fœminæ coniunctione
nascitur, vt modo dictum est, vel secundum ius canoni-
cum omnes nati ex soluto, & soluta dicuntur naturales,
Rim. Iun. *cons. 187. nu. 83. et seqq.* Bero. *cons. 165. in princ.
lib. 2.* vbi quod secundum ius ciuile solum naturales
dicuntur † nati ex concubinatu, sed quia concubinatus 23
de iure canonico est sublatus subintrat natus ex soluto,
& soluta.

Et propterea cum ex prædictis clarum sit, quod in con-
sideranda spurietate, vel naturalitate immediatè † consi- 24
deratur concubitus, & natiuitas, non autem aliud impe-
dimentum, nisi mediatè, scilicet quatenus informat con-
cubitum, propterea in casu nostro homicidium per se so-
cubi-

lum consideratum nullam causat spurietatem, quia si non
adesset concubitus non adesset filiatio, quæ est subiectum,
sine quo spurietas minimè potest dari, Vnde, & si homi-
25 cidium informet † concubitum, & inde proles nata vitie-
tur, nihilominus sufficit, quod amplissimè fuerit dispen-
satum super concubitu, quia censetur dispensatum etiam
super isto concubitu informato ex homicidio, licèt de ho-
micidio nihil fuerit dictum, ex quo ad legitimandam pro-
lem per rescriptum Principis per se non affert impedimen-
tum, sed solùm informat concubitum, vt natus ex illo
magis, & minus dicatur spurius, quare cum per legitima-
tionem ex rescripto Principis non agatur de tollendo im-
pedimento criminis ad effectum contractus matrimonij,
sed vt quis restituatur primis natalibus, sufficit quod am-
26 plissimè natalia fuerint considerata, & super † his dispen-
satum, per hoc enim dicitur restitutus primis natalibus
iuxta naturam legitimationis, *l. 1. C. de natalibus resti-
tuen. auth. quib. mod. natural. efficiant sui, §. illud, & §.
bella* Calder. *cons. 4. qui fil. sint leg.* Andr. de Perus. *cons.
17. num. 1.* vbi, quod legitimatus dicitur restitutus pri-
mis natalibus, & habens facultatem legitimandi dicitur
27 habere facultatem restituendi primis † natalibus, & pri-
mæuis iuribus legitimorum, & *cons. 87. in princ.* Fulgos.
cons. 16. in princ.

Et cessat omnis difficultas, quia cum homicidium non
fuerit commissum ad effectum contrahendi matrimo-
nium, sed vt Henricus liberius libidini vacaret, vt clarè
deponunt testes, quorum dicta coadiuuantur, ex quo
28 tunc temporis Henricus erat † vxoratus, non causat im-
pedimentum dirimens, vt tenet communis schola Theo-
logorum, & Canonistarum, quos recenset Sanchez *de
matrimon. lib. 7. disput. 78. num. 13. & in proprio casu te-
nens* Emanuel Sà *in summa ver. matrimonium numer. 7.*
Emanuel Rodriquez *in summa tom. 1. cap. 229. numer. 5.*
Vega *in summa tom. 2. cap. 34. cas. 120.* Sanchez *vbi sup. lib.
7. disp. 78. num. 16. quibus potest addi* Basilius Pontius de
Leon, *de matrim. lib. 7 cap. 45. num. 5. vers. si occidit*, &
29 propterea cum istud homicidium non † dirimeret matri-
monium contractum, licet impediret contrahendum,
vt dicunt prædicti DD. vtique non causabat nouam spu-
rietatem, de qua debuisset fieri mentio, prout tunc re-
quiri specialem mentionem dicunt Doctores *supra* alle-
30 gati in obiecto, in legitimatione enim debet exprimi †
illa qualitas, quæ alterat naturam concubitus, vel il-
legitimitatis, non oportet tamen exprimere illam, quæ
aggrauat vitium parentum, & ita se habet stylus Curiæ
Hostien. *in cap. fin. in fine de filijs presbyt.* Fel. *in d. cap.
postulasti, num. 2. in 3. declarat. de rescript.* Rota *decis.
2. & 4. vbi pariter de stylo Curiæ de fil. presbyt. in antiq. quæ
duplicatur apud* Bisignett. *decis. 1. eodem tit.* & est notabi-
le Cancellariæ fol. mihi 154 in hæc verba, *si patiens de-
fectum ex coniugato nobili Duce Marchione, vel alio Dño
temporali soluta impetrat dispensationem narrando se na-
tum ex coniugato, & soluta, & tacendo qualitatem nobi-
31 litatis, † vel similem aggrauantem valet dispensatio, nec
est stylus Curiæ, quòd tales qualitates parentum aggrauan-
tes exprimantur, & ita tenet notabiliter* Host. *in capit.
fin. circa si. qui fil. sint legit.* Bisignet *de fil. presbyt. decis. 1.
idem si narras se natum ex Clerico, vel Presbytero, & so-
luta non facta mentione, quod soluta erat filia Parochiana
Clerici, vel Presbyteri, et quodammodo spiritualis filia,
vnde aggrauatur delictum, et videtur commissus durior
incestus, vt patet in dictis decisionibus, quæ nota perpetuò,
secus si esset filia spiritualis propriè leuata de sacro fonte,
vel soluta, fuisset illustris, nobilis, vel similis vt in dictis
auctoritatibus quæ nota, quia facile poterunt in Cancella-
ria occurrere, et sunt de pane lucrando*; vnde benè dicit
Sanchez *de matrimon. lib. 8. disp. 24. num. 32.* quod si quis
32 † vxorem interficiat alia causa, quàm contractus alterius
matrimonij, & narret in dispensatione se non interfecisse
vxorem, si coram Ordinario id iurauerit non erit periu-
rus, quia narratiua, & dispensatio ipsa intelliguntur de
homicidio, quod causet impedimentum ad contrahen-
dum, & *lib. 7. disp. 17. num. 9.* loquendo de impedimen-
tis, quæ non dirimunt contractum, sed impediunt con-
trahendum dicit, quod præter votum & sponsalia, alia
impedimenta obstantia matrimonio contrahendo vsu sunt
33 *abolita*; quod dictum consideratur ex abundanti, † cum
sufficiat, quod impedimentum non dirimens contractum,
sed impediens contrahendum non causet spurietatem, ita-
ut de ea debeat fieri mentio per supradicta.

Neque est verum quod de huiusmodi impedimento
etiam quod impediret solummodo contrahendum esset fa-
cienda mentio ex regula Cancellariæ 49. † Quia fuit res- 34
ponsum regulam illam quoad primam sui partem non
applicari, in ea enim disponitur quod in litteris dispensa-
tionis in aliquo gradu prohibito ponatur clausula *si mu-
lier rapta non fuerit*, & quamuis in terminis † *capit.* 35
fin. de raptoribus disponatur quod rapta potest matri-
monium contrahere cum raptore, vbi datur libera facul-
tas in contrahendo, *attamen* secundum terminos illius
text. si mulier sit in potestate viri, & matrimonium con-
trahatur, tenet, licet impediretur in casu isto contra-
hendum, & huic malo fuit prouisum per Concilium Tri-
dent. *sess. 24. capit. 6. de reform. matrim.* vbi disponi-
tur quod nullum † possit esse matrimonium donec rapta 36
sit in potestate raptoris, vt latè post alios considerat San-
chez *de matrim. lib. 7. disput. 12. numer. 24.* & ista clau-
sula fundatur in *dict. cap. fin.* à contrario sensu *in fine de
raptoribus*, licet enim de iure canonico valeat matrimo-
nium † contractum cum rapta, dummodo dissensus tran- 37
seat in consensum, tamen hoc est verum si aliàs sint habi-
les personæ ad contrahendum, vt in *capit. fin.* & ita con-
siderat Alphonsus Soto *glosator antiquus super ista re-
gula in fine*, quod tamen dictum hodie debet re-
gulari secundum terminos Concilium Trident. *loc.
alleg.* vt scilicet matrimonium non † valeat nisi raptus, 38
& rapta separentur, & in loco libero, & tuto consti-
tuantur, & rapta tunc raptorem in virum habere
consentiat, & sic ista prima pars regulæ nihil facit ad
punctum.

Quo verò ad secundam partem regulæ in illa dicitur † 39
ibi, & *si scienter ponatur clausula addita in quaterno*;
quæ verba Rebuff. *in addit. supra hac regula*, ita ex-
plicat, quod si raptor scienter contraxerit cum rapta, &
petatur dispensatio à Papa apponatur clausula in qua-
terno posita, vt scilicet separentur ratione delicti pro
tempore quousque ad arbitrium commissarij congruam
egerint pœnitentiam, quæ clausula est desumpta ex
*capit. ex litteris de eo qui cognouit consanguineam vxo-
ris suæ*, vt aduertit Alphonsus Soto glosator antiquus
super d. regula in fine, vbi etiam paulò ante dicit quod
illa clausula † ponitur ad iustificationem Ecclesiæ. Vnde 40
nec ista secunda pars regulæ facit *ad* punctum, est enim
intelligenda quando aliqui contrahunt in gradu prohi-
to, & concurrit insimul raptus, & scienter matrimo-
nium fuit contractum Ioannes à Kochier *super hac re-
gula in fine*, vbi postquam arbitrio commissarij ege-
rint pœnitentiam, dispensatur cum raptore, & rapta,
& facta † dispensatione omnes pœnæ legales cessabunt, 41
vt videtur innuere Gloss. *in cap. cum de puellis 36. quæst.
2.* vel est intelligenda hodie etiam quando cessante con-
tractu matrimonij in gradu prohibito raptores contrahe-
rent matrimonium non posita rapta in loco tuto con-
tra formam Concilij, quod vt dixi in hoc casu annullat
matrimonium; vel secundum aliquos, dicta regula
posset intelligi, quando quis rapuit sponsam † de futuro 42
alicuius, vel vxorem, cum qua aliqui tenent etiam de-
functo viro non posse matrimonium contrahi, itaut si
contrahatur sit irritum per *cap. statutum 27. quæst. 2.* qui
tamen intellectus non placuit Dominis, quia secundum
communem sententiam seruata forma *d. cap. fin. de rapt.*
& hodie Concilium Trid. *dicta sess. 24 cap. 6. de reform.
matr.* ipsum † matrimonium esset validum; vt fuit latè 43
deductum coram me *in causa Parmen. status 30. Martij
præteriti*.

Sed admisso sine veri præiudicio; quod regula esset in-
telligenda de matrimonio contrahendo, non autem so-
lum de contracto, nihilominus cum hoc sit speciale † in 44
casu raptus, in alijs casibus ius commune debet censeri
in contrarium Bald. *cons. 382. in quæst. numer. 7. vers. cum
igitur lib. 5.* Corn. *cons. 18. num. 9. lib. 2.* Angel. *cons. 183.
in fin.* Anchar. *cons. 203. in fin.* Roman. *cons. 86. numer. 12.
vers. tertia quia*, Abb. *cons. 79. in princ. lib. 1.* quod ma-
ximè procedit in casu isto, quia statim post dictam regu-
lam immediatè fuit posita alia regula *de dispensationibus
super defectu natalium*, in qua nihil dicitur, & propterea
illud ius speciale in materia raptus non debet trahi in
consequentiam ad legitimationem, cum non sit † lici- 45
tum arguere de vno ad aliud Castren. *cons. 97. num. 3. in
fin. vers. nec obstat lib. 3.* Guidop. *decis. 473.* vbi quod si est
ius speciale in certo casu sequitur quod in contrarium est
ius

46 iûscommune † extrà illum, & quod ita fuit determina-
tum Abb. *in d. conf. 79. in princ. lib. 1.* Vnde sequitur
quod cum nec de iure communi, nec de stilo Curiæ vt pa-
tet ex modo dictis, esset facienda mentio dictæ machi-
nationis, cum non fuerit facta ad effectum contrahendi
47 matrimonium, illa taciturnitas † non vitiet, etiam quod
clausulæ legitimationis non essent amplissimæ ex alle-
gatis in decisione in hac causa facta, quibus potest addi
Ioan. Salas. *de legib. disput.* 20. *sect.* 15. *§. quartum du-
bium*, *&* Basilius Pontius de Leon *de matr. lib.* 8. *cap.* 17.
§. 4. in fin.

Et ita per omnes Dominos resolutum negotio maturè discussso, & benè consideratis obiectis, licet de hoc fuerit actum in relationibus causarum &c.

* Est decisio 100. supra in hac parte, vbi etiam habes duas alias decisiones nempe 8. Ianuarij 1627. & 25. Iunij eiusdem anni coram eodem Reuerendiss. Coccino, sunt decisiones 36. & 93.

R. P. D. GHISILERIO.

Spoletana Fideicommissi.

Die Mercurij 7. Nouembris 1629.

ARGVMENTVM.

Neptis ex filio facit deficere conditionem, si decesserit sine filijs, & hoc maximè habet locum, quando sumus in substitutionibus temporalibus, & nulla fuit habita ratio conseruandæ agnationis.

SVMMARIVM.

1 *Substitutione facta sub conditione, si institutus decesserit sine filijs, neptis ex filio facit deficere conditionem.*

2 *Neptis ex filio, quo casu sit valde controuersum, quod faciat deficere conditionem si sine filijs decesserit.*

3 *Fœminæ cum transeant in alienam familiam, non possunt conseruare agnationem.*

4 *In substitutionibus temporalibus neptis ex filio, facit deficere conditionem, si sine filijs, &c.*

5 *Masculinum, in vltimis voluntatibus, & fideicommissis, concipit fœmininum.*

Quod procedit etiamsi pia causa sit substituta, num. 5.

6 *Agnationis consideratio maioris affectionis non militat in descendentes ex diuersa familia, quàm ex propria.*

7 *Neptes ex filio excludunt substitutum, cessante causa conseruandæ agnationis.*

8 *Regulæ est standum, donec constet de contrario.*

9 *Neptes non possunt dici, quod sint melioris conditionis, quàm filiæ, si neptes fuerint vocatæ, & filiæ exclusæ, si filiæ fuerint competenter dotatæ, & neptes non, num. 10. & 11.*

12 *Filiarum propriarum exclusionis sola coniectura non facit, vt excludantur neptes.*

13 *Filias excludere, & neptes vocare multis modis euenire potest, vt hoc testator velit.*

14 *Priuatio præsupponit habitum.*

15 *Substitutio filiorum censetur facta successiuo ordine, vt primo succedant masculi, & postea fœminæ.*

16 *Testator præsumitur se conformasse cum dispositione statuti.*

17 *Statuta exclusiua fœminarum habent tantum locum ab intestato.*

18 *Statutorum verba excludentia fœminarum important suspensiuam exclusionem, & temporalem.*

19 *Monasterium propter religiosum, excludit substitutum.*

DECISIO CCCXVII.

IVLIVS Cæsar Rosatus, institutis hæredibus in omnibus suis bonis, filijs legitimis, & naturalibus natis, seù nascituris, & eorum hæredibus, & successoribus in stirpem, reliquit filiabus fœminis pro dote scuta centum, & vnam vestem pro qualibet, cum prohibitione, quod aliud de bonis ipsius testatoris petere non possint iure successionis, & mandauit, quod si quis dictorum eius filiorum, tàm natorum, quam posthumorum moreretur quandocumque sine filijs legitimis, & naturalibus ex se natis succedat vnus alteri, & alter alteri, & eorum hæredes, & successores æqualiter in stirpem in omnibus, & per omnia, & si omnes dicti eius filij, & hæredes decederent, vt supra, eis sic decedentibus voluit, quod in medietate hæreditatis ipsius testatoris succedant supradictæ eius filiæ fœminæ natæ, & posthumæ si forent, & earum hæredes, & successores, & in medietate residui filij, & hæredes masculi q. Terentij eius fratris, & eorum hæredes, & successores, & in reliqua parte, hoc est quarta totius hæreditatis Venerabilis Confraternitas Sanctissimi Corporis Christi Terræ Vissi.

Decessit testator, decesserunt etiam filij ipsius sine filijs, excepto Hercule, qui obijt relicto Iulio Cæsare iuniore filio, & Datia, & Flauia monialibus in Monasterio S. Margaritæ de Vrbe. Tandem decessit Iulius Cæsar iunior sine filijs, & propterea constare de fideicommisso Iulij Cæsaris senioris, ad fauorem Confraternitatis, & litis consortium, fuit resolutum coram R. P. D. meo Vbaldo 27. Nouembris 1628. * & 30. Aprilis 1629. * non vocatis supradictis Monialibus, quæ tamen in commistione erant comprehensæ, & de qua in Summario numer. 7. prætendentes se fuisse vocatas ad fideicommissum, obtinuerunt ad earum fauorem responderi hac die coram R. P. D. meo Vbaldo Ponente, qui cum non potuerit dictæ resolutionis rationes extendere propter eius discessum ab Vrbe, fuit hoc onus mihi in hac causa suffecto impositum.

Moti sunt Domini, quia regula generalis iuris pro di-
ctis fœminis assistit, vt scilicet in † substitutione facta 1
sub conditione, si institutus decesserit sine filijs, neptis
ex filio faciat deficere conditionem *ad text. in l. 1. C. de
condit. in sert. l. si quis ita, ff. de testam. tutel. l. si ita scri-
ptum, ff. de legat.* 2. Fusar. *quæst.* 402. *num.* 1. Cephal. *conf.*
306. *num.* 3. *&* 433. *num.* 2. Decian. *conf.* 12. *num.* 1. *lib.* 2.
Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *cap.* 14. *per tot.* Rot *in
recent. decis.* 316. *num.* 2. *par.* 1. *secundum* Greg. XV. *dec.*
314. *num.* 1. Seraph. *decis.* 880. *num.* 1. & licet in casu quo
pater habens filios, & filias, filios dumtaxat hæredes
instituens, facta substitutione sub conditione, si de-
cesserint sine filijs, sit maximè controuersum, an † ne- 2
ptis ex filio faciat deficere conditionem. Attamen Domi-
ni distinguendo resoluerunt, quando testator vocat mas-
culos, vt bona in agnatione conseruentur per fœminam
non deficere conditionem, † quæ non potest agnationem 3
conseruare, cum in aliam familiam transeat. Ruin. *conf.*
149. *num.* 4. *lib.* 2. Soccin. Iun. *conf.* 1. *num.* 44. *lib.* 1. Pa-
ris. *conf.* 40. *num.* 43. *lib.* 2. Crauet. *conf.* 206. quando verò
agitur de substitutionibus temporalibus, in quibus nulla
habetur ratio conseruandæ agnationis, sententiam affir-
matiuam veriorem censuerunt, † nempè neptem exclu- 4
dere substitutum, quia habet pro se regulam super fir-
matam, hanc sententiam tenent Molin *de primog. lib.* 3.
cap. 5. *num.* 51. Pinell. *in l.* 3. *numer.* 24. *C. de bon. matern.*
Couarr. *in cap.* Rainaldus *in princ. num.* 2. *de testam.* &
alij plures relati per Fusar. *vbi supra num.* 26 *qui num.* 27.
attestatur Doctores tenentes contrariam opinionem loqui
quando de conseruanda agnatione tractatur, & ita
pluries fuit resolutum in Rota coram Seraph. *decis.*
880. *coram* Mantic. 305. *&* 351. *& in recent.* 316.
part. 1. & latè in *Florentina de Guidacijs* 21. *Febr.*
& 21. *Iunij* 1628. *coram Reu. Pat. Dom. meo Dunozetto.*

Nec potest dubitari quod in fideicommissis, & vltimis
voluntatibus masculinum † concipiat fœmininum, quan- 5
do vt hic de contraria testatoris mente non apparet, *l. Lu-
cius §. quæsitum*, ibi, nisi aliud sensisse testatorem probe-
tur, *ff. de leg.* 3. cum alijs per Fusar. *de substitut. qu.* 311.
nu. 106.

nu. 106. Honded. conf. 57. num. 25. lib. 1. qui in terminis
neptis plures eumulat num. 44. secundum Greg. XV.
decis. 514. & seqq. vbi Adden. num. 16. Rota decis. 316.
num. 3. part. 1. recent. Idque procedit etiam si pia cau-
sa fuerit substituta ex Bald. Castr. & Corn. in leg. cum
acutissimi, C. de fideic. Alex. in l. ex facto, §. si quis
rogatus il primo, ff. ad Trebell. Soccin. Sen. in l. cum
Auus, num. 86. vers. quintus casus, ff. de cond. & de-
monstr. docet compluribus relat. Pinell. in l. 5. numer. 26.
C. de bon. matern. & ita consuetudo tenuit Fusar. d. q. 402.
num. 104.

Supradicta facilius procedunt pro comprehensione fœ-
minarum cum non appareat testatorem prospexisse ad
conseruandam agnationem, nullibi enim in testamento
legitur, voluisse bona conseruari in familia, sed vocauit
6 alios extraneos diuersæ familiæ, & agnationis in † quos
non militat consideratio maioris affectionis, quàm in
descendentes ex sua familia, Alciat. cons. 35. num. 5. lib.
9. Gabr. cons. 97. num. 6. vol. 1. Cessante igitur ratione
7 conseruandæ agnationis, † nulli dubium est quod ne-
pres substitutum excludunt Mantic. de coniect. lib. 11.
tit. 14. in fin. Crass. in §. fideicommissum, quæst. 35. numer.
5. vbi plures adducit de magis communi veriori & æquio-
ri, & vbi etiam res dubia videretur pro fœminis, contra
substitutum est pronunciandum latè Bursatt. cons. 300.
num. 40. & seqq. Honded. d. cons. 57. in fin. Fusar. d. q. 402.
num 19. vbi quod contra regulam, quæ stat pro fœmina
substitutus grauatur duriore onere probationis, est
8 enim standum † regulæ donec constet de contrario Bart.
in l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ierit, & ibi Ias. numer. 3.
Couar. lib 2. var. resolut. capit. 14. numer. 4. Cephal.
cons. 469. num. 5. Mascard. de probat. conclus. 1261. num.
2. ad med.

Non obstat quod in hoc casu neptes essent melioris con-
ditionis, quàm ipsæ filiæ testatoris; Quia respondetur
9 filias fuisse † dotatas, & hoc prætextu exclusas, quæ ra-
tio non militat in neptibus, Honded. d. cons. 57. num. 62.
10 quia neptes † positæ in conditione nihil recipiunt ex te-
stamento aui, sed eis dicitur præseruatum ius succedendi
ab intestato, iuxta glos. communiter approbatam in l. Lu-
cius la seconda, ff. de hæred. instit. Corn. qui de commu-
ni testatur consil. 124. num. 12. lib. 2. & communem di-
11 cit Alex. cons. 38. num. 10. lib. 6. vnde † cum filiæ fue-
rint à testatore competenter dotatæ, neptes verò nihil ab
eo consecutæ fuerint non potest dici, quod neptes fuerint
magis dilectæ, & melioris conditionis, quàm sint filiæ,
& quamuis ipsas excluserit contemplatione fratrum, non
inde sequitur eorum contemplatione voluisse excludere
neptes contemplatione aliorum extràneorum diuersæ
agnationis, & familiæ, Seraph. 1516. numer. 10. so-
12 la enim coniectura † exclusionis propriarum filiarum non
facit vt excludantur neptes, Mantic. de coniect. vlt. vo-
lunt. lib. 11. capit. 14. Seraph. decis. 880. numer. 5. vltra
13 quod multis modis † euenire potest, vt testator velit ex-
cludere filias, non verò neptes ex filijs, tradunt Molin. &
Pinell. vbi sup.

Nec obstat quæ dicuntur de exclusione, quod istæ mo-
niales fuerint exclusæ à Iulio Cæsare iuniore filio Hercu-
lis, cum non applicentur, quia extantibus masculis ex
verbis testatoris fœminæ non admittuntur, & propterea
14 non possunt † dici exclusæ cum eis nulla vnquam fuerit
delata successio, & cum testator primo vocauerit mascu-
los, & in eorum defectum fœminas; Ideo substitutio cen-
setur facta ordine successiuo, vt primò succedant masculi,
15 † deinde fœminæ, nam testator non intellexit fœminas sim-
pliciter excludere, sed illis masculos præferre, Ruin. cons.
154. num. 3. lib. 2.

Neque obstat statutum exclusiuum fœminarum, cum
16 quo † censetur testatorem se voluisse conformare, quia
statutum procederet, vbi cessaret vocatio testatoris, sed
cum istæ neptes fuerint apertè inclusæ in vocatione ex de-
ductis, exclusio statutaria non suffragatur, cum huius-
17 modi † statutum locum tantum habeat ab intestato,
præsertim quando præseruantur testamentariæ dispossi-
tiones. Anchar. cons. 300. & licet statutum non ha-
beat verba suspensiua, tamen excludit superstitibus
18 masculis, quæ verba † important exclusionem suspensi-
uam, & temporalem ex Abb. cons. 92. ad fin. lib. 2. Gabr.
de statut. concl. 4. nu. 41.

Quod autem Daria, & Flauia sint in substitutione po-
sitæ constat ex illis verbis relatis in codicillis, ibi, & eo-
rum hæredes, & successores filias ex eis descendentes, &c.
ex quibus constat reciprocam substitutionem omnes de-
scendentes ex filijs substitutis comprehendere, & quod † 19
Monasterium propter religiosum præferatur substituto est
text. expressus in cap. in præsentia de probat. vbi notant
Doct. omnes.

Et ita vtraque parte, &c.

* Sunt decisiones 216. & 269. supra in hac parte, & infra
par. 2. habentur aliæ, vt notauit ad decisionem 312. co-
ram Reuerendiss. P. D. meo Merlino Decano, quæ est in
eadem causa. Et in parte 3. adest alia sub die 28. Ianuarij
1636. coram Illustriss. D. Patriarcha Constantinopolita-
no, est decisio 92.

R. P. D. QVEIPO.

Triuentina Beneficij.

Die Lunæ 12. Nouembris 1629.

ARGVMENTVM.

Beneficiorum vnio, quando sit permissa, & an assertioni Episcopi stetur circa causam vnionis. Capituli consensus in vnione vtrum requiratur in ipso contractu, & an sufficiat, quod ex interuallo subsequatur, quæ sententia est valde inter Iuris interpretes conuersa, & est materia brocardica. Vera tamen est, quod sufficit ex post facto.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum suppressio sine causa est à iure interdicta.*

2 *Vnio beneficiorum nisi ob euidentem vtilitatem, vel necessitatem est permissa.*

3 *Assertioni actum gerentis, circa interuentum causæ, in actibus sine ea prohibitis, fidem non adhibetur.*

4 *Episcopus non debet in genere exprimere causam alienationis rerum Ecclesiæ, sed in specie, alias eius assertioni non statur, nu. 13.*

5 *Iuspatronatus non acquiritur, etiam si adsit consensus Ordinarij ex augumento dotis Ecclesiæ ædificatæ, & consecratæ.*

6 *Iuspatronatus non acquiritur ex dotatione Ecclesiæ depauperatæ.*

7 *Ecclesia libera non potest subijci iurispatron. alicuius, nec etiam per Episcopum.*

8 *In alienatione totali rei Ecclesiæ de iure communi Pontificia auctoritas desideratur.*

In Ecclesiæ submissione, & seruitute ad fauorem laycorum requiritur omninò Papæ auctoritas, num. 8.

9 *In Ecclesiæ submissionibus ad fauorem laycorum, est cautius agendum, quàm in alijs alienationibus.*

10 *Dotalium rerum hypotheca est prohibita, etiam consentiente vxore.*

Dotalium rerum alienatio est permissa consentiente vxore, num. 10.

11 *Ingenuus non possit se subijcere seruilibus operibus.*

12 *Episcopi assertioni circa ea, quæ vidit in visitatione an stetur.*

14 *Episcopi assertioni in visitationibus plenè credendum non est, licet plurimum sit deferendum.*

15 *Capituli consensus in vnione est solemnitas propter vtilitatem Ecclesiæ desiderata, ided; non solum Capitulum, sed quilibet alius potest de eius defectu, si non interfuerit, opponere.*

16 *Capituli consensus in vnionibus non fuit inductus in eius*

eius fauorem , sed pro forma , & solemnitate.

17 Vnio facta absque consensu Capituli est nulla.

18 Vniones inter species alienationum perpetuarum enumerantur.

19 Alienatio rerum Ecclesiæ non est interdicta fauore Capituli , vel Clericorum , sed fauore , & intuitu Ecclesiæ , num. 17.

21 Duo , quando æquiparantur , tunc eadem ratio in eiusdem militat.

22 In alienationibus perpetuis rerum Ecclesiæ consensus Capituli , & auctoritas exigitur.

23 Actus , si lege caueatur , quod non possit geri sine consensu talis personæ , tunc requiritur per modum solemnitatis talis consensus.

24 Capituli ratihabitio in alienationibus perpetuis rerum Ecclesiæ , non habet locum.

25 Capituli consensus in alienationibus temporalibus rerum Ecclesiæ , sufficit vel tacitus , vel expressus , & ex post facto.

26 Capituli tractatus in alienationibus rerum Ecclesiæ est necessarius pro forma , & solemnitate.

27 In Alienatione rerum mobilium minorum , si sint dictæ res prætiosæ , requirantur eædem solemnitates , quæ adhibentur in alienatione immobilium , & num. 28.

29 Capituli consensus in alienatione rerum Ecclesiæ non requiritur vti personæ interesse habentis , sed solum tamquam solemnitas.

30 Episcopi auctoritas in alienationibus rerum Ecclesiæ in ipso actu interuenire debet , & non sufficit , quod accedat postea.

31 Alienatio rerum Ecclesiæ sine consensu Capituli potest a quolibet cuius interest impugnari.

32 Alienatio rerum Ecclesiæ sine consensu Capituli conualescit ex consensu postea superuenienti.

Et d. alienatio valet ex nunc , non verò ex tunc , num. 29.

33 Quod procedit in ratificatione cuiuslibet actus ab initio nulliter celebrati nisi contrarium sit in iure expressum , num. 34.

35 In ratificatione omni per quam actus incipit valere ex nunc , requiruntur omnes solemnitates , quæ à principio desiderabantur.

36 Ratificatio mulieris , & minoris easdem solemnitates exigit , quæ sunt necessariæ in celebrando contractu de nouo.

37 Contractus à pupillo , vel minori sine debita solemnitate celebratus licèt sit nullus , claudicat tamen ex parte pupilli , in cuius arbitrio stat recedere , nec ne.

38 Tamen alteri parti ab illo contractu inuito pupillo recedere non licet.

39 Alienatione rerum Ecclesiæ nulla ex defectu solemnitatum , Ecclesia tantum , & non altera pars potest illam impugnare.

40 Vnio simpliciter non est nulla defectu consensus Capituli , si Capitulum prædictum defectum non opponat.

42 in Vnionibus consensus Capituli potest ex post facto interuenire , licet materia ista sit valde controuersa , & brocardica , num. 41.

43 Episcopi auctoritas , & consensus in alienatione iurispatronatus desiderata , potest ex post facto interuenire.

44 In decimarum alienatione sufficit consensus Episcopi ex post facto interuenire.

45 Actus ab initio nullus conualescit ex qualitate necessaria postea superueniente.

46 Testamentum nullum ob præteritionem filij , mortuo filio in vita patris , conualescit de iure prætorio.

47 Testamentum patris vt valeat , essentialiter requiritur institutio , vel exhæredatio filij existentis in potestate.

48 Solemnitatibus in contractibus ad fauorem alicuius introductis ille solus potest opponere de earum defectu.

49 Lex quælibet habet duplicem finem intentionis , scilicet , & executionis.

50 Beneficio pro aliquo à lege introducto , potest renunciari , nisi sit prohibitus hoc facere.

51 Text. in l. iubemus nulli C. de sacr. sanc. Eccles. intellectus.

DECISIO CCCXVIII.

CAVSA iterum proposita , cum decisio facta sub die 18. Maij præteriti * duas partes continent , quarum prima causas vnionis secunda verò consensum capituli respicit , Dominis , quoad primam partem in decisis standum esse placuit , nam cum † beneficiorum suppressio sine causa à iure sit interdicta *capit. ex parte de constitut.* & per vnionem , nisi ob euidentem necessitatem , † vel vtilitatem Eccl. non sit permissa *capit. exposuisti de præben.* & ibi DD. *capit. pastoralis de donationibus clem. si vna de reb. Eccles.* & tradunt Oldrad. *cons.* 261. Rebuff. *in tract. de vnion. numer.* 38. Azor. *institut. moral.* 2. *pars. lib.* 6. *cap.* 28. *q.* 4. quorum vtrumque in vnione , de qua agitur , deficit , nam Ecclesiam S. Mariæ de Saletto congruente dote frui extat , probatur in Summario Petri , vt in decisione notatur.

1

2

Neque obstat assertio Episcopi in vnione asserentis redditus præd. Ecclesiæ defecisse , tum quia absque præd. causa non erat vnio permissa Episcopo , ideò succedit *doctr.* Bart. *in l. si forte ff. de Castren. pecul.* docentis † assertionem agentis circa interuentum causæ nullam fidem facere in actibus absque causa fieri prohibitis , sequitur Rota apud Cardin. Cauaserium *decis.* 439. *numer.* 6. Tum quia in genere tantum , non † verò in specie Episcopus causarum relationem in vnione fecit , quo casu eius assertioni standum non esse communiter traditur per textum in *l. qui Testamentum ff. de probat. l. cum quis , §. Titia , ff. de leg.* 3. *l. fin. ff. de exercit. act.* & ibi docet Bald. Castr. & Alexand. *in l. si donatione , C. de collat.* Tiraq. *in l. si nunquam verb. donat. largitus nu.* 93 Gars. *de nobilit. glos.* 2. *n.* 17. & in terminis vnionis docet Oldr. *cons.* 262. *nu* 4. Capuraq. *decis.* 350. *nu.* 30. *par.* 3. & *cum plur. relatis* Gars. *de benef. par.* 12. *cap.* 2. *nu.* 126.

3

4

Præcipuè quia in beneficijs simplicibus dos non desideratur , vt in decisione firmatur , & licet admitteretur propter paupertatem illorum vnionem posse fieri , hoc procederet vt beneficia libera remanerent , non verò vt iurispatronatus subijcerentur , quia ex † augumento dotis 5
Ecclesiæ ædificatæ , & consecratæ non acquiritur iuspatron. etiam cum consensu ordinarij , *glos. in capit. piæ mentis* 16. *quæst.* 7. *vbi* Archid. *num.* 3. & 4. Turrecrem. *num.* 6. Abb. *cons.* 59. *num.* 3. & *cons.* 106. *num.* 4. *lib.* 2. Federic. de Sen. *consil.* 234. *ad fin.* Rocch. *de iurepat. verb.* & *dotabit q.* 2. *num.* 4. & *q.* 3. Lambert. *eodem tractat. lib.* 1. *par.* 1. *q.* 6. *art.* 1. *num.* 1. & 2. & *art.* 2. *num.* 11. & *fuit resolutum in Lunen. Sarzanen. beneficij* 1599. *coram bon. mem. Card. Millino* ; quod procedit etiam quod Ecclesia fuerit † depauperata , Card. *in c. quoniam , q.* 1. *de iurep.* Rocch. 6
vbi supra verb. pro eo quæst. 3. *num.* 5. Rot. *decis.* 528 *num.* 2. & *decis.* 457. *num.* 18. *par.* 1. *diuers.* & fuit dictum in *præallegata Lunen. Sarzanen. beneficii.* Et ratio est , quia Ecclesia libera non potest subijci † iuripatronatus alicuius , nec etiam per Episc. Abb. *d. consil.* 106. *numer.* 4. *part.* 2. Rot *vbi sup. q.* 16. *num.* 34. Staphil. *de Liter. Grat. tit. de modo , & form. impetr. §. sequitur videre num.* 3. *et* 4. Bero. *cons.* 4. *num.* 33. *lib.* 1. Rota *in Albanen. iurispat.* 17. *Maii* 1595. *coram bon. mem. Penia , et in Nicolana beneficij* 19. *Ianuarii* 1594. *coram bon. mem. Card. Arigonio per textum optimum in cap.* 2. *Ibi bona immobilia , seu Iura ipsarum Laycis submittere ; subiicere , seu supponere absque Capituli sui consensu , et Apostolica Sedis licentia speciali de reb. Eccles. non alienan. lib.* 6. nam cum in totali † alie- 8
natione rei Ecclesiæ iure communi Pontificia auctoritas desideretur in subiectione , & seruitute super ipsis rebus ad laycorum fauorem imponendu , multò magis specialis Pontificia auctoritas exigi debet , vt *in d. capit.* 2. nouiter fuit constitutum , nam vt ibi notat *glos. verb.* speciali in talibus † submissionibus maius periculum vertitur , & 9
ideò cautius quàm in alijs alienationibus est agendum *l.* 1.

§. sed

§. sed & si quis, ff. de Carbon. edit. cap. quiescamus 42. d.
10 *cap. vbi periculum de elect.* eaque ratione lege Iulia † re-
rum dotalium fuit hypotheca interdicta etiam volente
vxore quamuis alienatio vxore consentiente permissa re-
maneret, vt traditur in *princ. instit. quib. alien. licet vel non,*
& ibi *Theophil. rationem reddidit, quam sequitur* Barbos. *in*
l. 1. 5. par. num. 1. ff. sol. matrim. & in eo, qui cum ingenuus
11 remaneret seruilibus † operibus se subiecit, tradit *text.*
in l. si quis pro eo 56. in princ. ff. de fideiusso. & ibi nota-
runt Bart. *& reliqui* Doct. & Couar. *in capit. quamuis pa-*
ctum 1. par. §. 2. n. 3. Sarmient. *lib. 1. select. c. 3.* Forcarulus
in Necyomantia Iuris Dial. 55. Canon. lib. 6. comment. cap.
6. num. 12.

Minus obstat circa causas Episcopi assertio in qua præ-
12 dicta vnio fundatur, cui † esse credendum, vt patefacta
in visitatione tenet Rot. apud Cæs. de Graff. *decis. 5. de*
reb. Eccles. non alien. & coram Caualerio d. decis. 439. num.
8. Seraph. *decis. 1272. num. 3.* nam respondetur dictam as-
13 sertionem in genere non in specie † emissam fuisse, vt op-
portebat vt supra dictum est, tum etiam quia *decis.*
Cæs. de Graff. procedit in solemnitatibus, non verò in
causis vnionis, vt notatur in supradicta decisione Caua-
lerij, vel in vnione præterita non verò in ipso actu visi-
tationis facta, vt in præallegata decisione 439. maxi-
14 mè quia nullibi traditur assertioni † Episcopi in visitatio-
nibus plenè credendum, sed dumtaxat plurimum es-
se deferendum, *C.* Seraph. *decis. 1026. num. 3.* Rot. *decis.*
233. sub num. 2. par. 2. recent. Ludouis. *decis. 482. num. 6.*
& ex testibus pro parte Petri examinatis de congrua dote
Ecclesiæ S. Mariæ de Saletto visum fuit Dominis suffi-
cienter constare.

Circa secundam partem decisionis, quamuis conclu-
sionem in ea firmatam admittere videatur, Rot. apud
Illustriss. Card. Pamphilium *decis. 455. num. 5. part. 2.*
recent. dum docet consensum Capituli esse solemnitatem
15 propter Ecclesiæ † vtilitatem desideratam, & ideò non
solum Capitulum, sed quemlibet alium cuius interfuerit
posse de eius defectu dare, vt traditur in illis verbis, *Et*
cum solemnitas huiusmodi consensus fuerit inducta fauore
Ecclesiæ de eius defectu nedum Capitulum, sed etiam
quilibet alius cuius interest opponere potest ex adductis
in causa Vercellen. vnionis 26. Aprilis 1610. coram
Illustriss. Cardin. Lancelloto, & eandem sententiam se-
quutus est Garz. *de benef. par. 12. cap. 2. num. 164.* in il-
lis verbis, *Sed hæc intelligentia mihi non probatur, nam*
consensus Capituli in vnione, non tam fuit introductus in
eius fauorem cum de eius præiudicio non agatur, quam
pro forma & solemnitate ne passim, & temerè fiat ad
trad. per Simoncell. *de decretis in præfat. numer. 54.*
& in terminis quod consensus Capit. in vnione requi-
ratur à lege per modum solemnitatis docet Bursat. *d.*
cons. 185. numer. 14. lib. 2. hactenus Garz. Et quod consen-
16 sus Capituli in † vnionibus non fuerit inductus in eius
fauorem, sed potius pro forma, & solemnitate tradit
cum pluribus relatis Riccius *in praxi fori Ecclesiast. de-*
cis. 487. numer. 2. in illis verbis: *Nam consensus Capituli*
in vnione non fuit introductus in eius fauorem, cum de eius
præiudicio non agatur, sed potius pro forma, et solem-
nitate ne passim et temerè fiat secundum Simoncell. *de de-*
cretis in præfat. numer. 54. Bursat. *consil. 185. numer.*
14. vol. 2. Rub. *cons. 17. numer. 4.* Bondig. *cons. 60. nu.*
7. Merenda *cons. 17. num. 5. & 8. hactenus Riccius qui*
ibidem num. 1. docet de defectu prædicti consensus quem-
libet cuius interest opponere posse in illis verbis, *Vnio fa-*
17 *cta absque † consensu Capituli est nulla, cum et for-*
ma non seruatur, Bald. *cons. 322. vol. 1.* Soc. *cons. 15.*
num. 15. vol. 1. et hæc nullitas poterit opponi à quocunque
cuius interest Rot. *diuers. decis. 247. num. 5. part. 5. hacte-*
nus Riccius.

18 Et cum vniones inter † species alienationum perpe-
tuarum enumerentur secundum *text. expressum in cap.*
tua in fine de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capit.
& colligitur *ex Clem. 2. de reb. Eccles. non alienan.* vide-
tur quod alienatio rerum Ecclesiasticarum non sit fauore
19 Capituli, aut Clericorum interdicta, † sed fauore & in-
tuitu Ecclesiæ dumtaxat secundum *text. in auth. de*
non alien. §. non igitur et in l. iubemus nulli 14. ibi *neque*
si omnes cum religioso Episcopo, et œconomo Clerici in
earum possessionem alienationem consentiant, C. de Sa-
crос. Eccles. vbi glos. verb. consentiant notauit non fa-
20 uore Clericorum, † sed Ecclesiæ alienationem fuisse
prohibitam in illis verbis, *quia Eccles. est non eorum fa-*
uor, & ibi quædam additio in illis verbis, *sed hoc ne res*
alienantur non est inductum in fauorem eorum, sed in fauo-
rem Ecclesiæ, quæ additio mouetur per eundem *text. in*
vers. vt sicut, in illis verbis, *Vt sicut ipsa religionis,*
et fidei mater perpetua est, ita eius patrimonium iugi-
ter seruetur illæsum. Nam æquiparantur illa duo, † 21
quare æqua ratio militare videtur ex traditis à Cassad.
decis. 6. numer. 8. de Iurep. Anton Gomez *in l. 24. Taur.*
num. 1. vers. ex quo notabiliter Solis *de censibus lib. 3. c.*
3. num. 7. ex quibus iuribus desumptus est *text. in capit.*
nulli de reb. Eccles. non alienan. vt testatur *glos. fin. ibi et*
Cuiac. *in dicta nouella de non alienan.* Ant. Aug. *in scho-*
lijs ad primam Collectionem decretalium capit. 4. tit. de
rebus Eccles. non alienan. et notabit Castill. *de vsufr. cap.*
54. num. 4. & in alienationibus perpetuis rerum † Ec- 22
clesiarum consensum Capituli pro forma, & auctoritate
exigi, & ex post facto interuenire non posse, tenet Abb.
in capit. ea noscitur num. 3. de his quæ fiunt à Prælat. &
sequitur cum alijs relatis, Redoan. *de reb. Eccles. fol.*
182. num. 1. ibi, *Iste consensus Capituli, vel alterius per-*
sonæ debet secundum aliquos in ipso actu præstari, et
non ex interuallo per D. Anton. *in cap. cum nos de his,*
quæ fiunt à Prælat. Nam † quando lege cauetur quod 23
actus non possit geri sine consensu talis personæ, vel Capi-
tuli, tunc consensus requiritur per modum solemnitatis,
& sic pro forma, aliàs actus erit nullus nisi in ipso actu in-
teruenit, & num. 17. ibi & ratio quare in alienatione per-
petua non habeat locum † ratihabitio videtur dari per Ab- 24
batem *in cap. cum nos eodem tit. ibi dicunt DD. quod præ-*
dicta Iura possunt intelligi in concessione ad tempus fa-
cta, nam in alienatione perpetua non videtur, quod
habeat locum ratihabitio propter necessitatem proceden-
tis tractus, & hoc fuit vltimum dictum Innocent. & per
Abbatem, *ibi & num. 24.* ibi, *Vnde per hoc in aliena-*
tionibus poterit † dici vel tacitus, vel expressus con- 25
sensus, & post factum haberi poterit, secus in alienationi-
bus perpetuis, vt per Abbatem *etiam in cap. ea noscitur de*
his quæ fiunt à Prælat. Et quod tractus † Capituli sit ne- 26
cessarius pro forma, & auctoritate actus, & ex post facto
non possit interuenire tenet *glos. in cap. 1. vers. tractatus*
de rebus Eccles. lib. 6.

Idque ille text. suadere videtur, nam in alienatione ibi
relata interuenerant consensus Capituli, & tamen quia
tractatus non præcesserat neque in ipso actu alienationis
interuenerat declaratur alienationem irritam fuisse, &
suadetur ex *text. in c. tua 8. de his quæ fiunt à Prælat.* ibi,
& cum totius Clerici tractatu atque consensu, & ibi *glos.*
verb. tractata in alienatione rerum mobilium; & etiam
quando res † mobiles prætiosæ alienantur exigit ean- 27
dem solemnitatem, quæ de iure in rerum minorum alie-
natione desideratur in illis verbis: *Et hoc immobilibus,*
vel mobilibus prætiosis quia si sint pretiosa, necessaria
est solemnitas, C. de administ. tutor. l. lex quæ & suadetur
etiam ex textu in capit. sine exceptiones 52. 12. q. 2. in
illis verbis, *Et cum totius Cleri tractatu atque consensu*
id eligat, & ibi *glos. ver. pro futurum vers. hoc suas,*
ibi *quodlicet omnes Clerici consentiant, si tamen non*
obseruatur forma alienationis, alienatio nulla est, & ex
text. in capit. 2. ibi *seu aliàs alienando in forma, & casi-*
bus à iure permissis de reb. Eccles. non alien. l. 6. vt no-
tauit Couar. *lib. 2. var. capit. 17. num. 2.* quam senten-
tiam admittit Butr. *in capit. cum nos num. 5.* de his, quæ
fiunt à Prælat. & in ea præcipuè patrocinatur suam cau-
sam, Soccin. Sen. *cons. 15 num. 31. vol. 5.* Et in alienatio-
nibus † perpetuis eandem sententiam cum pluribus re- 28
latis tenet Rebuff. *in compend. alienationum, num. 15. &*
cum pluribus Bursat. *cons. 285. numer. 14. lib. 2.* & quod
in prædictis alienationibus consensus Capituli non re-
quiratur pro eius interesse, sed pro solemnitate firmauit
Rot. apud Seraph. *decis. 538. num. 2.* in illis verbis, *&*
quamuis requiratur eo casu consensus Capituli, tamen † 29
non requiritur vti personæ interesse habentis, sed solum
tanquam solemnitas, vt colligitur ex traditis per Franc.
in cap. 1 num. 16. de rebus Eccles. non alienan. & declarat
Rebuff. *de reb. Eccl. non alienan. In primo & tertio requisi-*
to, & firmauit etiam Rota apud Mantic. *decis. 112. nu.*
5. ibi *nec sufficit quod † auctoritas Episcopi postea accesse-* 30
rat, quia debet in ipso actu interuenire non ex interuallo
arg. legis obligari, §. Tutor, ff. de auct. tutor. Dec *in d.*
cap. cum accessisset num. 9. aliàs 38. & 40. de constit. In
eam-

eamque sententiam videtur, tex. in cap. si quis presby-
31 terorum 6. §. fin. de reb. Eccles. docens † alienationem
sine consensu Capituli factam quemlibet, cuius in-
tereit impugnare posse, & ibi notauit glos. verb. perso-
nis, Bald. & Cin. in l. iubemus nullis 14. §. sanè num. 3. C. de
sacros. Eccles.

Et quamuis alienationem sine consensu Capituli fa-
32 ctam conualescere ex consensu † postea superuenienti
à pluribus receptum sit, vt infra dicetur, admittunt ta-
men contractum illum ex nunc, non verò ex tunc vale-
re, vt tenet glos. in cap. 1. verb. tractatus vers. in aliena-
tione de reb is Eccles. lib. 6. Soccin. Sen. d. cons 15. num.
33 39. & in ratificatione † cuiuslibet actus ab initio nulli-
ter celebrati tradit pro reg. Butr. in cap. cum nos numer. 5.
vers. sed est differentia de his, quæ fiunt à Prælat. Bart.
in l. obseruare numer. 4. ff. de offic. pro conc. Surd. decis. 69.
num. 15 Honded. cons. 38 num. 19. Redoan. vbi supra nu-
mer. 24. Rot. decis. 557. num. 3. par. 1. rec. nisi contrarium
34 † sit in iure expressum, vt in cap. cura de Iurep. & in c.
cum nos de his, quæ fiunt à Prælat. cum alijs quæ sic in-
telliguntur à Rebuff. in tract. alienat. rer. Eccl. numer. 15.
Socc. Sen. in d. cons. 15. nu 44. vers. ad aliam lib. 1. propter
rationem traditam à Butr in d. cap. cum nos num. 5.

Per hoc tamen sententia supra relata nullatenus lædi-
35 tur, tum quia in omni ratificatione per quam † actus
incipit valere ex nunc idest à tempore ratificationne, non
verò ex tunc quando actus fuit celebratus, omnes so-
lemnitates, quæ à principio fuerunt desideratæ debent
interuenire, vt tenet Rota apud Ludouis. decis. 395.
per tot. vbi numer. 12. plures refert auctores, & cum plu-
ribus relatis, Surd. cons. 364. numer. 45 Thom. Sanchez
36 de matrim. lib. 2. disput. 37 numer. 11. & ideò † ratifica-
tionem mulieris, & minoris easdem solemnitates exige-
re, quæ sunt necessariæ in celebrando contractu de nouo
testatur, Rota coram Ludouis. decis. 473. & coram Sera-
phin. decis 1242. numer 2. atque ità secundum istam sen-
tentiam, consensus Capituli adhibitus per modum rati-
ficationis concurrit cum cæteri solemnitatibus tempore
quo contractus incipit habere vires.

37 Tum † quia sicut contractus à pupillo, vel adulto
sine debita solemnitate celebratus licet sit nullus, claudi-
cat tamen ex parte pupilli in cuius arbitrio est, vel rece-
dere propter nullitatem, vel persistere si voluerit, cum
38 tamen alteri parti † ab illo contractu inuito pupillo, vel
adulto recedere non sit permissum l. pupillus §. 1. ff. de
auct. tutor. l. Iulianus, § si quis à pupillo ff. de act. empt. l.
1. ff. de rescin. vend. & in his locis glos. Bart. & DD. Surd.
de alim. tit. 8. priuil. 56. numer. 80 Ludouis. decis. 467. nu-
mer. 5. idem obseruatur in alienatione rerum Ecclesiasti-
39 carum absque debita solemnitate celebrata, vt tenent
Cyn. & Salicet. in l. iubemus nulli, §. sanè, numer. 2. C. de
sacros. Eccles. & cum plur. relatis Pinell. in l. 1. par. 3.
numer. 33. C. de bon. mater. Surd. decis. 69. numer. 23.
Ludouis. vbi supra, & ibi adden. numer. 16. & agens de
nullitate huius alienationis, eo quod Capituli consen-
40 sus tempore contractus non fuerit † adhibitus quod po-
test Capitulum ratione prædicti priuilegij inuito altero
contrahente in alienatione persistere, notauit elegan-
ter, Butr. in dicto cap. cum nos in fin. Et in vnionibus, &
alienationibus hoc ipsum notare videtur Rota cum plu-
ribus ab ea relatis decisione 133. numer. 10. cum duobus
seqq. par. 2. diuers. vbi ea ratione, & propter dictum pri-
uilegium minoribus, & Ecclesiæ concessum traditur pos-
se Capitulum, in vnione, & alienatione absque eius
consensu facta permanere.

41 Verum his † non obstantibus dubia est hæc senten-
tia, & maximè controuersa inter Iuris interpretes, vt
fatetur Soccin. d. cons. 15. numer. 39. ibi, sed hic aduer-
tendum est quod iste articulus videtur esse aliqualiter dif-
ficilis propter varias maiorum nostrorum opiniones, &
esse materiam brocardicam fatetur Butr. vbi supra nu-
mer. 5. ibi, & ingredior materiam Brocardicam, &
DD. placuit à decisis in hac parte recedere, & contra-
riam sententiam amplecti vt in vnionibus consensus Ca-
42 pituli possit ex post facto † interuenire, & eiusdem Ca-
pituli fauore prædicto consensum à iure desiderari cum
Alexand. cons. 219. numer. 16 & 17. lib. 6. Boer. decis. 345.
num. 3. & 4. Rebuff. in reg. de vnionibus glos. 11. num. 20.
Hoied. de incompatib. benef. 2. par. cap. 3. num. 9. Azor.
instit. moral. 2. p. lib. 6. cap. 28. q. 12. in fin. & tenet Rot. de-
cis. 133. n. 9 p. 2. diuers. & decis. 455. nu. 3. p. 2. recent. Grat.
discept. forens. capit. 578. num. 32. & plures relati à Gar
de benef. par. 12. cap. 2. num 147. Ricc. decis. 198. num. 16.
par. 4. per text. in cap. cura, ibi, nisi auctoritas Diœcesa-
ni Episcopi, & consensus adsit, & ibi, aut Diœcesani Epis-
copi habuerit postea consensum, capit. suggestam 20. ibi,
aut eius assensus fuerit postea subsecutus, de Iurepatronatus,
in quibus † auctoritas, & consensus Episcopi in alienatio- 43
ne Iurispatronatus desiderata potest ex post facto interue-
nire, sicut in reliquis alienationibus rerum Ecclesia-
sticarum intuitu Capituli eius consensum desiderari,
& ex post facto posse interuenire DD. censuere per
textum expressum in capit. cum nos 3. in illis verbis,
certum est de vigore Iuris concessionem illam non tenere,
quam reclamante Capitulo per prædecessorem suum con-
stat factam fuisse nisi eam ratam postmodum, habuisset
de his, quæ fiunt à Prælat. & ibi glos. verb ratam in
illis verbis, & ita alienatio quæ de iure non tenet
ratihabitione, confirmatur, capitulo vltra 16. quæst.
1. vbi in alienatione † decimarum consensum Episco- 44
pi sufficit ex post facto interuenire, & ibi glos. verb.
consensum notabit his verbis argumentum quod ratiha-
bitio Episcopi retrotrahitur, & confirmat illud, quod
per se inualidum erat, nam frequens est in iure † 45
actum ab initio nullum conualescere ex consensu,
vel alia qualitate necessaria posteà superueniente, vt
in l. licet 56. ff. de iudic. l. licet Cod. de procur. l. 3. §.
falsos, ff. rem rat. hab. & in testamento nullo propter fi-
lij præteritionem, vt mortuo filio † in vita patris conua- 46
lescat de Iurepretorio docet text. in l. posthumus 12.
§. idem & circa ff. de iniusto rupto, & ibi Bartol. &
Castren. & Duran. capit. 3. vel consentiente filio præ-
terito, vt in l. filio præterito 23. ff. eodem titulo, vt
docent Bart. ibi num. 29. Anton. Gomez 1. tom. var.
capit. 11 num. 6. Sarmient. lib. 8. select. in l. cum patro-
no num. 4. ff. de leg. 2. Gutier. in l. nemo potest num. 139. ff.
de legat. primo, Spin. in speculo testam. in rubrica part.
13. num. 33. Conam. lib. 10. commeat. c. 4. num. 4. quam-
uis ad validitatem † testamenti institutio, vel exhæreda- 47
tio filij existentis in potestate essentialiter desideretur l.
inter cætera, ff. de lib. & posthum. text. in princ. instit. de
exhæredat. liber. nam cum huiusmodi solemnitates res-
piciant † fauorem, & vtilitatem eorum quorum interest, 48
de earum defectu illis dumtaxat opponere permissum
est ex traditis per Surd. de alim. tit. 8. priuil. 56. ex num.
8. Gratian. disceptat. forens. capit. 27. & numer. 39. &
agens de consensu Capituli in vnionibus beneficiorum, &
alienatione rerum Ecclesiasticarum optimè notauit Ro-
ta decis 133. num. 10. cum duobus seqq part. 2. diuers.
Nam cum lex † quælibet habeat duplicem finem inten- 49
tionis nempè, & executionis, & respectu primi debeat
principaliter vtilitatem publicam respicere secundum
text. sic intelligendum in capit. erit autem lex 4. d. stinct.
& respectu secundi vtilitati eorum consulat, in qui-
bus exercetur, vt post Nauar. in capit. cum minister 23.
quæst. 5. num. 28. docet Couar. in capit. quamuis pactum 2.
part. §. 1. num. 6. Matienz. in l 2. titul 2. lib. 5 recup.
glos. 3. num. 18. Barbos. in l. prima, num. 65 ff. solut. ma-
trimon. eius beneficio † possunt renunciare, ex reg. text. 50
in l. fin. C. de pact. l. si quis in conscribendo, C. de Episcop.
& Cler. l. si Iudex circumuento, ff. de minoribus, nisi
specialiter sint prohibiti, vt in l. Iulia de feud. dotal. no-
tarunt DD. proximè relati, & ita intelligi potest, † 51
text. in d. l. iubemus nulli, C. de sacros. Eccles. & præ-
dictam Dominorum sententiam duodecim fundamen-
tis acriter, & latè defendit, Soccin. Sen. d. consil. 15.
& num. 39. & tenet Alexand. d. cons. 219. numer. 16.
& 17. lib. 6 Boer. decis. 345. numer. 3. & 4. Riccius d. dec.
199. num. 16. par. 4. Grat. discept. forens. d. c. 578. num. 32.
& plur relati à Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 147. &
post Hostiensem, Gemin. in cap. 1. nu. 12. de rebus Eccle-
siasticis lib 6.

Ex quibus ità fuit vtraque parte informante con-
clusum, &c.

* Est supra in hac parte decis. 294.

EMI-

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VIRILI.

Ferrarien. Emphyteusis.

Die Veneris 16. Nouembris 1629.

ARGVMENTVM.

Emphyteutica bona Ecclesiastica vigore Constitutionum Bonifacianæ, & Paulinæ sunt ad instar bonorum allodialium, ità vt emphyteuta possessor possit de illis liberè disponere. Citatio proximiorum in legitimatione filiorum naturalium, quando non sit necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastica bona emphyteutica vigore Constit. Bonifacianæ, & Paulinæ sunt redacta ad instar allodialium.*
2 *Ecclesiasticorum bonorum emphyteuta potest liberè de dictis bonis disponere tam inter viuos, quàm in vltima voluntate ad fauorem extraneorum etiam cum exclusione vocatorum, & num 3.*
Ecclesiastica bona emphyteutica continetur sub generali institutione, num. 2.
4 *Filij illegitimi, etiam legitimati, sunt incapaces emphyteusis Ecclesiasticæ.*
5 *Bonifaciana, circa bona emphyteutica Ecclesiæ, procedit etiam fauore legitimatorum.*
6 *Clausula, Vocatis vocandis, intelligitur tantum de illis, qui de iure sunt vocandi, & citandi.*
7 *Legitimatio, quando est facta instante illo, qui potest de suis bonis disponere, non est necessaria illorum citatio, ad quos d. bona peruenirent, si non fuisset facta dispositio aliqua.*
8 *In legitimatione facta ad instantiam eius, qui potest de bonis disponere, non requiritur citatio venientium ab intestato.*
9 *Testator sicuti potest ad libitum disponere de suis bonis ad fauorem extraneorum absque citatione, ita etiam potest impetrare filij naturalis legitimationem.*
11 *Patri si competat facultas eligendi in bonis fideicommisso subiectis, aliàs deuoluantur ad proximiores, tunc si prius obtinuerit legitimare filium, & illum eligat, non requiritur citatio proximiorum.*
12 *Legitimatio subsistit etiam in præiudicium proximiorum, quorum non fuit facta mentio, si pater legitimans possit ad libitum disponere de suis bonis.*
13 *Clausula sine præiudicio venientium ab intestato, posita in legitimatione non operatur, quando legitimatus vocatur ab eo, qui potest disponere.*
14 *Narratiua facta per verba, vt asseritur, non requirit iustificationem.*
15 *Filius illegitimus præsumitur de iure ex natus ex soluto, & soluta.*
16 *Bullæ Pij V. contra illegitimos intellectus.*
17 *Bulla Pij IV. contra illegitimos, quando habeat locum.*
18 *Odd. cons. 16. num. 14. reprobatur.*
19 *Filij legitimati non differunt à legitimis, & naturalibus.*

DECISIO CCCXIX.

DISPVTATO dubio, An constet de tali vocatione Alberti, quæ illi suffragetur non obstante dispositione testamentaria Alphonsi, negatiuè Domini responderunt; Nam licèt Albertus in inuestitura esset vo-
1 catus, tamen huiusmodi vocatio ei non suffragatur †
cum bona emphyteutica etiam Ecclesiastica, de quibus agitur, vigore Constitutionum Bonifacianæ, & Paulinæ redacta sint ad instar allodialium, itaut emphyteuta possessor possit liberè disponere inter viuos, & in vltima
2 voluntate ad fauorem extraneorum, † etiam cum exclusione in inuestitura successiuè vocatorum, & bona prædicta sub vniuersali institutione continentur, etiam si specialiter mentio illorum facta non fuerit, vt in puncto Bonifacianæ tradit Alex. *cons.* 91. *num.* 13. *vers. non obstat, quod vigore Bullæ lib.* 1. Ancaran *cons.* 303. *nu.* 7. Rimin. Iun. *cons.* 445. *num.* 12. *lib.* 4. *& cons.* 558 *num.* 19. *& seq. lib* 5. Laderch. Imolen. *cons.* 19. *num.* 2. *&* 10. Marcobrun. *cons.* 26. *nu.* 221. *&* 257. *&* 351. Bertaz *cons. cri.* 79. *nu.* 6. 8. *&* 11. Cum ergo Alphonsus emphyteuta, & possessor bonorum instituerit hæredem vniuersalem Andream ne-
potem, ex hac testamentaria dispositione vniuersali in-
ducitur exclusio † Alberti, & non suffragatur vocatio 3
inuestituræ, cum illa non sit absoluta, sed cum qualitate, quatenus emphyteuta possessor alium hæredem sibi benè visum non instituisset per præallegata.

Non obstat, quod † Andreas esset naturalis, & ille- 4
gitimi etiam legitimati sint incapaces emphyteusis Ecclesiasticæ Rota *decis.* 474. *par.* 1. *diu.* Quia Bonifaciana
procedit † etiam fauorem legitimatorum, vt in terminis 5
Bonifaciana tradit Laderch. *d. cons.* 19. *in pric. & per tot. vbi reprobat consil.* Ruini, immò Constitutio Paulina expressis verbis comprehendit etiam legitimatos, vt in *Sum. num.* 4. Vndè cum Andreas habeat indiuiduam legitimationem ad bona emphyteutica etiam Ecclesiastica, cum derogatione Constitutionum Pij IV. & V. sequitur quod Bonifaciana, & Paulina, eum iuuant ad exclusionem supradictæ vocationis Albertis; præsertim cum ipsa inuestitura facta sit pro obseruatione Constitutionis Bonifacianæ, vt in principio, ibi, *volens obseruare contenta in litteris Apostolicis, &c. Bonifacij*, ac inferius ibi, *& pro illis personis, quæ succedunt, & succedere possint de iure, & virtute literarum Apostolicarum*, itaut appareat inuestituram fuisse factam iuxta terminos Bonifacianæ, quæ tribuit facultatem disponendi etiam ad fauorem legitimatorum cum exclusione vocatorum in inuestitura.

Nec facit, quod in mandato de legitimando adsit clausula vocatis vocandis, & Albertus non fuerit vocatus;
Quia † hæc clausula intelligitur de illis tantum, qui de 6
iure essent vocandi, & citandi Abb. *in cap. exhibita nu.* 6. *de iudic.* Verall. *decis.* 53. *lib.* 3. *in manuscript.* Modern. *de claus. par.* 1. *claus.* 196 *nu.* 4. Quare cum legitimatio † 7
fuerit facta instante Alphonso, qui poterat de bonis ab ipso possessis liberè disponere, non erat necessaria Alberti citatio, quamuis huiusmodi bona ad eum transirent, nisi fuisset facta dispositio Soccin. Sen. *cons.* 3. *num.* 33. *vers. ad illud autem, lib.* 3. Albert. Brun. *cons.* 2. *num.* 54. Bursat. *cons.* 76. *num.* 44. Rimin. Iuo. *in addit. ad* Rim. Sen. *cons.* 82. *litt. F. ad fin.* Menoch. *cons.* 157. *num* 31. *vers. non obstat octauum, & numer.* 12. *vers. secundo, suffragatur cum seq.* Couar. *de sponsal par.* 2. *cap.* 8. §. 9 *nu.* 7 Hinc in legitima-
tione facta † ad instantiam eius, qui disponere potest de 8
bonis, non sunt citandi venientes ab intestato Tiraquel. *tract. res inter alios acta limit.* 2. *vers. hinc fit*, Lupus *de illegit. comment.* 3. §. 5. *num.* 17. Rolan. *cons.* 12 *numer.* 53. *lib.* 4. Franc. Bec. *cons.* 216 *num* 48. *& seq. lib.* 2.

Et meritò quia per huiusmodi legitimationem Alberto non inferebatur præiudicium considerabile; poterat enim Alphonsus ad Andreæ fauorem non disponere, quamuis esset legitimatus, & sicuti poterat Alphonsus ad libitum
† disponere ad fauorem extraneorum absque citatione, 9
ità potuit nepotis legitimationem impetrare Præpos. *in c. per tuas §. Cum autem sub num.* 25. *col.* 2. *vers. & tunc fit ad voluntatem patris, qui fil. sint. legit.* Bart. *in l. Gallus §. & quid si tantum numer.* 14. *vers. responde quando ff. de lib. &*
posth. Vndè non ipsa † legitimatio præiudicat Alberto, 10
sed potius ipsa Bonifaciana, & Paulina, & ipsa dispositio testamentaria Alphonsi Ruin. *cons.* 87. *numer.* 28. *vers. de præiudicio enim lib.* 3. Honded. *cons.* 92. *num.* 50. *in fine lib.* 1. Socc. Iun. *cons.* 93. *num.* 66. *vers. vel secundo lib.* 3.

Et propterea si Patri competat facultas eligendi in bonis fideicommisso subiectis, aliàs deuoluantur ad proximiores, si prius pater obtinet legitimare filium, & posteà
eundem eligat, † non requiritur citatio proximiorum, 11
quia eius non nocet legitimatio, & poterat pater legitimatum prætermittere, & non eligere, sed tantum nocet electio posteà facta Ciriac. *controu.* 208. *num.* 18. *vsque ad* 24.

Ex supradictis quoque sequitur, quod in legitimatione non erat facienda mentio Alberti, nam cum Alphonsus
posset ad libitum disponere, legitimatio † non præiudi- 12
cabat, ideò non requirebatur mentio, ita Honded. *cons.* 89. *num.* 42. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 20. *nu.* 44. *& seq.*

Non obstat clausula, sine præiudicio venientium † 13
ab intestato, quia illa non operatur quando legitimatus vocatur ex testamento ab eo, qui potest disponere, Ruin. *cons.* 87. *numer.* 5. *vers. de præiudicio enim lib.* 3. Paul. de Castr. *cons.* 102. *num.* 3. *vers.* 4. *videndum est lib.* 2. Alex. *cons.* 52. *post princ. vers. & sic non potest dici lib.* 2. *& cons.* 187. *num.* 14. *lib.* 5. Dec. *cons.* 610. *num.* 1. Socc. Iun. *cons.* 93. *num.* 66. *lib.* 3.

Pariter non facit, quod non fuerit iustificatū Andream

14 effe filium Francifci, † quia cum narratiua fuerit fa-
cta per verba, vt afferitur, non requiritur iuftificatio,
Rota *decif. 60. num. 2. de refeript. in antiq. & decif. 447. n. 1. par. 1. diuerf.*

15 Prout non facit non fuiffe † iuftificatum Andream
natum effe ex foluto, & foluta, quia fic de iure præfumi-
tur, Rota *decif. 802. nu. 2. & feq. par. 1. diuerf.*

16 Nec applicatur Bulla Pij V. † contra illegitimos, quia
illa non tollit difpofitiones iuris communis, fed tantùm
habitationes ex iure fpeciali prouenientes, videlicet, fi
legitimatio faceret capacem illum, qui non eft capax Ro-
ta *decif. 487. p. 1. diuerf.* Seraph. *decif. 478.* In hoc autem
rhemate legitimatus habet habilitationem, ex Conftitu-
tionibus Bonifatiana, & Paulina, quæ habilitatio æqui-
paratur habilitationi de iure communi, & fic legitimatus
non habet fimpliciter ius ex ipfa legitimatione, fed habet
ius à fupradictis Conftitutionibus Bonifatiana, & Pau-
lina mediante legitimatione, quæ per fe fola non opera-
tur, & huic Bullæ Pij V. fuit derogatum.

17 Sicuti non applicatur Bulla Pij IV. † contra illegiti-
mos, qui illa tollit legitimationes, quæ fiunt contra vo-
luntatem teftatoris, non autem eas, quæ fiunt ad illius
voluntatem, & inftantiam, prout eft i a legitimatio, de
18 qua agitur, quicquid † dixerit Odd. *conf. 16. numer. 14.*
Hond. *conf 64 numer. 38. & feq. l. 2.* & ita refpondent Eu-
gen. *conf. 52. numer. 65. lib. 1.* Laderch *conf. 29. numer. 23.*
Card. Mantic. *de coniect. lib. 12. tit. 10. numer 96. verf. ex-
tat etiam confimilis* Menoch. *conf. 461. num. 9. & 30.* Lup.
de illegit. comm. 3. §. 1. num. 5. & in cafu fimilis Conftitu-
tionis Venetæ Decian. *conf. 42. numer. 38. lib. 1.* Menoch.
conf. 459. num. 34 & 37 Rota *decif. 488. par. 1. recent.* &
huic quoque Bullæ fuit pariter derogatum.

Nec facit, quod in inueftitura vocentur legitimi, &
naturales, quia cum ex Conftitutionibus Bonifatiana, &
Paulina etiam legitimati fint capaces, vtique fub fupra-
19 dictis verbis veniunt † etiam legitimitati, qui non diffe-
runt à legitimis, & naturalibus, §. *reliquum, verf. fi quis
ergo auth. quib. mod. nat. offic. fui* Alex. *conf 187. numer. 8.
lib. 5.* Iaf. *conf. 202. num. 13. lib. 2.* Tiraq. *in l. fi vnquam in
verb. fufceperit liberos, num. 77. & feq. C. de reuoc. donat.*
Et ita vtraque, &c.

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO DECANO.

Bononien. fideicommiffi de Defiderijs.

Die Lunæ 19. Nouembris 1629.

ARGVMENTVM.

Bona fubrogata loco aliorum bonorum fideicommiffo fubiectorum, funt eiuf-dem conditionis, quàm ipfa bona fidei-commiffaria, & eadem remedia compe-tunt fideicommiffario pro illis confequen-dis, quæ competebant pro ipfo fideicom-miffo, & d. fubrogatio tam facienti, quàm quibufcumque alijs obftat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiffario competunt eædem actiones pro confe-quendis bonis fubrogatis in locum bonorum fideicommif-fariorum, quàm pro ipfo fideicommiffo.*
2 *Fideicommiffo fubiacent res fubrogatæ pro rebus fuppofitis fideicommiffo.*
3 *Amplia etiamfi d. bona reperirentur penes tertios poffef-fores.*
4 *Subrogatio de alijs bonis, loco illorum, quæ erant fidei-commiffaria, obftat non folum id facientibus, & cau-fam ab eifdem habentibus, fed etiam quibufcumque fuc-cefforibus extraneis.*
5 *Bona fideicommiffo fubiecta, non poffunt alio fideicommif-fo grauari.*
6 *Bona fubiecta fideicommiffo, quæ euaferunt libera, poffunt iterum alio fideicommiffo ligari, sicuti alia bona libera.*
7 *Confeffio erronea non eft attendenda, nec præiudicat con-fitentibus.*
8 *Inftrumentum quis non poteft impugnare, si illo vtatur.*
9 *Inftrumentum non poteft officere, neq; præiudicare tertio.*
10 *Inftrumentum inter alios factum, poteft quis approbare ad oftendendam veritatem rei fic geftæ.*
11 *Contradictio, & repugnantia, vt incontinenti euitetur, eft fumenda omnis interpretatio.*
12 *Verba in dubio debent intelligi demonftratiuè, & non ta-xatiuè.*
13 *Contradictio, vt euitetur, fas eft verba impropriare.*
14 *Dotalis, quando non defin at effe fundus, licet fuerit æftimatus.*
15 *Facere id quis præfumitur, quod poteft.*
16 *Filij, si paulo poft mortem patris aliquid emant, præfu-mitur ex bonis paternis emiffe, fi non fint induftriosi.*
17 *Iactare fuum nemo præfumitur.*
18 *Confeffio facta in pofitionibus, tàm confitenti, quàm alijs ab eo caufam habentibus præiudicat.*

DECISIO CCCXX.

EX bonis à D. Stephano petitis remedio, *l. fin. C. de
edict.* D. Adrian. tollen. in vim fideicommiffi Hie-
ronymi fenioris, fupererant adhuc duo corpora, quæ an
illi deberentur, controuertebatur à DD. Sangeorgijs, &
litis confortibus, nempè duæ domus cum fex apothecis
fubtus pofitis in Ciuitate Bononiæ in Capella S. Mariæ
de Baroncella, & quædam banca Macelli in eadem Ciui-
tate, & Cappella S. Mariæ de Carobio, in quibus pro
abfoluenda tandem difputatione, dubitaui hodie, an dan-
da effet immiffio dicto D. Stephano, & Domini dandam
effe in vtriufque refponderunt.

Nam quoad duas domos cum apothecis, licet non ap-
pareat immò partes confentiant, non fuiffe in bonis Hie-
ronymi fideicommittentis, nec ab illo poffeffas, attamen
conftat, quod Alexander, & Io. Baptifta fratres vfque
de anno 1582. mortuo Ioanne filio Bartholomæi, dum bo-
na fideicommiffaria dict. Hieronymi inter fe diuiderent,
repetijffentque aliqua bona à d. Bartholomæo, & aliunde
alienata fuiffe, loco bonorum alienatorum fubrogarunt
prædictas domos cum fex apothecis, & proinde ijfdem
actionibus D. Stephanus confequi poteft hæc bona fubro-
gata, quibus poffet obtinere ipfa bona † originaliter fi- 1
deicommiffaria, nempe poffeffa a Hieronymo fideicom-
mittente, *l. imperator, §. fin ff. de leg 2. l. fi rem. ff. de petit.
hæredit.* Siluestr Aldobrand. *conf 63 num. 18. lib. 1.* Car-
din. Mantic. *de coniect. vlt volunt. lib. 7 tit. 8. num 22 &
23. planè*, Peregr *de fideicom. art 44 numer. 30* Fufar. *de
fubft. quæft. 530 numer. 20. 627. num. 46. & 636. num. 1.* &
fuit firmatum in hac eadem caufa fub die 3. Decembris
1627. *coram me*, præfertim cum expreffè ipfi fratres diui-
dentes, & grauati fideicommiffo Hieronymi voluerint
hæc bona deferri fucceffiuis fubftitutis, loco bonorum, † 2
quæ ab eodē Hieronymo erant poffeffa, & à Bartholomæo,
atque aliunde fuerant alienata, & ita D. Stephanus po-
teft prætermiffis illis bonis, vindicare bona fubrogata, vt
benè per Menoch. *conf. 213. numer. 41. verf. quod procedit*,
Peregr. *de fideicomm. d art. 44 num. 28. ante fin.* Surd. *de-
cif. 208. numer. 12.* & fuit ponderatum in Amerina bono-
rum 27. Februarij 1617. *coram bo. me. Buratto*. Etiamfi
d. bona reperirentur † penes tertios poffeffores, Alciat. 3
confil. 110 num. 7. verf. nec obftat cum feqq. lib. 9. Soccin.
Iun. *conf. 90. num. 3. & 4. lib. 3.* Peregr. (qui reprobat opi-
nionem Alexand. contrarium fentientis) *conf. 156. lib. 5.
de fideicom. art. 47. numer. 31.* Fufar *de fubft. d. quæft. 636.
num. 2. & 3.* hæcque fubrogatio per Alexandrum, & Io.
Baptiftam facta, nedum illis obftat, & ab ijfdem caufam
habentibus, † fed quibufcumque alijs, etiam extra- 4
neis, ac fingularibus fuccefforibus. Parif. *conf. 11. num.
39. lib. 3.* Decian *conf. 1. nu. 312. & feqq. lib. 1.* & in ter-
minis fubrogationis fuit dictum in præallegata Amerina
bonorum *coram bo. me. Buratto.*

Neque obftat alteram † ex iftis domibus prius fuppo- 5
fitam fuiffe fideicommiffo Ioannis fenioris, adeò vt illius
fideicommiffo obnoxia, non potuerit altero fideicom-
miffo vinculari, quoniam cum iam fideicommiffum Io-
annis fenioris expirauerit in perfona eorundem Alexan-
dri, & Io. Baptiftæ nepotum d. Io. fenioris, vt fuit refolu-
tum in hac caufa, fub die 2. Iunij 1628. coram me, & fic o-
na euaferint libera, iure ipfi † potuerunt ligare hanc do- 6
mum fideicommiffo Hieronymi, quemadmodum alia bo-
na propria libera fideicommiffo fupponere potuiffent ad
l. cum Pater, § libertis in fin. ff. de leg. 2. Peregr. *de fidei-
comm. art. 14. n. 50. planè* Surd. *conf. 284. n. 19* & fuit in hac
caufa firmatum fub die 14. Maij præteriti, & cōfeffio fiue

affertio

assertio ipsorum diuidentium, quod scilicet dicta domus adhuc esset supposita fideicommisso Ioannis senioris, tan-
7 quam † erronea non est attendenda, neque confitentibus præiudicat, *l. 1. C. de fals. caus. adiect.* Anchar. *cons.* 291. *num.* 3. Crauett. *cons.* 202. *num.* 5. Bellamer. *decis.* 691. *in tertin fallentia cum alijs.*

Minus etiam obstat, quod in eodem instrumento concordiæ, vbi hæ domus fuerunt subrogatæ loco bonorum alienatorum, & quæ fideicommisso, Hieronymi subiecta erant, itidem etiam fuerit conuentum, vt pars bonorum cuilibet diuidentium assignata, & dicto fideicommisso Hieronymi supposita sit, & intelligatur precij, ac valoris libratum Bononien. 11788. Et propterea si D. Stepha-
8 nus nititur † instrumento ad probandam subrogationem, consequenter neque illud impugnare possit pro effugienda restrictione fideicommissi ad illam præcisam quantitatem, cum instrumentum sit indiuiduum, & refertum clausulis præcisis, nec aliter, nec alio modo, &c. ita vt eatenus facta sit subrogatio quatenus admittatur etiam restrictio ad præallegatam quantitatem in libris 11788. quoniam hoc motiuum, in quo informantes pro DD. Sangeorgijs potissimum insistebant, vltra quod videbatur satis sublatum ex deductis in decisione, sub die 3. Decembris 1627. in hac causa facta, modo etiam ex pluribus remouetur.

Et primò, quia cum in instrumento duo possint considerari, nempe probatio facti, & effectus probationis, seu illius coactiua obligatio, & hæc duo sint inter se distincta; ideò Dominus Stephanus potest vti Instrumento concordiæ ad probandum quod Alexander, & Ioannes Baptista subrogarunt has domos loco bonorum alienatorum, & hoc instrumentum probat factum, nempe ipsam subrogationem, tam inter contrahentes, & eorum hæredes, quàm etiam inter extraneos, & quascumque alias personas: sed in quantum instrumentum restringit fideicommissum ad certam quantitatem, & sic obligat, ne petantur bona fideicommisso subiecta, at solum hæc præcisa quantitas librar. 11788. quo ad hunc effectum, & obligationem coactiuam dictum instrumentum respectu Domini Stephani
9 nihil operatur, neque illi officere, † aut præiudicare potest, cum non sit hæres dd. diuidentium, qui Notarium de contentis in dicto instrumento concordiæ rogarunt, neque causam habeat ab ipsis, sed veniat ex se independenter, & ex propria persona vocata in fideicommisso Hieronymi, vt hanc distinctionem inter factum, & obligationem, seu effectum Instrumenti benè firmat, Bart. *in leg.* 2. *num.* 12. Bald. *num.* 19. *vers. sed super ista regula*, Dec. *nu.* 51. *& alij communiter C. de eden.* Felin. *in cap. cnusam, quæ il primo*, *n.* 25. *de testib.* Crauett. *cons.* 65. *nu* 6. Cephal. *cons.* 215. *nu.* 56 Couar. *pract.* 99. *c.* 20. *num.* 9. Mandel. *cons.* 276. *num.* 6. Surd. *cons.* 170. *num.* 22. *& cons.* 429. *n.* 42. *& cons.* 437. *nu.* 18. Vnde sequitur, quod D. Stephanus possit quidem approbare instrumentum, quoad subrogationem, &
10 illo inniti ad ostendendam † veritatem rei sic gestæ, non autem quoad iuris translationem, & restrictionem fideicommissi ad libras 11788. ex dicto facto resultantem.

Secundò corruere videbatur obiectum, eo quia Domini putarunt, nec verè fideicommissum Hieronymi in vnaquaque parte assignata diuidentibus fuisse coarctatum ad illam quantitatem solummodo librarum 11788. quia pluries in eodem instrumento diuidentes protestati sunt, saluum velle fideicommissum, neque in aliquo illi præiudicatum censeri, cum clausula, non aliàs, aliter, nec alio modo, &c. & signanter bona hæc nempe domos cum apothecis voluerunt esse fideicommisso subiecta, vnde euidens esset contrarietas, quod deinde vellent bona esse liberam, & quod totum fideicommissum coarctaretur in illam quantitatem libratum 11788. omnis autem interpre-
11 tatio facienda est † pro euitanda hac contradictione, & repugnantia incontinenti, & in eodem instrumento, quę sequeretur admisso intellectu dato concordiæ ab informantibus, pro DD. Sangeorgijs, & proinde ad tollendum huiusmodi absurdum existimarunt Domini fideicommissum re vera positum esse in ipsis bonis, adeò vt illa dicantur in obligatione, & onere restituendi, ipsaque deberi fideicommissarijs, expressionem verò precij, & valoris dare demonstratiuè, nempe ad indicandam æqualitatem inter ipsos diuidentes, non autem taxatiuè ita vt inferresetur præiudicium futuris successoribus, necnon descendentibus, & alijs causam minimè habentibus à dictis Io. Baptista, & Alexandro diuidentibus, prout in dubio verba
† debent intelligi demonstratiuè, non autem taxatiuè, 12
Bart. *in l. centurio*, *n.* 31. *& 39. ff. de vulg. & pupillar. & in l. cum Pater*, *§. mense*, *nu.* 8. *ff. de leg.* 2. Paris. *cons.* 4. *nu.* 36. *lib.* 4. Bero. *cons.* 12. *nu.* 12. *lib.* 3. Cephal. *cons.* 137. *num.* 37. *lib.* 1. Card. Seraph. *decis.* 474. *nu.* 4. Et sic in casu præsenti, quod bona ipsa æstimata, non autem quantitas pretij, & valor bonotum dicantur obligata, & fideicommisso supposita, præsertim quia hac ratione euitatur omnis
contradictio supra ponderata, ad quam † excludendam 13
fas est etiam verba impropriare DD. *in l. 2. §. oreditum ff. si cert. petat.* Crauet. *cons.* 70. *num.* 5. *vers. quod procedit*, Hond. *cons.* 41. *nu.* 23. *lib.* 1. Surd. *cons.* 280. *nu.* 14.

Quæ interpretatio eò magis amplectenda videtur in casu proposito. Tum quia in instrumento non dicitur, quòd libræ 11788. intelligantur fideicommisso subiectæ, sed dicitur, quòd valor, & æstimatio cuiuslibet partis affectæ fideicommisso sit, & intelligatur pretij, ac valoris librarum 11788. & propterea res æstimata, non autem æstimatio ipsa est sub onere fideicommissi, & confert, quod multum arrisit Dominis congruum exemplum de fundo
dotali deductum à D. Ghino, nempe, quod † fundus 14
non desinit esse dotalis, licet fuerit æstimatus, quando colligi potest æstimationem fuisse factam ad alium effectum nempe, vel vt probetur valor rei, vel vt deprædendatur qualitas fundi, vel vt sciatur quantitas bonorum, quæ consignatur, Bald. *in l. ex conuentione*, *nu.* 3. *C. de pact.* Soccin. Sen. *cons.* 57. *nu.* 3. *& seqq. lib.* 1. Ruin. *cons.* 134. *nu.* 5. *lib.* 4. Afflict. *decis.* 270. *num.* 2. Mant. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 28. *num.* 17. Gratian. *discept. forens. cap.* 489. *nu.* 4. *& fuit dictum in Rom. fundi dotalis 6. Iunij 1578. coram Cardin. Lancellotto in Spoletana bonorum 6. Aprilis* 1601. *coram bo. mem. Praia*, *& decis.* 30. *nu.* 6. apud Modern. Roman. *de Saluiano.* Tum etiam quia cum diuidentes nec possent restringere, aut imminuere bona fideicommisso subiecta in præiudicium aliorum vocatorum, hinc metiendo voluntatem à potestate, dicendum est ipsos verè noluisse taxare, & fideicommisso supponere solum libras
11788. sed potius voluisse demonstrare, & † specificare 15
valorem bonorum, quæ realiter fideicommisso esse obnoxia affirmabant argum. *l. Lucius Titias §. Imperatores ff. ad municip. glos. in l. peto, ff. de leg.* 2. Surd. *cons.* 431. *num.* 41. Rota *decis.* 596. *nu.* 2. *par.* 1. *recent.*

Quo verò ad bancham Macelli, identitas non potest in controuersiam reuocari, cum filij eiusdem Hieronymi fideicommittentis de anno 1547. in diuisione numerauesint inter bona paterna, & pro subiecta fideicommisso admiserint, vt etiam fuit firmatum in hac causa sub die quinta Martij 1627.

Neque obstat dictam bancham fuisse emptam à filijs
eiusdem Hieronymi, quoniam cum modicum † tem- 16
pus intercesserit à morte partis, ipsique filij non essent industriosi, immò essent minores, quemadmodum cessat pręsumptio ex his omnibus circumstantijs, quod non emerint ex proprijs pecunijs, ita suboritur altera quod immò emerint ex paternis pecunijs, vt plenè hoc idem fuit firmatum respectu aliorum corporum bonorum in hac causa sub die 14. Iun. 1627 & 20. Nouemb. 1628. & 14. Maij
proximi præteriti, aliàs † enim dd. filii Hieronymi fatui- 17
tate redargui possent, si ex proprijs pecunijs emissent, & tamen supposuissent restitutioni ex fideicommisso Hieronymi, quod non est præsumendum arg. *l. cum de indebito, ff. de probat.* Caputaq. *decis.* 143. *nu.* 4. *par.* 1. *cum alijs.*

Quæ, & eo magis confirmatus, quoniam omnes successiui possessores huius banchæ Macelli, illam agnouerunt subiectam esse fideicommisso Hieronymi, & signanter M. Antonius in responsionibus ad positiones datis in
Summario hoc admisit, † cuius confessio tam ipsi, quàm 18
aliis ab eo causam habentibus, prout sunt Domini de Sangeorgiis præiudicat, Crauett. *cons.* 29. *numer.* 1. Cæs. de Graff. *decis.* 20. *num.* 9. *de probationib.* Rota *coram Reuerendiss. Domino meo Decano decis.* 120. *num.* 2. *cum seqq.* & fuit dictum in hac eadem causa sub die quinta Martii 1627. *coram me*, & aliàs sæpius.

Et ita vtraque parte informante conclusum fuit, &c.

Plures decisiones in hac causa annotaui supra ad decis. 6. quæ est in eadem causa.

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO DECANO.

Narnien. Successionis.

Die Lunæ 26. Nouembris 1629.

A R G V M E N T V M.

Statutum exclusiuum fœminarum, licet in dubio interpretandum veniat, ne fœmina propter vnam dotem repellatur etiam ab hæreditate eorum, qui eam non dotarunt, & hoc ad euitandum magnum absurdum, & quasi intollerabile, quod aliàs sequeretur. Tamen quando id concipi potest ex eisdem statutis, & hoc præsertim ad interpretationem Statut. Narnien. cap. 40.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum excludens dotatam censetur in dubio solum excludere eam ab hæreditate dotantis.*
2 *Sed hoc non procedit, quando vlterius progreditur, & ex contextu ipsius statuti appareat eos voluisse excludere à cuiuscunque hæreditate.*
3 *Ita vt exclusio prædicta non sit correspectiua ad dotem, quodq; vna dos operetur omnium hæreditatum inclusionem.*
4 *Fœmina exclusa à statuto à successione, vt excludatur ab omnium hæreditate, non sufficit, quod statutum enumeret plures personas, à quarum successione inducit exclusionem.*
5 *Castren. in cons. 91. num. 2. lib. 2. declaratur.*
6 *Bald. in l. 1. n. 4. C. de legit. hæred. declaratur, & n. 18. & 20.*
7 *Statutum fœminas excludens ab hæreditate, censetur solum excludere ab hæreditate dotantis, etiamsi plures recenseret personas.*
8 *Quia hoc casu etiam viget illa æquitas, quod singula singulis referenda sunt.*
9 *Fœmina, vt excludatur tantùm à statuto ab hæreditate dotantis semper facienda est interpretatio, nisi verbo statuti valdè, vel ex toto, repugnent.*
10 *Quod procedit etiamsi verba sint valdè prægnantia.*
11 *Statutum si alternatiuè loquatur, alternatiuè debet intelligi, singula, singulis referendo, & num. 17.*
12 *Pro fœmina in dubio pronunciandum est, quod non sit exclusa à statuto.*
13 *Statutum excludens fœminas à successione aliquarum personarum non extenditur ad personas, quæ in verbis non sunt expressæ.*
14 *Et nec habet locum, nisi casus sit à statuto formaliter expressus, tàm ad effectum exclusionis, quàm inclusionis.*
15 *Alternatiuæ natura est, vt vno contentetur, nec omnium concursum expostulat.*
16 *Copulæ, &c. natura est omnia simul connectere, & comprehendere.*
17 *Statutum exclusiuum fœminarum si in dotatione, & in exclusione loquatur alternatiuè, qualiter sit intelligendum, & num. 18.*
19 *Alternatiua absonum esset, quod in vna parte acciperetur diuisum, & in alia verò coniunctum.*
21 *Statutum, si simpliciter dicat, mulierem dotatam non succedere patri, vel matri, & alijs, tunc non recipit restrictionem ad hæreditatem dotantis, cum de nullo dotante mentionem faciat.*
22 *Et hoc casu sufficit, vt ab hæreditate cuiuscunque dicatur exclusa, vt ab aliquo sit dotata, nec perquirendum est à quo sit dotata, & quare, nu. 23.*
24 *Fœmina exclusa à statuto, ab illius hæreditate censetur exclusa, à quo fuit dotata, & quando id procedat.*
25 *Statutum si sit correctorium iuris communis, in eo, non sunt intelligendæ personæ ibi non expressæ.*
26 *In statutis omissum habetur pro omisso.*
27 *Exclusio ab hæreditate fratris, non est admittenda in statutis exclusiuis fœminarum, nisi de hoc fiat mentio in dictis statutis.*
28 *Exhæredatio non infertur, nisi vbi nominatim exprimitur.*
29 *Statutum, quando dicatur temperare rigorem exclusionis fœminarum.*
30 *Dictio, talis, est demonstratiua ad oculum, & restringit dispositionem.*
31 *Dictio, dummodo coarctat dispositionem secundùm qualitates appositas.*
32 *In statutis exclusiuis fœminarum absurdum esset ingens, si vellemus addere exclusionem ab hæreditate fratris, quæ non legitur in ipso statuto.*
33 *Statutum Narnien. exclusiuum fœminarum intelligendum est diuisum, idest quod fœmina, ab illius tantum hæreditate excludatur, à quo fuit dotata, & non ab alijs.*
34 *Statutum exclusiuum fœminarum, si ad eas excludendas contentetur vna dote, absurdum esset, vt pro inducenda totali exclusione earum, exigamus bis, ter, quater, & pluries dotes.*
35 *Fœmina exclusa à statuto, absurdum esset, vt propter vnam solam dotem excludatur à plurium hæreditatibus.*
36 *Statutum, si mandet, quod filia vnica dote contenta sit, procedit in bonis eiusdem personæ, quæ dotauit.*
37 *De lucro captando agens minus fauorabile est, quàm agens de damno vitando.*
38 *Dotatio est actus releuabilis.*
39 *Dos est loco legitimæ portionis, quæ circumscripto statuto debetur fœminæ.*
40 *Statutum, si excludat fœminam ab hæreditate patris, & aliorum si sit dotata à fratre, quid inde inferatur, & num. 41.*
42 *Fœminis successio fratris minus debita est, quàm successio parentum.*
43 *Fœmina, vt censeatur exclusa ab hæreditate dotantis, sic disponente statuto, vis non consistit in hoc, quod pater, vel frater, vel nepos dotauerit, sed ex quibus bonis dotem præstiterint.*
44 *Pater tenetur dotare filiam, & hoc munus, & obligatio propriè inhæret illi.*
45 *Patris bona sunt obnoxia obligationi dotandi filias, & cum hoc onere transeunt in hæredem.*
46 *Dos habetur loco legitimæ portionis filiæ debitæ ex successione patris.*
47 *Frater, quando ex bonis paternis dotat sororem, hoc non dicitur fecisse ex propria liberalitate, sed ex debito paterno.*
48 *Frater, si ex bonis paternis dotet sororem, licèt extrinsecè sit dotata à fratre, tamen verè censetur dotata à patre.*
49 *Filia dotata à patre, sicuti non succedit patri, ita dotata à fratre, excluditur itidem ab hæreditate patris, quia ex eius bonis dotata fuit.*
50 *Statutorum dispositiones referri debent ad id, quod frequentius accidunt.*
51 *Soror, si sit dotata a fratre de bonis suis Castrensibus, hoc casu exclusa remanet ab hæreditate fratris, non autem exclusa remanebit ab hæreditate patris, & aliorum, qui non dotarunt*
52 *Fœmina censetur exclusa tantùm ab illa hæreditate, in qua habuit recompensam, scilicet dotem receptam à defuncto.*
53 *Statuta excludentia fœminas dotatas interpretanda sunt, vt fœminæ non succedant dotantibus.*
54 *Et potius debet admitti suppletio verbi, quàm admittatur illud absurdum, quod fœmina ab vno dotata excludatur ab omnium successione, ad quam de iure erat vocata.*
55 *Frater est in primo gradu, patruus verò in secundo.*
56 *Sorori, magis debita est successio fratris, quàm patrui.*
57 *Frater in subsidium tenetur dotare sororem*
58 *Patruus non tenetur dotare neptem fratris, & hoc secundùm opinionem aliquorum.*
59 *Facilius illico sequuta aditione hæreditatis paternæ, bona non considerantur amplius, vt paterna, sed vt proprium patrimonium filii.*
60 *Successio ab intestato regulariter fit per quotas, vel in vniuersitatem, non autem per genera bonorum, & quare.*
61 *Matrimonium potest esse sine dote.*
62 *Matrimonia, vt plurimum non solent esse sine dote.*
63 *Statutum referri non debet ad casum insolitum.*
64 *Verbum maritare resoluitur in dotationem.*
65 *Statuta exclusiua fœminarum, si sint correspectiua ad dotam, vt dicatur eis satisfactum, quid requiratur.*

D E C I S I O CCCXXI.

CONCORDIBVS suffragijs Domini approbarunt etiam hodie resolutum emanatam sub die 7. Februarij proximè præteriti coram me, * Helenæ scilicet, & Magdalenæ sororibus dandam esse immissionem in

in possessionem bonorum q. Iacobi eorum fratris, vnà cum
Petro pariter fratre, nec statutum Narnien. c. 40 in quo
totum difficultatis momentum positum erat, obstare.

Verissimum est enim, & à nemine in controuersiam re-
1 uocatur axioma, quod statutum † excludens dotatam,
censetur in dubio solùm excludere ab hæreditate dotantis
vt in decisione firmatum fuit, & quamuis huiusmodi con-
clusio communiter limitetur, quando statutum progredi-
2 tur vlterius, & ex contextu ipsius statuti † apparet Sta-
tuens voluisse à cuiuscunque hæreditate excludere fœmi-
3 nas, † nec exclusionem inductam correspectiuam esse ad
dotem, quandoque vnica dumtaxat dos operetur om-
nium hæreditatum iacturam, vt per Castr. *cons.* 91. *numer.*
2. *lib.* 2. Aldobr. *latè cons.* 2. *num.* 123. *& seqq. lib.* 1. *& alij in
decisione etiam congesti, vers. & quamuis.*

Attamen aduertendum est, non sufficere ad inducen-
dam hanc exclusionem ab omnium hæreditate, quod sta-
4 tutum enumeret † plures personas, à quarum hæreditate
inducit exclusionem, vt videtur sensisse Castrens. *d. cons.*
91. Quoniam Bald. *in l.* 1. *numer.* 4. *C. de legitim. hæred.* qui
5 huius opinionis antesignanus est, & quo Castrens. † in-
nititur, hoc non dixit, sed docuit statutum accipiendum
esse, hoc temperamento, quòd solùm excludat ab hæ-
reditate dotantis, nisi vlterius progrediatur. Et ideò
6 Bald. intelligi † debet, quando ex modo, vel ex for-
ma enumerationis, vel aliunde appareret statuentes sen-
sisse excludere fœminas à cuiuscunque hæreditate, etiam
non dotantis, vt benè perpendit Franc. Niconit. *allegat.* 6.
numer. 37. *&* Crauett. *cons.* 581. *num.* 2. *vers. secundò cre-
7 brior*, vbi, quod statutum † excludens fœminas ab hære-
ditate, censetur solùm excludere ab hæreditate dotan-
tis, etiamsi plures recenseret personas, quia, & hoc ca-
8 su adhuc vrget illa æquitas, vt singula † singulis referan-
tur, Brun. *de statut. exclusiu. fœmin. art.* 8. *numer.* 63. vbi
9 firmat, quod & si verba statuti valde repugnent nisi, & to-
to repugnent † semper facienda est interpretatio, vt fœmina
excludatur tantum ab hæreditate dotantis Paseth. *cons.* 69.
10 *n.* 12. vbi etiam si statuti verba † sint valde prægnantia, &
idem videtur censuisse Rota *in Auximana bonorum* 17. *Fe-
bruarij* 1620. *coram bon. me. Remboldo, vers. Atque hoc
magis.*

In statuto autem Narnien. Domini non assequebantur
hanc voluntatem, & mentem excludendi fœminas à cuius-
cunque hæreditate, licèt enumeret plures personas, im-
mò ex multis, saltem simul iunctis, desumi videbatur,
potiùs exclusionem inductam esse disiunctim, & diuisim
singula singulis referendo, vt dotata à patre, non succe-
deret patri, dotata à matre, ab eiusdem matris hæredita-
te excluderet, & sic de cæteris.

Primò quia statutum in parte excludente loquitur al-
ternatiuè, ibi, *nulla mulier debeat habere regressum ad bona
11 paterna, vel matris, vel patrui*, vnde † alternatiuè intelli-
ligi debet, & disiunctim, singula singulis referendo, prout
in alia decisione, *vers. Nihilominus, &c.* vbi multi con-
geruntur Doctores, quibus addi possunt. Corn. *cons.* 48.
numer. 9. *lib.* 2. Paris. *cons.* 49. *numer.* 17. *lib.* 3. Niconit. *al-
legat.* 6. *numer.* 31. Ioan. Vinc. Anna, *allegat.* 70. *numer.* 32.
Gabriel. *de statut. concl.* 5. *num.* 2. *vers. Contrarium, & num.*
9. Brun. *de statut. exclusiu. fœmin. d. art.* 8. *quæst.* 16. *num.* 67.
cum seqq. & rationes etiam in eadem decisione fuerunt
ponderatæ.

Quibus pariter accedit, quod filiæ fœminæ causa vide-
tur fauorabilior, cum ipsa habeat intentionem fundatam
in dispositione iuris communis, & illius exclusio non le-
12 gatur in statuto, & † in dubio pro fœmina, quod scilicet à sta-
tuto non sit exclusa, pronunciandum est, vt plenè per
Alexand. Raudens. *cons.* 56. *num.* 20. *lib.* 1. Barz. *decis. Bo-
nonien.* 98. *num.* 22. *& seqq.* Et statutum excludens fœmi-
13 nas à successione aliquarum personarum † non extendi-
tur ad personas, quæ in verbis non sint expressæ, vt per
Bald. *in l. sed, & milites, num.* 3. *vers. & facit, ff. de ex-
cusat. tutor.* cuius dictum notandum esse dixit Marz. *cons.*
29. *num.* 20. *& consil.* 30. *numer.* 54. Alb. *consil.* 349 *num.* 10.
lib. 2. Purpur. *consil.* 145. *num.* 3. *lib.* 1. Manent. *cons.* 4. *nu-
mer.* 5. *lib.* 1. Modern. Mantic. *controuers. forens. lib.* 2. *cap.*
14 400. *num.* 28. Nec † habet locum, nisi casus sit à statuto
formaliter expressus, tam ad effectum exclusionis, quàm
inclusionis, Purpur. *d. cons.* 145. *num.* 3. *lib.* 1. *latè* Honded.
cons. 8. *num.* 13. *& seqq lib.* 1.

Secundò, quicquid sit de prædicta opinione, quæ plu-
rimos habet contradictores, vt fuit animaduersum in de-
cisione, *vers. Nec Dominos fugit, &c.* In qua Doctorum
dissensione, nec hodie Domini putarunt opus esse aliquid
definire; In statuto Narnien. Videtur ex pluribus circum-
stantijs iam ponderatis in decisione, facilior resolutio pro
fœmina, quia statutum loquitur alternatiuè, nedum in
parte excludente, sed etiam in parte, vbi de dotatione agi-
tur, & quemadmodum si in parte dotante loqueretur al-
ternatiuè, in exclusione verò coniunctiuè, tunc sufficeret
† vna dos, quia alternatiuæ natura est, vt vno contente- 15
tur, nec omnium concursum expostulat, *l. si quis ita stipu-
latus, ff. de verb. oblig. cap. in alternatiuis, de reg. iur. in* 6.
Ita etiam exclusio resultaret in omnium nominatorum
hæreditatibus, † virtus enim copulæ est omnes in simul 16
connectere, & comprehendere, *d. l. si quis ita stipulatus, ff.
de verb. oblig.* prout in his terminis ratiocinatur, Bald. *cons.*
73. *incipien. de iure communi nullum vers. & est consideran-
dum lib.* 4. Surd. *cons.* 100. *nu.* 9. Bellon. Iun. *cons.* 74. *numer.*
48. Sic etiam pari ratione, cum, & in dotatione, & in ex-
clusione, statutum Narnien. loquatur alternatiuè, † in- 17
terpretari debet, vt pars excludens respondeat parti dotan-
ti, & insimul cohæreant, & sic, singula singulis referen-
do, statutum diuisim sit accipiendum, vt dotata à patre,
non succedat patri, & dotata à matre, ab eiusdem hære-
ditate solummodo exclusa censeatur, vt per Becc. *cons.* 53.
num. 3. *vers. nam respondetur, & cons.* 112. *num.* 22. *vers. &
maximè, lib.* 1. Brun. *de statut. exclus. fœmin. d. art.* 8. *num.* 68.
Et certè hoc videtur sensisse Bald. *d. cons.* 73. *lib.* 4. dum pon-
derat vim alternatiuæ † in parte, vbi de dotatione agitur, 18
quia eiusdem virtutis esse debet eadem alternatiua in par-
te, vbi de exclusione agitur, & idem dixit Niconit. *d. al-
legat.* 6. *num.* 31. Paris. *cons.* 47. *num.* 3. *lib* 3. *benè* Alciat. *qui ita*
Bald. *exponit. cons.* 5. *num.* 12. *lib.* 2. Gabr. *de Statut. conclus.*
5. *num* 9. cum alijs. Et absonum esset, † quod eadem al- 19
ternatiua in parte dotante acciperetur diuisim in parte ve-
rò, vbi de exclusione agitur, interpretaretur coniunctim.

Tertiò, quia statutum Narniense in parte, vbi de do-
tatione agit, non loquitur in rem, in quibus terminis lo-
quitur, † Castr. vbi statutum simpliciter dicebat, mulie- 20
rem dotatam non succedere patri, vel matri, & alijs, quia
tunc statutum † non potest recipere restrictionem ad hæ- 21
reditatem dotantis, cum de nullo dotante mentionem fa-
ciat. Et hoc casu, vt mulier dicatur exclusa ab hæredita-
te † cuiuscunque sufficit esse dotatam ab aliquo, nec per- 22
quirendum à quo fuerit dotata, cum, & statutum ipsum
hoc neglexerit, & verba dirigat in rem, scilicet dotatio-
nem, non autem in personas, hoc est dotantes, vt benè con-
siderat, Castr. *in d. cons.* 91. *num.* 2. Ias. *in l. vt liberis, nu.* 6
vers. secus si statutum, C. de collat. Alex. *cons.* 29. *num.* 6. *lib.*
1. Corn. *cons.* 134. *num.* 2. *lib.* 2. Brun. *de Stat. exclusiu. dict.
art.* 8 *quæst.* 16. *num.* 67. *plenè* Menoch. *consil.* 873. *numer.* 15.
vers. tertius est casus, & pleniùs Aldobrand. *dict. cons.* 2. *nu.*
127. *& seqq.* At secus est in casu præsenti, quia statutum
enumerat personas, nedum parte, vbi de exclusione † dis- 23
ponit, sed etiam in parte, vbi disponit de dotatione, & sic
vim facit in persona dotantis, & consequenter videtur ad-
mittenda æquitas illa, quod eatenus fœminæ censeatur ex-
clusa, quatenus ab eodem fuerit dotata, vt etiam viden- 24
tur innuere prælleg. Doctores.

Quartò, quia statutum non facit mentionem de fratre,
in illa parte, vbi de exclusione agitur, & cum statutum
sit correctorium † iuris communis, nec in eo exprimatur 25
ratio conseruationis agnationis, nisi vrgente aliqua causa,
non sunt subaudiendæ personæ, ibi non expressæ, vt in ter-
minis ponderabat Capr. *cons.* 73. *num.* 4. *&* 5. *in fine*, Corn.
cons. 97. *num.* 8. *post med. & in fin. ac num.* 9 *lib.* 1. *& cons.* 305.
n. 4. *&* 8. *lib.* 4. & latius fuit ponderatum in alia decisione
vers. Altera circumstantia, & confert. Addit. ad Thesaur.
consil. 63. *in princ. cæterum.* Præsertim, quia de fratre, sta-
tutum mentionem facit in prima † parte, vnde si omisit in 26
secunda parte, pro omissa haberi debet, *ad l. vnicam, § sin
autem, C. de caduc. tollen.* Honded. *cons.* 4. *num.* 77. *lib.* 1. &
cum misterio hoc fecisse dicendum est, vt inferius proba-
bitur, cumque exclusio ab hac hæreditate fratris † non le- 27
gatur in statuto, non videtur vllo modo facienda aliqua
extensio, hæc enim exclusio habetur loco exhæredationis,
quæ non infertur, nisi vbi nominatim exprimitur, *l.* 1. *&*
2. *ff. de liber. & posthum.* & ita arguit post Alciat. *consil.*
53. *numer.* 23. Capi. *dict. cons.* 39. *num* 15. Menoch. *cons.*
873. *num.* 8.

Quintò, in quo potissimum vim faciebant Domini, quia
statuentes, vt mitigarent rigorem exclusionis fœminarum
eatenus solum huiusmodi exclusionem ipsarum decreue-
runt, quatenus duo concurrent. Primum, quod extarent
filij masculi illius, de cuius successione agitur; Alterum
quod idem defunctus dotauerit fœminam, quam masculi
intendunt excludere, ibi, *dummodo ex tali patre, aut ma-
tre subsint filij masculi, vel nepotes masculi ex filio, & patruo
subsint filij, vel ex fratre talis patrui maritantis existerent filij*
29 *masculi*, quæ verba plurimum temperant, † & restringunt
exclusionem fœminarum, ponderando dictionem illam
30 *(de tali patre)* quæ † dictio *(talis)* est demonstratiua ad
oculum, & restringit dispositionem, Dec. *cons. 300. numer.
14. vers. & reassumendo*, Cardin. Seraphin. *decis. 822. num.*
31 2. & dictio † *(dummodo)* etiam ipsa coarctat dispositionem
secundum qualitates appositas, *l. cum ab eo, ff. de contra-
hend. empt.* Dec. *in cap. ex litteris, numer. 51. vers. vnde 2.
melius, & num. 52. de constit.* Rot. *decis. 777. num. 6. part. 2.
diuers.* & verba illa *(talis patrui maritantis)* præcisè indi-
cant solùm exclusionem fœminarum inductam fuisse in
hæreditate personæ maritantis, & ita etiam perpendit,
Corn. *d. cons. 305. num. 6. potest med. vers. item post lib. 4.* &
32 sanè absurdum esset, ingens, † si vellemus addere statuto
exclusionem ab hæreditate fratris, quæ non legitur in sta-
tuto, atque etiam separare qualitatem illam, quatenus
dotauerit, quæ in verbis exprimitur à statuentibus, &
vtrumque requisitum hic deficit, quia nec extant filij ma-
sculi Iacobi, nec ipse dotauit sorores.

Sextò, quia Capr. *consil. 73. per tot. &* Corn. *consil. 97.
num. 8. lib. 1. & cons. 305. num. 4. & seqq. lib. 4.* responde-
33 runt, hoc statutum signanter Narnien. intelligendum †
esse diuisim, ita vt dotata à patre non succedat patri, dota-
ta à matre, non succedat matri, & dotata à patre, siue
matre, adhuc succedat fratri in ijsdem bonis, quæ à patre
in fratrem deuenerunt, & per aditionem eiusdem, fratris
bona effecta sunt, vt per eos, & Corn. *dicto cons. 305. nu. 8.
vers. nec obstat, vltimo lib. 4.* benè declarat hoc statutum
cap. 40. non posse dici superfluum, & aliquid operari vltra
illud statutum cap. 32.

Quibus non obstat, quod absonum videatur, vt pro in-
34 ducenda totali exclusione † fœminarum, exigamus filiam
bis, ter, quater, & pluries dotari, cum tamen statutum
contentetur vna dote, prout Aldobr. *d. cons. 2. numer. 134.
vers. aliàs lib. 1.* Thesaur. *decis. 62. num. 4.* & alij dixerunt;
quoniam immò magis absurdum, & intollerabilius vide-
35 tur, quod filia, quæ † de iure naturæ, & ciuili æquè con-
currit cum masculo ad successionem patris, ob vnam so-
lam dotem excludatur à plurium hæreditatibus, Anchar.
d. cons. 80. num. 2. Angel. *cons. 126. numer. 3* vbi hoc dicit
absurdum, & iniquum, Rimin. Iun. *cons. 31. numer. 84.*
Alciat. *cons. 1. num. 46. lib. 2.* Bott. *cons. 70. num. 8.* Brun.
d. art. 8 numer. 68. vers. item quia, & seqq. & dum statu-
36 tum † mandat filiam vnica dote contentam esse, procedit
in bonis eiusdem personæ, quæ dotauit Corn. *cons. 57.
numer. 5. vers. sed animaduerto, lib. 2.* Barz. *decis. Bononien.
98. numer. 18.* Et eo minus hoc absurdum permitti debet,
quia fœmina, dum concurrit cum masculo, & instat il-
lius exclusionem restringi ad hæreditatem dotantis, agit
de damno vitando, quia aliàs vt dicebatur, ipsa de iu-
re æquè concurrit cum masculo, cum verò is masculus in-
37 tendit excludere fœminam ab omnium hæreditate, † agit
de lucro captando, quod minus fauorabile est, *l. non debet,
vbi* Decian. *numer. 1. ff. de reg. iur.* Alexand. *consil. 35. nu-
mer. 18. lib. 5.* Cranett. *cons. 120. numer. 2.* Immò nec est ità
38 ingens absurdum, quod semel dotata iterum dotetur, †
cum dotatio sit actus reiterabilis, vt per Surd. *cons. 402.
numer. 34. vers. est, & aliud*, maximè ad effectum exclu-
39 sionis, quia dos est loco legitimæ portionis, † quæ circum-
scripto statuto deberetur feminæ.

Non obstat, quod statutum in parte dotante faciat
mentionem de fratre, ibi, *à patre, matre, auo, & fratre*,
in alia verò parte, vbi de exclusione agitur non meminerit
de fratre, & inde deprehendatur, quod dotata à fratre,
40 saltem dici debeat † exclusa ab hæreditate patris, & alio-
rum, & consequenter verum sit statutum intellexisse pro-
pter dotem acceptam ab vno, excludere etiam ab hæredi-
tatem alterius, quod motiuum magni fecit Curt. Iun.
cons. 65. numer. 3. vers. præterea, & fortius, Alb. *cons. 98.
numer. 4. vers. mouetur etiam*, Aldobr. *d. cons. 2. numer. 131.*
Brun. *de statut. exclus. d. art. 8. quæst. 16. numer. 66. vers. &
simile statutum*, Honded. *cons. 10. numer. 45. lib. 2.* & infor-
mantes pro Petro obiectum augebant ex eo, quod si fœ-
minam † dotatam à fratre excludere vult statutum ab hæ- 41
reditate patris, vel alterius ascendentis, multo magis di-
cendum est, & feminam dotatam à patre exclusisse ab hæ-
reditate fratris, cum minus debita sit successio † fratria, 42
quàm successio parentum, Ruin. *consil. 43. numer. 5. & 6.
lib. 3.* Put. *decis. 127. in fin. lib. 3.* Surd. *consil. 335. num. 15.
& seqq.*

Quoniam pro responsione, admittitur quidem assum-
ptum, quod filia dotata à fratre excludatur ab hæreditate
patris, nam verè filia dotata, etiam à fratre, excluditur
ab hæreditate patris, sed in hac materia, vt mulier cen-
seatur exclusa ab hæreditate, † dotantis, vis non consistit 43
in hoc, quod pater, vel frater, vel nepos dotauerit, ve-
rum ex quibus bonis dotem persititerint, vt per Bald. *in l.
neque mater, num. 5. & 6. in fin. C. de iur. dot.* Crauett. *cons.
142. numer. 10. & vers. ideò statutum* Paris. *cons. 68. numer.
7. lib. 2.* Surd. *cons. 402. numer. 35. & seqq.* Bott. *cons. 70.
numer. 7. in fin. & numer. 10.* sed clarius in proposito Fran-
ch. Niconit. *d. alleg. 6. numer. 37.* Brun. *de statut. exclus. d.
art. 8. quæst. 16. numer. 59. & seqq.* Thesaur. *decis. 63. nu-
mer. 3. in princ. & numer. 8.* Vnde cum pater teneatur do-
tare filiam, † & hoc munus, & obligatio propriè inhæreat 44
illi, *l. qui liberis, ff. de rit. nuptiarum, l. fin. C. de dot. pro-
miss.* Seraph. n. *decis. 451. numer. 9.* bonaque patris sunt
huic obligationi obnoxia, & transeunt in filium affecta,
hoc † eodem onere dotandi sororem, ex ipsis bonis pater- 45
nis, *arg. l. si quis à liberis, § item rescriptum, ff. de lib. agno-
scen.* Castren. *in l. si marito, §. si voluntate, ff. solut. matrim.*
Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 12. tit 18. num. 7. &
seqq.* quippè quod dos habetur loco † legitimæ portionis fi- 46
liæ debitæ ex successione patris, *leg. quoniam nouella, C. de
inoff. testam.* Castr. *in l. Titio centum, §. Titio genero numer. 8.
in fin. ff. de condit. & demonstrat.* Alexand. *cons. 13. numer.
12 lib. 3* Paris. *cons 36. numer. 4. & seqq. lib. 3.* latè Tira-
quell. *in l. si vnquam, in verbo susceperit, num. 112. C. de re-
uocat. donat.* & frater, quando dotauit sororem, hoc non
dicitur fecisse ex propria liberalitate, sed ex debito pater- 47
no, dotemque hanc soror haud acceptam refert fratri, sed
patri, adeò vt propterea, licet extrinsecè filia sit do-
tata fratre, tamen verè censeatur dotata à pa-
tre, iuxta Doctores præallegatos, statutum namque
considerat ius, & commodum reale, quod consistit in bo-
nis paternis pro † dote filiæ traditis, non autem actum nu- 48
di ministerij, quod præstatur per fratrem, soluendo dotem
ex bonis paternis, vt egregiè docet Bald. *in d. l. neque ma-
ter. num. 5. & 6. in fin. C. de iur. dot.* & his sequitur, quod,
quemadmodum filia dotata à patre non succedit patri,
ita, & dotata † à fratre excludatur itidem ab hæreditate 49
patris, quia ex eius bonis fuit dotata, vt benè per Odd. *cons.
86. num. 2. & 3.* & hinc assequimur statuentes cum miste-
rio in parte excludente non meminisse, nec de fratre, nec
de nepote ex filio, sed solum de patre, matre, vel patruo,
quia pro vno, & eodem habuerunt statuentes, quod filia
fuerit dotata à patre, vel à filio, seu à nepote, præsuppo-
suerunt enim istos ferè semper dotare ex bonis paternis, &
ideò itidem semper excluserunt ab hæreditate patris, siue
à patre siue ab illius descendentibus femina fuerit dotata,
statutorumque † dispositiones referri debent ad id, 50
quòd frequentius contingit, ad *l. nam ad ea, ff. de legib.*

Si verò, frater ex proprijs bonis (quod de raro contingit)
nempè ex peculio Castrensi, † seu alio simili dotasset soro- 51
rem, hoc casu exclusa quidem censebitur ab hæreditate
fratris, quia ex bonis proprijs dotauit, non autem exclu-
sa erit ab hæreditate patris, vel aliorum, qui non dotarunt
hoc enim suadet illa iuris æqua interpretatio, quod singu-
la singulis referantur, & quod femina exclusa censeatur
tantum ab illa hæreditate, in qua habuit † recompensam 52
scilicet dotem acceptam defuncto, & huiusmodi statuta
excludentia feminas dotatas sic interpretanda sunt, † vt 53
feminæ non succedant dotantibus, Odd. *d. cons. 86. num 3.*
Manent. *cons. 4 num. 19. lib. 1.* cum alijs, & ita in hac par-
te statutum Narniæ intelligit Corn. *d. cons. 305. numer. 3.
vers. confert &c. lib. 4. & ibidem post* Afflict. *tradit* Thes.
dict decis. 63. numer. 8. & potius admitti debet suppletio
verbi, quàm hoc magnum absurdum, † quod à Doctori- 54
bus etiam iniquum appellatur, vt fœmina ab vno dotata,
excludatur à successione alterius non dotantis, ad quam
de iure erat vocata.

Non

Non obſtat, quòd ab hæreditate patrui excludat fœmi-
nam, oedum ob exiſtentiam filiorum eiuſdem patrui, ſed
etiam fratris ipſius patrui, ibi, *& patruo ſubſint filij, vel*
ex fratre talis patrui maritantis exiſterent filij maſculi, vnde
qua ratione eacluditur filia fœmina ab hæreditate patrui
ob exiſtentiam filij fratris eiuſdem patrui, ita ob exiſten-
tiam fratris eaclusa cenſeatur ab hæreditate alterius fra-
tris; quoniam non æqua eſt ratio inter fratrem, & pa-
55 truom, † frater enim eſt in primo gradu, patruus verò in
56 ſecundo, & mious † debita eſt ſucceſſio patrui, quàm fra-
57 tris, atque frater in ſubſidiom † tenetur dotare ſororem,
Bald. *in l. fin. C. de dot. promiſſ. num.* 9. Siluan. *conſ.* 13. *num.*
9. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 4. *num.* 128. *ff. ſolut. matrimon.* The-
58 ſaur. *deciſ.* 192. *nxmer.* 7. non autem † patrous ne-
ptem ex fratre, ſecundum opinionem aliqoorum,
Alexandr. *conſil.* 66. *numer.* 3. *lib.* 4. Rip. *in l.* 1. *nx.*
86. *ff. ſolut. matrimon.* Rom. *conſ.* 413. *num.* 6. *& alio-*
rum. Præterea ſemper vrget motiuom, qnod ſtatu-
tum non excIudit fœminam ab hæreditate cuiuſcumque
patrui, ſed patrui dumtaxat maritantis, & obiectum
forraſſe iotraret, ſi Iacobus frater dotaſſet Heleoam,
& Magdalenam.

Non obſtat, qood bona Iacobi ſint eadem materiali-
ter, quæ erant bona Andreæ patris, & ideò, cum
ſtatutum eacludat à bonis patris, intelligatur, & ab
his bonis, quæ in Iacobum deuenerunt, excluſiſſe fœ-
minas, quia non conſiderantur amplius tanquam bo-
59 na pateroa, & illicò ſequuta aditione Iacobi, † effe-
cta ſunt bona eiuſdem, reſoluto penitus priſtino ſtatu
vt in *l.* 1. *§. veteres, ff. de acquir. poſſeſſ.* Bart. *in l. fin.*
§. 1. *numer.* 1. *&* 3. *ff. ad Tertulliax.* & in his terminis
Fab. de Anna *conſ.* 45. *numer.* 73. & rectè diait Corn.
conſ. 97. *num.* 9. *lib.* 1. *& conſ.* 305. *num.* 6. *lib.* 4. quod
60 regulariter ab inteſtato ſucceditur per quotas, † vel
in vniuerſum, non autem per genera bonorum, quia
origo bonorum non attendirur, ſed ſtatus de rempore
delatæ ſucceſſionis, vt latè fuit in prima deciſione fir-
matuoi, & in termiois ſtatuti Narnien. hoc idem dixit
Capt. *d. conſ.* 73. *num.* 4.

Denique oon obſtat, quòd illud verbum, *maritan-*
tis, ooo importet dotationem, ſed ſolum collocatio-
61 nem in matrimonium, † cum & matrimonium eſſe
poſſit ſine dote, vt per Bruo. *de ſtatut. excluſiu. art.* 6.
quæſt. 18. *numer.* 184. quoniam, cum regolariter, &
62 vt plurimum, matrimonium † noo ſoleat eſſe ſine do-
63 te, ſtatutum referri debet ad id, quod frequeotius †
contingit, non autem ad caſum ioſolitum, *d. l. nam ad*
64 *ea, ff. de leg.* & quod verbum, † maritare, ſoluatur
io dotationem, dixerunt Iſernia, relatus à Bruno vbi
ſuprà Gabr. *conſ.* 140. *numer.* 25. *lib.* 2. Bardellon. *conſ.*
4. *numer.* 90. *&* 95. *in fin.* Bellon. Inn. *conſ.* 74. *nxmer.* 41.
& Corn. *d. conſ.* 305. *numer.* 6. *&* 8. *lib.* 4. intelligit ver-
bom illud ſtatuti, *maritantis*, pro verbo, *dotantis*, &
neceſſariò ſumi debet hæc ioterpretatio, quia excluſio
65 ab hæreditate eſt correſpectiua † ad dotem, & qnod
pnella fuerit in matrimonio collocata ſioe dote, non
æquioalet eacluſioni bæreditatum, & faciunt tradita
per Bardellon. *d. conſ.* 4. *numer.* 94. & demum nec con-
ſtat, qoòd Iacobus, de cuius hæreditate modo agitur,
in matrimonium collocauerit Magdalenam, & Hele-
nam, ſed pater ipſe collocauit vnde oullo modo ſuffra-
gantur verba ſtatuti, *patrui maritantis, &c.* Neque ſat
fuiſſet ſorores in matrimonio collocatas, & dotatas fuiſ-
66 ſe, quia, vt dictom eſt † opus erat quòd à Iacobo, de
cuius hæreditate agitur, fuiſſent dotaræ, vt per Bald. *in*
d. l. neque mater, numer. 5. *&* 6. *in fin. C. de iur. dot.* Surd.
conſ. 45. *numer.* 36. *& ſeqq.* Mancot. *conſ.* 4. *numer.* 19. *lib.*
1. Et hoc idem importat genitiuus ille ſtatuti, *talis patrui*
maritantis, ioſert enim, quod defunctus ipſe, de cuius
hæreditate agitur, dotauerit fœminas &c.

Et ita vtraque parte ioformante, vnanimiter. Domini
ſteteruot io deciſis &c.

* Eſt deciſio 247. ſupra in hac parte.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Romana Officij.

Die Lunæ 29. *Nouembris* 1629.

ARGVMENTVM.

Procurator vendens rem Domini, quando dicatur valide contrahere. Procurator vendens rem Domini tanquam propriam dicitur eſſe in dolo.

SVMMARIVM.

1 *Procurator vendens rem Domini, de eius mandato ac eo præſente, & conſentiente, dicitur valide contrahere.*
2 *Vendens rem alienam cum narratiua, quod ſit ſua, tunc emptor poteſt recedere à coatractu, & venditor tenetur ad pretij reſtitutionem.*
3 *Procuratore vendente rem Domini, de eius mandato, valet venditio, & Dominus contrauenire non poteſt, & numer.* 4.
5 *Mandati loco, eſt ſcientia, & conſenſus Domini.*
6 *Procurator vendens rem Domini, non eius nomine, ſed tanquam propria, dicitur in dolo.*
7 *Emptor antequam ſoluat pretium, non efficitur Dominus rei emptæ.*
8 *Verba intelligenda ſunt iuxta naturam actus, & ſubiectam materiam, ſuper qua interponuntur.*
9 *Ab emptione licet diſcedere, & pretium recuperare propter dolum.*
10 *Officia Notariorum Capituli ſunt redacta ad inſtar bonorum allodialium, & tranſmittuntur ad hæredes.*
11 *Stylus probatur per fides extraiudiciales.*

DECISIO CCCXXII.

CENSVERVNT Domini ſtandum eſſe in vltimo
loco deciſ. 31. Ianuarij 1628. * quia D. Laureotius
Butius in ioſtrumento venditionis ſextæ partis officij, de
quo agitur vera, & compatibilia narrauit, nempè quod
officium ad ſe ſpectabar, & tanquam procurator Erraſti
Spanochiæ vendebar, cumulando ſpecies dominij tàm hy-
potecæ, quàm ipſe habebat ſuper medietate illius, quàm
pleni dominij, quod habebat Eraſtus, pro quo extitit pro-
curator, vnde cum proprium ius, & rem de mandato Do-
mini præſenti, & conſeotienti vendiderit ex vera cau-
ſa, non autem † aſſertione falſa valide contraxit, vt 1
propterea neque à contractu recedere, neque pretium re-
ſtituere teneatur, *l.* 1. *C. quando liceat ab empt. diſced.* Af-
flict. *deciſ.* 280. *nu.* 4. Menoch. *conſ.* 888. *num.* 1. Neuiz. *conſ.*
37. *num.* 18. *cum alijs allegatis in vltima deciſione*.

Non obſtat principale obiectum iſtius cauſæ poſitum
pro fundamento io deciſione 5. Martij 1627. * quod Butius
io principio inſtrumenti veoditionis huius ſeatæ partis of-
ficij diaerit, ad quem ſpectat vt aſſeruit, & pertinet me-
dietas officij Norariatus Curiæ Capitolij de præſenti can-
taotis in perſonam Eraſti Spanocchiæ, & nihilominus
conuincatur ex decreto appoſito ad fauorem Eraſti, quod
illam medietatem priùs liberè reſignauerat Eraſto, vt pro-
prerea vendens rem alienam † ſub narratiua quod ſit pro- 2
pterea emptor poſſit à contractu recedere, & venditor te-
neatur ad pretij reſtitutionem per teat. *in l. ſi rem quam, ff.*
de euict. cum gloſ. in verbo agentem, quam communiter
eſſe receptam affirmant Surd. *conſ.* 36. *numer.* 12. *& deciſ.*
253. *numer.* 10. *& alij allegati in eadem deciſion.* 5. *Martij*
1627.

Quia vltra reſponſiones datas in deciſione 31. Ianuarij
1628. diaerunt Domioi concluſionem prædictam eſſe reci-
piendam, quando contractus ex iure taotummodo ven-
dentis eſſet ſuſtinendus, neque eſſet ſequota traditio rei,
nec poſſeſſio continuata abſque moleſtijs; ſecos autem vbi
contractus venditionis, vt io præſenti ſuſtineri poteſt ex
iure ipſius domini rei; dum fuit præſens Eraſtus, & con-
ſentiens, & Butius ſub nomine procuratoris irreuocabilis
Eraſti, † & non ſuo vendidit, tunc enim valet venditio, 3
& Dominus contrauenire non poteſt, Imol *in l. quæ dotis*

sub num. 4. vers. item adde, ff. solut. matrim. Roland. *cons.* 100. *num. 44. vol. 4.* Surd. *decis.* 253. *num. 4. & in fin.* Ruin. *cons.* 141. *num. 5. vol. 1.* Neuiz. *cons.* 37. *num. 17. & seqq.* & ratio est manifesta: quia cessat dolus, & præiudicium, dum ex persona domini contraait, & Adamo licuit, & licet rem habere, & babuit, & possedit absque molestijs ferè per decennium.

Neque dicatur quod illa verba instrumenti pro qua rata dictus D Laurentius asserit se esse procuratorem irreuocabilem ad resignandum dictum officium, prout per acta mei &c. non sint referenda ad Erastum, sed ad Catuccium à quo Butius ptius emerat dictam medietatem officij ex eo, quia leguntut apposita immediatè post narratiuam venditiouis Butin factæ per Catuccium, & etiam quia mandatum Erasti non reperitur in actis Notarij rogati, sed qoidem mandatum Catuccij.

Quia testes dati iustificant hanc partem, quod scilicet Butius vendiderit tanquam procurator Erasti, & quod Adamus omnia sciuit, & intellexit, & nihilominus relatio ad Catuccium repugnat qualitati rei, nam si Catuccius vendidit Butio, quomodo potuit Butius iam effectos do-
4 miuus esse † sui ipsius procurator irreuocabilis contra rationem textus *l. cum res C. de contraben. empt. & l. suæ rei ff. eod. tit* nec probatio mandati deficit ex eo, quod non repetiatur in actis Notarij rogati: quia sufficit pro verifica-
5 tione mandati enunciati præsentia domini, † & consensus, à quo contractus causam recepit, *leg. ne satisdatio, ff rem rat. hab.* Roman. *cons. 63. numer. 1.* Purp. *cons. 31. numer. 5.* Felin. *in cap. cum in iure peritus numer. 14. ff. de offic. iud. de leg* quibus accedunt coniecturæ ponderatæ in vltima decisione confirmantes mandatum ex sola præsentia; dum Erastus post venditionem conduxit dictam tertiam partem, & pactum redimendi illam sibi reseruauit, vt in conductione continuauit per decennium, quæ omnia citra veritatem gestorum per Butium ex mandato suscepto contingere non poterant propterea benè se compati potest narratiua: quod officium ad se spectabat, dum tamen non vendiderit nomine suo prout fecit, ex quo vendidit nomine, & tanqoam procurator Erasti, veri domini, non au-
6 tem suo nomine, † in quo si ita vendidisset, consisteret dolus, nec excusari posset ex dominio hypothecæ iuxta distinctinnem Bald. *in l. proprietatis in principio, C. de probat.* Verùm quia solum narrauit, sed non vendidit, benè potuit Butius credere, quod officinm ob integrum pretium
7 † per Erastum non solutum ad se spectaret, ea quo emptor antequam pretium soluat non efficitur dominus rei emptæ, *l. quod vendidi, ff. de contrab. empt §. venditæ instit. de rerum diuis.* Surd. *cons. 101. num. 12. lib. 1.*

Non obstat, quod ex toto contextu instrumenti appareat Butius voluisse vendere partem illam officij, & Adamum vice versa voluisse ab eo emere ponderando, quod Butius promisit tertiam partem medietatis officij, & iura cessa nulli alteri cessisse, nec fecisse contractum, aut distractum in præiudicium contenturum in instrumento celebrando, & vlterius promisit consentire facere omnem personam interesse habentem, quæ promissiones conuenire videntur Butio vti venditori non autem vti procuratori.

Quia verba instrumenti de constitutione procuratoris ad resignandum sunt clara, & de cessione pariter immediatè subsequuta, vnde promissiones quæ posteà accesserunt absque commemoratione procuratoris non sunt referendæ
8 ad personam Butij vti propriam, sed vti procuratricem † iuxta naturam actus, & subiectam materiam emptionis, & venditionis, Ruin. *cons. 109. numer. 4. lib 1.* Seraphin. *dec. 541. n. 6. cum alijs allegatis per* Grat. *discept. 838. n 13.*

Demum non releuat quod assertio Butij sit certa, tertiam scilicet partem medietatis ad se spectare, & etiam narratiua, quod resignabat tanquam procurator, vnde saltem tenebatur declarare vtrum nomine proprio, vel alieno venderet, vt inde sciret emptor quorum fidem pos-
9 set sequi, aliàs teneatur de dolo, † pro quo licet ab emptione discedere, & pretium recuperare, Bart. *in l. quæro, ff. de act. empt.* Bald *in l. 2. C. de pericul. & commod. rei venditæ*, Afflict. *decis. 399. numer. 9.* Surd. *cons. 150. num. 127. & seqq. vol 1.*

Quia visum fuit Butium sufficienter se declarasse: dum dixit se procuratorem Erasti ad resignandum, & cessisse ad habendum, & tenendum, sed vlterius testes dati deponunt de certa scientia Adami emptoris illum fuisse procuratorem Erasti, dum præsens fuit quando minuta instrumenti fuit correcta, vt staret tanquam procurator, non autem tanquam consentiens resignationi decreti.

Et quæ replicantur ad sustinendum falsum suppositum narratum, quod officium non esset vacabile, cum tamen decretum admissionis contineret, quod vacaret, & vacare censeatur per obitum, vel priuationem Erasti, non sustinentur: quia cum officia prædicta redacta sint ad instar
† allodialium, & transmittantur ad hæredes vigore indul- 10
torum Sixti, & Pauli, Gratian. *discept. 730. num. 56.* Rot. *in Romana officij 1. Iunij 1620. coram bo. me. Remboldo*, decreta vacationis per mortem naturalem vel ciuilem apponuntur propter emolumenta Datariæ, & solutionis regalium; non autem respectu emptoris, qui semper est dominus, & quamuis negetur hæc probatio obseruantiæ, pro ea tamen datæ fuerunt attestationes, quæ visæ fuerunt
sufficientes, cum versemur † circa stylum probandum pro 11
quo admittuntur fides extraiudiciales, Rota *decis. 484. n. 6. coram Papa* Gregor. XV. *& 664. num. 4. p. 1. & 725. num. 5. part. 2. recent.*

Et ita, &c.

* Est supra in hac parte decisio 140.
* Habetur præsens decisio infra in Additione prout in eius Indice io fine posito.

R. P. D. COCCINO.

Clusina Grani.

Die Lunæ 3. Decembr. 1629.

ARGVMENTVM.

Agitur materia de illo, qui contrahit nomine officij, quod ipse non obligatur, sed ille, cuius vices gerit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniusta non est exequenda.*
2 *Actio ex obligatione, tanquam ex matre descendit.*
3 *Actione, qui caret, & agitat, Iudicis officio sine partis petitione à iudicio repelli potest.*
4 *Iudex iuxta petita iudicare debet.*
5 *Actor debet, si non expressè saltim tacitè exprimere actionem, vt super ea Iudex cognoscere possit.*
6 *Contrahens sub nomine officij, non ipse obligatur, sed ille cuius vices gerit.*
7 *Actus quando geritur nomine officij, tunc valet argumentum de tanquam à tali, idest valet actus tanquam à tali, quia talis etiam erat, n. 7.*
Idem potest esse diuersa persona, n. 7.
8 *Contrahens, si vices alicuius gerat, præsumitur in dubio non nomine suo, sed illius contraxisse, & num. 10. 18. 19. & 20.*
9 *Maximè hoc procedit, quando contrahens id non egebat ex propria persona, sed benè egebat ille, cuius vices gerebat.*
11 *Solutio præsumitur facta, ab eo, cum quo solo fuit contractum, & se obligauit simpliciter, & principaliter.*
12 *Solita fieri, habent præsumptionem pro se.*
13 *Rationum redditionis factum, cum sit personale, non egreditur personam, hoc facere obligatam.*
14 *Obligatio ad interesse non succedit in obligationibus faciendi, nisi post moram*
15 *Testatorem fuisse in mora, debet probari, vt ex promissione faciendi eius hæredes teneantur.*
16 *Promissio soluendi ex pecunia, quæ ad eum peruenerit ab aliquo, habet conditionem, videlicet si pecunia peruenerit*
17 *Actio nulla datur in obligationibus conditionalibus pendente conditione.*

DECISIO CCCXXIII.

GLORIOSÆ recordationis Henricus Secundus Gallorum Rex Christianissimus, vt constat ex litteris patentibus datis Petro Strotio 29. Octobris 1553 clar. mem.

mem. Hippoiitum Estensem Cardinalem Ferrariæ suum
coosobrinum Senas allegauit cum munere Locumtenen-
tis generalis, vt Senensium curaret Rempublicam, ea
quæ restirutæ iiiis ab ipso iibertatis securitatem respice-
rent, stabiliret, ordinationesque atque constitutiones
iustitiæ admioistrationem, vel politicum regimen con-
cernentes pro eorumdem cooseruatione tueretur: verum
quia par erat ipsum Cardinalem io parte soiiicitudinis
subleuare, hinc Regis eiusdem Maiestas, vti animad-
uertens aiijs euris destinatum fuisse Domioum de Ther-
mes, qui voà cum præsato Cardin. Locumtenentis Ge-
neraiis officio, quoad res beilicas, fungi consueuerat;
propterea boo. mem. Petrum Strotium Locumtenentem
suum generalem deputauit, qui io Senensium dictione
resideret, vt maiorem, quam posset operam in eodem
Cardinaie subleuando nauaret, & assumens, ampiectens-
que rei beiiicæ pondus, & onus; miiitares copias, tàm
in Senensium Dominio, quàm aiibi per Italiam ab ipso
Rege instructas, atque iostruendas regeret, duceretque
& non tam vt eidem Cardinaii armis pararet obedientiam
in pertinentibus ad præsatam Rempubiicam, sed etiam,
vt exequutioni ea omoia mandaret, quæ ex iure belli,
rationeque ad Senensis Reipublicæ protegendam liberta-
tem esse cognosceret; ideò plenam io rebus beiiicis impe-
randi poteitatem ipsi concessit, etiam fortalitia diruendi,
restaurandi, ac de nouo ædificandi, necnoo eadem bom-
bardis, atque annona instruendi: Cum ergo exercitus;
cuius Regimini Petrus iam præsidebat, tritico egeret,
idem Petrus iilud petijt à Cardinale, *vt firmauit coram
Robusterio 2. Decembris* 1579. quem etiam certiorem fecit
de eiusdem frumenti indigeotijs, vt denun Rura *censuit
coram eodem* 27. *Aprilis* 1584. Vnde Cardinaiis emit
ab Ascanio de Cornea salmas bis miiie ttitici pretio scu-
torum 11591. auri quorum ad computum soluit scuta
2000. remanens debitor in scutis 9591. quod quidem triti-
cum consignatum fuisse ministris Petri Strotij, Rota
firmauit 2. Iunij 1570. *coram eodem Robusterio*, qui cum
postea pronunciauerit hæredes Petri tenesi hæredibus
Cardinalis ad præfatam summam, sententia ob non
prorogationem fataiium transiuit in rem iudicatam, cu-
ius vigore bona memoria Patriarcha Manzanettus rela-
xauit mandatum, quod cum dubitarem an esset exe-
quendum, & dubio sæpius proposito, nempe 24. Apri-
lis 1626. 3. Decembris 1627. & Nouembris præte-
riti, cum Domioi non fuissent concordes, hodie tan-
dem maior pars Dominorum censuit negatiuè responden-
1 dum, quia cum constet † de iniustitia, noo est locus
executioni, *leg. si se obtulit quarto, §. condemnatum, ff.
de re iud.e.* Ioiustitia autem deducitur ex eo, quod non
constat de aliqua obiigatione Petri, sine qua hæredibus
2 Cardinalis nulla competebat actio, quæ ex † obligatio-
ne tanquam ex matre descendit, *glossa prima in verbor.
superest institutione de actionibus in princip.* itaut prædicti
3 hæredes Iudicis officio sine partis petitione † iudicio po-
tuissent repelli, *glos. communiter recepta in leg. vbi pactum*
4 40. *in verba vers. tertia, C. de transaction.* Cum enim †
Iudex perita debeat iudicare, *l. vt fundus* 58. *&* ibi *glos.
quæ concordantes adducit, ff. communi diuidun. glos. in leg.
vinum 22. in verb. cum petitum vel finem, ff. si cert. petat. vbi*
5 Bart. *num.* 14. Ias. *num* 23. Actor debet † si non expressè
saltim tacitè exprimere actionem, quę sibi competit, vt
super ea Iudex possit cognoscere, *capit. delecti 6. de iudic.
gloss. in verb. libellum in §. s. auth de exhib. reis*, quam se-
quitur Bart. *in l.* 1 *n.* 18 *ff. de eden.*

Non obstat, quod Petrus sigoificauit Cardioali Indi-
gentiam exercitus, idque importet petitione, *vt fuit
6 resolutum 14. Martij* 1586. *coram Robusterio*, † quia cum
petitionem fecerit, taoquam Locumtenens generaiis
Exercitus non autem nomine proprio, ipse non reman-
sit obligatus, sed Rex, cuius vices Petrus gerebat Doct.
in l. procurat. qui pro euictione, ff. de procur. Bald. *in l. si cre-
ditor ante fin. vers. sed si est factus, C. si tutor, vel curator
interuen.* Natt. *consil.* 641. *numero* 1. *& sequ. lib.* 3. Siiuao.
cons. 8. *sub num.* 3. *vers facit*, Bero. *cons.* 199. *num.* 2. *lib.* 5.
Surd. *cons.* 19. *nu.* 11. *in princ. lib.* 1. Rimin. Iun. *cons.* 641.
num. 15. *libr.* 6. Bero *decis.* 80. *numer.* 4. *in princ. vers. quod
etiam intelligi debet*, Gemin. *consil.* 150. *per tot.* Abb. *con-
7 sil.* 23. *in princip. lib.* 1. itaut † in hac materia, cum Petrus
sustineret duplicem personam valeat argumentum de
tanquam à tali, hoc est valet actus tanquam à tali, quia
talis etiam erat, licet idem possit esse diuersa persona, vt
benè ad propositum, Signor. *cons.* 227. *n.* 3.

Quod autem Petrus fecerit petitionem vti minister, &
sic non contraxerit nomine proprio satis apparet, primò,
quia in dubio † præsumitur contraxisse nomine officij, 8
Anchar. *consil.* 22. *nu.* 2. Alciat. *reg.* 2. *præsumpt.* 24. eoque
magis cum ageretur de grano, quo Petrus non ex propria
persona, † sed tanquam Locumtenens generalis indige- 9
bat pro exercitu; vnde ceosetur contraxisse nomine offi-
cij, non autem nomine proprio vt benè ad propositum,
Bart. *in* 5. *quæst. adunantia, n.* 5. *vers.* 2. sic vbi egregiè de-
ciarat totam istam materiam.

Secundo quia Petrus non eget simpliciter cum tertio,
sed eum Cardinale Ferrarię, quia erat vniuersaliter Lo-
cumtenens generaiis, cum Petrus esset particulariter Lo-
cumtenens generalis circa res beiiicas, & fuisset deputa-
tus, vt Cardinalem subleuaret ampiectendo ea, quæ ad
bellum spectabaot, & vt dicitur io dictis litteris pateoti-
bus, *tanto per far che dire, & intendere il detto Signor
Cardinale da tutti quelli come gl' apparerà nelle cose concer-
nenti la protettione della detta Republica*, hoc est Senatum,
*Stato, e libertà de Senesi, & il carico, auttorità, e potere,
ch' hà da noi in quelle parti detto Signor Cardinale, come per
mettere in essecutione tutti gl' atti da guerra, ch' il detto Stroz-
zi vedrà, e conoscerà douersi fare per la sopradetta protet-
tione*, & propterea cum dictus Petrus egerit eum Cardi-
naie, qui erat superintendens, † & recursum habuerit 10
ad eum tanquam ad Dominum, ac Superiorem censeri
debet voluisse agere non proprio, sed administratorio no-
mine ex adductis per Cornelio *in consil. numero* 3.
libr. 2.

Tertiò quia cum venditio fuerit facta Cardinali, & ip-
se obiigauerit Ascaoio Corneæ nulla facta mentione Pe-
tri, nisi quo ad soiam consignationem, ibi, *Che il sopra-
detto Signore*, sciiicet, Ascanius Cornea, *deue hauere da
noi per la valuta di some* 2000. *di grano à noi vendutoci nel
Chiusi, e per nostra parola consegnate nel detto Chiusi d' A-
gente del Signor Pietro Strozzi*, sequitur quod Petrus ca-
piendo granum non censeatur contraxisse nomioe proprio
cum non sit verisimile, quod si sic contraxisset, vel noo
interuenisset in primo contractu, vel non se obiigasset er-
ga Cardioalem.

Quartò, quia cum valor graoi ascenderet ad scuta
11591. Bonon. decimo in obligatione Cardinalis habetur
mentio, quod fuerant soluta scuta 2000. & pro residuo se
obiigauit Cardinalis, quare cum contractus factus cum
Cornea loquatur de soio Cardinali, & simpliciter habea-
tur mentio de solutione scutorum 2000. illa soiutio præ-
sumitur facta à Cardinali, cum quò solo fuit contractum,
ex quo † se obiigauit simpliciter, & principaliter, non au- 11
tem fideiussorio nomine, tanquam principalis, vt benè ad
propositum, Aym. *in cons.* 529. *num.* 3. *vers. in hac difficulta-
te*.

Quintò, quia sicuti quando Petrus habuit intentionem
aiiquo modo contrahendi, prout in emptione tritici facta
à Comite Pitigliani, fecit certam declarationem, de qua
statim dicetur, ita etiam verisimile est, quod si voiuisset
aiiquo modo contrahere occasione huius tritici habiti ab
Ascanio Cornea, aliquam † declarationem fecisset, cum 12
esset soiitus ita facere, Deciao. *cons.* 66. *nu.* 18. *libr.* 3. vbi
quod fieri solita habent prę sumptionem pro se, *& plenius
cons.* 124. *num.* 7.

Sextò, & vltimò, quia quemadmodum in dicta em-
ptione tritici facta à Comite Pitiiiani, Petrus ooiuit se
simpiiciter obligare, vt inferius probabitur, ita io casu
isto idem multo magis præsumendum est, cum nullam si-
miiem declarationem fecerit, vt dictum est; quod autem
Petrus io emptione graoi facta à Comite Pitiiiani se sim-
pliciter obligare noiuerit, satis apparet; in scriptu-
ra enim facta à Petro narratur, quod Cardinalis Esten-
sis se obligauerat Comiti Pitiiiaoi, & subditur. *Et
essendo ragioneuole, che sia scaricato di detta obligatione*,
scilicet Cardinaiis, *perciò promettiamo, e ci obligbia-
mo à detto Monsignor Cardinale, & al detto Signor Con-
te di Pitigliano di far render conto, ouero alli loro Agen-
ti, di tutta la quantità sopradetta di detto formento, e
de denari, che verranno d' esso*. Ex quibus verbis li-
cet resultet duplex promissio Petri, non est tamen
talis, vt ipse teneatur de suo, prima enim respicit factum
nempè redditionem rationum faciendam Cardinali Esten-

fi, &

si, & Comiti Pitiliani, vel eorum Agentibus ibi, *Di far render conto, ouero alli loro Agenti di tutta la quantità sopradetta di settoformento*, secunda continet solutionem quantitatis debitæ non purè, sed sub conditione, cum promiserit soluere ex pecunia quæ venisset ad ipsum, ibi *& de denari, che verranno d' esso*. Vnde ex neutra promissione oriebatur obligatio contra hæredes Petri, non
13 ex prima, † quia cum respiceret factum redditionis rationum, hæredes non tenebantur, ex quo illa erat personalis, quæ tanquam personæ cohærens non potest impleri per hæredem, qui neque ratione non implementi tenetor, *l. qui Romæ* 122. *§. Augerius*, *vbi* Doctor. *ff. de verb. obligat. l. fin. ff. de condit. institut.* Iason. *in l. si decem cum petiero 48. numer. 12. ff. de verbor. obligat.* Couar. *pract. cap. 39. in fin. vers. 5.* Castill. *lib. 3. controuers. capit. 14. num. 6.*
14 *& 7.* in obligationibus † enim faciendi non succedit obligatio ad interesse, nisi post moram, *l. si quis ab alio decimotertio, §. vltimo, ff. de re iud. l. stipulationes non diuiduntur 72. §. Celsus*, *vbi* Bart. & Doctor. *ff. de verb. obli-*
15 *gat.* & ideo oportet probare † defunctum fuisse in mora, vt ex promissione faciendi illius hæredes teneantur d. *§. Augerius*, non etiam ex secunda obligatione Petrus sim-
16 pliciter tenebatur, quia cum promisisset † soluere ex pecunia, quæ ad eum venisset à Galliarum Rege, illa promissio habet conditionem, videlicet si pecunia venerit, *l. inter stipulantem 83. §. sacram, versic. si stipulatus fuero vbi* Bart. & Doctor. *ff. de verbor. obligation. l. cum certus numerus quinto, ff. de tritic. vin. & oleo legat. l. si debitor 39. §. verisimile, ff. de contrahen. emption.* Surd. *de alim. titul. 4. quæstio 26. per tot.* & in obligationibus conditionali-
17 bus † pendente conditione nulla datur actio, sed dumtaxat spes debitum iri, *§. ex conditionali instit. de verbor. obligat. l. cedere diem 213. ff. de verbor. significat.*

Non obstat, quod prouidere exercitum de victuarijs spectabat ad Petrum priuatiuè, quod Cardinalem, vt fuit resolutum 24 *Ianuarij, & 7 Februarij 1586. coram Robustiero*, & propterea cum, vt dictum est, significatio indigentiæ grani facta per Petrum Cardinali importet petitionem, *vt coram eodem Robusterio fuit resolutum 14. Martij eiusdem anni 1586.* ex istis decisionibus remanent iustificatæ aliæ decisiones factæ *coram eodem met Robuste-*
18 *rio 13. Iunij 1576 & 1. Mart. 1577.* in quibus fuit † firmatum Cardinalem habuisse animum obligandi, nedum Regem, sed etiam Petrum per *doctrinam Bart in leg. Ciuitas, numer. 9 ff. si cert. petat. vbi* Aretin. *numer. 2. & per* Gabriel. *consil. 71. numer. 4. libr. 1* cum alijs, etiam
19 quod nomen † Locumtenentis staret taxatiuè, vt in hoc casu per eandem *doctrina Bart. resoluit* Rota 27. *Iunij 1586. coram ipsomet Robusterio.* Nam per Dominos fuit responsum, quòd considerata in obiecto procedunt in abstracto, non autem in casu isto, in quo vt supra ponderatum fuit Cardinalis erat Locumtenens supremus, & licet quoad gubernium, & regimen exercitus, Petrus esset quoque supremus; negari tamen non potest, quin esset subordinatus Cardinali saltem ex decentia circa reuerentiam, & respectum, ideoque prouidere de victuarijs exercitum non spectabat ad Petrum, adeò priuatiuè, vt cumulatiuè non posset spectare etiam ad Cardinalem; vnde hoc considerato, satis est, quod non probetur explicita obligatio Petri, quia licet significatio indigentiæ in abstracto posset importare petitionem huiusmodi, tamen petitio in hoc casu in quo prouidere de victuarijs non spectabat priuatiuè ad Petrum respectu Cardinalis, non potest pernecesse importare obligationem Petri, maximè cum alia adminicula, & coniecturæ supra ponderatæ
20 concurrant: Ex quibus dicendum est † Petrum non se obligasse nomine proprio in receptione tritici, sed nomine officij, & sic tanquam Procuratorem Regis ex supra deductis.

Ex quibus vtraque parte informante fuit resolutum non esse locum executioni, &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Meliten. Præeminentiarum.

Die Lunæ 3. Decembris 1629.

A R G V M E N T V M.

Tractatur an Marescialllus Sac. Religionis Ordin. Hierosolymitani habeat talem iurisdictionem, quæ se extendat ad familiares Magni Magistri habentes qualitatem familiarum in Palatij seruientium, commensalitatis, & seruitij, vt inter illos pacem componere possit.

S V M M A R I V M.

1 *Iurisdictio Marescialli Ord. Hierosolym. non se extendit ad familiares Magni Magistri habentes qualitatem familiarum in Palatio seruientium, vt inter illos pacem possit componere, & n. 20.*
2 *Text. in l. cubicularios C. de præp. sac. cubic. l. fin. C. de Castr. & Min. & l. 2. de decan. libr. 12. loquuntur solum in cubicularijs Imperatoris, & Augustæ.*
3 *Familiares Principum inferiorum, non eximuntur à iurisdictione Ordinariorum ratione solius familiaritatis Principis.*
4 *Familiares Principum pro pace componenda possunt conueniri ab Ordinarijs locorum.*
5 *Forum in loco delicti commissi, quis sortitur.*
6 *Exemptio personalis non suffragatur quando committitur delictum sub iurisdictione alterius Principis.*
7 *Exemptio personalis familiarium Principis seruanda est, vbi Princeps residet.*
8 *Iudex inferior, in loco vbi Princeps dominans habitat, nec habet, nec dicitur habere territorium separatum, & n. 10.*
Nec potest ius dicere in Officiales, vel familiares Principis illo inconsulto, vel non permittente, n. 8
9 *Conueniendus est familiaris Principis coram suo iudice, vel coram eo, cui hæc facultas, & iurisdictio à Principe fuit concessa.*
11 *Priuilegium concessum per Imperatorem suis familiaribus extendi non debet ad priuilegia aliorum Principum inferiorum.*
12 *Priuilegia sunt stricti iuris, & restringenda ad sensum verborum*
12 *Superior dominans, in suo Palatio potest dici Imperator.*
14 *Magnus Magister Religionis Hierosolymitanæ dicitur superior, & dux belli.*
15 *Melitæ Princip eius iura non sunt absolutæ, cum respectu dominij Magnus Magister recognoscat Regem Siciliæ.*
Respectu verò superioritatis Ecclesiasticæ est tantummodo Abbas superior n. 15.
16 *Superior religiosus ratione magnæ superioritatis, vel potest priuilegio Ecclesiastico, vt familiares non conueniantur ab Ordinario.*
17 *Princeps superiorem recognoscens respectu subditorum omnia potest, quę possunt alij Principes.*
18 *Familiares Principum, tunc videntur exempti ab iurisdictione Ordinarij, quando deputantur alij Iudices.*
19 *Iudicibus censetur adempta iurisdictio, per deputationem nouorum Iudicum.*

D E C I S I O CCCXXIV.

DOMINI perstiterunt in iam resolutis 18. Maij præteriti: * quia iurisdictio Marescialli non se extendit ad familiares Magni Magistri habentes qualitatem † familiarium in palatijs seruientium, commen- 1
salitatis scilicet, & seruitij vt inter illos pacem componere possit, *l. cubicularios, C. de propos. sacr. cubicul. l. vltima C. de Castren. & ministr. leg. 2. C. de Decan. lib. 12.*
Non obstat quod iura prædicta loquantur † in solis cu- 2
bicula-

biculariis Imperatoris, & Augustæ, qui inhærent penetralibus, & intimis secretis supremi Principis, non autem in familiaribus aliorum Principum inferiorum, qui
3 non † eximuntur à iurisdictione Ordinariorum ratione solius familiaritatis Principis, Aluarot. *de pace tenen. §. si ministeriales num. 1. præpos. numer. 2.* Bald. *in §. si quinque solidos eodem tit.* Isernia *num. 1.* Balzeran. *numero 1. & seq.*
4 conuenientes in hac parte, vt seruitores † scutiferi, seu familiares Principum pro pace componenda possint conueniri ab Ordinarijs locorum per rationes eiusdem textus.

Quia & si lex prædicta sit Imperialis nempè Federici, & de inferioribus Principibus, & Dominis loquatur, & per consequens de familiaribus illorum, non autem Imperialis dignitatis, & dispositioni iuris conueniat, vt quis
5 sortiatur † forum in loco delicti commissi, *l. prima, C. de iurisd. omn. iud. cap. 1. de raptor.* Farinac. *quæst. crimin. 7.*
6 *numero 1.* nec exemptio personalis suffragatur quando † committitur delictum sub iurisdictione alterius Domini, Felin. *in c. finali n. 5. vers. item ponderat de foro compet.* Rot. *decis. 15. nu. 3. par. 1. recent.* attamen quando agitur de
7 exercitio iurisdictionis Iudicum, † qui subordinantur ad separanda, vel punienda delicta in loco, vbi Princeps residet; tunc seruanda est personalis exemptio familia-
8 rium eiusdem Principis: quia Iudex inferior in † loco vbi Princeps dominans habitat, nec habet, nec dicitur habere territorium diuersum, aut separatum, nec potest ius dicere in officialem, aut familiarem Principis illo inconsulto, aut non permittente, Bart. *in l. in officiales, C. de offic. Rector. prouinc.* Guidop. *decis. 328. num. 1.* Boer. *decis. 9. num 6.* sed præterea si familiaris Principis delinqueret in territorio separato ab Insula Melitæ, vbi Magnus Magister residentiam tenet eiusdem tamen dominij & Principis nihilominus citatus non teneretur coram illo comparere: sed coram suo Iudice esset conueniendus nempè Ma-
9 gistro officiorum, † vel Siniscalco, vel coram eo, cui hæc facultas, & iurisdictio à Principe fuerit concessa, Luc. à penna *in l. fin. circa finem C. de Veteran. & ita* Belzeran. *in dicto §. si ministrales nu. 6.* limitat dispositionem illius
10 textus; propterea cum Maresciallus sit † Iudex inferior, nec habeat territorium diuersum, aut separatum, sitque eiusdem dominij ius dicens, & in loco vbi Magnus Magister resider, tenetur seruare priuilegium exemptionis familiaribus domus eiusdem Principis, nec inter eos ad componendas paces se intromittere potest.

Non obstat si Maresciallus dispositione dicti §. si Ministeriales iuuari non possit; adhuc tamen de tali exemptio-
11 ne non constat, ex quo priuilegium † concessum per Imperatorem suis familiaribus ad priuilegia aliorum Princi-
12 pum inferiorum extendi non debeat, tanquam stricti † iuris, & restringendum ad sensum verborum Franc. *in capit. valentes num. 2. de priuil. in 6. & in capit. per exemptionem numer. 5. eod. tit.* Iason. *in l. 1. numer. 4. ff. de constit. princip.*

Quia decisio causæ satisfacit huic obiecto: nam quili-
13 bet Superior dominans † in eius palatio dici potest Impe-
14 rator, sicuti, & ipse Magnus † Magister dicitur Superior, & Dux belli: propterea conueniunt eadem priuilegia familiaribus eorum, cui conueniunt iura imperandi ratione identitatis rationis, ne distrahantur ab obsequio, & trahantur ad alia iudicia, nec vim facit, quòd iura
15 † Principatus Melitæ non sint absoluta, cum respectu alti dominij Magnus Magister recognoscat Regem Siciliæ, & respectu superioritatis Ecclesiasticæ sit tantummodo
16 Abbas Superior: quia † si accipiatur tanquam Superior religiosus non est nouum, quod ratione istius magnæ superioritatis etiam vti Ecclesiastico debeatur priuilegium, vt familiæ non conueniantur ab Ordinario, vt in exemptis de Episcopo, & alijs in eadem decisione causæ adductis; si verò assumatur tanquam Princeps recognoscens
17 † superiorem, sufficit, quod respectu subditorum omnia possit, quę possunt alij Princeps, sicut potest Magnus Magister, prout de Duce Mediolani, Parmæ, Ferrariæ respectiuè responderunt Natta *cons. 661. num 18.* Rimin. Iun. *cons. 5. n. 93. vol. 1.* Alciat. *cons. 9 tom. 1. nu. 13. libr. 3.*

Neque dicatur, quod tunc dignoscitur concessum pri-
18 uilegium † ad eximendos familiares à iurisdictione Ordinarij, quando deputantur alij Iudices, ex quo tunc per
19 deputationem nouorum Iudicum † censeatur adempta iurisdictio Ordinariorum Bart. *in l. in sacris n. 2. C. de proxim. sacrorum scrinior. libr. 12.* Menoch. *præsumpt. 18. nu. 18. libr. 2.* vndè cum pro familiaribus Imperatoris, Magistro officiorum, & siue Siniscalcho sit tributa huiusmodi iurisdictio: pro Magno Magistro autem nullus habeat hanc iurisdictionem, inde dicebatur non esse ademptam ab Ordinario facultatem componendi pacem inter familiares Magni Magistri.

Quia Maresciallo agenti pro certa iurisdictione, vel ad certum genus causarum decidendum, sufficit obstare illi defectus iurisdictionis ex quo ad eum non pertinet de Iudice prouidere: † sed vel iam est prouisum *per l. cubicularios* 20
l. vltimam l. 2. supra allegatas, vel illi penes quos omnimoda iurisdictio residet de Iudice prouidebunt.

Et ita, &c.

* Est decisio supra in hac parte 291.

R. P. D. GHISILERIO.

Cracouiensi Iuris legendi.

Die Lunæ 3. Decembris 1629.

ARGVMENTVM.

Sententia ex quibus probetur, quod sit valida, & iusta. Docendi facultas idoneo non est interdicenda, & nonnulla circa hanc materiam adducuntur. Remissoria ad effectum probandi præscriptionem immemorabilem, quando denegetur.

SVMMARIVM.

1 *Per citationem ad dicendum contra commissionem firmatur iurisdictio Iudicis.*
2 *Sententia dicitur valida, si fuerit lata seruatis terminis substantialibus, & illis reiteratis.*
3 *Sententia ex reuolutione actorum probatur, an sit valida.*
4 *De iustitia sententię non potest dubitari, si ea probetur ex pluribus decisionibus in causa factis.*
5 *Docere quemquam, qui sit idoneus, petita licentia, nemo interdicere debet.*
6 *Conc. Trid. inuitat Principes, vt plura statuant loca, in quibus iuuentus doceri possit.*
7 *Gymnasia septem extiterunt in sola Athenarum Ciuitate.*
8 *Iulianus Imp. Apostata, cum vellet radicitus euellere Religionem Christianam, prohibuit, ne Christiani Grammaticam, nec Rethoricam docerent, & S. Aug. hoc recenset inter alias Ecclesiæ Dei persecutiones, num. 9.*
10 *Contra quam rem accerrimè contra Iulianum inuehitur Sancti Gregorij Nazianz. Orat. 1 in Iulian. vbi hoc eius factum appellat scelus, & tyrannidem.*
11 *Iulianus Apostata, licet curauerit, ne Christiani docerent Grammaticam, & Rethoricam, tamen eisdem non interdixit lectiones Theologicas.*
12 *Priuilegium concessum Collegijs extenditur etiam ad Collegia futura.*
13 *Priuilegia non comprehendunt, post illorum concessionem acquisita.*
14 *Gymnasij publica Vniuersitas de iure communi non potest aperiri sine licentia Principis.*
15 *Papa concedendo aliquid contra ius commune, eo ipso censetur tollere omnia impedimenta.*
16 *Papa habet omnia iura in scrinio pectoris.*
17 *Derogatoria generalis habet vim specialis expressionis, etiam iuris prohibendi.*
18 *Ius prohibendi, nè gymnasium publicum possit aperiri præscriptione immemorabili potest acquiri.*
19 *Ad discendum multum valet amor Magistri, & acceptus modus docendi.*
20 *Text. in c. 1. & in cap. quanto de magistr. quando non procedant.*
21 *Remissoria denegatur, quando materiæ articulatæ sunt imaginatæ, ad hoc fiant articuli releuantes, quàm*

quod

quod verè res, ita se habeat, & numero 29.

22 *Remissoria denegatur, quando articuli sunt concepti, ad effectum euitandi decisiones in causa factas.*

23 *Remissoria non conceditur, quando res articulata est inuerisimilis.*

24 *Scholas regere quicunque idonei possunt, & prohibeantes officijs, & dignitatibus spoliantur, & etiam excommunicantur.*

25 *Pœna priuationis officij, & dignitatum, ac excommunicationis à Canonibus non imponuntur, nisi propter crimina.*

26 *Papa non censetur velle concedere priuilegium, quod contineat materiam criminosam, punibilem, improbam, & irrationabilem.*

27 *Papa non præsumitur velle sibi, & successoribus suis ligare manus contra iuris regulas.*

28 *Remissoria non denegata, quando datur fumus.*

30 *Papa concedendo alicui priuilegium aliquod, per hoc non censetur sibi velle ligare manus.*

31 *Remissoria dari non potest, stante improbabilitate tituli & improbitate.*

DECISIO CCCXXV.

PER binas sententias Rotales fuit pronunciatum, Rectori, ac Patribus, & Præceptoribus, seu Professoribus Societatis Iesu, licuisse, & licere in eorum Collegio Cracouien. vltra humaniores litteras, publicè, ac liberè legere, etiam liberales artes, Theologiam, & aliàs facultates, quibusuis ad dictum Collegium accedentibus, iuxta formam Priuilegiorum Apostolicorum, eidem Societati concessorum: ac Vniuersitati studij generalis eiusdem Ciuitatis, non licuisse, neque licere impedire, nec vllatenus molestare eosdem Rectorem, Patres, & Præceptores in tali facultate liberè, ac publicè legendi. Verum quia Vniuersitas ad impugnandas supradictas sententias instabat pro remissoria, dubitaui, An dictæ sententiæ essent confirmandæ, vel infirmandæ, & Domini censuerunt *remissoriam non esse concedendam, sed Sententias, tanquam validas, & iustas esse confirmandas.*

1 De validitate non dubitatur, cum per † citationem ad dicen. contra. Commissionem fuerit firmata iurisdictio Iudicis, Ægid *decis.* 38. & Cassad. *dec. 7. de appel.* Constat de mandatis Procuratoris vtriusque partis: fuerunt
2 seruati † termini substantiales, & seiterati: quibus seruatis, sententia dicitur valida. Caputaq. *decis.* 260. *par.*
3 a. eaque ex reuolutione actorum benè † probatur, vt fuit dictum in *Anconitana separationis thori 9. Ianuarij 1600 co. Card. Lancell.* Rot. *in rec. decis. 545. n. 1. par. 5. & 178. n. 1. par* 2.

4 Nec de iustitia potest dubitari, † cum ea probetur ea tot decisionibus factis in hac causa, in quibus respondetur singulis obiectis pro Vniuersitate Cracouien deductis. Nam patres Societatis Iesu fundant suam intentionem tam de iure communi, quàm ea Priuilegijs Apostolicis. De iure communi per *text in cap. 1 §. pro licentia, de Ma-*
5 *gistr.* ibi: *Nec † docere quenquam qui sit idoneus petit licentia interdicat. Et in cap. quanto eod. tit* ibi *Districtè præcipientes, vt quicumque viri idone, & litterati voluerint legere studia litterarum, sine molestia, & exactione qualibet scholas regere permittantur.* Et ad hoc ipsum videtur respexisse Sacrum Concil. Trident *sess. 5. capit. 1 & sess. 23.*
6 *capit. 18 de reform.* vbi Sacrum † Concilium inuitat Principes vt plura statuant loca, in quibus iuuentus doceri possit. Et Cassan. *in catalogo glor mundi 5. par. consid* 21.
7 refert, quod in sola † Athenarum Ciuitate septem extiterunt gymnasia Quinimo Ægid. Roman. *lib 3 part.* a. *cap.* 8 sic scripsit: *Curare Rex debet, vt in regno suo vigeant studia litterarum, vt ibi sint multi Sapientes, & industrij ex Theologis, Iurisperitis, Medicis, & alijs doctis viris.*
8 Hinc legimus quod cum Iulianus Imperator † apostata veller radicitus Christi legem destruere, illud primum curauit, nec Christiani Grammaticam, & Rhetoricam docerent, vt refert, hanc legem Iuliani improbans, etsi Ethnicus Ammianus Marcellinus lib. 22. & 25. Histor. id-
9 que S. Augustinus *lib. 18 de Ciuit. Dei cap.* 52. † inter persecutiones Ecclesiæ Dei recenset, & ob hanc quoque rem accerrimè in Iulianum inuehitur S. Gregor. Nazianz. *or.*
10 1. *in Iulian.* † vbi hoc eius factum, appellat *scelus, & tyrannidem:* quamuis ille Theologicas lectiones Christianis Magistris † non interdixerit. Et ex priuilegijs Apo- 11
stolicis Pauli Tertij, Iulij Tertij, Pij Quarti, & aliorum Summorum Pontificum, & in specie sanctæ memor. Pij Quinti, sub dat. Romæ 10. Martij 1571. in cuius dispositione habetur. *Decernimus, & declaramus, quod Præceptores huiusmodi Societatis tam litterarum humaniorum, quàm liberalium artium Theologiæ, vel cuiusuis earum facultatum in suis Collegijs etiam in locis vbi Vniuersitates extiterint suas lectiones etiam publicas, legere liberè, ac licitè possint,*
& tale Priuilegium † tanquam concessum Collegijs, & 12
Societati, extenditur etiam ad Collegia futura, Alexand. *cons.* 178. *n.* 7. 10. & 13. *lib.* 2 Natt. *cons.* 160. *n.* 23. & *seqq.* & propterea non applicatur quod sit intelligendum de Collegijs tunc ædificatis, ex quo Priuilegia † non compre- 13
hendant bona post illorum concessionem acquisita *Clem. acquisita de rescript. vbi* Vitalin *n.* 13. & *seqq.*

Neque facit quod de iure communi sine licentia Principis non possit aperiri publica † Vniuersitas Gymnasij, cum 14
istud ius sit de reseruatis Principi, Vitalin. *in clement.* 1. *nu.* 25. *de Magistr.* quia preter Priuilegia Regum Poloniæ, quæ patres Societatis Iesu pro fundatione sui Collegij adducunt, Indulta quoque plurium Romanorum Pontificum, & speciatim san. memor. Pij Quinti tollunt difficultatem, cum in eis concedatur facultas ista in omni vniuersitate, & eo ipso quod à † Papa conceditur aliquid etiã 15
contra ius commune, omnia impedimenta censentur sublata, cum habeat omnia iura in † scrinio pectoris: & cum 16
in supradicto Indulto Pij V. adsit amplissima derogatio quibuscumque Priuilegijs, consuetudinibus, statutis, indultis, & litteris Apostolicis quibusuis Vniuersitatibus, & Collegijs concessis sub quibusuis derogatoriarum derogatorijs, cum clausula *quorum tenores, &c.* non potest vniuersitas Cracouien allegare aliquod ius speciale, quod non fuerit sublatum, Ista namque † generalis dero- 17
gatoria, habet vim specialis expressionis etiam iuris prohibendi, *l. si duo in fi. ff. de admin. tutor.* Gonz *super reg.* 8. *gl.* 9. §. 56. Caputaq. *dec* 296 *nu.* 2. *par.* 2. Rot. *decis.* 51. & ibi Adden. *nu.* 4. *de præben in nou.*

Nec obstat quod præscriptione † immemorabili possit 18
acquiri ius prohibendi ne possit aperiri publicum Gymnasium, quia procedit, vt non possit fieri sine licentia Superioris, *vt in cap. 5. & cap. quanto de Magistr.* qui textus generaliter disponunt, & sunt fundati in eo, quod ad dicendum multum valet † amor magistri, & acceptus modus le- 19
gendi, quia aliquis cum vno proficit, qui cum altero non proficeret, *vt post Hostien tradit.* Ioan. Andr. *in d. cap. quanto de Magistr. in fin.* & propterea non applicatur, quod dispositio † supradictorum textuum sit restricta ad casum 20
quando in illis locis non est sufficienter prouisum de Magistris, sed vnus tantum Magister regit scholam.

Sed cardo difficultatis in eo versatur: An sit concedenda remissoria, qua Vniuersitas probare prætendit, se esse in possessione prohibendi ab immemorabili tempore, ne alij legant. Et Domini inhærendo resolutionibus alias factis, eam non esse dandam resoluerunt, ea ratione, quia cum Patres Societatis Iesu habeant sua Priuilegia clara, vt possint vbique legere, non sunt admittendi articuli super eo, quod Vniuersitas Cracouien. ab immemorabili tempore est in possessione prohibendi, ne alij legant: † quia immemorabilis videtur potius imagi- 21
nata, vt fiant articuli releuantes, quam quod verè ita res se habeat, & ideò remissoria est deneganda, *vt fuit resolutum in causa Hispalen de Eceza 16. Nouembris 1579. coram sanct memor. Clemente VIII sanct. memor. Gregorio XV. decis.* 211. *numero* 5 Quod autem immemorabilis fuerit articulata, vt articuli appareant releuantes, satis apparet, quia ad nullum alium effectum articulatur dicta immemorabilis, nisi † ad eui- 22
tandas decisiones, quæ canonizant prædicta Priuilegia, & propterea dicta immemorabilis, videtur materia imaginata, *dixit* Rota *in Mediolanen. bonorum 9. Maij 1597. coram bon. memor. Cardin. Pamphilio, & in Vlixbonen. iuris conferendi 7. Februarij 1607. coram bo. me. Cardin Lancellotto,* Adden. *ad dictam decis.* 211. *sanct. me. Greg. XV. in littera C.*

Secundò dicta remissoria non videtur concedenda, quia immemorabilis articulata est † inuerisimilis, quia 23
inuerisimilitudine stante, reijciuntur articuli, & ea denegatur *cap. quia verisimile, vbi* Imol *num.* 1. *de præsumpt. Specular. de probat. §. nunc dicendum num.* 1. Tiraquel. *in l. si vnquam in præfat. numer.* 38. *in fin. C. de reuoc. donat.* Rota

decis.

decis. 25. de testib. in antiq. & decis. 99. num. 1. part. 4. diuers. san. mem. Greg. XV. *decis. 414. num. 3. & fuit resolutum in causa Toletana pensionis 10. Maij 1595. coram Reuerendiss. Pacen.*

Inuerisimilitudo autem ex eo deducitur, quia qui-
24 cumque † idonei possunt regere scolas, & transgresso-
res, officijs, & dignitatibus spoliantur, & etiam ex-
communicantur, *vt in allegato cap. quanto de magistris.*
25 Et cum huiusmodi pœnæ à Canonibus † non imponan-
tur nisi propter crimina, Siluestr. *in verb. excommuni-
catio, il primo, num. 7.* inuerisimile est quod Summus
26 Pontifex voluisset concedere priuilegium, † quod de
sui natura continet materiam criminosam, punibilem
improbam, & irrationabilem, prout dicit *text. in eo-
dem cap. quanto*, & quod in materia tam exorbitanti
27 voluisset sibi, † & successoribus suis ligare manus con-
tra omnes regulas, *cap. dudum, & cap. quantum, il
secondo de præben. in 6.* Alphonsus Sotus *in reg. 24. num.
25.* Aym. *conf. 126. num. 24. vers. itaque si Papa*, Ce-
phal. *conf. 155. num. 14. & conf. 168. num. 8.*

Non obstat quod hæ conclusiones limitentur, quan-
28 do datur † fumus in contrarium, vt de prima dicit *di-
cta decis. 414. sanct. mem.* Gregor. XV. *num. 4. & de se-
cunda* Imol. *loc. cit.* quia hic nullus datur fumus. Nam
testes in curia examinati, qui deponunt de certa prohi-
bitione, non deponunt de prohibitione facta personis
habentibus talia priuilegia Apostolica, qualia habent
Patres Societatis Iesu. Vltra quod ista prohibitio est sa-
tis moderna, vnde ex illa nullo modo, potest argui ad
immemorabilem, ita vt ex illa possit colligi præsumptio, †
29 quod materia non sit imaginaria, & quod articuli non
contineant inuerisimilia.

Neque posset suffragari immemorabilis prætensa ab Vniuersitate, nisi haberet Priuilegium Apostolicum concedens, vt nemo sine licentia Rectoris Vniuersitatis possit legere in ista Vniuersitate, etiamsi haberet licentiam à Papa, quod esset absurdum, immo monstruosum, & detraheret authoritati Apostolicæ. Non
30 enim est credendum, quod Papa † dederit tale Priuilegium, per quod sibi manus ligauerit, & sua licentia sit manca, & inutilis, & quod plus posset licentia Vniuersitatis, quàm licentia Papæ. Et propterea stante hac improbabilitate, & improbitate tituli, Remissoria non potest dari pro probanda immemorabili. Put. *decis. 457. lib. 2. per tot.*

Ex quibus, cum Priuilegia Apostolica sint clara ex decisionibus in hac causa factis, Domini vtraque parte audita, dixerunt, sententias Rotales confirmandas esse, & remissoriam denegandam.

¶ In hac causa habentur supra duæ decisiones nempè sub die 21. Maij 1627. coram bon. mem. Reuerendiss. Coccino, & 30. Martij 1629. coram Eminentiss. D. Cardin. Vbaldo, sunt in ordine decisiones 71. & 265.

R. P. D. DVNOZETTO.

Florentina de Guidaccijs.

Die Mercurij 5. Decembris 1629.

A R G V M E N T V M.

Testator non censetur respexisse ad conseruationem bonorum in agnatione, quando substitutiones simpliciter fecit per vulgarem.

S V M M A R I V M.

1 *Proximiorum appellatione in successione veniunt etiam fœminæ.*

2 *Quod procedit etiam si fœmina nupserit extra familiam.*

3 *Testator vnicam tantum substitutionem faciendo per vulgarem, non videtur respexisse ad conseruationem agnationis.*

4 *Conditio, si sine filijs, euanescit mortuo hærede cum filijs.*

5 *Substituti, quando plures sunt per vulgarem, tunc vno admissa, cessat pœnitus sequentium vocatio.*

6 *Vocatis proximioribus de familia simpliciter absque verbis denotan. tractum temporis successiuum, vno semel admisso, substitutio penitus euanescit.*

7 *Substitutiones vulgares, quantumuis sint multiplicatæ, cum nihil conferant ad conseruandam agnationem, omnes pro vna habentur.*

D E C I S I O CCCXXVI.

CVM D. Eques Ioannes Guidaccius vti proxi-
mior familiæ de Guidaccijs prætenderet immissio-
nem in bonis q. Thomæ Guidaccij ex *remed. l. fin.
C. de edict.* Din. Andr. Tollen. sub die 21. Februarij
1628. * fuit à me propositum dubium; An præfatus
Eques esset immittendus, quod dubium fuit negati-
uè resolutum; non acquiescente dicto Equite, ite-
rum instante D. Camilla Guidaccia; ipsoque Equite
informare recusante, pluries proposui dubium super
eisdem, & Domini steterunt in decisis.

Nam vt dictum fuit in præterita decisione, quæ
reuidetur; cum Carolus filius, & hæres dicti Tho-
mæ testatoris obierit sine filijs legitimis, & naturali-
bus masculis, visa fuit intrare substitutio facta pro-
ximiorum de familia ad fauorem dictæ Camillæ, quia
non extabant Franciscus, nec illius filij primo loco
substituti, & ideò debet succedere dicta Camilla Gui-
daccia vti proximior ipso Equite, cum † appellatio- 1
ne proximiorum in successione veniant etiam fœmi-
næ *auth. de hered. ab intestat. §. primo* Bald. *conf.
334. numer. 5. lib. 3.* Alex. *conf. 65. numer. 4. libr. 1.*
Paris. *conf. 51. num. 12. lib. 2.* Rota *decis. 292. num.
1. part. 2. recent.*

Et hæc conclusio † procedit etiam quod fœmina 2
nupserit extra familiam. Paris. *loco citata numer. 13.*
Cephal. *conf. 53. num. 86. lib. 1.* Gabr. *conf. 195. nu.
8. lib. 1.* Peregr. *de fideicomm. art. 24. num. 37.* Rot.
coram sanct. mem. Gregor. XV. *decis. 464. num. 8. &
in Montis falisci fideicommissi 5. Iunij 1617. coram D.
meo Decano.*

Et prædicta corroborantur, cùm † testator vnicum 3
tantum substitutionem fecerit per vulgarem, dicen-
dum est illum non respexisse ad conseruationem agna-
tionis Gabr. *conf. 97. nu. 7. vers. ergo non potest lib. 1.*
Paris. *conf. 86. num. 30. lib. 2.* Cephal. *conf. 600. num.
37.* Mantic. *de coniect. lib. 6. tit. 15. num. 5. & in di-
cta decis. coram san. mem. Gregor. 464. num. 17.* Vndè
si Carolus filium masculum reliquisset, substitutiones
omnes tam fratris, quàm filiorum fratris, & proxi-
miorum † expirabant defectu conditionis, iuxtà *vulg. 4
consil.* Oldrad. 21.

Carolo verò decedente absque masculis, vt euenit,
vna tantum substitutio potuit effectum sortiri, nem-
pè fratris, aut filiorum ipsius fratris, & ipsis non
extantibus, proximiorum de familia; Vno autem
ex prædictis † substitutis admisso, cessat pœnitus se- 5
quentium vocatio, quia vulgariter, seù per modum
vulgaris sunt substituti Ruin. *conf. 128. sub num. 13.
ad fin. lib. 3.* Surd. *conf. 347. num. 16. lib. 3.* Lader-
ch. *conf. 3. sub num. 10.* Rota *part. 1. recent. decis.
357. num. 2.*

Et ideò vocatis simpliciter proximioribus de fami-
lia absque verbis denotan. tractum † temporis succes- 6
siuum, perpetuitatem, & continuationem, vno se-
mel admisso, substitutio pœnitus euanescit Gabr. *conf.
106. numer. 26. & 29. lib. 2.* Decian. *conf. 10. num.
13. & seq. lib. 3. & conf. 72. numer. 17. lib. 5.* Ce-
phal. *conf. 447. per tot. lib. 3.* Peregr. *conf. 30. num.
7. in fin. conf. 52. sub num. 9. lib. 4.* Mantic. *de co-
niect. lib. 8. tit. 12. num. 34.* Rot. *in recent. part. 1.
decis. 486. num. 5.*

Nec alicuius est considerationis, quod testator plu-
res fecerit substitutiones inter transuersales; quia cum
† sint vulgares, quantumuis multiplicatæ, nihil ta- 7
men conferunt ad conseruationem bonorum in agna-
tione, sed pro vna habentur, ex quo vna purifica-
ta, omnes aliæ deficiunt Ruin. *conf. 102. num 8. &
12. lib. 2.* Paris. *conf. 82. num. 11. lib. 2.* Menoch *lib.
4. præsumpt. 71. num. 8.*

Non obstant coniecturæ allatæ, quia illis visum
fuit

fuit sufficienter esse responsum in decisione, quæ reuidetur, cuius responsiones iterum examinatæ placuerunt Dominis, & eas hic breuitatis causa non repeto.

Et ità conclusum &c.

* Est supra in hac parte decis. 151.

* Idest sub diebus Lunæ 21. Iunij 1627. & Mercurij 21. Iunij sequentis anni 1628. sunt pariter supra decis. 90. & 195.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Nouarien Decimarum.

Die Mercurij 5. Decembris 1629.

ARGVMENTVM.

Episcopo debetur quarta decimarum, & an possit cogere Laicos officio Iudicis ad illam sibi præstandam. Officium Iudicis, quando detur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus an possit agere contra homines ciuitatis officio Iudicis ad quartam decimarum sibi præstandam, & n. 3.*
2 *Episcopo debetur quarta decimarum.*
4 *Officium iudicis semper datur ex æquitate, quando deficit actio ad consequendum id, quod suum est.*
5 *Vel ad compellendum aliquem ad implendum id, quod actione non potest adstringi.*
6 *Officium iudicis solet concedi ad instar actionis.*
7 *Officium iudicis, licet non sit idem, quàm actio, lato tamen assumpto vocabulo, potest dici idem*
8 *Laici possunt cogi per Rectores ad præstationem decimarum, & Rectores tenentur de exactis, quartam dare Episcopo.*
9 *Officium iudicis nobile, quando intret.*
10 *Officium iudicis nobile fundatur super æquitate.*

DECISIO CCCXXVII.

POSTQVAM in hac causa 17. Decembris 1627. * fuit resolutum Episcopum de iure communi pro decimis non habere fundatam intentionem contra Laicos recedendo ab alia decisione 14. Decembris 1626. in eadem disputatione reseruarunt videre, an ex alijs in eadem decision. 14. Decembris esset standum; posita autem hodie parte reseruata.

1 Censuerunt Domini Episcopum posse agere † contra homines Terræ Cameri officio iudicis ad quartam decimarum, nisi obstet præscriptio, de qua particulariter erit viden.

Non enim controuertitur, nec verè potest in dubium
2 reuocari, quin quarta decimarum † Episcopo debeatur: quia hoc expressè determinant Canones *in cap quoniam*, ibi sua parte retenta, *capit. dudum de decim. capit. vnio 10. quæstion. 3. cap. conquærente de offic. Ordin.* Rot. *decis. 31. num. 5. part. n. diuers. & decis. 402. num. 1. part. 2. recent.* vt firmatur hæc opinio ex communi Canonistarum assensu, nempe Abbatis Cardin. Butr. Ioann. Andr. Anchar. & Rebuff. & plenè fuit firmatum tam *in decis. 7. Maij 1627. vers. quio vera est conclusio*, quàm *in alia 17. Decembris sequentis vers. difficultas tamen in eo cadit*. Dubium igitur vertebatur super eo, an
3 Episcopo competeret † actio agendi directè contra laicos pro sua quarta decimarum, quam etsi Domini dixerint in decis. 17. Decembris non competere, non tantum alijs remedijs Episcopum esse destitutum existimarunt, & ita
5 officio iudicis † subueniendum esse dixerunt, quod semper datur ex æquitate, quando deficit actio ad consequendum quod suum est, vel ad compellendum aliquem
6 ad † implendum id, quod actione non potest adstringi, *cap. n. de offic. iudic. l. quintus ff. de ann. leg. vbi* Barth. *num. 1.* Osasch. *decis. 40. num. 7.* Surd. *de alimen. tit. 3. quæst. 3 num. 24. & cons. 528. num. 20.* Rot. *decis. 503. numer. 4. coram Papa Gregor. XV.* & solet concedi ad
7 † instar actionis, Bart. *in l. prima num. 10. ff. de iurisdiction. omn. iud.* quem sequuntur Abbas *in dict. cap. 1. num. 2.* Imol. *num. 4.* Felin. *num. 4. de offic. iud.* dicentes, quod etsi † officium iudicis idem non sit, quod a- 8
ctio, lato tamen sumpto vocabulo potest dici per *l. actionis verbo in verbo instar. ff. de act. & oblig. l. quod si minor, §. finali, ff. de minor. & in cap. 1. de offic. iud.* Neguс. *de pign. 4. membr. 2. par. num. 51.*

Cum igitur incolæ de Camero, nisi præscriptione tueantur, cogi possint per Rectores ad præstationem decimarum, Rectoresque teneantur de exactis quartam dare Episcopo, benè intrare † debet iudicis officium no- 9
bile ad compellendum obligatos ad solutionem decimarum, vt Episcopus quod suum est consequi possit Rectore negligente agere, vel nolente, aut non valente, ne per malitiam, aut illorum negligentiam, aut voluntatem ius suum amittat, quod quidem respicit æquitatem, in † qua fundatur officium iudicis nobile, *l. si me*, 10
& Titium, ff. si certum petat. Soccin. Iun. *cons. 52. num. 3. lib. 2.* Natta *cons. 534. num. 6.* Rolan. *cons. 1. numer. 55. vol. 1.* Surd. *de aliment. qui alios refert tit. 2. quæst. 1. num. 17.*

Et ita &c.

* Est decisio 122. supra in hac parte. Et plures alias cumulaui ad decisionem 64. quæ est in eadem causa.

R. P. D. QVEIPO.

Romana Saluiani.

Die Lunæ 10. Decembris 1629.

ARGVMENTVM.

Tractatur materia hypothecæ legalis fauore dotis inductæ; de eius excellentia, & quibus alijs hypothecis præferatur. Ius tertio quæsitum per diuersam personam an possit amplius auferri per d. personam.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca in rebus dotalibus inducitur à iure.*
2 *Saluianum interdictum, vt habeat locum quid requiratur.*
3 *Saluianum interdictum contra tertios possessores etiam datur.*
4 *Hypotheca non comprehenditur sub prohibitione venditionis, permutationis, & donationis.*
5 *Prohibitio legalis non comprehendit necessariam alienationem, quæ fit ex dispositione iuris.*
6 *Pro dotis restitutione alienatio ex iuris dispositione necessaria est.*
7 *Ex prohibitione legali non intelligitur prohibitum id, quod venit in consequentiam vsus liciti ex dispositione legis.*
8 *Minor absque decreto aliquo ex iuris dispositione matrimonium contrahere potest.*
9 *Minor, quando contrahit matrimonium fauore dotis in eius bonis inducitur tacita hypotheca.*
10 *Pupillus, vel adultus sine tutoris, vel curatoris authoritate hæreditatem acquirere non possunt, sed hoc cessat in successione necessaria num. 11.*
12 *Consequentia de matrimonio, ad hypothecam valet.*
13 *Minori si aliqua res vendatur à persona priuata, cum pacto ratione pretij, hypotheca non contrahitur, sed secus si à fisco ei vendita sit num. 14.*
15 *Hypotheca tacita legis, quando à contrahentibus exprimitur, dicitur hypotheca legis, & non hominis.*
16 *Ius reale rebus affixum, constituitur transmissibile ad omnes possessores.*
17 *Seruitus extinguitur, quoties is, cui seruitus debetur dominium prædij seruientis acquirit.*
18 *Quod procedit, etiam si acquisitio sit reuocabilis.*
19 *Hypotheca legalis fauore dotis inducta omnes alias præcedit.*
20 *Hypotheca legalis pro dote in omnibus bonis marito post contractum matrimonium quæsitis, præfertur omnibus alijs hypothecis tacitis, & expressis ex dispositione hominum prouenientibus.*

21 *Lega-*

21 *Legalis dispositio citius, quàm hominis operatur.*
22 *Hypotheca contracta in casu, quo quis mutuat ad refectionem domus, vel nauis, vel alterius rei hypothecatæ præfertur omnibus alijs hypothecis etiam anterioribus.*
23 *Hypotheca pro dote semper potior existit.*
24 *Hypotheca legalis pro dote præfertur in re empta à marito, ex pecunia ei mutuata, cum expressa pactione pignoris.*
25 *Hypotheca anterior legalis pro dote præfertur in re empta habita fide de pretio, cum expressa hypotheca.*
26 *Hypotheca dotalis præfertur omnibus hypothecis posterioribus siue tacitis, siue expressis.*
27 *Ius annuæ præstationis ex dominij consolidatione extinguitur.*
28 *Hypotheca extinguitur resolutio iure dantis.*
29 *Ius quæsitum tertio à contrahentibus ipsi postea non possunt recedere à tali contractu in præiudicium tertij.*
30 *Ius quæsitum tertio ex persona, vel pacto alterius, non potest amplius ei auferri ex persona authorum.*
31 *Ius quæsitum alicui ratione alicuius legis, sublata lege illud non tollitur.*
32 *Licentia à Principe concessa de conficiendo maioratu perpetuo, ea reuocata, maioratus semel perfectus durat.*
33 *Pater, si concedat licentiam filio testandi, si testamentum semel factum &c. reuocata licentia per patrem, durat tale testamentum.*
34 *Ius quasi quæsitum tertio ex licentia alicuius, remanet semper, etiamsi licentia appareat reuocata.*
35 *Pignoris venditioni, qui consentit, videtur ius suum remittere, nisi contrarium sit protestatum, & num.* 36.

DECISIO CCCXXVIII.

CVM super resolutione huius causæ inter DD. dubitaretur, tandem hodie proposita resolutio capta fuit, nempe sententiam R. P. D. mei Durani esse confirmandam, * quia de validitate non dubitatur, & de eius iustitia satis apparet, ex optimè deductis à D. meo Durano in suis decisionibus in illa causa factis de vera namque solutione, & traditione dotis non controuertitur
1 hypotheca † autem inducitur à iure ex *leg. assiduis, C. qui pot. in pign. hab. l. vnic. §. & vt pleniùs, C. de rei vxor. act.* & ex conuentione expressa in contractu matrimoniali ex *l. si tibi, in §. & pign. ff. de pact. l. 1. ff. de pign.* tempore
2 *act.* & cum † sufficiat constare de possessione debitoris contractus, ex *l. 1. ff. & C. de præcar.* vel postea quandocumque secundum *text. in l. vlt. C. quæ rei pignor. obligat. poss. docet* Barth. *in l. 1. num. 3. ff. de præcar.* Castr. *in l. rem alienam in fin. ff. de pignor. act.* Menoch. *de adipisc. remed. 3. nu. 161.* Rota *coram fel. rec.* Gregor. XV. *decis. 491. num. 6. & decis. 387. par. 1. recent.* & de possessione D. Iuliæ appareat ex litis substentatione, nam
3 Saluianum interdictum † contra tertios possessores competere certum est, *l. 1. ff. de* Salu. *interd. l. 1. & ibi glos. vlt. C. eod. tit.* Balduin. *in §. interdictum instit. de interd.* Neguſ. *de pignor. part. 2. membr. 4 num. 132.* Sarnen. *de reddit. Eccl. part. 3. cap. 2. num. 19.* Cuiac. *lib. 5. obser. cap. 26.* Put. *decis. 207. num. 2. lib. 1.* Rot. *decis. 294. numer. 4. part. 1. recent.* Menoch. *vbi supra num. 55.*

Quam sententiam, ex triplici capite impugnat D. Iulia Balleona, primò prætextu Constitutionum fel. rec. Sixti Quinti, Clementis Octaui, Pauli V. & Sanctissimi D. N. secundò ratione excessus propter reseruationem scut. 1300. in donatione facta, tertiò propter iniustitiam ex vi pacti reuersiui, in quarum difficultatum declaratione, & solutione huius causæ expeditio, & enucleatio vertitur.

Et quantum ad Pontificum Constitutiones non obstare multipliciter constat, tum quia pignoratio inter exteros tantum est interdicta, vt constat ex Bulla Sixti in ordine 3. in nou. Bull. §. 3. Tum, quod inter naturales duntaxat est prohibitum vendere, permutare, & dona-
4 re, sub † qua prohibitione hypotheca non compræhenditur, vt tradunt Couar. *lib. 2. var. cap. 16. num. 7.* Solis *de cons. lib. 2. tom. 2. cap. 4. num. 3.* Fusar. *de substit. qu. 693. num. 18.* & in terminis dictarum Constitutionum fuit resolutum *coram Illustriss. Cardinali Virili in Romana, seu Sabinen. census 17. Nouembr. 1628.* præcipuè, quia
legalis † prohibitio necessariam alienationem, quæ fit 5
ex iuris dispositione non comprehendit, *l. 1. ibi, quia hæc alienatio non est voluntaria, & ibi notat glos. ff. de fund. dotal. l. alienationes, ff. famil. hercisc. l. rogo, §. 1. ff. de fideicomm. libert. & tradit* Alciat. *in l. 1. in princip. num. 14. ff. de verb. oblig.* Crott. *in l. filiusfam. §. diui num. 45.* Rip. *num. 25. ff. de leg. 1.* Tiraq. *de retract. §. 1. glos. 14. num. 11.* Peralt. *in l. vnam ex familia, §. sed & si fundum, num. 28. ff. de leg. 2.* Menoch *qq. Illustriss. cap. 32. num. 3.* pro dotis
† autem restitutione alienatio ex iuris dispositione neces- 6
saria est, *ex text. in auth. res quæ, & ibi glos. de verb. obligation.* Bart. *num. 2.* Ias. *num. 29.* Padel. *num. 47. C. commun. de leg.* Couarr. *lib. 3. var. cap. 6. num. 10.* & cum pluribus relatis. Molin. *de primog. lib. 4. cap. 6. num. 7.* Fusar. *de substit. quæst. 532.* Rot. apud Ludou. *decis. 266. num. 10.* & in hypotheca idem in iure receptum est, nam
† ex prohibitione legali non intelligitur prohibitum id 7
quod venit in consequentiam vsus liciti ex dispositione le-
gis, & ideo cum minor † absque aliquo decreto ex iuris 8
permissione matrimonium possit contrahere, ex Trid. *cap. 1. sess. 24. de reformat.* Guttier. *lib. 1. canon. qq. cap. 20. num. 1. & 2. & in tract. de matrim. cap. 79. in princ.*
& in consequentiam fauore dotis tacita hypotheca † in- 9
ducatur, *l. 1. §. & vt pleniùs, C. de rei vxor. act.* non intelligitur comprehensa sub dispositione iuris alienatio, vel hypotheca bonorum minoris prohibentis, vt tenent Palaz Rubios, *in repet. cap. per vestras, §. 26. num. 2.* Neguſ. *de pignor. 4. part. membr. 2. num. 73.* Nobil. *de dot. 6. part. priuil. 58. num. 2.* Simoncell. *de decreto lib. 2. tit. 5. inspect. 1. num. 2.* Ruin. *cons. 91. num. 4. lib. 3.* & esse communiter receptum fatetur Menoch. *de adipisc. d. remed. 3. num. 69. & latè defendit* Barbos. *in l. si constante, ex num. 119. ff. solut. matrim.* pro qua sententia expenditur *text. in l. conditionibus 5. ff. de cond. & demonstr.* vbi cauetur iuris dispositionem disponentem pu-
pillum, † vel adultum, sine Tutoris, aut Curatoris 10
authoritate hæreditatem acquirere non posse, *ex §. 1. in-*
stit. de auth. tutor. non procedere in successione † necessa- 11
ria inducta ex iuris dispositione, & probatur ex *text. in l. mutas 76. in princip. ff. de iur. dot.* vbi probat. I. C. va-
lere consequentiam de matrimonio † ad hypothecam do- 12
tis, vt ex eo quod possit quis matrimonium contrahere inferatur, ergo obligatur pro dote, & euincitur expressè ex *l. 2. ff. de reb. eorum,* nam licet re vendita à persona
priuata alicui minori, cum pacto † ratione precij hypo- 13
theca non contrahatur secundum *text. in l. 1. §. vlt. ff. eod. tit.* vt latè notant post antiquiores Barbos. *in l. si constante, num. 123. ff. solut. matrim.* Caldas *in l. si curatorem, verb. contractum fecisti, num. 10.* Surd. *decis. 173. numer. 24* Pinell. *in l. 1. 3. par. num. 52. C. de bon. mater.* à Fisco
tamen † vendita hypotheca inducitur secundum *text.* 14
in d. l. 2. quia ex iuris dispositione inducitur, *l. 2. C. in quibus causis pignor. vel hypoth. vt latè notauit* Barbos. *vbi supra ex num. 122.* Pinell. *vbi supra num. 51.* Valasc. *de iur. emphyt. quæst. 35. num. 4.* Martienz. *in l. 2. tit. 3. lib. 5.* Recop. *gloss. 1. num. 17.* atque ita quamuis alienatio ex causa donationis facta per Dominam Iuliam authoritate Pontificia indigeret, hypotheca tamen per D. Adrianum eius filium pro dotis restitutione contracta id non postulat, quia cum per eam exprimatur id quod à iure tacitè inest, perinde considerari debet, ac si hypotheca
sit legis, & non hominis *arg. l. 3. ff. de leg. 1. & notat* 15
Bald. *in l. item quia num 4. ff. de pact.* Barbos. *vbi supra num. 126.* & in hypotheca legali Pontificiæ Constitutiones non vigent, vt dictum est.

Excessus autem, aut prætenditur prætextu reseruationis scutorum 1300. in ipsis prædijs donatis, ex qua † 16
Ius reale prædijs affixum constituitur transmissibile ad omnes possessores, ex *l. Imperatores ff. de public. & vectigal. & ibi notauit* Castr. *num. 3. lib. 1. C. si de censu, vel reliq. l. cum possessor. §. vlt. ff. de censib. & notarunt* Pinell. *in l. 1. 2. part. num. 72. vers. 9. ampliat. C. de bon. mat.* Afflict. *decis. 95.* Rot. *decis. 686. num 5. par. 2. recent.*

Sed in hac causa fundamentum illud non viget cum D. Iulia propter pactum reuersiuum mortuo Adriano successerit in dominio illorum prædiorum, vt benè in decisione D. mei Durani firmatum est, ac per consequens illud Ius annuæ pensionis fuit extinctum, iuxta regulam *text. in l. vti frui. ff si vsusfructus petatur, l. si communem ff. de seru.*

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur nepoti ex filia in bonis auiæ.*
2 *Dos data a matre filiæ non venit imputanda in legitimam debitam nepoti.*
3 *In legitimam debitam nepoti in bonis auiæ non imputantur bona, quæ peruenerunt ex successione matris.*
4 *Verbum, suique, in testamentis positum diuersimodè accipitur.*
5 *Mater non habet filios in potestate.*
6 *Dos data filiæ an imputetur in legitimam nepotum, valde dubia est quæstio.*
Ita quod Bart. dicit, quod pro illius discussione multas noctes duxit insomnes num 6.
7 *Dos data à patre filiæ, si ipsa prædecedat, dos reuertitur ad patrem.*
8 *Dos data a patre filiæ dicitur profectitia, & imputatur in legitimam nepotum.*
9 *Martini consuetudo tollit reuersionem dotis ad patrem, extantibus nepotibus.*
10 *Martini consuetudo interpretatur voluntatem testatoris nempe, quod dos ab eo data filiæ remaneat penes suos nepotes.*
11 *Substitutus excluditur extantibus nepotibus, ad quos deuoluitur successio, & hoc dicitur prouenire ex voluntate testatoris à lege sic interpretata.*
12 *Donatio reuocatur natiuitate filiorum, quæ res proficiscitur ex voluntate donantis, sic per legem interpretatam.*
13 *Pater constituendo dotem filiæ potest apponere pactum, vt prædefuncta filia dos nequaquam penes liberos remaneat, sed reuertatur ad ipsum patrem.*
14 *Mater, si dotet filiam, tunc perfectè, & irreuocabiliter filiæ acquiritur dos, adeò vt si prædecedat filia, dos non reuertitur ad matrem, & num.16.*
15 *Mater non tenetur dotare, nisi in subsidium; ob inopiam Patris, & num. 18.*
Mater, quando dotat filiam, censetur donare, & habetur in hoc tanquam extraneus dotans num 16.
17 *Nepos ex filia, quando non possit prætendere legitimam in bonis auiæ, & num 21.*
19 *Filia, accepta dote, si renunciet quibuscunque, bonis se, & suos hæredes obligat, itaut, eius filii non possunt prætendere legitimam in bonis aui, vel auiæ.*
20 *Dos profectitia imputatur in legitimam nepoti.*

DECISIO CCCXXIX.

1 SCRIBENTES pro Francisco obijciebant ex scutis mille, quæ Petronia auia sibi reseruauit † deberi legitimam eidem Francisco nepoti ex Laura filia, *l. Papinianus, §. quoniam ff. de inoffic. test. l. omnimodo, & ibi glos. in verbo aliis personis, C. eod.* Rota *decis. 539. n. 1.* coram sanct. me Greg XV. Neq; in hanc legitimam imputandam esse dotem traditam Lauræ, cum nec Petronia stipulata fuerit sibi reddi dotem, nec Franciscus nepos eam obtinuerit ex iudicio, & prouidentia Petroniæ, sed tan-
2 quam heres matris, quo casu dos † data filiæ non venit imputanda in legitimam debitam nepotis. Bart. *in l. in quartam num. 12. ff. ad l. falcid. & ibid. egregiè* Pic. *nu. 223. & seqq. & ibidem* Bart *in l. post dotem nu. 32. ff. solut. matrim.* Castren. *in d. l. in quartam num. 9.* vbi dicit quod in hoc casu conueniunt Bar. & Bald. *& repetit cons. 145. numer. 1. lib. 1.* Bero. *cons. 10. numer. 13. lib. 2.* Cephal. *cons. 613 numer. 27.* Maluas. *cons. 114. num. 1.* Port. Imol. *cons. 131. nu. 25.* Thob. Non. *cons. 49. num. 9.* Rota Bonon. *decis. 1. num. 10. & decis. 127. nu. 2* Mangil. *de imput. quæst. 18. num 20. latissimè* Surd. *cons. 206. numer. 17. & seqq.* & alij passim, Franciscus enim statim mortua Laura matre effectus est dominus illorum bonorum perfectè, etiam ante mortem Petroniæ, & ideò per mortem eiusdem auiæ non debet immutari anterior titulus possidendi, quod scilicet Franciscus habeat hæc bona tanquam hæres matris, nec propterea efficiuntur bona profectitia, quæ solent imputari, & ex instrumento dotis traditæ videtur apparere, dotem restituendam esse, vel ipsi Lauræ, vel suis hæredibus, ibi *d. Laura, suique possint propria auctoritate, &c.* Et sic nepotes habent tanquam hæredes matris, non autem ex iudicio
3 auiæ, ac proinde non † intrat imputatio in legitimam debitam in hæreditate auiæ, cum hæc bona delata sint Francisco ex successione matris, *l. inter Socerum, § cum inter ff. de pact. dotal.* Bart. *in d. l. post dotem n. 32. ff. solut. matrimon.* Rip. *in d. l. in quartam num. 193. & 194. ff. ad l. falcid.* Thesaur *decis. 237. n. 7. vers. quinimo,* Giouagn. *cons. 92. num. 12. lib. 1.* Verbum illud, *suique* licèt diuersimodè
soleat exponi secundum diuersitatem materiarum, atta- 4
men in dubio accipitur pro hæredibus. Alexan. *cons. 26. num. 6. lib. 5.* Dec *cons. 216. nu. 5. & ibi* Addent. Imol. *cons. 21. nu. 4.* cum alijs, & id potissimum in præsenti casu videtur admittere subiecta materia, quia versamur in matre,
quæ filios non habet in potestate, & ideo non dicitur habe- 5
re suos, *l. in suis, ff. de liber. & posthum* Bald. *in l. sicut certi, n. 2. C. de milit. test.* DD. *in l. Gallus, § & quid si tantum, ff. de liber. & posthum.* Alex. *cons. 172. nu. 2. lib. 6.*

Præterea pugnant quidem inter se Doctores, an dos imputetur in legitimam nepoti, & in varias diuiduntur
acies, adeoque difficilis est controuersia, vt † Bartolus di- 6
xerit pro illius discussione plures noctes duxisse insomnes, sed hæc contentio versatur, quando dos data fuit à patre, secus autem quando datur à matre, vt in præsenti, quia hoc casu omnes conueniunt dotem non imputari in legitimam nepoti debitam in bonis auiæ, ita Soccin. Iun. *in d. l. in quartam, nu. 138.* Thesaur. *d. decis. 237. num. 13.* Mangil. *de imput. q. 18. num. 35.* Galuan. *cons. 6. num. 165.*
Et ratio differentiæ est, quia quando † dos datur à patre, 7
ipsaque filia prædecedit, tunc dos reuertitur ad patrem iuxta *l. dos à patre profecta C. solut. matrim.* Vnde si postea hæc bona dotalia proueniunt ad nepotes, dicuntur prouenisse ex iudicio, & prouidentia aui, & sic tanquam profectitia imputantur in legitimam, & idem etiam procedit in terminis consuetudinis Martini, iuxta quam licet superstitibus liberis filiæ premortuæ dos non reuertatur ad patrem, sed remaneat penes eosdem liberos, nihilominus id efficitur non iure hæreditario matris nec ex propria persona nepotum, sed ex iure proueniente ab auo dotante, & nepotes dicuntur quodammodo iterum auocare hæc bona dotalia ab auo, quia perfectè, & liberè non fuerant auulsa ab eo dum tradita filiæ, supererat enim spes, quod reuerterentur ad eumdem patrem defuncta filia,
† & sic dicuntur profectitia, & imputantur in legiti- 8
mam vt ratiocinatur Bart. *in d. l. post dotem num. 33. & in d. l. in quartam num. 12. & ibi* Pic. *num. 231.* Rip. *num. 191. & alij perbelle* Castren. *cons. 109. num. 3. vers. nec obstat lib. 1.* Cephal. *cons. 613. num. 11. & num. 40. & 41.* Capic. *decis. 176 num. 24. & 25.* Thesaur. *d. decis. 237. num. 3. & 4.* Rimin. Iun. *cons. 379 num. 48. & seq.* Giouagnon. *d. cons. 92. num. 6.* Gratian. *qui plures coagerit discept. foren. cap. 556. num. 36.* & magis communem dixit Rota *in Clusina dotis 12. Ianuarij 1598. coram Peregrino quæ est decis. 248 part. 4. diuers.* & sequuta est etiam Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano *decis. 111. num. 12.* Et
quamuis † consuetudo Martini tollat reuersionem dotis 9
ad patrem extantibus nepotibus, & illis deferat, non tamen sequitur hanc nepotum acquisitionem non prouenire ab auo, sed ab ipsa consuetudine Martini vim legis habente, vt putauit Surd. *cons. 206. num. 11. & seqq.* Quo-
niam hæc † consuetudo interpretatur solummodo volun- 10
tatem patris dotantis, vt ipse scilicet vsque tunc consenserit dotem remanere penes nepotes suos si contigerit filiam dotatam prædecedere superstitibus liberis, & propterea hæc acquisitio nepotum referenda est auo, & illius liberalitati ita à consuetudine interpretatæ, non autem consuetudini interpretanti vt appositè obseruat Benedict. de Plumbin. *in l. post dotem num. 17. ff. solut. matrimon.*
Quemadmodum † videmus fieri in materia *l. cum auus,* 11
ff. de cond. & demonstr. vbi excluditur substitutus extantibus nepotibus, ad quos deuoluitur successio, & id dicitur prouenire ex voluntate testatoris à lege sic interpretata, vt ex verbis dictæ legis colligitur, *ibi coniectura pietatis ductus &c. & in l. cum acutissimi, Cod. de fideicom. & idem in l. si vnquam C. de renocat. donat* vbi na-
tiuitate † liberorum reuocatur donatio, quod liberorum 12
commodum dicitur proficisci à voluntate donantis ita per legem interpretata: Rota *decis. 124 nu. 3. & seqq. part. 1. diuers.* Guttier. *de iuram. par. 1. cap 9 num. 1. & seqq.* D. Fachin. *controuers. iur. lib. 3. cap. 84.* Quibus accedit, quòd pater constituendo dotem potest apponere pactum,
† vt prædefuncta filia dos ipsa nequaquam remaneat pe- 13
nes liberos, sed ad patrem dotantem reuertatur, & sic effugere consuetudinem Martini, vt per Bart. *in d. l. post dotem, quæst. 5. num. 29. vers. alij, vt Dominus* Trentacinq. *var. resolut. lib. 3. tit. de iur. dot. resol. 2. num. 1. prope fin. vers. sed nunc, etc.* Vnde apparet, quod hoc beneficium non prouenit liberis ex ipsa consuetudine, sed ex voluntate, & prouidentia aui, qui si velit, potest auferre hoc beneficium li-

beris, stipulando sibi dotem restitui etiam illis superstiti-
bus, quod non potest, si hoc liberorum emolumentum
à consuetudine vim legis habente proficisceretur.
14 Quando autem filia † dotatur à matre, tunc filiæ per-
fectè, & irreuocabiliter acquiritur dos ipsa, adeout etiam
si præcedat filia, non reuertatur ad matrem superstitem,
in matre enim non intrat dispositio, *l. dos à patre*, quia
15 cum non teneatur dotare, nisi † in subsidium ob ino-
piam patris, dum dotat censetur donare, & habetur in
hoc tanquam extraneus dotans, ad quem amplius dos non
reuertitur, sed liberè dicitur translata, nisi contraria sti-
pulatio interuenerit *l. vnica, §. accedit, C. de rei vxor. act.*
Bart. *in l. fin. num. 3. C. de iur. dot.* Ceph. *cons. 398. numer.*
10. Honded. *cons. 91. num. 78. & seqq. l. 1.* Et propterea si
filia habuit hæc bona tanquam perpetuò mansura apud
se, & suos hæredes, dum postea Franciscus illi successit,
hæc bona omninò accepta refert matri, non autem auiæ,
quæ à principio abuisit perpetuò à se dotem prædictam,
16 & ideò tanquam merè † aduentitia non imputatur in
legitimam debitam nepoti in bonis auiæ, vt egregiè ratio-
cinatur Galuan. *d. cons. 1. num. 166. & seqq.*

Ceterum non obstantibus, Domini dixerunt Franci-
scum non posse prætendere legitimam in his scutis mille,
quia Petronia assignauit in dotem omnia sua bona, re-
seruatis his solum mille, cum facultate de illis disponen-
di ad fauorem cuiuscunque personæ, prout de his disposuit
ad fauorem Monasterij S. Mariæ de Pace, & ibi apparet
de enixa voluntate, vt hęc scuta mille liberè apud se re-
manerent, vnde aut hæc bona donata à Petronia Fran-
ciscus vult retinere tanquam hæres matris, aut verò ex
iudicio Petroniæ, & neutro casu videretur quod possit di-
minuere quantitatem reseruatam à Petronia. Non tan-
quam hæres Lauræ matris, quia quemadmodum ipsa
17 Laura hoc non poterat prætendere, † cum loco suæ por-
tionis acceperit illam dotem, quæ, & congrua fuit, &
respondens legitimæ, ita nec Franciscus hæres potest im-
pugnare dictam reseruationem *ad l. cum à matre, C. de rei
vindic. & in proposito* Curt. Iun. *cons. 180. numer. 4. vers.
a. cedit*, & bona donata videntur transiuisse cum suo
onere, & conditione, scilicet firma remanente dicta re-
18 seruatione, & † sicuti non tenebatur dotare, nisi in casu
inopiæ patris, *l. neque mater, C. de iur. dot.* Alex. *cons. 144.
cons. 14. lib. 6.* Surd. *cons. 143. num. 53.* de qua quidem ino-
pia nullibi constat, ita potuit minus donare reseruando
sibi dictam quantitatem ad testandum, & in simili etiam
19 videmus, quod quando filia † accepta dote renunciauit
quibuscunque bonis, seque, & suos hæredes obligauit,
tunc licet aliàs nepotes possent prætendere legitimam in
bonis auiæ, attamen ob huiusmodi renunciationem te-
nentur imputare dotem matris, & seruare illius factum,
cuius sunt hæredes. Curt. Iun. *dict. cons. 180. n. 4. vers.
ad id* Thesaur. *d. decis. 237. nu. 11. in ampliat. 9.*

Si autem hæc bona data in dotem matri prætendit
20 Franciscus ex iudicio auiæ, tunc indubitanter † te-
netur imputare tanquam profectitia, vt per Bart. *in
quartam numer. 12. & in leg. post dotem, numer. 32.* Ca-
stren. *d. cons. 109. num. 3. vers. & sic nepotes lib. 1.* Gio-
uagnon. *d. cons. 92. num. 12.* & de hoc inter Doctores non
est controuersia.

Et ex his videntur sublata obiecta superius proposita,
quia non procedunt, vbi adest pactum, vel expressum,
vel tacitum, quod nepotes imputent in legitimam, vel
præceptum ipsius constituentis dotem, qui licet non pos-
sit iubere, vt vnus imputet habita per alium, & id quod
iam est extra suum patrimonium, & quod fuit acquisi-
tum nepotibus, quibus ius quęsitum auferre non potest,
attamen secus est quoties pactum, siue pręceptum esset
appositum in ipso actu constitutionis dotis, & antequam
dos exiret de suo patrimonio, quia tunc per tale pa-
ctum dicitur minus donasse, quod iure facere potuit Pe-
tronia in casu præsenti, cum nec cogi posset ad aliquid
21 tradendum, & ideò pactum † illud, siue voluntas Petro-
niæ circa imputationem seruari debet iuxta tradita per
Castren. *cons. 145. num. primo, vers. in qua breuiter est con-
cludendum, & num. 2. lib. primo.* Pic. *in dict. leg. in quartam
num. 222. ff. ad leg. Falcid* Thesaur. *dict. decis. 237. num. 12.
versic. hanc limitationem, &* Giouagnon. *dict. cons. 92. num.
12.*

Quo verò ad motiua primæ decisionis adhuc ea subsi-
stere visa sunt Dominis, & placuerunt responsiones datæ
ab Informantibus pro Monasterio.

Et ita vtraque parte informante in decisis Domini per-
manserunt, &c.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Parmen. Status.

Die Veneris 14. Decembris 1629.

A R G V M E N T V M.

De fideicommisso, quando dicatur constare, & quando fideicommissario non denegetur immissio, Gratia motu proprio Principis emanata non eget iustificatione, & quando dicatur tali modo emanata, & quando ad supplicationem partis, &c.

S V M M A R I V M.

1 *De fideicommisso non dubitatur, quando de eo constat ex testamento non abolito, neque cancellato.*
2 *Immissio fideicommissario quando denegari non possit.*
3 *Immissio fideicommissario, vt detur, debet constare de identitate bonorum.*
4 *Iudex laicus debet cognoscere de immissione bonorum postquam a iudice Ecclesiastico fuit terminatum iudicium legitimitatis, & n. 27.*
5 *Conditionis natura est, actum suspendere quousque eueniat.*
6 *Priuilegium est latè interpretandum in præiudicium Principis concedentis.*
Sed quando agitur de præiudicio tertij, tunc est strictissimè intelligendum num. 6.
7 *Priuilegium Principis nunquam capit interpretationem contra tertium nisi expressè dicatur.*
8 *Aperitio oris, quid importet.*
10 *Gratia motu proprio, quando est concessa, tunc narrata in ea, non egent iustificatione, etiam quod sint de facto alieno.*
11 *Gratia dicitur concessa motu proprio, quando procedit ex mera liberalitate Principis.*
12 *Gratia motu proprio emanata, & supplicatio præcedens sunt incompatibilia inter se.*
13 *Dec. in C. M. Ferrariensis, num. 127. declaratur, & reprobatur, num. 14.*
15 *Regentis extensio in rescriptis Signaturæ iustitiæ, attenditur sed secus in Signatura Papæ, n. 16.*
17 *Papa, in rescriptis merè gratiosis quando procedit ad postulationem partis signat per verba, fiat, vt petitur.*
18 *Quando verò procedit motu proprio, signat per verba, Motu proprio.*
19 *Papa in rescriptis concernentibus iustitiam, signat per verbum, Placet.*
20 *In gratia defectus intentionis Principis, quando opponi non possit.*
21 *Filius regulariter non imputat fructus hæreditatis in legitimam.*
22 *Filius, quando debeat imputare fructus in legitimam.*
23 *Hæres, post motam litem satis dicitur esse in mora.*
24 *Trebellianica etiam filijs primi gradus prohiberi potest.*
25 *Bonorum identitas benè probatur ex assertione testatoris.*
26 *Assertio testatoris circa identitatem bonorum, non solum probat contra hæredem, sed etiam contrahentes causam ab eo.*
27 *Cap. lator. qui fil. sint legit. & c. tuam de ord. cogn. quando habeant locum.*
28 *Iudex Ecclesiasticus cognoscens super illegitimitate, an possit incidenter cognoscere super immissione bonorum, & num. 29.*
30 *Iudex Ecclesiasticus saltem habitu habet iurisdictionem cognoscendi super bonis, quando iudicat super illegitimitate.*
31 *Iudex ecclesiasticus cognoscens de illegitimitate, quæ est exceptio peremptoria successionis, non debet pronunciare super articulo legitimitatis, sed super negotio principali, & num. 33.*
32 *Accessorium naturam principalis sequitur.*

DE-

DECISIO CCCXXX.

MARCHIO Ioannes Franciscus Pallauicinus condidit de anno 1497. testamentum, in quo Gasparem, Bernardinum, Polidorum, Federicum, & Rolandum filios instituit, assignando vnicuique certam bonorum portionem, & insuper disposuit per hæc verba. *Quod si contingat, aliquem, seu aliquos dd. suorum filiorum mori sine filijs masculis, legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio procreatis, & natis verè, & non fictè, eius, seu eorum, & cuiuslibet eorum bona peruenire debeant in alios fratres prænominatos, ipsis viuentibus: & eis mortuis, seu aliquo vel aliquibus ex eius, seu eorum loco in eorum, & cuiuslibet eorum descendentes cum qualitatibus supradictis.* Mortui sunt deinde præfati testatoris filij, nempe Federicus de anno 1502. Gaspar de anno 1518. Polidorus de anno 1527. Bernardinus de anno 1526 & vltimo loco Rolandus de anno 1529. Et ex illis extant hodie descendentes infrascripti. Nempe ex Bernardino, cuius linea diuiditur in duas lineas, (Vberti scilicet, & Pallauicini) ex Vberto D Marchio Alexander maior, ex Pallauicino verò DD. Marchiones Alexander minor, & Cyrus. Ex Polidoro descendunt DD de Casalibus venientes ex Liuia Polidori filia. Ex Rolando autem veniunt ex Barbara fœmina nupta Comiti Ludouico Rangono DD. de Rangonibus, qui in hac causa sunt rei, & possessores, prout hæc omnia tam ex testibus, qui dantur in Summario à num. 2. vsque ad quartum, quàm ex alijs deductis comprobantur.

Cum verò præfatus Rolandus vltimo loco (vt dictum est) obijsset, aduersus Barbaram, & Theodoram illius filias, quæ bona præfato fideicommisso subiecta occupauerant, de anno 1530. filij Bernardini præfati mouerunt iudicium successiuè continuatum contra Dominos de Rangonibus descendentes Barbaræ, in quam vniuersa bona præfata, stante obitu Theodoræ sororis, sine prole deuenerant.

In hoc autem iudicio pluribus decisionibus emanatis coram diuersis Rotæ Auditoribus ad fauorem descendentium Bernardini, tandem de consensu Marchionis Alexandri descendentis à Marchione Vberto, fuit visum particulariter de linea Pallauicini, & cum primò resolutum fuerit supradictos Marchiones Alexandrum minorem, & Cyrum descendere à præfato Marchione Pallauicino, vt in decisione facta tertia Martij millesimo sexcentesimo vigesimo quinto fuit postmodum per quatuor decisiones * firmatum in præfato Marchione Pallauicino, & consequenter ex persona illius in ipsi Dominis Marchionibus Alexandro, & Cyro concurrere qualitates requisitas à Marchione Ioanne Francisco testatore.

Die verò quarta Iulij huius anni, cum dubitarem, an præfatis Marchionibus Alexandro, & Cyro danda esset immissio, & pars DD de Rangonibus prætenderet, se velle adire Signaturam, & allegaret nonnullas exceptiones, de quibus statim dicetur, distuli causam, qua hodie reproposita, ac maturè discussa, solis ijsdem Marchionibus Pallauicinis informantibus, dubium fuit affirmatiuè resolutum.

1 Quia cum fideicommissum † non controuertatur, & de eo satis etiam constet ex testamento non abolito, neque cancellato, prout requiritur Bald. *in l. fin. num. 11. C. de edict.* D. Adr. toll. Et nemo eos procedat in gradu, quod satis ex eo probatur, dum ipsi sunt in gradu successibili, & nullus alius comparet ad trad. per Bart. *in l. si certus, §. si vans num. 1. ff ad Syllan.* Dec. *cons. 652. numer.* 3. Surd. *cons.* 530. *num* 37. Tiraq. *de retract. lignag. §. 11. glos. 1. num. 5. & 8. & fuit dictum in causa Aretina Cappellaniæ 4.* Iulij 1603. *coram bo. mem. Card. Pamphilio seniore, & in causa Assisien. bonorum 4. Iulij 1627. coram Illustriss. Virili, & prius in causa Tiburtinæ Cappellaniæ* 16. *Nouembris*
2 1605 *coram me.* Vtique † non potest præfatis Marchionibus denegari immissio, vel ex remed. *l. fin. C. de edict.* D. Adr. toll. *vel ex remed. vtil.* Sal. *interd.* Vt de primo remedio notant *in d. l. fin.* Bart. *nu.* 9. Dec. *num.* 25. Et de secundo Gabr. *cons.* 46. *num.* 19. *& seq. lib.* 1. *& cons.* 44. *num.* 2. *& seq. lib.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 45. *numer.* 49. Fusar. *de substit. q* 611. *num.* 2. Surd. *decis.* 76.

Non obstant ea, quæ in relationibus causarum fuerunt aliàs deducta pro DD. de Rangonibus, videlicet, vel fideicommisso fuisse derogatum, vel in omnem euentum Marchiones Pallauicinos debere ante immissionem soluere ducat. 24. millia pro damnis expensis, & interesse per Rolandum passis in recuperatione Castri Zibelli occupati per Ioannem Ludouicum Pallauicinum. Nec non detrahendam esse legitimam, & Trebellianicam debitas Rolando. Insuper † constare debere de identitate bonorum, 3
super quibus petitur immissio. Ac vlterius, terminato iudicio legitimitatis, causam, † quoad iudicium immis- 4
sionis remittendam esse ad Iudicem laicum de partibus, vel tanquam ei reseruatam ex dispositione *text. in c. lator, qui fil. sint legit.* vel tanquam eidemmet commissam per auocationem causarum factam per Paulum Tertium.

Nam quantum attinet ad derogationem fideicommissi, & solutionem dictorum ducatorum 24. millium. Pro responsione, & intelligentia huius obiecti aduertendum est, verum esse, quod Bernardinus, & Rolandus Marchiones Pallauicini tempore Leonis Decimi, hoc est de anno 1517. obtinuerunt rescribi bon. mem. Cassadoro Rotæ Auditori, vt procederet ad taxationem expensarum, damnorum, & interesse contra Dominum Ioannem Ludouicum Pallauicinum. Qui Cassadorus, vt asseritur in Breui Clementis Septimi, sub datum Kalend. Nouemb. 1524. ad instantiam solius Marchionis Rolandi retulit dictas expensas, damna, & interesse ascendere ad ducat. 50. millia circiter, quæ Papa in eodem Breui reduxit ad ducat. 24. millia: ac præuia narratiua fideicommissi Marchionis Io. Francisci ad fauorem filiorum masculorum legitimorum verè, & non fictè (ibi) *& insuper, &c.* subiungit, *decernimus, & declaramus, quod dictus Rolandus, masculis legitimis deficientibus, quascunque filias suas fœminas de legitimo matrimonio procreatas sibi hæredes vniuersales, & particulares in dictis, & quibuscumque alijs bonis, Oppidis, Castris, Fortalitijs, Villis, &c. ad eum tam ex Vberti* (hoc est senioris) *& Manfredini, ac Ioannis Francisci Prædecessorum, quàm aliorum quorumcunque successione, & aliàs quomodolibet pertinentibus, ac etiam dicto fideicommisso subiectis in toto, vel in parte substituere, vel illa eisdem filiabus in dotem assignare, ac tradere, aut eis concedere in perpetuum quocunque titulo etiam donationis inter viuos liberè possit.* Hæc tamen concessio limitatur per clausulam immediatè subsequentem, ibi. *Ita tamen quod postmodum masculi ex dictis filiabus, seu earum altera, cui sic concessionem fecerit, nascituri succedant iuxta antiquas inuestituras, & dicta summa 24. millium ducatorum restitui debeat filiabus, seu hæredibus Rolandi huiusmodi antequam à possessione ne Castrorum, & bonorum omnium amoueri possint per illum, vel illos, qui ratione fideicommissi, vel aliàs ad se spectare, vel has præsentes inualidas esse prætenderent. Ita quod quousque restitutio summæ huiusmodi eis integrè facta non fuerit, iudicium subire non cogantur. Et Rolandus, & eius filiæ, aut eorum aliquis circa præmissa, aut illa quomodolibet concernentia, vel eorum aliquid molestari, impediri, & inquietari nullo modo possint, & sic per quoscunque Iudices, &c.*

Vnde apparet, quod cum facultas tributa fuerit (*deficientibus masculis legitimis*) non solum non fuit fideicommisso derogatum, sed potius illud fuit præseruatum, quia de natura † conditionis est actum suspendere quous- 5
que eueniat, *l. cedere diem ff. de verbor. obligat.* Hond. *cons.* 18. *num* 38. *vol.* 2. Et quando Papa subiungit, quod postmodum masculi ex dictis filiabus, seu earum altera succedant, depræhenditur, Papam nihil aliud facere voluisse, quàm inuestitutas ad fœminas extendere, vt per illarum ingressum de nouo fieret locus successioni ad fauorem lineæ masculinæ, non autem vt præiudicaret masculis, quibus legitimè deferetur successio, nisi quoad expressa 24. millia ducat. Quia † priuilegium est latè interpretan- 6
dum in præiudicium. Principis concedentis, *l. fin. ff. de const.* Alex. *cons.* 110. *n.* 6. *vol.* 6. strictissimè verò in præiudicium tertij, itaut † nunquam capiatur interpretatio con- 7
tra tertium, nisi expresse dicatur Anchar. *cons.* 161. *in princ.* Imol. *cons.* 125. *num.* 2. Alex. *cons.* 215. *num.* 4. *lib.* 6. *latè* Hond. *cons.* 67. *n.* 39. *&* 40. *lib.* 1. Quod confirmatur in nostro casu ex ipsa dispositione præfati Breuis, vbi Papa decernit, quod nec Rolandus nec eius filiæ subire iudicium cogi possint per dd. vocatos, nisi prius restitutis dd. ducatis 24. mill. ex quibus constat, non fuisse, quoad reliqua sublatum ius vocatorum.

Quo verò ad expensas præfatas duc. 24. millium ponderabant

derabant DD. quod filij Bernardini semper impugnarunt
ad huiusmodi expensas se teneri, asserendo eas nunquam
factas fuisse à Rolando ea tali causa, & perendo manda-
ri filiabus Rolandi committi, præfigi terminum ad pro-
bandum, & ad producendum processus, & acta, ijsque
exhibitis in causa, & causis, & in singulis articulis, pro-
cedi perinde ac si literæ Clementis, prout de iure, & si-
ne præiudicio tertij signatæ fuissent. Et licèt Paulus
Tertius vigore commissionis signatæ de anno 1545. con-
cesserit dumtaxat aperitio nemoris, etiam non facto de-
8 posito, quæ aperitio † importabat tantum, vt Orato-
res possent gratiam impugnare, probando esse subrepti-
tiam, & gratia interim remanebat in suo robore, vt in
pluribus decisionibus relatis per Marescot. var. resol. lib.
2. cap. 37. nu. 69.

Tamen cum postea per aliam commissionem de anno
1549. idem Paulus Tertius omnes literas præinsertas, ac
alias accessorias, & dependentes quascunque ad viam iu-
ris reduxerit, literæ Clementis Septimi dicuntur subla-
tæ, & pręteosiones DD. de Rangonibus tam quoad pręten-
sam derogationem fideicommissi, quàm quoad di-
9 ctam solutionem 24. millium ducatorum, † quę in eis-
dem pręinsertis continebantur, remanent in dispositio-
ne iuris communis, vt fuit resolutum in causa Farsen.
seu nullius Monasterii, & Prioratuum 26. Aprilis 1624.
coram bo. me. Vbaldo.

Neque obstat quod ad effectum, vt pręfatę literę Pauli
Tertij reductionis ad viam iuris suffragentur, debeant iu-
stificari, vt fuit resolutum in dicta causa Farf. quia cum
10 emanauerint † motu proprio, vt expressè dicitur in dictis
literis in principio, medio, & fine ad tex. in c. motu proprio
de præbend. in 6. narratiua huius gratię nun eget iustifica-
tione, etiam quod fit de facto alieno, glos. in clem. 1. in vers.
fecisse narramus de probat. Seraph. decis. 1016. num. 5. &
6. Rota decis. 344. nu. 1. par. 1. recent.

Nec ea eo quod ipsa gratia innuitur pro ea supplicasse
Sigismundum nomine proprio, & fratrum, potest infer-
11 ri gratiam † non esse motu proprio concessam ea eo
quod debeat procedere à mera liberalitate Papę, vt in
dict. cap. motu proprio post princ. (ibi) Quæ nostra mera li-
beralitate processit. Mandos. in reg. 16. quæst. 6. numer. 2.
12 Card. cons. 37. num. 23. † Quia sunt compatibilia inter
se supplicatio pręcedens, & gratia motu proprio emanata,
vt per eundem Mandos. vbi supra quæst. 4. num. 5. Bald.
in c. nisi specialis, numer. 8. in vers. penè in literis de offic.
leg. quem sequitur Cassador. decis. 1. numer. 4. de reseruat.
Dec. in cap. cum M. Ferrariensis num. 116. de constit. & in
cap. ex parte numer. 28. de rescript. & cons. 51. numer. 2.
vers. nec obstat. Anton. August. de motu proprio num. 1. &
ex sententia Rotæ probat Gambar. de offic. leg. lib. 3. nu.
61. & seq. Gabr. de claus. conclus. a num. 117. qui infinitos
cumulat. Seraph. decis. 356. num. 2. & decis. 365. numer.
1. & 2. Rota decis. 656. num. 1. & 2. par. 2. in recent. Sar-
nens. in reg. de annal. quæst. 10. nu. 5. vbi quod Rota repro-
bat Cardinalem in cons. 142. in fin. tenentem contrarium,
13 quod, & repetit Seraph. d. decis. 356. n. 6. † Et quamuis
Dec. in d. cap. cum M. Ferrariensis num. 127. & in d. c. ex
parte nu. 28. putet hoc dictum Baldi intelligendum esse, vt
procedat, quando Papa etiam absque postulatione con-
cessurus fuisset, itaut solum in casu isto gratia censeatur
facta motu proprio Papæ, attamen hanc opinionem De-
14 cij † improbat Sarn. in reg. de annal. d. qu. 10. nu. 8. Gabr.
vbi supra n. 118. vers. contrarium, Rota apud Seraph. dict.
decis. 356. nu. 7. in fin. & num. 8. & in hoc casu cessat omnis
difficultas quia cum in dicto motu proprio Papæ referat
relationem Cardinalis Simonettæ super non probata Si-
gismundi, & fratrum illegitimitate ex attestationibus te-
stium per dd. Rolandi filias deductorum, de facili d. redu-
ctionem tanquam æquitati consentaneam, etiam non au-
dita alicuius petitione, concessisset.

Neque obstat, quod ante Signatura Papæ (ibi) Pla-
cet. A. adsint in dicta reductione verba De mandato D. N.
Papæ, idem Reuerendiss. & Illustriss. D. Cardinalis pro-
cedat, vt petitur, quia pro responsione aduertendum est,
15 quod illa est extensio Regentis, † quæ licèt in rescriptis
Signaturæ Iustitiæ attendatur, iuxta decis. Crescent. 1.
de rescript. quam ita intelligit Rota apud Seraph. decis.
122. n. 4. secus tamen est in rescriptis Signaturæ Gratiæ,
16 in quibus Signatura Papæ semper est præcipuè attenden-
da, Seraph. d. decis. 122. loc. alleg. Ac propterea cum Papa
in narratiua ter repetierit verba Motu proprio. Immò &
de plenitudine potestatis, & ex certa scientia, signando po-
stea per verbum Placet A. satis ostendit, & declarauit pro-
priam voluntatem. Sicuti neque etiam officit, quod in
subscriptione Papa non apposuerit verba Motu proprio
sed solum dixerit Placet A. quia distinguendum est, † 17
quod aut agitur de merè gratiosis, & tunc Papa, quando
concedit ad postulationem partis, signat per verba, Fiat,
vt petitur; quando autem concedit Motu proprio, † si- 18
gnat per verba (Fiat motu proprio) Sarnens. in compend.
vtriusque Signaturæ quæst. 16. num. 15. Vestr. in prax. lib.
1. cap. 3. num. 6. Ant. Aug. de motu proprio numer. 1. Aut
verò † agitur de concernentibus iustitiam, & signat per 19
verbum (Placet) vt per eundem Vestr. loc. alleg. Ac pro-
pterea in casu isto, cum ageretur de committenda causa
præuia reductione Breuis Clementis VII. ad viam iuris,
& sic concessio saperet iustitiam, maximè cum (vt dictum
est) fieret attenta relatione Cardinalis Simonettæ super
non probata Sigismundi, & fratrum illegitimitate, suf-
ficit, quod præuia Motus proprij expressione sæpius etiam
repetita, Papa signauerit per verbum (Placet) ad effe-
ctum, vt ex supradictis causa censeatur Motu proprio
commissa cum reductione præfata ad viam iuris.

Neque contra hanc reductionem † opponi potest de 20
defectu intentionis, cum vltra supradictas clausulas (Mo-
tu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis)
contineant etiam clausulam, de statu, & meritis causæ
huiusmodi, plenè informati, &c. sicque per eum Cardina-
lem Tranen. & quoscunq; &c. sublata, &c. irritum, &c. Non
obstantibus nostra de non tollendo iure quæsito, & alijs con-
stitutionibus, &c. quorum tenores, &c. etiam quod præinser-
tæ in toto, vel in parte quomodolibet suum fuissent sortitæ ef-
fectum, & singulorum collitigantium nomina, cognomina, titu-
los, &c. pro expressis haben. Quæ omnia corroborantur
etiam ex obseruantia subsequuta, cum post dictam redu-
ctionem Pallauicini liberè processerint per 80. annos in
causa, in qua iuxta literas Clementis procedere non po-
tuissent, nisi solutis prædictis 24. millibus ducatorum.

Nec etiam refragatur, quod litteræ Pauli III. reductio-
nis ad viam iuris contineant clausulam, si & quatenus Si-
gismundus, & fratres in inuestituris, & in fideicommisso
comprehendantur Quia ex decisionibus hucusque in cau-
sa emanatis constat, Pallauicinos ex persona ipsius Sigis-
mundi, & Pallauicini fratris habere qualitates requisitas,
vt in inuestituris, & in fideicommisso sint comprehensi.

Quantum verò attinet ad detractiones legitimæ, &
Trebellianicæ, illæ non obstant in casu isto, quia licet
legitima sit debita Marchioni Rolando, nec obstet prohi-
bitio, & fructus † in illam regulariter non imputentur, 21
l. scimus, §. repletionem, C. de inoff. testam. attamen cum
à centum annis bona fuerint occupata, nec restitutum fi-
deicommissum, certum est in legitimam imputari fructus
tanquam perceptos † post aduentum fideicommissi, & 22
post moram filiarum Marchionis Rolandi, ac subsequen-
tium hæredum in illo restituendo, Paris. cons. 1. numer.
93. & cons. 41. numer. 92. & 93. & 94. lib. 3. Berou. cons.
93. num. 80. lib. 2. Pet. gr. de fideicom. art. 49. numer. 78. &
seq. Menoch. cons. 535. num. 21. Costa de portion & rata
quæst. 192. num. 2. & 3. vbi dicit, quod hæres post litem
† motas satis esse dicitur in mora, & fuit dictum in Bo- 23
nonien. bonorum de Mulettis 13. Aprilis 1603. coram bon.
mem. Card. Pamphilio seniore. Trebellianica autem ver-
bis expressis fuit à testatore prohibita, quam † etiam fi- 24
lijs primi gradus prohiberi posse tenet Rota, vt apud Cas-
sad. decis. 4. de testam. Crescent. decis. 2. eod. tit. Simonett.
decis. 88. & apud nos est vulgatum.

Quo verò ad identitatem † bonorum illa clarissimè 25
probatur ex assertione Marchionis Ioannis Francisci te-
statoris, Bald. cons. 89. numer. 3. lib. 1. Marzar. de fidei-
com. quæst. 53. Cephal. cons. 386. numer. 27. & seq. Fusar.
de substit. quæst. 68 num. 30. quæ assertio sicuti indubitan-
ter † probaret contra Marchionem Rolandum hære- 26
dem, ita probare debet contra DD. de Rangonibus haben-
tes causam ab eo, licet mediatè Cephal. cons. 486. nu. 32.
& seq. Peregr. de fideicom. ar. 44. n. 6. & fuit dictum in causa
Romana de Cruciariis 17. Mart. 1628. corā R. P. D. Durano.

Quantum attinet ad aliam oppositionem quod scilicet
cum agatur de immissione causa sit remittenda ad Iudi-
cem laicum. Aduertendum est, non esse verum, quod ad
Rotam spectet sola cognitio quod causam illegitimitatis,
† quo verò ad successionem in bonis remittenda sit ad 27
Iudicem laicum de partibus ad tex. in cap. lator, qui

fil.

fil. sint legit. & in cap. tuam de ord. cognit. Quia iura ista
non applicantur; proceduot enim quando causa super
successione fuit introducta coram Iudice sæculari, & fuit
oppositom de illegitimitate; tunc enim causa super arti-
culo præfatæ illegitimitatis transmitti debet ad Iudicem
Ecclesiasticum, qui post absolutam legitimitatis cogni-
tionem debet postea causam remittere ad Iudicem lai-
cum, in quibus terminis loquuotur iura prædicta, vt pa-
tet ad litteram, & probant infrascripti Doctores, dum vo-
28 lunt Iudicem † Ecclesiasticum posse incidenter cognosce-
re super bonis, quando principaliter, & antequam cau-
sa super ijsdem bonis introduceretur coram Iudice laico,
fuit introducta super legitimitate per *text. in c. de pruden-
tia de donat. inter vir. & vxor.* è conuerso tamen, Iudicem
laicum id facere non posse, quia si coram illo introducatur
causa super bonis, non potest cognoscere super legitimita-
29 te, *vt in d. c. lator*, licet enim † incidentia tollat incom-
petentiam, non tollit tameo incapacitatem, *vt in d. cap.
tuam de ord. cognit.* quod secus est in Iudice Ecclesiastico,
quia causa incidens bonorum tollit incompetentiam, &
30 eo ipso cessat iocapacitas, cum saltem † habitu Iudex Ec-
clesiasticus habeat iurisdictionem cognoscendi super bo-
nis, Abb. *in d. cap. lator. numer. 7. & ibi* Ioan. Andr. *post*
Vinc. & Tancred. *num. 11. glos. ibidem in vers. non dimit-
tat.* Couar. *pract. q. cn. 31. num.* 2. Feder. de Sen. *cons.* 275.
nu. 6. & bene Barbos. *in l. Titia 35. nu. 11. vers. ex eo fit pri-
ma sententia, ff. solut. matrim.* Monnoz. de Escobar *de ra-
tiociu. cap. 7. nu. 9.* Valasc. *consult.* 159. *nu. 2.* Fontanell. *de
pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 12. par. 2 num.* 21. Vinc. de
Franch. *decis.* 512. *in princ.* & infinitos in hanc senteotiam
cumulat, & sequitur Giurb. *cons.* 80 *nu.* 34.

At in casu isto antequam status Parmæ, & Placentiæ
esset infeudatus causa super bonis, & Castris fuit in Ro-
ta commissa Paulo Capizucchio, ac postmodum auoca-
ta, & diuersis Cardinalibus commissa, & tandem fuerunt
omnia remissa ad Rotam Ioanoi Baptistæ Rotæ. Vnde
cum ab initio, & successiuè causa fuerit commissa super
Castris, & semper per Barbaram, & Theodoram, ac
deinceps per DD. de Rangonibus fuerit oppositum de il-
legitimitate, quæ est exceptio peremptoria successionis,
certum est, quod ex præfatæ exceptionis cognitione tan-
quam ad Rotam pertioente, eadem Rota debet huiusmo-
di causam, etiam quoad immissionem cognoscere; itaut
31 non † debeat pronunciare super articulo legitimitatis, sed
super negotio priocipali, vt est *tex. ad litteram in cap. 1. de
ord. cognit. vbi glo.* Abb. *in princ. & cæteri DD.* Quæ adeo
sunt vera, vt licet quando quæstio incidens est separatim
tractaoda à principali, non assumat naturam principalis,
quinimò habeatur ac si principaliter ageretur, secus ta-
men est vbi non venit separatim coram alio Iudice agi-
tanda, quia hoc casu non mutat naturam negotij princi-
32 palis, cum accessorium † naturam principalis sequatur
supposita semper tamē Iudicis capacitatem, Imol. *in clem.
dispendiosam numer. 15. in fin. & numer. 16. in princ. de
iudic.*

Et hac pariter responsione tollitur etiam postremum
obiectum, quod oretenus deducebatur, videlicet Pau-
lum Tertium idibus Augusti 1546. per suum Motum pro-
prium generaliter ad se auocasse omnes causas tunc in
Curia pendentes inter personas, vel super bonis Duci Pe-
tro Aloysio subiectis, & illas Iudicibus de partibus com-
misisse, excipiendo taotum causas spirituales, & eas, quæ
de sui natura, vel ratione personarum litigaotium, seu
aliàs essent Ecclesiastici non sæcularis fori, & illas, in qui-
bus in Curia esset diffinitiuè pronunciatum, necnon quæ
in Rota super negocio priocipali positæ, & votatæ forent,
& quæ per Cardinales, quibus commissæ fuerant essent
resolutæ. Quia cum cognitio super exceptione perempto-
ria, hoc est illegitimitate, spectaret (vt dictum est ad Iu-
dicem Ecclesiasticum, quemadmodum causa ita tanquam
pertinens ad Ecclesiasticum Iudicem non fuit auocata, ita
nec etiam causa super successiooe auocata fuit, sed Rota
33 debet in articulo successioois † procedere, licet causa pe-
remptoria illegitimitatis assumat naturam causæ succes-
sionis, vt in *d. ca. 1. de ord. cognit.* Imol. *in d. clem. dispen-
diosam loc. cit.* & plurimum facit obseruaotia subsecuta
cum commissiones post dictam auocationem obtentæ su-
per Castris, & successione semper emanauerint.

Et ita conclusum informantibus solum DD. Marchio-
nibus Pallauicinis, & visis taotum memorialibus per DD.
de Rangonibus datis super petita dilatione.

* Idest sub diebus 8. Iunij 1626. & 24. Martij 1628. & 26.
Iunij eiusdem anni, & 30. Martij 1629. sunt supra deci-
siones 16. 162. 201. & 264.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Romaoa Legati.

Die Lunæ 17. Decembris 1629.

A R G V M E N T V M.

Hæres conficiendo inuentarium præseruatur liber ab omnibus oneribus hæreditarijs. Decretum Iudicis in confectione inuentarij an requiratur, & alia de quibus in summarijs.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres adens hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarii præseruat bona propria, ne confundatur cum bonis testatoris.*
Hæres si adeat hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij non tenetur vltra vires hæreditarias, num. 1.
2 *Inuentarium hæredi non suffragatur, si sit inualidum respectu solemnitatum.*
Inuentarium perinde est, ac si non fuisset factum, si hæres non describat omnia bona testatoris, num. 2.
3 *Tutori, ad hoc, vt ei decernatur administratio, requiritur decretum Iudicis.*
4 *Inuentarium conficiendi actus circa bona hæreditaria, non dicitur iudicialis.*
5 *Decretum Iudicis an requiratur in conficiendo inuentario bonorum hæreditariorum.*
6 *Inuentarium bonorum, hæreditariorum quando est conficiendum, iudex adiri debet, vt interloquatur hæredem cum beneficio legis esse admittendum, ad adeundam hæreditatem.*
7 *Decretum Iudicis, circa confectionem inuentarij bonorum hæreditariorum, tàm in principio, quàm post potest interponi.*
8 *Decreti præposteratio non vitiat actum inuentarij.*
9 *Decretum Iudicis circa confectionem inuentarij requiritur, vt quis admittatur ab beneficium inuentarij, non autem vt iudex super inuentario pronunciet.*
10 *In inuentario conficiendo fraudes, & occultationes sequi possunt, quando iudex non fuit præsens, vel eo perfecto non interloquitur, & num. 11.*
12 *Iudicis præsentia in confectione inuentarij bonorum hæreditariorum non est necessaria.*
13 *Decis. in causa Romana de Carauaschinis, & aliæ declarantur.*
14 *Inuentarium bonorum hæreditariorum quando conficitur, sunt seruandæ consuetudines locorum.*
15 *Hæredis subscriptio in inuentario requiritur.*
16 *Hæredis subscriptio in inuentario apponitur, vt cognoscatur perfectio, & consummatio actus inuentarij.*
17 *Hæredis subscriptio in inuentario non requiritur, quando certificatur eius perfectio.*
18 *Testes tres bonæ conditionis, & famæ debent adhiberi in inuentario, loco creditorum, & legatorum absentium.*
19 *Legatarii, si fuerint citati ad videndum confici inuentarium, si non interuenerint, nihilominus inuentarium validum est.*
20 *Hæres, si non describat omnia bona in inuentario, illius beneficium amittit.*
21 *Hæres tunc non amittit beneficium inuentarii ob non descriptionem omnium bonorum in eo, quando omissiones non sunt dolosæ.*
22 *Hæredis fraus in non describendo omnia bona in inuentario, quando dicatur cessare.*
23 *Procuratori non licet in præiudicium Domini sui fraudem committere, nisi de speciali mandato doceatur.*
24 *Hæres, quando dicatur dolosè omisisse describere omnia bona in inuentario.*
25 *Testi in concernentibus commodum, & exonerationem propriæ culpæ non creditur.*
Procurator, qui mandatum suscepit, tenetur illud ritè, & rectè exequi, aliàs tenetur ad damna, & interesse nu. 25. & 27.
26 *Filius habitans cum patre censetur habere notitiam omnium bonorum patris.*

28 *Dolus contra scientem, & consentientem non committitur.*

29 *Inuentarium præseruat hæredem ab oneribus hæreditarijs.*

DECISIO CCCXXXI.

DVBITATVM fuit in hac causa, an D. Marchio Bertoldus Vrsinus teneatur ad solutionem legati scutorum 400. de bonis hæreditarijs, vel proprijs, ad commodum D. Cosmis eius fratris vigore testamenti bo. me. Alexandri communis patris, & non deberi legatum da bonis proprijs fuit resolutum.

1 Quia patris hæreditatem adiuit † cum beneficio legis,
& inuentarij, quæ solet perseuerare bona propria ne confundatur cum bonis testatoris; itaut non teneatur hæres vltra vires hæreditarias, *l. vltima, § & si præfatam, C. de iure delib.* Ruin. *cons. 1. nu. 16. & cons. 38. num. 21. lib. 1.* Gozad. *cons. 94. num. 19.* Rubeus *cons. 74. nu. 7.* Surd *cons. 143. num. 40.* Menoch. *cons. 203. num. 27. & 28.*

2 Non obstat, quod inuentarium sit † inualidum defectu solemnitatum, & vlterius ob descriptionem bonorum testatoris omissam D. Marchioni suffragari non possit, quin teneatur de proprio ac si non fuisset factum, Honded. *cons. 53. num. 2. lib. 1. cum alijs allegatis in Romana fructuum dotis 2. April. 1618. coram Archiepiscopo Seleucien.*

Quia respectu solemnitatum, & si plures defectus obijciantur perpensis tamen, & benè examinatis, non obstant, & quoad omissionem sufficit illam non esse dolosam.

Nam prima, quæ opponebatur de citationis defectu ex eo, quod Cosmus non fuerit legitimè citatus ad videndum confici inuentarium satis remanet sublata ex duabus decisionibus coram bo. mem. Francisco Vbaldo factis sub die 1. Martij 1621. & 18. Aprilis 1622. in quibus supponitur, & approbatur præsentia D. Cosmi, dum inuentarium conficiebatur.

Secunda verò, quæ de carentia decreti Iudicis obijcitur, habet duas difficultates, primum an decretum sit necessarium, secundum an tempore debito fuerit interpositum.

Quoad primam, multi voluerunt non esse necessa-
3 riam, quia & si in tutore requiratur, † vt inde illi decernatur administratio, secundum veriorem de qua per Simoncell. *de decret. minor. lib. 2. tit. 6. nu. 63.* in hærede tamen secus esse potest, qui non eget licentia pro bonis hæ-
4 reditarijs administrandis, nec ipse † actus conficiendi inuentarium dicitur iudicialis, & hanc tenuerunt Bald. *in l. vlt. §. cum igitur, n. 13. C. de iur. delib.* Phanut. *de inuent. par. 5. num. 7. & 9.* Porcell. *eod tract. cap. 2. num. 9.* Achill. *decis. 3. de testam.* Valas. *consult. 52. numer. 25.* Simoncell. *de decret. d. lib. 2. tit. 6. num. 61.* Grass. *de inuent quæst. 6. num. 2.* Bald. *cons. 383. num. 9. lib. 1.* Rolan. *cons. 72. num. 36. lib. 2. dicentes per l. finalm, §. cum igitur, C. de iure delib. nec per auth. de hæred. & Falcid §. sancimus* (ex quibus iuribus desumitur forma conficiendi inuentarium) re-
5 quiri † solemnitatem decreti Iudicis. Contrariam verò, quod requiratur sequuti sunt Specul. *de instrum. edit. §. finali,* Bald. *cons. 265. num. 2. lib. 3.* Simonc. *de decret. lib. 2. tit. 6. numer. 62.* Grass. *de inuent. quæst. 6. numer. 2. vers. contrariam tenet,* Benint. *de pauper. quæst. vltima numer. 15.* Rota *decis. 72. numer. 32. par. 2. diuers. & idem admittitur in Romana fructuum dotis 2. Aprilis 1618. coram Archiepiscopo Seleucien.* & hæc posterior opinio magis pla-
6 cuit Dominis, quia ideò adeundus est Iudex, † vt interloquatur hæredem cum beneficio legis esse admittendum ad adeundam hæreditatem, vt per Iudicis declarationem hæres sit tutus legis beneficio contra excipientes, & recurrentes ad bona propria hæredis, non autem vt inuentarium confirmetur.

Quo verò ad secundam difficultatem, & si non dubitatur in aditione facta per Darium Stancum Procuratorem D. Marchionis, interpositum fuisse decretum, controuertitur tamen an sufficiat esse interpositum inchoato, & non perfecto inuentario, prout in hunc modum fuit interpretatum, vel debuisset à iudice interponi post inchoatum descriptum, confectum, & perfectum.

7 Et tàm in principio, † quàm post perfectum posse interponi decretum determinat Bald. *in fortioribus terminis de tutore, qui absque exceptione tenetur inuentarium conficere in l. cui sit adiecta 6. in primo notab. C. de mag. conuen. & sequitur* Rolan. *de inuent. vers. postquam visum*
8 *est num. 1.* dicens huiusmodi præposterationem † non vitiare actum inuentarij, quamuis melior sit ordo, quod omnibus alijs peractis apponatur idem Bal. *cons. 383. in fine lib. 1.* considerans decretum non posse semper post perfectum inuentarium superuenire, vt puta si addantur omissa, quòd propterea sufficit semel fuisse interpositum, quia statim traxit secum beneficium inuentarij, quæ ratio multum conuenit ponderationi Simoncelli, & Benincasij in locis supra allegatis, quòd decretum requiratur, vt quis
† admittatur ad beneficium inuentarij, non autem vt 9
iudex pronunciet super inuentario.

Non obstat, quòd decretum etiam secundum opinionem eorum, qui tenuerunt esse necessarium, succedat loco præsentiæ Iudicis, quæ præsentia non potest suppleri per decretum de inchoando inuentario, & promissione
hæredis de legitimè illud perficiendo, ex quo fraudes, † 10
& occultationes semper sequi possunt, quando iudex non fuit præsens, vel perfecto inuentario non interloquitur, Bal. *cons. 265. num 2. lib 3.* Rolan. *cons. 73. num. 36. lib. 2.* propterea dicebatur Doctores (qui loquuntur de præsum-
ptione decreti) omnes præsupponere, † quòd superue- 11
nerit decretum perfecto, & absoluto iam inuentario, vel præsentia Iudicis præcedente, *vt in Romana domus de Carauaschinis 22. Iunij 1069. coram bon. me. Penia, in Carpentoratea bonorum 18. Decemb. 1617. coram Illustriss. Card. Pamphilia, in Romana fructuum dotis 2. Aprilis 1618. coram Archiepiscopa Seleucien. & in Romana legatorum 21. Iunij 1619. coram bon. mem. Card. Caualer. quæ est 508. in eius impressis.*

Quia prædictis fuit responsum iam fuisse firmatum † 12
præsentiam iudicis non esse necessariam, neque decretum succedere loco præsentiæ iudicis sed è potius è contra: quia calore præsentiæ illius facilius præsumuntur aliæ so-
lemnitates interuenisse, quod autem † decisio *Romana* 13
de Carauaschinis sustineat inuentarium in præsentia Iudicis confectum, & ita illam intelligat alia decisio *Romana fructuum dotis,* & aliæ duæ *Carpentoraten & Romana legatorum* habeat decretum post confectum inuentarium non ideò reprobant quin inchoato inuentario decretum interponi possit, & in specie admittit *d. Romana domus* quando scilicet releuantiores solemnitates præcesserunt, prout citatio creditorum, & descriptio bonorum, sed meliorem ordinem sequuntur, & magis tutum, quando ex solo decreto agitur de supplendo alios defectus, quòd in præsenti non prætenditur.

Et ex hac Theorica facile dignosci potest non esse im-
probandas Curiarum consuetudines inchoandis, † & 14
non perficiendi inuentaria cum decreto Iudicis, vel cum præsentia, aut decreto inuentario perfecto, postquam decretum, & in principio, & in fine potest interponi, itaut optimo iure illæ seruandæ sint, & seruentur secundum Bal. *in l. finali num. 13. & Ias. num. 5 C. de iure delib.* Honded. *cons. 53. num. 5. lib. 1* Rota Ianuen. *decis. 35. nu. 1.* Velas. *consult. 52. nu. 25.* Rota *in Ciuitatis Castelli pecuniaria 12. Iunij 1603. coram bo. me. Iusto.*

Tertius defectus, qui opponitur est † omissio subscri- 15
ptionis inuentarij, quæ ab hærede desideratur in *l. finali, vers. sin autem dubius C. de iure delib.* Spec. *de instrum edit. §. dicta de impugnatione testamenti num 23.* Rol. *cons. 73. n. 39. lib. 2.* Rota *decis. 72. num. 19. par. 2. diuers.*

Verum, & iste euitatur, nam & si subscriptio † sit ap- 16
ponenda ab hærede vt cognoscatur perfectio, & consummatio actus inuentarij, vt dicit Bald. *cons. 147 numer. 2. vol. 4.* ex rogitu tamen Notarij dum apud acta inuenta-
rium fuit rogatum, certificatur perfectio, † & sufficit ab- 17
sque manu hæredis, vel Procuratoris, Bald. *d. cons. 147. n. 2. lib. 4.* Rolan. *de inuent. p. 5. §. si incipit quid autem quando inuentarium est factum apud acta* Phanut. *eod tract. par. 3. num. 69. vers. sed prædictam verò subscript.* Rota *decis. 195. num. 3. par. 4. diuers. & in supradicta Romana domus de Carauaschinis vers. nam ad primum defectum, & in Romana legatarum n. 7. q 508. coram bo. me. Card. Caualerio.*

Quartus detegebatur defectus: quia loco legatario-
rum, & † creditorum absentium erant adhibendi tres 18
testes bonæ conditionis, & famæ qui assisterent confectionis inuentarij, vt eorum præsentia legatariorum, & creditorum repleretur absentia, qui tamen cum non fuerint adhibiti, intrare dicebatur nullitatem actus defectu formæ, de qua *in auth. de hæred. & Falcid. §. hinc nobis vers. si vera absunt,* Bald. *cons. 147. num. 1. vol. 4.* Dec. *cons. 633. num. 15.* Guidopap. *decis. 571. num. 9.* Rota *decis. 72. num. 6. par. 2. diuers.*

Sed

Sed iste defectus tollitur quoad D. Cosmum, cum fue-
rit citatus ad videndum inchoari, & perfici inuentarium,
& fuerit præsens confectioni, vt in decisionibus supra
19 relatis coram bon. mem. Vbaldo fuit firmatum, vnde †
quoad citatos non potest allegari absentia testium, quia
quoad eos semper actus sustinetur Iason. *in d. l. final. n. 4. C.*
de iur. delib. Bald. *cons 265. nu. 2. lib. 3.* Dec. *cons. 251. n. 4.* Ro-
land. *de inuent p. 3. §. quid faciendum n. 5. & 6.* Rota *dec. 199.*
n. 2. impressa per Farinac. *post eius cons.*
20 Quinta, demum non obstat exceptio omissionis, † de-
scriptionis omnium bonorum in inuentario, per quam,
& si multi tenuerint hæredes beneficium inuentarij amit-
tere nempè Phauut. *eod. tract. de inuent. numer. 51.* Rimin.
Iun. *cons 417. numer. 24.* Menoch. *consil. 89. numer 146.* Ro-
land. *consil. 73. numer. 43. lib. 2.* Honded. *consil. 15. num. 55.*
21 *lib. 1.* attamen quando † omissiones non sunt dolosæ, be-
neficium non amittitur, Bald. *in d. l. finali, §. cum igitur*
numer. 8. C. de iur. delib. Bellon. *consil. 30 num. 6.* Menoch.
cons. 471. num. 1. & seq. Honded. *cons. 53. num. 15. & 31. libr 1.*
Surd. *decis. 222 numer. 10. &* Rota *semper sequuta, est hanc*
opinionem circumscripto dolo coram san. me. Greg. XV. *dec.*
169. numer. 3. 747 num. 4. par. 2. recent. Romana domus de Ca-
rauaschinis 22. Iunij 1609. supra allegata 508. n. 7. cor. bo. me.
Card. Caualerio Rauennaten. saluiani 17. Iunij 1619. cor. bon.
me. Remboldo.
Dolus autem in præsenti circa omissionem descriptio-
22 nis † bonorum non probatur: quia D. Marchio non des-
cripsit bona, sed Procuratorem Darium Stancum con-
stituit ad conficiendum inuentarium, ex cuius mandato,
cum non colligatur nec ex verbis, nec ex coniecturis ani-
mus D. constituentis ad fraudandum D. Cosmum, aut
alios creditores, sed ad inuentarium legitimè, & sine
aliquo dolo conficiendum, *l. crediter, §. Lucius, vbi* Bart.
ff. mandat. Paris. *cons. 96. num. 26. libr. 3.* Honded. *cons. 91.*
23 *nu. 53. lib. 5.* non † etiam debuit Procuratori licere in præ-
iudicium sui domini dolum committere, nisi de speciali
mandato doceatur, Rolan. *cons. 71. num. 41. lib. 5.* Menoc.
de arbitr. cas. 316. n. 23. Rim. Iun. *cons. 345. nu. 8. & seq. lib. 3.*
Non obstat, quod dolus probetur ex depositione eius-
dem Darij Procuratoris asserentis multa bona mobilia
non fuisse descripta in inuentario de ordine eiusdem hære-
dis, cuius dispositio datur in summario D. Cosmi num. 5.
& alij tres testes sub dicto num. 5. concludant D. Mar-
chionem habuisse scientiam omnium bonorum, quæ con-
24 sulto omissa fuere describi in † inuentario, quo casu vi-
deatur resultare probatio dolosæ omissionis, Guidopapæ
cons. 42 n 6. Cephal. *cens. 314. nu. 4. lib. 3.* Honded. *cons. 35. n.*
55. lib. 1. Rota *decis. 350 par. 1. recent.*
Quia dictum Darij non est releuans, cum ipse tanquam
Procurator constitutus ad conficiendum inuentarium es-
25 set particeps fraudis, & doli, cui in † concernentibus
commodum, & exonerationem propriæ culpæ non cre-
ditur, tenebatur enim conficere legitimum inuentarium,
& in casum omissionis erat obligatus ad damna, & inte-
resse propter mandati acceptionem, *l. idemque § fin. pro-*
curator l. si tibi mandauero, §. sicut ff. mand. Paris. *consil.*
123. numer. 4. libr. 1. Menoch. *consil. 1085. numer. 9. libr. 11.*
Surd. *decis. 304. numer. 4.* Rota *Ianuen. decis. 9. numer. 5. &*
26 *6.* Ideò dum † culpam in constituentem reijcere conatur,
illi non præstatur fides, Alexand. *consil. 154. numer. 4. &*
6. libr. 5. Honded. *post* Speculat. & alios *consil. 19. numer. 25.*
libr. 1. scientia autem D. Marchionis rerum hæreditaria-
rum per testes supradictos probata non etiam concludit do-
losam omissionem: quia cum de Procuratore constituto
fisus fuerit, & illius fidem sequutus, dolus Procurato-
ris non debet nocere Domino ad faciendum illum incide-
re in pœnam priuationis beneficij inuentarij, vt supra di-
27 ctum est, & † nihilominus D. Cosmus cum eandem scien-
tiam tanquam filius, & habitans cum patre de tempore
eius obitus habere præsumeretur, Roland *cons. 19. numer.*
39 *libr. 1.* Decian. *consil. 10. numer 85. lib. 1.* Honded. *cons.*
35. nu. 26. & seq lib. 1. citatusque fuerit ad videndum con-
fici inuentarium, & præsens fuerit illius confectioni, nec
de omissis aliquid opposuerit, intrat altera consequens
præsumptio, vel quòd alia bona non adessent, vel si ade-
rant, non essent talia, quæ in inuentario essent descri-
28 benda, ex quo dolus, † contra scientem, & consentien-
tem non committatur *regula scienti de regul. iur. in 6.* Rota
dec. 183. n. 1. par. 2. recent.
Quare cum inuentarium sustineatur, meritò D. Mar-
29 chio de proprio non tenetur ad præstationem legati, † cum
beneficio legis præseruetur ab oneribus hæreditarijs, *l. fi-*
nali §. & si præfatam, C. de iure delib. Paris. *cons. 69. num.*
161. lib. 3. & Surd. *cons. 143. nu. 40. lib. 1.*
Et ita &c.

Infra in eadem causa part. 2. adest alia decisio die 14. Fe- ¶
bruarij 1633. coram eodem Reuerendissimo Pirouano est
decisio 181.

REVERENDISSIMO P. D. VRGELLEN.

Florentina Iurispatronatus de Iansigliazzis.

Die Veneris 17. Decembris 1629.

A R G V M E N T V M.

Patroni Laici quantum tempus habeant ad præsentandum. Ordinarius, quando vni ex præsentatis non possit gratificari. In iurepatronatus numerus patronorum, qualiter consideretur. Mandatum, quando est necessarium in aliquo actu, an præsumatur interuenisse.

S V M M A R I V M.

1 *Patroni Laici habent tempus quadrimestre à iure præfinitum ad præsentandum.*
2 *Minor pars patronorum in presentatione pro nihilo reputatur.*
3 *Ordinarius non potest presentatum à minori parte patronorum gratificari.*
4 *Iuspatronatus est indiuiduum, & totum est penes singulos patronos.*
5 *In iurepatronatus maior numerus patronorum in abstracto non attenditur, sed solum maior numerus eorum, qui realiter præsentarunt intra legitimum tempus.*
6 *Patronorum mandata ad præsenta: dum produci debent intra quadrimestre, declara, vt hic.*
7 *Ordinarius potest se extraiudicialiter informare ad sustinendum actum presentationis, & institutionis.*
8 *Mandatum presumitur exhibitum, quando erat necessarium ad actum, de quo agebatur.*
9 *Mandatum præsumitur adesse, ex eius enunciatiua cum expressione Notarij, & diei.*
10 *Mandatum adiuuandum aliquam probationem potest quandocumque produci etiam post lapsum cuiuscumque termini peremptorij.*

DECISIO CCCXXXII.

IN decisione in hac causa facta die 14. Maij præte-
riti, * fuit resolutum Marium esse instituendum,
quia fuit præsentatus à Vincentio Iansigliazzo, qui pro
medietate Iurispatronatus, & à Ludouico, qui pro sua
portione erat in quasi possessione alterius medietatis:
Nec obstare dictum fuit præsentationem factam de Ste-
phano per Horatium tàm nomine proprio, quàm procu-
ratorio alterius Vincentij, Nicolai, Lucæ, Francisci,
Petri Philippi, & Alexandri, qui vnà cum Horatio sunt
in quasi possessione alterius medietatis, & consequenter
nec etiam suffragari gratificationem Stephano factam ab
Ordinario, ex quo de mandato, aut ratificatione prædi-
ctorum compatronorum, non constitit † intra quadrime- 1
stre patronis laicis ad præsentandum à iure præfinitum ex
Lap. *alleg. 22.* Rocco Lambert. & Rota in dicta decisione
allegatis, quę decisio iuxta ea quæ tunc proponebantur,
hodie Dominis placuit.
Verum quia nunc fuit doctum de dicto mandato maio-
ris partis compatronorum alterius medietatis, qui præ-
sentarunt Stephanum, quæ trahit ad se totam dictam
medietatem, † ex quo minor pars dictæ medietatis pro 2
nihilo reputatur, Roccus de Curt. *de iurepatr. verb. ipse*
velis à quo numer. 7. Garz. *de benef. part. 5. capit. 9. numer.*
225. Cassad. Greg. XV. & alij *in eadem decisione allegati:*
Domini ex nouiter deductis recedendo à decisis dixerunt
Stephanum esse instituendū, † vel gratificatum per Ordi- 3
narium tanquam presentatum à dimidia parte patronorū,

& habentem alias qualitates de iure requisitas: quinimò
cum intra tempus edictorum Vincentius, & Ludouicus,
& sic patroni habentes aliam dimidiam non comparuerint
periode Stephanus haberi debet, ac si fuerit præsentatus,
4 ab omnibus patronis, quia cum iuspatron. † sit indiui-
duum, & totum sit penes singulos non attenditur (vt di-
ctum fuit in decisione) maior numerus patronorum in
5 abstracto, sed solum † maior numerus eorum, qui reali-
ter præsentarunt intra legitimum tempus, Abb *in cap. 3. nu. 13. de inrepat.* Dec. *cons. 127. in fin. vers. in ista materia.* Lambert. Gonzal. & alij *ibid. allegati*, & consequenter retorquentur dictæ decisionis motiua contra Marium ad Stephani fauorem.

Neque obstat, quod dicta compatronorum mandata
debuerunt produci intra quadrimestre, quia cum deuen-
6 tum fuerit ad institutionem post terminum edictorum, †
& institutum fuerit actus extraiudicialis, ex quo ante in-
stitutionem nullus oppositor comparuit *cap. concertationi, vbi* Gemi. *nu. 3.* Franch. & alij *de appell. in 6.* Abb. *in cap. fin. nu. 13. de præscript.* Anton. de Butr. *in c. cum M. Ferrarien. sub nu. 58. ad med. vers. ideo si quis petit* Calderin. *cons. 2. de elect.* Gonzal. *glos. 9. §. 1. in annot. andlit. num. 42.* Sera-
phin. *decis. 1320. num. 3.* potuit Ordinarius se extraiudicia-
7 liter † informare, prout præsumitur ad sustinendum actum
præsentationis, & institutionis, Gabr. *concl. 1. num. 22. de procur. &* Marant. *in suis disputat. post tract. de ord. iudic. q. 1. num. 9* Et tanto magis, quia in hoc casu fuit facta præsentatio coram Ordinario cum enunciatiua mandati, & relatione ad certum Notarium, & certam diem, & Ordinarius in institutione dixit, Visis &c. Vnde oritur vrgens coniectura, quod tunc illud fuerit exhibitum,
8 † aut quod de eo Ordinarius extraiudicialiter fuerit certi-
ficatus, ex quo mandatum erat necessarium ad actum, vt in simili, Dec. *cons. 36. nu. 6. vers. 2. respondetur.* Cassad. *decis. 3. num. 4. de procurat.* Greg. XV. *decis. 111. num. 2. & decis. 375 n. 5.*

Sed præterea quando etiam processum esset iudicialiter
& mandatum verè non fuisset exhibitum, tamen cum ex
9 dicta enunciatiua mandati cum † expressione Notarij, &
diei, fuerit inducta aliqualis probatio mandati enunciati,
ex Dec. Cassad. & Gregor. XV. vbi proximè, potuit po-
10 stea ad adiuuandum dictam probationem mandatum †
quandocumque produci etiam postea lapsum cuiuscumque termini peremptorij, Bald *in capit. 1. in princ. de fid. instrum.* Dec. *in auth. si quis in aliquo nu. 3 vbi* Purpurat. *nu. 33. C. de edend.* Felin. *in cap. licet causam sub num. 18. lim. 5. de probat.* Surd. *dec. 166 nu. 1. in fin. vers. & per illum text. & fuit dictum à Cæsaraugustana Canonicatus 12. Febr. 1620. cor. Illustrissimo Card. Pamphilio.*

Et ita vtraque &c.

* Est decisio 285. supra in hac parte.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Placentina Decimarum.

Die Veneris 11. Ianuarij 1630.

A R G V M E N T V M.

Decimæ, ex prædijs nouiter ruptis, & cultis, cui debeantur. In materia decimarum quid sit potissimum attendendum.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia an sit valida, colligitur ex reuolutione actorum.*

2 *Parochus de iure communi habet intentionem fundatam super decimis inter limites suæ Ecclesiæ existentibus, & n. 17.*

3 *Parochus etiam de iure communi habet intentionem fundatam, quoad decimas ex prædijs nouiter ruptis, & cultis.*

4 *Consuetudo in materia decimarum multum attenditur.*

5 *Consuetudo in materia decimarum, quando agitur inter duas Ecclesias, debet habere spatium decem annorum.*

6 *Consuetudo particularis in materia decimarum legitimè probata, seruari debet.*

7 *Decimæ, quæ percipiuntur ex nouis fructibus prædiorum cultorum, eidem Ecclesiæ Sacramentali debentur, non autem Ecclesiæ prædiali.*

8 *Mutatio fructuum, seu plantationis non mutat, aut minuit obligationem soluendi de nouis fructibus, sicuti prius soluebatur de alijs.*

9 *Parocho Sacramentali debetur decima ex nouis fructibus prædiorum cultorum tanquam subrogatis in locum aliorum fructuum, qui ex eis de prædijs colligebantur.*

10 *Text. in cap. cum in tua de decim. & plures DD. qualiter intelligantur.*

11 *Parochus, si percipiat decimas ex iure particulari solum, quo ad certam speciem fructuum, tunc illis cessantibus, cessant etiam decimæ, & n. 12.*

13 *Text. in ca. tua, de decim. quare sit promulgatum.*

14 *Decimandi ius, quando est reale, complectitur etiam nouos fructus, & quicquid nascitur ex ipsa terra.*

15 *Ex præscriptione vnius speciei decimarum non potest induci ad ius percipiendi decimas aliarum specierum.*

16 *Præscriptum dicitur tantum, quantum specificè fuit possessum.*

18 *Consuetudo in materia decimarum ad fauorem Ecclesiæ Sacramentali, contra Ecclesiam prædialem, vt inducatur, requiritur possessio decennalis.*

19 *Ecclesiæ prædialis, si quo ad decimas, probauerit particularem consuetudinem ad sui fauorem, tunc non sufficit consuetudo decennalis contraria, sed opus est formali præscriptione.*

D E C I S I O CCCXXXIII.

ORTA controuersia de anno 1614. inter Episcopum Placentinum, & Parochos de Escurial, seu de Burdalo, super perceptione decimarum ex duobus prædijs nuper antea ad culturam, & seminationem redactis, an scilicet decimæ spectarent ad Episcopum, vel ad Parochos, fuit ab Ordinario Placentino per sententiam in fauorem Episcopi pronunciatum, causaque in Rota commissa ad instantiam Monasterij B. MARIÆ de Guadalupe, adhærentis Curato de Burdalo, *coram Reuerendissimo D. meo Decano*, præuia decisione * dicta sententia Ordinarij fuit confirmata. Hodie autem *coram me cum fuerit dubitatum*, An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, Domini confirmandam esse responderunt.

De validitate enim constat ex † reuolutione actorum, 1
cum seruata fuerint omnia requisita per Caputaq. *decis. 260. par. 2.*

Iustitia autem benè deprehenditur ex eo, quoniam
cum ista prædia, de quibus agitur, nouiter proscissa,
& sata, posita sint in territorio de los Aguixones, cuius
Parochiæ Curatus est Episcopus, consequenter decimæ
ex fructibus dictorum prædiorum percipiendæ debentur
eidem Episcopo, qui tanquam † Parochus de iure com- 2
muni fundatam habet intentionem quoad decimas intra
limites Ecclesiæ, seu Parochiæ, *cap. cum contingat, & ibi glos. in verb. de iure communi,* Card. *num. 4.* Abb. *nu. 7 & cap. quoniam, de decim.* Paris. *cons. 73. nu. 1. lib 4.* Put. *decis. 361. nu. 1. lib. 1. in correct.* Rota *coram Reuerendiss. D. meo Decano de-*
cis. 187. nu. 1. & decis. 254. num. 1. etiam quoad † decimas de- 3
bitas ex prædijs nouiter ruptis, & cultis, *cap. commissum, & ibi* Doct. *de decim.* Felin. *in cap. auditis, num. 20. vers. adducit inter alia* Gutierez *canon. quæst. lib. 2. cap. 21. num. 100. & dixit* Rota *in Toletana decimarum 5. Aprilis 1593. coram Arigonio*, iuncta præsertim consuetudine vltra 40. annos per plures testes concludenter iustificata, qua introductum est, vt in territorio de los Aguixones, decimæ prædiales soluantur Ecclesiæ, vbi sita sunt prædia, nulla habita distinctione, an coloni degant, & percipiant Sacramenta intra, vel extra ipsam Ecclesiam, vel Paro-
chiam prædialem, † quæ consuetudo in hac materia om- 4
ninò attendi debet, *c. cum sint homines*, & ibi communiter scribentes, ac præsertim Abb. *sub n. 6. & c. cum Aposto-*
licæ

ficæ de decim. Card. conf. 88. num. 1. in princip. Rimin. Iun.
conf. 169. num. 17. in fin. Eugen. consil. 18 num. 21. lib. 2. Gut-
tierez canon. quæst. d. cap. 21. nu. 32. Acchil. decis. 3. decim.
Put. decis 154 num. 6. & seqq. lib 1. Rot. decis. 163. num. 3.
par. 2 diuers. & fuit dictum in Tuden. Decimarum 13. No-
uembris 1595. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, & apud
bo. me. Card. Caualerium decis. 73. num. 3. & decis. 107. num. 1.
5 cum alijs, & ad illam inducendam, † quando agitur inter
duas Ecclesias, sufficit etiam spatium decem annorum,
cum non sit contra, sed præteritus, vt tradit, Abb. in d. c.
cum sint homines num. 6 in fin. de decim. Achill. decis. 3. eod.
tit. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 17. num. 8. vers. 4. fortiori
ratione, Modern. Bononien. variar. resolut. lib. 2. cap. 95.
num. 19. ad fin. Rota decis. 163. num. 4. par. 2. diuers. & cor.
Cardin. Caualerio d. decis. 73. & decis. 95. num. 2. in princip.
& alibi.

Non obstat, quod ex generali consuetudine Diœcesis
Placentinæ, decimæ soluuntur Ecclesiæ Sacramentali,
non autem prædiali: quoniam contraria consuetudo par-
ticularis istorum locorum de Eseurial, & Burdalo legiti-
6 mè † probata seruari debet, & præferri consuetudini vni-
uersali Diœcesis, seu Ecclesiæ dominantis, Put. decis. 186.
numer. 6. & 7. lib. 3. & coram bon. memor. Cardin. Caualerio
dict. decis. 95. numer. 3. & decis. 107. numer. 1. & in Tuden.
Decimarum 13. Nouembr. 1595. coram bon. memor. Cardin.
Pamphilio cum alijs in decis. Reuerendiss. D. mei Decani ad-
ductis.

Minus obstat, quod cum ex istis prædijs, antequam re-
ducerentur ad culturam, decima agnorum, casei, & la-
næ solueretur Parocho de Burdalo, & Ecclesiæ, in qua
pastoribus ministrantur Sacramenta, & consequenter ex
7 vi subrogationis decimæ, † quæ percipiuntur ex nouis fru-
ctibus prædiorum cultorum eidem Ecclesię Sacramentali,
seu Parocho debeantur, non autem Ecclesiæ prædiali cap.
cum in tua de decim. cum concordan. mutatio enim fru-
ctuum, seu plantationis non mutat, aut minuit obligatio-
8 nem soluendi † decimam de nouis fructibus, sicuti prius
soluebatur de alijs d. c. cum in tua, & ibi Butr. num. 2. & nu.
5. vers. vnde dicit Iuan. Andr. Rebuff. de decim. quæst. 14. n.
24. Card. Mantic. decis. 341 num 1. cum alij per Modern. Bo-
nonien. var. resol. lib. 2. cap. 95. n. 16.

Quoniam obiectum visum fuit satis esse sublatum ex
responsionibus datis in decisione Reuerendiss. D. mei De-
9 cani, & præsertim ex eo quia ad hoc vt Parocho † sacra-
mentali deberetur decima ex nouis fructibus prædiorum
cultorum tanquam subrogatis in locum fructuum, qui ex
eisdem prædijs recolligebantur, dum erant inculta, pro-
bandum esset, quod idem Parochus perciperet decimas ex
antiquis fructibus, iure vniuersali, & reali concernente
ipsam terram, seu prædia, adeout nulli fructus recollige-
rentur ex ipsis prædijs, quin de omnibus ipse solus, & non
alius haberet decimam, & sic quod prædia essent verè de-
cimatoria, & obnoxia iuri reali in fauorem ipsius Parochi
quo casu ratione causæ vniuersalis, & ob vnitatem, &
identitatem prædij decima deberetur ex terra etiam nou-
ter culta, & ex fructibus post culturam nascentibus, qui
in locum antiquorum fructuum subrogantur, & compre-
henduntur sub iure vniuersali, & generico decimandi, &
10 † ita procedit, text. in cap. cum in tua, & notant ibi Doct. ac
signanter Butr. num. 2. & 5. Anan. nu. 3. de decim. Abb. cons.
71. num. 2. vers. 2. principaliter, lib. 2. Bald. de præscript. p.
2. in princ. num. 17. & 18. Couarr. var. resol. lib. 1. cap. 17. nu.
13. Paris. cons. 73. num. 17. & 18. lib. 4 Decian. cons. 22. num.
33. & 34. lib. 1. benè Guttierez canon. quæst. d. c. 21. num. 94.
96. 114 & seqq. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 679. num. 99 Gio-
uagnon. cons. 28. n. 5. & seqq. lib. 2. & fuit dictum in Adrien.
decimarum 25. Iunij 1601. coram Corduba impress. post d. cons.
28. Giouagnon. Secus autem dum Parochus, vt in casu
præsenti, percepit decimas ex iure particulari solum quo-
11 ad certam speciem fructuum, † tunc enim prædium non
dicitur effectum decimale, itaut licet mutetur status ip-
sius remaneat tamen onus decimationis, sed omne hoc ius
decimantis restringitur ad illos fructus particularis speciei
12 dumtaxat, & ijs † cessantibus cessat eius decimatio, nec
vlterius trahitur, aut extenditur, cap. cum contingat, & ibi
Butr. num 4. vers quandoque dispositio stricta il. 2. qui sic con-
cordat text. in cap. ex parte, & cap. cum in tua, eum in dis-
positione dictæ decretalis in cap. cum contingat, & sequitur
13 Anan. num. 7. in fin. decim. & cap. tua eod. tit. quem † tex-
tum non fuisse promulgatum ad aliud, quam ad hoc deci-
dendum tradit Cassan. cons. 34. num. 17 Abb. in d. cap cum
contingat. num. 9. Rebuff. conf. 133. num. 8. & de decim. qu. 6.
num. 35. in fin.

Et propterea potius dicendum videtur, quod cum Epi-
scopus tanquam Parochus prædialis in territorio de los
Aguixones fundatam habeat intentionem in omni fru-
ctu, & habeat ius decimandi vniuersale, & in genere † res- 14
pectu cuiuscumque fructus, meritò hoc ius tanquam rea-
le complectatur etiam nouos fructus, & quicquid nascitur
ex ipsa terra, vt benè per Guttierez canon. quæst. cap. 21. n.
114. & seqq. Seraphin. decis. 561. numer. 5. & fuit dictum in
O. iolen. decimarum 19. Ianuarij 1592. coram Gyptio, & sic de-
cimatio quoad nouos fructus intrat in fauorem Episcopi
habentis ius vniuersale, non autem in fauorem Parochi
habentis ius singulare, & restrictum ad particularem spe-
ciem fructuum, quæ amplius non extat.

Quæ certiora etiam videntur in casu præsenti, tum quia
decima, quæ prætenditur à Parocho, seu à Monasterio B.
Mariæ de Guadalupe ex iure dicti Parochi, prætenditur
solum in vim meræ consuetudinis, † & proinde ex præ- 15
scriptione vnius speciei decimarum non potest inferri ad
ius percipiendi decimas aliarum specierum tantum† enim 16
dicitur præscriptum, quantum specificè fuit posses-
sum, vt in his terminis est textus, in cap. tuæ. il primo, cap.
contingat, & ibi Doct. ac benè Cardin. num. 6. in fin. de decim.
Couarr. var. resol. lib. 1. cap. 17. num 13. Surd. cons. 262. num.
12. latè Guttierez canon. quæst. d. cap. 21. n. 78. & seqq. Put.
decis. 107. lib. 1. Cardin. Seraphin. decis. 346. num. 1. & fuit
dictum in Conchen. decimarum de Belmonte 20. Iunij 1616. co-
ram Illustriss. D. Cardin. Verospio, cum alijs per Modet. Bo-
nonien. var. resol. lib. 2. cap. 95. num. 27. Giouagnon. d. cons.
28. num. 1. lib. 2. tum etiam quia ex testibus benè probatur,
quod Episcopus Rector in hoc territorio de los Aguixones
ex antiqua consuetudine percipit decimas etiam de præ-
dijs, quæ nouiter rumpuntur, & sic res videtur extra con-
trouersiam iuncta † præsertim assistentia iuris in fauorem 17
eiusdem Episcopi tanquam Parochi.

Sed ex facto visum etiam fuit cessare difficultatem,
quoniam ius decimandi quoad agnos, caseum, & lanam
ante culturam prædiorum prætensum à Rectore de Bur-
dalu non probatur, nisi per nouem annos, & tamen ad ef-
fectum † inducendi consuetudinem ad fauorem Ecclesiæ 18
Sacramentalis contra Ecclesiam prædialem requiritur sal-
tem possessio decennalis, Achill. decis. 3. & 6. de decim. Put.
150. num. 5 lib. 1. in correct. cum alijs supra adductis; immò
& in casu isto cum Parochus prædialis probauerit contra-
riam consuetudinem particularem † ad sui fauorem non 19
videtur sufficere consuetudo decem annorum, sed opus es-
se formali præscriptione quemadmodum fuit firmatum in
decisione Reuerendiss D. mei Decan. versic. secundò fuit
responsum &c.

Et ita, &c.

* Idest sub die 20. Maij 1628. est supra decis. 169.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Litterarum Cambij.

Die Veneris 11. Ianuarij 1630.

ARGVMENTVM.

Litteræ Cambij cuius sint vigoris. Pendente termino remissoriæ Iudex ad vlteriora procedere non potest, & quando hoc non habeat locum, & vide nonnulla de compensatione.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ cambij habent vim publici instrumenti.*
2 *Litteræ cambij obtinent executionem paratam.*
3 *Terminus remissoriæ, si pendeat, impedit litis ingressum ad vlteriora.*
4 *Quod fallit, quando Iudex illam decreuit, sine præiudicio processus executiui.*
5 *Remissoria perinde est, ac si non esset emanata, si sit decreta sine præiudicio processus executiui, nam Iudex in hoc iudicio potest procedere.*
6 *Litteræ cambij, quando non habuerunt effectum, durat primæua obligatio.*

7 Cre-

7 *Creditores mercatorum fidem sequuntur, vt adueniente tempore solutionis litterarum debitum ipsis soluatur.*
9 *Diuersitas summarum inducit diuersitatem obligationum, & contractuum.*
10 *Solutio à debitoris voluntate potissimè dependet.*
11 *Confessio facta post decoctionem cum sit simulata, non præiudicat.*
12 *Simulationis præsumptio cessat, vbi constat de veritate actus.*
13 *Compensationis beneficio euitantur numerationes, & circuitus.*
14 *Compensatio est actus fictus soluendi, licet solutio sit vera.*
15 *Debitum in dies non compensatur.*
16 *Compensationi, vt sit locus, debent afferri concludentes probationes.*
17 *Compensatio, vt debitum extinguat, requiritur voluntas debitoris.*

DECISIO CCCXXXIV.

TIRABOSCVS & Carolus numerauerunt scuta
649. Baccellu in Vrbe Campsuri, qui litteras cam-
bij dedit directas Murono Mercatori Neapolitano, cum
mandato, vt Aniellu ipsius numerantis procuratori hu-
iusmodi summam persolueret. Mercator verò prædictus
litteras (vt moris est,) acceptauit, sed cum essent conce-
ptæ à Vio, antequam aduenisset dies faciendæ solutionis,
effectus est non soluendo. Vnde præmissis à procuratore
contra ipsum Moronum mercatore protestarionibus, lit-
teræ remissæ fuerunt ad Campsorem, qui illas scripserat,
& contra eundem Tiraboscus & Carolus ab Auditore Ca-
meræ obtinuerunt decerni, & relaxari mandarum execu-
tiuum pro restitutione pecuniarum. Commissa autem in
Rota causa appellationis pro parte Campsuris ab huius-
modi decreto interpositæ, cum clausula, *si quid exequen-
dum &c.* Dubitaui an mandatum Auditoris Cameræ esset
exequendum, & Domini affirmatiuè responderunt, quia
fuit validè relaxatum, seruatis nimium de iure seruandis
1 pro credito liquido, & in litteris † cambij contento, quæ
de consuetudine non modo habent vim publici instru-
menti, Bald *in cap. cum dilectus, num. 5.* quem ibi sequi-
tur Felin. *num. 36. de fid. instrum.* Cardin. Zabar. *conf. 153.
num. 1.* Mandos. *conf. 97. num. 10.* Rota *in Romana litterarum
cambij 10. Martij 1595. coram bo. me. Gyptio, impress. apud*
2 March. Sed † etiam obtinent executionem paratam Bald.
348. *num. 4. lib. 1.* Bero. *conf. 33. num. 12. lib. 1.* Soccin. *conf. 68.
col. 3. circa med. lib. 3.* Gratian *discept. forens. cap. 569. num.
29.* Modern. *de commerc. & camb. §. 7. glos. 5. num. 4.* Rota
coram Seraphin. decis. 562. num. 3.
3 Nec validitati mandati obstat, † quod fuerit relaxatum
pendente termino remissoriæ Campsori concessæ, cuius
dilatio impedit litis progressum ad vlteriora, quia cum Iu-
dex illam decreuerit sine præiudicio processus executiui,
4 † validè potuit ipse procedere in vim facultatis, quam sibi
præseruauit, *ad text. in l. idem fiet, ff. de testam. tut.* Oldrad.
5 *conf. 237. in fin.* perinde † ac si decretum super articulo-
rum admissione non emanasset prout in terminis. *Remis-
soriæ est decis. 718. num. 1. lib. 3. p. 3. diuers. & decis. 582. num.
3. par. 1. diuers. recent.*
Iustitia verò supradicti mandati, satis patet, quia eo ip-
6 so quod iuxta litteras Campsoris realiter † & cum effectu
Aniello procuratori non fuit facta solutio, idem Campsor
remansit debitor vigore primeuæ obligationis, Bald. *in l.
si litterarum, num. 1. C. de solut. & d. conf. 348. num. 3. vers.
sed si litteræ. lib. 1.* Salicet. *in l. pro debito, num. 4. circa fin C.
eod.* Modern. *de commerc, & camb. §. 2. glos. 5. num. 10.* Rot.
Ianuen. *decis. 2. num. 10. & decis. 8. num. 19.* Greg. XV. *san.
mem. decis. 217. num. 1. & 2.* vbi plenè Adden. *nu. 9.*
Quam obligationem minimè innouauit acceptio litte-
rarum facta per Moronum mercatorem, cum creditor il-
7 lius fidem sub ea conditione sequutus fuerit, † vt adueniên-
te tempore solutionis litterarum à viso debitum ipsi solue-
retur, Salicet. *in l. si filius, la secunda n. 2. ff. ad Senatus consult.
Macedon.* Paul. de Castr. *in l. si debitorem, n. 3. ff. de nouat.*
Gabr. *eod. tit. concl. 1. n. 191. vers. contrarium,* Rota Ianuen.
decis. 8. num. 11. & dixit Rota *in d. Romana litterarum cambij
12. Mart. 1595. coram Gyptio.*
Neque videbatur obstare quod Aniellus procurator su-
pranominatus cambium cum mercatore renouauerit ei-
dem Baccellu Campsori directum, vt summam in eo con-
8 tentam Tirabosco, & Carolo solueret, cuius credito † pro-
pterea fuerit satisfactum, perinde ac si in numerata
pecunia emanasset solutio ad *tradit. per d.* Modern. *de com-
merc. & camb. §. 2. d. glos. 5. nu. 409. & dictum fuit in Bo-
nien. cambij 13. Februarij 1623. coram Reuerendiss. D.
meo Decano,* quia dicta conclusio procederet, si appareret
breui manu factam fuisse vnam solutionem propter aliam
quod in præsenti casu euenisse non probatur, sed potius de
contrario constat ex summa in secundis litteris expressa, cū
non sit eiusdem quantitatis cum illa, quæ in prioribus lit-
teris continetur, & proinde † contractuum pluralitas, ac 9
obligationum diuersitas præsumitur, *l. quingenta, ff. de
probat. l. planè, §. sed si non corpus, ff. de legat. primo,* Bart.
in l. cum centum, ff. de adim. legat. Angel *in l. scire debemus,
in fin. ff. de verb. oblig.* Surd. *conf. 80. num. 14.* Aym. *in resp
ponf. pro genero, num. 177.* Card. Zabar. *conf. 51. numer. 3.
vers. & vltra,* Rota *cor Reuerend. D. m. Decano dec. 331. n. 2.*
Et hanc præsumptionem vrget creditum longè diuer-
sum, quod Aniellus eodem tempore habebat cum Moro-
no, cuius existentia probatur tam per plures litteras cam-
bij à mercatoribus Venetis scriptas, quam per partitas il-
larum vigore ad fauorem Anielli creatas in libris ipsius
Moroni, qui deinde etiam declarauit; ac confessus est se
io huius crediti causam Anieliu soluisse, cuius confessio-
nis visum fuit habendam esse rationem, cum † solutio à 10
debitoris voluntare potissime dependeat, *l. 5. cum seqq. ff.
solut. & l. 1. C. eod.*
Neque obstat, quod huiusmodi confessio per dictum
Moronum facta post decoctionem † tanquam simulata 11
non præiudicet, *l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud. credit.*
Bart. *in l. post contractum, ff. de donat.* Alexand. *conf. 83. nu.
5. lib. 1.* Rota Ianuen. *decis. 83. num. 11.* Quia nihilominus
stante veritate dicti crediti, illa non leue præstat adminis-
culum, † cum cesset præsumptio simulationis vbi de actus 12
gesti veritate dubitari non potest, Bald. *in l. & qui, C. de di-
stract. pign. & conf. 431. num 1. lib 1.* Dec. *conf 463. num. 22.
& conf. 491. num. 4.* Ruland. *conf. 6. num. 3. lib. 3.* Rota *decis.
460. num. 2. par. 2. in recent.*
Præterea Domini considerabant posteriores cambij lit-
teras Baccello Campsori directas fuisse pro cambio pecu-
niæ eidem Morono scribenti in numerato traditæ, qui
actus non conuenit compensationi, † cuius beneficio eui- 13
tantur numerationes, & circuitus, ac alia iuxta *glos. com-
muniter receptam in l. si constat, C. de compensat.* cum mo-
dus iste soluendi per † compensationem sit fictus, licet so- 14
lutio sit vera, vt dicit Surd. *d. decis. 191. in fin.*
His accedebat inuerisimilitudo, quod Moronus præ-
termissa solutione litterarum cambij, quas à mercatori-
bus Venetis ad fauorem Anielli acceperat, & quarum so-
lutionis dies iam aduenerat, voluisset nulla necessitate
cogente litteris Baccelli tunc nondum maturitatis satisfa-
cere cum † tamen debitum in dies non compensetur, *l. quod 15
in diem, & l. quod si militi, §. 1. ff. de compensat.* Natt. *conf.
363. num. 9.* Menoch. *conf. 121. num. 49. lib. 2.* Surd. *conf. 69.
num. 27. & decis. 119. num. 9.* propter quam inuerisimilitu-
dinem, & alias coniecturas supra deductas Campsor ad ef-
fectum, † vt sit locus compensationi, tenetur afferre ma- 16
gis concludentes probationes, Abb. *in cap. quia verisimile,
num. 2. de præsumpt. & dictum fuit in Narnien. terrarum 18.
Aprilis 1600. coram bo. me Litta.* Eoque magis attenta pro-
testatione per Aniellum procuratorem ad Vrbem trans-
missa, † quæ compensationi pariter repugnat, cum inde 17
excludatur debitoris voluntas, sine qua compensatio de-
bitum non extinguit, *d. l. si constat, vbi glos. C. de compensat.*
Menoch. *conf. 460 num. 6. in fin. plenè* Surd. *d. decis. 191. num.
16. in fin. cum seqq.* Rota Ianuen. *d. decis. 8. nu. 16. cum seqq.*
Et ita vtraque parte, &c.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Cremonen. Canonicatus.

Die Lunæ 14. Ianuarij 1630.

ARGVMENTVM.

Beneficia Collectorum sunt reseruata Sedi Apostolicæ propter regula 4. Cancell. & declaratur, quid sufficiat, ad hoc vt d. regul. habet locum.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Beneficia Collectorum Decimarum, sunt reseruata, & nu. 9. & num. 14.*

2 *Episcopus Motu proprio prouidet Ecclesiis, non personis, de quarum qualitate censetur bene informatus, & num. 4.*

3 *Episcopus Cardinalis si prouideat vigore indulti, nihilominur prouidet Motu proprio.*

5 *Ius quæsitum acquiritur alicui in beneficio, ex prouisione ei facta, vide num. 7.*

6 *Litteræ Apostolicæ solum tendunt ad commodum Bursale Datariæ.*

8 *Productio ad vnum finem facta, non nocet producenti, quo ad alium.*

10 *Concordiæ cum sint stricti iuris, de casu ad casum extendi non debent.*

11 *Indultum concessum Episcopo prodest etiam Capitulo ratione communionis, seu consortii.*

12 *Cardinales Episcopi collatione beneficiorum habentes soli, & per se ipsos ea conferunt absque Capitulis, aut aliis cum ipsis Cardinalibus collationem habentibus.*

13 *Iure quæsito, quis non debet priuari.*

15 *Regul. 4. Cancell. comprehendit æquè Collectores Ciuitatum, & Diœcesum, ac Collectores Prouinciarum.*

16 *Verbum, quicumque, ob sui generalitatem omnia comprehendit, si ratio diuersitatis reddi non possit.*

17 *Oratio plura determinans, debet ea æqualiter terminare.*

18 *Collectorum decimarum beneficia, vt dicantur reseruata, non requiritur exercitium actuale, sed sufficit potentiam, idest vt occurrente occasione exercendi, sit paratus exercere.*

19 *Collectorum nominatio actus iurisdictionis est.*

20 *Voluntas magis facto, quàm verbis declaratur.*

21 *Beneficia Collectorum Decimarum, vt sint reseruata, sufficit sola deputatio, etiam quod Collector suam facultatem, nec videat, nec recipiat.*

22 *Regul. 4. Cancell. comprehendit etiam Collectores deputatos ad exigendum subsidium impositum à Papa pro subuentione Imperatoris contra infideles.*

23 *Appellatione Collectorum prouentuum Cameræ Apost. veniunt etiam hi, qui exigunt subsidium impositum à Papa pro subuentione Imperatoris.*

24 *Subsidium impositum à Papa pro subuentione Imperatoris, exigitur nomine Cameræ, & eidem applicatur erogandum postea in subuentionem Imperatoris.*

25 *Regul. 4. Cancell. comprehendit Collectores generales, & non particulares.*

26 *Decis. in causa Asten. Canonicatus coram Rembold. declaratur.*

27 *Expressio, si sit facta in aliquo acta sine aliqua taxatiua, censetur solum apposita demonstratiuè, aut ad declarandam generalitatem, non autem ad illam restringendam.*

D E C I S I O CCCXXXV.

VACANTE de mense Martij 1629. hoc Canonicatu Ecclesiæ Cremonen. per obitum q. Hieronymi Mannæ dum viueret Collectores Decimarum Papalium ab Illustriss. D. Cardinale Camerario deputati, Illustriss. Dominus Cardinalis Episcopus Cremonen. vi-
1 gore indulti conferendi beneficia reseruata, illum vtl † reseruatum ratione Collectoriæ prædicti Hieronymi, contulit Ioann. Petro Figino. Capitulum autem dictæ Ecclesiæ vigore Concordiæ olim inter se, & tunc temporis Episcopum Cremonen. initæ, & auctoritate Apostolica confirmatæ prætendens electionem Canonicatuum prædictæ Ecclesiæ quomodolibet vacantium ad se spectare, & confirmationem ad Episcopum, eoque intra certum tempus nolente, aut negligente confirmare omnimodam dispositionem de dictis Canonicatibus ad se deuolui, eumdem Canonicatum contulit Ioann. Paulo Melio. Vnde orta inter huiusmodi prouisos controuersia, causaque in gradu appellationis ad Rotam deuoluta, & mihi commissa dubitaui hodie An Canonicatus de quo agitur, esset adiudicandus prædicto Ioann. Petro Figino, & Domini affirmatiuè responderunt.

Quia cum de facultate Illustriss. Domini Cardinalis Episcopi conferendi beneficia reseruata vigore indulti non dubitetur, & Figinus ad suæ prouisionis iustificationem
2 non teneatur, ex quo illam habet ab Episcopo, † qui Motu proprio prouidet Ecclesijs, non personis, de quorum etiam qualitate censetur benè informatus Felin. *in cap. ad aures, num. 15. de rescript.* Cardin. *in element. 2. num. 25. de offic. ordin.* Seraph. *decis. 1467. num. 1.* Rot. *decis. 190. num. 1. part. 2. recent. cum alijs apud* Garz. *de benef. part. 6. cap. 2. num. 221.* Quod procedit etiam quod Episcopus † Cardinalis prouideat vigore indulti, 3
cum nihilominus prouideat Motu proprio, & militet eadem ratio, quod prouidet † Ecclesijs, & præsumitur 4
de personis informatus, Put. *decis. 395. lib. 3. in nouiter impress. &* Rota *in Leodien. Canonic. S. Dionysij 23. Martij, & 3. Iulij 1623. coram Reuerendiss. D. meo Decano,* vtique Canonicatus ei adiudicandus est, dum per prouisionem † huiusmodi suit ipsi in dicto Canonicatu Ius 5
quæsitum, *cap. fin. in fin. de concess. præb. in 6.* Mil. *in repert. in verb. beneficium acquiritur num. 20.* Couar. *var. lib. 3. cap. 16. num. 3. & 5. &* Rota *decis. 498. nu. 1. part. 2. recent.*

Neque obstat, quod in indulto Domini Cardinalis adsit decretum, quo præcipitur, vt prouisi vigore dicti indulti de beneficijs valorem 24. ducat. auri de Camera excedentibus intra quatuor menses si citra, si vero vltra montes fuerint, intra octo menses à die factarum sibi collationum computandos, nouam prouisionem super beneficijs huiusmodi à Sede Apostolica impetrare, ac litteras Apostolicas desuper in totum expedire, & iura Cameræ Apost. ac alijs propterea debita persoluere teneantur, atque ideò Figinum, qui litteras Apostolicas expediuit, & in actis produxit stante dicto decreto teneri ad earum iustificationem. Quia respondetur inde non sequi, quin Figinus dicatur ab Ordinario prouisus Motu proprio, nec quod eius gratia alteretur, nec demum quod agatur de canonizandis litteris Apostolicis, sed tantum de gratia Ordinarij, cum litteræ † Aposto- 6
licæ solum tendant ad commodum Bursale Datariæ, Gabr. *cons. 190. num. 11. lib. 1.* & concludunt tradita per Cassad. *decis. 33. num. 3. in fin. super regul. de non iudicando quæst. 14 num. 5.* Gig. *de pens. quæst. 34. num. 13.* quibus stantibus Figinus ex mente Papæ, qui non voluit gratiæ Ordinarij præiudicare, nec eam alterare non tenetur ad iustificationem dd. litterarum, sed sufficit ostendere se de facto paruisse dicto decreto, † & 7
prouisionem Ordinarij vt narrauit præcessisse iuxta tradita per Alex. *cons. 3. nu. 5. lib. 5.* & in puncto post Palcott. *decis. 337. incip. quidam Zaccharias in manuscript.* quæ habetur etiam in decisionibus diuers. *part. 3. lib. 3. decis. 691. firmat* Mandos. *in tract. de signat.* Grat. *tit. de non. prouis. vers. noua item prouisio sufficit,* & accedit, quod cum Figinus non produxerit litteras nouæ prouisionis, vt gratia Apostolica nitatur, sed solum, vt dictum est supra, productio † ad illum effectum non de- 8
bet eum adstringere ad iustificationem, & sic ad alium effectum ex adductis per Grat. *cons. 14. num. 17. lib. 1.* Rot. apud Greg. XV. *decis. 467. nu. 8. & in Valentina prætensæ illegitimitatis 16. Mart. 1612. coram Illustriss. D. Card. Pamphilio.*

Nec obstat etiam prouisio Capituli facta in vim prætensionis, quam habet concurrendi cum Episcopo in collatione Canonicatuum dictæ Ecclesiæ quomodolibet vacantium, quia aut Capitulum prætendit concurrere in collatione Canonicatus, de quo agitur vigore supradictæ concordiæ in se, & in verbis consideratæ, & cum illa loquatur solummodo de Collatione Canonicatuum spectan. ad Episcopum ratione vacationis in mensibus alternatiuæ illi apud suam Ecclesiam residenti concessæ cessat prætensio Capituli in casu nostro ex quo collatio huius Canonicatus non spectat ad Illustriss. D. Card. ratione vacationis in mense, sed vigore indulti conferendi beneficia Sedi Apostol. † reseruata prout reserua- 9
tus est Canonicatus, de quo agitur, ratione Collectoriæ d. Hieronymi per reg. 4. Canc. hodie quintam, qui casus in prædicta concordia non comprehenditur, immò in illius confirmatione est expressè exceptus per clausulam saluis tamen in omnibus reseruationibus Apostol. Concordia autem † cum stricti iuris sit, de ca- 10
su ad casum extendi non debet, *l. si vnus §. ante omnia, ff. de pact. glos. in l. sub prætextu,* vbi Bart. *num. 5. C. de transact.* Innoc. *in cap. conquerente ad fin. de offic. ordin. &* Surd. *decis. 217 num. 12.*

Aut prætendit concurrere ratione communionis & consortij, ita vt indultum Illustriss. D. Cardinalis prosit

etiam

etiam ipsi Capitulo virtute communionis , quam de iu-
11 re , aut ex dicta † concordia cum illo habet in prouisio-
ne dd. Canonicatuum ad *l. si communem ff. quemadm.
seruit. amittatur* Put *decis.* 88. *lib.* 3. *in nou. impress.* &
fuit ad d. Capituli fauorem aliàs decisum in alia *Cremo-
nen. Canonicatus coram Reuerendiss. D meo Decano* . Et
hodie cessat pariter hæc prætensio ex declaratione S D.N.
quæ habetur impressa apud Modern. *de re benef. lib.* 2.
quæst. 21. *num.* 126. qua declarauit suæ intentionis , & vo-
12 luntatis esse quod Cardinales † Episcopi collationem be-
neficiorum habentes soli , & per se ipsos ea conferant abs-
que Capitulis, aut alijs cum ipsis Cardinalibus collatio-
nem habentibus, & quod Capitula indulto conferendi
beneficia reseruata Cardinalibus concessio intuitu dum-
taxat dignitatis Cardinalitiæ , non autem Capitulorum,
nullo pacto frui , aut ius aliquod inde prætendere pos-
sint , prout latius in d declaratione , quæ cum clarè
loquatur , ac optima ratione nitatur , non est amplius
insistendum .

Ex quibus quoque tollitur penitus , quod dicebatur
13 hanc declarationem non priuare Capitulum iure † con-
currendi ei acquisitio ex d. Concordia , cum de illa men-
tionem non faciat ad *text. in cap. ex multiplici vbi* Abb.
num 5. *de decim.* Quia quidquid dicendum foret , si Ca-
nonicatus , de quo agitur , esset reseruatus ratione vaca-
tionis in mense , qui non est casus noster (Et nihilominus
Domini etiam in eo casu in idem , quod in casu inclina-
bant , ex quo verba dictæ declarationis sunt nimis am-
pla , & generalia , & ratio est eadem , cum exceptio Car-
dinalium à reseruatione mensium videatur etiam intuitu
eorum dumtaxat emanata , non autem aliorum cum
eis collationem habentium) attamen cum sit reseruatus
14 † ratione Collectoriæ etiam circumscripta d declaratio-
ne, concordia prædicta Capitulo in præsenti casu suffra-
garetur , cum ad reseruata aliundè , quam ratione va-
cationis in mensibus , vt supra dictum est non extenda-
tur ; In communionis autem beneficio post dictam de-
clarationem nullum potest fieri fundamentum ex præ-
dictis.

Non obstat demum , quod de prædicta reseruatione
non constet, ex quo Hieronymus in primis non fuit
Collector vnius Prouinciæ , sed Ciuitatis , & Diœcesis
Cremonen. tantum . Secundò , quia non docetur quod
actualiter officium Collectoris exercuerit , quinimo nec
quod acceptauerit . Tertiò , quia fuit Collector deci-
marum impositarum à Papa pro sobuentione Imperato-
ris , non autem prouentuum Cam. Apostolicæ . Et
quartò , quia non fuit Collector generalis , sed par-
ticularis ad exigendam certam , & limitatam sum-
mam .

Nam ad primum , quod Hieronymus fuit Collector
Ciuitatis , & Diœcesis Cremonen. tantum respondetur
15 supradictam regulam comprehendere æque † Collecto-
res Ciuitatum , & Diœcesum , ac Collectores Prouin-
ciarum , vt notat Simonett. *de reseruat. quæst.* 33. *in
princip.* & colligitur ex verbis regulæ, ibi quorumcumque
Collectorum , & vnicorum in Ciuitate, vel Diœcesi Sub-
16 collectorum, tum ex vi verbi † quorumcumque, quod ob
sui generalitatem quoscumque Collectores comprehendit
cum ratio diuersitatis reddi non possit *l si plures gradus,
& ibi* Bart. *ff de leg.* 3. & latè Crauett. *cons.* 94. *per tot.*
quam ex sequentibus verbis, ibi, in Ciuitate vel Diœ-
cesis quæ referuntur æqualiter ad Collectores , & Sub-
17 collectores , ex regula , quod † oratio plura determinans,
debet ea æqualiter determinare *l. fin. & ibi* Bart. *C. de sent.
& interloc. iudic. cam vulgat.*

Ad secundum , quod non exercuerit , respondetur in
18 Collectore ad effectum de quo agitur † non requiri exer-
citium actuale , sed sufficere potentiam , idest , vt oc-
currente occasione exercendi sit paratus exercere *argum.
text. in l. pater seueriniam ff. de cond. & demonstr.* & in
puncto Felin. *in cap. in nostra num.* 20. *corollario* 21. *vers.
item si acceptauit de rescript.* Simonet. *d quæst* 33. *num.* 8.
Mandos. *ad d. reg* 4. *quæst.* 4. Ioann. à Choquier *super ead.
reg. num.* 19. Paris. *de resig. benef. lib.* 2. *quæst* 16. *num.* 26.
vbi de communi Zerol *in prax. Episcopali verb. beneficia*
§. 2. *fallent.* 8. *part.* 1. *& verb. exempti* §. 6 *part.* 2. Gonzal.
ad reg 8. *glos.* 51. *num* 71. Rot. *decis.* 14. *de præben. in an-
tiq.* Verall. *decis.* 141. *part.* 1. *&* Rota *in Vrgellen. Cano-
nic.* 7. *Maii* 1593. *coram Bianchetto* , quæ loquitur in for-
tioribus terminis , nempè in subcollectore de quo magis
possèt dubitari , & habetur apud Garz. *de benef. part.* 5.
cap. 1. *num.* 346. Quod verò non acceptauerit , tollitur ex
facto ; quia nominauit Subcollectorem , quæ † nomi- 19
natio actus iurisdictionis est *l.* 1. *in fin. & l.* 3. *etiam in fin.
ff. de iurisdict. omn. iud.* & non potuit fieri citra nomen
Collectoris , vt patet ad sensum , voluntas † autem fa- 20
cto magis , quàm verbis declaratur *l. Paulus ff. rem rat.
hab. cap. dilecti filij il* 2. *de appellat. & ibi* Dec. *in primo
not.* Anchar. *cons.* 302. *&* Crauett. *cons.* 91. *num.* 10. Vl-
tra quod licet Rota aliquando dubitauerit , an ad dictum
effectum sit necessaria acceptatio , receptius est , & Rota
magis inclinat , vt sufficiat sola † deputatio , etiam 21
quod Collector suam facultatem nec videat , nec reci-
piat . Mandos. *d quæst.* 4. vbi rationem assignat Simonett.
d. quæst. 33. *num.* 8. *& seqq.* Eneas de Falconib. *de re-
seruat. quæst.* 3. *princip. num.* 16. Choquier. *vbi supra
num.* 20. *&* Rota *decis.* 12. *de præben. in nou.* Verall. *d de-
cis.* 141. *num.* 2. *part.* 1.

Ad tertium , quod Hieronymus non fuit Collector
ad vtilitatem Cameræ , sed Imperatoris , respondetur d.
regulam comprehendere † etiam Collectores deputatos 22
ad exigendum subsidium impositum à Papa pro subuen-
tione Imperatoris contra infideles Simonet. *d. quæst.* 33.
num. 3. Mandos. *vbi supra quæst.* 6. Bellenzin. *de charit.
subsid. quæst.* 15. *&* Choquier. *vbi supra num.* 17. Et ra-
tio est quia appellatione † Collectorum prouentuum Ca- 23
meræ Apostolicæ veniunt etiam prædicti Collectores ,
ex quo huiusmodi subsidium † nomine Cameræ exigitur, 24
eidemque applicatur erogandum postmodum in subuen-
tionem Imperatoris , vt in terminis similis Collectoris fuit
resolutum in *Liciea. Canonicatus* 19. *Februar.* 1629. *coram
R P D. meo Dunozetto* .

Postremò ad quartum , quod non fuerit Collector ge-
neralis , sed particularis , ex eo quod decimæ ad quas † 25
exigendas erat deputatus essent ad certam pecuniarum
summam taxatæ iuxta compositionem Cleri Cremonen.
cum Camera , & ideò non comprehendatur sub disposi-
tione d. regulæ iuxta decis. Rot. *in Asten. Canonicatus* 2.
Iunij 1621. *coram bon. mem Remboldo* , respondetur quod
illa † decisio loquitur de Subcollectore non Collectore , 26
& ille non erat vnicus : quia plures fuerunt Subcollecto-
res in eadem Diœc. ad diuersas pecuniarum summas exi-
gendas deputati , ac ideo Canonicatus , de quo ibi age-
batur ex persona illius Subcollectoris non fuit reserua-
tus , quia non fuerat vnicus , prout requirit regula . In
casu autem nostro Hieronymus fuit solus generalis Col-
lector deputatus ad exigendas omnes decimas Ciuitatis ,
& Diœcesis Cremonen. vt sunt verba clara suæ deputa-
tionis , quarum decimarum expressio ad certam pecunia-
rum summam non efficit , vt ipse idcirco non sit dicen-
dus Collector generalis dictæ Ciuitatis , & Diœce-
sis , ex quo enim dicta expressio non fuit necessa-
ria † ad potestatem , sed respicit executionem , & est 27
sine aliqua taxatiua , censetur solum apposita demon-
stratiuè , aut ad declarandam generalitatem , non au-
tem ad illam restringendam *l. regula* §. *& li et ff. de iur.
& fact. ignor. l. quæsitam* §. *fin. vbi optima theorica* . Bart.
num. 2. *vers. quare dic. ff. de fund. inst.* Bald. *cons.* 305.
vers. modo dico lib. 1. Ruin. *cons.* 32. *num.* 6. *lib.* 2. Crauet.
cons. 22. *num.* 7. *vers.* 4 *licet eam alijs allegat. per* Menoch.
cons. 1157. *num.* 12. *cum seqq*

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Florentina Canonicatus.

Die Mercurij 16. Ianuarij 1630.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus in dubio cuius conditionis esse præsumatur . Iuspatronatus profes-si an transeat in Monasterium . Iuspa-tronatus vtrum veniat in confiscatione bonorum facta à Iudice laico propter crimen læsæ Maiestatis patroni.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus in dubio præsumitur hæreditarium.*
2 *Iuspatronatus, quod non sit gentilitium, ex quibus colligatur.*
3 *Probatio plena requiritur in eo casu, in quo adest iuris præsumptio in contrarium.*
4 *Iuspatronatus non potest esse ex vna parte gentilitium, & ex alia hæreditarium.*
5 *Probationes, & obseruantiæ æquiuocæ non concludunt.*
6 *Obseruantia illa præfertur, quæ est conformis iuri.*
7 *Consuetudo ex actibus difformibus non inducitur.*
8 *Hierosolymitani milites sunt incapaces iuris hæreditarii.*
9 *Monachi per professionem, & ingressum Religionis iura sanguinis non amittunt.*
10 *In Monasterium transeunt omnia iura tam actiua, quàm passiua professi.*
11 *Ad Monasterium spectat præsentatio iurispatronatus professi.*
12 *Monasterium si non sit capax iurispatronatus professi, tunc transit ad alios successores.*
13 *Hierosolymitanus miles non admittitur ad fideicommissum relictum familiæ.*
14 *Præsentatio erronea non habetur in consideratione, nec gradum aliquem probationis constituit.*
15 *Reintegratio gratiosè facta à Principe restituit quic quid delictum abstulit, & num. 16.*
17 *Iuspatronatus Ecclesiasticum, tamquam quid spirituale non venit in confiscatione bonorum facta à iudice laico.*
18 *Filii, licet ex delicto criminis læsæ maiestatis patris non possint in eiusdem bonis succedere, tamen possunt præsentare, quando iuspatronatus est hæreditarium.*
19 *Iuspatronatus non comprehenditur in confiscatione facta à iudice laico, & an ex hoc Ecclesia acquirat libertatem.*
20 *Vocati simul censentur illi, in quo nulla potest considerari necessitas instituendi.*
21 *Iurispatronatus qualitas benè declaratur ex vltimo statu, in quo reperitur.*
22 *Confessio auctoris nocet habenti causam ab eo.*
23 *Iuspatronatus in sui substantia est indiuiduum.*

DECISIO CCCXXXVI.

PROPOSITO hodie iterum dubio ad instantiam Dominorum de Venturis super resolutis coram me 14. Maij proximè præteriti, * cum hunc Patronatum gentilitium in familia, & agnatione de Puccis informantes pro Dominis de Venturis ex obseruantia comprobare conarentur: Domini, persistendo in decisis, negarunt ex eisdem probationibus, quæ & difformes, & æquiuocæ apparebant, vel quidquam sequi posse; vel sublatam fuisse contrariam probationem pro statu, & qualitate hæreditaria in decisione consideratam, quæ (cum huius Patronatus fundatio, & initium non
1 daretur) vnà cum iuris præsumptione, † quæ est pro eadem qualitate hæreditaria illum verè talem concludebat, vt latiùs fuit deductum in d. decisione.

Quibus sanè oon oberat, quòd fuerit in eadem decisione firmatus huius patronatus author Cardin. Laurentius de Puccis, ex cuius iure hæreditario alios, qui præsentarunt, dictum fuit posteà præsentasse, iuxta institutionem, & diuisionem factam ab eodem Cardinale in suo testamento; quasi cum huius patronatus author verè non fuerit Cardinalis Laurentius, quem constat eumdem patronatum habuisse communem cum fratribus vsque ad anno 1514. Vel idem patronatus dici deberet; vel certè quatenus etiam esset hæreditarius, non habuerit Cardinalis in eo, nisi quartam partem; Atque inde hoc fundamento decisionis sublato, corruerint etiam omnia, quæ fuerant in decisione considerata tamquam eidem fundamento innixa. Quidquid enim sit, An patronatus fuerit à Cardinale Laurentio primum constitutus (quod certè non dicit decisio, sed solum quòd eius fundatio ignoratur, & ante Cardinalem Laurentium non sit dare alium eiusdem patronatus authorem.)
2 Non inde sequitur, † aut colligi vmquam poterit probatio pro qualitate gentilitia; cum licèt hunc patronatum in resignatione facta anno 1514 dixerit ipsemet Cardinalis ad se, & fratres pertinere, non tamen videre sit factam ibi fuisse mentionem aliquam agnationis, & familiæ, & potuerit etiam esse, vt eumdem patronatum, vel ipsemet Cardinalis antea fundauerit, & erexerit pro se, & fratribus, vel à maioribus vti hæreditarium acceperit, atque ita etiam quod Cardinalis Laurentius non fuerit eiusdem patronatus author (quod neque probatur,)
non † ideo sequi probationem qualitatis gentilitiæ, quæ 3
propter contrariam iuris præsumptionem plenè esset deducenda *l. siue possidetis C. de probat. l. generaliter 24. §. si petitum, ff. de fideicomm. libertat.* Decius *cons. 495. num. 4.* Menoch. *cons. 311. num. 4. & 5. vol 4.*

Quòd autem idem Cardinalis ex eo haberet solum quartam partem, neque facit ad dubium, quod hodie disputatur, neque quidquam etiam concludit. Nam vel fratres omnes præmortui fuerunt Cardinali, & fuit in eo vti suorum fratrum hærede consolidatum vniuersum Iuspatronatus (sicut etiam præsumendum est, cum non reperiantur alij patroni, qui præsentauerint, nisi qui fuerunt ex eodem Cardinalis testamento hæredes instituti; Vel etiam quòd fratres Cardin. superstites fuerint, satis est quod ijdem, qui præsentarunt, præsentauerint vti hæredes Cardin. etiam pro rata, quæ ad eundem Cardin. spectabat, vt inde colligi possit probatio, quæ
qualificet hunc patronatum, cum vnus, idemque † pa- 4
tronatus non potuerit esse ex parte gentilitius, ex alia verò parte hæreditarius, & semper cum præsumptione, quæ est pro qualitate hæreditaria, conueniet obseruantia ex præsentatione eorum, qui erant hæredes Cardi-
nalis, vt dicebam: vel † saltem contraria probatio, & 5
obseruantia tamquam æquiuoca non concludet, Aret. *cons. 115. num. 5.* Rot. *decis. 294. num. 6. decis. 240. numer. 2. part. 2. diuers. & decis. 120. num. 2. par. 2. recent.* Imò potior
erit † obseruantia, quæ pro hæreditario deducitur, tum 6
quia iuri conformis, Abb. *in cap. auditis, numer. 15. de præscript.* Aym. *cons. 96. num. 4.* Mandel. *cons. 253. in fin.* Honded. *cons. 53 num. 24. lib. 1.* Rota *decis. 497. num. 9. & decis. 512. num. 3. part. 1. recent* Tum quia tot actib.
† in contrarium existentibus, censetur inducta difformi- 7
tas, & exclusa contraria consuetudo, & obseruantia, Bart. *in l. 2. num. 42. ff. solut. matrimon.* Aym. *dicto cons. 96. num. 5.* Surd. *cons. 313. num. 33.* Rota *decis. 19. num. 6. decis. 72. num. 28. part. 2. diuers. 112. num 5 part. 2. recent.*

Non etiam visum fuit Dominis quidquam concludere argumentum ex eo desumptum, quòd filij Pandulphi post confiscationem bonorum paternorum ob crimen læsæ Maiestatis, indeque hæreditate ad Fiscum delata
præsentauerint in hoc patronatu; Sicut etiam Eques † 8
Æmilius Miles Hierosolymitanus, & ipse incapax iuris hæreditarij. Quia in Equite Hierosolymitano non est maior ratio, cur præsentauerit potius in patrooatu hæreditario, quàm in gentilitio, licet enim per professio-
nem, † & ingressum religionis iura sanguinis non ami- 9
serit, *l. Ius agnationis, ff. de pactis* Lapus *allegat. 101. num. 7.* Roman. *singul. 37.* Rebuff *de nominat. quæst. 12. num. 45.* Nunquam tamen potuit ex propria persona præsentare; Sed vel ipsius loco Monasterium successit, in
† quod omnia iura tam actiua, quàm passiua post pro- 10
fessionem transierunt, Abb. *in cap. quia Nos numer. 2. de testam & in cap. veniens num. 6. de conuers. coniugat.* Soccin Sen. *cons. 183. in princip.* Lambert. *de iurepatronat. lib. 1. part. 2. quæst. 2. principali art. 25.* Rot. *in Anconitana Pecuniaria 13. Maij 1613. coram bon. mem Buratto*.
Et in specie quòd in † iurepatronatus præsentatio 11
spectet ad Monasterium dixit idem Lambert. *par. 1. lib. 2. quæst. 2. principali art. 11. num. 20.* Card Seraph *decis. 1328.*
num. 2. & decis. 1361. num. 4. Vel id iuris † (si Monasterium 12
eius incapax erat) ad alios successores deinde pertinuit, *c. scripsit 27. quæst. 2. & ibi gl. in verb. dignitate*, Bald. *in l. Deo Nobis, § hoc etiam num 4. C. de Episc. & Cler.* Felin. *in cap. inter dilectos, num. 3 de fide instrum.* Curt. Sen. *cons. 45. num. 6. vers. 4. etiam* Alciat. *cons. cons. 27 num. 6. lib. 1.* Ant Faber *in*
suo Cod. titulo de fideicomm. qui in specie de Milite † Hie- 13
rosolymitano, vt non admittatur ad fideicommissum familiæ relictum *decis. 33.* Et propterea eius præsentatio vel
tamquam honoraria ex conniuentia patronorum, vel
tamquam erronea † non debet haberi in consideratione, 14
nec gradum aliquem probationis constituit, Ruin. *cons. 155. num. 10. lib. 4.* Cæs de Grass. *decis. 2. in fin. de iurepatr.*

Filij

Filij verò Pandulphi , aut tamquam vocati ex testamento Cardinalis potueruot præsentare vti hæredes eiusdem Cardinalis licet non fuerint hæredes patris , cuius bona propter delictum transierunt in Fiscum , aut postquam à Serenissimo Duce Hetturiæ paternæ successioni fueruot reilituti , & in pristinum reintegrati , potueruot etiam vti patris hæredes ex Principis gratia præsentare , quamuis idem ius præsentandi a lijs compatronis medio tempore quæsitum dici posset , cum re-
15 integratio gratiosè † facta à Principe restituat, quidquid delictum abstulit . Doctores communiter io *l. Gallus §. & quid si tantum*, vbi præ cæteris Alexand. *num.* 19. Ias. *num.* 20. qui in specie de recuperatione iurispatronatus , Ægid. *decis.* 744 *col.* 2. *vers. ex ista prima parte* . Facchin. *controuers. iur. lib.* 1. *cap.* 39. Card.Seraph. *decis.* 998. Rota *in recent. decis.* 465. *num.* 6. *part.* 2. *& in Vrbeuetana bonarum de Saninis* 16. *Iunij* 1614. *coram Card. Cauallerio inter impress. decis.* 313. *num.* 2. *& in Vrbeuetana hæreditatis* 3. *Aprilis* 1620. *coram bon. mem. Manza-*
16 *nedo* . Ex eadem verò reintegratione, † siue iuspatronatus transiuerit in Fiscum , quam opioionem videtur tenuisse , Abb. *in cap. quanta*, *num* 6. *de Iudicijs* , Ferrett. *cons.* 179. Rocch. de Curte *de iurepatr. in verb. ipse , vel is à qua* , *quæst.* 29. qui tamen cootrariam opinionem dicit æquiorem , *Cler. receptar. sent. lib.* 5 *§. fin. quæst.* 78. *vers quæro moda in fin.* Peregr. *de iure Fisci lib.* 5 *tit.* 1. *n.* 72. siue secundum opinionem magis communem , quam te-
17 net Rota , tanquam † quid spirituale non venerint in confiscatione facta à iudice laico , *vt in Lucana iurispatr.* 27. *Aprilis* 1605. 12. *Iunij* 1606. *&* 8. *Iunii* 1607. *coram Reuerendiss. D. meo Decano , inter impress. decis.* 232. *decis.* 298. *& decis.* 351. Rota *in recent. decis.* 55. *num.* 1. *part.* 1. *& in Lucana iurispatr.* 2. *Decembr.* 1619. *coram Reuerendiss. Seleucien. post gl. in clem Pastoralis in verb. subiectæ de sent. & re iudic.* Cardinalis *in clem. plures num.* 8. *in fin. de iurepatr.* Felin. *in cap. quanto num.* 3. *de iudicijs* , Bald. *in l.* 1. *num.* 4. Castr. *num.* 6. *in fin. Cod. de bon. libert.* Soccin. Iun. *cons.* 51 *num.* 2. Semper substinebitur præsentatio filiorum, & hæredum Pandul-
18 phi ; cum licet ex † patris delicto succedere non potuerint in eiusdem bonis , præsentare tamen potuerint , vti hæredes Roberti aui , & Ianootti patrui , quibus in eadem voce , & stipite vnà cum Pandulpho institutis idem iuspatronatus accreuerat , Bald. *in cap. quanto , num* 9. *de iudicijs* , Alex. *in l. si mihi , & titio* 119. *num.* 22. *in fin. de verb. obligat.* Lambert. *de iurepatr. lib.* 1. *part.* 2. *art.* 5. *quæst.* 4. Rot. *in Parmen. beneficij* 19. *Ianuarii* 1590. *coram Penia , & in Lucana iurispatr.* 5. *Decembr.* 1618. *coram Card. Sacrato* . Ita vt cum neque delictum commissum esset contra Ecclesiam , neque filij Paodulphi à Patre solum causam haberent , non etiam potuerit locus esse declarationi , quàm post bona à Iudice laico confiscata
19 facere debet Iudex Ecclesiasticus , † vt Ecclesia censeatur inde acqnisiuisse libertatem ex ijs , quæ considerauit Rot. *in d. decis* 237. 298. *&* 351. *coram Reuerendiss. D. meo Decano* . Quarum decisionom rationes , licet in illis de iurepatrooatus gentilitio ageretur , benè huic casui conueniunt , dum filij Pandulphi ijs etiam , vt dicebam , successerunt , quos ex eadem portione sibi Cardinalis fecerat hæredes.

Demum quod præsentauerint simul pater , & filius , & patruus vnà cum nepote , quod præsentantes dixerint se de familia de Puccis , & deducta circa confessionem Roberti , non solum satis visa fuerunt Dominis sublata in decisione , cum ijdem , qui fuerunt simul instituti
20 hæredes , simul quoque vocati † censerentur ex dispositione testatoris , in quo nulla considerari poterat necessitas instituendi , vt reiecta contraria , Bart. *opinione de communi DD. senteatia testatur* , Ias. *in l. Gallus , §. quidam rectè , ff. de liber. & posthum.* Peregr. *de fideicomm. art.* 17. *num.* 20. *& seqq.* Rot. coram Cardin. Caualerio , *decis.* 343. *num* 3. *& in Auximana fideicomm.* 10. *Nouembr.* 1617. *coram bon. mem. Manzanedo* ; Sed cum in præseotatione anni 1586. quam secura fuit hæc postrema , & vltima facta à D. Lucretia , & Sybilla de Puccis in persooam D. Francisci de Venturis , quæ huic controuersiæ causam dedit , appareret ad vngnem seruatam fuisse diuisionem , & formam præscriptam ex testamento Card. Laurentij , diuisio stipitum , & vocum , quæ in eodem præsentatione fuit obseruata , & conuenire po-
21 te: at soli qualitati hæreditariæ , tamquam posterior , † & vltimus status benè declarare potuit qualitatem huius patronatus , *cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. possess. & propriet.* Cæs. de Grass. *decis.* 5. *num* 5 *eod. tit.* Aym *cons.* 323. *num.* 5. Rota *decis* 396. *num.* 1. *part.* 1. *& decis.* 251. *num* 3. *part.* 2. *recent.* Imò confessio Roberti filij Ioann. Pauli , qui dixit se ex tertia parte præsentasse vnà cum Roberto Baiuliuo filio Pandulphi , & Laurentio q. Petri de Puccis, ad quos reliquæ duæ voces ex eodem testamento pertine-
bant , † tamquam aurhoris potuit etiam præiudicare Do- 22
minæ Lucretiæ , & Sybillæ , à quibus , (vt dicebam) habent Domini de Venturis suam præseotationem , *l. si superatus , ff. de pignorib.* Bald. *cons.* 364. *num.* 2. *lib.* 2. Rota *decis.* 776. *num.* 1. *part.* 1. *diuers. & decis.* 849. *num.* 2. *part.* 2. *recent.*

Huic verò præientationi neque aduersabatur altera , quæ proximè præcesserat anno 1570. in qua Vicarius ad nominationem Roberti q. Ioann. Pauli & Roberti , & Ascanij filiorum Pandulphi , quos dixit præsentasse vti duos ex patronis , instituit Alexandrum de Puccis . Neque enim etiam quod idem Ascaoius , & Robertus essent sub eodem stipite , in quo ex tertia parte hæredes sibi fecerat Card. Laurentius Robertum fratrem , & Iannotum , & Pandulphum eiusdem Roberti filios , sequebatur , vt in capita , & tamquam in iurepatronatus gentilitio præsentauerint . Quia vt dictum fuit io decisione , fuit etiam Ascanius hæres Laurentij filij q. Petri de Puccis , idemque Laurentius vnà cum Puccio fratre ex alia tertia parte Cardinali successerat , & quatenus anno 1570. viueret idem Laurentius Petri filius , indeque Ascanius quamuis ab eo hæres posteà institutus , tamen tunc temporis vti eiusdem hæres præsentare non potuerit, adhuc tamen respectu vocis , & iuris nominandi potuit dici , & considerari vti vous ex patronis , cum licet ius-
patronatus tamquam in sui substaotia indiuiduum , † 23
esset apud omnes insolidum , ius tamen nominationis competeret vnicuique ex sua parte , vt fructus ipsius patronatus , Card. *in cap.* 1. *col.* 2. *vers. quæra de iurepatron.* Bald. *in cap. quanto de Iudicijs* , Lambert. *de Iurepatr. part.* 2. *lib.* 2. *principali art.* 8. *num.* 1 Rocch. *in verb. Ius , num.* 11. Cæs. de Grass. *decis.* 2. *num.* 3. *eod. tit.* Rota *coram Reuerendiss. D meo Decana decis.* 112. Cum præterea subsistat alia responsio decisionis: quòd illa assertio Vicarij , quæ etiam est vnica , non potuit officere veritati , nec immutare qualitatem huius patronatus , quem & Iuris præsumptio , & obseruantia ex latè deductis in eadem decisione comprobabant hæreditarium .

Et ita vtraque &c.

* Est decisio 289. supra in hac parte . Et infra adest alia sub die 3. Iunij 1630. coram eodem R. P. D. Verospio , est decisio 384.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana scutorum 24. millium.

Die Lunæ 18. *Ianuarij* 1630.

ARGVMENTVM.

Emptor an possit præuenire euictionem rei emptæ . De euictione quando emptor contra venditorem agere possit . Notorium ius ex quibus probetur , & alia de quibus in summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Emptor detecta iustitia imminentis euictionis potest bonam fidem agnoscere , & euictionem ipsam præuenire .*

2 *Quod fieri potest etiam lite non expectata , & nullo iudicio mota .*

Euictio contigisse dicitur statim , quod possessor cognoscit rem à se eumi posse num. 2.

3 *Transactio super euictione iure fieri potest , post diuturniorem litem , & solum remansit sententia immissionis , vt euictio sequatur .*

4 *De euictione regulariter agi non potest ante sententiam*

5 *Emptori*

5 *Emptori permissum est pendente lite super euictione agere contra venditorem, quod aut rem liberam tradat, aut quod ipse indemnis releuetur ab expensis, & numero 6.*
7 *Emptor pendente iudicio euictionis agere potest contra venditorem, vt obtinere possit regressum pro suo interesse.*
8 *Notorium ius probatur per sententiam, & per confessionem partis.*
9 *Notorium ius benè probatur ex actis causæ.*
10 *Decisiones Rotæ ostendunt bonum ius causarum.*
11 *Per decisiones Rotales sufficit docere de iure euictionis.*
12 *Transactio super re clara non valet.*
13 *Ex negotio vtiliter gesto, quis potest repetere quicquid in eo impendit.*
14 *Transactio super fideicommisso non nocet vocatis.*
15 *Euictio non debetur, quando euenit ex noua causa superuenienti.*
16 *De euictione non agit is, cuius culpa euictio sequuta est.*
17 *Consilium datum à viro magnæ auctoritatis, præsumitur consultò, & non temerè datum.*
18 *Transactio sustinetur stante iuxta causa transactionis, & bona fide.*
19 *Legitima, & Trebellianica detrahi non possunt ex bonis particulari fideicommisso subiectis, nisi prius discussis aliis bonis liberis, vel fideicommisso vniuersali subiectis.*
20 *Legitimæ, & Trebellianicæ detractio præscriptione perditur.*
22 *Hæres non potest improbare factum defuncti.*
23 *Hæres propter affectionem excusatur ab obseruatione voluntatis defuncti.*
24 *Emens scienter rem litigiosam, an de euictione agere possit.*
25 *Emens scienter rem alienam potest agere de euictione, si de ea expressè in venditione sibi cauerit, amplia num. 26.*
27 *Pretii restitutio venit, etiam si in venditione non sit promissa euictio.*
28 *Gestor negotiorum non potest repetere quicquid persoluit in aliquo negotio gesto, inuito principali.*
29 *Bartol. in l. soluendo, ff. de negotiat. gestor. intellectus.*
30 *Transactionem dicitur quis habere ratam, si soluat, quod in ea fuit conuentum, & vide num. 31. & 32.*

DECISIO CCCXXXVII.

LIVIA Bonella hæresq. Iuliæ Cæsarinæ, cum pro soluendis debitis, & legatis eiusdem Iuliæ vnà cum Executoribus testamentarijs vendidisset pretio scutorum 57. millium bon. mem. Card. Alexandrino partem tenutæ Salicis, quam Domini de Corbaria ex antiquo maiorum suorum fideicommisso sibi debitam contendebant: Post causam in Rota diutius agitatam, & firmatum pluribus resolutionibus tam fideicommissum, quàm bonorum identitatem, sustinente litem Liuia ad euitandam imminentem prædij venditi euictionem concordauit primum D. Marchio Antonius à Cassano Cardin. Alexandrini hæres, solutis scutis 24. millibus cum DD. de Corbaria: & postmodum Liuia, quæ scutis 16. millibus alteram portionem eiusdem tenutæ, quæ sibi ex venditione supererat liberauit. Sed cum in transactione. Idem D. Marchio expressè protestatus fuerit, se eam summam, quam tunc agnoscendo bonam fidem DD. de Corbaria persoluebat, repetere velle à Liuia venditrice, & bonis hæreditarijs Iuliæ, (in quibus eadem Liuia Cardin. Alexandrinum emptorem potiorem facere promiserat) instante D. Marchione pro recuperatione eiusdem summæ; Dubitaui, An de tali iure DD. de Corbaria constaret, vt concordia tanquam vtilis sustineretur. Quod dubium pluries coram Illustriss. Card. Virili propositum, hodie tandem coram me informantibus D. Marchione, & fideicommissarijs Liuiæ, DD. affirmatiuè resoluerunt.

Cum enim potuerit Cardin. Alexandrinus emptor, &
1 D. Marchio eiusdem Cardin. hæres † detecta iustitia imminentis euictionis, agnoscendo bonam fidem, euictionem ipsam præuenire, *l. si rem 29. & ibi glos. ff. de euiction.* Bart. *in l. emptorem 12. in princip. ff. de action. empt.* Castr. *in l. atque naturam, §. cum me absente num. 4. & 5. ff. de negot. gest.* Put. *decis. 178. & 179. lib. 3.* Etiam
† lite non expectata, & nullo modo iudicio, Alex. *in* 2
l. non solum, §. morte, num. 45. ff. de non. oper. nunciat. Surd. *cons. 36. num. 23. & decis. 22. nu. 8. & 10.* Cum contigisse dicatur euictio statim atque possessor cognouit rem à se euinci posse, Garz. *de expens. & meliorat. cap. 23. num. 17. & 18.* Eò magis † id licuisse visum fuit, & iure 3
potuisse Marchionem transigere, cum post diuturniorem litem discussis omnibus causæ articulis, nihil ferè reliquum erat, & sola immissionis sententia supererat, vt euictio sequeretur, Ang. Aret. *in § actionum, num. 49. Institut. de action.* Imol. *in l. ante restitutam, ff. de solution.* Paris. *cons. 10. num. 25. lib. 1.* Mandell. *cons. 325. num. 6.* Gabr. *cons. 129. num. 13. vol. 1.* Mantic. *de tacit. & ambig. Conuent. lib. 26. tit. 4. num. 20.* Peregr. *de fideicomm. art. 52. num. 88.* Surd. *de alim. tit. 9. quæst. 42. num. 30. & 31.* Capr. *reg. 87. num. 210.* Afflict. *decis. 49.* Capic. *decis. 106. num. 4.* Rota *decis. 5. de concess. præben. in antiq.* Achill. *decis. 1. eodem tit. & decis. 2. de empt. & vendit.* Cæs. de Grass. *decis. 12. num. 2. de præbend.* licet enim † regulariter agi non possit de euictione an- 4
te sententiam, *lib. 3. C. de euiction. l. habere licere, ff. eod. tit.* Surd. *cons. 36. num 4. lib. 1.* Adhuc tamen pendente lite permissum est emptori, vt agere possit contra venditorem, † siue vt rem traditam liberet à fideicommisso, 5
quod tunc primum detectum est, *l. ex ijs prædijs, l. qui rem, & ibi glos. in verb. conuenire, Cod. de euiction.* Castr. *in l. creditor fundum, §. prædium, ff. de action. empt.* Surd. *cons. 36. num. 23.* Rota *diuers. decis. 586. num. 6. part. 1.* Cardin. Seraphin *decis. 723. num. 9. & decis. 724. num. 12.* Rota coram Ludouis. *decis. 88. num. 9. & in Bononien. census 20. Martij 1600. coram Penia,*
siue vt † releuetur indemnis ab eo, quod soluit credito- 6
ri, aut fideicommissario, *l. emptorem, §. qui autem, ff. de action. empt. l. cum tibi, & ibi glos. in verb. soluisti, vbi etiam* Bald *num. 2. & 3. Cod. de euiction.* Imol. *in cap. vlt. num. 23. de empt. & vendit.* siue demum vt obtinere
possit regressum pro suo interesse, † aut quanto mino- 7
ris emisset rem fideicommisso subiectam, Alex. *cons. 63. num. 10. lib. 6.* Surd. *cons. 36. num. 13.* Cephal. *cons. 168. num. 25. lib. 2.* Osasch. *decis. pedem. 24. num. 2 & 5.* Rota *decis. 586. num. 5. part. 1. diuers.* Cardin. Seraphin. *decis. 321. num. 7.*

Et sanè cum de Corbariorum iuribus, quæ Rota sæ-
pius approbauerat, dubitari vix posset, † non solum non 8
licebat ex eo transactionem improbare, quod ante sententiam, & rem iudicatam, siue partis confessionem, neque de iure omninò claro, & liquido euincentis, neque de non iure venditoris constare videretur, ex notatis in *l. emptorem, ff. de action. empt.* Cardin. Seraph. *decis. 73. num. 5. & decis. 983. num. 7.* vt imò de eodem
iure satis † ex actis causæ appareret, Rip *in lib. 4. §* 9
condemnatum, num. 16. ff. de re iudic. Gabr. *cons. 129 num. 13. vol. 1.* Verall. *decis. 188 num. 4 & decis. 325. part. 1.* Et
ex tot † Rotæ decisionibus, ex quibus satis etiam erat 10
declarare iustitiam euictionis, Imol. *in cap. olim num. 13. de lit. contestat.* Sarnen. *in proem. regul. Cancell. quæst. 2. num. 10.* Rota coram Ludouis. *decis. 524. num. 4.* Et
præcisè in his terminis, quod ex decisionibus † Rota- 11
libus sufficiat docere de iure euictionis, Rota *in Ferrarien. bonorum de Zacealeis 14. Decembris 1618. coram bon memor. Vbaldo, & in Ferrarien. decimarum 11. Ianuarij 1624. coram R. P. D. Pirouano.* Cum enim semel ac sæpius firmatum fuisset fideicommissum ex testamento Petri senioris ad fauorem descendentium de Corbaria: Cum iterum Rota declarasset, eamdem & totam tenutam Salicis fuisse in bonis testatoris: Et demum testamenti fidem iterum ac tertiò comprobasset,
patet hinc non solum iustitia transactionis, cum post † 12
sententiam, & rem iudicatam eidem transactioni locus non fuisset, *lib. 1. ff. de transact. l. si causa cognita, C. eod. tit.* Rom. *cons. 504. num. 7. & cons. 317. numer. 18.* Aym. *cons. 152. num. 10.* sed & eiusdem transactionis vtilitas rectè dignoscitur, quia dum immissionem in vim, *l. fin. C. de Edict. D. Adr. toll.* ijdem DD. de Corbaria iure petere, & obtinere poterant: redemit Marchio idem prædium solutis solis scutis 24. millibus, tam pro eius pretio, quod ex venditione fuerat scutorum 57. millium, & ex temporis cursu maximè adauctum erat, (ut in his terminis ponderat, Surd. *cons. 451. num. 39.*) *quàm pro eiusdem prædij fructibus, qui à die motæ litis,*

& ad ra-

& ad rationem quinque pro centenario, etiam præter modum excreaerunt.

Neque fuit hæc sola huius transactionis vtilitas (quam-
uis satis videri posset, cum non defuerit ex dictis in Mar-
chione bona fides, & agat solum ad repetitionem eius,
quod soluit:) Sed cum eiusdem prædij possessionem non
dimiserit, sed penès se retinuerit: ex eo prætereà visum
fuit Dominis, contractus huiusmodi validitatem insi-
nuari, quòd etiam quod aliquid euictionis nomine solu-
tum fuerit, id tamen potius vt se à lite, & molestijs li-
beraret, præstitisse Marchio videatur, quo casu retenta
13 possessione, ei licuit transigere, & tanquam † ex nego-
tio vtiliter gesto, iure repetere potest quidquid in eam
causam impendit, sicut in minore, Ecclesia, & posses-
sore bonorum fideicommisso, aut maioratui subiecto-
rum tradunt DD. sequuti, *gloss. &* Bart. *in l. nulli ff. de
transact.* Abb. *in cap. contingit, extra eod. tit. & consi.
62. num. 2. volum. 1.* Paris. *cons. 85. num. 15. lib. 3.* Decian.
cons. 37. num. 44. lib. 1 cons. 28. num. 7. lib. 3. Molin. *de pri-
mog. lib. 4. cap. 9. num. 22. & 25.* Peregr. *de fideicomm. art.
44. num. 125. & 126.* Modern. Roman. *discept. forens.
cap. 476. num. 4 & 13 & cap. 846. num. 8.* Rota *coram
Reuerendissimo D. meo Decano decis. 301. & in Cocben de-
cimarum de bel Monte 9. Maij 1616. coram bon. mem. Vbal-
do.* Et quamuis hæc eadem transactio dum continet fi-
deicommissariorum præiudicium, minus vtilis videri pos-
sit etiam transigenti, cum si nunc solum tenet transactio,
cum res in controuersiam deducta retinetur, neque vali-
14 dè fieri potuerit à fideicommissarijs † in præiudicium vo-
catorum dimissis bonis fideicommissi, quod perpetuum
Rota declarauerat, & aduertit idem Molin. *eod. cap. 9.
lib. 4. num. 26.* Rota *decis. 418. num. 11. coram Ludouis. &
in Bononien. Transactionis 14. Iunij 1628. coram D. meo
Ghislerio*, indeque, & res liberata non fuerit, & nouæ
euictionis periculum futurum sit: Hæc tamen non tol-
lunt vtilitatem, & validitatem contractus superius ex-
positam respectu ipsius Liuiæ, contra quam licet Mar-
chio haberet actionem pro liberatione rei venditæ, non
tamen est habiturus amplius regressum pro noua euictio-
15 ne, † si quæ contigerit ex eadem causa fideicommissi,
cum post transactionem factam cum fideicommissarijs,
non eadem futura sit causa euictionis, quæ erat tempore
contractus, *l. Lucius 11. ff. de euiction.* Rip. *in l. qui Ro-
mæ, §. duo fratres, num. 77. ff. de verbor. obligat* Surd.
cons. 15. num. 27. & cons. 70. num. 18. Rota *in Reatina lu-
ris redimen. 28. Decembris 1628 coram me.* Et eadem
16 prætereà euictio † sit culpa Marchionis sequutura, qui
satis sibi ex transactione non cauit, *l. hoc iure vtimur 27.
& ibi gloss. in verb. ob ea, ff. de caution.* Bald. *in l. si ideo
in lect. antiq. ff. eod. tit.* Bart. *in l. si superatus, ff. de pi-
gnor.* Crot. *in l. qui Romæ, §. duo fratres num. 78. ff. de reb.
obligat.* Surd *decis. 22 num. 1.*

17 Demum eiusdem transactionis validitatem † declarare
poterat duorum Rotæ Auditorum auctoritas, coram
quibus res peracta fuit, & quorum prudentia, & consi-
lio fuit etiam res ad exitum perducta, quæ satis arguere
possunt consultò, & mediatè, non autem temerè fuisse id
consilium à Marchione susceptum, *glos. in l Titio, fundus
ff. de condit. & demonstr.* Alex. *cons. 75. num. 10. lib....* Soccin.
Sen. *cons. 11. num. 9. lib. 3* Rot. coram Card. Caualerio *de-
cis. 10. num. 5.* Et iustam transactionis causam ac bonam
18 fidem, † ex qua etiam transactio sustinetur Paris *cons.
16 num. 36. & seqq. lib. 1.* Becc. *cons 95. num 21.* Mantic.
de tacit lib. 27 tit. 4. num. 17. & 20. Peregr. *de fideicomm.
art 50. num. 88.*

Et hæc in casu, de quo agitur, eo veriora putarunt
Domini, quòd neque aliqua detractionum exceptione
iuuari Liuia potuisset: quia præterquam suam aut Man-
siliæ Authricis descendentiam nunquam probauerat à Pe-
trucc n primo grauato, & filio testatoris, ex cuius per-
sona ratione legitimæ & trebellianicæ excluderet DD de
Corbaria, neque in fideicommisso particulari, (vt id
19 erat) locus esse poterat ijs detractionibus † non excussis
prius alijs bonis, siue liberis, siue fideicommisso vni-
uersali substitutis, Mangil. *de imput. quæst. 116. num. 20.*
Surd. *decis. 316 num. 10.* Put. *decis. 394. lib. 3.* Rot. *decis. 113.
20 num 4. part. 2. diuers* & Eædem prætereà † det actiones
spatio tercentum, & amplius annorum præscriptæ videri
poterant, Alex *cons. 8 num. 19. lib. 3.* Surd *cons. 148. numer.
13.* Honded. *cons 83 num 47. lib 1.* Crass. *in § legitima, quæst.
47. num. 1* Balb. *de præscript. quæst. 23 part. 4. Quartæ partis
principalis num. 3.* Et consumptæ † ex alijs alienationibus, 21
quæ in hæreditate opulentissima, & cuius ratio ex inuen-
tario non reddebatur, præsumebantur facta à primo graua-
to. Gabr *cons. 138. num. 18. lib 2.* Rot. *in Rom. de Victorijs
10. Martii 1627. coram R. P. D. meo Merlino, & in Maceru-
ten. legitimæ 14. Martii 1627. coram R. P. D. meo Vbaldo.*
Et licet ab eadem Mansilia, quæ id Castrum Authoribus
Liuiæ donauerat, causam etiam haberent DD. de Cor-
baria ex persona Comitis Dulcij, qui Mansiliæ successe-
rat, & cuius ipsi postea fuerunt hæredes, † huic tamen 22
exceptioni, quod factum suæ Authricis improbare non
possent *iuxt. l. cum à matre, C. de rei vendic. particulari de-
cis. sub die 29. Febr. 1612.* etiam Rota satisfaceret, cum
ipsos DD. de Corbaria inuentarium tueretur, ex quo ap-
parebat alia bona non superesse, de quibus sibi satisface-
re potuissent: Præterquam cum in eodem Oppido, siue
prædio quod suorum Maiorum fuerat, & habebat iurisdi-
ctionem, & dignitatem annexam, & iure considerari pos-
set eis † affectio, ex qua hæredem beneficiatum ab obser- 23
uatione voluntatis defuncti DD. excusari putant, illud
etiam vindicare poterant, licèt alia bona ex eadem hære-
ditate suppeterent *l. in emptione 36. & ibi glos. in verb. ma-
lorum, ff. de minor. l. si cui fundus 36. vbi etiam gl. ff. de leg.
2.* Alber. *in l. fin. §. in comput. num. 20. vers. si autem emptori,
C. de iur. delib.* Gab. *cons. 225. num. 12. lib. 1.* Rot. *in Romana
restitutionis hæreditatis de Naris 14. Septembr. 1625. coram
D. meo Durano, & in Bononien. legatorum de Marescot-
tis 24. Aprilis 1626. & 14. Iunii 1627. coram D. meo Mer-
lino.*

Non etiam mouit Dominos, quod † Cardinalis Ale- 24
xandrinus hanc litem non ignorauerit, vt ideo D. Mar-
chio eiusdem hæres de euictione agere non potuerit, *l. si
fundum sciens, C. de euict. l. si à matre, C. de iur. dot. l. si
fratres, C. commun. vtriusque iudicii*: cum neque ea scien-
tia specifica deducta fuerit, & cum suis qualitatibus, vt
opus erat; neque etiam si ostenderetur, quicquam pro-
desset. Vel enim de hac euictione expressè Cardinalis si-
bi cauit à Liuia ex † promissione, quam sibi in venditio- 25
ne præstari voluit, vt alijs omnibus in ea venditione po-
tior esse deberet, vt ex eadem *l. si fundum sciens, C. de euict.
ibi gloss. &* Doct. *communiter*, Aymon. *cons. 64. num. 4.*
Gomes. *de empt & vendit. lib. 2 cap. 2. num. 42.* maximè pro-
pter scientiam, † quam eiusdem litis habuit ipsamet Li- 26
uia, Castr. *in l. emptorem, §. qui autem, num. 2 ff. de act. empt.*
Rip *in l. 2. §. voluntatem, num. 22. ff. solut. matrim.* Menoch.
cons. 87. num. 96 Rot. *decis. 586 num. 3 part. 1. diuers.* Card. Se-
raph. *decis. 321. nu. 4.* Vel si euictio specialiter promissa non
fuit, imo etiam quod euictionis nomine quicquam non de-
beretur, petere adhuc † potest restitutionem pretij actione 27
ex empto, siue tanquam damna & interesse, siue ex promi-
ssione ipsius venditoris, *l. seruus, quem à me, 31. §. fin. ff. de
act. empt. l. si. § emptor autem C. commun. de leg. l. si in venditio-
ne 50. ff. de euiction.* Ang Aret. *in §. fin. num. 1. instit. de empt.
& vendit.* Surd. *cons. 36. num. 22. & decis. 208. num. 1.* Vinc. de
Franc. *decis 239. num 3.* Rot. *decis. 230. & decis. 525. num. 8.
part. 1. recent.* Hoc verò pretium, quod solùm per Marchio-
nem repetitur, consequi etiam poterit idem D. Marchio ab
ipsa Iuliæ hæreditate, quamuis suam obligationem in ven-
ditione ad factum proprium videatur Liuia restrinxisse,
cum bona hæreditaria expressè fuerint Marchioni obli-
gata, tam à Liuia, dum quoad permitterent id iura & vires
ipsius hæreditatis, Cardinalem alijs omnibus in bonis ven-
ditis potiorem facere promisit, vt dicebam; quam ab alijs
Executoribus testamentarijs, qui simpliciter eandem hæ-
reditatem obligarunt in extinctionem æris alieni ipsius hæ-
reditatis.

Quod vero hanc concordiam Marchio contradicente ip-
sa Liuia peregerit, vt ideo † neque vtili negotiorum gesto- 28
rum actione eidem repetere liceat, si quid inuita Liuia per-
soluit, ex traditis per Bart. *in l. soluendo, ff. de negot. gest. & in
l. si stichum, §. si ubulio, ff. de solution.* quem sequuti fuerant,
Paris. *cons. 107. n. 229 volum 3.* Menoch. *cons. 296 nu. 25.* Satis
visum fuit Dominis ex ipsius facti, quod propositum fuit
serie sublatum, cum nunquam Liuia impugnauerit con-
cordiam, aut ipsi transactioni restiterit, sed solum sua præ-
sentia, & consensu approbare noluerit id, quod in ipsa tran-
sactione ex parte Marchionis asserebatur, quod eam scili-
cet summam, quam tunc persoluebat, ab ipsa Liuia repete-
re vellet, vt videre est ex verbis ipsis, & toto contextu tran-
sactionis, in qua eam Liuiæ contradictionem apparet, re-
strictam ad hanc solam Marchionis prætensionem: vt ideo
non

29 non applicetur doctrina † Bartoli, qui id videtur requisiſ-
ſe, vt debitor ſolutioni, quam tertius facere volebat, ex-
preſsè contradixerit. Sed quod neque tranſactionem im-
probauerit, imo reputauerit æquiſſimam, re ipſa Liuia
comprobauit, cum in eadem lite, & ſuper eadem cauſa,
cum eiſdem DD. de Corbaria tranſegit, & pro liberatione
alterius partis eiuſdem tenutæ alia ſcuta 16. millia perſol-
30 uit: vt propterea cum tranſactionem † factam à Marchio-
ne, vel eam ſolutionem ratam habuerit ex traditis per
Bart. *in l. quo enim §. rem haberi ff. rem rat. haber. l. Paulus*
ff. eod. lit. Aretin. *conſ.* 128. *num.* 6. Soccin. Sen. *conſ.* 125.
num. 1. *vol.* 1. Put. *deciſ.* 368. *leg.* 2. Rot. *deciſ.* 247. *num.*
31 18. *coram Ludouiſ.* Vel facto declarauerit, † quod nulla
ſibi aduerſus euictionem à Corbarijs intentatam defenſio
ſupererat, ad *l. cum de indebito, ff. de probat.* Dec. *conſ.*
350. Aym. *conſ.* 106. *num.* 11. *&* *conſ.* 142. *num.* 26. non
32 poſſit hodie eadem Liuia † ipſius euictionis iuſtitiam, aut
tranſactionis vtilitatem controuertere, Alex. *in l non ſo-*
lum §. morte num. 45. ff. de nou. oper. nunciat. & in l. ſi do-
mus §. de euictione, num. 8. ff. de leg. 1. Felin. *in cap. cum*
olim nu. 11. col. 7. de ſent. & re iud. Alexan. *conſ.* 67. *lib.* 3.
& conſ. 63. *num.* 10. *lib.* 6. Aym. *conſ.* 63. *& conſ.* 179. *num.*
6. Mandell. *conſ.* 514. *num.* 9. Couar. *var. reſol. lib.* 3. *c.* 17.
n. 6. Surd. *dec.* 22. *nu.* 8.

Et ita vtraque, &c.

Infra in eadem cauſa adeſt alia deciſio ſub die 14. Iu-
¶ nij 1630. coram eodem R. P. D. Veroſpio eſt in ordine
390. Et in tertia par. habentur in eadem cauſa aliæ duæ,
ſub diebus 20. Aprilis 1635. & 16. Iunij 1636. coram Reu.
P. D. Panzirolo ſunt deciſ. 300. & 155.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Romana Spolij de Cruciarijs.

Die Mercurij 23. Ianuarii 1630.

ARGVMENTVM.

Adiudicatio, quando ſit nulla, & non ſubſti-
neatur, & quando ſecus, & alia plura cir-
ca hanc materiam adiudicationis.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio eſt nulla ex cauſa exceſſus crediti, & num.* 9.

2 *Bona mobilia ſpatio longi temporis præſumuntur con-ſumpta.*

3 *Pariſ. Pereg. Rot. & alij declarantur.*

4 *Vſuſfructus natura eſt, vt rerum ſubſtantia ſit ſalua in pretio, ſi ſumus in mobilibus, & quando hoc habeat locum.*

5 *Et hoc procedit tam in vſufructuario hæreditario, quàm in alio quouis vſufructuario.*

6 *Compenſatio non datur de liquido ad non liquidum.*

7 *Valor bonorum mobilium conſumptorum debet probari, & liquidari per hæredem proprietarium.*

8 *Compenſatio non dicitur facta, ſi de ea non fuerit oppoſitum.*

10 *Cenſus redimibiles an poſſint tertio pluris, aut minoris vendi, quàm ab initio ſunt impoſiti.*

11 *Adiudicatio debet fieri pro credito petito, & ex actis certo, & liquido, necnon iudici noto.*

13 *Pro debito teſtatoris, deficientibus bonis liberis poteſt fieri exequutio ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, & hoc maximè procedit in dote num.* 14.

15 *Debitum expenſarum litis ſuper fideicommiſſo eſt debitum hæredis, quando litigatur ad ipſius commodum.*

16 *Et hoc caſu bona fideicommiſſi non poſſunt irreuocabiliter alienari, ſed tantum pro vita hæredis grauati.*

17 *Adiudicatio non eſt nulla ex eo, quod plus valeat* res adiudicata, quàm creditum, cum illud plus ſit reſtituendum cui debetur, & nu. 20.*

18 *Nullitas ex cauſa exceſſus intrat ſolummodo, quando ſit executio pro credito petito in maiori quantitate, quàm verè illud eſt.*

19 *Decretum latum ex falſa cauſa, etiamſi pro parte ſit vera, ruit in totum.*

21 *Adiudicatio, quamuis exceſſiua tenet, quando ceſſat ratio falſitatis cauſæ, & reſtituitur illud plus.*

22 *Adiudicatio eſt nulla, & reſcindenda in totum propter læſionem dimidij iuſti pretij.*

23 *Canon, hæc vox eſt promiſcua, ita vt accipiatur tam pro canone, aut pro penſione, quam debetur ab emphyteuta, quàm pro cenſu.*

24 *Cenſus, & non Canon, ſiue penſio, in dubio præſumitur, quando minus præiudicium imponentis eſt.*

DECISIO CCCXXXVIII.

FVIT iam ter reſolutum, primo loco coram bo. mem.
Manzanedo ſub die 12. Iunij 1617. * & bis coram me
ſub diebus 24. Ianuarij 1628. * & 29. Februarij 1629. *
adiudicationem domus, & cenſuum, de quibus agitur,
factam Fauſtinæ fuiſſe validam, eamque obſtare Ange-
lo fideicommiſſario immiſſionem petenti, & nihilomi-
nus hodie ex Dominorum benignitate fuit Angelo præ-
dicto conceſſa noua audientia ſuper eiſdem, & quod at-
tinet ad adiudicationem domus, Domini ſine difficulta-
te in deciſis perſtiterunt, quia eius adiudicatio prætende-
batur in totum nulla ex cauſa exceſſus crediti, ex quo
(vt dicebatur) creditum † Fauſtinæ non erat in tota 1
quantitate petita, ſed minus, iuxta *doctr.* Bart. *in leg. ſi*
non ſortem, §. ſi centum ff. de condit. indeb. Burſatt. *conſ.*
73. *num.* 24. Afflict. *deciſ.* 358. *num.* 1. Rot. Ianuen. *deciſ.*
13. *num.* 55. Surd. *deciſ.* 55. *num.* 3. Rot. *deciſ.* 630. *num.* 2.
part. 1. *recent.* & Greg. XV. *deciſ.* 198. & tamen facto
computo ad oculum patet, non fuiſſe exceſſum in cre-
dito, quandoquidem creditum Fauſtinæ petitum de quo
in actis executionis, fuit ſcut. 280. videlicet ſcut. 85. pro
reſiduo dotis, & ſcut. 125. pro quarto dotali, & ſcut. 70.
pro tertia parte pluris, iuxta *Statutum Vrbis cap.* 194. *lib.*
1. Quæ ſummæ ſimul coadunatæ conſtituunt dictam
quantitatem ſcutorum 280. vnde cum domus iuxta æſti-
mationem peritorum computatis ſcut. 100. cuiuſdam cen-
ſus, quo erat grauata, non eſſet, niſi valoris ſcut. 307. &
adiudicatio detractis dictis ſcut. 100. cenſus facta fuerit pro
207. tantum abeſt, quod fuerit exceſſum in petitione de-
biti, quin potius detractis ex credito Fauſtinæ ſcut. 207.
pro quibus domus fuit adiudicata, remanſit illa adhuc cre-
ditrix in ſcutis 73.

Sed fuit nihilominus facta difficultas in eo, quod Fau-
ſtinæ, dum vitam vidualem ſeruaret, reliquit Bartholo-
mæus eius vir vſumfructum bonorum omnium, cui vti
vſufructuariæ fuerunt illicò conſignata per Chriſtopho-
rum hæredem proprietarium, & fideicommiſſo graua-
tum, quædam mobilia valoris (vt prætenditur) ſcut. 141.
iuxta æſtimationem peritorum hodie datam, quibus com-
penſatis cum dicto ſuo credito ſcutorum 280. creditum
Fauſtinæ de tempore petitionis, & adiudicationis non erat
niſi ſcutorum 139. & per conſequens iuxta ſupradicta exe-
quutio fuit in totum nulla.

Huic difficultati fuit tripliciter reſponſum in dicta vlti-
ma deciſione coram me. *Primò*, quòd dicta mobilia † 2
præſumuntur conſumpta ſpatio pluſquam decem anno-
rum, quibus Fauſtina permanſit in viduitate, itaut pro-
pterea eorum nulla ſit habenda ratio, Pariſ. *conſ.* 55. *in*
fin. lib. 2. Peregr. *de fideicomm. articul.* 10. *numer.* 40. &
Gregor. XV. *deciſion.* 285. *numer.* 3. *in fin.* Quæ reſ-
ponſio hodie non placuit, & quidem meritò, quia † Pa- 3
riſ. Peregr. Rot. & alij per eos allegati loquuntur in hæ-
rede grauato, qui iure dominij vtitur rebus mobili-
bus, quæ vſu conſumuntur, aut diminuuntur: non
autem verſamur in vſufructuario, qui finito vſufru-
ctu tenetur reſtituere pretium huiuſmodi rerum, iuxta
æſtimationem de tempore conſignationis, itaut rerum † 4
ſubſtantia remaneat ſalua in pretio, iuxta naturam vſuſ-
fructus, §. *conſtituitur, inſtit. de vſufruct.* & ſic diſtinguit

Pereg. *vbi supra num.* 32. & est communis, & recepta
sententia, quam benè examinant Pinell. *in leg.* 1. 2. *part.*
num. 80. *vsque ad fin. C. de bon. mater.* Modern. Hispan.
de vsufruct. cap. 17. *num.* 29. Modern. German. *ad obser.*
Gayi. *concl.* 46. *considerat.* 1. *per tot. lib.* 2. Facchin. *con-*
trou. iur. lib. 8. *cap.* 41. Thes. *decis.* 80. *per tot. &* Surd.
decis. 67. *etiam per tot.* & alij plures, quos ipsi allegant,
5 & procedit etiam in † vsufructuario titulo hæreditario non
minus quàm in alio quouis vsufructuario ex alio quocun-
que titulo Bald. *cons.* 237. *incipit* Palluccius *in suo testa-*
mento lib. 5.

Secundò fuit in dicta decisione responsum, non consta-
6 re de valore mobilium, & propterea † illud vti illiqui-
dum non compensari cum debito dotis liquido, maximè
ad effectum annullandi exequutionem iam factam, ex
regula, *text. in l. fin. vbi* Doct. *C. de compensat.* & ferè
in his terminis Seraph. *decis.* 1455. *num. quarto* cum alijs
in dicta decisione allegatis, & hæc responsio fuit hodie
7 approbata, quia valor prædictorum † mobilium debet
probari, & liquidari per Angelum hæredem proprieta-
rium, cum sit actor, vt in puncto Gregor. XV. *in dict.*
decis. 285. *in fine*, & tamen nulla adest valoris probatio;
quandoquidem æstimatio peritorum, quæ data fuit, non
est in forma probanti, nec formaliter facta de mandato
iudicis, aut de consensu partium, nec recognita, & de-
mum non est verisimilis, quia bona consignata, de qui-
bus in inuentario dato Summario num. quarto, videntur
parui momenti, multoque minoris valoris, iuxta eorum
qualitatem, quàm cantat dicta æstimatio, de quibus tamen
in alio iudicio poterit haberi ratio.

Tertia, & vltima dictæ decisionis responsio fuit
(quæ etiam hodie placuit) quod esto probaretur valor
mobilium in prædicta quantitate scut. 141. prout in
8 dicta æstimatione, non propterea † fuit facta com-
pensatio, dum non fuit de ea oppositum, & non agitur
de impediendo cursum vsurarum, nec versamur in limi-
tationibus, de quibus *glos.* Bald. Salicet. & alij *in l. si con-*
stat C. de compensat. Tiraq. *in l. si vnquam, in verb. reuer-*
tatur, nu. 15. *C. de reuoc. donat.* Surd. Ror & alij *in d. vlt.*
decisione allegati, & in his terminis Afflict. & ibi Vrsill.
decis. 121.

Quod verò attinet ad adiudicationem censuum fuit
maior difficultas, quia eorum adiudicatio fuit facta
post adiudicationem domus per vnum circiter annum
pro pretio scutor. 200. & verbis claris cantat pro cre-
dito, & recuperatione dotis, & iurium dotalium, vt
in Summario Cruciarij num. vndecimo, & tamen post
adiudicationem domus, vt supra factam pro scutis 207.
Faustina ex dicta causa (vt dictum est) solum re-
mansit creditrix in scut. 73. ergo exequutio, & adiudica-
9 tio dictorum censuum † videtur excessiua, & sic nulla vti
facta pro maiori quantitate, quàm esset debita, iuxta
supradicta.

Cui difficultati fuit dupliciter responsum in dicta de-
cisione bonæ mem. Manzanedi, nempe primo, quod do-
mus prædicta non solùm erat grauata onere census valo-
ris scut. 100. vt dictum est, sed imo dictum censum
fuisse valoris scut. 150. quia tanti fuit æstimatus à pe-
ritis per iudicem electis, ideoque domum, attenta rei
veritate, fuisse Faustinæ adiudicatam, aut adiudica-
ri debuisse non pro scut. 207. Sed tantum pro scut. 157. &
consequenter Faustinam post adiudicationem domus re-
mansisse adhuc creditricem in scutis 123. & vlterius
eandem fuisse creditricem in scut. 141. pro expensis cu-
iusdam litis agitatæ in Rota coram bonæ memoriæ Cardi-
nali Seraphino inter eam, & Christophorum de Cruciarijs
hæredem proprietarium, de quibus in Summario Angeli
num. 8.

Sed hæc responsio non fuit visa Dominis tuta, quia
prætensum augmentum crediti ratione æstimationis va-
loris census super domo impositi scut. 150. cessat penitus,
quia constat, quod ille fuit impositus, & venditus ab
initio pro solis scutis 100. in proprietate, vnde quicquid
10 sit, an, & † quomodo census redimibiles possint tertio
pluris, aut minoris vendi, quàm ab initio sunt im-
positi, quæ fusè examinant Guttier. *practic. quæst. ci-*
uil. quæst. 173. *per tot. lib. secundo*, & Modern. Perus. *de*
censib. secunda part. capit. secundo, quæst. secunda,
articul. sexto, num. 17. *cum seqq.* Tamen census, de
quo agitur, per Iudicem, aut per peritos in casu nostro
non potuit plus æstimari ad fauorem creditoris census,
& in præiudicium Cruciarij census debitoris, quàm fuit
impositus ab initio, ex quo Cruciarius poterat, quando
sibi placebat, prout hodie Faustina, censum luere, re-
stituendo domino census solum scut. 100. pro quibus dum-
taxat fuit impositus: itaut omnis pactio, † aut æstima- 11
tio in contrarium sit nulla ipso iure, nihilque opere-
tur, vt sunt verba Bullæ Pij V. super censibus, in *vers.*
postremò census in futurum creandos, &c. Prætensum
autem creditum Faustinæ ratione expensarum non fuit
petitum, nec aliter deductum in processu adiudicatio-
nis: quinimo de eo tempore non erat adhuc pro eo rela-
xatum mandatum, cum adiudicatio facta fuerit de men-
se Maij anni 1577. mandatum autem pro expensis
fuit relaxatum de mense Augusti eiusdem anni, &
ideo non potest de eo haberi ratio ad excluden. excessum,
cum † adiudicatio debeat fieri pro credito petito, & 12
ex actis certo, & liquido, iudicique noto, iuxta trad.
per Bald. *in cons.* 122. *num.* 1. *lib.* 3. Surd. *cons.* 225. *num.* 9.
in fin. Rot. *decis.* 725. *num.* 1. *&* 2. *par.* 2. *recent.* & tolli-
tur prorsus difficultas, quia licèt pro debito testatoris de-
ficientibus bonis liberis potuisset † fieri exequutio contra 13
Christophorum hæredem grauatum in bonis fideicommis-
si (qualia erant domus, & census) *l. Pater filium, in*
princ. ff. delegat. 3. *l. filiasfamilias §. diui el primero ff.*
de leg. 1. *iuncto text. in l. à Diuo Pio §. in venditione,*
ff. de re iudic. Padill. *l. vnum ex familia §. si de falcidia*
numer. 7. *ff. de legat.* 2. maximè † ex causa dotis, *auth.* 14
res quæ, cum ibi *not. C. comm. de legat.* & latè Molin.
de Hispan. primog. lib. 1. *capit.* 10. *numer.* 4. *&* 7. *per*
tot. non tamen executio fieri potuit pro dictis expensis ex
causa litis cum dicto hærede grauato, quia debitum ex-
pensatum est † debitum hæredis, ex quo non litigabatur 15
ad vtilitatem fideicommissi, sed ad priuatum hæredis
commodum, videlicet, an vtilitas cuiusdam Casalis post
mortem testatoris pertineret ad Christophorum hæredem
proprietarium, aut ad Faustinam hæredem vsufructua-
riam: hoc enim casu bona fideicommissi non † possunt ir- 16
reuocabiliter alienari, sed tantum pro vita hæredis graua-
ti, vt latè Doctores *in dict. §. Diui*, & declarant Modern.
Brix. *q.* 542. *num.* 9.

Secundò fuit in dicta decisione bon. mem. Manzanedi
responsum, quod quamuis creditum Faustinæ pro resi-
duo dotis, & iurium dotalium, & tertij pluris de tempo-
re adiudicationis dictorum censuum non esset nisi in scut.
73. vt fuit sæpius dictum & census fuerint adiudicati pro
scut. 200. non propterea adiudicatio † fuit excessiua, 17
& nulla, imò substinetur: sed solummodo Faustina te-
nebatur illud plus restituere hæredibus proprietarijs,
leg. fin. vers. sin autem minus, & ibi Bald. *num.* 4. *C. de iur.*
domin. impetran. Ruin. *cons.* 160. *num.* 25. *lib.* 2. & Af-
flict. *decis.* 218. *num.* 2. quam responsionem hodie Domi-
ni fuerunt amplexi, quia nullitas ex † causa excessus in- 18
trat dumtaxat, quando fit executio pro credito petito in
maiori quantitate, quàm verè illud est, aut ex diuersa
causa ab ea, ex qua executio petita fuit ea scilicet ratio-
ne, quia † decretum latum ex falsa causa, etiam si pro 19
parte sit verum, fuit in totum, *l. cum verò §. subuen-*
tum, ff. de fideicom. lib. 1. *§. hæc verba, ff. ne vis fiat ei l.*
3. *§. puberi ff. de Carbon. edict.* Bald. *in l. certi §. quoniam*
num. 8. *vers.* 2. *si Iudex ff. si cert. pet.* Capic. *decis.* 91. *num.*
2. & in his terminis loquuntur, & intelligi debent iura,
Doctores, & decisiones in principio allegatę, qui tamen nō
est casus noster, quia non fuit facta exequutio pro maiori
credito, quàm verè deberetur, † nec fuit in maiori quan- 20
titate petitum, nec ex alia causa, sed pro dicto residuo
dotis, iurium dotalium, & tertij pluris, quod suffi-
cit esset certum ex actis processus executionis in dicta
quantitate scut. 73. *l. hæc sententia, l.* 1. *Cod. de sen-*
tent. quæ sin. cert. quant. Paul. de Castr. *consil.* 91. *lib.*
1. Vant. *de nullit. ex defect. sentent. numer.* 104. *vers. præ-*
missis tamen, Cornaz. *decis. secunda, num. tertio, &*
quarto; quo casu licet adiudicetur res æstimata in multo
maiori valore, quàm sit creditum qui est casus noster,
adiudicatio † tenet, quia cessat ratio falsitatis causæ, & 21
creditor, cui fit adiudicatio, tenetur illud plus restituere,
vt in *dict. leg. fin.* & notant communiter Doctores in *l.* 1.
& 2. *C. si in caus. iud.* & sic exponit Dec. *in leg. cum amplius,*
vers. secus est, de reg. iur. & clarius Magon *dec. Florent.*
109. *numer.* 6. *cum seqq.* & alij plures per eum citati ibi-
dem.

Neque obstat, si dicatur, quòd dicti census æstimati
in scut.

in scut. 200. erant canones, & non census, qui propterea
22 erant valoris scut. circiter 300. & ideo † fuisse æstimatos,
& in solutum datos minus dimidia iusti pretij, quo casu
adiudicatio est nulla, aut rescindenda in totum. Cagnol.
in leg. secunda, num. 161. C. de rescind. vend. & ibidem
Pineli. *numer.* 25. Et est communis sententia, quam
Rota sequitur, vt in *decision. 648. numer. 54. part. prima recentior.* & fuit in his terminis dictum in causa *Romana Syluæ 13. Iunii 1627. coram me*, quia hæc difficultas tollitur ex facto, cum non probetur fuisse canones: quandoquidem licèt in testamento Faustinæ canones nuncupantur, vltra quòd fuit ibi hoc incidenter di-
23 ctum, hæc vox, † canon, est promiscua, itaut accipiatur tam pro canone, aut pensione, quæ debetur ab emphyteuta, quàm pro censu, Roder. *de ann. redd. lib. primo, quæst. prima, sub numer. primo, vers. quidam sunt redditus emphyteutici.* Clar. *in §. emphyteusis quæst. prima, vers. contractus autem.* Modern. Perus. *de censibus, part. prima, cap. primo, quæst. prima, articulo primo, num. decimotertio.* Vnde cum esse censum in hoc casu sit minus præiudicium imponentis, quàm si canon, aut
24 pensio emphyteusis esset, † census præsumitur, & non emphyteusis, Bero. *quæstione decimaquarta, et* Clar. *vbi supra vers. sed pone*, & demum dum in contrarium nihil: quod releuet, probatur, preponderat, quod fuerint æstimati, & adiudicati vti census.

Et ita resolutum vtraque parte sæpius informante, &c.

* Prima est decisio 528. parte tertia recent. reliquæ duæ sunt supra in hac parte decis. 134. & 254.

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO DECANO.

Romana Retractus.

Die Mercurii 23. Ianuarij 1630.

ARGVMENTVM.

Vicinus, vt fruatur prælatione in emptione domus vicinis vigore Constit. Greg. XIII. de iure congrui, quatuor requiruntur. Primò, quod sit vicinus verè. Secundò, quòd offerat se ædificaturum intra certum tempus. Tertiò, quòd ædificium perficiendum non in priuatam habitantium commoditatem tendat, sed in ornatum, & decus Vrbis. Quartò quòd ex domo vicini, & retrahenda, possit confici vnum ædificium.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus ad hoc vt potiatur prælatione in emptione domus vicinæ vigore Bullæ iuris congrui, quatuor copulatiuè requiruntur.*

2 *Vicinitas, hæc vox denotat quamdam commixtionem & cohærentiam inter domum propriam vicini, & retrahendam.*

3 *Vicinus, vt fruatur prælatione in emptione domus vicini, requiritur, vt se ædificaturum intra certum tempus offerat.*

4 *Vicinus si nolit ædificare, tunc ius prælationis competit inquilino, etiam si ædificaturus non sit.*

5 *Ornatus Vrbis, & publicum decus est potissimum scopus Bullæ Greg. XIII. de iure congrui.*

Vrbium decens cultus, & ædificatio a iure communi præcipitur num. 5.

6 *Ornatus Vrbis, est fundamentum totius Bullæ iuris congrui, vt habetur ex proœmio.*

7 *Constitutionis finis, & mens legislatoris depræhenditur in proœmio.*

8 *Ornatus Vrbis est ratio finalis constitut. Gregorij de iure congrui.*

9 *Magistri viarum Vrbis, in quorum loco sint subrogati.*

10 *Ædificium faciendum a vicino si sit in parte posteriori, vel interiori domus, non intrat Bulla iuris congrui.*

11 *Ornatus publicus, & decor Vrbis consistit in eleganti facie, & structura de foris exposita.*

12 *Bulla iuris congrui, vt habeat locum, requiritur quod domus vicini retrahentis cum facie domus retrahendæ connecti possit, & nu. 13.*

14 *Bulla iuris congrui non loquitur de quocumque vicino, sed de eo, dumtaxat, qui ex propria, & cohærenti domo, vnicum, & latiorem construere potest.*

15 *Vicinus, qui retractum intentat, debet iam habere inchoatum ædificium in propria domo.*

Et illud congruè, & speciosè absoluere non potest, nisi & contiguam domum annectat numer. 15. & num. 27.

16 *Extensio non dicitur, quando eadem est ratio.*

17 *Dictiones sed, & eum, important diuersitatem in facto, & identitatem in iure.*

19 *Vicini duo, vbi adsunt, tunc Bulla iuris congrui præfert illum, qui magis indiget.*

20 *Bulla iuris congrui præsupponit, quod ædificium sit incohandum in propria domo, non autem solummodo instituendum in domo retrahenda, & num. 36.*

21 *Bulla iuris congrui ab inquilino non expostulat ædificium, & ei etiam si non sit ædificaturus concedit prælationem.*

22 *Vicinus ex propria, & cohærenti domo potest vnam, & elegantiorem construere ædificij faciem, quod secus est in inquilino, & ista est ratio cur Bulla non requirat ædificium ab inquilino, & num 23.*

24 *Bulla iuris congrui non curat de ædificio faciendo à vicino, si solum in domo retrahenda illud est facturus.*

25 *In statutis, & constitutionibus non solum attendi debet, quod ex cortice literæ desumitur, sed etiam, quod virtualiter ex verbis, & ratiocinatione ab expressis deducta inferri potest.*

26 *Bulla iuris congrui tota est fundata in æquitate, quæ publicam vtilitatem priuatis prætulit commodis.*

28 *Bulla iuris congrui cum sit correctoria iuris communis non admittit extensionem.*

29 *Bulla iuris congrui non habet locum, quando vicinus est ædificaturus in vico angusto, & peruio.*

30 *Bulla iuris congrui in congruentia quadam, & epicheia fundata est.*

31 *Bulla iuris congrui nullo modo fauere videtur vicino ædificaturo ad solam pompam, & æmulationem.*

32 *Vicinus quando dicatur velle ædificare ad æmulationem.*

33 *Bulla iuris congrui loquens de ædificio faciendo ad publicum ornatum, debet intelligi de ædificio congruo, & proportionato pro qualitate domus.*

Non autem de quacumque immoderata, & capriosa ædificatione num. 33. & numer. 34. Vbi damnatur huiusmodi non consentanea ædificandi luxuria.

35 *Ædificium nullum in Vrbe adeo eleganter constructum est, quin eius ornatus, ab operoso ingenio, & industria animosi Architecti augeri possit.*

37 *Consortium non inducitur ratione muri communis.*

38 *Filiæ fœminæ, extantibus masculis, non succedunt in bonis paternis, si fratres sunt parati illas dotare, & hoc secundum statut. Vrb.*

39 *Clausula constituti, tribuit facultatem possessionem propria auctoritate capiendi.*

DECISIO CCCXXXIX.

PERMANSERVNT Domini in decisis sub die 29.
Ianuarij 1629. coram me, *etiam quoad vicinitatem,
scilicet illam non suffragari D. Leoncello in præiudicium
R. P. D. Grati Inquilini.
Quamuis enim ille sit vicinus, immo & contiguus, vt
in alijs decisionibus firmatum fuit, & ex dispositione Bul-
læ fel. record. Greg. XIII. super iure congrui quæ est im-
pressa in nouo Bullario inter Constitutiones illius Ponti-
ficis in ordine xxij. quoties vicinus habet requisita ibi præ-
1 scripta, præferatur inquilino, vt in §. 11. Attamen † Do-
mini censuerunt quatuor requiri copulatiuè, ad hoc, vt vi-
cinus huiusmodi potiatur prælatione.
Primò quod sit vicinus verè, vt disponitur in §. 8. ibi,
tenentur perquirere à vicinis, & §. 9. ibi, *si vicini prædi-
cti*, & §. 11. ibi, *inter Inquilinum, & vicinos, etc.* Adeout
quodammodo vnitus, & iunctus sit rei retrahendæ, quem-
admodum etiam infert græca iuris istius appellatio, qua
ius προτομίξεως non autem προτιμήσεως dicendum esse
2 quibusdam placuit † quæ vox denotat quandam commix-
tionem, & cohærentiam inter domum propriam vici-
ni, & retrahendam, vt declarat Tiraq. *de retract. lignag.
in præfat. num. 2. & sequitur* Bald. *de iure protimis. in prin.
sub num.* 2.
3 Secundò, vt is vicinus † possit, & offerat se ædificatu-
rum intra certum tempus, ita in §. 9. & 11. vbi discrimen
constituitur inter inquilinum, & vicinum, vt is si velit
ædificare præferatur, & eo nolente, nulla illius ratio ha-
4 beatur, & † ius prælationis in emptione competat inquil-
lino, etiamsi ædificaturus non sit.
Tertiò, vt ædificium perficiendum non in priuatam
habitantium solummodo commoditatem tendat, sed &
in ornatum, ac publicum Vrbis decus, quem scopum sibi
5 potissimum proposuit Greg. inhærendo † dispositioni iuris
communis, quia hic decens Vrbium cultus, & ædifi-
catio præcipitur, vt in *leg. penult. l. 1. ff. de tign. iniunct. l.
præses ff. de offic. præsid. l. 2. C. de ædif. priuat. l. præscri-
ptio C. de oper. pub.* & monuit etiam Aristoteles *lib. 6.
polit. cap. vlt. vt obseruat* Io. de Plat. *in l. 2. numer. 2.
6 C. de ædif. et alijs rebus, etc. lib.* 11. Atque in hac † ra-
tione fundata est tota Gregoriana constitutio, vt habetur
in proœmio, ibi, *quæ publicè vtilia, et decora esse Vr-
7 bi, etc.* Ex quo † deprahenditur mens legislatoris, &
finis constitutionis, *l. fin. ff. de hæred. instit.* Paris. *cons.* 21.
num. 38. *lib.* 1. Crauett. *consil.* 192. *numer.* 21. Surd. *consil.*
241. *num.* 17. Bard. *de iure protimis. in princ. num.* 7. Mo-
dern. Roman. *discept. forens. cap.* 947. *num.* 13. Et in ter-
8 minis, quod † ornatus Vrbis sit ratio finalis huiusmodi
constitutionis tradunt Bard. *de iure protimis. in princ.
num. 6. et 7. et §. 4. vers. et ex hoc ad fin. et §. 7. num. 2. vers.
sotioq.* Benedel. *eod. tract. in rub. num.* 14. Cabal. *consil.
cru.* 162. *num. 12. et seqq. lib.* 1. Modern. Roman. *discept.
forens. d. cap.* 947. *num.* 13. Quod idem etiam bene desu-
mitur ex eadem constitutione, dum ad exordinandarum
ædificationum curam, & ad hoc, vt quæ ad Vrbis orna-
tum consentanea sunt, gerantur, præposuit magistros
9 viarum, † qui subrogati videntur loco illorum Magi-
stratuum, quos plures Romana Respublica, & subinde
Cæsares ad huiusmodi officium instituerunt, & vi-
ros viarum curandarum, Magistros vicorum Vrbis,
Curatores viarum, regionumque Vrbis, & publicorum
operum, atque ędiles nuncuparunt, vt ex Liuij, Sue-
tonij, Taciti, Plutarchi, aliorumque historicorum te-
stimonijs comprobat Panuin. *de Ciuit. Roman. tit. de Ma-
gistr.* Greg. Theolosan. *in synt. iur. lib. 46. tit. 31. num.
octauo, et sequentib.* quibus omnibus hoc vnum munus
procurandi ornatum Vrbis demandatum erat, & sic
ad propositum, dum idem Gregor. XIII. Magistris
viarum ædilitatis curam, & onus iniunxit, hinc
arguitur enixa eiusdem voluntas circa ipsum Vrbis
10 ornatum. Et propterea si ædificium † faciendum à vi-
cino est in parte posteriori, vel interiori domus, Bulla
non suffragatur, vt consuluit Petrus Aldobrandinus in
celebri illo consilio, & passim seruatur vt ipse asseruit,
& tradunt Modern. Roman. *disceptat. forens. dict. cap.*
947. *numer.* 12. ornatus † enim hic publicus, & decor 11
Vrbis consistit in eleganti facie, & structura de foris ex-
posita, cui prospexit Gregorius dum contiguos appella-
uit istos vicinos, idest se tangentes, seu Collaterales,
adeout facies ædium vicini † retrahentis, cum facie 12
domus retrahendæ connecti possit, perque incorpora-
tionem aptè vnicum perfici ædificium, & eius facies
obuia, & viatorum oculis exposita conspectior eua-
dere.
Quartò, vt ædificium cadat, & in parte retrahen-
da vt in §. 9. ibi, *& ibi ædificaturos, &c.* & ibi, *de
ædificando ibi ad certam summam, &c.* atque ab hoc nec
informantes pro D. Leoncello dissentiunt, & cadat
etiam in parte ipsius vicini retrahentis, itaut † vicinus 13
ædificando in propria, & in retrahenda domo possit ex
vtriusque collatione, & incorporatione Ciuitat. hoc præ-
stare decus quod in singulis domibus diuisis, & structu-
ra inæqualibus non adesset, vt in terminis Bullæ Six-
ti IV. dixit Bard. *de iure protimis. §. 3. numer. 2. & 4.
vers. Vnde lex, ibi in nulla tamen, &c.* & idem sensit. Al-
dobr. *in præalleg. cons. vers. quinimo,* vbi tradit constitutio-
nem non loqui de quocumque vicino, sed de † eo dum- 14
taxat, qui ex propria, & cohærenti domo, vnicam, &
latiorem construere possit, & sic præsupponit Aldobran-
dinus, quod ædificium cadat etiam in domo re-
trahentis, & idem videntur inferre verba Bullæ in §. 9.
ibi, *si quis domum, solumue habens ibi ædificare voluerit*,
quod verbum, *ibi*, ad oculum demonstrat ædificium fu-
turum in parte propria retrahentis, & clarius *eodem §.*
6. ibi. *Et nihilominus ædificium ipsum insigne futurum sit,
eique perficiendo aliqua domus etiam à Domino habitata,
&c.* Ex quibus deprahenditur, quod Papa intellexit,
vt vicinus, † qui retractum intentat, iam inchoauerit 15
ædificium in proprio, sed illud congruè, & speciosè ab-
soluere non possit, nisi & contiguam domum annectat.
Et quamuis in hoc §. 6. Bulla loquatur in venditione
coacta, attamen, & idem videtur dispositum in §. vbi de
spontanea venditione sermo habetur, tum † quia ea- 16
dem ratio id suadet, nec diuersa assignari potest, & sic
idem videtur dispositum per comprehensionem, non
autem extensionem Bald. *in leg. data opera num. vndeci-
mo, C. qui accus. non poss.* Castrens. *cons.* 83. *num. secun-
do, lib. secundo, & cons. 251. num. tertio, lib. primo,* Me-
noch. *cons.* 133. *num.* 5. Surd. *cons.* 25. *num.* 39. & in his
terminis benè Caball. *d. cons.* 162. *numer.* 21. *& seqq.
lib.* 1.
Tum, & quia Bulla in §. 8. vbi loquitur de venditione
spontanea vtitur dictionibus, † *sed & cum*, quæ im- 17
portant diuersitatem in facto, & identitatem in iure.
Bart. *in l. hoc amplius, ff. de dam. infect.* Ias. *in l. cum possi-
dere §. qui ad nundinas num. 9. ff. de acq. possess.* Boet. *decis.*
155. *num.* 20. Tum etiam quia, & in §. 12. vbi Bulla lo-
quitur de vtraque venditione, tam coacta, quàm spon-
tanea, † decernit, opus esse, quod ædificium facien- 18
dum sit domo retrahentis, ibi, *vicini fuerint, quorum ædi-
ficijs vendenda res opportuna existat*, tunc enim oppor-
tuna est domus retrahenda ædificio, si quando structu-
ra iam inchoata, absolui rectè non potest, nisi facta in-
corporatione domus cohærentis retrahendæ; quod † & 19
suadetur ex eo quia inter duos vicinos Bulla præfert eum,
qui magis domo retrahenda indigeat, & sic ad prælatio-
nem considerat indigentiam pro ædificijs cœptis in pro-
prio, vel præsupponit † ædificium esse inchoandum in 20
re propria, non autem solummodo, instituendum in do-
mo retrahenda.
Verum, & hoc planius conuincitur ex §. 11. vbi Bulla,
quæ ita anxiè ædificium exigit, & toties Vrbis ornatum
inculcat, tamen ab inquilino, qui solummodo † ius 21
habet temporale habitationis, nullum expostulat ædifi-
cium, & ei etiam si ædificaturus non sit, concedit præ-
lationem, in quo certè nulla alia ratio † discriminis as- 22
signari potest, cur scilicet Bulla expostulet edificium à
vicino, qui ius habet reale, & perpetuum, non au-
tem ab inquilino, nisi quia vicinus & ex propria, & ex
cohærenti domo retrahenda, potest vnam, & ele-
gantiorem construere ædificij faciem in inquilino autem,
† cum non possit ædificare, nisi in domo, quam in- 23
habitat, & prætendit retrahere, Bulla neglexit huius-
modi ædificium, & hinc infertur, quod eadem Bulla, nec
etiam curaret † ædificium faciendum à vicino, si solum 24
in do-

in domo retrahenda illud esset futurum, io statutis au-
25 tem, & constitutionibus artendi debet nedum † quod
ex litteræ cortice desumitur, sed etiam quod virtualiter
ex verbis, vel ratiocinatione ab expressis deducta in-
ferri potest, Bart. *in l. si fideiussor §. meminisse ff. de-
legat.* 1. Crauet. *consil.* 149. *numer.* 11. Gabr. *consil.* 15.
num. 35. *lib.* 1. Surd. *cons.* 215. *num.* 26. *cum aliis*. Ratio
autem cur requiratur, vt ædificium inchoandum sit in
propria domo vicini, tota fundata est in æquitate, quæ
26 publicam † vtilitatem priuatis prætulit commodis, &
proinde cum vicinis inchoauit ædificium, quod in publi-
cum ornatum comparatum est, neque illud perfectè
27 potest absoluere, tunc Bulla indulget, † vt alius vi-
cinus cogatur vendere, vel si spontè vendat, debeat
præferre ædificaturum ad ornatum Vrbis, vnde du-
rum esse, & incongruum hoc ius congrui, si is, qui ni-
hil potest ædificare in propria domo, præferatur ex eo
solum, quod in parte retrahenda offerat se ædificatu-
rum, & hoc admissn, sequeretur etiam quod quilibet
extraneus si offerret ædificium ad publicum decus se fa-
cturum, deberet præferri io emptione cuiscumque do-
mus etiam in præiudicium inquilini, quo nihil esset
28 absurdius, & tamen hæc Bulla † cum sit correctoria iu-
ris communis, nempe *l. dudam C. de contrahend. empt.*
non admittit extensionem, vt scribunt Luc. de Pen. *in l.
Curiales C. de prædiis Curial. lib.* 10. vbi hoc ius protimi-
seos nimiæ asperitatis nota arguit, & Dec. *cons.* 222. *num.*
1. Castrens. *cons.* 249. *num.* 1. *lib.* 2. Coro. *cons.* 166. *nu.* 9.
& seqq. lib. 2. Paris. *cons* 82. *nu.* 4. *& seq. lib.* 3. Tiraq. *de
retract. in præfat. n.* 60. Menoch. *cons.* 666. *num.* 3. *& seqq.*
Rendel *de iure protimis. in rub. nu.* 27. Rota coram Reuer.
D. meo Decano *decis.* 2. *num.* 3.

Hæc applicando ad casum præsentem intelligi-
mus in D. Leoncello concurrere quidem primum, &
secundum requisitum, deficere autem tertium, &
quartum.

Tertium deficit, quia ædificium, quod proponit
29 se facturum, est † in vico angusto, & imperuio, ne-
que confert ab publicum Vrbis nitorem, & prospe-
ctum.

Quartum etiam, quia licet in delineatione, siue ty-
po exhibito appareat, quod ipse D. Leoncellus parietes
domus potest extollere fenestras ampliare, & parietum
culmen coronide obducere, attamen, cum vt diximus,
30 hæc Bulla † sit fundata in congruentia quadam, &
epicheia, debet intelligi de ornatu, & decore congruo,
& proportionato, & certè cum illa domus, de qua
agitur, pro sua dignitate æquè ornata sit, decus istud
politicum, videtur potius ad solam pompam, & ad
31 æmulationem propositum, cui † Bullam nullo mo-
do fauere voluisse dicendum est ex traditis per Me-
noch. *de arbitr. iud. casu* 156. *numer.* 3. *& seqq.* Ce-
phal. *de seruit. vrban. prædiorum cap.* 39. Hond. *cons.*
80. *numer.* 7. *lib.* 1. Bursatt. *cons.* 57. *numer.* 14. *& seqq.* &
in terminis retractus Rota *decis.* 475. *num.* 9. *par.* 1. *di-
uers.* & alijs in causis relatis per Modero. Rom. *discept.
foren. cap.* 754. *numer.* 32. *& seqq* suspicioque æmulatio-
nis inde deducitur, quod hæc domus non ita latum ha-
32 bet situm, † vt tam elegantem, ac sumptuosum admit-
tat ornatum, sique ornamentum propositum perficere-
tur, plus esset in impensa, quàm in fructu, vnde emer-
git animus æmulandi ad *leg. qui fluminibus §. fin. ff. de ser-
uit. vrban. prædiorum*, Alexand. *cons.* 174. *num.* 4. *ad fin.
lib.* 2 Cephal *cons.* 130. *num.* 15. Bursart. *d. cons.* 57. *num.*
17. Honded. *d. cons.* 80. *num.* 8. *& dicti* Modern. Roman.
discept. foren. prealleg. cap. 745. *num.* 39. Et bulla dum lo-
33 quitur de ædificio † faciendo ad publicum ornatum, de-
bet intelligi de ædificio, & ornatu congruo, & portiona-
to pro qualitate domus, non autem de quacumque immo-
derata, aut captiosa ædificatione, quam prohibuit *I. C.
in l. ex damni ff. de damn. infect. & in l.* 1. *C. de ædific. pri-
34 uat.* vbi huiusmodi non consentanea † ædificandi luxu-
ria damnatur, & Gratianus in *can. pulchra* 86. *dist.* Luc.
de Peo. *in l.* 2. *num.* 10. *C. de prædijs, & omnibus, &c. lib.*
11. *& notab.* Brison. *select. antiquit. lib.* 1. *c.* 1. & benè con-
fert doctrina Alciat. *in l. ædificia §. perfecisse ff. de verb.
signif.* alioquin daretur processus in infinitum, cum nul-
35 lum in Vrbe † palatium adeo eleganter constructum sit,
quin eius ornatus ab operoso ingenio, & industria animo-
si architecti, vt inquit Imperator in *l. ia bis ad fi. C. de præ-
dijs, & omnibus rebus nauicul. lib.* 11. augeri possit.

Sed esto citra veri præiudicium, quod domus, quam
D. Leoncellus vellet retrahere, admitteret nouum opus,
certum est quod ipse in mansiunculis, & taberna, quam
subtus habet, nihil prorsus potest addere, & † totum ædi- 36
ficium fieret in domo rertahenda, quod non sufficit, vt ita
ostensum fuit.

Quo verò ad consortium, in quo, & modo per me-
moriale insistebat D. Leoncellus, neque illud Domini
putarunt suffragari, nec ratione muri communis, † qui 37
non inducit consortium, ad hunc effectum respectu do-
mus, vt in decisionibus iam fuit firmatum, & præcisè in
his terminis vltra allegatos in alijs decisionibus resoluit
Raudens. *variar. resol. cap.* 13. *num.* 6. *& seqq.* Nec ratio-
ne cessionis Isabellæ, & legitimæ eidem debitæ, quo-
niam hæc domus nec paterna fuit Isabellæ, sed prouenit
ex donatione patrui cum pacto, vt solum spectaret ad
masculos, vt io instrumento, sub die 22. Nouembr.
1594. per acta Buratti, & quatenus fuisset paterna, nul-
lum ius Isabellæ competeret extantibus fratribus, † se- 38
cundum dispositionem statuti Vrbis, cum enim
prædicti fratres nedum fuerint parati dotare Isabellam, sed
verè iam io quantitate dotauerint, bona effecta fuerunt
libera eorundem fratrum, sororique solum competebat
actio ad dotem pro adimplemento modi, vt per Gabr. *cons.*
5. *n.* 10 *lib.* 1. *in prin. & cons.* 139 *n.* 1. *& seqq. lib.* 2. vbi re-
fert dictum consilium quintum à Rota fuisse approbatum,
nempe coram Cotta *dec.* 338. & plenius coram bon. mem.
Card. Bianchetto *dec.* 540. *par.* 1. *diuers.*

Neque ex subsequutis desumi potest Isabellam fuisse
consortem in dominio istius domus, quia si apprehendit
possessionem, id factum est non iure condominij, quia
nullum dominium habebat, sed solum ob quandam hypo-
thecam pro annua pensione scut. 100 ex locationibus istius
domus percipienda, & apprehensio possessionis facta est
in vim clausulæ constituti appositæ io instrumento assi-
gnationis dictæ annuæ pensionis, quæ † clausula consti- 39
tuti tribuebat facultatem capiendi possessionem propria
auctoritate, Bart. *in repet. leg. creditores num.* 18. *&* 19.
C. de pign. Rota *in Reatina iuris redimendi, decimaseptima
Martii* 1624 *coram me*.

Et ita discusso diligenter articulo, per omnes Domi-
nos conclusum fuit standum esse in decisis etiam quoad vi-
cinitatem, &c.

* Sunt supra decis. 244. & 303. Et infra adest alia sub
die 17. Maij 1630. coram eodem R. P. D. Merlino est
decilo 378.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO

Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ.

Die Mercurij 23. Ianuarii 1630.

A R G V M E N T M.

Fideicommissario agenti ad immissionem
bonorum fideicommisso subiectorum,
quid obstet, & quando eidem non pos-
sit denegari immissio. Clausula, sine
præiudicio vtriusque partis, in decreto
apposita, cuius sit conditionis, & vir-
tutis.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommissario agenti ad immissionem, semper ob-
stat exceptio detractionum, quæ prius sunt fa-
ciendæ, ne ipse capiat quod à testatore vinculari
non potuit, & num.* 2.

3 *Fideicommissario non potest denegari immissio ra-
tione detractionum, quando non adest legitimus
contradictor.*

4 *Filius est legitimus contradictor ad impediendam im-
missionem fideicommissario, donec sequatur liquida-
tio legitimæ.*

5 *In fideicommissarium transeunt omnia iura actiuè,
& passiuè.*

6 *Vsusfructus in causam legitimæ potest relinqui filio.*

7 *Fideicommissario non potest impediri immissio per non entem.*

8 *Sententia probat factum, ita se habere, & potest allegari etiam contra tertium.*

9 *Filius ratione suæ legitimæ, est legitimus contradictor.*

10 *Vsufructuario mortuo cessat vsusfructus, & naturalis possessio cum ciuili remanet consolidata.*

11 *Iustè possidet, qui auctore Prætore possidet.*

12 *Clausula sine præiudicio iurium vtriusque partis est conditionalis, & n. 13.*

14 *Possessio capta cum clausula sine præiudicio iurium, &c. si non appareat aliam non habere potiora iura, non est reuocanda.*

15 *Possidens, cum clausula sine præiudicio iurium non potest se fundare in ea possessione, quia perinde est, ac non possideret propter iura reseruata.*

16 *Clausula, sine præiudicio, intelligitur de alio præiudicio, quàm expresso*

17 *Verba per modum prouisionis in decreto præmissa non tribuunt ius irreuocabile.*

18 *Hæredi venienti ex persona propria non nocet illud, quod cum suis antecessoribus fuit factum.*

19 *Substitutus hæres subrogatur in locum hæredis nedum respectu iurium, sed etiam instantiæ.*

20 *Possessio spatio decem annorum solet haberi pro derelicta.*

DECISIO CCCXL.

CENSVERVNT Domini Reuerendiss. D. Francisco dandam esse immissionem in possessionem bonorum Angelæ vigore primogenituræ ab ea institutæ, quia probat omnia necessaria ad illius effectum, nempe fideicommissum extare, casum euenisse ad eius fauorem, quia superstes est ex primogenitis vocatis, habilis, & bona petita fuisse in bonis Angelæ fideicommittentis, quibus concurrentibus immissio non est deneganda in iudicio adipiscendæ, prout iam dictum, & comprobatum fuit in dec. 10. Dec. 1625 in hac causa facta.

1 Non obstat, quod agenti ad immissionem † ex fidei-
commisso semper obstet exceptio detractionum, quæ
prius sunt faciendæ, ne fideicommissarius capiat quod
a testatore vinculari non potuit, & sic incertum, & illi-
2 quidum ante detractiones, quod † de iure exequibile non
est Decian *cons.* 85. *num.* 1. *lib.* 2. Rimin. Iun. *cons.* 91. *nu.*
25. *lib.* 1 Surd *consil.* 423 *in fin. lib* 3. Rota *in Forolinien.*
fideicommissi nona Maij 1611. *coram Illustriss. Cardin.*
Pamphilio, vt propterea donec non sit liquidata legitima
Iulij senioris non sit agendum de immissione.

Quia cum fideicommissarius hodie agat contra D. Iu-
lium, qui non est hæres Angelæ, nec titulum habeat,
nec possideat, meritò tanquam non legitimus contradi-
3 ctor † non potest impedire immissionem petitam per fidei-
commissarium etiam quòd se opponat pro supplemento
legitimæ, vel pro tota consequenda Bart. *in l.* 2. *nu*... *C.*
quand. & quib. quart. pars deb. lib. 10. Menoch. *de adipisc.*
remed. 4 *num.* 643. Gabr. *de legit. conclus.* 4. *numer.* 4.
Grass. *in §. legitima quæst.* 16. cum alijs allegatis in pri-
ma decisione causæ, quibus accedunt, Ruin. *cons.* 51. *nu.*
6 *lib.* 4. Curt. Iun *cons.* 21. *num.* 10. *& alij allegati per*
Modern *de legitimo contr. qu.* 13. *art.* 1. *num.* 9 *& alios de*
legitima lib. 5. *tit.* 3. *quæst.* 11. *nu.* 15. quæ verò allegantur
in contrarium benè procedunt, quando filius est hæres,
& possidet, & excipit contra fideicommissarium non au-
tem quando prædictis caret, & agit ad excludendum hæ-
redem fideicommissarium, nec ad euitandum Bart. do-
ctrinam videtur referre, quod primogenitus & seu fidei-
commissarius agens pro immissione non sit hæres scriptus,
sicuti erat Ioannes, vt propterea reus conuentus habens
4 † causam à filio, cui debetur legitima, semper sit legi-
timus contradictor ad impediendam immissionem, do-
nec sequatur liquidatio, Rot. *decis.* 266. *num.* 3. *coram*
Papa Greg. XV Decian. *cons.* 85. *num.* 2. *vol* 2. Surd *cons.*
423. *num.* 43. Cum alijs allegatis: quia prædictis hanc di-
stinctionem non faciunt, sed loquuntur in hærede graua-
to, qui non tenetur nec verbo, nec re facere restitutionem
ante detractiones, & fideicommissarius, cui non est facta
restitutio re, vel saltem verbo non possit agere ad immis-
sionem, sed Iulius senior non grauatus, cum non fuerit hæ-
res, vt infra subijcietur, sed Ioannes, ideo Reuer. D. Fran-
ciscus in quem ratione verbalis restitutionis factæ Ioanni
primo fideicommissario, & litis contestatæ † transierunt 5
iura fideicommissaria actiua, & passiua, agit ad immissio-
nem, cum non egeat verbali restitutione D. Iulij, in quem
iura fideicommissaria non transierunt, Surd. *cons.* 92. *n.* 10.
& 359. *nu.* 46 *& seqq*

Tota igitur difficultas restringitur ad qualitates, nempè an Iulius senior fuerit hæres Angelæ matris suæ; secundò an adhuc titulus ex legitima subsistat; tertiò & vltimo, an D. Iulius iunior iustè possideat bona, quæ nunc prætenduntur subiacere peti immissioni.

Quantum ad primam, clarum est, quòd ex filijs Angelæ Ioannes fuit hæres in proprietate, Iulius verò, & Vincentius in vsufructu, qui testamentum matris acceptarunt, & possessionem bonorum vsufructui suppositorum cœperunt, vt firmatum fuit 15. Maij 1618. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo.

Quo verò ad secundam respectu tituli legitimæ, ho-
die penitus cessat, quia per consumptionem illius ex for-
mali vsufructu per Angelam Vincentio, & Iulio relicto,
& † qui in causam legitimæ potuerit relinqui, iam fuit fir- 6
matum coram bon. mem. *Patriarcha Manzanedo* 11. *Mar-*
tij 1618. *& prius* coram Card Seraphino *decis.* 1365. *num.*
7. & coram san. mem Greg. XV. *decis.* 186. tanquam de
non ente D. Iulius ad impediendam immissionem † 7
se iuuare non potest, *l. eius, qui in Prouincia, ff.*
si cert. petat. Bald. *in l. non omnium numer.* 1. *in*
fine, Cod. de testament. cum aliis per Surd. *decision.*
317. *num.* 6.

Neque dubitari potest de perfecta consumptione per vsumfructum sequuta, ex quo Angela decessit de anno 1573 Vincentius verò, & Iulius perceperunt vsumfructuum respectiuè ex medietate bonorum hæreditariorum, & Iulius obijt de anno 1600. & sic per 27. annos possedit: vnde iuris præsumptione intrat satisfactio, & consumptio, cum fructus in 20. annis soleant æquare sortem, & sic non tertiam aut mediam habuissent portionem hæreditariæ substantiæ, sed integram præterea quod est magis huiusmodi liquidatio facta reperitur in sententia Patriarchæ Manzanedi, declarando legitimam Iulii ascendere ad sextam partem hæreditatis, videlicet in pecunia scuta 8161. & stabilia non probantur excedere scuta 3500. & sic scuta 11661. & de vsufructo fuisse percepta scuta 31725. quæ superabundant metam legitimæ.

Et responsio, quæ datur ad euitandam hanc iudicia-
lem liquidationem non tollit obiectum, nam, & si in ea-
dem sententia legatur clausula, ibi, & hæc omnia sine
præiudiciu iurium, & prætensionum quas habent contra
se vicissim Ioannes, & Iulius, quasi liquidatio non fue-
rit determinata, sed supposita pro terminandis quæstio-
nibus inter Lucium ex vna, & Io. & Iulium ex altera:
attamen sententia semper probat factum, ita se habere
circa sextam, & valorem, & liquidationem percepto-
rum ex vsufructu, † quod cum possit allegari contra ter- 8
tium, Couar. *pract. q. cap.* 20. *in fine*, Crau. *cons.* 54. *nu.*
11. Surd. *cons.* 537. *num.* 18. Rota *decis.* 302. *cum ibi adden.*
num. 10. *coram Papa Greg XV* multo magis contra in eo-
dem actu liquidationis præsentes poterit opponi, prout
fuerunt Iulius, & Ioannes.

Superest vltima difficultas, an D. Iulius siuè ex
sua, siue ex Clementis patris, aut Iulij senioris per-
sona iustè possideat, vt inde firmari possit nos versa-
ri in limitatione doctrinæ, Bart. *in ead. l.* 2. *quando,*
& quibus quarta pars lib. 10. scilicet iustè † possiden- 9
tem esse legitimum contradictorem Menoch. *de adi-*
pisc remed. 4. *num.* 643. Zuchard. *in l. finali nu.* 430. *C. de*
edict. Diu. Adr. toll. Rota *in impressis apud* Modern. *de*
legitima decis. 6. *num* 4.

De possessione igitur Iulij senioris, si D. Iulius iunior in ea se fundat, visum fuit non esse habendam rationem dum ille nunquam possedit bona materna, nisi vti vsufru-

ctuarius

ctuarins vnà cum Vincentin fratre, hæredes verò proprietarij instituti fuerunt filij respectiuè primogenit
10 prædicti Vincentij, vnde statim Iulio seniore mortuo † cessauit vsusfructus, & naturalis possessio cum ciuili remaosit consolidata, § *primo instit. quib. mod. vsusfr. fin.* Menoch. *cons.* 139. *num.* 15. Honded. *cons.* 18. *num.* 73. *lib.* 2. Eug. *cons.* 65. *num.* 5.

Rectius ergo potest se fundare in possessionem Clementis filij Iulij, & patris ipsius D. Iulij iunioris, quæ cum auctore prætore per Thesautarium generalem Cameræ
11 Apostolicæ inter partes Iudicem data fuerit, iustam † potuit præbere causam possidendi, *l. instè possidet. ff. de acquirend. possess.* Mohed. *decis.* 4. *de restitut. spol.* ceterum quia non simpliciter fuit per Thesautarium concessum mandatum de immittendo Clementi in quarta parte bonorum maternorum, sed cum clausula præseruatina sine præiudicio iurium vtriusque partis, tàm in petitorio, quàm in possessorio, neque ex ista possessione potest D. Iulius iouari ad probandum iustum titulum, & constituendum, se legitimum contradictorem,
12 † cum illa remaneat conditionalis, & operetur, vt immissus non habeatur pro possessore ad præiudicium hæredis de iure suo probantis, Put. *decis.* 32. *lib.* 2. Surd. *decis.* 333. *num.* 10. Peregr. *de fideicom. art.* 47. *num.* 29. & *art.* 48. *n.* 36. Rot. *dec.* 320. *par.* 1. *diuers.* & *in Maceraten. hæreditatis* 13. *Iunij* 1588. *coram Card. Pamphilio seniore*, & per hanc rationem danti de præiudicio suo contra tali-
13 ter immissum † non impediri viam executiuam tenuit Rot. *in Taruisina feudi* 21. *Aprilis* 1627. *coram Illustriss. Card. Virile.*

Non obstat, quòd reseruatio non sit conditionalis,
14 & suspensiua, sed resolutiua, † quæ interim dum non probatur alium habere potiora iura non sit reuocanda, Peregr. *art.* 47. *num.* 29. Honded. *cons.* 86. *n.* 44. *lib.* 2. Seraph. *decis.* 877. *num.* 2. & *decis.* 446. *n.* 3. *coram Card. Caualerio.*

Quia, & si interim non reuocetur, attamen quia de-
15 terminatè non fuit quæsita possessio possidenti cum tali præseruatione per *l. qui absenti*, §. *primo*, *ff. de acquir. possess.* Put. *d. decis.* 32. non potest possidens releuari, & fundare se in possessione, sed concedere debet ac si non esset possidens propter iura præseruata tàm in possessorio, quàm in petitorio.
16 Et eo minus releuat, † quòd clausula præseruet non expressa in mandato quæ plura poterant considerari, & concurrere, non autem iura legitimæ expressa, iuxta *cons.* Oldrad. 330. *in fine cum aliis per* Honded *cons.* 86. *nu.* 47. *lib.* 2.

Quia decisio prima huius causæ respondit, quòd clausula non est consecutiua ad decretum; sed illud præcedit, ibi, ex tunc D. sine præiudicio &c. decreuit itaut non possint separari præiudicia assignationis à præiudicis liquidationis, maximè quia præmittuntur verba per modum pro-
17 uisionis † quæ non tribuunt ius irreuocabile, sed pro tempore, quo non reuocatur decretum, Reb. *de sent. prouis. in præfat. num.* 35.

Nec vim facit, quod clausula apposita fuerit fauore Io-
18 annis non autem Reuerendiss. Francisci, † cui propterea vti ex persona propria venienti deseruire non debet, Pereg. *de fideicomm. art.* 23 *num.* 77. & 78. quia hæc præseruatio tanquam facta fauore hæredis lite pendente, & super iure ad alios transitorio respectu grauaminis semper prodest
19 substitutis † qui subrogantur in locum hæredis, nedum respectu iurium sed etiam instantiæ, Pereg *art.* 20. *nu.* 10. & 53. *nu.* 25.

Demum non obstat, quod D. Iulius possideat bona, de quibus agitur, nedum ex vi mandati de immittendo Clementi eius patri concesso, sed ex consensu postea diuisioni præstito, dum per peritos fuerunt factæ quatuor partes, quarum vna fuit assignata Clementi pro sua legitima, quo casu dicebatur fuisse recessum à prædicta reseruatione, maximè spatio 15. annorum, quo Iulius possidet,
20 cum minori † tempore scilicet decem annorum possessio soleat haberi pro derelicta, Put. *dec.* 21. & 28. *vt lit. pend.* Menoc *post alios præsum.* 66. *n.* 4. *lib.* 6.

Quia quoad lapsum decem annorum semper fuit contradicta hæc possessio, & quoad recessum à præseruatione decisio prima causæ respondet, quod cum diuisiones factæ fuerint in executionem decreti Thesaurarij non plus præiudicij inferre possunt, quàm quod in ipso decreto contineatur, ne sequatur actus contrarius acceptationis, & renunciationis in eadem executione.

Quare cum D. Iulius neque sit hæres, neque titulum habeat ex legitima tanquam consumpta, nec possideat ex persona Iulij aui, nec Clementis patris, aut ex propria, meritò dici non potest legitimus contradictor ad impediendam fideicommissarij immissionem.

Et ita &c.

Infra in eadem causa adest alia decisio sub die 17. Maij 1630 coram eodem, est in ordine 376.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Pistorien. Archidiaconatus.

Die Lunæ 28. Ianuarij 1630.

A R G V M E N T V M.

Instrumentum, quibus concurrentibus dicitur authenticum. Instrumentum antiquum supra centum annos non eget alia recognitione, & qualiter ista antiquitas probetur.

S V M M A R I V M.

1 *Instrumentum dicitur authenticum, quando continet diem, mensem, annum, testes, clausulam, actum, & alia necessaria.*

2 *Notarius, ex quibus verbis appareat leuasse sumptam à suo generali, iam perfecto, & publicato.*

3 *Instrumentum antiquum supra centum annos non eget alia recognitione.*

4 *Ad scripturæ antiquitatem recognoscendam Rota contentatur oculari inspectione.*

5 *Adminicula sola sufficiunt, vt scripturæ fides sit præstanda ad effectum sufficientis recognitionis.*

6 *Loci originis enunciatiua non tollit quia aliquis potuerit ciuilitatem in alia ciuitate contrahere.*

7 *Laicorum statuta non possunt aliquid contra ecclesiasticos ex defectu iurisdictionis.*

DECISIO CCCXLI.

CENSVERVNT Domini standum esse in iam resolutis 15. Ianuarij 1629. quia hæsitatio, quæ erat apud aliquos ex Dominis super existentia donationis, ad quam tota causa hodie restringebatur, per productionem instrumentis authentici cessat, nam scriptura † hu- 1
ius donationis continet diem, mensem, annum, testes, clausulam, actum, & alia, quæ desiderantur per *glos. in l. generali, C. de tabel. l.* 10. Spec. *de instr. edit. in prin.* Abb. *in cap.* 1. *num.* 3. & *ibid.* Imol. *num.* 2. Fel. *num.* 2. *de fid. instr.* Bart. *in l. si quis ex argentarijs* §. *si initum*, *num.* 61. *ff. de eden.* nec dubitari potest de rogitu, seu publicatione inter partes: quia subscriptio eiusdem Notarij dicit Nerus Honuphrij de Prato testatur sic, vt præmittitur, & hoc præsens publicum instrumentum manu alterius scriptum confeci, & io hanc publicam formam reduxi, signoque & nomine meis solitis signaui, ex quibus verbis patet leuasse hoc † secundum à sua matrice 2
iam perfectum, & publicatum, & quodlibet leuatum dicitur originale, Bart. *in auth. si quis in aliquo*, *numer.* 3. *C. de edea. vbi* Dec. *num.* 15. Couar. *pract. quæst. cap.* 19. *num.* 3. Caputaq. *decis.* 170. *par.* 1. & 351. *par.* 2. Rot. *decis.* 1. *de fid. instrum. in nou.* & *in Mediol. decimarum* 23. *Ianuarii* 1612. *coram me.*

Non obstat, quod prædictum Instrumentum non fuerit recognitum: quia cum habeat datam de anno 1476. & sic versemur in tempora supra † centum annos, non est 3
de iure necessaria alia recognitio, Put. *decis.* 1. *de fid. instr.* & 146. *lib.* 1. *in correct.* Caputaq. *decis.* 3. *par.* 3. & *decis.* 27. *num.* 2. & 693. *num.* 7. *part.* 2. *recent.* & Rota contentatur

4 tatur † oculari inspectione ad agnoscendam scripturæ antiquitatem, prout in alia *Mediol. decimarum* 27. *Ianuar.* 1617. *coram me* fuit dictum, & hanc pariter oculis Dominorum subieci, dum causa disputabatur, &
5 vlterius concurrunt plura † adminicula ponderata in prima decisione, quæ sola sufficerent, vt scripturæ fides esset præstanda ad effectum sufficientis recognitionis.

Non obstat, quod iste Nntarius sit de terræ, seu oppido Prati, & sic forensis in Ciuitate Pistorien. qui propterea ex statutis eiusdem Ciuitatis prohibetur rogare donationes, & alia instrumenta sub pœna nullitatis.

6 Quia enunciatiua loci originis non tollit † quin idem Notarius potuerit ciuilitatem in alia Ciuitate contrahere, vt in terminis ciuilitatis fuit firmatum in *Romana centum mill.* 28. *Ianuarii* 1628. *coram Illustriss. Card. Virile*, vltra quod statutum Ciuitatis Pistorij defectu potestatis
7 cum sit † laicorum, non potest aliquid determinare contra Ecclesiasticos vt plenissimè firmat Surd. *cons.* 2. *n.* 4. *&* 34. *& cons.* 301. *n.* 12. *& seq.*

Et ita &c.

* Est supra in hac parte decisio 232.

R. P. D. DVNOZETTO.

Anconitana Legitimæ.

Die Lunæ 28. Ianuarii 1630.

ARGVMENTVM.

Pater, si hæredem instituat filium, cum expressione, quod non possit detrahere suam legitimam, modo si filius acceptat testamentum paternum cum omnibus suis qualitatibus, an per hoc videatur renunciasse legitimæ.

SVMMARIVM.

1 *Legitima cum sit debita de iure naturæ, non potest prohiberi.*

2 *Filius in legitima sibi non præiudicat approbando in genere, quid fecit pater.*

3 *Onus impositum super legitima est personale, & sic non egreditur personam.*

4 *Grauamen iniunctum legitimæ reijcitur ab ea, ipso iure ministerio legis.*

5 *Filius nunquam reclamans, nec probibitioni detractionis legitimæ factæ per patrem contradicens, an censeatur illi tacitè renunciasse.*

6 *Prouisio legis, vbi adest tunc non est necessaria prouisio hominis.*

7 *Testamentum acceptasse cum omnibus suis qualitatibus, quando quis dicatur.*

8 *Renunciatio proprij iuris non præsumitur, nisi de necessitate inferatur.*

9 *Filius, vt sibi præiudicet in legitima, non sufficit acceptatio testamenti paterni prohibentis illius detractionem, sed requiritur specifica ipsius legitimæ renunciatio.*

10 *Filius potest grauari in legitima, quando ei plus legitima fuit relictum.*

11 *Pater, quando possit grauare filium in legitima.*

12 *Pater, si hæredem instituat filium prohibendo ei, ne possit detrahere legitimam, & cum præcepto de obseruando inuiolabiliter suam voluntatem sub pœna priuationis hæreditatis.*

An si filius controueniat, censeatur solum in legitima institutus num. 12.

13 *Clausula, omni meliori modo, apposita in testamento includit omnem modum, quo actus melius substineatur.*

14 *Conditio in fraudem legis apposita in totum corruit.*

15 *Testatoris præceptum circa priuationem à tota hæreditate, non æquipollet illi, per quod filius consequitur legitimam.*

16 *Clausula, omni meliori modo, apposita in fine testamenti, nihil plus operatur, quàm sit dispositum*

DECISIO CCCXLII.

DOMINI persistendo in decisis sub die 15. Ianuarij 1629. * iterum responderunt, Comiti Alexandro ex persona Vgonis patris deberi legitimam, & fructus illius in bonis Hieronymi aui non obstante, quod illa fuerit per eundem Hieronymum expresse in testamento prohibita, & quod Vgo filius hæreditatem illius simpliciter adiuerit, moti eo præcipuo fundamento, quia legitima vti
debita † de iure naturæ non potuit per Hieronymum pro- 1
hiberi, nec aditio hæreditatis simpliciter facta ab Vgone
impedit, quo minus † ipse potuerit ius illam petendi in 2
Alexandrum hæredem transmittere ex doct. Berret. Merlin. & Peregrin. *in alia decis. citat. & post conclusio passim recepta* à Rota, vt apud Gregor. XV. *decis.* 489. *num.* 21. *& inter recent. decis.* 200. *num.* 4. *&* 5. *decis.* 449 *numer.* 3. *&* 4. *decis.* 606. *num.* 4. 5. *&* 6. *decis.* 653. *num.* 9 *par.* 1. *& alia sæpè.*

Non obstat, quod licet ius petendi legitimam fuerit transmissum in Alexandrum hæredem, non tamen censetur in eum translatum ius remouendi onus super dicta
legitima impositum, † cum illud sit personale, nec egre- 3
diatur personam Vgonis, ex relat. per Surd. *cons.* 570. *nu.* 4. *vol.* 4. Socc. Sen. *cons.* 116. *num.* 19. *vers. vnde stat.* Rolan. *cons.* 98. *num.* 29. *vers. vlterius lib.* 2. Gratian. *discept. forens. c.* 983. *num.* 11. *& seqq.* cum alijs allegatis.

Nam vltra, quod pro contraria opinione scripserunt Suar. *in l. quoniam in prioribus ampliat.* 10. *num.* 1. *vsque ad* 9. *C. de inoff. test. idem* Gratian. *discept. forens. cap.* 594. *num* 11. *vsque ad* 18. Cyriac. *de controuer. forens. controuers.* 148. *num.* 27. 28. *&* 29. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *qq.* 17. *num.* 8. *vsque ad* 10.

Cessare visa fuit omnis difficultas, quia † cum gra- 4
uamen iniunctum legitimæ reijciatur ab ea ipso iure ministerio legis, vt in alia decisione firmatum fuit, vtique dicendum est, illam liberè absque vllo onere fuisse per Vgonem in Alexandrum hæredem transmissam, Rolan. *cons.* 78. *nu.* 5. *&* 6. *lib.* 1. Cyriac. *d. controuers.* 148 *nu.* 29. *& controuers.* 184. *num.* 71. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *num* 10.

Minus obstat, quod Vgo viuens nunquam reclamauerit, neque prohibitioni detractionis legitimæ factæ per
patrem contradixerit, † & propterea censeatur ille taci- 5
tè acquieuisse, ita & taliter, quod nec etiam Alexander eius filius, & hæres nunc possit contradicere, Soccin. Sen. *dict. cons.* 116. *numer.* 19. *vers. vnde stat.* Anch. *cons.* 440. *num.* 5. *vers. non obstat.* Rolan. *d. cons.* 98. *num.* 29. *vers. vlterius lib.* 2. Quia patet respon-
sio ex supradictis, nam cum onus iniunctum legitimæ † 6
reijciatur ab ea ministerio legis, non erat opus, quod Vgo contradixisset, quia lex ipsa propter eo prouiderat, Suar. *in d. l. quoniam in prioribus ampliat.* 10. *num.* . . . . *par.* 4. *& num.* 8. *vers. ex prædict. C. de inoff. test.* Bursatt. *cons.* 245. *num.* 19. *vers. respondetur lib.* 3. Vasq. *de success. creat. lib.* 1. §. 10. *in repet. l. quoniam ampliat.* 22. *num.* 254. Gomes. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 11. *de success. cont. test. num.* 25. *vers. item etiam extendo.*

Neque pariter obstat, quod Vgo vltra aditionem hæreditatis Hieronymi eius patris expressè acceptauerit illius testamentum, præcipuè in ea parte, in qua fuit prohibita legitima. Quod informantes pro Comite Ioanne deduci prætendebant ex quodam instrumento dato in eius summ. num. 1. in quo ipse Vgo transigendo cum Cæsare eius fratre acceptauit renunciationem legitimæ ab eo factam ad sui fauorem in executionem paterni testamenti, ac cum explicita relatione ad illud in omnibus, & per omnia, per quam censetur ipsum testamentum expressè approbasse cum omnibus † qualitatibus, & oneribus, & consequenter cum illa prohibitione legitimè, *l. Titia*, §. *fin. ff. de verb. oblig.* Peregr. *de fideicom. art.* 36. *numer.* 89. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 9. *num.* 38.

Fuit

Fuit enim responsum, quòd licèt Vgo acceptauerit di-
ctam renunciationem legitimę factam ad sui fauorem, non
8 inde sequitur, quod propriæ legitimæ renunciauerit, †
cum reounciatio proprij iuris noo præsumatur nisi ea de
necessitate inferatur, Aoch. *cons.* 106. Aym. *cons.* 257. *nu.*
4. *vers.* 8. *si dicemus*, Decian. *cons.* 54. *num.* 74. *&* 76. *lib.* 1.
Menoch *cons.* 319. *num.* 12.
9 Maximè, quia ad hoc vt filius † sibi præiudicet in legi-
tima, non sufficit acceptatio testameoti paterni prohiben-
tis detractionem illius, sed requiritur explicita, & indiui-
dua ipsius legitimæ renunciatio, *l. si quando*, §. *& genera-
liter vbi* Ias. *n.* 4. *&* 5. *C. de inoff. test.* Anch. *cons.* 152. *nu.* 8.
vers. legitimam vera debitam. Alex. *cons.* 89. *num.* 14. *vol.* 5.
Gabr. *cons.* 237. *nu.* 45. *vol.* 1. Pereg. *de fideicom. art.* 36. *nu.*
87. *vers. sed contra*. Maot. *de coniect. vlt. vol. lib.* 10. *tit.*
2. *nu.* 19. Rota *d. decis.* 206. *n.* 6. *decis.* 449. *nu.* 4. *vers. maxi-
mè*, *decis.* 479. *n.* 8. *circa fin. vers. nec ex agnitione decis.* 653.
nu. 1. *par.* 1. *recent.* Gregor. XV. *d. decis.* 489. *nu.* 21. *vbi* Ad-
den. *nu.* 27. *& decis.* 539. *num.* 11. *& in Foroliuien. fideicom.*
9. *Maij* 1612. *coram Illustriss. D. Card. Pamphil.*

Denique non obstat, quod Vgo cum fuerit institutus in
maiori parte, quam importat legitima, scilicet in primo-
genitura, & in tota hæreditate præsumatur satisfactus de
10 fructibus, † quos ipse ex hæreditate, & primogenitura
percepit, & sic Alexaoder agens ex persona Vgoois tenea-
tur illos restituere, vel in legitimam computare iuxta do-
ctr. Cuman. *in l. cohæredi*, §. *cum filio*, *ff. de vulg. & pu-
pill.* Peregr. *cons.* 66. *num.* 3. *lib.* 4. Surd *decis.* 21. *numer.* 20.
Bellon. Iun. *cons.* 65. *nu.* 40. *&* 41. *&* 50. *vers. neque obstat*.
Quia placuit DD. responsio data in decisione, nimirum
prædictam conclusionem procedere, si testator grauando
11 filium in legitima hoc addidisset, † quod ipse recusans gra-
uamen acceptare, censeatur io sola legitima institutus,
iuxta cautel. tradit per Soccin. Iun. *cons.* 122. *num.* 8. *lib.* 1.
quem refert & sequitur Peregr. *de fideicom. art.* 36. *numer.*
62. *cum alijs in decis. citat.*

Nec reuelat replicatio, quòd Hieronymus mandauerit
suam voluntatem inuiolabiliter obseruari sub pœna pri-
uationis *a* tota hæreditate, quod quidem præceptum vide-
tur æquipollere prædictæ cautelæ relatæ per Soccin. & pe-
12 rinde operari, † ac si per eum fuisset dispositum, vt filius
in casu contrauentionis censeatur solum in legitima insti-
tutus, Bellon. Ion. *d. cons.* 65. *nu.* 46. Mantic. *de coniect. vlt.
vol. lib* 7. *tit.* 8. *nu.* 5. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsump.*
196. *nu.* 20. *& seqq.* Maximè stante clausula (omoi melio-
13 ri modo) apposita in testamento, quæ includit omnem
modum, quo actus melius sustineatur Cuman. *cons.* 52. *n.*
3. *vers. & hæc omnia*, Curt. Iun. *cons.* 120 *sub nu.* 16. *vers.
quod maximè* Ceph. *cons.* 153. *num.* 92.

Nam responderuot DD. prædictas dispositiones ob illa-
rum diuersitatem noo posse vnam alteri æquipollere:
Aliud siquidem est, quod filius in casu contradictionis re-
maneat solum institutos io legitima; Aliud verò, quod
remanet priuatus ab omni commodo hæreditatis, nam
primo casu filius, ex quo consequitur legitimam, potest
incurrere priuationem reliquatus supra legitimam. In se-
cundo verò casu, ex quo filius remanet priuatus legiti-
14 ma, præceptum priuationis † à tota hæreditate tanquam
factum in fraudem legis in totum corruit ad tex. *in l.
scimus*, *ff. ad l. Falcid.* & propterea præceptum priuatio-
15 nis à tota hæreditate non æquipollet alteri, † per quod
filius consequitur legitimam, prout expresse tenuerunt
Ciriac. *d. controuers.* 148. *numer.* 10. *vers. dico aliud es-
se*, *cum seq.* Cucch. *de legit. quæst. legit. nullum gra-
uamen admittit*, *num.* 29. *vers. si vero sit relicta* Mer-
lin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 8. *numer.* 9. *& seq.* Ro-
ta *d. decis.* 206. *num.* 4. *vers. non tamen anus*, *& decis.*
653. *num.* 13. *par.* 1. *recent.* Adden. ad Gregor. XV. *d.
decis.* 489. *num.* 27. *circa fin. vers. non tamen*.

Nec ad effectum prædictum quidquam operatur clau-
sula (omni meliori modo) quia non fuit apposita dispositio-
16 ni prohibitiuæ legitimæ, sed io fine testamenti, † & sic ni-
hil plus operatur, quàm sit dispositum in ipso testameoto,
Rimin. Sen. *cons.* 438. *num.* 23. *cum seq. lib.* 3. Bero. *cons.*
118. *nu.* 29. *vers. sed in casu nostro lib.* 2. Curt. Iun. *cons.* 169.
sub n. 7. *vers. respondet lib.* 1. Rot. *in Reatina hæredit.* 3.
Maij 1600. *coram Iusto.*

Reliqua verò deducta per informantes pro Comite Io-
anne circa consumptionem prædictæ legitimæ ob alieoa-
tionem quorumdam censuum hæreditariorum dixerunt
DD. respicere particulare dubium liquidationis in alia
decisione reseruatum.

Et ita vtraque &c.

* Habes infra in Additione hanc decisionem.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Officij.

Die Veneris 1. *Februarij* 1630.

ARGVMENTVM.

Creditor, per consensum præstitum venditioni rei sibi hypothecatæ, sibi præiudicat, ita vt hypothecam remittere censeatur, & quando hoc non procedat. Contrahens, quando non dicatur deceptus. Creditores anteriores sunt præferendi posterioribus.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecam habens super aliqua re, si consentiat illius alienationi, d. hypothecam censetur remittere.*

2 *Vendens rem sub falsa assertione, quod sua est, tenetur ad restitutionem pretij.*

3 *Creditor consentiens alienationi rei sibi hypothecatæ, cum reseruatione iurium sibi competentium, ista reseruatione nedum excludit remissionem, sed etiam operatur priorum iurium, & obligationum repetitionum.*

4 *Contrahens non potest dici deceptus, si de tempore contractus non ignorauit statum rei.*

5 *Promittens de facto, & dato suo tantum, factum alterius excludere videtur.*

6 *Locupletari, quis non debet cum aliena iactura.*

7 *Iurium æquitas cessare debet, cessante causa.*

8 *Posterior creditor non præfertur anteriori, ne prior suo credito defraudetur.*

9 *Creditor posterior non potest auocare pecunias, quas prior creditor de consensu debitoris exegit.*

DECISIO CCCXLIII.

PLACVIT Dominis decisio huius causæ coram me
die 22. Iuoij præteriti emanata, * in qua dictum fuit
sententiam Rotalem Butij absolutoriam esse confirman-
dam, quia constabat ipsum vti procuratorem irreuocabi-
lem Erasti bona fide vendidisse Adamo sextam partem of-
ficij Notariatus Capitolini, & huiusmodi venditioni non
aduersari enunciatiuam instrumenti quòd medietas
dicti officij spectaret ad eundem Butium, cum hu-
iusmodi assertio verificetur non solum ratione domi-
nij hypothecæ super eodem officio sibi expressè reserua-
tæ, sed etiam respectu mandati procuræ irreuocabilis Era-
sti, qui Butio dedit facultatem disponendi de officio pro
rata sui crediti.

Neque visum fuit obstare quod per consensum præsti-
tum † venditioni dicti officij factę per Catuccium ad fauo- 1
rem Erasti, ipse Butius præiudicando sibi in dicta hypo-
theca, illam censeatur remisisse, *l. quidam ex parte*, *ff.
de euict. l. fi. vbi* Doct. *C. de remiss. pig.* Rota apud Greg.
XV. *san. mem. decis.* 227. *num.* 15. *& decis.* 269 *num.* 1. ac
proindè cessante veritate assertionis, quod medietas of-
ficij spectaret ad Butium, quæ dedit † causam contractui 2
videatur Adamo competere actionem aduersus eundem
pro repetione pretij, Surd. *decis.* 253. *numer.* 10. fuit enim
responsum, quod Butius huiusmodi consensum limita-
tè præstitit cum reseruatione iurium ipsi competentium
ratione prioritatis, & potioritatis, quæ † reseruatio non 3
modo excludit remissionem, sed etiam quoad ipsum re-
seruantem operatur priorum iurium, & obligationum re-
petitio.

petitionem, *l. 3. & ibi* Bart. *& l. si prior. in princ. ff qui pot. pign. hab.* Rip. *in l. priuilegia sub num. 46. vers. nisi in obligatione, ff. de priuil. credit.* Negusant. *de pign. membr. 2. par. 5. num. 13 & membr. 3. par. 6 num. 7.* Rota apud Pacific. *de salu. interd. decis. 293. num. 7.*

Minus obstat quòd Butius, qui contrahendo cum dicto Adamo promisit de dato & facto suo teneatur ad pretij restitutionē ex eo quod dum erat Dominus medietatis officij consensit alienationi factæ per Catuccium, & deinde ad fauorem Erasti transtulit decretum reseruationis dominij, cuius decreti vigore idem Erastus demum vendidit integrum officium Ruspolæ, itaut videatur negari non posse, quin facto Butij contra suam promissionem hæc omnia contigerint. Quia effectus huius venditionis prouenit ex natura dominij, quod cum Adamus sciret esse penes Erastum, potuit quoque scire eidem Erasto fuisse traditam facultatem alienandi officium, vnde
4 cum non possit dici, quod † fuerit deceptus, quia statum, in quo erat officium de tempore huius contractus non ignorauit *l. 1. §. 2. fin. l. quæritur, §. ff. de edilit. edict. & fuit dictum in hac causa coram me die 22. Iunij præteriti* nullā potest habere actionem pro restitutione pretij aduer-
5 sus Butium, qui dum de facto, † & dato suo tantum promisit, dictam venditionem tanquam factum alterius à dicta promissione exclusit ad trad. per Natt. *cons. 181. num. 7. & seq.*

Denique non obstat quod ex venditione facta Ruspolæ pars officij, de qua agitur, perierit Adamo, cui propterea competit actio ad pretium rei peremptæ, quod exi-
6 stit, penes Butium, † ne locupletior fiat cum aliena iactura *l. si eum seruū, vbi gl. in verb. condicere prope fin. & Doct ff. si cert. pet. l. iure naturæ, ff. de reg. iur.* tum quia hæc venditio fuit celebrata sine interuentu dicti Butij, tum etiam quia ex reseruatione portionis mille scutorum facta ad fauorem Adami in instrumento Ruspolæ, quæ ideo integri pretij nunquam fecit depositum, iuncta etiam possessione, ac sextæ partis fructuum perceptione post huiusmodi venditionem per ipsum continuata, apparet hanc
7 partem officij minimè perijsse, quo casu deficiente † peremptione cessare dictorum iurium æquitate, dixerunt Azor. *in l. mater. num. 2.* Cyn. *num. 6.* Bald. *num. 12.* Castr. *num. 3. post med. vers. si autem, & num. 4* Angel. *num. 6. vers. si verò C. de rei vendic. & in l. Iulianus vers. primat est, vbi idem* Castr. *in princ. ff. eod. tit.* Dyn. *ad reg. Rerum num. 8. de reg. iur. in 6.*

Quo verò ad existentiam pretij penes eumdem Butium, dictum fuit ipsi tanquā procuratori in rem suam, ac etiam vti creditori habēti anteriorem hypothecam super eadem re vendita licuisse sibi ipsi satisfacere tam attenta iuris
8 communis dispositione, iuxta quam † posterior non præfertur anteriori, ne prior suo credito defraudetur, quàm etiam attenta æquitate, cui repugnat quòd per
9 posteriorem creditorem auocentur pecuniæ quas † prior creditor de consensu debitoris exegit, Rota *in Romana pecuniaria 13. Nouembris 1573. coram fel. rec Clemente VIII. & in recent. decis. 458. num. 1. vers. vtique par. 1.*

Et ita decisum vtraque.

* Est decisio 307. supra in hac parte.

R. P. D. VEROSPIO.

Nicen. Parochialis.

Die Veneris 1. Februarij 1630.

ARGVMENTVM.

Beneficium impetrans sub eadem data obitus illius, qui d. beneficium possidebat, an valeat talis impetratio. Deuolutio beneficij Parochialis, quando fit ad Papam.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ Rotales faciunt ius inter partes.*
2 *Regul. Cancell. de 20. non solum annullat prouisionem beneficij, sed etiam facit, vt sic impetrans efficiatur inhabilis ad illud beneficium, & pariter ad alia.*
3 *Mors alienius, qualiter plenissimè probetur.*
4 *Mors, & collatio beneficij si eadem die interuenerit, præsumitur quod mors præcesserit collationem.*
5 *Sarn. in regul. de impetr. benef. viuen. quæst. 7. in fin. declaratur.*
6 *Impetrationes beneficiorum sub eadem data obitus sunt nullæ, iuxta constitutionem Bonifacij.*
7 *Impetrationes beneficiorum sub eadem data obitus, non tenent, propter regul. Cancell. inuerisimil. notitiæ.*
8 *Regul. Cancell. de Verisimili an comprehendat Legates, cum verba dicta regul. soli Papæ conueniant.*
9 *Beneficium remanet affectum ex appositione manus Papæ, & inferior non potest amplius illud conferre.*
10 *Beneficij Parochialis deuolutio fit ad Papam, si in eius collatione non fuerit seruatus concursus, & Constitut. Pij V.*
11 *Papæ affectio in beneficiis nunquam inducta censetur ex defectu voluntatis.*
12 *Constit. Pij V. circa collationem beneficiorum Parochialium declaratur.*
13 *Executor litterarum Apostolicarum non potest finem illarum excercere.*
14 *De concursus validitatem ad beneficium Parochiale dubitandum non est post factam declarationem validitatis à Sac. Congregat. Concil. Trident.*
15 *Possessio, quæ non sufficiat ad effectum inducendi intrusionem.*
16 *Intrusionis vitium, vt excludatur, sufficit aliquis titulus, licet sit nullus, & quod nullos fructus ex ea possessione perceperit, num. 17.*

DECISIO CCCXLIV.

GRATIAM, si neutri, ad fauorem Martini dixerunt hodie Domini non esse iustificatam. Omissis enim alijs, tota difficultas restringebatur in iustificando non iure Horatij collitigantis, qui declaratus per Concursum habilis ad Parochialem, de qua agitur, ex fide Vicarij Capitularis obtinuerat beneficium à Vicelegato Auenionensi. Atque ita cum de vacatione inter partes non dubitaretur, validitatem consensus approbauerit Sac. Congregatio Concilij, & prouisio Vicelegati, ex pluribus sententijs Rotalibus * fuerit confirmata: non poterat dici constare de non iure Horatij:
quinimò ex resolutionibus, & sententijs † Rotalibus, 1
quæ faciunt ius inter partes, de eiusdem iure potius dubitari non poterat.

Nec contrarium videbatur concludi ex impetratione primò facta ab eodem Vicelegato de hoc beneficio sub die 7. Aprilis, qua die circa primam horam noctis dicebatur obijsse Nicolaus, ex cuius obitu beneficium vacabat, quasi sub data eiusdem diei impetrauerit Horatius beneficium viuentis, & iuxta *regulam 20. Cancellariæ, de non impetran. benef. per obit. viuent.* Non solum † fue- 2
rit nulla prouisio, sed impetrans fuerit effectus inhabilis ad hoc, & alia beneficia. Quia assumptum, quod Horatius impetrauerit beneficium adhuc viuentis non visum fuit Dominis probatum ex data eiusdem diei, quo Nicolaus est mortuus, etiam quod testes, qui ad id fuerunt examinati ad perpetuam rei memoriam, & pro coadiuuanda fide Parochi, quibus tamen plura op-
ponebatur, † plenissimam fidem facerent, cum potius 3
ad validitatem actus, & ad euitandum delictum præsu-
sumatur post mortem, † secutam fuisse collationem, 4
Felin. *in c. pastoralis, nu. 5. vers. ad identitatem de rescript.* Ias. *in l. 4. § condemnatum, num 8. ff. de rei iudic.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præs. 34* Molin. *de primog. l. 2. cap. 7. num. 51.* Cotta *in memor. in verb. actus*, & his terminis Paris. *de resign. benef. 4. quæst. 2. num. 36. & seq.* Cassad. *dec. 21. de præb.* Cresc. *dec. 13. aliàs 116. de rescript.* Chrissanen. *decis. 163.* Put. *decis. 427. lib. 3.* & latè multis comprobat

probat Mandoſ. *in reg. de veriſim. not. obit. quæſt. 6. num. 8. & 9.* vbi caſum ad partes diſputat. Neque contrarium di-
5 cit Sarnen. † in explicatione eiuſdem *reg. de impetrantibus benef. viuent. q. 7. in fin.* Cum imò hoc idem velit, vt præſumatur obitum præceſſiſſe ad validitatem actus, quod etiam repetit in *qu. 6. ſup. reg. de veriſim.* ad quam ſe refert. Et licet in *d. qu. 7.* ſubiungit, & atteſtetur ſe vidiſſe Conſtitutionem Bonifacij in quodam libro Bullarum
6 Rotæ, qua † omnes impetrationes huiuſmodi ſub eadem data obitus annullabantur. Non ideo aduerſatur expoſitioni, & interpretationi quam dedit regulæ, cum data Conſtitutione Bonifacij, vt refert a Sarnen. poſſit quidem firmari nullitas prouiſionis, non autem inhabilitas impetrantis iuxta diſpoſitionem eiuſdem regulæ. Eadem vero nullitas ſiue ex hac Conſtitutione Bonifacij proueniat,
7 † ſiue ex alia regula inuerisimilis notitiæ, non poteſt tollere ius Horatij, qui cum non amplius ex illa prouiſione, ſed ex noua vigore approbationis in concurſu ſuam gratiam, & ius deducat, non fuit illius redditus incapax, & inhabilis ſicut diſponitur in *reg. 20. de non impetran. benef. per obit. viuent.* Præterquam meritò etiam dubitari po-
8 teſt, an reg. de † veriſimili comprehendat Legatos, cum verba regulæ *ſoli Papæ conueniant*, quam opinionem ſecutus fuit Mandoſ. *quæſt. 1.* quem refert Garz. *de benef. par. 5. c. 1. num. 47.* Put. *deciſ. 238. l. 1. & deciſ. 3. ſup. reg. de veriſim.* Mohed. *de præb. deciſ. 30.* licet contrarium tenuerint Sarnen. ſuper eadem regula *quæſt. 1.* alijque quos refert Cochier. *in explicatione eiuſdem reg. numer. 19.* Alphonſ. Soto *num. 3.*

Non etiam viſum fuit obſtare, quod inter primam gratiam Horatij, & hanc ſecundam, ex qua agit, impetrauerit Martinus hanc Parrochialem à Papa ob non ſeruatum concurſum, & propter inobſeruantiam Conſti-
9 tutionis Pij Quinti. Atque ita ex † appoſitione manus Papæ, ſiue poſtea gratia euanuerit, ſiue fuerit effectum ſortita, beneficium remanſerit effectum, & inferior illud amplius conferre non potuerit, vt in *extrauag. ad Romani §. Romani quoque de præbend.* inter communes Card. Seraph. *deciſ. 305. numer. 1.* Rot. *in recent. deciſ. 187. part. 2.* Quia cum Papa manus appoſuerit, & Parrochialem contulerit Martino; cum eo præſuppoſito, vt
10 ob † non ſeruatam formam concurſus, & Conſtitutionis collatio deuoluta fuerit: quod in facto nedum fuit comprobatum, vt imò de tempore, quod gratiam Martinus obtinuit, & fuiſſe iam inductus concurſus, concurrentes comparuiſſent, inter quos fuit Horatius, qui vti magis idoneus ab examinatoribus poſtea fuit approba-
11 tus; ceſſante cauſa, ex qua † Papa motus fuit, nunquam inducta fuit affectio ex defectu voluntatis, Prob. ad Monach. *in cap. tibi qui, num. 12. de reſcript.* Rom. *conſ. 335. num. 11.* Rot. *deciſ. 12. de conceſſ. præb. in antiq. deciſ. 14. num. 2. vt lit. penden. in nouiſ. in recent. deciſ. 187. nu. 5. par. 2. & in Oxonen. Archidiaconatus 19. Decembris 1614. coram bon. mem. Burutto.* Sicut neque deuolutio conſiderari poteſt ex eo, quod cum Vicarius Nicen. ex prima Vicelegati prouiſione immiſerit Horatium in poſſeſſionem ſine concurſu, intraret deuolutio ex eadem
12 Conſtitutione Pij V. Quia † conſtitutio tantum deuoluit ad Papam collationem, quo caſu ordinarius collator, ſiue Legatus contra illius formam procedat. Vnde cum Vicelegatus in prima prouiſione Horatij ordinauerit concurſum, eidemq; Parrochialem contulerit ſub ea cõditione, ſi ab examinatoribus, & in concurſu approbaretur,
13 non potuit Vicarius Nicen. † executor litterarum Vicelegati excedendo fines earumdem litterarũ, earumq; forma non ſeruata præiudicare Ordinario collatori, præſertim cum, vt dicebam, eſſet inductus concurſus, plures in termino comparuerint, idemque Horatius poſtea fuerit
14 ab examinatoribus idoneus renunciatus, & de † eiuſdem concurſus validitate poſt declarationem Sac. Congregat. dubitan. non ſit.
15 Demum hæc poſſeſſio Horatij non eſt conſiderabilis † ad effectum inducendi intruſionem, iuxta diſpoſitionem *cap. auaritiæ de elect. lib. 6.* ſufficit enim ad exclu-
16 dendum † vitium intruſionis titulus, quem habet ex prouiſione Vicelegati, licet nullus, Gloſ. *in cap. fin. in verb. inanes de elect. lib. 6.* Cardin. Seraphin. *deciſ.*
17 *1238. numer. 10.* & quod † nullos fructus ex ea poſſeſſione perceperit, Put. *deciſ. 45. lib. 3.* & firmatum fuit in hac cauſa 13. *Martij 1628. coram Domino meo Duruno.* Et ita &c.

* Deciſiones duæ in hac cauſa prima coram Reuerendiſſ. Vrgellen. ſub die 13. Martij 1628. & altera coram R. P. D. Dunozetto 23. Martij 1629. ſunt ſupra in ordine deciſ. 134. & 260.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Litterarum cambij.

Die Veneris 1. Februarij 1630.

ARGVMENTVM.

Mercator poſt acceptationem litterarum cambij eſt obligatus ei, in cuius fauorem litteræ ſunt ſcriptæ, quod ampliatur. Hoc tamen intellige rebus ſic in eodem ſtatu manentibus, ideſt per mortem, aut deteriorationem ſcribentis non mutatis.

SVMMARIVM.

1 *Mercator poſtquam litteras cambij acceptauit ei eſt obligatus, ad cuius fauorem litteræ fuerunt ſcriptæ.*
2 *Quod procedit etiam ſi is, qui ſcripſit litteras, poſtquam litteræ fuerunt à Campſore acceptatæ, ſuam conditionem mutauerit ex decoctione, pendente adhuc termino ſolutionis.*
3 *Et hoc amplia etiam eo caſu, quod acceptans ſciebat decoctionem, quæ medio tempore inter litterarum ſcriptionem, & earum acceptationem ſuperuenit.*
4 *Obligatio, vt inducatur, requiritur conſenſus vtriuſque partis.*
5 *Mandatum, quod in litteris cambij continetur, per quamcumque ſuperuenientiam mutationis ſtatus reuocatur.*
6 *Quod procedit data mutatione ſtatus non ſolum mandatarij, & ſed etiam mandantis.*
7 *Decoctus æquiparatur mortuo.*
8 *Litteras acceptans cenſetur omnia in eis contenta approbare, ſi non contradicat.*
9 *Quod intellige rebus ſic ſtantibus in eodem ſtatu manentibus, atque ita per mortem aut conditionis deteriorationem non mutatis.*
10 *Promiſſio omnis intelligitur rebus ſtantibus in eodem ſtatu.*
11 *Mercatorum fraudibus eſt obuiandum.*
12 *Geſta ab eo, qui eſt decoctioni proximus ſolent eſſe plena fraudibus, & ſimulata.*
13 *Scacc. de commer. & camb. §. 2. gloſ. 5. & alij declarantur.*
14 *Scire, & ſcire debere paria ſunt, limita nu. 15.*
16 *Conditionis deterioratio non eſt præſumenda in mercatore idoneo.*
17 *Opinio, in his obligationibus, quæ dependent ab animo, eſt potiſſimum attendenda.*
18 *Mandatum in litteris cambii contentum, eſt irreuocabile, tanquàm neceſſarium.*
19 *Mandatum re integra poteſt reuocari.*
20 *Litteras acceptat videtur fideiuſſor ſcribentis.*
21 *Obligatio cum fideiuſſione trahi non poteſt ad cauſam, in quam fideiuſſor non ſe obligaſſet.*

DECISIO CCCXLV.

IOANNES Baptiſta Moronus Mercator pro ſcut. 757. ſibi ab Aniello numeratis dedit Neapoli 2. Iunij præteriti litteras cambij Baccellis in Vrbe Campſoribus directas, cum mandato de ſoluendo totidem ſcuta Carolo, & Tiraboſco eiuſdem Anielli correſpondalibus, qui Campſores ignari decoctionis Moroni ſeptima eiuſdem menſis ſubſequutæ litteras quidem prætatas die non acceptarunt, ſed habita illius decoctionis notitia antequam promiſ-

promissæ solotionis dies aduenisset, huiusmodi litteris licet acceptatis satisfacere recusarunt; ideo præmissis per Carolom, & Titaboscum protestationibus, omnibusque iuribus dicto Aniello retrocessis Auditor Cameræ ad ipsius cessionarij instanziam contra dd. Campsores mandatum executiuum decreuit, & relaxauit, sed causa in gradu appellationis mihi commissa Domini censuerunt illud non esse exequendum.

Huius autem resolutionis difficultas pendebat ab in-
1 tellectu conclusionis communiter receptæ, quod † mercator postquam litteras cambij acceptauit, ei sit obligatus ad cuius fauorem litteræ fuerunt scriptæ, *l. quo enim*, §. *primo*, & *ibi glos.* & Bart. *ff. rem rat. hab. idem* Bart. Angel. & Salicet. *in l. si filius familias la 2. ff. ad Senat. Consult. Maced.* Rip. *in l. admonendi, num.* 138. vbi dicit esse communem, *ff. de iur. iur.* Bald. *cons.* 190. *in princ. lib.* 2. Gozad. *cons.* 23. *num.* 6. cum alijs per Paris. cumulatis *cons.* 47. *num.* 15. *lib.* 1. Rota *decis.* 811. *num.* 9. 12. 34. & *seq. par.* 1. *diuers. ac fuit dictum in Romana litterarum cambij* 11. *Februarij* 1592. *coram bon. mem. Card. Arigonio*, & in alia similiter *Romana litterarum cambii* 29. *Aprilis*, & 20. *Iunii* 1611. *coram bon. mem. Cardin. Lancellotto iuniore*.

Quam conclusionem Doctores ampliant, vt procedat,
2 † etiamsi is qui scripsit litteras postquam litteræ fuerunt à Campsore acceptatæ suam ex decoctione in deterius mutauerit conditionem pendente adhuc termino solutionis, qui est casus decisionis, Vincent. de Franc. 303. & *decis.* Rota *in Romana litterarum cambii* 11. *Februarii* 1592. *coram bon. mem. Card. Arigonio*, ac Surd.
3 *in cons.* 145. *lib.* 1. idemque procedere in eo casu, † quo acceptans sciebat decoctionem, quo medio tempore inter litterarum scriptionem, & earum acceptationem superuenit notat Gait. *in tract. de credit. cap.* 2. *tit.* 7 *num.* 2401.

Verum, quia in præsenti themate decoctio Moroni scribentis litteras præcessit acceptationem eo tempore factas per Campsores, quo ignorabant, nec verisimiliter decoctionem scire poterant Domini censuerunt dictos Baccellos Campsores per huiusmodi acceptationem non
4 esse obligatos idque propter defectum consensus, † qui tàm ex parte scribentis, quam etiam ex parte acceptantis ad obligationem inter eosdem constituendam est requisitus. Rota Ianuen. *decis.* 52. *num.* 2. & in similibus terminis limitando supradictam conclusionem loquuntur Fab. de Anna. *cons.* 82. *à num.* 11. *vsque ad* 24. Pascal. *de patr. potest. par.* 1. *tit.* 8. *num.* 70. *vers. sed hoc intelligo*, Gait. *de cred. cap.* 2. *tit.* 7. *num.* 2397. & *seq.* Castil. *de controuer. iur. lib.* 4. *par.* 1. *de coniect. vlt. volunt. cap* 59. *num.* 29. *vers. tam hoc ipsum est*, & *vers. cum ex qua* Mastrill. *decis.* 221. *num.* 2. *par.* 3. Amend. *ad dictam decis.* Franc. 303. & 498. & 502. *num.* 3.

5 Mandatum enim † quod in litteris cambij continetur iuxta dictam decisionem Rotæ 811. *num.* 5. 8. & 18. *par.* 1. *diuers.* & *in d. Romana litterarum cambii* 29. *Aprilis*, & 20 *Iunii* 1611. *coram bon. mem. Card. Lancellotto iuniore*. Bero. *cons.* 198. *num* 8. *et seq. lib.* 1. per quamcunque superuenientem status scribentis mutationem reuocatur, *l. si quis alicui*, *ff. de acquir. hæred. l. cum quis*, *et l. si cum Cornelius*, *ff. de solut.* Bald. *in l. mandatum num.* 16. *C. mandat.* Alex. *in l. eius qui num.* 3. *in fine*, *ff. si cert. pet.* Ias. *in l. rogasti*, §. *si fugitiuus*, *num.* 3. *ff. eod.* Alciat. *de præs. reg.* 2. *præsumpt.* 16. *num.* 3. Mantic. *de tacit. et ambig. lib.* 7. *tit.* 22. *num.* 46. Bertazol. *cons. criminal.* 493. *num.* 3. *lib.* 2.

6 Idque procedit † data mutatione status non solùm mandatarij, sed etiam ipsius mandantis, *l. Mutius*, §. *final. et l. Titius*, *vbi glos. ff. de procurat.* Dec. *in d. l. rogasti*, §. *si fugitiuus*, *num.* 5. *ff. si cert. pet.* Soccin. *cons.* 112. *num.* 12. *et.* 15. *lib.* 2. Bursat. *cons.* 412. *num.* 26. *vol.* 4. Mozz. *de contract. tit. de mandat. sect vlt. num.* 8. & signanter ob mutationem status ex causa decoctionis, Strac. *decoct. par.* 3. *num.* 50. Vant. *de nullit. ex defect. mand. num.* 175. Paris. *cons.* 96. *num* 24. *lib.* 2. Alciat. *cons.* 34. *num.* 1. *et seq. vol.* 3. Rota Ianuen. *decis.* 2. *num.* 31. Scacc. *de commerc. et camb.* §. 2. *glos.* 5. *num.* 402. *cum seq.* Rota *in Romana censuum* 21. *Aprilis* 1600. *coram Iusto relata per* Modern. *de cens. decis.* 168. *num.* 8. *et seq.* sicuti etiam censetur reuoca-
7 tum in casu mortis † mandantis cui decoctionem æquiparari dixerunt prædicti Doctores, & censuit Rota coram Seraph. *decis.* 794. *num.* 17. *et in Romana census*, *seu hæreditatis vlt. Ianuarii* 1597. *coram bon. mem. Litta*, & *decis.* 492. *in fin. par.* 2. *in recentioribus*.

Ex parte verò acceptantis † defectus consensus, & con- 8
sequenter exclusio obligationis deducebatur ex eo, quod licet recipiens literas censeatur omnia in eis contenta approbare si non contradicit *l. si filius*, *ff. ad Sen. consult. Maced.* vbi Bart. *in princ.* & *in l. qua enim*, §. 1. *ff. rem rat. hab.* Gozad. *cons.* 23. *num.* 6. Dec. *cons.* 430. *num.* 9. *in fin. vers.* 1. enim recipiendo cum alijs relatis per Gabr. *commun. opin. lib.* 1. *de præsumpt. conclus.* 2. tamen illud intelligen-
dum esse rebus † in eodem statu permanentibus atque 9
ita per mortem aut conditionis deteriorationem non mutatis tradit Rom. *in l. nuda ratio num.* 12. *ff. de donat.* Ias. *in d. l. admonendi num.* 142. *vers.* 2. *limita*, *ff. de iur. iur.* Soccin. *cons.* 167. *num.* 4. *lib.* 2. Dec. *cons.* 313. *num.* 3. Bero. *consil.* 198. *num.* 8. *lib.* 1. Decian. *cons.* 109. *num.* 77. *vol.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 64. *num.* 17. & in terminis litterarum cambij Nicol Gen. *de rescript. priuat. l.* 3. *tit. de litter. camb. numer.* 78. Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *numer.* 2395. Put. *decis.* 123. *num.* 2. *lib.* 3. *in nouis*.

Vnde cum scribens litteras ad Campsorem qui sibi, non est obligatus eidem solutionem cambij demandet ea subintellecta conditione, vt deinde ab ipso scribente releuetur indemnis, Campsor verò sub eodemmet pacto tanquam conditione sine qua non alienam in se suscipiat obligationem, sequitur quod deficiente ex parte scribentis dicta conditione propter decoctionem, seu status motationem resoluatur pariter consensus ex parte ipsius acceptantis, qui considerauit personam scribentis de tempore acceptationi esse integram, quo casu idem acce-
ptans non censetur approbasse † in litteris acceptatis 10
contenta, & consequenter non tenetur satisfacere promissioni, nisi rebus in eodem statu in quo erant de tempore dati mandati permanentibus iuxta *text. in dicta l. cum quis ibi in eodem statu permaneant*, & *dicta l. si quis alicui*, *ff. de acquir. hæred.* Bart. *in l. quod seruias*, *ff. de condit. ob caus.* Anchar. *consil.* 84. *num.* 3. Decian. *cons.* 335. *num.* 3. & *cons.* 475. *num.* 23. *qui plures ibid. cumulat* Paschal. *de patr. potestat. par.* 1. *d. c.* 8. *numer.* 7. Gait. *d. tract. de credit. numer.* 2397. Osasc. *decis.* 91. *nu.* 14. Surd. *decis.* 177. *num.* 10. Rot. *decis.* 664. *num.* 9. *par.* 1. *in recentior.*

Huic autem doctrinæ suffragatur ratio † obuiandi frau- 11
dibus mercatorum *l. lex in princ.* ibi vt fraudi locus non sit *C. de administrat. tut.* ne aliàs Campsores ad quos diriguntur litteræ, dum in longinqois partibus degunt, imminentis decoctionis ignari sine consensu obligentur contra iuris dispositionem de qua *in instit. tit. de oblig. ex consensu*, & *in l. consensu*, *ff. de oblig.* & *in l. prima in princ.*
ff. mandat. quoniam gesta † ab eo, qui est decoctioni 12
proximus solent esse plena fraudibus, & simulata Bart. *in l. post contractum sub num.* 2. *ff. de donat.* Bald. *cons.* 382. *numer.* 18. *vol.* 2. Rota Ianuen. *decis.* 17. *num.* 14. & *decis.* 184. *num.* 10. Rot. *in Bononien. pecuniaria de Vitalibus* 5. *Decembris* 1603. *coram bon. mem. Cardin. Pamphilio*.

Quibus non obstant † adducta per Scacc. *de commerc.* 13
& *camb.* §. 2. *glos.* 5. *num.* 329. & Anton. de Amat. *var. resolut. lib.* 1. *resol.* 47. *num.* 2. *vers.* & *tamen ex regul. text. in l. qui cum alio*, *ff. de reg. iur.* Vnde infertur, quod si Baccelli Campsores debuerant non esse ignari conditionis Moroni correspondentis, reputandi sunt perin-
de ac si sciuissent illius status mutationem, cum paria † 14
sint scire, vel scire debere, *l. quod te*, *ff. si cert. pet.* Cresc. *decis.* 9. *num.* 11. *de dol.* & *contum.* Caputaq. *decis.* 107. *num.* 4. *par.* 3. fuit enim responsum, quod cum prædicta regula plures patiatur fallentias in præsenti etiam casu distantia loci, & subita mutatio status Moroni sufficiont ad excludendam præsumptionem scientiæ in Campsori-
bus in Vrbe commorantibus qui de re † Neapoli gesta 15
intra biduum verisimiliter certiorari non potuerunt iuxta limitat. Dec. *ad d. l. qui cum alio num.* 3. *vers.* & *ista reg. procedit*, *ff. de reg. iur. per text. in l. si quis patrem familias*, *ff. ad Senat. Consult. Maced.* & *dixit* Rota *decis.* 181. *numer.* 25. *par.* 2. *diuers.*

Et prædicta tanto magis corroborantur ex diuturna notitia, quam Capsores habuerunt de persona Moroni vti
mercatoris idonei, † in quo propterea non fuit præsu- 16
menda deterioratio conditionis, Menoch. *de præsumpt. quæst.* 24. *lib.* 1. *nu.* 13. & *præsumpt.* 26. *lib.* 6. *num.* 3. & sic in pun-

in puncto respondit Gait. *de credit. d. cap. 2. §. 7. numer. 2404.*

Ex quibus resultat dictorum Campsorum bona fide ac-
ceptuotium opioio quod Moronus, vt antea fecerat, esset
17 ipsis satisfacturus, † opinio enim in his obligationibus
quæ pendent ab animo, vt est acceptatio litterarum, ma-
ximè venit attendenda iuxta *l. is quis putat* vbi Ias. *num.*
2. & l. hæres instit. ff. de acquirend. hæred. Bart. *in l. 2. §.*
si sub conditione, ff. de emp. & tradit Stracc. *d. tract. de*
decoct. qu. par. 3. num. 30. & seq.

18 Neque etiam obstat, † quod mandatum in litteris cam-
bij contentum tanquam necessarium sit irreuocabile, *l.*
fundi venditor, §. item si amicus, ff. de acquir. poss. cap.
si super gratia de offic. deleg. in 6. d. l. eius qui, §. nam,
& ibi glos. ff. si cert. pet. cum alijs copiosè cumulatis per
Pet. Stellam *in repet. l. Papinianus num. 3. ff. de public. in*
rem. act. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 23. num. 2.* &
in terminis acceptationis litterarum missiuarum, Soccin.
cons. 68. in princip. lib. 3. Put. *decis. 226. num. 3. lib. 3. in*
nou. Rota *decis. 679. numer. 4. par. 1. recent.* quia dum
Campsores non fecerunt solutionem, neque posuerunt
ad eorum rationem summam in litteris descriptam, vti-
19 que non adimpleuerunt fines mandati, † quod re adhuc
integra potuit reuocari ex ijs quæ latè tradit Soccin. *cons.*
267. lib. 2. Gratian. *discept. forens. cap. 64. num. 6.* Rota *in*
Bononien. pecuniaria 13. Ianuarii 1581. coram bon. me. Card.
Lancellotto seniore.

Demum non obstat, quod prædicti Campsores, cum
non essent debitores Moroni scribentis, per acceptatio-
20 nem † dicantur effecti illius fideiussores iuxta *d. decis.*
Franch. 303. *num. 3. auth. præsente C. de fideiuss* Salicet.
in d. l. si filius, la seconda, ff. ad Senat. Consult. Maced.
Iason. *in l. singularia, num. 39.* & Soccin. *num. 16. ff. si cert.*
pet. quia acceptatio emanauit cum præsupposito pristinæ
21 conditionis Moroni mittentis litteras, & † obligatio cum
fideiussione trahi non potest ad casum, in quem fideiussor
se non obligasset, Alex. *cons. 34. sub num. 18. lib. 2.* Gabr.
cons. 173. num. 15. & 17 lib. 2. Mantic. *de tacit. lib. 16. tit.*
14. numer. 30. & seq. Gregor. XV. san. mem. *decis. 334.*
num. 7. Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Lucana Successionis.

Die Veneris 1. Februarij 1630.

ARGVMENTVM.

Filij nati, & concepti post capitalem patris condemnationem, an faciant deficere conditionem, si sine filijs. Filius conceptus, necnon natus post purificatum fideicommissum, quando admittatur in præiudicium substituti.

SVMMARIVM.

1 *Filius natus, & conceptus post capitalem patris condemnationem, est incapax eius successionis.*

2 *Filij nati post patris deportationem non faciunt deficere conditionem sine filijs.*

3 *Filius, si non sit in rerum natura tempore purificati fideicommissi, & substitutus adsit, an per eius conceptionem, & natiuitatem possit auocare ius quæsitum substituto.*

4 *Text. in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebell. declaratur.*

Banniti nostri temporis non æquiparantur deportatis, num. 4.

5 *Natus nemo ingenuè hodie efficitur seruus pœnæ.*

6 *Filii banniti nostri temporis nati post bannum faciunt deficere conditionem, si sine filiis.*

Quod procedit etiam si pater sit declaratus hostis patriæ, & possit impunè offendi, num. 6.

7 *Bannitorum filij sine dubio capaces fideicommissi, quando sunt vocati dispositiuè.*

8 *Filii postea nati an admittantur in præiudicium substituti, cui iam fuit ius acquisitum.*

9 *Filius conceptus, & natus post purificatum fideicommissum, admittitur in præiudicium substituti, sic suadentibus coniecturis.*

10 *In fideicommissis vocatio nasciturorum tanquam indefinita omnia tempora respicit, & num. 11.*

12 *Filiorum vocatio in testamento facta, quando non possit verificari aliter, quam in filiis postea nascituris.*

13 *Perpetuitas conseruandi bona in familia, & agnatione implicat vocationem filiorum, quandocumque imposterum nasciturorum.*

14 *Fideicommissum purificatum per alienationem sequutam ex delicto, an faciat incurrere caducitatem.*

15 *Pater non potest priuare commodo successionis filios in fideicommisso vocatos, absque aliqua eorum culpa.*

16 *Dictio, semper, est vniuersalis, & includit omne tempus.*

17 *Affectio æqualis in testatore sufficit ad præsumendum, quod etiam postea nascituri admitterentur ad fideicommissum.*

18 *Affectio maior præsumitur erga illum, qui primo loco vocatus est, quàm in eo, qui secundo loco.*

19 *Testatoris voluntas est pro lege seruanda, & num. 20.*

21 *Testator permittere potest, quod eius bona fideicommisso subiecta per aliquod tempus maneant in suspenso.*

22 *Et hoc maximè, quando probabiliter spectari potest, quod suspensio hæc sit cessatura per natiuitatem filiorum.*

23 *Substitutus dicitur acquirere ius reuocabile in bonis fideicommisso subiectis per conditionem subsecutam purificatam, & num. 24.*

25 *Dictio, liberè, in fideicommisso apposita, commodè refertur ad facultatem capiendi possessionem bonorum propria auctoritate.*

26 *Dictiones, tunc, & eo casu, in fideicommisso appositæ, stant inclusiuè ad substitutos, qui tunc temporis extabant.*

27 *Dictiones, tunc, & eo casu, aliquando stant taxatiuè, & limitatiuè, aliquando verò declaratiuè.*

DECISIO CCCXLVI.

THOMAS de Albianis in casu, quo ipse decederet sine filijs legitimis, & naturalibus scripsit sibi hæredes vniuersales ordine primogenituræ Nicolaum, Ludouicum, & Petrum fratres de Thomeis de Petra Sancta cum onere assumendi cognomen, & insignia familiæ de Albianis, & strictissima prohibitione cuiuscumque alienationis, siue voluntariæ, siue necessariæ ex contractu, vel delicto, in quo casu, & casibus substituit alium primogenitum non contrafacientem, vt latius in testamento in actis producto.

Quibus semper saluis, & perpetuo atque irreuocabiliter obseruandis omnia, & singula eius bona peruenire voluit iure institutionis ad dictum Nicolaum eius vita naturali durante, & post eius mortem ad primogenitum dicti Nicolai, si filios masculos vnum, siue plures legitimos, & naturales habuerit ipse Nicolaus, & eo non extante tempore mortis dicti Nicolai, aut postea decedente quandocumque voluit esse dicta bona primogeniti dicti Nicolai legitimè, & naturaliter nati, & transire de primogenito in primogenitum ex ipso primogenito dicti Nicolai, & postea successiuè in alios proximiores in infinitum quousque de linea, & descendentibus masculis dicti Nicolai erunt, & sic durante linea dicti Nicolai semper sint dicta bona, & esse voluit primogeniti masculi legitimi, & naturalis dicti Nicolai, & postea primogeniti ex præcedenti primogenito, & sic in infinitum ordine successiuo, & postea successiuè aliorum proximiorum.

Subdens idem testator, quod in interpretatione præmissorum omnia intelligantur recto sensu absque alia ex-

tranea

tranea interpretatione, etsi oriretur aliquod dubium omnia primò interpretentur in fauorem lineæ dicti Nicolai, deinde dicti Ludouici, & tertio Petri, semperque præferatur primogenitus ex primogenito ordine successiuo in qualibet istarum linearum vna post aliam.

Hæc primogenitura per mortem testatoris sine filijs ingressa est lineam Nicolai primo loco vocati, quæ adhuc durat defuncto enim Nicolao superstitibus Vincentio, Thoma, & Theramo eius filijs, Vincentius vti primogenitus Nicolai adeptus est liberam possessionem omnium bonorum suppositorum huic fideicommisso; cumque is fuerit capitaliter bannitus adiecta pœna publicationis omnium bonorum, & fiscus Florentin. exhibito testamento omnia restituerit Thomæ fratri germano Vincentij.

Interim durante banno Vincentius prædictus ex eius legitima vxore suscepit filium masculum Ioannem Franciscum, qui cum vti primogenitus ex primogenito Nicolai prætenderet vendicare bona fideicommissaria de manibus Thomæ patrui, & respectiuè secundo geniti, fuit coram me dubitatum an fideicommissum fuerit purificatum ad fauorem filij primogeniti nati, & concepti post bannum Vincentij patris, & Domini affirmatiuè resoluerunt.

Non enim controuerti poterat filiatio Io Francisci ex Vincentio primogenito Nicolai, quam optimè probant testes pro eius parte formiter examinati, neque caducitas incursa per Vincentium ex delicto, & banno subsecuto cum huius occasione Thomas occupauerit omnia bona huic primogenituræ subiecta minusque reuocatur in dubium, quin Ioannes Franciscus vti primogenitus ex Vincentio primogenito Nicolai sit aliàs, vt primogenitus primogeniti præferendus, cum hoc expressè in testamento legatur dispositum.

Sed duo tantum dicto Io. Francisco objiciebantur, pri-
1 mò videlicet incapacitas successionis, ex quo natus †
est, & conceptus post capitalem patris condemnationem, *arg. tex. & ibi not.* per Scriben. *in l. ex facto, §. ex facto, tit.*
2 *ad Sen. Conf. Trebell.* vbi quod filij nati † post patris deportationem non faciunt deficere conditionem si sine filijs.

Secundò, quod cum Ioannes Franciscus tempore delicti, & siccedentis fideicommissi nondum esset natus, neque conceptus per subsecutam eius conceptionem, & natiuitatem non potuit auocari ius quæsitum Thomæ patruo, qui erat in rerum natura tempore purificati fidei-
3 commissi, † & reperiebatur substitutus Vincentio fratri, quatenus is filios non haberet, quæ fuit originalis opinio, Lambert. de Rampon. quem refert, & sequitur Io Andr. *in rubr. de testam. addit.* 1. *vers. item* Lambertinus cum alijs relatis per Peregr. *de fideic. art. 22. numer. 7.* quorum neutrum Domini obstare dixerunt Ioanni Francisco, quominus fideicommissum in cuius fauorem sit purificatum.

4 Nam *ad text. in* † *allegata l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Sen. Conf. Trebell.* fuit responsum bannitos nostri temporis non æquiparati deportatis, quia hodie nemo ingenuè
5 † natus efficitur seruus pœnæ, *auth. sed hodie, C. de donat. inter vir. & vxor.* Rip. *in d. l. ex facto, §. ex facto num. 17.* Bald. *in l. 1. in fin. C. de hæred. instit.* Natt. *conf. 472. num. 19* Peregr. *de iure fisc lib. 3. tit. 6. num 47.* & ideo filij
6 banniti nostri † temporis nati post bannum faciunt deficere conditionem si sine filijs, etiam si pater sit declaratus hostis patriæ, possitque impunè offendi, Rip. *in d. l. ex facto num. 13 & 17* Soccin. *in l. cum duas num. 107. ff. de condit. & demonst.* Pett. *de fideic. qu. 3. num. 19. & seq. & qu. 11. num. 611.* Fusar. *qui testatur se pro hac parte consuluisse, quæst. 424. num. 1. de fideicom.*

Fuit etiam secundò responsum dispositionem *tex. in l. ex facto* loqui solum in filijs positis in conditione Peregr. *de iur. fisc. lib. 3. tit. 6. num 7. & 8.* idque non applicari casui nostro, vbi primogenitus Vincentij (qualis est Ioannes Franciscus) non fuit simpliciter in condi-
7 tione positus, † sed dispositiuè vocatus, quo casu indubitati iuris est esse capacem successionis, siue natus, & conceptus sit ante, siue post patris condemnationem, Soccin. Iun. *conf. 174. num. 19. lib. 4.* Gabr. *conf. 123. num 36. lib. 1.* Peregr. *d. lib. 3. tit. 7. num. 22. & 47.* Pett. *d. qu. 11. num 612 & seqq.* Rimin. Iun. *conf. 564. num. 56* Fusat. *d. qu. 424. num 5.*

Quo verò ad secundum licèt ardua, & anceps sit quæstio, an filij postea nati admittantur in præiudicium sub-
stituti, † cui iam fuit ius acquisitum tanquam prænati 8
tempore purificatæ conditionis, etenim affirmatiuam per *text. & iura concordantia in l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2.* sustinent plures relati per Peregrin. *de fideicom. art. 22. nu. 73. & 74.* & per Fusar. *quæst. 318. num. 12.*

Negatiuam autem post Lambert. de Rampon. tenet Alba *cons. 106. num. 5. 6. & 7.* cum alijs relatis pariter per Peregr. *d. art. 22. num. 72.* Fusar. *alleg. quæst. 318. num. 57. & 58.*

Tamen in præsenti casu videtur cessare omnis ambiguitas ex vrgentissimis coniecturis suadentibus prælationem Ioannis Francisci filij primogeniti ex Vincentio,
quibus concurrentibus † eumdem esse præferendum, 9
quamuis non extaret in rerum natura tempore purificati fideicommissi, sed postea sit natus, atque conceptus, trad. Socc. Sen. *conf. 51. num. 41. & seqq. lib. 4.* Peregr. *de fideic. art. 22. num. 74. in fin.* Pett. *de fideic. qu. 11. num. 602.* Grat. *discept. cap. 776. num. 17. & 18.* Fusar. *quæst. 318. numer. 77.* & firmauit Rota *in Romana pecuniaria 30. Aprilis 1629. coram R. P. D. meo Merlino.*

Mens autem, & voluntas testatoris in casu nostro desumitur primò, ex quo vocauit primo loco Nicolaum, deinde filios, ex ipso nascituros ordine primogenituræ in infinitum subiecta prohibitione alienationis, vt bona conseruentur in familia, qua stante vocatione nasciturorum non attenditur existentia de tempore purificatæ conditionis, sed quandocumque filius nascatur dummodo sit primogenitus, & proximior admitti debet, Soccin. Iun. *cons. 172. num. 11. & 12. vol. 2.* Ruin. *cons.*
160. vol. 2. sub numer. 11. & 13. vbi quod † vocatio na- 10
sciturorum, resoluitur in conditionem si nasceretur, quæ tanquam indeterminata omnia tempora respicit per *l. si ita la secunda, ff. de cond. & demonst.* quam esse limitationem indubitatam ad regulam contrariam censuit Torniell. *in §. quidam rectè num. 28. l. Gallus de lib. & posthum* Gabr. *cons. 102 num. 14. & 15. & 16 lib. 2.* Pe-
regr. *d. a. 22 num. 76.* vbi quod † hæc limitatio est veris- 11
sima, & menti testatoris multum consona. Surd. *cons. 125. num. 30. & 34.* & sequuta est Rota in allegata *Romana pecuniaria coram R. P. D. meo Merlino.*

Vocatio autem nasciturorum in testamento Thomæ Albiani est certissima nedum, quia vocauit primo loco Ludouicum, & Petrum, eorumque filios vnum post alium ordine primogenituræ, quorum nullus tunc tem-
poris filios susceperat; Vnde nominatio † filiorum, 12
ex illis non potest, aliter verificari, quàm in filijs postea nasciturís. Soccin. Iun. *d. cons 172. numer. 28. lib. 2.* Peregr. *cons. vlt. numer. 4. vers. quid igitur lib. 5.* Fusat. *d. q. 318 num. 29.*

Verum etiam quia declarauit se velle constituere perpetuam primogenituram subiecta prohibitione alienationis, vt bona perpetuo, & in infinitum conseruen-
tur in familia, & agnatione, quæ perpetuitas † impli- 13
cat vocationem filiorum quandocumque imposterum nasciturorum, *l. cum ita legatur, §. in fideicommisso in fin. ff. de leg. 2.* Soccin. Sen *in leg. si cognatis, numer. 30. in fin. ff. de reb. dub.* Ias. *in l. quoties in prima, numer 2.* limita qui dicit digito ligandum, Surd *cons. 125. numer. 20. & seq. & admittit* Peregr. *d. art. 22. num. 77.* & benè ponderauit R. P. D. meus Merlinus in allegata *Romana pecuniaria.*

Secunda item etiam conijcitur ex natura conditionis purificatæ, quia non agitur de fideicommisso purificato per conditionem casualem, & contingentem sine alicuius
culpa, sed de fideicom. purificato, per alienationem 14
sequutam ex delicto, & caducitatem subinde incursam cum delatione successionis in alium ordinem primogenituræ successiuè vocatum iux. *tex. in l. Imp. ff. de fideicom. libert.* Gabr. *de delict. in conclus 24. nu. 3. vers. 2.* Clar. *qu. 78. vers. item quæro nunquid*, Farin. *q. 25. numer. 35.* Vnde ne admittamus quòd fuerit in potestate Vincentij delinquentis priuare commodo hu-
ius successionis † filios ex ipso nascituros absque aliqua, 15
eorum culpa dicendum est eosdem fuisse vocatos quamuis natos post delictum, & commissam caducitatem, Calit *d. cons. 247. num. 4. lib. 1* Peregr. *de fideic. art 22 num. 75.* Ceph. *cons. 318. num 67.* Rota *in d. Romana pecuniaria coram R. P. D. meo Merlino.*

Tertiò

Tertiò cum Ioannes Franciscus sit primogenitus Vin-
centij primogeniti Nicolai, & testator expressè dispo-
suerit, quod durante linea primogeniti dicti Nicolai hæc
semper sit admittenda exclusa linea secundogeniti, quæ
solum succedat deficiente linea primogeniti, vtique di-
cendum est quod testator voluerit admitti primogenitum
Vincentij primogeniti Nicolai quamuis natum post pu-
rificatum fideicommissum, aliàs non esset verum, quod
durante linea primogeniti ex primogenito hæc semper,
& quandocumque succedat prout testator expressè voluit
16 ponderando vim † illius dictionis vniuersalis, (*semper*)
quæ includit omne tempus, *l. 1. ff. solut. matrim. l. quia
semper, ff. de in ius voc.*

Quartò ex prædictis non solum infertur testatorem
æqualem habuisse effectionem ad filios etiam postea na-
tos, cum omni tempore eos vocet dummodo in ijs con-
currat qualitas descendentiæ, ex primogenito primoge-
17 niti dicti Nicolai, quæ sola † æqualis affectio sufficit ad
præsumendum quod testator etiam de postea natis sen-
serit, Natt. *cons. 675. num. 4. & seqq.* Surd. *d. cons. 125.
num.* 34.

*Quinimo ex dictis verbis, & durante linea primogeni-
ti ex primogenito Nicolai semper, &c. & postea succe-
dat linea secundogeniti, &c.* apertè conijcitur magis
fuisse dilectam lineam primogeniti quàm lineam secun-
18 dogeniti, maior enim † semper affectio præsumitur erga
lineam primo loco vocatam quam erga secundo loco voca-
tam, *l. papillus, §. lesia, ff. de cond. & dem.* Surd. *d. cons.
125. num.* 27.

Quinto idem conijcitur ex quo testator quasi præsa-
gus controuersiæ, quæ oriri poterat super intelligentia
suæ dispositionis mandauit verba sui testamenti intelli-
19 gi † debere recto sensu remotis iuris subtilitatibus fa-
cit Rot. *decis. 463. num. 12. par. 1. recent.* & quatenus con-
tingat aliquis casus dubius voluit eam capi interpretatio-
nem, quæ est fauorabilis primogenito, & successiuè pri-
mogenitis ex ipsis descendentibus, vnde hodie suborta quæ-
stione inter Io. Franciscum primogenitum ex primogenito
Nicolai primo loco vocati, vtique in dubio pro ipsius
admissionem est pronunciandum, iuxta expressam dispo-
20 sitionem Thomæ testatoris, † cuius voluntas pro lege
seruari debet *§. disponat auth. de nuptijs.*

Atque ex his visum fuit Dominis non esse inconue-
niens, quod dominium bonorum subiectorum huic pri-
mogenituræ per aliquod temporis spatium steterit in
21 suspenso cum † hoc voluerit testator qui id permittere
poterat ad *l. qui hæredibus, §. fin. ff. de condit. & demonstr.*
Peregr. *d. art. 22. num. 73. vers. verum,* Rota coram Re-
uerendiss. D. meo Coccino Decano, *decis. 166. num. 3.* do-
22 nec præsertim probabiliter sperari poterat quod † suspen-
sio hæc esset cessatura per natiuitatem filiorum Vincentij,
Castr. *d. cons. 247. num. 3. lib. 1.* Peregr. *d. art. 22. num. 74.*
Fusar. *qu. 318. num. 66. & 79.*

23 Et interim Thomas dicebatur † acquisiuisse in his bo-
nis ius aliquod reuocabile per subsecutam natiuitatem Io.
Francisci primogeniti ex primogenito Nicolai, Petr. *de
fideicom. quæst. 11. num. 586.* Peregr. *d. art. 22. num. 74.
& 75.* Surd. *d. cons. 125. num. 43. 44. & 45.* Facchin. *con-
trou. iur. cap. 88. vers. nec difficile lib. 4. & fuit dictum in
præfata Romana pecuniaria coram R. P. D. meo Mer-
lino.*

24 Perindeque idem Thomas † restituere debet bona filio
primogenito Vincentij postea nato quasi per fideicommis-
sum, Bald. alij & communiter *in l. peto, §. fratre, ff.
de leg. 2.* Surd. *cons. 215. num. 48. & 49.* Natt. *cons. 675.
num.* 8.

Neque obstat quod testator in casu alienationis, vel de-
licti priuauerit alienantem vel delinquentem mandando
bona deferri liberè substitutis ordine primogenituræ, quam
dictionem (*liberè*) scribentes pro Thoma intelligebant
irreuocabiliter.

Placuit enim responsio data per D. Beriolum scriben-
tem pro Ioanne Francisco, nimirum dictionem (*liberè*)
25 † posse commodè referri ad facultatem capiendi possessio-
nem bonorum propria auctoritate absque contradictione,
iuxta *text. in cap. 2. de locat. & cap. statuimus de reg. cap.
cum plures, vbi glos. in verbo liberè, de offic. deleg. in*
6. neque propterea intelligendam esse, vt stet irre-
uocabiliter, hoc enim esset destruere mentem ipsius
testatoris, qui ex prædictis voluit in omnem casum
præferri primogenitum ex primogenito Nicolai in con-
cursu cum secundogenito, qualis est Thomas.

Minus obstat, quod testator in casu contrauentionis
substituerit proximiores tunc extantes, licet enim dictio-
nes † (*tunc*) & eo casu stent inclusiuè ad substitutos, 26
qui tunc temporis extabunt, non tamen semper stant
exclusiuè ad alios, qui postea super nascentur, Magon.
decis. Florent. 38. num. 39. Natt. *d. cons. 675. num. 12.
& 13.* prout in his terminis tradit Petr. *de fideicom. qu.
11. num. 590.* & non est † nouum dictiones (*tunc &* 27
eo casu) alioquin taxatiuas, & limitatiuas stare quan-
doque declaratiuè si id suadeat voluntas testatoris. Me-
noch. *cons. 117. nu. 29* Socc. Iun. *cons. 145. nu. 29. lib. 3.*
Surd. *cons. 344. num. 13.*

Et ita fuit resolutum pro Ioanne Francisco vtraque par-
te informante.

* Infra in eadem causa habetur alia decisio sub die
21. Iunij 1630. coram R. P. D. Ghisilerio, est deci-
sio 394.

R. P. D. QVEIPO.

Romana Saluiani.

Die Lunæ 18. Februarij 1630.

ARGVMENTVM.

Saluianum quando competat. Leges non ef-
ficiunt, nec comprehendunt præterita. Ius
reale seruitutis per acquisitionem dominij
extinguitur, & alia, &c.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum interdictum competit, stante credito,
& hypotheca.*
2 *Leges respiciunt futura.*
3 *Hypotheca creditori, quando censeatur remissa re-
spectu nouæ hypothecæ.*
4 *Dominium ex pacto reuersiuo an transferatur ipso
iure.*
5 *Ex possessione rei donatæ, cum pacto reuersiuo, re-
cepta, dominium sine dubio ad donantem reuer-
titur.*
6 *Hypotheca in re propria non potest consistere, nec
subsistere, & num. 7.*
8 *Damnum, quod quis sua culpa sensit, sibi impu-
tare debet, & num. 9.*
10 *Text. in l. ex sextante, §. Latinus, ff. de except.
declaratur.*
11 *Ius reale seruitutis per acquisitionem dominij, etiam
reuocabilem extinguitur.*
12 *Possessor tantum bonorum non potest super illis ser-
uitutem imponere.*
13 *Seruitutem acquirere, aut imponere nemo potest in
rebus alienis.*

DECISIO CCCXLVII.

ITerum hac causa proposita in decisis * permane-
re DD. placuit propter creditum, & hypothecam
D. Domitillæ, & possessionis concursum in Adria-
no, & D. Iulia, ex quibus Saluianum interdictum
† competere; docet *text. in l. 1. ff. & C. de Salu. in-* 1
terd. glos. Bart. DD. ibi cum alijs in prima decisione
adductis.

Neque obstat Bulla S. D. N. bonorum iurisdictiona-
lium alienationem prohibens, quia cum fuerit post con-
tractum † de quo agitur promulgata, & sic prohibitoria, 2
illud non afficit, neque comprehendit, *l. leges, C. de le-
gib. cap. vlt. de constit.* & ibi Abb. *num. 9.* Ant. *cons. 104.*
Castrens. *cons. 89. lib. 2.* Paz. *ad leges styli in l. 200. nu.
1. & 24.* Bart. *in l. omnes Populi num. 44. ff. de iust. &
iur.* Gratian. *discept. forens. cap. 45. num. 15. & cap.
465. num. 12.* Honded. *cons. 16. nu. 16. & num. 17. lib. 1.*
Bulla autem Pontificum Sixti V. & Clem. VIII. ad hy-
pothecam non extenduntur, vt in puncto firmauit Rot.

coram

coram Illustriss. Card. Virili in Romana, seu Sabinen. census 17. *Nouembris* 1628. & fuit etiam firmatum in decisione coram me facta in ista causa, & fel. rec. Paulus Quintus concessit licentiam, & respectu hypothecæ contententur de licentia exhibenda in actu subhastationis.

Minus obstat hypotheca D. Iuliæ propter facultatem ab eodem filio Adriano concessam hypothecandi bona illa pro restitutione primæ dotis absque expressa prote-
3 statione, vel reseruatione sui iuris, & hypothecæ, † quo casu hypothecam creditori esse remissam respectu nonæ hypothecæ expressè docet *text. in l. si debitor* 4. *§. si in venditione, ff. quibus mod. pignus*, & ibi docent Bart. Castr. & Fulgos. & Salyc. *num.* 2. Alban. & Bart. ibi Roman. *cons.* 94. *num.* 7. Tiraquell. *de retract. lign. §.* 1. *glos.* 7. *num.* 72.

Præcipuè, quia ex pacto reuersiuo in donatione apposito hypotheca D. Iuliæ fuit extincta. Nam cum omnia bona, & iura in donatione comprehensa ad prædictam D. Iuliam cum effectu redierint, & eorum possessionem D. Iulia acceperit, non est locus Doctorum controuersiæ
4 circa effectum † pacti reuersiui, an scilicet ex eo dominium ipso iure transferatur, vt post antiquior disputant Tiraq. *de contract. eoaueat. §.* 1. *glos.* 7. Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 8. *ex nu.* 2. Fachin *lib.* 2. *contr. cap.* 15. Ant. Gomez. *tom.* 2. *var. cap.* 2 *ex num.* 30. Caual. *pract. qa.* 299.
5 Rot *decis.* 1. *par.* 2. *recent.* quia ex † possessione recepta dominium ad donantem esse reuersum sine controuersia receptum est ex Bart. *in l.* 1. *ff. de donat.* Castr. *in l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendit.* Tiraq. *vbi supra num.* 17. Couar. *in d. cap.* 8. *num.* 1. *vers. secundo secundum textum in l. voluntate, §. vlt. ff. quibus mod. pign.* Et in re pro-
6 pria † non potest hypotheca consistere, nec substineri secundum *reg. text. in l. aeque pignus* 45. *ff. de reg. iur. l. si rem, ff. de pignor. act. l. qui filios, C. quæ res pign. oblig. poss.*

Neque obstat eius acquisitionem videri reuocabilem
7 propter hypothecam D. Domitillæ, † atque ita hypothecam D. Iuliæ permanere secundum *text. l. si sextante, §. Latinus Largius, in fine, ff. de except. rei iud. l. debitor, ff. ad Trebell. l. si quis alienam* 46. *ff. de solut. glos.* Bart. Castr. & alij DD. *in d. §. Latinus Largius l.* 1 & ibi Cyn. Bald. & Io. Faber. *C. si antiquior credit. l.* 1. *C. de his qui in priorum creditorum locum succed.* Tiraq. *vbi supra ex nu.* 70. Roder *de ann. redd. lib.* 2. *qa.* 19. *num.* 5. Cenc. *de cens. par.* 3. *c.* 1. *qa.* 5. *ex num.* 12.

Quia respondetur primò, quod dicta acquisitio facta per D. Iuliam non dicitur reuocabilis propter hypothe-
8 cam alterius creditoris ab Adriano suscepti, sed ex † culpa ipsius D. Iuliæ, quæ non luit pignus ex eius licentia ab Adriano contractum, vt tenetur, vt expressis verbis, & in eiusdem terminis casus nostri firmauit, Alex *in d. l. debitor* 59. *nu.* 16. *ff. ad Trebell.* cuius hæc sunt verba: *Non obstat, quod per secundum creditorem possit auocari, quia hoc procedere non potest, nisi ex culpo ipsius hæredis, quia non soluit ipsi secundo creditori, vt tenetur. Vnde cum facto eius procedat, quod irreuocabiliter res non remanet apud eum, perinde est, ac si irreuocabiliter remoneret, l. iure ciuili, ff. de condit. & demonstr. l. in executione, §. fin.*
9 *ff. de verb oblig. &* † *facit reg. damnum, quod quis sua culpa sensit, ff. de reg. iur.* hactenus Alexander ex qua doctrina prætensio D. Iuliæ prorsus corruere videtur.

10 Secundò respondetur, quod *reg.* † *text. in d. §. Latinus Largius cum semel* procedit quando dominium reuocabiliter acquiritur, vt constat ex iuribus, & DD. supra relatis In nostro autem casu cum in interdicto Saluiano versemur, non agitur de ablatione dominij, sed possessionis dumtaxat ad effectum, vt ex fructibus creditori satisfiat, proprietas autem D. Iuliæ illæsa remaneat.

Tertiò respondetur, quod cum D. Iulia in rebus donatis, dumtaxat reseruauerit annuam præstationem, atque ita ius quoddam reale seruitutis, vt in prima decisione coram me firmatum fuit, & hoc ius per acquisitionem do-
11 minij † etiam reuocabilem extinguatur, & solum supersit remedium restitutionis, vt scilicet restituatur ab eo, in quem dominium transierit secundum iura expressa in *l. huiusmodi* 84. *§. ædes, l. legatum est* 116. *§. fin. ff. de leg.* 3. *l. à liberto, ff. de bon. libert. l. in omnibus* 18. *ff. de seruit. l. si ei* 9. *ff. commun. præd. & vbique glos. & Doct.* Alexand. *cons.* 69. *in fin. lib.* 5. latè Tiraquel. *de retract. lignag. d. §.* 1. *glos.* 7. *ex num.* 69. sed in nostro casu ius illud reale seruitutis, extinctum propter acquisitionem contingentem in persona D. Iuliæ, non potest restitui, & iterum reponi per D. Domitillam, quia cum non sit Domi-
na illorum bonorum, † sed possessor dumtaxat, non po- 12
test in illis rebus seruitutem constituere, quia in rebus
alienis seruitutem † acquirere, aut imponere nemo po- 13
test secundum iura expressa in *l.* 2. *& ibi glos.* Bart. & DD. *ff. de seruit. l. per fundum* 11. *l. vnum ex socijs* 34. *ff. de seruit. rust. præd. l. vltim. ff. commun. pred.*

Et ita vtraque, &c.

* Idest sub die 17. Februarij 1629. est decisio 327.

Decisiones duæ in hac causa coram Reuerendissimo Vrgellen. sub dieb. 10. Iunij 1626. 7 Aprilis 1628. sunt supra decis. 17. & 167. vbi aliàs decisiones in hac causa cumulaui.

R. P. D. MOTMANNO.

Motulen. Iurispatronatus.

Die Lunæ 18. Februarij 1630.

ARGVMENTM.

Prouisus de beneficio, ad hoc vt ei non possit denegari immissio in possessionem, quæ requirantur. Contradictor legitimus ad impediendam d. immissionem quis non sit.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ prouisionis Apostolicæ, quando sunt in omnibus iustificatæ, habent executione paratam.*
2 *Arbitrium regulatur à iure.*
3 *Possessio probatur per duos testes deponentes de perceptione fructuum.*
4 *Clericatus probatur ex literis patentibus Ordinarij.*
5 *In beneficijs valor narratus per non excessum probatur per testes de publica voce, & fama.*
6 *Enunciatiuæ antiquissimæ probant iuspatronatus.*
7 *Confessio partis omnem aliam probationem superat.*
8 *Sententia antiqua vltra 40. annos ante motam litem, probat iuspatronatus.*
9 *Sententia lata acquiescente parte executioni demandata, operatur exceptionem rei iudicatæ, & contra ipsam pars amplius non auditur.*
10 *Sententia lata in causa status probat, quoad omnes.*
11 *Beneficij vltimus status est attendendus.*
12 *Beneficij immissio non potest impediri per eum, qui non est legitimus contradictor.*
13 *Possessio vitiosa non potest suffragari possessori, ad hoc vt dicatur legitimus contradictor.*
14 *Titulus extinctus perinde est, ac si nunquam fuisset.*
15 *Contradictor legitimus, qui non est, non potest effici per solam citationem.*
16 *Executor cessante interesse rectè procedit absque citatione.*

DECISIO CCCXLVIII.

VACANTE beneficio, de quo agitur, per matrimonium contractum à Ioanne vltimo illius possessore, Donatus vt præsentatus à medietate patronorum de eo Apostolica auctoritate sibi prouideri obtinuit cum derogatione alterius medietatis; Cum verò Vicarius Bitetten. executor in litteris deputatus pronunciasset, dictum prouisum instituendum, ac etiam in dicti beneficij possessionem immittendum esse, ex aduerso Capitulum Massafræ prætendens partes legitimi contradictoris sibi competere sub prætextu quod bona eiusdem beneficij vigore vnionis aliàs ad sui fauorem auctoritate Ordinaria factæ,

factæ, & per Sedem Apostolicam confirmatæ possideret
à dicti Vicarij sententia, appellationem interposuit. Vn-
de commissa mihi causa cum clausula parito literis arbi-
trio Rotæ, dubioque proposito, An intret arbitrium, Do-
mini negatiuè responderunt.
1 Cum enim literæ sint in omnibus iustificatæ † de iure
merenter executionem paratam iuxta terminos *l. fin. C.
de edict.* Diu. Adr. tollen. quam in hoc casu arbitrium im-
pedire non debet, ex quo, vt aliquem effectum operen-
2 tur † debeat à iure regulari *l. fin. §. sed, & fi. C. commun.
de legat.* Paris. *cons. 56. num. 5. lib. 1.* Rota *decis. 348. nu.
4. par. 1. diu.* Seraph. *decis. 1017. nu. 1.* Iustificatur autem
possessio dicti Ioannis ex cuius persona successit præsens
3 vocatio vsque ad tempus contracti matrimonij † per te-
stes datos in Summ. num. 16. deponentes de perceptione
fructuum illius beneficij Crauett. *cons. 107. nu. 2. vers. se-
cundo quia.* Gregor. XV. san. mem. *decis. 160. nu. 2.*
4 Item de Clericatu † constat in literis patentibus Or-
dinarij Felin. *in cap. post cessionem sub num. 3. vers. in glos.
1. nu. 15. d. Probat.* Put. *decis. 140. num. 5. cum seqq. lib. 2.
in nou.* Rota *decis. 321. nu. 5. par. 1. in recent.*
5 Præterea valor narratus † per non excessum proba-
tur per testes deponentes de publica voce, & fama Rota
apud Seraph. *decis. 962. num. 2. & decis. 1229. num. 1. & in
recent. decis. 736. nu. 2. in fin. par. 2.*
Insuper de præsentatione Donati appareat ex fide Vi-
carij Morulen. data in Summ. num. 17.
Denique iuspatronatus existentia ante annum 1580.
quo tempore Capitulum prætendit vnionem ad sui fauo-
6 rem emanasse † probatur tam ex duabus enunciatiuis
antiquissimis, quarum vna est de anno 1394. altera ve-
rò de anno 1560. Ferret. *cons. 293. numer. 6. lib. 2.* Rota
*decis. 684. numer. 1. par. 1. diu. & in rec. decis. 360. numer.
3. cum seq. par. 2.* & ex longa patronorum possessione, Ro-
ta *in recent. d. decis. 360. n. 6. p. 2. & coram Reuerendiss. D.
meo Decano decis. 74. num. 2.* quàm etiam quia in ipsomet
instrumento vnionis ad preces Capituli emanatæ, & pro
parte eiusdem Capituli in iudicio producto ex quo pro-
7 pterea resultat partis confessio † quæ omnem aliam pro-
bationem superat *l. cum si C. de transactionibus c. per tuas
de Probat.* Surd. *cons. 143. num. 39.* Rota *decis. 98 num. 2.
par. 2. diu. & in recent. decis. 158. num. 11. par. 1. & decis.
436. num. 2. vers. immo nulla par. 2*
Post annum verò 1580. probatur non solum d. vnio-
nem non habuisse effectum ex continuata possessione d.
Ioannis instituti ad præsentationem tunc patronorum
familiæ de Azaris, sed etiam ex quatuor sententijs ad eo-
rum fauorem contra Capitulum latis per quas canoniza-
ta fuit pertinentia iurispatronatus, & vulneratæ literæ
vnionis, quæ sententiæ licet singulæ de per se non suf-
8 ficiat, tamen † prima vti per 40. annos ante motam li-
tem, lata probat Gabr. *cons. 198. nu. 3. & 4. lib. 2. & dixit*
Rota *in Florentina Canonicatus 15. Decemb. 1615. coram
bo. mem. Buratto,* & vltima aliarum præcedentium confir-
9 matoria cum fuerit acquiescente † Capitulo executioni
demandata benè operantur exceptionem rei iudicatæ con-
tra ipsum, vt vlterius audiri non valeat *l. cum quæritur
cum duobus seqq. ff. de excep. rei iudicatæ.* Greg. XV. S. M.
10 *decis. 492. n. 3.* & tanquam † latæ in causa status probant
quoad omnes Achil. *decis. 5. d. stat. & re iudic. & in term.
iurispatronatus dixit* Rota *in recent. decis. 312. numer. 19.
par. 1. & in Pistorien. Plebaniæ 12. Iunij 1622. & 24. Mar-
tij 1623. coram D. Nauarro.*
11 Et prædicta corroborantur ex vltimo † statu collati-
uo, de quo docetur cum Ioannes in vim præsentationis,
& institutionis prædictorum post dd. sententias, & rem
iudicatam illud per annos circiter triginta vsque ad ma-
trimonium contractum pacificè possederit Dec. *cons. 126.
num. 1.* Cels. Vgo *cons. 91. num. 7. & in simili* Seraph. *decis.
1103. num. 5. & decis. 1141. num. 4. & fuit dictum in Lan-
cianen. Archipresbyteratus 2. Maij 1616. coram bo. mem.
Buratto.*
Ex quibus sequitur quod Capitulo nullum ius neque
12 in re, neque ad rem habenti nullæ etiam † competant
partes legitimi contradictoris ad impediendam immissio-
nem Mantic. *decis. 350. num. 5.*
Neque obstat quod Capitulum in possessione bonorum
d. beneficij existeret, quia cum absque titulo illa posside-
13 ret, vt supradictum est, illa possessio tanquam † vitio-
sa non potuit illi suffragari, vt fieret legitimus contradi-
ctor Bart. *in l. filiam fratribus numer. 1. vers. aut possidet,
ff. ad Trebell.* Rota *coram Reuerendiss. D. meo Decano de-
cis. 475. numer. 10. & in Romana locorum montium 26. Iu-
nij 1603. coram bo. mem. Remboldo,* quinimo, & si ab ini-
tio titulus fuisset validus † cum per rem iudicatam esset 14
extinctus, perinde est ac si nunquam ab initio fuisset Go-
mes. *super regul. d. trienn. qu. 18. numer. 1. prope fin.* Card.
Mantic. *decis. 118. num. 12.*
Neque facit quod cum semel fuerit citatus, debuerit
deinde ad omnes actus, ac etiam ad sententiam citari † 15
quia per solam citationem non efficitur legitimus contra-
dictor, qui aliàs non esset Card. Seraph. *decis. 144. nu. 5.
bonæ mem. Card. Caualer. decis. 450. nu. 5.* sed debet consta-
re de illius interesse quo cessante rectè † executor proce- 16
dit absque citatione, Crauett. *cons. 177. num. 4. vers. 5. re-
spondeo. Card. Caualer. bo. mem. decis. 596. num. 3.*
Et ita decisum vtraque parte informante.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Maceraten. Legitimæ.

Die Lunæ 18. Februarij 1630.

ARGVMENTVM.

Hæres, qui non confecit inuentarium, licèt non priuetur hæreditate, tamen tenetur legatarijs, & creditoribus vltra vires hæreditarias, & hoc solum procedit propter præsumptionem vsurpationis bonorum, & an ista procedant etiam in &c.

SVMMARIVM.

1 *Steph. Grat. discept. 570. in princ. declaratur.*
2 *Hæres ob non confectionem inuentarii non priuatur succes-
sione, sed tenetur vltra vires hæreditarias.*
3 *Filii ob non confectionem inuentarii non amittunt Tre-
bellianicam.*
4 *Vsurpatio iurium, actionum, & mobilium fideicommisso su-
biectorum præsumitur ex non confectione inuentarii.*
5 *Fideicommissarius, semper potest opponere hæredi,
qui non confecit inuentarium, quod hæreditas erat
opulentissima.*
6 *In filio non conficiente inuentarium non ita intrat præ-
sumptio vsurpationis, sicut in extraneo, declara nu. 10.*
7 *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 24. num. 16. reiicitur.*
8 *Filius, qui inuentarium non confecit, tenetur etiam cre-
ditoribus, & legatariis vltra vires hæreditarias.*
9 *Hæres, qui inuentarium non confecit, quod tenetur vltra
vires hæreditarias, hoc aliunde non potest procedere,
quàm ex præsumptione vsurpationis.*
11 *Hæres, qui inuentarium non confecit, stante super hoc
speciali præcepto testatoris, tunc indistinctè præsumi-
tur vsurpatio, & dolus.*
12 *Filius non potest detrahere bona fideicommisso subiecta,
stantibus bonis liberis, pro sua legitima.*
13 *Bonorum vsurpatio resultat ex non confectione inuen-
tarii.*
14 *Hæres, quando non confecit inuentarium, ignoratur va-
lor bonorum, vide nu. 15. & 16.*

DECISIO CCCXLIX.

IN decisione in hac causa facta 21. Iunij 1629. fuit reso-
lutum non esse admittendos articulos datos per Pelli-
canos ad probandum extare alia bona libera stabilia hæ-
reditatis Matthæi, & hodie cum dicta decisio reuidere-
tur, Domini in ea perstiterunt quoad pretensionem legi-
timæ, de qua fuit tunc principaliter discussum, itaut Pel-
licani non sint admittendi ad faciendam dictam probatio-
nem, ad effectum detrahendi legitimam ex bonis stabili-
bus liberis, si quæ extant, quia iam illam habuisse fuit de-
cisum per plures decisiones, quod, & ipsi sæpius confessi
sunt prout, nec ad effectum, quod stabilia libera contenta
in articulis casu quo extent, fuerint eis designata per te-
statorem pro legitima, quia hoc non est verum, iuxta latè
deducta in dicta decisione in versic. Secundus casus, quæ
hodie Domini vnanimiter comprobarunt. Nec contra-
rium dixit † Grat. *discept. 570. in princ.* qui vt dicebatur 1
fuit Aduocatus Pellicanorũ, sed solum, quod legitima ex

voluntate testatoris debuit deduci ex bonis liberis, non
autem, quod omnia bona libera fuerint pro legitima as-
signata, quia immo dicit contrarium.

Tamen dictos articulos esse admittendos ad proban-
dum dixerunt Domini ad effectum, vt Pellicani possint
prætendere successionem iure hæreditario in bonis stabili-
bus, de quibus io articulis, quia quatenus adsint vltra,
illa, quæ nominatim fuerunt fideicommissis particulari-
bus supposita, Pellicani in eis debent succedere vti hære-
des ex persona Philippi, & Vici fratrum simul cum hære-
dibus Francisci etiam, quod dicti auctores Pellicanorum
a non confecerint inuentarium, quia filij, † prout nec ex-
tranei ob non confectionem inuentarij non priuantur
successione, sed solum tenentur vltra vires hæreditarias,
vt per Bart. Couar. Paul. & alios relatos per Spin. *de te-
stam. glos. fin. nu. 8.* quinimo (quicquid sit in extraneo hæ-
3 rede, de quo latè Cassad. *decis. 5. de Testam.*) filij ob † non
confectiooem inuentarij, nec trebellianicam amittuot,
Bursat. *cons. 44. sub num. 19. vol.* 1. Rimin. Iun. *cons.* 187.
nu. 18. *lib.* 1. Gabr. *cons.* 121. *num.* 51. *vol.* 1. & Guidopap.
decis. 33. per tot. vbi rationem assignat.

Sed pro hæredibus Francisci contra dictam admissio-
nem articulorum quoad successionem iure hæreditario
4 fuit oppositum, quod ex non † confectione inuentarii
præsumitur vsurpatio mobilium iurium, & actionum fi-
deicommisso subiectorum; itaut in hoc casu non sit stan-
dum assertioni Pellicanorum, quibus obstat exceptio non
confectionis, Couar. *lib. 2. var. cap 6. num. 4. post. princ.
vers. qua ratione aduertendum est*, Natt. *cons.* 199. *numer.*
12. & alij quos refert, & sequitur Gratian. *in dicta
discept. 570. numer.* 19. ac propterea semper hæredes Fran-
5 cisci posse opponere hæreditatem Matthei testatoris †
fuisse opulentissimam, ac mobilia, iura, & actiones
vsurpata fideicommisso supposita fuisse multo, ac maio-
ris valoris, quàm bona stabilia contenta in articulis, itaut
probatio stabilium semper reddatur inanis, quia in om-
nem casum dictis heredibus Francisci competeret reten-
tio, vt sibi satisfacerent de mobilibus, iuribus, & actio-
nibus subtractis, & fideicommisso suppositis.

Nec releuare dicebatur, quod in filio non conficiente
6 inuentarium, non † ita vrgeat præsumptio vsurpatio-
nis sicut in extraneo, Mangil. *de imputat. & detract. qu.
171. num. 7.* Moder. *de legitim. lib. 3. tit. 2. quæst. 24. nu.* 16.
Quia vltra quod hæc limitatio videtur parum tuta, cum
iuxta magis receptam, & veriorem sententiam (quicquid
7 in contrarium velint † Moder. ibi.) filius, qui inuentariũ
non fecit, tenetur etiam, vt dictum est, creditoribus,
8 † & legatarijs vltra vires hæreditarias, vt latius dedu-
ctum fuit in dicta decisione in hac causa facta versic. *præ-
9 terea quamuis*, quod non potest aliunde prouenire nisi †
ex præsumptionem vsurpationis, Couarr. *in cap. si hære-
des num. 9 vers. Item illud de testam.* in omnem casum dicta
10 limitatio solum procedere posset † in simplicibus termi-
nis, non autem in præsenti, ex quo Mattheus testator non
cõfidit de filijs, dum eis expressè iniunxit, & mandauit vt
conficerent inuentarium de bonis mobilibus, stabilibus,
pecunijs, & mercantijs per æstimationem subdens vlte-
rius quod illud omninò confici volebat ad effectum vt ex
confessione suorum filiorum, & hæredum constaret alia
11 bona sufficere pro legitima eamque transcendere, † quo
casu ex non confectione inuentarij indistinctè præsumi-
tur vsurpatio, & dolus, Soccin. *cons. 192. num.* 5. Ruin.
cons. 95. num. 46. Molin *de Hispan. primog. lib. 1. cap.* 28.
num. 10. Georg Escabedo *decis. 176 nu. 3. vol.* 1. & in hac
eadem causa contra filios firmat. Grat. *in d. discept.* 170.
nu. 19 cum pluribus seqq.

Et minus releuare dicebatur, quod Pellicanis non pos-
sit obijci ommissio inuentarij, nisi quatenus prætendant
legitimam, quam iam habuisse confitentur, cum præce-
ptum paternum de inuentario conficiendo tantummodo
in hoc casu impositum fuisse videatur ex ratione in tasta-
mento data, idest vt ex confessione filiorum constaret ad-
esse alia bona vltra contenta in particularibus fideicom-
missis stabilium, quæ sufficiebant, aut transcendebant le-
gitimam, non autem ad effectum limitandi, aut regulan-
di successionem filiorum iure hæreditario in alijs bonis sta-
bilibus qoandoquidem dum testator expressè ordinauit, vt
etiam de mobilibus, pecunijs, & mercantijs, quæ postea
etiam fideicommisso supposuit, fieret inuentarium per
æstimationem, & hoc factum non fuit semper vrget præ-
ceptum testatoris, ita vt præsumatur vsurpatio mobilium,
pecuniarum, & mercium, iurium, & actionum non so-
lum vsque ad metas legitimæ, sed etiam vltra, cum testa-
tor ea vltra legitimam extare asseruerit, & videtur esse
euidens, si quidem Pellicani non habuerunt legitimam ex
bonis stabilibus contentis in articulis, & fideicommisso
non suppositis, quia, vt dictum est, in his Pellicani so-
lum hodie prætendunt succedere iure hæreditario satisfa-
cti iam de legitima; deinde nec ex bonis stabilibus fidei-
commissis particularibus suppositis ex quibus testator le-
gitimam detrahi prohibuit, nec tandem de alijs stabilibus
non contentis in articulis, nec fideicommisso suppositis,
quia non probantur, nec prætenduntur alia fuisse in hæ-
reditate, ergo legitimam, & vltra legitimam habuerunt
Pellicani de mobilibus, iuribus, & actionibus fideicom-
misso suppositis, quæ testator etiam vltra legitimam ex-
tare asseruit, vt benè Gratian. *vbi supra*. Quibus sic
stantibus Pellicanis prætendentibus probare existentiam
stabilium contentorum in dictis articulis videtur semper
obstare exceptio irreuelantiæ, quia hæredes Francisci
quando extarent, & ea possiderent possent semper illa re-
tinere pro sibi soluendo, de mobilibus, iuribus, & actio-
nibus subiectis fideicommisso, ex quibus Pellicani legiti-
mam detraxerunt, & vltra vsurpasse præsumuntur, † 12
cum tamen nec ex eis legitima detrahi potuerit, dum ex-
tabant, vt prætenditur bona stabilia libera, Ias. *in l. Mar-
cellus, §. res quæ num. 18 ff. ad Trebell.* Rip. *in l. in quartam
num. 115. ff. ad l. falcid.* Grat. *cons. 17. volum.* 1. & Gra-
mat. *decis.* 93.

Verum, quia forte valor stabilium, quæ per dictos ar-
ticulos probari prætenduntur erit adeò magnus, & ex fa-
cti circumstantijs non sit adeò deferendum præsumptioni
vsurpationis mobilium iurium, & actionum fideicom-
misso subiectorum, quæ † resultat ex non confectione in- 13
uentarij, vt nihilominus non possit intrare arbitrium,
quod dicta vsurpatio etiam, quod esset vltra metas legiti-
mæ sit minor quàm valor dd. stabilium, propterea Do-
mini arbitrati sunt articulos esse admittendos, & non ob-
stare si dicatur legitimam per Pellicanos habitam ex dictis
mobilibus fideicommisso suppositis quamquam hæredes
Francisci compensare possunt cum stabilibus liberis esse
incertam, necnon vsurpationem vltra legitimam incer-
tam etiam esse dum ob non confectionem inuentarij † 14
ignoratur valor dictorum bonorum, mobilium, iurium,
& actionum, quia respondetur, quod forte ex facti cir-
cumstantijs, vt dictum est constito de existentia, & † va- 15
lore prædictorum stabilium intrare poterit arbitrium,
quod bona vsurpata, non æquantur dicto valori stabi-
lium, de quibus in articulis, & in consequentiam idem ar-
bitrarium intrare poterit, quoad fructus dictorum stabi-
lium ad fauorem Pellicanorum, & interesse bonorum mo-
bilium, iorium, & actionum ad fauorem hæredum Fran-
cisci, quæ † consideratio ad effectum de quo agitur, 16
videtur iuri conformis ex his quæ aduertit Couar. *vbi
proximè in dicto cap. si hæredes, num. 9. vers. quamobrem
ni fallor.*

Nec obstat si pro parte hæredum Francisci replicetur te-
statorem fecisse fideicommissum vniuersale purificatum
ad eorum fauorem, sub quo compræhenduntur prætensa
bona stabilia, si extant, & ideo stante fideicommisso vni-
uersali Pellicanos non posse in dictis stabilibus prætendere
successionem iure hæreditario, quia licet possit meritò du-
bitari, An extet dictum fideicommissum vniuersale, &
pro affirmatiua magis inclinauit dicta decisio 21. Iunij
1629. tamen interim, dum de hac non liquet, visum fuit
probationem non esse denegandam.

Et ita veraque, &c.

* Est supra decis. 309. vbi annotaui duas alias decisiones.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Placentina Decimarum.

Die Lunæ 18. Februarij 1630.

ARGVMENTVM.

Agitur materia alienationis decimarum, quando sit nulla, ob non seruatam formam rescripti Apostolici, si in euidentem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Alienatio decimarum est nulla ob non seruatam formam rescripti Apostolici, si in euidentem.*
2 *Et ista forma rescripti nedum per æquipollens potest adimpleri.*
3 *Forma data ad aliquid faciendum, si contra eam fiat, aut citra eam, idem sunt ad effectum inducendi nullitatem actus.*
4 *Executor præsumitur se extraiudicialiter informasse.*
5 *Clausulæ, seruatis seruandis, & vocatis vocandis, operantur, vt executores non possint extraiudicialiter procedere.*
6 *Executores postquam cæperunt procedere iudicialiter, non possunt postea causæ cognitionem relinquere, & procedere extraiudicialiter.*
7 *Executor, quando iudicialiter procedit, maximè in arduis, debet ei constare de obseruantia formæ, per acta iudiciaria.*
8 *Inobseruantia eo ipso probatur, quando de obseruantia formæ non constat.*
9 *Clausula, ex nunc, prout ex tunc, operatur, vt vnum tempus, alteri insit, declara num. 10.*
11 *Verbum, postquam, quando inducat conditionem.*
12 *Executor etiam nulliter exequens, consumit potestatem.*
13 *Perplexitas an vitiet actum.*
14 *Ecclesiasticæ res, licet non possint vendi habita fide de pretio, ad effectum translationis dominii res venditæ, nihilominus contractus est validus in substantia, & ex illo competit actio, & num 15.*
16 *Cons. Gozad. 73. nu 33. declaratur.*
17 *Pecunia in venditione interuenire debet.*
18 *Venditio rei Ecclesiæ facta sine solemnitatibus requisitis, est nulla ad fauorem Ecclesiæ, ipsa si ratam haberi velit, rescindi non potest, & num. 23.*
19 *In gratia reualidatoria non sanantur nullitates, nisi exprimantur.*
20 *Papa non præsumitur velle sanare nullitates, quas ignorat.*
21 *Contra reualidationem in dubio est iudicandum.*
22 *Per remotionem vnius obstaculi, non remouetur aliud.*
24 *In alienationibus rerum stabilium Ecclesiæ certa forma desideratur, nec non beneplacitum Apostolicum.*
25 *Alienationes rerum Ecclesiæ factæ sine debita forma, interim dum non approbantur, sunt nullæ.*
26 *Alienatio rerum Ecclesiæ nulla, ob non seruatam debitam formam, vt per consensum Archipresbyteri reualidetur, quæ requirantur, & num. 27.*
28 *Decimas in laicos alienari prohibet Concilium Lateranen.*
29 *Constitutio facta in Concilio generali requirit specialem derogationem.*
Constitutioni Conciliari non derogatur per clausulam non obstantibus, num 29.

DECISIO CCCL.

IN decisione in hac causa facta 28. Maij 1629. * fuit
resolutum confirmandas esse sententias de partibus,
in quibus declaratur alienationes istarum decimarum
1 fuisse † nullas ob non seruatam formam rescripti Apo-
stolici si in euidentem *iux. reg. text. in cap. cum dilecta §. dictum insuper, & ibi Doctores de rescript.* Gozzad. *cons.* 73 *num. 2.* & Seraph. *decis.* 1195. *num. 2. cum alijs in dicta decisione allegatis. In alia autem decisione etiam coram me in eadem causa facta 3. Decemb. 1629.* * fuit decisum for-
mam † rescripti nedum non potuisse per æquipollens
2 adimpleri, sed nec sic adimpletam fuisse.

Quod verò forma rescripti seruata non fuerit, videli-
3 cet contra aut citra eam, quæ † idem sunt ad effectum
inducendi nullitatem venditionum *iuxta doctrinam glos. in cap. si cui verb. præter de elect. in 6.* Panorm. *in cap. causam quæst. num. 7. de re iud.* & Dec. *in cap. prudentiam in 4. notab. de offic. Iudice delegat.* ex tribus præcipuè in dicta prima decisione deductum fuit. Primò quia narratum fuit decimas alienandas non excedere ducatos ducentos de Camera, super qua Papa executoribus ordinauit, vt diligenter se informarent, & tamen hæc narratiua non fuit tunc iustificata. Secundò quia iuxta formam rescripti executores debuerant confirmare alienationes, postquam factæ essent, quas non postea, sed ante quam fierent confirmarunt, & tandem qui tam in litteris Apostolicis, quàm in sententia executorum fuit præscriptum vt prætium deponeretur, & fieret reinuestimentum in bonis stabilibus infra sex menses à die alienationis, & neutrum fuit obseruatum, sed fuit habita fides de pretio ad septem annos pro vna venditione, & ad annos nouem pro pretio alterius.

Cum autem hodie Dominis de Anguissolis emptoribus concessa fuerit noua audientia, Domini in decisis persiterunt, quæ enim deducta fuerunt pro alienationum validitate, & remouendis tribus nullitatibus ex omissione, seu contrauentione formæ supra deductis visa fuerunt non releuare.

Ad elidendam primam nullitatem, quod non fuerit per executores iustificata narratiua, quod decimæ alienandæ non excedebant scuta ducentum auri de Camera, afferebatur lista decimarum tunc exhibita in informatione per executores recepta in executionem rescripti, nec non testes examinatis super Ecclesiæ vtilitate, sed nec in lista, nec in testium depositionibus verbum aliquod de valore decimarum, sed solum ex lista constat, quod decimæ consistebant in quibusdam pecuniæ summis, & pro maiori parte in varijs grani in specie exigendis à diuersis, & in testium depositionibus, quod vendit in erat Ecclesiæ vtilis, quibus sic stantibus quamuis in simplicibus terminis rescripti si in euidentem exequutores fortè potuissent se de
eis extraiudicialiter informare, & præsumptio fit, † dum 4
alienandi licentia impartitur, quod de eo extraiudicialiter recepta est informatio, vt in his terminis Abb. *cons.* 41. *lib.* 1. & in simili Capic. *decis.* 16. *nu* 4. Put. *decis.* 140. *lib.* 2. & Rota *decis.* 1073. *num.* 3. apud Seraph. tamen in præsenti iuxta seriem rescripti, de quo agitur, hæc præsumptio in-
trare non potest, cum in illo adsit † clausula ser. seru. quæ 5
prout clausula vocatis vocandis importat, vt executores non potuerint extraiudicialiter procedere, Mart. *claus.* 169. *nu.* 5. *p.* 1. & in puncto Rodoan. *de reb. eccles. non alienan. in rubr. de causæ cognit. in alienat. facien. num.* 64. & præsertim quia cæperunt iam procedere iudicialiter, dum citarunt Capitulum Ecclesiæ S. Germani, Potentiani, vt ex citatione data sum. nu. 2. qua stante etiam quod aliàs potuissent extraiudicialiter procedere, quia tamen † elegerunt viam iudiciariam, non potuerunt postea deserere causæ cognitionem, & procedere extraiudicialiter. Feder. de Seo. *cons.* 79. *num.* 3. *vers. quid plus.* Card. *cons.* 145. *in
fin.* quando autem † iudicialiter procedendum est, ma- 7
xime in arduis, in quibus versamur, constare debet de obseruantia formæ per acta iudiciaria, *cap. quoniam contra. de probat.* Ægid. *decis.* 377. & Put. *dicta decis.* 140. *par.* 2.
in nou. impress. Vndè cum † de obseruantia, formæ in 8
actis non appareat, eo ipso probatur inobseruantia *ad l. titiæ testatores, & ibi* Bart. *n.* 2. *ff. de legat.* 1. & in puncto latè comprobat Caualcan. *decis.* 29. *aliàs* 73. *de contract.*

Ad effugiendam secundam nullitatem videlicet, quod executores confirmarunt venditiones faciendas contra rescripti formam, iuxta quam confirmatio debebat subsequi,
dicebatur pro emptoribus adesse in confirmatione † clau- 9
sulam ex nunc prout ex tunc, per quam vnum tempus inest alteri, *l. huiusmodi stipulatio in* 2. *ff. de verb. oblig. vbi* Alex. *in* 2. *notab.* Sed pariter cessat penitus, quia illud
procedit data habilitate terminorum, † idest tam termi- 10
ni à quo, quam termini ad quem iuxta doct. Bart. *in l. si is qui pro emptore, in qu.* 5. *princ. ff. de vsucap.* & in terminis dictæ Clausulæ Cassador. *decis.* 3. *sub num.* 15. *cum seqq. de præben.* Mohed. *decis.* 21. *num.* 3. & 4. *eod. tit.* & Gregor. XV. *decis.* 428. *num.* 4. hic autem termini habiles non erant ex defectu potestatis executorum, qui clausulam apposuerunt, faciendi actum vtroque tempore, quandoquidem iuxta formam in eis præscriptam non poterant venditiones confirmare nisi conditionaliter, idest quatenus
prius factæ essent, quia verbum, † postquam, in hoc casu 11
inducit conditionem. Rot. *decis.* 46. *nu.* 2. *par.* 2. *recent.* & fuit dictum in prima decis. in hac causa facta *vers. præterea sententia*, & tamen antea confirmarunt, & sic tempore quo non poterant, dum autem sic confirmarunt, non
poterant amplius eas postea confirmare, quia † eorum 12
potestas fuit consumpta per confirmationem præcedentem etiam nulliter factam, *l. sicut proponis, C. quo modo, & quand. Iudex.* Caldas. *in repetit. l. si curatorem habens in diffinit. restitutionis versic. implorandum n.* 21. *C. de restitut. in integr. cum alijs latè deductis in dicta secunda decisione in hac causa facta*, resultat enim inde quædam perplexitas, siquidem confirmatio non valet, vt facta antea, quia debuit fieri post, nec vt facta ex ipso, quod an-
tea fuit facta † perplexitas autem impedit, vt neutrum va- 13

leat, quia ad inuicem se impediunt, *l. si Titius, vbi glos.*
Bart. *& alij ff. de condit. instit.* Bald. *in leg. Arethusa ff. de*
stat. homin.

Ad euitandam tertiam nullitatem, nempe quod pre-
tium non fuit depositum iuxta formam litterarum, sed
de eo habita fides, expendebant informantes illam com-
14 munem, & receptam conclusionem, quod & si res † Ec-
clesiæ vendi non possint habita fide de pretio ad effectum
translationis dominij rei venditæ, contractus nihilomi-
nus est validus in substantia, & ex illo competit efficax
actio Bald. *in l. cum vendente num. 3. vers. nota ergo C. vbi*
caus. Fiscal. Alex. *in l. à Diuo Pio, §. sed si emptor. num. 8.*
vers. quod intelligntis, & ibi Ias. *num 6. ff. de re iud.* Peregr.
de iur. fisci lib. 6. tit. 4. num. 9 Rota apud Greg. XV. *decis.*
133. *num. 7.* & in terminis rescripti Apostolici si in euiden-
15 tem † cum clausula, quod pretium deponatur ad effectum
emendi stabilia, vt in casu nostro allegabatur, *Consilium*
Gozzad. 73. *n. 33. vers. tertio probo, & vers. ad quintum.* Sed
hæc Domini similiter reiecerunt, quia licet dicta conclu-
sio fortè intraret, si in literis Apostolicis esset simpliciter
data licentia sine dicta clausula, aut etiam si cum ea, &
à principio in actu venditionis fuisset seruata rescripti
forma, & perfecta iam venditione haberetur fides de
pretio ex interuallo, aut demum intraret ad fauorem
Ecclesiæ, cui in omnem casum actio competeret ex infra
dicendis, non autem intrat ad fauorem emptorum, quan-
do vt hic, in rescripto præscribitur depositum pro forma,
& licentia vendendi executorum cantat iuxta formam
litterarum, & nihilominus in actu venditionum, & ea-
rum instrumentis fuit factum, & narratum totum con-
trarium, videlicet expresse habita fide de pretijs, illaque
in pactum deducta, hoc enim casu, vt latè comprobatur
in dicta secunda decisione, nullo modo, nullaque ratio-
ne euadi potest contrauentio formæ in litteris præscripta,
16 consilium autem † Gozzadini retorquetur, quia ibi re-
scriptum si in euidentem non fuit restrictum ad venden-
dum, sed generaliter ad alienandum etiam pecunia nume-
rata, & quod illa deponeretur, sed quia non fuit facta alie-
natio per viam venditionis, sed permutationis cum alijs
stabilibus, quæ fuerunt illico tradita, consuluit Gozza-
dinus, quod illa alienatio sustinetur iuxta formam litte-
rarum, quamuis non fuerit factum depositum pecuniæ,
ex quo Papa non restrinxit licentiam ad vendendum, sed
eam dare visus fuit generaliter ad alienandum, itaut illa
verba, etiam pecunia numerata, & quod deponeretur,
17 intelligi debeant casu, † quo fieret venditio, in qua in-
teruenire debet pecunia, non autem dum facta fuit per-
mutatio cum alijs stabilibus statim traditis.

Demum pro remouendis omnibus nullitatibus supra-
dictis fuit in actis productam quoddam Breue Sixti V. ad
supplicationem tunc Archipresbyteri dictæ Ecclesię ema-
natum, in quo præmissa supplicatione Archipresbyteri,
in qua narrantur venditiones harum decimarum, easque
factas fuisse ad Ecclesiæ vtilitatem, & quod emptores
sub prætextu, quod forma præscripta in litteris si in eui-
dentem non fuit obseruata, recusabant pretium soluere,
Papa committit Episcopo Piacentino, vt constito sibi sum-
mariè, & extraiudicialiter de prædictis, compellat empto-
res quacunque appellatione remota ad soluendum pre-
tium realiter, & cum effectu, non obstante quod tenor
litterarum minimè seruatus fuerit, quod Episcopus exe-
quutus fuit quia emptores in illius exequutionem solue-
runt, & pecuniæ fuerunt reinuestitæ in tot stabilibus per
eundem Archipresbyterum supplicantem, ex quibus duo
pro emptoribus elici dicebatur; primum dictum Breue
continere reualidationem gratiæ secundum continere sal-
tim Archipresbyteri, seu Ecclesiæ approbationem, &
dubium non esse, quin data vtilitate, prout fuit narratum
18 potuerit Ecclesia approbare, quamuis non emptores im-
probare, vt in simili *est text. optimus in l. cum hi, §. eam*
transactionem ff. de transact. & in l. 3. de nouat. & in nostris
terminis *glos. in ca. pri. verb. sede vacante quam ibi appro-*
bant Panorm. & Ant. de Butr. *extr. ne sed vacan.* Innoc.
in cap. 1. & ibi Hostien. & Ioan. Andr. *de his, quæ fiunt à*
Prælat. sin cons. Cap. Dec. *in cap. quæ in Ecclesiarum n. 27.*
in 5. notab. de const. Ias. *in dict. §. eam transactionem num. 2.*
& in §. actionum num. 43. instit. de action. Ruin. *cons. 35. n.*
31. Crot. *cons. 115. num. 7.* Speculat. *de emphit. §. nunc ali-*
qua num. 33. Gasp. Thesaur. *q. foren. 57. lib. 3.* Guid. Pap.
decis. 159 numer. 2. & ad l. ad decis. 156. eiusdem Vinc. de
Franc. *decis. 35. numer. 3.* Put. *decis. 302. lib. 1. in nou. im-*
press. Crescent. *decis. 1. de locat. & latissimè* Mant. *decis.*
201. *num. 1.*

Sed prædicta facili negotio tolluntur, nam primum de
reualidatione prorsus caret fundamento, † quia Archi- 19
presbyter gratiam reualidationis non petijt, nec Papæ
fuerunt narratæ nullitates supradictæ, prout de iure re-
quiritur ad reualidationē *c. quia diuersitatē de concess. præ-*
ben. & cap. 2. ne sed vac. Rebuff. *in prax. tit. de rescript.*
etiam perinde valere num. 37. Rota *decis. 158. num. 5. par.*
1. recent. vbi num. 6 quod † non est credendum Papam 20
sanasse, vel sanare voluisse defectus, quos ignorabat, &
Greg. XV. *decis. 260. nu. 16.* & in his terminis Caualcan.
de contract. dec. 45. in addit. vers. 5. non obstat num. 51. qui
etiam in d. decis. 29. num. 16. optima ratione probat, quod
in † dubio iudicandum est contra reualidationem. 21

Vnde non obstat fuisse Papæ narratum pecunias non
fuisse depositas, quia in omnem casum reualidatio huius
nullitatis non suffragatur, quoad alias duas supradictas,
de quibus nulla fuit facta mentio iuxta reg. quod † per 22
remotionem vnius obstaculi non remouetur aliud, de
qua *in cap. ex tuarum de author. & vsu pallij, & in cap. pa-*
storalis de priuil. & in puncto gratiæ sanatoriæ nullitatū.
Rot. *in d. decis. 158. num. 6. par. 1. in recent. & apud* Ca-
ualet. *decis. 500. nu. 1.* & cessat omnis difficultas, quia tan-
tum abest, quod Papa fuerit certior factus de huiusmodi de-
fectibus, quinimo fuit illi falsò expositum gratiam si in
euidentem fuisse executam fer. seru. & sic de obseruatione
formæ constare per iuridicam informationem iuxta supra-
dicta, & cum hac narratiua Papa concessit Breue, in quo
iussit emptores compelli non obstante quod allegarent nul-
litatem venditionis, non quia vellet eam sanare, sed quia
† in omnem casum emptores de ea dare non poterant, sed 23
sola Ecclesia, vt dictum est.

Alterum autem nempe, quod Ecclesia approbauit ven-
ditiones, dum Archipresbyter supplicauit, & eo instan-
te Breue fuit executum, pariter tollitur, quia cum † in 24
alienationibus stabilium Ecclesiæ desideraretur certa for-
ma, de qua *in cap. sine exceptione 12. quæst. 2.* nec non
beneplacitum Apostolicum iuxta Constitutionem Pauli
Secundi, de qua in extrauaganti *ambitiose de reb. Eccles.*
non alienan. Greg. XV. *decis. 52. num. 1.* & si † aliter fiunt, 25
interim, dum non approbantur, sint ipso iure nullæ. Ant.
de Butr. *vbi sup.* etiam quod sint vtiles Ecclesiæ, *d. cap sine*
exceptione, & cap. tua nuper. extra, de his quæ fiunt à Præ-
lat. & leg. fin. ff. de curat. furios. add. ad singul. Mattesil.
155. Tiraq. *in tractatu, post ll. connub. glos. 8. quæst. 8.* Af-
flict. *decis. 87. num. 2.* & Vinc. de Franc. *d. decis. 35* inde
consequenter fit, vt solus consensus Archipresbyteri non
potuerit reualidare venditiones ipso iure nullas sub non ser-
uatam formam litterarum, dum † in approbatione non 26
fuerunt adhibitæ iuris solemnitates, & beneplacitum
Apostolicum non interuenit, nec fuit subsecutum, *arg.*
text. in l. doli vers. idemque ff. de nouat. Bald. *cons. 475. n.*
3. vol. 1. Mattesil. *d. singul. 155.* Corsett. *singul. 220. verb.*
pupillus, vers. ex quibus Fu'gos. *in d. §. eam transactionem,*
& ibi Sarmien. *de reddit. Eccles. 1. par. cap 2. & 3.* Brun. *de*
forma & solemn. rubr. de potent. & effect. ampl. q. Ias. *in d.*
§. eam transactionem num. 2. in fin. Tiraq. *in d. tract. glos. 6.*
num. 10. Cancer. *varior. resol. cap. 13. nu. 50. &* Caualcan.
decis. 17. aliàs 46. num. 9 de contract. & in puncto, quod in
ratificatione † Rectoris requiratur beneplacitum, in 27
Franc. *in d. decis. 35. nu. 4. vers. quin.*

Et tandem tolluntur omnia, ex quo versamur in alie-
nationibus decimarum, & nec in gratia si in euidentem,
nec in Breue Sixti V. fuit derogatum Concilio Lateran.
quod † prohibet decimas in laicos alienari, de quo *in cap.* 28
prohibemus extra de decim. Sed solum in dicta gratia dero-
gatur synodis diocesanis, & prouincialibus, cum tamen
constitutio conciliaris, seu facta à Papa in Concilio Ge-
nerali † requirat specialem derogationem, itaut non suf- 29
ficiat derogatio per clausulam *non obstantibus* Archidiac.
in cap. 1. col 1. de constit. nu. 6. Felin. *in cap. nonnullis nu. 2.*
de rescript. Eugen. *consil. 26. nu. 27. lib. 1. & in puncto* Rot.
dec 223. part. 1. diuers. & coram Caual. *dec. 229. nu. 3. &*
4. & decis. int. numer. 1. & 2. & 247. numer. 10. et
11. in Albiganen. decimarum vigesimaquinta Iunii, et
octaua Nouembris 1627. coram Illustriss. Card. Virilo.

Et ita vtraque, &c.

* Est supra in hac parte dec. 295.

REVERENDISSIMO P. D. VRGELLEN.

Anconitana Censuum.

Die Mercurij 20. Februar. 1630.

A R G V M E N T V M.

Negatiua, quod non extant alia bona in hæreditate, ex quo probetur. Remedium ordinarium, si quis habeat, an possit vti extraordinario. Actio subsidiaria, quando habeat locum.

S V M M A R I V M.

1 *Bona alia, quod non adsint in hæreditate, negatiua ista benè probatur ex inuentario.*
2 *Minor, qui petit se restitui, quia dicit se læsum ex aditione hæreditatis, quid probare teneatur.*
3 *Mulieri, quæ in subsidium vult exigere dotem ex bonis fideicommissi, incumbit onus probandi bona libera non extare, & num. 7.*
4 *Mulier, si dicat non esse alia bona mariti, præter illa, quæ sunt subiecta fideicommisso, habet intentionem fundatam, ita vt contrarium asserenti, incumbat onus probandi.*
5 *Statutis consuetudinibus locorum statu in solemnitatibus inuentarij.*
6 *Bona, quando præsumantur consumpta.*
9 *Remedium ordinarium, quando quis habet, non potest vti extraordinario.*
10 *Tutores non tenentur, nisi de contentis in inuentario ritè, & rectè confecto.*
11 *Pupillus, quando est læsus, vel potest agere contra tutorem via ordinaria, vel contra alios via extraordinaria, & restitutionis remedio, & num. 12.*
13 *Remedio extraordinario licet cuilibet agere, vbi pinguius per illud prouidetur.*
14 *Actio subsidiaria quando non habeat locum.*
15 *Hæres si emat aliquid ex pecunia hæreditaria proprio nomine, ad hoc vt fiat hæreditaria in subsidium probandum est, quod nihil aliud fueri in bonis defuncti tempore mortis.*
16 *Castrens. in l. sed & si §. 1. numer. 1. ff. de petit. hæred. declaratur.*
17 *Vtile per inutile non vitiatur in indiuiduis.*
18 *Filius pro sua legitima, & mulier pro dote non possunt agere contra bona fideicommissaria, nisi in subsidium pro concurrenti quantitate.*
19 *Propter necessitatem ea, quæ conceduntur, regulantur pro modo necessitatis, & quatenus necessitas vrget, aut æquitas dictat.*
20 *Actio cui competit, multo magis competit retentio.*
21 *Præseruatio generalis, & ampla comprehendit omne ius, quod alicui competit.*

D E C I S I O CCCLI.

DIE 22. Iunij 1629. * fuit resolutum; non extare alia
Bona Petri, quæ Triumphis suffragentur, & hodie
cum super eisdem causa denuo proponeretur, Domini ste-
• terunt in decisis, licèt enim videatur Leonijs incumbere
onus probandi non extare alia bona, dum sunt actores, &
1 intendunt subsidiariam intrare, tamen hæc † negatiua vi-
sa fuit sufficienter probata ex inuentarijs tutorum *l. fin. §.
licentia, C. de iur. delib.* cum alijs in dicta decisione allega-
tis in *vers. ratio resolutionis*, & hoc etiam ad effectum sub-
sidiaria. Guid. Papa *decis.* 140. *num.* 5. vbi quod minor, qui
2 petit restitui, † quia dicit se læsum ex aditione hæredita-
tis, tenetur quidem probare hæreditatem non soluendo
sed probat sufficienter, si dicat tantum est in hæreditate, &
non plus iuxta *glos. in l. cum de lege vers. Heredis probatio,*
3 *ff. de probat.* prout etiam † mulieri, quæ in subsidium vult
exigere dotem ex bonis fideicommissi incumbit onus pro-
bandi bona libera non extare, Bertrand. *cons.* 161. *num.* 26.
lib. 3. Crauet. *cons.* 67. *num.* 4. Corn. *consil.* 3. *num.* 3. *l.* 3. Sebast.
Medic. *de acquir. rer. domin. glos.* 2. *part.* 1. *numer.* 45. & esse
veram sententiam attestatur Molin. *de primogen. hispan.
lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 34. tamen verum est quod eo ipso, quod
mulier † dicit non esse alia bona mariti, præter illa, quæ 4
sunt subiecta fideicommisso, habet suam intentionem
fundatam, & probatam ita vt dicenti alia bona exta-
re incumbat onus probandi, & dicta bona ostendi, De-
cian. *consil.* 519. *numer.* 7. *per tot.* Cancer. *var. resolu-
tion. lib.* 1. *cap.* 9. *numer.* 103. Gratian. *discept.* 570. *nu-
mer.* 19.

Quod autem dicebatur, inuentarium non fuisse ritè, &
in forma iuris factum, fuit iam sublatum in eadem deci-
sione *vers. quod autem inuentarium*, prout etiam hodie tol-
litur, cum inuentaria fuerint magis extentè data, ex qui-
bus ad oculum patet fuisse confecta seruatis omnibus so-
lemnitatibus requisitis ex statuto Anconæ, *collat.* 2. *numer.* 5
23. In solemnitatibus † autem inuentarij statur statutis,
aut consuetudini locorum. Iason. *in d. l. fin. in princip.
numer.* 5. & Valasc. *decis.* 32. *num.* 22. *cum alijs in dict. dec.
allegatis.*

De bonis autem in inuentario descriptis, tam mobili-
bus, quàm immobilibus, & prætensis melioramentis Leo-
nij dederunt bonum exitum, in primis enim quod attinet
ad mobilia, aut fuerunt distracta per creditores, aut nun-
quam fuerunt penes dictos Leonios, aut eorum tutores,
sed apud tertios, quæ propterea ipsi non tenebantur inqui-
rere, nec exigere, nec aliam, quam prædictam de eis red-
dere rationem ex plenè deductis in *eadem decisione vers.
Bona verò in inuentario*, quæ hodie Dominis placuerunt,
& sic non est cur repetantur prout nec etiam opus est res-
pondere ad illud obiectum, nempe existentiam mobilium
apud tertios excludere subsidiariam saltem pro rata parte
in concursu creditorum, quia etiam placuit responsio da- 6
ta in *d. decis. vers. Non obstat* etiam nimirum, quod † illa
præsumuntur consumpta, & in omnem casum esse in-
tricata, quæ ideo Leonij discutere non tenentur ad effe-
ctum, vt intrare possit subsidia, *ex doctr.* Castren. *in l. inter
eos, §. creditor, ff. de fideiuss.* & in fortioribus terminis Rot.
lanuen. *decis.* 156. *numer.* 7. & in muliere agente subsidia- 7
ria contra bona prohibita alienari, † quia non extabant
bona libera in hæreditate, ex quibus dos posset restitui, di-
xit Rot. *decis.* 472. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. & in Romana Saluia-
ni 7. Aprilis 1628. in fin. coram me*, alioqui enim fere nun-
quam intraret subsidiaria, quia semper creditores oppone-
rent de rebus hæreditarijs penes alios vt fuit etiam ponde-
ratum in *eod. vers. Non obstat etiam.*

Nec dicatur quod in inuentarijs aliqua bona mobilia
non sint distinctè. & in indiuiduo descripta videlicet qua-
tuor coramina, quatuor lintea, & sic de singulis, sed in
confuso, videlicet vna arca coraminum, duæ capsæ supel-
lectilium, & alia huiusmodi, itaut præcisa quantitas, & va-
lor singulorũ mobilium sint incerta, quia non est verum in
facto nisi quoad coramina, quæ etiam fuerunt sic descripta,
*corami per doi fornimenti di Camera, vt in 2. summario iurium
dato die 21. Iulij 1628. num.* 1. § 2. Nec est verum, quod in in-
uentarijs tam primo quàm secundo, legantur vna arca co-
raminum, & duæ capsæ supellectilium, & in omnem
casum dum ideo inuentaria non possent dici nulliter facta,
sed nihilominus valerent, & de prædictis mobilibus, sicut
prætenditur descriptis Leonij, qui de tempore confectionis
inuentarij erant infantes, taliter, qualiter fieri potuit, bo-
nam reddiderunt rationem, prout in dicta decisione sem-
per intrat, quod inuentarium valide confectum probat ne-
gatiuam, itaut dicenti extare † alia bona, & rationem 8
non fuisse bene redditam incumbat onus probandi ex su-
pradictis.

Non etiam releuat si dicatur Leonios posse agere con-
tra tutores negligentes in recuperando aut inquirendo mo-
bilia, quæ erant penes tertios, aut demum in non descri-
bendo ea distinctè in inuentarijs, vt prætenditur, itaut
Leonij dum habent remedium ordinarium, videlicet 9
actionem tutelæ contra tutores non possint agere subsi-
diaria, quæ est remedium extraordinarium quia vltra,
quod vt dictum est descriptio fuit distinctè facta, & tuto-
res non tenentur nisi de contentis † in inuentario ritè, & 10
rectè facto, in quo non debuerunt describi, qui erant pe-
nes tertios, nec illa hodie Leonij tenentur inquirere, præ-
sertim cum sint intricata, in omnẽ casum certum est, quod
tutores excusarentur, dum eis fraus, aut dolus non posset
imputari, aut aliàs non probaretur pupillis, aut hæreditati
fuisse causatum damnum, & præterea cessat difficultas,
quia est in electione † pupilli agere aduersus tutores via or- 11

dinaria, ant contra alios via extraordinaria, & remedio restitutionis *l. etiam la prima*, *vbi* Bart. *& l. fin. vbi* Salicet. *C. si tutor*, *vel curator interuenerit*, in puncto, quod sit in
12 electinne minoris agere contra turores ob omissionem, † vel malam confectonem inuentarij, vel agere contra alios via extranrdinaria Cancer. *var. resol. par. 3. cap. 2. num* 88.
13 & accedit quod licet agere remedio † extraordinario vbi pinguius per illud prouidetur *l. qui bona fide §. si quis opus*, *vbi* Bart. *ff. de damn. infect.* Menoch. *consil.* 380. *n.* 32.

Quod verò artinet ad melioramenta illa, quæ prætenduntur fecisse Petrum in domo sita in castro Camburani, non sunt attendenda, quia dicta domus possidetur per Triumphos, vt fuit dictum in *ead. decis. vers. quoad stabilia*, & minus attendi debent illa, quæ prætenduntur facta in prædio sancti Apollinaris, quibus meritò in dicta decisione non fuit responsum, quia nec hodie probantur ex relatinne Dionoræ scripta manu eiusdem illius factoris, seu famuli, quæ nullo modo fidem facit ex deductis in *ead. decis. vers. vnde non obstat reuelationes*.

Tandem quoad bona stabilia solum fuit facta difficultas circa quatuor salmas prædij sancti Apollinaris de quibus in *d. decis. vers. reliquæ quatuor salmæ*, quorum valor est iam liquidatus ex subhastatione de his facta cum fructibus tunc pendentibus de anno 1618. in scutis 352. mone-
14 tæ, vt Triumphi dicebant, † quæ impedire debeant subsidiariam in totum ex Castrens. *in l. sed, & si lege*, *§. 1. num. 5. in lect. Auenionen. ff. de petit. hæred.* vbi quod ad hoc, vt res empta ex pecunia hæreditaria per hæredem
15 † proprio nomine fiat hæreditaria in subsidium probandum est, quod nihil aliud fuerit in bonis defuncti tempore mortis.

16 Sed fuit responsum 1. quod doctrina Castrens. † debet moraliter intelligi, & iuxta naturalem, & proportionatum sensum. Ita ut pro concurrenti quantitate quæ repetitur in hæreditate non possit intrare subsidiaria, intrare autem in eo, in quo hæreditas non est soluendo cum non
17 versemur in indiuiduis & vtile per inutile † non vitietur, prout in simili pro concurrenti quantitate bonorum liberorum filius pro legitima, aut mulier pro dote non possunt agere contra bona fideicommissi aut contra legatarios res-
18 pectiuè † si verò illa non sufficiunt rectè pro residuo in subsidium agunt Gab. *cons.* 128. *num. 5. lib.* 1. Grat. *discept.* 570. *num.* 10. & ratio est clara quia subsidiaria datur ex quadam necessitate, sic dictante æquitate non extantibus bonis hæreditarijs, aut liberis expeditis, in quibus possit fieri exe-
19 quutio quæ autem propter † necessitatem conceduntur, regulantur pro modo necessitatis, & quatenus necessitas vrget, aut æquitas dictat, Bart. *in l. 1. §. vlt. num. 1. ff. de serijs*, Dec. *in l. si donatione num. 17. ante fin. C. de collat.* Gabr. & Gratian. *vbi supra*.

Præterea, & 2. fuit benè responsum, quod doctrina Castrens. in præsenti nullo modo procedit, sed subsidiaria intrat in totum, ex quo Leonij possunt dictas quatuor salmas retinere pro alijs suis creditis prioribus, & potioribus in multo maiori quantitate, nempe pro expensis, quas fecerunt pro dictis salmis recuperandis in longa, & dispendiosa lite habita cum capella Burghesia, vt fuit latius deductum in *d. decis. in eod. vers. Reliquiæ*, & deinde ita ut cessiet prorsus omnis difficultas, quia Leonij erant creditores Petri in scutis 4751. quia tanti sancta domus Lauretana à Petro emit medietatem prædij Lumbriani, cum tamen census, de quibus agitur, sint in solum valoris scut. 4351. vnde si contra dictos census in defectum aliarum rerum hæreditariarum Petri competit Leonijs subsidiaria pro recuperatione dicti pretij, ex quo census illi fuerunt ex dicto pretio empti, multo magis eis competit retentio dictarum quatuor salmarum pro residuo eiusdem pretij, idest pro scutis quatuorcentum pro quibus fuit Leonijs ius reseruatum in sententia bonæ mem. Vbaldi contra alia bona hæ-
20 reditaria Petri iuxta iuris regulam, quod cui † competit actio, multo magis competit retentio, de qua DD. *in l. si non fortem §. si centum*, *ff. de condition. indebite* Bald. *in leg. 2. in 3. notab. C. de fideiussor. & latè* Surd. *decis.* 277. *per tot*.

Non obstat, quod contra prædictam retentionem Triũphi opponunt de renunciatione facta à Leonibus de istis quatuor salmis, quia illi talem renunciationem fecerunt sine præiudicio omnium aliorum quorumcunque, iurium ipsis Leonibus quomodocumque, & qualitercumque, & quauis alia causa competentium, & competiturorum, &
21 non aliàs &c. quæ † præseruatio adeò generalis, & ampla omne ius, quod Leonibus tunc competebat comprehendit, & sic etiam istud retentionis iuxta textum in *l. 4. §. si in venditione*, *ff. quib. mod. pign. vel hipot. sol.* Martha *de clausul. par. 1. clausul. 158. nu. 1. in fin.* Gratian. *disceptat. forens. cap.* 918. *num* 29.

Et ita vtraque parte informante, &c.

* Est supra in hac parte decis. 310.

R. P. D. MERLINO DECANO.

Romana Separationis thori.

Die Veneris 1. Martij 1630.

ARGVMENTVM.

Thori separatio ad hoc, vt concedatur, quæ sufficiant per vxorem probari. Et quando thori separatio absolutè sit facienda Dotis restitutio est sequela separationis thori.

SVMMARIVM.

1 *Super separatione thori rectè pronunciatur vbi nulla securitatis cautio sufficit, ad reprimendam sæuitiam viri.*

2 *Sæuitia viri an sit tanta, vt trepidantem vxorem non deceat committere fragilitati cautionum, in arbitrio iudicis positum est.*

3 *Diuortio iustam causam tribuunt odia implacabilia.*

4 *Diuortio, vt sit locus, sufficit solus metus futuræ sæuitiæ, vel alicuius grauis mali.*

5 *Metus minor requiritur in muliere tanquam sexus, & ingenij imbecillioris, quàm in viro.*

6 *Thori separatio absolutè facienda est, quando vir machinauit vitæ vxoris veneno.*

7 *Peritis in arte est standum.*

8 *Vir, quod insidiauerit vitæ vxoris veneno, probatur per vrgentia indicia.*

9 *Tortura non repetitur, nisi adsint grauissima indicia.*

10 *Testes non dicuntur singulares, quando omnes tendunt ad probandum idem.*

11 *Sæuitia viri probatur per testes singulares.*

12 *Acta facta in causa criminali, probant etiam in ciuili inter easdem personas, amplia num.* 14.

13 *Probationes exactiores requiruntur in criminali, quàm in ciuili.*

14 *Thori separatio, vt concedatur, sufficit metus futuræ sæuitiæ cadens in constantem mulierem, quæ res relinquitur arbitrio iudicis.*

15 *Dotis restitutio, & donationis propter nuptias est sequela iudicij separationis thori culpa viri precedentis.*

DECISIO CCCLII.

PRO informante responderunt Domini, scilicet confirmandam esse sententiam super separatione thori,
quia certa est conclusio, quod vbi sæuitia † viri tanta est, 1
vt nulla securitatis cautio sufficiat, rectè pronunciatur super separatione thori, *c. ex transmissa*, *§. si autem capitali odio*, *& c. litteras*, *§. si vero tanta de restit. spoliat. vbi* Abb. *num. 7.* Menoch. *cons.* 299. *per tot.* Barbos. *in rub. ff. solut. matrimon. 2. par. num. 26. & 27.* Gutier. *qu. canon. qu. 24. num. 7. lib. 1.* Aldobr. *cons. 71. num. 1. & seqq* Farin. *qu. crimin. 143. n. 129. & 225.* Sanch *de matrim. lib. 10. disp. 18. num. 32.* Rot. 193. *num. 5. post 2. volum. cons.* Farin. *& latè fuit dictum in Toletana separationis thori 30. Nouembr. 1596. coram bon. memor. Cardin. Pamphilio, & in Romana, seu Interamnen. separationis thori 11. Decembr. 1602. coram eodem*. Et quo-
niam in arbitrio iudicis † positum est dignoscere an, & 2
quando hæc sæuitia viri tanta sit, vt trepidantem vxorem non deceat committere fragilitati cautionum, Gutier. *d. c. 24. num. 10. &* Sanchez *d. loco num. 32.* Pont. *de matrim. lib. 9. c. 23. num. 5. ad fin.* Cardin. Seraphin *decis. 226. n. 1.* Rot. *dec. 39. n. 2. & 156. n. 3. post 2. vol. cons* Farin. facile Domini in hoc casu interposuerunt arbitrium pro separatione,

tione, quoniam ex multis, & acribus iniurijs, minis de oc-
cidendo, & insidijs vitæ vaoris per venena mortifera sæ-
pins propinata, insuper quæreia criminali per Elisabet-
tam contra Martium porrecta de beneficio, diuturna car-
ceratione, & tortura repetita ipsi maritu, atque ex sen
tentia Fori Capitulini contra eundem lata pro dato pocu-
3 lu abortionis, uon ambigebant, † quin odia, & simultates
intercesseriut fere implacabiles, quæ trihuunt iustam cau-
sam diuortio, *l. consensu, & Auth. sed nouo iure, C. de re-
pud. & probatur ex d. c. ex transmissa, & d. c. literas in fin.*
Franc. Marc. *decis. 738. par. 2.* Guttier. *qu. can. d. c. 24. nu.
8. & seqq.* Aldobr. *d. cons. 71. fere per tot.* Sanch. *d. disput.
18. num. 6.* Punt. *de matrim. lib. 9. d. c 23. num. 5. late* Farinac.
dict. qu. 143. num. 143. num. 145. & Rut. *post 2. vol. cons. eius-
dem* Farin. *d. decis. 156. nu. 2. & in præallegata Romana, seu
Interamnen. separationis thori coram Cardin. Pamphilio,*
4 cum immò ad hunc effectum † sufficiat sulus metus futuræ
sæuitiæ, & alicuius grauis mali, *l. metum, ff. quod met.
caus. glos. in l. licet verb. capitales de recept. arbitr.* Abb. *d. c.
ex transmissa num. 2. vers. hoc etiam fit,* Aldobr. *d. cons. 71.
num. 17.* Sanch. *d. disp. 18. num. 10. & 19.* Fariu. *plenè d. quæst.*
5 *143. num. 140.* & in muliere † tanquam sexus, & iugeuij
imbecillioris, minor metus requiritur, quàm in viro, *glos.
in cap. cum locum verb. metus de sponsal.* & fuit pondera-
tum in *dict. Toletana separationis thori coram Cardin. Pam-
philio*, sufficitque, vt metus is sit, qui cadat iu mulierem
constantem, Præposit. *in cap. causam il primo num. 7. de of-
fic. delegat.* Rot. *coram sanct. mem.* Greg. XV. *decis. 374. nu.
7. & 8.* In casu autem præsenti tot sanè concurrunt, vt si-
ne nota leuitatis incutere valeaut timorem Elisabettæ, ne
ad virum interim reuertatur, subijciatque se periculo ne-
6 cis, præcipuè ob insidias, quas † vitæ vxoris maritus ve-
neno machinauit, quæ sulæ sat essent, vt absolutè thorus
separandus foret ex congestis per Farin. *d. quæst. 143. num.
154.*

Fuisse autem Elisabettæ venenum propinatum infere-
bant plura grauia accidentia, & sintomata, quæ Elisa-
betta passa fuit per Dominos ponderata, & comprobata
7 per attestatiunes medicorum, quibus, vt in arte † peritis
standum esse in puncto tradunt, Cabal. *resol. crim. 181. nu.
3. &* Gomes. *var. resol. tom. 3. cap. 3. num. 8. ad med. vers.
Vnde in hoc casu.* Et maritum huius delicti authorem ar-
guebant plura, ac vrgentia iudicia, quæ à scribeutibus
8 ponderabautur, quæ sola † hoc in crimine atrocissimu, &
difficilis probationis sufficere scribunt, Boss. *de delict. num.
10. & seqq.* Clar. *qu. 4. num. 4. & quæst. 66. in princip.* Dec.
dict. tractat. crimin. cap. 24. num. 4. Maudel. *cons. 72. nam. 2.*
valde etiam confirmata ea tortura contra eundem mari-
9 tum repetita, cum quæstio non † repetatur, nisi iudicia
sint grauissima Farin. *de indit. & tort. qu. 138. nu. 79. ad med.
cons. 81.* vbi de communi.

Non obstat testes videri singulares, quia omnes bene
10 tendunt iu hoc vnum, † quod maritus solitus fuerit con-
tra vxorem insæuire, illius vitæ insidias parauerit, atque
11 in necem conspirauerit, vnde testes † etiam singulares ad-
mittuntur, vt plenè per Aldobr. *d. cons. 71. num. 5. & per
tot. lib. 1.* Pont. *de matrim. d. lib. 9. cap. 23. num 6.* Rota *in his
terminis decis. 156. numer. 2. post 2. vol. consil.* Farin. *& apud
san. me* Greg. XV. *d. decis. 374. numer. 21. & in præallegata
Tolletana separationis thori coram Pamphilio.*

12 Minus obstat quod huiusmodi testium † depositiones
& probationes emananerint in causa criminali, & ideò
non probent in causa ciuili, quia immò inter easdem per-
sonas probant etiam in ciuili, cum exactiores probationes
13 † requirautur in iudicio criminali, ita Bart. *in l. 2. §. hoc edi-
cto, num. 5 de vi bon. rap.* Soccin. Sen. *consil. 60. num. 3. lib. 4.*
Ruin. *consil. 4. nu. 5 lib. 4.* Rota *in Nepesina dotis 4. Iulij 1601.
coram bo. mem. Card. Mellino, & in Anconitana terrarum 20.
14 Maij 1622. coram bon. me. Vbaldo*, præsertim † cum dictæ
probationes fuerint publicatæ coram Iudice, vt per Alex.
in l. 2. num. 24. vers. ex quo infertur, C. de eden. & repetita ea-
dem dicta testium cum interrogatorijs mariti, qui citatus
nihil amplius facere poterat, quàm exhibere interrogato-
ria, cum quibus testes essent examinaudi, maximè verò
ad effectum concedendi separationem, pro qua sufficit me-
tus futuræ sæuitiæ cadens in constantem mulierem, qui
relinquitur arbitrio iudicantis, Rota *coram san. mem.* Gre-
goriu XV. *decis. 374. num. 12.* Nec aduersatur *decis. in Bo-
nonien. separationis Thori 1. Februar. 1608. coram Penia, quæ
est decis. 250. post 2. vol. consil. Farin.* quoniam ibi nec testes
examinati fuerunt cum interrogatorijs partis, nec ex om-

nibus circumstantijs ita apparebat de rationabilitate me-
tus vaoris, & de periculo eius vitæ prout hic apparet.

Data autem iustitia sententiæ, quoad thori separatio-
nem ex prædictis, illa quoque confirmanda venit quoad
restitutionem dotis, & lucri † cum restitutio dotis, & do- 16
natiunis propter nuptias sit sequela iudicij separationis
culpa viri procedentis, Seraphin *decis. 1308. & 1315.* quæ
sunt etiam impressæ apud Farinacc. *sub decis. 134. & 135.
post 2. lib. consil. & idem fuit firmatum in præallegata Romana
sea Interamnen. separationis thori 11. Decembr. 1602. coram
Cardin. Pamphilio confirmata 27. Ian. 1603. coram eodem, &
in rec. decis. 706. num. 3. par. 1.*

Et ita conclusum, &c.

R. P. D. COCCINO.

Cæsaraugustana Cathedralitatis.

Die Veneris 1. Martij 1630.

ARGVMENTVM.

In hac decisione latè, & diffusè tractatur, & discutitur illa antiqua controuersia orta inter Ecclesiam S. Mariæ de Pilari Cæsaraugustæ, & Ecclesiam S. Saluatoris eiusdem Ciuitatis, occasione Cathedralitatis.

SVMMARIVM.

1 Cathedratico statu firmatum intrat præsumptio primordialis, atque originariæ Cathedralitatis, donec contrarium non probetur.

2 Quæ præsumptio multo magis operatur quando concurrant plura adminicula.

3 Ecclesia quando nominatur magistra, per hoc non solum denotatur maioratus ratione dignitatis, sed etiam antiquitatis, & num. 4.

5 Ecclesia S. Mariæ de Pilari Cæsaraugustæ fuit donata Ecclesiæ Sancti Saluatoris eiusdem Vrbis.

6 Ecclesia maior regulariter cum Ecclesia minori non vnitur, sed benè è contra.

7 Mauri post occupatas Hispanias conuertebant principales Ecclesias Ciuitatum Christianorum in Mezquitas, & num. 105.

8 Fidei Christianæ fundamentum principaliter in maioribus Ecclesijs asseruatur.

9 Gentile in locis, in quibus Crux, Præsepe, & alia salutis nostræ mysteria serabantur, statuas Iouis, Veneris &c. collocabant.

10 Ad Fidei Christianæ incrementum diuina voluntate effectum est, vt B. Petrus Apostolus, & Paulus in Vrbe martyrium paterentur.

Romæ, vbi caput superstitionis erat, illic caput sanctitatis quiescit num. 10.

Romæ, vbi Gentilium Principes habitabant, illic Ecclesiarum Princeps moratur n. 10.

11 Delubra Gentilium Christianæ Religionis cultui, olim per venerandæ Crucis illationem mancipabantur.

12 Ecclesia Sancti Saluatoris Cæsaraugustæ, licet sit antiquissimi operis retinet tamen speciem eminentis, & sumptuosi ædificij, & n. 108.

13 Ecclesia Sancti Saluatoris Cæsaraugustæ, quod etiam ante Maurorum occupationem esset Cathedralis, qui hoc asserat, & n. 14. & 15.

16 Episcopi Cæsaraugustani nonnulli sanctitate insignes specialiter præseruntur in Ecclesia Sancti Saluatoris.

17 Inscriptionibus plurimum defertur, maximè in antiquis.

18 Verbum Metropolis quid designet.

Verba, vbi non conueniunt, cessat dictorum verborum qualitas, num. 18.

19 Cathedrales duæ tanquam duo capita æquè principaliter in eadem ciuitate non dantur.

20 Ecclesia Sanctæ Mariæ de Pilari Cæsaraugustæ, qualiter admirabiliter fuerit fundata traditur.

21 Quæ historia stabilita est testimonijs grauissimorum Authorum, & nihil est tota Hispania sacratius, & venerabilius.

22 *Et ista traditio est adeo corroborata, vt sit quasi de fide, taliter quod non esset tentus pro Catholico, qui de hoc dubitaret.*
23 *Scriptoribus, atque Historicis standum est.*
24 *Ecclesiæ alicuius erectio benè probatur per Scriptores, & Chronicis.*
26 *Factum antiquissimum, ac res vetustissims maiorum traditione probatur.*
27 *Scriptoribus, & Historicis passim fides adhibetur, & & num. 80.*
28 *Testes, qui in antiquioribus, & viuentium memoriam planè excedentibus deponunt de publica fama, voce, & traditionibus antiquis, plenissimè probant.*
29 *Cathedralitas oritur dato Ecclesia, & Episcopo, ratione coniugij spiritualis, & num. 30.*
31 *Apostolorum nullus, præter Beatum Petrum, vel eos, quos eius Successores constituerunt Sacerdotes, Ecclesias Cathedralis, in Italia, Hispania, Gallia, &c. fundarunt.*
32 *Cap. si quis nesciat 11. distinct. declaratur.*
33 *Ecclesias fundare tantum ad Beatum Petrum, tanquam caput Ecclesiæ pertinebat.*
34 *Apostolus nullus fundauit Ecclesias nisi mandato, iussu, permissione, ac auctoritate Beati Petri, & num. 40.*
35 *Petrus Apostolus Dei monitu, mandatum, permissionem, ac auctoritatem fundandi Ecclesias cæteris Apostolis dedit.*
36 *Iacobus Apostolus supposita Petri auctoritate. Sedem Cathedralem Cæsaraugustanam in Ecclesiæ Sanctæ Mariæ instituit, & in illaus Episcopum destinauit Athanasium.*
37 *Ioannes Apostolus ordinauit in Episcopum Smirnæ Policarpum.*
38 *Paulus Apostolus Dionysium in Atheniensem Timotheum verò in Ephesinum Episcopum creauit.*
39 *Apostolorum consuetudo erat præficiendi Episcopum vnicuique Ciuitati, in quo verbum Dei prædicauerunt.*
41 *Iacobus Apostolus plures Episcopos, & Ecclesias Cathedrales in Hispania constituit.*
42 *Petrus Apostolus primò direxit septem Episcopos in Hispaniam, ex numero discipulorum à Iacobo Apostolo ad fidem conuersorum, declara n. 43. & 44.*
Proximus ille dicitur, quem nemo antecedit numero 42.
45 *Flauij Lucij Dexteri historia, quod Iacobus Apostolus ordinauerit in Episcopum Cæsaraugustanum Athanasium an sit vera, & n. 47. & 48*
49 *Historiæ scriptæ post motam litem an sit fides adhibenda, & num. 49.*
50 *Cæsaraugustani Episcopi ab Athanasio vsque ad annum 1118. resederunt in Ecclesia de Pilari.*
51 *Ex denominatione alicuius loci resultat argumentum personalis residentiæ.*
52 *Episcopi residentia præsumitur penes Ecclesiam Cathedralem.*
53 *Prælatus domus suæ habitationis tenetur habere penes Ecclesiam Cathedralem.*
54 *Habitationis præsumptio deducitur ex sepulchro.*
55 *Matrimonium spirituale contrahitur inter Episcopum, & Ecclesiam.*
56 *Coniugij vinculum id exigit, vt coniuges nec post mortem separentur.*
57 *Breuiariorum magna est auctoritas.*
58 *Historiæ positæ in Breuiarijs sunt tanquam canonizatæ per Ecclesiam.*
59 *Leges Ciuiles in Canonum sanctionibus relatæ per Ecclesiam approbari dicuntur.*
60 *Episcopi per multum tempus extra suam cathedralem esse prohibentur*
61 *Gelasius Papa II. plenariam Indulgentiam concessit omnibus Christi fidelibus manus adiutrices porrigentibus reparationi Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Pilari Cæsaraugustæ.*
62 *Verbum Ecclesiæ, absque vlteriori expressione, tanquam antonomasticè sumpta intelligitur de Ecclesia Cathedrali.*
63 *Declarationi eius, qui aliquid dicit, standum est.*
64 *Declarationi testis loquentis in genere standum est.*
66 *Imagines Agni Paschalis sunt propria signa Cathedralitatis Ecclesiæ Cæsaraugustæ.*
67 *Insignis, & inscriptionibus maximè in antiquis est plurimum deferendum.*
68 *Præscriptio intrat stante scientia, & patientia.*
69 *Sententiæ antiquissimæ plenè probant etiam sine actis.*
70 *Et maximè, quando non agitur de eius canonizatione, aut exequutione non agitur, sed tantum adducuntur ad probandum.*
71 *Ex sententiis, licet in Curiis secularibus emanatis, Rota solet desumere adminiculum.*
72 *Cathedralitatis adminiculum est, quando in Ecclesia adsunt vestigia, & reliquiæ, quæ præter ius Cathedralitatis ei conuenire non possent.*
73 *Ecclesia Cathedralis tantum habet prærogatiuam celebrandi festum dedicationis Ecclesiæ.*
74 *Decimas exigendi facultas in territorio Ciuitatis soli Cathedrali competit.*
75 *Ecclesia Cathedralis solum habet Campanam, quæ de interdicto nuncupatur.*
76 *Defunctorum corpora ius extrahendi ex alienis parochiis, illaque sepeliendi, Ecclesiis omnibus est prohibitum exceptis Cathedralibus.*
77 *Sacramentorum administratio omnibus indistinctè competit Cathedrali.*
78 *Adminicula multa simul iunguntur ad probandum.*
79 *Cathedralitatis antiquæ ius vt retineatur, & continuetur vnicus etiam actus sufficit.*
81 *Probationes ad inuicem se coadiuuant.*
82 *Probationes per indicia, coniecturas, & præsumptiones sufficiunt ad probanda facta antiquissima amplia numer. 83.*
84 *Præsumptio eliditur per contrariam probationem.*
85 *Status præsens, quando non potest concurrere cum statu antecedenti, tunc de præsenti non præsumitur in futurum.*
86 *De initio, vbi constat, tunc cessat præsumptio cuiuscumque alterius anterioris initii.*
87 *Cathedra est magna dignitas Magistrorum.*
88 *Cathedra propriè accipitur pro se de Doctoris, & Prælati.*
89 *Copia Copiæ nullam fide meretur.*
90 *Scriptura ad hoc vt probet, omninò requiritur recognitio.*
91 *Archiuium ad hoc, vt dicatur legitimum quæ requirantur,*
92 *Archiuium illorum, de quibus interesse agitur, est suspectum.*
93 *Testes interessati non probant.*
94 *Archiuii auctoritas non dat robur scripturæ informi.*
95 *Enunciatiuæ Principis ad supplicationem partis emanatæ, & à Principe extraneo, ac de veritate rerum minus instructo non probant.*
96 *Cathedra per acs quamcumque Ecclesiam semper est eadem non dependens à loco.*
97 *Subrogatio nihil immutat.*
98 *Enunciatiuæ erroneæ, & æquiuocæ nihil, aut parum probant.*
99 *Confirmatio non extendit confirmatum.*
100 *Referens vbi aliter loquitur, quàm relatum, attendendum est relatum.*
102 *Ecclesiæ olim, quando ædificabantur caput illarum respiciebat partem Orientalem, & n. 103.*
104 *Cæmiteria apud Ecclesias, & maximè Cathedrales perpetuò fuerunt.*
105 *Argumentum deductum ex eo, quod apud Historicos nulla habetur mentio, est leuissimum, & numer. 106. & 107.*
106 *Zurit. in indic. rerum de Aragonen. notatur de instantia.*
110 *Ecclesia spiritualiter sumpta est fidelium collectio.*
111 *Martinez cap. 20 lib 2. declaratur.*
112 *Martinus Carill. de histor. Sancti Valerii declaratur.*
113 *Franciscus ab Aynsa lib. 2. cap. 11. declaratur.*
114 *Testium dicta, quando fuerunt conquassata à dictis testium contrariorum, nihil releuant.*

DECISIO CCCLIII.

DVBITAVI: An constet Ecclesiam Beatæ MARIÆ Virginis de Columna, seu (vt vulgò dicitur) de Pilari fuisse antiquitus Cathedralem? Et Domini post susceptam plures super hoc dubio disputationem, nempe 10 Maij 1627. 30. Aprilis 1629. & 28. Ianuar. præteriti, hodie tandem negotio maturè discusso, affirmatiuè responderunt.

Quamuis enim in contrarium diceretur, quòd quemadmodum controuerti non potest, quin Metropolitana Ecclesia Sancti Saluatoris fuerit hanc vsq; in diem in perpetuò statu Cathedralitatis, ab eo tempore, quo gloriosæ recordationis Rex Aragonum Alphonsus, Hispaniarum cognomento Imperator ex Maurorum Tyrannide Cæsaraugustam vindicauit: sic etiam ex hoc vltimo, & longissima quidem

quidem quingentorum, ac amplios annorum diuturnitate, firmato statu Cathedratico, intrat præsumptio pri-
1 mordialis, atque originariæ Cathedralitatis † vsqoe ab
initio: donec plenè, ac concludenter probetur contrarium, *l. ex persona*, *vbi* Salicet. *num. 2. C. de probat.* Alexandr *cons. 74. numer. 15. lib. 4.* Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 26. num. 1.* Euerard. *in loco à tempore ad tempus*, *vers. 6. istud argumentum*, Menoch. *præsumpt. 64. libr. 6.* Rota *decis. 233. num. 1. part. 1.* vbi agitur de præsumendo statu Parochialitatis, *& decis. 402. num. 5. part. 2. recent.*
2 Quæ quidem præsumptio tanto magis operatur in casu
illo, cum pluribus adminiculis corroboretur. Rot. *d. dec. 233. nu. 2. par. 1. recent.*

Primum adminiculum deducitur ex sententia Petri Libranæ, primi huius nominis Episcopi Cæsaraugustani, lata de anno 1128. & sic in facto recenti, decem scilicet annis post Mauros debellatos emanata: prout in alia sententia Alphonsi pariter Archiepiscopi enunciatur, de anno 1313. in qua præcipitur Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, vt in omnibus, & per omnia se conformet cum Ecclesia Sancti Saluatoris, tanquam cum Magistra, ac Superio-
3 re sua: quod verbum, † *Magistra*, vsurpatum etiam in
alijs posterioribus sententijs, nempe Sanctij de anno 1221 Petri Tarraconen. de ann. 1241. & Alphonsi prędicti de
4 anno 1313. denotat maioritatem non solùm † dignitatis,
sed etiam antiquitatis ad *text. in cap. ad audientiam il 1. de Eccles. ædific.* Quæ sanè antiquitatis maioritas designat statum Cathedralitatis ab antiquiori tempore, non habito quidem respectu ad solum decennium post recuperatam è Maurorum denominatione Cæsaraugustam, in quo temporis antiquitas non potest verificari: sed ad tempus longè antecedens, nempe tam ante inundationem, quàm ipsa Maurorum inundatione.

Secundum neque absimile adminiculum desumitur ex testimonio Alphonsi, seu Aldephonsi Regis Castellæ, præfati Alphonsi Maurorum debellatoris, priuigni, ac Hispaniarum Imperatoris pariter nuncupati: qui anno Domini 1134. & sic sexdecim annis post recuperatam è Maurorum manibus Cęsaraugustam, confirmandis eiusdem debellatoris Alphonsi, necnon Ranimiri fratris prędecessorum suorum concessionibus factis Ecclesiæ Sancti Saluatoris, eamdem Ecclesiam inter cæteras antiqui nominis famosissimæ excellentiæ, priuilegio gloriosissimam non solum appellat, prout etiam appellatur ab Alexandro Tertio Pontifice in confirmatione donationis decimarum, necnon à Martino Rege Aragonum in priuilegio, mandante, vt Reges Aragonum in Ecclesia Sancti Saluatoris propter illius antiquitatem coronentur, sed ad subleuandum ipsius paupertatem, inter alias Ecclesias in Episcopatu Cæsaraugustano e-
5 xistentes, donat † specificè Ecclesiam Beatæ Mariæ
de Pilari: vt latius in priuilegio. De cuius concessione non videtur ambigendum, cum de illo referatur Hieronymus Zurita *libr. 1. Annal. cap. 54.* Hieronymus Blancas *in Commentar. rer. Aragonen. fol. 141.* Abbas Sancti Ioanni de la Penna *in sua historia libr. 2. capit. 20. pag. 357.* Pater Didacus Murillo *de miraculosa fundatione Angelicæ domus tract. secundo, capit. vigesimoseptimo, pagin. 227.* & super tertio deponat de visu Magister Hieronymus Cassauante: & enuncietur etiam in Bullis Adriani Quarti, necnon Alexandri Tertij: in quibus prædictæ donationes, expressa etiam Ecclesia Beatæ Mariæ confirmantur. Vnde ex his duo resultant antiquæ Cathedralitatis argumenta ad fauorem Ecclesiæ Sancti Saluatoris. Primùm ex eò, quòd expulsis vix Mauris nuncupatur famosissimæ excellentiæ & antiqui nominis priuilegio famosissima. Secundum ex eo, quòd donatur Ecclesia Beatæ Mariæ: quæ si aliquo tempore fuisset Cathedralis, non fuisset donara etiam
6 per viam vnionis Ecclesiæ inferiori: cum regulariter †
Ecclesia maior inferiori non vniatur, sed è contra, Oyed. *de incompatibilit. benef. par. 2. capit. 3. numer. 4. vers. & ita dignum.*

Tertium adminiculum, deriuatur ex notissima Mau-
7 rorum consuetudine, qua post occupatas Hispanias †
passim vtebantur in conuertendis principalibus Ecclesijs Ciuitatum Christianorum in Mezquitas, vt præter Chronicas generales Hispaniarum id de proprijs Regnis testatur Petrus Aragonum Rex Primus in priuilegio concesso anno Domini 1096. incipien. *Neminem latere, &c.* quod de verbo ad verbum transcripsit Franciscus de Aynsa *rerum memorabilium Oscæ libr. 4. capit. 5. pag. 525.* & concordat Martinus Carillo *in historia Sancti Valerij fol. 240.* vnà cum testibus, qui dantur. Quod eo demum consilio faciebant Mauri, vt ita deletis, abolitisque memo-
rijs, ac Christianæ Fidei fundamentis, † quæ principali- 8
ter in maioribus Ecclesijs asseruantur, fides ipsa aboleretur, ac perfidia subinduceretur Mahometica. Quam porro consuetudinem à Gentilium acceperunt exemplo, qui
ijs in locis, † in quibus Crux, Presepe, aliaque redem- 9
ptionis, ac salutis nostrę mysteria seruabantur, Statuas Iouis, Veneris, ac Adonidis collocabant, quo sacrorum eorundem mysteriorum monumenta, ac vestigia obsolescerent, vt elegantissimè de Adriano refert Paolinus *epist. 11.* Hieronymus *epist. 13.* Seuer Historiar. *lib. 2.* Ambrosius *in Psalm. 43.* quorum verba transcribit Baron. *ad ann. Christi 139. n. 5. & 6 fol. 93. & 94.* & habetur in lectionibus festi Exaltationis Sanctæ Crucis 3 Maij. Sic etiam è
conuersò ad Christianę fidei incrementum diuina † volun- 10
tate effectum est, vt beatissimi Apostoli Petrus, & Paulus in Vrbe Roma martyrium paterentur, *vt vbi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis: & vbi Gentilium Principes habitabant, illic Ecclesiarum Principes morarentur*, vt inquit Ambrosius *in cap. Beati 2. quęst. 7.* & ijsdem penè verbis loquitur S. Maximus Episcopus *in sermon. de Apostolis*, quem recenset Michael de Anninyon. *de vnitate Ouilis cap. 18. nu. 4. & 5.* Et in specie delu-
bra † Gentilium Christianæ Religionis cultui fuisse olim 11
per venerandæ Crucis illationem mancipata, habemus ex præcepto Theodosij *in suo Codice l. vlt tit. 10. lib. 16.*

Hunc verò vsum post occupatam Cæsaraugustanam seruasse Mauros in Ecclesia S. Saluatoris, eamdemque, tanquam maiorem Ciuitatis illius Ecclesiam conuertisse in Mesquitam maiorem, tantò magis videtur verisimile,
quo † templum istud S. Saluatoris, licèt antiquissimi sit 12
operis, retinet tamen speciem eminentis, ac sumptuosi ædificij, ad formam Crucis, latitudinis passum 90. longitudinis verò 110. totaque illius moles quatuor magnarum columnarum ordinibus sustinetur: vt constat ex descriptione illius, quæ habetur apud eumdem Didacum Murilium *de miraculosa fundatione Angelicæ Cappellę, dicto tract. 2. cap. 27.* Ac propterea plurimum differt à communi structura Mesquitarum, quas Mauri non ędificabant in formam Crucis, nec admodum eminentes, aut eleuatas: sed submissas, atque obscuras; vt patet ex ædificio Corduben. Ecclesiæ, quam pro Mesquita fuisse à Mauris constructam, ac posteà Sedi Cathedrali destinatam, referunt Historici, & præcipuè Mariana *de rebus Hispan. libr. 7. capit. 7.* Et prędicta tantò facilius videntur procedere, cùm de huiusmodi fabrica adeò insigni, à Mauris constructa, nulla apud authores mentio habeatur; prout extat memoria de præfata Ecclesia Corduben. apud Marianam, & alios; & similiter de minoribus ædificijs per Reges Mauros Cæsaraugustę constructis passim habentur memorię apud Hieronymus de Blancas *in rerum Aragonen. Commentar.*

Et in specie quòd Ecclesia † S Saluatoris etiam ante 13
Maurorum occupationem fuerit Sedes Cathedralis, ac à Maurorum impuritatibus, quibus prophanata fuerat, expiata, ad primæuum Cathedralitatis statum restituta fuerit, visus est firmasse Zurita *in indice rerum Aragonensium lib. 1. pag. 38.* ibi: *Ecclesia Cæsaraugustana, primus propagatæ Christianę Religionis sæculis sacra, & Sanctorum Valerij, ac Braulij Infulis, ac Vincentij Martyris illustrata doctrinis, sacrorumque Conciliorum sanctionibus, Orbis christiani celebratione commemorata, à Nephariis impij cultus vestigijs, solemni cæremoniarum Religione expiata, & Deo Optimo Maximo seruatori ex voto, quod Imperator pulcherrimæ, florentissimæ, potentissimæque Vrbis esset potitus, festis, & laudibus instauratur, & consecratur.* Et clarius *libr. 1. Annal.* ibi: *Consecrata fuit Mesquita maior, & dedicata Ecclesia nostro Redemptori sub titulo Sancti Saluatoris eodem anno, &c. Itaq; in suo primo loco restaurata Sedes Cathe-
dralis, quæ fuit valde nominata in primitiua Ecclesia.* Et † cum 14
Zurita videntur consentire Martinez Abbas Sancti Ioannis de Rupe *in Historia fundationis illius Monasterij lib 2. cap. 20. & lib. 5. cap. 19. in fine*, Martinus Carilla *in Hist. 1. Sancti Valerij fol* 140. quos omnes refert Franciscus de Aynsa *in prefato lib. memorabilium Ciuitatis Oscę lib. 1. c. 1.* vbi simi-
lia in hanc rem adducit exempla. Cum † quibus conuenit 15

Bre-

Breuiarium Cæsaraugustanum in festo traoslationis Sancti Valerij in prima lectione, ibi: *Magna per vniuersum Orbem Christianis fuit lætitia, cum Cæsaraugustana Ecclesia, quæ per quadringentos annos captiuata, spiritibus deseruiebat immunis fidei libertatem recepit, & ad Christum reuersa ipsum Deum, & Dominum voce libera causa est profiteri, & in eius laudibus resonare*. Et concordant super tertio quatuor testes, examinati in causa Dedicationis. Quorum primus, qui est Ioannes Briz Martinez, deponit ex sententia Didaci de Espes, viri eruditi, & insignis antiquitatum Aragonensium indagatoris, vt testatur Hieronymus Blancas *in præfatione ad comment. Aragonum in epistola ad Garziam de Loaysa*, & Didacus Murillo *in dicto tract. a. c. 31. pag. 441. & lib. 2. c. 19.*

Quartum denique ac postremum primordialis, seù originariæ Cathedralitatis huiusmodi adminiculum, pro Ecclesia S. Saluatoris ea præbent argumenta, ex quibus
16 † deducitur nonnullos ex Episcopis Cæsaraugustanis, sanctitate insignes, huic specialiter Ecclesiæ Sancti Saluatoris præfuisse, Sanctos nempè Valerium, ac Vincentium Martyrum, illius Archidiaconum, necnon Brauliũ.

Quòd enim de anno 306. Sanctus Valerius fuerit Ecclesiæ istius Episcopus, Vincentius verò Archidiaconatus; quoad Valerium colligi potest primò ex tenore concordiæ initæ de anno 1121. inter Episcopos Cæsaraugustanum, & Pampilonen. per hæc formalia verba: *Translatio S. Valerij Episcopi de Rota in Cæsaraugustanam propriam Sedem*, & sic Ecclesia S. Saluatoris, ad quam facienda erat translatio, appellatur propria sedes S. Valerij. Secundò ex instrumento translationis Capitis eiusdem S. Valerij de anno 1170. Ex cuius serie in toto Episcopatu Cæsaraugustano annuatim sub die 20. Octobris in sacris Lectionibus recitatur, quòd Aldephonsus secundus Rex Aragonum obtinuit caput S. Valerij: *vt ad honorem Dei, & Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, quæ Caput totius Regni est, & cui pastoraliter & corporaliter præfuit, spiritualiter quoque præesset &c. Quod ipse Rex proprijs manibus &c. ad Ecclesiam Cæsaraugustanam per Petrum eiusdem Ciuitatis Episcopum transmisit &c. Ac postquam idem Rex Aldephonsus secundus misit ad dictam Ecclesiam S. Saluatoris Caput S. Valerij quidam Prior Rotensis misit etiam Bracchium S. Valerij Antistitis eiusdem Ecclesię, ad quam miserat Rex caput, &c. quò scilicet Reliquię tanti Pastoris, & Prelati, illiusque Sanctissimi Viri venerarentur in eadem Ciuitate, & templo, in quo prefuit tanta sanctitate*: vt ad propositum huiusmodi translationis expressè loquitur Zurita *Annal. lib. 2. capit.* 26 Tertiò non tam respectu S. Valerij illius Archidiaconi id etiam videtur deprehendi ex testimonio Don Lupi Archiepiscopi Cæsaraugustani: qui de anno 1361. in priuilegio exemptionis à charitatiuo subsidio Priori, Canonicis, ac Capitulo S. Saluatoris concesso, loquens de eadem Ecclesia, Inquit: *Prædictam Cęsaraugustanam Ecclesiam, sponsam nostram ille Beatissimus eius Antistes Valerius cum ipsius Ecclesię Archidiacono Vincentio Martyre pretioso decorauit, pro Fide decertans Catholica*, &c. Quartò id suadent inscriptiones appositæ Reliquijs eorumdem Sanctorum Valerij, ac Vincentij, quas Petrus de Luna, Benedictus XIII. in Scismate nuncupatus, misit ad Ecclesiam Sancti Saluatoris in hæc verba: *Hoc est caput B. Valerij Confessoris, Episcopi huius Ecclesię Cęsaraugustanę*. Et *Hę sunt Reliquię B. Vincentij Martyris, Archidiaconi*
17 *huius Ecclesię Cæsaraugustanæ*. Quibus quidem † inscriptionibus plurimum defertur, maximè in antiquis, vt latè dicetur inferiùs. Quintò id interuot Constitutiones Synodales sub titulo de Reliq. & venerat. Sanct. testantes, Sanctum Vincentium officio, & ordine Diaconali fuisse in Ecclesia S. Saluatoris condecoratum: necnon affirmantes, Sanctum Valerium in eadem Ecclesia S. Saluatoris apparuisse cuidam successori suo in eadem sede: quæ apparitio, vt tradit Card. Baron. *in notis ad Martyrolog. sub die 26. Martij*, fuit de anno 1270.

Quod autem postremò S. Braulius de anno 636. & sic moltò ante inuasionem Maurorum fuerit Episcopus Ecclesiæ S. Saluatoris, colligi videtur ex antiqua eiusdem Ecclesiæ Constitutione sub eodem titulo de Reliq. & venerat. Sanctorum: in qua formalibus hisce verbis statuitur: *vt sub Officio duplici celebretur festiuitas inuentionis B. Braulionis, cum fuerit Episcopus ipsius Metropolis*: quod
18 sanè postremum verbum, † *Metropolis*, designat ad oculum Ecclesiam S. Saluatoris, & excludit Ecclesiam B. Marię Virginis, cui talis qualitas non conuenit ad *text. in l. 4. §. toties, ff. de dam. infect. l. quod constitutum, ff. de milit. testam.*

Vndè ex his omnibus, cum appareat Ecclesiam S. Saluatoris non deducere prima Cathedralitatis suæ principia ac fundamenta limitata ab anno Domini 1118. quo tempore Alphonsus maiorem Maurorum Mesquitam diuino cultui dicauit: sequitur, quòd sublato principio isto limitato, militet vsque ab initio ad ipsius fauorem præsumptio originariæ Cathedralitatis, & quidem adminiculata: itaut nisi Ecclesia B. Mariæ plenè ac concludenter, sublatis contrarijs, probet suam Cathedralitatem, necessaria resultet consequentia, † quòd eadem Ecclesia B. 19
Mariæ nunquam fuerit Cathedralis: cum duæ Cathedrales tanquam duo capita æquè principalia in eadem Ciuitate non dentur, Hostien. *in c. cum contingat n. 2. de for. compet. & in c. quoniam n. 2. de offic. Ordin.* quem sequitur Rot. *dec. 324. n. 12. par. 2. in recent.*

HIS TAMEN non obstantibus, visum fuit Dominis antiquam huiusmodi Cathedralitatem concludenter probari ad fauorem Ecclesiæ B. Marię Virginis de Pilari. Primò ex Historia admirabilis fundationis, seu constru-
ctionis huiusce Ecclesiæ: † in qua traditur Beatum Iaco- 20
bum Apostolum iussu Deiparæ Virginis, super Columna, seù Pilare quodam marmoreo inter Angelorum cantus visibiliter apparentis, prefatam Ecclesiam construxisse, atque in eiusdem seruitio vnum ex nouem discipulis ab ipso conuersis in Presbyterum ordinasse: prout huius Historiæ seriem fusius refert antiquissima quędam scriptura, de qua in fine vetustissimi Codicis Moralium S. Gregorij: qui in eiusdem Ecclesiæ de Pilari Bibliotheca, à Taio quondam Episcopo Cæsaraugustano illic, vt creditur, repositus in hanc vsque diem asseruatur, testibus eodem Martino Garzia *serm. 91.* & Michaele Martinez de Villar. *in interpretatione trium Epigrammatum huius Ecclesiæ pagin. 79.* prout etiam innuit Hier. Blancas à Murillo *relatus loco citato ca. 1. fol. 2.* & latius *c. 3. fol. 16.*

Quam quidem historiam, & antiquissimam indubitatamque apud Hispanos traditionem latè prosequuntur grauissimi Scriptores, nempè quoad mirificam Ecclesiæ constructionem auctor Chronici omnimodæ historię, quę à pluribus Flauio Lucio Dextro *adscribitur anno Dom. 37.* & ibid. Franciscus Biuar. *in commentar. latissimè n. 3.* dicens
† Nihil æquè stabilitum testimonium grauissimorum au- 21
thorum, nihil tota Hispania sacratiùs, ac venerabilius animis hominum insedisse, adijcitque M. Maximi Episcopi Cęsaraugustani *Epigramma vers. verùm ne nobilissimum*; Martinus Garzia *in serm. 90. 91. & 150* P. Antonius Beuter *par. 1. Chronic. Hisp. c. 25.* Damian. à Goes *in Genealogia Regum Hispan. tom. 2. Hispaniæ illustratæ*, Vgo Episcopus Portugalien. *in Epistola ad Mauritium Episcopum Bracharen.* quam refert idem Biuar. *in Elogijs Dextri fol. 9.* Ioannes Gaspar Ortigas *in 3. pa. Patrocinij pro Gymnasio Cæsaraugustano par. 14 sub n. 100.* Petrus Villegas *in lib. Flos Sanctorum in vita Sancti Iacobi Maioris Apostoli fol. 196.* Francisc. à Iesu, & Xodar *in libro quinque discursuum pag. 18. & seq.* affirmans neminem hucusque id ausum negare, visis
vinculo, & firmitate, quibus traditio † ista corroboratur, 22
quasi sit de fide: taliter quòd non esset tentus pro Catholico, qui de hoc dubitaret: prout etiam inquiunt Martinus del Rio *disquisit. Magic. lib. 2. q. 26. sect. 4. pag. 223.* & Isella *in libro Reg. Militiæ S. Iacobi cap. 3.* Gaubertus Monachus *in chron. Regni Aragonum in 3 Prolog.* Ioannes Vasseus *in Histor. Hispan. & Chronicis rerum mirabilium, anno 37. & 44.* Gundisaluus de Illescas *in Histor. Pontific. in vita S. Iacobi Apostoli part. 1. fol. 13.* Stephanus de Garibay *in compendio Histor. Hispan. lib. 7. capit. 3. & 4.* Andreas de Betendurpio *de apparitionibus spirituum capit. 11. thes. 207.* Petrus Canisius *de verbo Dei com. 2. libr. 5. capit. 21. fol. 557. & capit. 23. fol. 560.* Alphonsus de Mandoza *in quæstionibus quodlibeticis, q. 5.* Suar. *de relig. tom. 1. lib. 2. cap. 9.* num 16. Martin. de Viciana *in chronico inclytę, & coronatæ Ciuitatis fol. 14.* Ribadeneyra *in libr. Flos Sanctorum in vita S. Iacobi Maioris p. 2. pag. 69.* Anton. de Cianza *in historia inuentionis miraculorum, & translationis S. Secundi capit. 3. fol. 24.* Ioannes de Pineda *in 2. par. Monarchiæ Ecclesiasticę capit. 25. §. 4. fol. 52.* Ludouic. de Estrada Abbas Hortensis *2. part. Rosarij fol. 112.* Loaysa *in notis ad decretum Gundemari*, Prades *lib. 2. cap. 5. §. 1.* Bonifac. *in Historia B. Marię lib. 2. pag. 129.* Thom.

Bozzius

Bozzius de signis Eccles. lib. 9. c. 6. pag. 686. num. 12. Didacus
de Castillo in libr. defensionis Aduentus, & Prædicotionis
Euangelicæ S. Iacobi c. 7. fol. 37. Franciscus de Padilla in bi-
storia Ecclesiast. Hispan. centur. 1. fol. 18. Franciscus de Pe-
reda in libro nuncupato Patrona Matriti lib. 4. ca. 1. fol. 230.
& seq. Iacobus Valdes de dignit. Regum, & Regnorum Hi-
spaniæ capit. 6. numer. 7. fol. 54. Lucius Marineus Siculus
in historia de rebus Hispaniæ memorab. libr. 5. capit. de sacris
edibus pagin. 85. Hieronymus Blancas in commentar. rerum
Aragon. fol. 3. Hieronymus Romanus in Republica Chri-
stiana libr. 5. capit 4. fol. 86. Ambros. de Morales in Croni-
cis generalibus Hispaniæ libr. 9. capit. 7. fol. 228. Michael
Martinez de Viliar in Interpretatione dictorum Epigram-
matum, in Epistolo dedicatoria, Maurus Castella in histo-
ria Sancti Iacobi pag. 76. Anton. Spinell. in Mariæ Deiparæ
Throno capit. 30. pagin. 400. Gregor. Lopez Madrea de ex-
cellentijs Hispaniæ capit. 6 fol. 30. Petrus Cenedus in colle-
ctan. ad Ius Canonicum col. 43. libr. 1. decretor. numer 2. &
seq. & numer. 8. Martinus Carillo in 3. aduertentia ad hi-
storiam Sancti Valerij fol. 10. Gaspar Sanctius in 2. tract. de
prædicatione Sancti Iacobi Hispaniam, capit. 8. & speciales
de miraculosa huiusmodi fundatione tractatus ædiderunt
Ioannes Michael de Bordalba, Ludouisius Aux, Petrus
Cenedus, Didacus Murilius, & alij: prout testatur idem
Binarius in Commentarijs ad Dextrum loco citato, vbi plu-
res ex allegatis Scriptoribus recenset. Cum quibus con-
cordant diploma Calixti Tertij Pontificis, sub Dat. Ro-
mæ 9. Kalendas Octobris anni 1456. priuilegia Ioanni Arago-
num Regis Secundi, sub anno Domini 1459. 26. Octobris,
ac Ferdinandi Catholicis illius filij anno 1504. 14. Aprilis,
eiusdem sedis Metropolitanæ statutum anno 1471. die 9.
Maij promulgatum: ac denique motiua sententiæ iàm
in Vicariatu Archiepiscopatus Cæsaraugustani super ab-
solutione à charitatiuo subsidio, quàm in Curia Iustitiæ
Aragonum super præcedentijs emanatæ: vt prædicta
omnia per extensum referunt idem Biuarius loco citato, &
Didacus Murilio cap. 3.

Quo verò ad ordinationem vnius ex Discipulis in Pres-
byterum, sequuntur authores infrascripti. Qui tamen
vlterius exprimunt, beatum Iacobum in præfata Eccle-
sia S. Mariæ non solum reliquisse Theodorum, quem or-
dinauit in Presbyterum, sed etiam Athanasium, quem
Episcopatui Cæsaraugustano destinauit: ita enim testan-
tur ijdem Flauius Lucius Dexter loco citato anno Domini
37. numer. 2. fol. 69. & ibidem Binarius fol. 71. referens te-
stimonium M Maximi, olim Episcopi Cæsaraugustani in
hymno S. Athanasij, & in elogijs fol. 9. vbi in contestem ad-
ducit Vgonem Episcopum Portugallensem in præcipitata
Epistola ad Mauritium Archiepiscop. Bracharen. Petrus An-
tonius Beuter vbi supra cap. 22. par. 1. pag. 134. & par. 2. pag.
229. Hieronymus Blancas in præfatis comment. rer. Arag
pag. 3. Ambros. de Morales in histor. Hispaniæ cap. 7. libr 9.
Maurus Castella in histor. S. Iacobi pag. 85. Franciscus de
Pereda loco allegato lib. 4. cap. 1. fol 231. Franciscus de Pa-
dilla in d. historia Ecclesiastica Hispaniæ, centur. 1. fol. 18.
Ribadeneyra vbi supra p. 1. pag. 69. Anton. de Cianca hi-
storia vitæ S. Secundi fol. 2. Iacobus Valdes d. tract. de di-
gnit. Regum, Regnorumque Hispaniæ ca. 6. numer. 22. fol. 59.
& Comestabilis Castellæ in primo discursu pro aduentu S. Ia-
cobi fol. 10. Martinus Carillus Canonicus Ecclesiæ S. Salua-
toris in secunda impress. hist. S. Valerij, emendatus in tertia
aduertentia, cum alijs deductis per Murillum cap. 17. fol.
142. & Gabrielem Pennotum in sua tripartita historiali 2.
23 capit. 30. Quibus quidem † Scriptoribus, atque Histori-
cis standum esse innuit text. libr. 1. ibi: à quibusdam Scri-
ptoribus traditum est, ff de offic. Præfect. Prætor. Bart. in l.
1. numer. 22. Alex. numer. 34. Purpur. numer. 152. & 156.
qui loquitur in erectione Ecclesiæ, sequitur Ripa numer.
73. ff. si cert. pet. Abb. Fel. Dec. & alij in capit. cum causam,
de probat. Gutierez pract. lib. 3. cap. 13. num. 13. Roderic.
24 Suarez allegat. 8. num. 11. Verall. qui † pariter loquitur in
erectione Ecclesiæ dec. 190. parte 2. & in simili dixit Rota
in causa Valentina decimarum 28. Nouembris 1596. coram bo.
me. Card. Pamphilio, in Vlixbonen. Iurisconferendi 7. Febr.
1607. coram bon. mem. Cardin. Lancellotto, & in dec. 290. n.
25 7. post 2. vol cons. Farinac. Et in puncto quod † status anti-
quæ Cathedralitatis probetur ex Historijs, ac Chronicis
in hoc plenam facientibus probationem Moder. Roman.
discept. forens. lib. 5 c. 893. nu. 6 & seq.

Quæ conclusio absque vlla difficultate in casu isto pro-
cedit, non solùm quia versamur in facto antiquissimo, ac
in rebus vetustissima maiorum traditione † communiter 26
receptis, in quibus fidelissimæ antiquitatis mos est reti-
nendus, l. si testamenta, C. de testam. l. 1. § vlt. de ventr. inspic.
cap. cum habeat, de eo qui dux. in matrim. ca. omnes Principes
cum ibi not. de maiorit. & obed. Sed etiam † quia huiusmodi 27
Scriptoribus, atque Historicis passim fides adhibetur ad
trad per Felin. in ca. ex parte, nu. 49. vers. & dum supra tracta-
tum est, de rescrip. agiturque de Historijs Ecclesiasticis, Rot.
dec. 718. num. 2. par. 4. diu. in quibus plures Scriptores simul
conueniunt. Et benè adminiculantur etiam per testes, qui
in huiusmodi † antiquioribus, viuentiumque memoriam 28
planè excedentibus, tanquam de publica voce, & fama,
necnon traditionibus antiquis deponentes, probãt plenissi-
mè Innoc. in c. veniens n. 6. vers. & non mireris, de verb. signif.
Abb. in c. inter dilectos, n 6. de fid instr. latè Fel. in c. veniens il
1. n. 26. de testib. & in c. cum causam, n 9. vers. sed dicas de prob.
Bellam. dec. 70. Cassad. dec. 2 de probat. Caputaq. dec. 344. n.
3. & 337. n. 4. par. 3. Put. dec. 74. nu. 2. lib. 1.

His ergo firmatis, ex quibus constat B. Iacobum primò
construxisse in honorem Mariæ Virginis Ecclesiam de Pi-
lari; secundò destinasse Athanasium discipulum suum
in Episcopum Cæsaraugustanum: vtique sequitur, eam-
dem Ecclesiam de Pilari fuisse Cathedralem. Quia, da-
to Episcopo † & Ecclesia, ratione coniugij spiritualis ori- 29
tur Cathedralitas ad text. in cap. inter corporalia, & ibidem
Imol. nu. 10. Anan. pariter n. 10. de translat. Prælat. Hostien.
in summ. eodem tit. numer. 5. vers. est autem alius, Cassan. in
cathal. glor. mund. par. 4. consider. 32. vers. nono capitulum.
Quæ sanè Cathedralitas potest tantum considerari in Ec-
clesia B. Mariæ. Quia cum sola tunc temporis † esset illic 30
in rerum natura, remanebat vnicum subiectum, cui pos-
set adhærere Cathedralitas. Cuius prærogatiuam tantò
magis, inspecta eiusdem Ecclesiæ dignitate ac priuilegijs,
verisimile est, fuisse eidemmet collatam.

Nec obstat Epistola Innocentij I. ad Decentium Episco-
pum Eugubinum, registrata in c. si quis nesciat 11. dist. &
innouata per Greg. VII. Epistolarum lib. 1. ad Sanctium His-
paniar. Regem: in qua procerto, constantique firmatur
nullum † ex Apostolis præter Beatissimum Petrum, vel 31
eos quos eius successores constituerunt Sacerdotes, Ca-
thedrales Ecclesias in Italia, Hispania, Gallia, Aphri-
ca, Sicilia, adiacentibusque Prouincijs fundasse. Quem
text. ità in specie † videtur intelligere nunquam satis lau- 32
datæ memoriæ Card. Baron. in notis ad Martyrologium Ro-
manum in festo Sancti Iacobi sub die 25. Iulij. Vbi postquam
firmauit S. Iacobum prædicasse in Hispania, subdit, non
sic accipiendum id esse, vt illic prædicauerit gentibus E-
uangelium, sed Iudæis tantum, suis gentilibus Christum
annunciauerit: nec sic quidem, vt aliquam fundauerit
Ecclesiam: vt plenius aduertit Magnus Comestabilis Ca-
stellæ in secundo Discursu contra eumdem Cardin. Baronium
edito fol. 61. dicens aliud esse conuertere infideles, aliud
fundare Ecclesias: cum primum ad Apostolos † omnes, 33
secundum verò ad B. Petrum tanquam caput Ecclesiæ
pertineret.

Nam huic obiecto responsum fuit per Dominos, con-
clusionem prædictam, quòd scilicet nullus ex Apostolis
præter B. Petrum Ecclesias in præfatis Regionibus funda-
uerit esse intelligendam, vt nullus sine mandato, † iussu, 34
permissione, ac B. Petri auctoritate Ecclesias instituerit
iuxtà solutionem glossæ in d. capit. si quis nesciat, in verb.
Apostolos; quam veluti magis receptam, atque verio-
rem referunt, & sequuntur ibidem Archidiac. numer. 2.
Turrecremat num. 1. Gemin. numer. 7 & plura hoc in ar-
gumentum eleganter congerit Gaspar Sanctius de prædi-
catione S. Iacobi in Hispania tract. 3. capit. 1. per tot. & præ-
sertim nu. 3.

Ac proinde, quia habetur pro certo † B. Petrum Dei 35
monitu mandatum, permissionem, atque auctoritatem
huiusmodi cæteris Apostolis, ad Gentium prædicatio-
nem euntibus dedisse, vt testatur Io. Antonius Delphi-
nus de Ecclesiastica potestate tit. de Cardinalibus concl. 1. vers.
3. fol. mihi 19. & concl. 9. fol 81. à tergo: & de Paulo testa-
tur Archidiaconus in d. c. quis nesciat nu. 2. & 3. 11. dist. &
de B. Clemente, qui eamdem potestatem concessit Phi-
lippo Philoteo, in Hispanias allegato, refert Methodius
Author Græcus, ac vetustissimus in vita S. Dionysij, in hæc
verba: Porrò S. Clemens sub id tempus Philippum quemdam
Hispanis Episcopum præfecerat, eamdemque potestatem, quem

ipse

ipse diuinus Clemens à Petro accepit, ipsi dederat, dicens: Profectus in occidentales plagas, Euangelium Regni Cælorum prædicato: ligandi etiam, soluendique potestas tibi esto, vt Christi Euangelium pro te quoque longe, lateque diffundatur, quo à Domino instar fidelis serui audire merearis; Euge serue bone, &c. quæ verba transcribit Biuarius *ad Dexterum anno Domini 91. nu. 6. vers. translatis:* vbi Philippi istius memoriæ contestes Ambrosium de Morales, *ac Marianam ennmerat.* Imò potestas ista fuit aliquando concessa cum facultate subdelegandi, prout communis est traditio Paulum Apostolum eamdem Tito delegasse Epistola prima ad eundem Titum, ibi: *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt, corrigas, & constituas per Ciuitates Presbyteros.*

Hinc propterea manifestè apparet in nihilo dispositioni
36 † *text. in d. ca. si quis nesciat*, aduersari, qoæ B. Iacobus, supposita Petri auctoritate, atque mandato, Sedem Cathedralem Cæsaraugustanam in Ecclesia B. Mariæ instituerit, & Athanasium in illius Episcopum destinauerit. Quemadmodum etiam Hieronymus de Scriptoribus, te-
37 statur B. Ioannem † Apostolum ordinasse in Episcopum Smirnæ Polycarpum, vt ex Tertull. refert Georg. Ederus *in Malleo Hereticorum lib. 2. c. 5. concl. 4. vers. hoc enim modo*, & firmat *Matyrolog. Roman. sub die 26. Ianuarii*; sed omnes Asiæ Ecclesias fundasse, vt idem *Martyrol firmauit sub die 27. Decemb.* (in quo tamen à Hieronymo dissentit Baron. *ann.*
38 *97. n. 2. fol. 736.*) & Paulus † Apostolus Dionysium in Atheniensem, Timotheum verò Ephesinum Episcopum creauit: vt de Dionysio testatur Heiduin *in Areopa. apud Surium die 9. Nouemb.* relatus per Baron. *anno 52. n. 12. ia fi. fol. 408.* Hincmarus Rhemensis Episcopus, cuius testimonium transcribit idem Baronius *ad Martyrolog. sub die 9. Octobris, littera B.* Et de Timotheo auctor est Eusebius *lib. 3. Histor. c. 4. &* Ignatius *in epist. ad Ephesios:* quam pariter recenset idem Baron. *anno 19. n. 186. fol. 511. & anno 97. n. 3. fol. 736.* Et habetur non solum in *Martyrol. Romano sub die 24. Ianuarij:* sed etiam in *Breuiario Rom. in eiusd. Timothei lectionibus.*

39 Hancque fuisse † Apostolorum consuetudinem præficiendi Episcopum vnicuique Ciuitati, in qua Verbum Dei prædicauerunt, tradit Tertull. *de præscript. aduersus* Hæreticos *c. 20.* quem transcribit Georg. Ederus *d. lib. 2. c. 12. concl 13 fol. mihi 385.* & clarius *c. 5. concl. 2. & 4.* Irenæus *contra Hæreticos Valentiæ c. 63.* prout in hanc rem exempla, & alia congerit Bursat. *cons. 126. nu. 27.* Cui quidem consuetudini tanto magis verisimile est B. Iacobum adhæsisse, ne in vastis Hispaniarum Regionibus fœcondissimæ spem messis abijceret, quam vtique adimpletam fœliciter Deiparæ Virginis promissio spoponderat iuxta tenorem præfatæ Historiæ admirabilis constructionis huius Ecclesiæ de Pilari. Ideoque nè Cardinalis Baronius, & Comestabilis, viri alioquin eruditissimi, ille rerum istarum obliuione, hic verò non credibili ignoratione notantur: dicendum est in hunc sensum accipienda esse illorum verba quod scilicet nullus ex Apostolis, Petro, excepto; fun-
40 dauit Ecclesias absque iussu, † mandato, ac eiusdem D. Petri auctoritate: prout idem Comestabilis post suos discursus, intermedia corrigens, tandem affirmauit, Sanctum
41 Iacobum plures Episcopos, † & Ecclesias Cathedrales in Hispania constituisse.

Neque etiam obstat Breuiarium sanct. me. Clementis Octaui, in quo sub festo S Iacobi recitatur, ex numero Discipulorum eiusdem ad Fidem conuersorum septem postea Episcopos à Beato Perro ordinatos in Hispaniam primò directos esse: hincque necessariò inferatur, nullum
42 ante hos à Perro † ordinatos fuisse in eadem Hispania Episcopum consecratum cum isti primi fuerint, ad *tex. in l. proximus, ff. de verb. significat.* & consequenter nec etiam Athanasium à Beato Iacobo.

43 Quia responderut, † id esse intelligendum de illis Discipulis, quos secum Hierosolymam ex Hispanijs deduxerat Sanctus Iacobus, & qui verè fuerunt primi *e n* ordinatis à Petro, qui in Hispanias directi fuerint: non autem de Athanasio, qui vnà cum Theodoro Presbytero fuerat ab eodem Iacobo relictos apud Hispanos, vt prædicationi vacaret. Quemadmodum ex auctoritate Leonis Tertij, Calixti Secundi, ac Innocentij Secundi Pontificum, asserunt Maurolicus *in Martyrologio sub die 13. Maij*, & ibidem Primus Episcopus Cabillonen & Sophronius, & alij: quibus assentitur Vincentius Belluacen. *in specul. Historial. lib. 8. c. 6.* Galesin. *pariter in Martyrologio sub eadem die*, Lucius Dexter *anno Domini 50.* & ibidem Biuarius *n. 1.* quibus potest addi Gaspar Sanctius *in 2. tract. pro aduentu S. Iacobi in Hispanias c. 9. n. 7.* vbi in specie ponderat rationem, † cur se- 44
ptem Episcopi ab Apostolo Petro transmissi primi dicantur: quod etiam repetit in *3. tract. cap. 2. nu. 1. & 2. vers. quomodo verò.*

Non obstat tandem nullum fieri posse fundamentum in Scriptoribus atque Historicis, affirmantibus D. Iacobum instituisse in Episcopum Cæsaraugustanum Athanasium Theodorum verò in Presbyterum, ijs demum rationibus. Et primò, quia dempta *Flauij Lucij Dexteri Historia*, quam
ementitiam † esse contendit Gabriel. Pennot. *in Histor. generali tripartita Canonicorum Regularium libr. 1. c. 52. & 53.* 45
prout plures alij etiam dubitarunt; sublatoque *M Maximi Epigrammate*, quod ex sola Biuarij relatione deducitur: re-
manet Petrus Antonius Beuter primus † opioionis istius 46
assertor, qui scripsit de anno 1546. & sic decem annis post motam litem: cui adherent reliqui Neoterici: qui etiam videntur solùm testari de traditione illarum partium Secundò, quia manifestè aduersantur præcipitatæ constructionis historiæ, quæ meminit de vnico Presbytero.

Nam quoad primum Flauij Lucij Dextri fidem † accer- 47
rimè vendicant, ac Historiæ veritatem latè defendunt P. Murillus *in præcitato tractatu mirabilis fundationis Angelicæ domus de Pilari in Prologo Apologetico pagin. 4.* Biuar. *in Apologia §. 7.* vbi recenset quamplures non eruditione mi-
nus, † quam auctoritate insignes viros, qui Dextri fidem 48
agnoscit, & latè Melchior Inchoser *in Apologetico pro epistola B. Mariæ Virginis ad Messanen. cap. 47. & quatuor seqq.*

Sed quicquid sit de *Dextri historia*, necnon *M. Maximi Epigrammate*, quorum fides suos apud Auctores citra quodcumque approbationis, vel reprobationis iudicium Domini reliquerunt: in omnem euentum non deficiunt alij Scriptores. Petrus enim Antonius Beuter quamuis scripserit post motam litem super præeminentijs inter istas Eccle-
sias, † non inde tamen potuit opinionis suæ fundamenta 49
deriuare: cum tunc temporis Athanasij Episcopatus non deduceretur. Dicere autem id ab ipso voluntariè cõfictum aut à cæteris illius Asseclis viris grauissimis inconsultò firmatum, merè voluntarium ijsdem Dominis videbatur.

Quantum verò attinet ad secundum, nulla inter Auctores istos ac historiam fundationis potest considerari contrarietas: quia historia præfata id expressit in specie, quod ad ipsam Ecclesiam B. Mariæ pertinebat: mentionem solummodo faciens de Presbytero, qui particulari Ecclesiæ seruitio destinabatur. Ideoque non hinc rectè assequimur exclusisse designationem alterius, scilicet Episcopi, qui ad totam Diœcesim, non ad Ecclesiam verò particularem spectabat.

Secundò in hanc sententiam Domini tanto libentius inclinarunt: quia veritas præfatæ historiæ, necnon traditionem ad concluden. huiusmodi Cathedralitatem pluribus adminiculis, & quidem vrgentioribus corroboratur.

Primum autem adminiculum ea suggerunt argumenta,
ex quibus videtur sufficienter colligi, † omnes Episcopos 50
Cæsaraugustanos ab Athanasio vsque ad annum 1118. resedisse in Ecclesia de Pilari, vt plenè eorumdem Episcoporum seriem referendo, deducit idem Didacus Morillus *in præfato tractatu fundationis istius Ecclesiæ c. 21. fol. 77. vsque ad fol. 253.* Prout in specie, quòd Valerius vnà cum Vincentio præfuerint in Ecclesia B. Mariæ, ille tanquam Episcopus, hic vti Archidiaconus, apertè testatur idem Martinus Garzia *in sermone 150.* Aymon. *lib. 1. c. 6. de translatione corporis S. Vincentij de anno 855.* & *en* Neotericis Martinus del Villar. *in dicta interpretatione trium Epigrammatum in epistola ad Philippum Tertium Regem Catholicum, &* Morill. *loco sæpius citato c. 31. fol. 262.* qui id deducunt ex verbis *Prudentij in 4. hymno*, ibi,

DOMVS INFVLATA
VALERIORVM,

& inferius, ibi,

Tristior TEMPLVM rabies IN ISTVD
Intulit iras.

Et *en* recentioribus per informantes pro Ecclesia Metropolitana deductis, Franciscus Aynsa *d. lib. 2. c. 11. fol. 170.* asserens Ecclesiam B. Mariæ fuisse PALESTRAM Vincentio, in qua Valerij Episcopi exemplo didicit hostem domare: quod repetit, relatione tamen ad supradicta *lib. 2. cap. 22.* vbi etiam exornat epigrammate *M. Maximi*, ibi,

Vin-

Vincenti egregiam referens ab agone coronam, Atque
Leuitarum dulce Leuita caput,
SACRA DOMVS firmæ nomen adepta COLVMNÆ.
Hæc tibi victuro pulais, & vmbra fuit.

Quibus conuenire videtur *Prudentius in 4. hymno ad 18 Martyres, de eodem Sancto Vincentio loquens*, ibi,

Noster, & NOSTRA Puer in PALESTRA
Arte virtutis, fideique oliuo
Vncta, horrendum didicit domare
Viribus hostem.
Nouerat TEMPLO celebre IN ISTO
Octies partas, deciesque palmas:
Laureis doctas patrijs, eadem
Laude cucurrit.

Et prædicta corroborantur ex eo, quòd in Ecclesia de
Pilari hodie etiam apparent antiqua quædam vestigia me-
moriæ S. Valerij, & præ cæteris quædam Aula versus
flumen Iberum, quæ ab antiquo Auiæ Valerianæ cogno-
mentum retinet, vt deducit idem Murillo *cap. 18. fol. 151.*
& repetit *cap. 26 fol. 222. in fin. & seq.* ex huiusmodi enim
51 denominatione † resultat argumentum personalis resi-
dentiæ, vt in simili ponderat Ambrosius de Morales *in*
historia Hispaniæ lib. 7. cap. 6 fol. 274. Quæ quidem residen-
52 tia † præsumitur penes Cathedralem secundum Innoc. *in*
cap. ex ore, de priuil. Archid. & Ioann. Andr. *in cap. sta-*
tuium, §. cum vero, de rescript. in 6. Soccin. *in cap. licet,*
num. 22. de for. compet. cùm Prælatus domum suæ habita-
53 tionis propè Ecclesiam † Cathedralem habere teneatur,
cap. Episcopus 41. distinct. Oldr. *cons. 55.*

Et similiter, quòd Sanctus Braulius Sedem Episcopa-
lem habuerit in Ecclesia de Pilari, comprobat historia à
partibus communiter recepta ex Breuiario; Sancti Hiero-
nymi, quæ in illius festiuitate recitatur in hæc verba:
Disputatione autem longa consumata, & Synodo celebrata,
vnusquisque ad propriam Sedem est reuersus. Beatus verò
Braulius dum in Ciuitate Cæsaraugustana in Sancta Maria
Maiori suam Sedem diuinitas sitaasset, &c.

Nec dicatur, hinc potius contrarium deduci, ex eo
quod Beatus Braulius dicitur Sedem suam diuinitus collo-
casse in Ecclesia Beatæ Mariæ, quasi id particulari deuo-
tione, seu inspiratione præstiterit, signum euidens,
quòd eadem Ecclesia non erat consueta sedes Episcopo-
rum. Quia aduertendum est, verbum illud, *diuini-*
tus, solùm respicere miraculosam illius electionem, de
qua testatur Ribadeneyra *in 2. parte Floris Sanctorum fol.*
599. qui factum dilucidè explicat. Omnemque tollit dif-
ficultatem, ibi, *Sanctus Braulius rediuit ad suam Eccle-*
siam Cæsaraugustanam, & in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Pi-
lari occupabat se diù noctuque in seruitio Omnipotentis Dei,
& ipsius Beatæ Virginis, in cuius sanctuario residebat, &
concordant Ioannes de Marieta *in historia Ecclesiastica lib.*
5. cap. 39. fol. 126. vbi loquens de Sancto Braulio, inquit,
Omnes Episcopi, terminato Concilio, se contulerunt ad
suas Ecclesias, & Sanctus Braulius rediuit ad suam Cæsa-
raugustanam, & residendo in Sancta Maria Maiori, quæ
modo vocatur de Pilari, diu noctuque laborabat in seruitio
Dei, & Beatæ Virginis in illa Ecclesia. Franciscus de Pa-
dilla in 2. parte historiæ Ecclesiasticæ, centur. 7. fol. 231.
Michael Martinus de Villar *in interpretatione trium Epi-*
grammatum pag. 79. cum alijs per præfatos adden. ad Dex-
trum *in epistolam ad Lectorem*, & post alios Murillus *in*
in dicto cap. 23. fol 214. Prout firmarunt sententiæ de an-
no 1502. & 1605. de quibus infrà in quarto adminiculo. Et
conueniunt innumeri testes de antiquissima fama, ac tra-
ditione deponentes.

Et plurimum confert eiusdem Sancti Braulij sepul-
chrum, quod ab immemorabili tempore conditum repe-
ritur in eadem Ecclesia de Pilari, vt testatur *Breuiarium*
Valentinam anni 1496. in fine lectionum eiusdem Sancti. Ex
54 *sepulchro † enim deducitur præsumptio habitationis, cap.*
5. & cap. in nona, de sepult. is qui eodem in 6. Vbald. *de Ca-*
nonic. Parrochial. cap. 9. num. 1. Maximè in Episcopis;
55 † quia cum inter ipsos atque Ecclesias spirituale matri-
monium contrahatur, *cap. sicut viri, cap. altaris 7. q. 1.*
56 & ibi *Turrecrem.* cum alijs superius deductis, coniugij †
vinculum id exigit, vt neque post mortem separentur, ad
trad. per Abb. *in cap. de vxor. num 6. & vers. nam propter*
vnionem, de sepult.

Quibus auctoritatem præstant Ecclesiæ, quæ eamdem
veritatem agnouerunt in suis Breuiarijs, scilicet Ordinis
Sancti Hieronymi, vt supra: & Regiæ Domus Mon-
tis Aragonum in eadem Sancti Braulij festiuitate fol 311.
Quorum † Breuiariorum magna est auctoritas, *cap. li-* 57
cet causam, de probat. cap. in nostra, de testibus: & ad
propositum considerant Mariana *in tract. Aduentus S. Ia-*
cobi in Hispaniam, & Ambrosius de Morales in Chronicis
præcitatis lib. 9. cap. 14. & lib. 8. fol. 213. Itaut huiusmo-
di historiæ, † atque antiquissimæ traditiones tanquam 58
canonizatæ per Ecclesiam tanto magis corroborentur, vt
in simili, quòd leges † ciuiles in Canonum sanctionibus 59
relatæ per Ecclesiam approbari dicantur, inquit *glos. in*
cap. in primis, in verb. capitali 2. quæst. 1. latè Ias. *in lib. 1.*
num. 43. C. de summ. Trinit. & Fid. Cathol. Rip. *in lib. 1.*
num 67 ff. si cert. pet. Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, nu.*
40. vers. & ista limitatio de constit.

Ex quibus negari non potest, quia releuans Cathedra-
litatis adminiculum deducatur: cum Episcopi † per 60
multum temporis spacium extra suam Cathedralem esse
prohibeantur, vt ex Mandos. Gonzal. Archid. & alijs re-
solutum fuit in causa *Salmonen. statas Cathedratici 28.*
Maij 1626. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.

Secundum adminiculum desumitur ex Breue Gelasij
Secundi Pontificis, directo Exercitui Fidelium, Cæsa-
raugustam obsidentium: quod vna cum infrascriptis lit-
teris Petri Libranæ Episcopi Cæsaraugustan. transcripsit
Baron Annal. tom. 12. ad annum 1118. Hic enim † 61
Pontifex, vt colligitur ex eisdem litteris Petri Libranæ,
plenariam concedendo Indulgentiam omnibus Christi fi-
delibus, magnus adiutrices porrigentibus reparationi Ec-
clesiæ illius de Pilari, quæ post cessatam Maurorum ob-
sidionem, diruti totaliter ferè parietibus, remanserat
ruinosa, appellat eam, Vrbis Cæsaraugustan. Eccle-
siam. Quæ denominatio indeterminata sub verbo, † 62
Ecclesia, absque vlteriori expressione alicuius Sancti,
apud Iuris Interpretes tanquam antonomasticè sumpta,
intelligitur de Ecclesia Cathedrali iuxta antiquum sty-
lum Curiæ Romanæ, Monach. *in cap. quamuis num. 5.*
post glos. ibid. in verb. non extendit. de præbend. in 6. vbi
Gemin. *§. fin num. 10. post med. super 5. in fin. glos.* Abb. *in*
cap. cum super num 6 de sepult. Mandos. *super reg. 26.*
quæst. 3. num. 5. & 6 in fin. vers. Romæ autem Gamb. *de*
offic. leg. lib. 10. num. 270. Gratian. *discept. forens. cap 893.*
num 32. Rota *decis. 233. num. 4. & 13. part. 1. diuers.* His-
que expressè conformem fuisse mentem, & Intentionem
Pontificis, prorsus declarauit idem Petrus Librana, Epis-
copus Cæsaraugustanus: qui in litteris post expulsos
Mauros à se publicatis in executionem prædicti Breuis
Apostolici, Ecclesiam Gloriosæ Virginis Mariæ, Beato
& antiquo nomine Sanctitatis ac Dignitatis pollentem,
necnon perfidorum Saracænorum ditioni diù subiectam,
priorisque captiuitatis mœrore confectam specificauit.
Cui † declarationi standum est *argum. text. in l. ait præ-* 63
tor, § si iudex, ff. de re iud. Soccin Sen. *cons. 156. num.*
17. lib 2. Quemadmodum etiam testem, loquentem in
genere declarat Bald. *in l. testium col. 2. C. de testib.* Aret.
cons. 36. num. 4. Marsil. *singul. 439.* Maximè cum decla-
ratio † ista emanauerit de recenti, & ab eo qui plenis- 64
simam Ecclesiæ suæ notitiam habebat, ad tradita per
Flamin. Paris. *de confiden. quæst. 28. num. 10. & Rota*
in Lucana Cappellaniæ 15. Maij 1598. coram bon. mem.
Penia, & in Barchinonen. beneficij 23. Februarij 1600.
coram bon. mem. Cardin. Pamphilio. Nec appareat tunc
temporis aliam in Ciuitate Cæsaraugustana Ecclesiam
adfuisse: immò constet hanc solam sub diuturna Mau-
rorum † dominatione, reliquis sacris ædibus penitus ex- 65
cisis atque depopulatis, veluti sacram Aram, perfu-
gij Portum, Antistitumque Sedem fuisse seruatam: vt
testatur Zurita *in præcitato Indice rerum Aragonen. anno*
889. pag. 13.

Tertium adminiculum præstant antiquæ Imagines
Agni † Paschalis: quæ cum sint propria insignia Ec- 66
clesiæ Cathedralis Cæsaraugustæ, depictæ reperiuntur
in partibus Superioribus Capellæ maioris Ecclesiæ San-
ctæ Mariæ, & incisæ in antiquissimo lapide ad ostium
Sacristiæ Sanctæ Capellæ de Pilari, cum in hac inscri-
ptione antiqua: *Agnus docet iste hanc sedem fuisse.* Qui-
bus † quidem insignijs, atque inscriptionibus, maximè, 67
vt hic, in antiquissimis plurimum defertur *cap. cum*
causam, & ibi glos. in verb. libros, de probat cap. audien-
tiam il 2. de præscript. cap. cum olim, de censibus, Aym.
de antiq. temp. part. 2. limit. 8. num. 54. Bald *cons. 319.*
& 310.

& 310. vol. 3. Dec. *conf. 135. num. 1.* Guidop. *decis. 341. num. 3.* Rot. *decis. 482. num. 4. part. 1. recent.* & in puncto aotiquioris Cathedralitatis, Gratian. *discept. foren. d. cap. 893. num. 31. & cap. 918. num. 8.* Non eoim est verisimile, quod dicta ioscriptio tandiu per Archiepiscopos, & Ecclesiam hodie colligantem fuisset tolerata, si contra veritatem, leuioribus innixa probationibus ac fundamentis, emanasset. Adeo vt ius antiquæ huiusmodi Cathedralitatis ex hoc videri posset præscriptum
68 contra Ecclesiam Sancti Saluatoris, † propter illius scientiam & patientiam ad *text. in l. quoties la a. ff. de foruit. l. si quis diaturao, ff. si fernitus vendicetur.*

Quartum, & quidem vrgens adminiculum præbet sententia de anno 1502. super charitatiuo subsidio lata per Vicarium Archiepiscopi Cæsaraugustani, necnon ab eodem Archiepiscopo, de cuius interesse & præiudicio principaliter agebatur, confirmata. In qua dicitur expressè, in Ecclesia de Pilari primariam sedem Cæsaraugustanam per multa annorum curricula collatam fuisse, Beato Braulio, & alijs multis Episcopis successiuè præsidentibus: licet postea dicta sedes Cathedralis ab ea translata fuerit. Hæc enim sententia cum
69 tempus litis super Cathedralitate principaliter motæ † per centum & amplius annos antecedat, plenam inducit probationem status Ecclesiæ, etiam sine actis, Castador. *decis. 3. de procur.* Put. *decis. 338. lib. 2. alias 328. in correct. sanct. mem.* Greg *decis. 535. numer. 8.* & in simili materia status, Patronalis, Ferret. *cons. 135. num. 1.* Rota *decis. 331. part. 2. diuers. decis. 318. part. 1. & decis. 235 num. 4. part. 2. recent.* Mant. *de-*
70 *cis. 530.* Maximè cum de † canonizatione, aut exequutione illius hodie non agatur: sed tantum adducatur ad probationem, Accorambon. *decis. 35.* Rota *decis. 143. num. 5. & 6. part. 2. & decis. 595. num. 5. diuers.* Ad cuius sententiæ corroborationem accedit alia sententia, non sine matura causæ cognitione lata de anno 1605. per Coosilium Regni Aragonum inter eamdem Ecclesiam de Pilari ac omnes alias eiusdem Regni Cathedrales, excepta tamen Metropolitana Sancti Saluatoris, super præcedentia in Comitijs generalibus. In qua fuit pariter declaratum Ecclesiam de Pilari fuisse
71 antiquitus Cathedralem. Ex his enim † sententijs, licet in Curijs sæcularibus emanatis, Rota solet desumere adminiculum, vt apud Seraph. *decis. 1047. num. 3. & 4. & in Mediolanea. decimarum de Varisio 30. Martij 1615. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Quintum subministrant adminiculum ea vestigia at-
72 que reliquiæ, quæ citra ius † Cathedralitatis huic Ecclesiæ conuenire non possent ad *text. in l. pro hærede, §. Papinianus, vbi Doctor. ff. de acquir. hæred.* Alex. *in simili de Collegiat. cons. 74. & 75. lib. 4.* & in puncto *sanct. mem.* Greg. *decis. 492 num. 3. & coram Illustrissim. D. meo Verospio in decis 616. part. 1. recent.* nempè an-
73 tiquissimus ritus celebrandi die 12. Octobris festum † Dedicationis huius Ecclesiæ de Pilari, tanquam primitiuæ Cathedralis. Quem sanè ritum Ecclesia tandiu tolerare, & Metropolitana ipsa seruare non potuit, nisi admissa Ecclesiæ istius Cathedralitate. Quam propterea non solum *coram san. mem. Gregorio*, sed deinde etiam *Illustriss. Verospio in d. decis. 616. num. 4. & 5.* Rota *agnouit*, fundans super illa potestatem celebrandi festum huiusmodi dedicationis, competentem Ecclesiæ de
74 Pilari ratione antiquæ dignitatis. Facultas † exigendi decimas in territorio Cæsaraugustano, soli Cathedrali competentes iuxta terminos *cap. quoniam, & cap. cum contingat, vbi glos. & Doct. de decim.* & tradita per Rebuff. *trad. eod. quæst. 6. num. 12.* & de Ecclesijs Hispaniarum resoluit Rota *in Pampilonen. congruæ 7. Aprilis 1595. coram bon. mem. Cardin. Millino*, quam sequitur etiam *in decis. 420 num 6. sanct. mem. Gregorius.* Dignitas Capellaniæ maioris, quæ ex illarum partium consuetudine nonnisi in Cathedralibus erigi consueuit.
75 Campanæ † nuncupata de interdicto, quam habere non potest nisi Ecclesia Cathedralis. Mutua in sepeliendis vtriusque Ecclesiæ Canonicis officia. Ius extrahendi defunctorum cadauera ex alienis Parochijs, illa-
76 que sepeliendi, † quod Ecclesijs omnibus de iure prohibitum, solis Cathedralibus indulgetur *cap. ex parte in 1. cap. cum liberum, cap. cum super, cap. in nostra, vbi Doctor. de sepultur.* Indistincta saltim de coosuedine (quicquid sit quoad moderationem per concordias,
& sententias) Sacramentorum † omnium more Cathe- 77
dralis administratio iuxta terminos *cap. 3. & vlt.* vbi scribentes de Parochialibus, *& cap. Presbyteri, de consecr. distinct. 4.* Quamplures denique prærogatiuæ tàm æqualitatis, quàm præeminentiarum io processionibus, & Choro, necnon alia huiusmodi: de quibus in simili Put. *decis. 343. lib. 2. in correct.* Vnde ex his omnibus, maxi-
mè simul iunctis, negari non † potest, quin releuans 78
Cathedralitatis argumentum assequamur; cum vestigia, & reliquiæ, quæ remanent, sint primæui status indicia, Dyn. *in cap. decet ad med. de regul. iur. in 6.* Bald. *in cap. sedes, num. 4. de rescript.* & latius exemplificat Natt. *cons. 150. num. 5.* Tiraquell. *in tract. cessan. caus. limit. 15. & 16.* Quæ quidem vestigia, & Cathedralitatis antiquæ reliquias Ecclesia ista de Pilari post translatam à se Cathedralitatem retinuit, & hanc vsque in diem retinet: quemadmodum constat ex sententijs, & concordijs desuper emanatis, vt latè expedit Murillus *in tract sæpius citato cap. 19. fol. 159. & seqq* & concordant
testes in summ. num. 19. Cum tamen ad effectum † reti- 79
nendi, ac continuandi ius antiquæ Cathedralis, vnicus etiam actus censeatur sufficere, Adden. *ad decis. 557. san. mem Greg. num. 10.*

Sextum præbent adminiculum testimonia auctorum,
qui in specie asserunt, † præsatam Ecclesiam Beatæ Ma- 80
riæ Virginis de Pilari fuisse antiquitus Cathedralem, nempè Aymon. Monachus *de rebus gestis Francorum lib. 5. cap. 20. pag. 386.* & tradidit clarius *in historia translationis corporis Sancti Vincentij lib. 1. cap. 6. qui in Annalib. lib. 5. cap. 20.* quamuis protrahatur vsque ad annum 5165. & sic longè excedat terminos vitæ ipsius Aymonij, qui teste *Bauaro vixit ad annum 873.* non inde tamen fidei ipsius iotegritas imminuitur, saltem circa ea, quæ continentur intra annos ac tramites vitæ eiusdem Aymonij, & consequenter circa prædictam historiam translationis Sancti Vincentij, quæ incipit ab anno 855. & octo sequentibus, concluditur Martin. Garzia *in sermone 150.* Zurita *in præfato Indice rerum Aragonensium anno 889. pag. 13.* Hieronymus Romanus *lib. 1. Reipublicæ Christianæ cap. 4. fol. 86.* Maurus Castell Ferrer. *in historia Diui Iacobi fol. 85.* Ioannes Baptista Valenzuela *cons. 43. num. 6. &* Franciscus de Aynsa *rerum memorabilium Oscæ, d. lib 2. cap. 11. fol. 170.* Michael Martinus de Villar *in dicta interpretatione ad tria Epigrammata.*

Septimum denique ac postremom Cathedralitatis istius antiquæ adminiculum pro eadem Ecclesia de Pilari superaddunt quamplures testes, hinc inde inter easdem partes examinati. Primò in causa præeminentiarum vsque de anno 1536. & 1537 deinde in causa dedicationis de anno 1609. ac postremo in causa ista Cathedralitatis de anno 1627. qui de antiquissima fama ac traditione deponunt, Ecclesiam de Pilari fuisse antiquitus Cathedralem, quibus quidem testibus standum est, vt superius latè deduximus.

His omnibus ergo fundatis, † quæ insimul iuncta de- 81
bent ponderari ad *glos. in l. 2. in verbo legitimè, ff. de excusat. tut.* Dec. *cons 146. num. 14. vers. sexto, & vltimo,* Soccin. *cons. 89 num. 9. vers. quo supposito lib. 2.* Paris. *cons. 104 num. 16. vol. 2.* & fuit consideratum *in causa Bononien. fideicommissi de Desiderijs 26. Iunij 1626. coram R. P. D. meo Merlino, & in causa Viterbien. Castrorum 21. Iunij 1628. coram me*, cum certi iuris sit, probationes sese ad inuicem coadiuuare, vt per Scriben. *in cap. cum causam, iuncta glos. in verb. adminicula, de probat.* Butr. *in cap. vniones il 1. de testibus*, Anchar. *cons. 276. num. 4.* Alex. *cons. 53. num. 4. lib. 1.* cum alijs per Rotam *decis. 361 num. 2. post secundam volum. consil.* Farinac. Maximè cum versemur non solum in aotiquissi-
mis, † in quibus leuiores probationes per indicia, co- 82
niecturas, ac præsumptiones sufficiunt, Bald. *in l. indicia, num. 5. C. de rei vend. c. & in auth. quas actiones num. 18. vers. item ratione, C. de sacrosan Eccles.* Soccin. *cons. 205. num 13. lib. 2.* Couar. *pract. cap. 21. numer. 7.* Cassad. *decis. 3. num. 2. de procurat.* Seraph. *decis. 462. num. 9.* sed etiam ijs in regionibus, in quibus propter statusmutationem, Regnorumque reuolutiones, antiqui-
tatum vestigia perierunt: prout in puncto † de Regnis 83
Hispaniarum, acerbam huiusmodi calamitatem deplorat Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 2. d. cap. 9. num. 16.* & Ec-
clesia-

clesiasticarum historiarum iacturam sub Gentilium con-
tra Christianos persecutionibus prosequitur Gaspar
Sanctius *in tract. 2. de prædicatione S. Iacobi in Hispa-
nia cap. 5.*

Non obstant ea quæ pro originali & primordiali Ca-
thedralitate Ecclesiæ S. Saluatoris in contrarium dedu-
cuntur.

Et primò non obstat præsumptio resultans ex poste-
riori, atque diuturno statu Cathedralitatis. Quia cum
ex deductis constet de anteriori Cathedralitate Ecclesiæ
84 de Pilari: † talis præsumptio elisa remanet, *l. fin. in
princip. ff. quad met. caus.* Atet. *cons.* 38. *col.* 2. Neuizan,
cons. 81. *num.* 24. Quando enim statua præsens non po-
85 test concurrere cum statu † antecedenti, de præsenti
non præsumitur in præteritum, Bald. *in l. ex persona,
C. de probat.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt.* 24.
num. 30. Alex. *cons.* 81. *num.* 3. *lib.* 7. quem Rota se-
quitur in causa *Spoletana bonoram* 20. *Decembris* 1591.
86 *coram bon. mem. Penia.* Quemadmodum etiam, † con-
stito vt hic de initio, cessat præsumptio cuiuscumque
alterius anterioris initij, ac tituli, Crescen. *decis.* 21.
num. 3. *de probat.* Caputaq. *decis.* 304. *num.* 314. *part.* 3.
Honded. *cons.* 80. *num.* 77. *lib.* 2. Aymon. 134. *numer.*
24. cum alijs per Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 18. *num.* 48.
& 49.

Non obstant adminicula, quæ ad dictæ præsumptionis
corroborationem deducuntur.

Non primum desumptum ex sententijs Petri Libranæ,
Sanctij, Petri Tarraconesi & Alphonsi Archiepiscopi,
in quibus Ecclesia S. Saluatoris appellatur Superior; &
Magistra. Quia cum de tempore dictarum sententia-
rum Cathedra iam fuisset translata ad Ecclesiam S. Sal-
uatoris, vel eidem per viam vnionis collata, vt præ-
tenditur, ex præfata sententia de anno 1502. lata per
Vicarium Archiepiscopi Cæsaraugustani: idcirco eadem
Ecclesia appellatur Superior & Magistra: cùm penes
87 ipsam esset Cathedra. In qua † Magistrorum magna
Dignitas designatur, vt ex Hieronymo notat idem *To-
status super Matt. cap.* 1. *quæst.* 70. asserens Cathedram
88 propriè accipi pro Sede Doctoris, † ac Prælati: pro-
ut etiam in Cathedra Petri Ecclesia Romana denotatur,
ex traditis per *Ioannem Slotaaum contra Hæreticas, in-
terrog. 5. de Primatu Petri, & Ecclesiæ Romanæ fol. mi-
hi 87. vers. subijciam.*

Non officit secundum, quod deducitur ex priuilegio
Regis Alphonsi: qui Ecclesiam S. Saluatoris antiqui
nominis, ac famosissimæ excellentiæ priuilegio glorio-
sissimam non enunciat solum, sed eidem donat Eccle-
siam S. Mariæ de Pilari. Primò: quia quicquid sit de
exceptionibus, quæ ex ommissa diuini nominis inuo-
catione, ac concessionis loco deficiente, necnon ex
quibusdam inuerisimilitudinibus per informantes pon-
deratis deducuntur: cum idem priuilegium non fuerit
extractum ab originali, de quo nullibi constat, sed ex
quadam copia, quæ nec etiam ab originali probatur ex-
89 tracta, † tanquam copia copiæ nullam fidem meretur.
Bald. *in l. bonæ fidei num.* 23. *vers. dubitatur de exempla,
C. de iur. iur.* Dec. *in Auth si quis in aliquo num.* 30. *C. de
eden.* Rot. *decis.* 733. *part.* 1. *num.* 1. *diuers.* maximè
90 cum deficiat † recognitio, quæ omninò requiritur Ol-
drad. *cons.* 1. *num.* 3. Verall. *decis.* 274. *part.* 1. *& decis.*
99. *num.* 2. *part.* 2 *& decis.* 113. *part.* 3. Non enim suf-
fragatur, quod fuerit extractum ex Archiuio Capituli
91 Ecclesiæ S. Saluatoris: cum idem † Archiuium non
habeat requisita, de quibus doctè in causa *Sorana benefi-
cij 8. Martij 1627. coram R. P. D. mea Merlino:* sitque pri-
92 uatum ipsius Capituli, de cuius † interesse agitur,
ac propterea suspectum ad tradita per Rot. *in decis.* 183.
num. 8. *part.* 2. *diuers. & in Tirasonen Iurisdictionis* 19.
Februarij 1593. *coram bon. mem. Cardin. Millino.* Nec
legalitas huius Archiuij potest deduci ex testibus, qui
93 dantur, cum ipsimet † testes fateantur se in causa inte-
ressatos, prorsusque ad Archiuij legalitatem requisita
94 ignorare. Et in omnem euentum auctoritas Archiuij †
non dat robur scripturæ informi, præsertim contra non
subditos, vt in puncto Verall. *decis.* 41. *part.* 1. Put.
decis. 441. *num.* 2. *lib.* 2. *in correct.* Seraphin. *decis.* 320.
& 642. *num.* 1. & fuit latè deductum in præfata *Tiraso-
nen. coram bon. mem. Cardin. Millino.* Secundò admissa
etiam (citra veri præiudicium) legalitate huius priuile-
gij, prout eam videntur agnoscere Scriptores, & alij re-
lati in obiecto: nihilominus dictum priuilegium non of-
ficit. Nam quantum attinet ad antiquitatis atque ex-
cellentiæ istius Ecclesiæ S. Saluatoris enunciatiuam,
conformibus etiam Alexandri Tertij, ac Martini Regis
Aragonum enunciatiuis corroboratum: præter id † 95
quòd emanauit ad supplicationem partis, à Principe
prorsus extraneo, ac de veritate rerum noui Principatus
minus instructo: vel dicimus prædicta verba, antiqui
nominis, ac famosissimæ excellentiæ priuilegio, non
referri ad Cathedralitatem: & ex illis nulla potest re-
sultare consequentia ad probandam ab antiquo Cathe-
dralitatem Ecclesiæ Sancti Saluatoris. Vel dicimus con-
tinere relationem ad Cathedralitatem prædictam: &
ista Cathedralitas videtur potius contemplata in abstra-
cto, ac spiritualiter, non autem in quantum adhære-
bat Ecclesiæ Sancti Saluatoris. Ideoque cum † Cathe- 96
dra penes quamlibet Ecclesiam semper sit eadem, non
dependens à loco ad *textum in cap. dudum* 3. *quæst.* 6. *&
in cap. Ecclesia, de consecrat. distinct.* 1. Turrecrem. *in
cap. Sanctorum ad med.* 10. *quæst.* 1. *vers. ad secundum,*
Greg de Valentia *tom.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 4. latè Murillus
in 2. tract. cap. 27. & in cap. 18 *&* 19. sequitur, quòd
considerata fuerit tanquam ab Ecclesia de Pilari transla-
ta ad Ecclesiam Sancti Saluatoris. Cuius subrogatio non
immutauit † excellentiæ, atque antiquitatis ipsius pri- 97
uilegia, cum sit eadem, quæ antea fuerat ad *text. in l.
praponebatur, ff. de iudic. l. stipulantem, §. sacram, ff.
de verb. oblig. l qui res §. aream, ff. de solut. l. si grege,
ff. de leg.* 1. Ac proinde enunciatiua huiusmodi, vel
tanquam equiuoca, parum aut † nihil operatur: ma- 98
ximè in concursu illarum, quæ in præcitatis litteris
Gelasij Secundi Pontificis, ac Petri Libranæ Episcopi
habentur.

Quantum verò attinet ad donationem, quicquid sit
de viribus illius: aduertendum est, quod Alphonsus non
simpliciter donauit Ecclesiæ Sancti Saluatoris Ecclesiam
de Pilari, sed donationem Alphonsi Debellatoris, ac
Ranimiri prædecessorum confirmauit: ac propterea li-
cet in confirmatione Ecclesiam de Pilari specificauerit,
ad illam tamen, velut in donationibus confirmatis
nullatenus contentam † priuilegium dictæ confirmatio- 99
nis non extendebatur: ex eo quòd in hac parte non in-
ueniebat subiectum confirmabile Abb. *in cap. inter di-
lectos num* 8. *de fid. instrum.* Dec. *cons.* 341. *num.* 20. Ro-
ta *decis.* 111. *num.* 2. *&* 580 *num.* 3. *ad fin. part.* 2. *re-
cent.* Et cum constet de donationibus in † confirmatio- 100
nem relatis, standum illis est potius, quàm confir-
mationi referenti, Rot. *decis.* 439. *numer.* 2. *apud Jan.
mem. Gregor.*

Non obstat tertium adminiculum, quod deriuatur
ex ea Maurorum consuetudine, qua † primiores fide- 101
lium Ecclesias in prophanos Mesquitarum vsus conuer-
tebant: quam porrò consuetudinem in Ecclesia Sancti
Saluatoris fuisse seruatam, præter argumentum quod
desumitur ex ædificij structura, & alijs, visus est innuis-
se Zurita, quem sequuntur Martinez, Carillus, & Ayn-
sa, & concordant Breuiarium Cæsaraugustanum, vnà
cum testibus in obiecto allegatis.

Nam quicquid sit de ista consuetudine, visum fuit Do-
minis non constare illam fuisse seruatam in Ecclesia S.
Saluatoris. Verisimilitudo enim quæ desumitur ex ædi-
ficio illius tanquam à Christianis, non autem à Mauris
extructo, satis dicitur tolli ex forma eiusdem Ecclesiæ
Sancti Saluatoris, quæ plurimum differt à communi
Ecclesiarum structura, itaut ad Mesquitarum formam
potius accedat maximè cùm illius † caput Septentrio- 102
nem respiciat, non verò Orientem iuxta consuetudinem
cæterarum Ecclesiarum tunc temporis. Quam porrò
consuetudinem etiam in Ecclesia communiter seruari,
deductis rationibus, notat *Tostatus super Matth. cap.* 6.
quæst. 91. prout etiam Innuit *Nazianzen. Epistola* 60.
alias 66. *ad Filagrium*, & ibidem latius adnotat *Scho-
lium:* & ab Apostolorum † Constitutionibus traductam 103
esse asserit *Franciscus Turrianus pro Epistolis decretali-
bus Summ. Pontif. lib* 2. *cap.* 19. *fol. mihi* 183. *vers. neque
hoc solum.* Ad cuius rei corroborationem accedit, quòd pe-
nes eamdem Ecclesiam nec minimum apparet vestigium
antiqui cœmeterij: cum † tamen certissimum sit, apud 104
Ecclesias, ac præsertim Cathedrales perpetuò fuisse cœ-
meteria, iuxtà terminos *cap. præcipiendum* 14. *quæst.* 2.
prout penes Ecclesiam de Pilari antiquissima reperiun-
tur.

505 tur. Argumentum autem † deductum ex eo, quòd apud
Historicos nulla habeatur mentio de eadem Ecclesia San-
506 cti Saluatoris tanquam † Mesquita à Mauris extructa :
præterquam quod est leuissimum, præsertim cum de ijs re-
507 gionibus agatur, in quibus, vt supra attigimus, † propter
status mutationem, Regnorumque reuolutiones, anti-
quitatum vestigia in grauioribus etiam perierunt: apposi-
tè retorqueri potest, ex eo quòd si Templum S. Saluato-
ris etiam ante Maurorum inuasionem fuisset in rerum
508 natura adeò sumptuosum † ac Sedi Cathedrali destina-
tum: vtique de hoc apud authores, atque Historicos ali-
qua mentio inueniretur, prout inuenitur de Ecclesia Bea-
tæ Mariæ Virginis de Pilari.

Quantum verò attinet ad authores id in specie affir-
mantes, Zurita qui tanquam primus huiusce opinionis as-
sertor allegatur in *Indicibus rerum Aragonen. pag. 16. sub*
509 *anno Domini 1118. & in Annibal. lib. 1. cap. 44.* contrarium †
ex professo, ac constanter firmauit prius in ijsdem *Indici-*
bus sub anno 889. fol. 13. ibi: Cæsaraugustæ satis constat, reli-
quis sacris ædibus, siuè tectis Sanctis depopulatis, San-
ctum, & Religiosissimum Templum D. Mariæ Virgini
dicatum, quod vulgò de Pilari nuncupatur, miseris illis
temporibus, sanctitatis, religionis, & consilij publici tan-
quam sacram Aram, & perfugij portum nostris fuisse. Vn-
de & Elecæ, & Seniori, ac superioribus posterioribusque
Episcopis, & Ecclesiastico cœtui Sacrosancta ea Ædes se-
dem, ac domicilium præbuit, & maximos honores eius Fa-
ni Antistibus semper habitos, & vetustis tabulis, & memo-
ria superiorum temporum, pro certo affirmare possumus,
&c. Hinc enim luculentum æquè ac constans Cathedrali-
tatis Ecclesiæ de Pilari etiam ante Maurorum inundatio-
nem testimonium deprehendimus: dum Zurita ipse asserit
primò, eamdem Ecclesiam Elecæ, & Seniori, ac superiori-
bus Episcopis sedem præbuisse. Nam cum apud Historicos
non controuertatur, quin Eleca, & Senior primi fuerint
Episcopi sub Maurorum tyrannide: sequitur, verbum il-
lud, *Superioribus*, esse referendum ad Elecæ, ac Senioris
antecessores, qui sub Gothorum, Gentiliumque Imperio
in Ecclesia Beatæ Mariæ resederunt. Secundò dum Epis-
copos Cæsaraugustanos eiusdem Fani, nempè Ecclesiæ de
Pilari Antistites appellat. Tertiò dum testatur, id sibi con-
stare ex vetustis tabulis, ac memoria superiorum tempo-
rum, vt pro certo affirmare possit.

Vndè vt euitetur contrarietas in Historico, & quidem
adeo insigni detestabilis, ac maximè circa opinionem, in
qua eidem refragarentur alij Scriptores, auctoritate, anti-
quitate, ac numero superiores, necnon cætera, de quibus
latè superius in primo adminiculo, & inferius in responsio-
ne ad postremum adminiculum: ex hoc loco, in quo prin-
cipaliter, consideratè, ac ex professo Zurita loquitur, di-
cendum est, congruam recipere interpretationem alia duo
loca, in quibus perfunctoriè, ac incidenter loquitur. Vt
scilicet ijs in locis tradere intendat, Regem Alphonsum
Debellatorem ex voto expiari, consecrarique fecisse Mes-
quitam Maurorum: & in ea D. O. M. instaurasse Eccle-
siam Cæsaraugustanam, Sedemque Cathedralem ad pri-
mum dignitatis locum restituisse. Ac propterea non agere
illic de Ecclesia materiali, aut de Cathedrali Sede, in quan-
510 tum pendet ab aliquo loco: sed considerare † tantum Ec-
clesiam spiritualiter sumptam, quatenus scilicèt est fide-
lium collectio ad *text. in d. cap. Ecclesia, de consecrat. di-*
stinct. 1. Greg de Valentia *tom. 3. disput. 1. d. quæst. 4.* *Tostatus*
super Matth. part. 1. prolog. quæst. 13. & Sedem Cathedralem
in abstracto, ac independenter ab aliquo loco, vt superius
ponderatum fuit in responsione ad secundum adminicu-
lum; prout etiam consentit Carrillus *in obiecto allegatus in*
3. aduertentia fol. 12.

511 Martinez præter quam quòd in † *dicto cap. 20. lib. 2.* er-
roneè adscribit Alphonso Debellatori testimonium anti-
quitatis, ac famæ Templi Sancti Saluatoris, quod perti-
net ad Alphonsum exterum; hoc quæ erroneo fundamen-
to facilè in contrariam sententiam potuit inclinare: affir-
mat solum, rem apud authores satis esse controuersam,
nec sensum suum explicitè declarat: prout euidenter colli-
gitur in *dicto cap. 20. lib. 2.* ibi: Et aduerto, quòd Bellascu-
tus non designauit inuocationem, & titulum Ecclesiæ
Cæsaraugustanæ, si enim designasset, magnam dedisset
lucem ad decisionem eius, de quo multi dubitant, super
Ecclesia S. Saluatoris: *& cap. 19. lib. 5.* ibi: Rex illicò resti-
tuit Cathedram antiquo Templo S. Saluatoris, vbi hodie
eam videmus: vel eam fundauit de nouo in loco Mesqui-
tæ, prout multi prætendunt: quia hæc prætensio contra-
rijs opinionibus valdè inuenitur agitata.

Martinus † Carrilius *in dicta tertia aduertentia ad histo-* 512
riam Sancti Valerij, in qua superiorum iussu melius veri-
tatem agnouit, fatetur ingenuè, primum Episcopum Cæ-
saraugustanum fuisse Athanasium. Et ipse quoque nititur
falso supposito, adscribentes Alphonso Debellatori enun-
ciatiuam antiquitatis, ac famæ Templi S. Saluatoris, quæ
vt dictum est, ab altero Alphonso emanauit.

Franciscus ab Aynsa Zuritæ ac Carrilli † opinionem re- 513
censet simpliciter, & Cathedralitatem Ecclesiæ de Pilari
expressè tradidit *lib. 2. cap. 11. fol. 170.* constanter affirmans,
tempore SS. Valerij, ac Vincentij Cathedram Episcopa-
lem extitisse in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Columna.
Exempla autem, quæ ipsemet Aynsa subijcit, probant
quidem, Reges Catholicos post recuperatas è Maurorum
tyrannide Ciuitates consueuisse Cathedras Episcopales
constituere in Mesquitis: sed non è contra Mauros consue-
uisse Mesquitas in Cathedralibus constituere. Imò clarissi-
mè tradit, Sedes Episcopales nunquam antiquis Ecclesijs
fuisse restitutas, sed potius in Mesquitis Maurorum loca-
tas. Quod comprobat exemplo Corduben. Ecclesiæ: cui
tanquam similia exempla subdit factum Ecclesiæ Hispa-
len. necnon ipsius Cæsaraugustanæ.

Quantum attinet ad Breuiarium Cæsaraugustanum,
quicquid sit circa illius intellectum, certum est contra il-
lius tenorem pugnare, non solum omnia superius ponde-
rata, sed alia non tam moderna, quàm antiqua Breuiaria
Diœces. Cæsaraugust. Regiæ Domus Montis Aragonum,
& Ord. Sancti Hieronymi, affirmantia, Beatum Brau-
lium Episcopum Cæsaraugustanum Sedem suam habuis-
se in Ecclesia S. Mariæ Maioris, vt supra ponderatum fuit
in primo adminiculo.

Quantum denique attinet ad testes, omissis exceptioni-
bus, quæ contra illorum personas dantur, nullus ex ipsis
probat publicam famam, nec alio innituntur fundamen-
to, quàm priuilegio Regis Alphonsi: cui etiam innititur
Doctor. Espes, vir alioquin commendatæ eruditionis, vt
aduertit Murillus *cap. 18. & 19.* Et in † omnem euentum 514
conquassantur à contrarijs testibus, de quibus supra, nu-
mero longè maioribus, ac de publica voce, & fama legitimè
deponentibus.

Non officit tandem postremum adminiculum, quod de-
ducitur ex ijs probationibus, quibus constare prætenditur,
Sanctos Valerium, Vincentium, & Braulium resedisse in
Ecclesia Sancti Saluatoris. Nam quantum attinet ad
Sanctos Valerium, atque Vincentium, excepto Zurita *in*
Annal. dicta lib. 2. cap. 26 cui superius satisfactum fuit, ferè
omnia quæ ad rei istius probationem deducuntur, nempè
concordia inter Episcopos Cæsaraugustanum, & Pampilo-
nen. inita, tenor instrumenti translationis capitis Sancti
Valerij, priuilegium exemptionis Archiepiscopi Don Lu-
pi, inscriptiones Reliquiarum, ac denique constitutiones
Synodales, id solum inferunt SS. Valerium, & Vincen-
tium resedisse in Ecclesia Cæsaraugustana (quod vtique
verissimum est) non autem in Ecclesia Sancti Saluato-
ris. Quamuis enim huiusmodi enunciatiuæ vel referan-
tur ad Ecclesiam Sancti Saluatoris, vel cum ea emanaue-
rint: attamen ita veniunt intelligendæ, vt habeant rela-
tionem ad Cathedram Cæsaraugustanam in abstracto, ac
independenter à loco sumptam: quæ in quocumque loco
materiali reperiatur, vna, eademque censetur, vt superius
fuit pluries consideratum: quemadmodum in specie, quòd
ijdem SS. Valerius, & Vincentius præfuerint in Ecclesia
de Pilari, fuit superius latè firmatum in primo adminicu-
lo.

Quantum denique attinet ad B. Braulium, quæ dedu-
cuntur ex Constitutione sub titulo de Reliq. & Venerat.
Sanctorum, in qua dicitur eumdem Braulium fuisse Epis-
copum ipsius Metropolis: eamdem recipiunt interpreta-
tionem, quam admittunt aliæ enunciatiuæ superius pon-
deratæ: prout Beatum Braulium resedisse in Ecclesia de
Pilari, latè superius deductum fuit in eodem primo admi-
niculo, &c.

Et ita conclusum, parte vtraque acerrimè informante
&c.

REVE-

REVERENDISS. P. D. COCCINO

Prænestina Census.

Die Lunæ 4. Martij 1630.

A R G V M E N T V M.

Discutitur materia an per compensationem census extinguatur.

S V M M A R I V M.

1 *Census extinguitur per actum retrosimilem.*
2 *Census extinguitur per compensationem.*
3 *Censuarius cogitur inuitus compensare.*
Compensatio habet vim solutionis, nu. 3.
4 *Compensatio facit actum retrosimilem in materia census, prout facit datio in solutum, assignamenta, etc.*
5 *Compensatio in censu, quando fit de consensu partium, non est opus aliqua disdicta.*
6 *Scripturæ approbatio resultat ex subscriptione, et nu. 10.*
7 *Scriptura non est opus, vt recognoscatur, quando non agitur de scriptura testibus subscripta, sed partita librorum, et subscriptione debitoris, quia tunc sufficit, vt recognoscatur per testes habentes notam manum scribentis.*
8 *Scriptura multò magis præsumitur illius, quæ inter alias eius scripturas reperta fuit.*
9 *Census consentiente creditore potest extingui pro quacumq; parte, et eo etiam inuito pro parte considerabile.*

D E C I S I O CCCLIV.

IOANNES Vbertus super quodam suo Casali imposuit vnum annuum censum scut 60. quem vendidit Hieronymo Belo pretio scut. 800. cuius recognouit bonam fidem pro rata scut. 150. Federicus Vbertus, & postmodum ad ratam extinctionis sortis principalis, dictus Ioannes soluit Hieronymo scut. 50. vnde cum Ioannes remansisset debitor census scut. 600. dubitaui an debeantur integri fructus scut. 600. vel tantum pro scut. 250. & Domini censuerunt fructus deberi tantum pro dd. scut. 150. cum pro residuo census legitimè fuerit extinctus, nam sicuti
1 cuti † extinguitur per actum retrosimilem Rota *decis.*
56. num. 1. & 2. par. 1. rec. Seraph. *decis. 490. nu. 1. sanct. mem.* Greg. *decis. 156. nu. 3.* vbi Addent. allegant concor-
2 dantes, ita & per † compensationem extinguitur prout
fuit factum in casu isto Nauar. *de vsur. nu. 124.* Molin. *de iust. & iur. tract. 2. disput. 394. nu. 7.* Roderic. *de ann. reddit. lib. 2. quæst. 18.* Cenc. *de censib. par. 3. c. 1. q. 3. art. 6 nu.*
3 *4. & 5. in addit. nu. 8. & 9.* dicens quod censuarius † cogi-
tur inuitus compensare, cum compensatio habeat vim solutionis, & Rota habuit hunc sensum *in causa Romana census 10. Martij 1614. & 17. Februarij 1617.* & rursus *16. Nouembris 1618. coram me*, compensatio enim nega-
4 ri non potest † quin faciat actum retrosimilem, prout
facit datio in solutum, assignamenta, & similia, vt de istis dixit Rota *in causa Romana anterioritatis 4. Februar. 1608. coram Iusto, apud* Cenc *decis. 290. num. 1. vers. con-*
5 *currente*, neque in hoc † casu fuit necessaria aliqua dis-
dicta cum compensatio de consensu partium fuerit facta, Boccac. *de cens. par. 2. nu. 94.*

Quod autem in hoc casu fuerit facta compensatio, & illa quidem de consensu partium, satis paret ex partitis librorum Ioannis Vberti iuncta approbatione ipsius Hieronymi Belli, in dd. enim libris reperitur descripta partita hoc modo, ad debitum d. Hieronymi.

Adi 5. di Marzo 1590. il Sig. Girolamo Belo deue dare &c. di conto fatto con lui scudi 345. 37. 3.

Et subsequitur alia partita hoc modo conscripta.

Adi 9. Marzo 1590. sopradetto s'è saldato il conto con il Sig Girolamo, ci resta debitore di scudi 350. defalcatosi tutti li frutti, che lui haueua hauere da noi fino al dì detto, tanto del censo, come del resto della dote, & altri dinari spesi per noi se n'è fatto il di detto l'Instrumento per mano del Ricchetto, e se le sono anco menate buone le partite de riscontra.

E regione autem ad creditum d. Hieronymi Beli sub die 5. Martij 1590. reperitur scripta subsequens partita.

20 Ottobre 1589. Deue hauere per vn semestre delli dinari hauuti à Roma à censo da lui sono stati scudi 600. delli quali ne hà hauuta fino ad hoggi scudi 367. come nelle partite di riscontra si vedadi modo che restano in scudi 233. per li quali deue hauere per li frutti del semestre del dì sopradetto scudi 8.

Huiusmodi partitas subscripsit Hieronymus Belus prędictus per hæc verba, *Io Girolamo Belo accetto, e confermo quanto di sopra è scritto dall' vna banda e l' altra, & affermo non solo questo conto, ma quanti sono in ogni altro libro di Gio. Vberto mio socero.*

Ex quibus apparet quod licet Hieronymus prædictus 5. Martij 1590. creetur creditor à die 20. Octobris 1589. vsque ad illam diem 5. Martij in scut. 74. pro fructibus census supponendo quod vsque ad illam diem 5. Martij habuit scut. 367. & sic quod census remaneret tantummodo scut. 233. Attamen apparet quod iterum fuit calculatum, & quod 9. Martij Hieronymus fuit constitutus debitor in scut. 350. vt supra relatum fuit. Vnde Ioannes Vbertus remanebat tantum debitor occasione sortis principalis census scut. 250. & ideò cum vtramque partitam subscripserit, censetur etiam approbasse illam extinctionis census positam ad creditum, dempta tamen summa scut. 17. ita ut extinctio remaneret tantum pro
scutis 350. quæ quidem † approbatio resultat ex supra 6
narrata subscriptione *l. emptor §. Lucius ff. de pact. l. sicut §. non videtur quibus modis pign. vel hipot. solu.* Decian. *cons. 29. num. 30. & seq. lib. 2.* Rota *decis. 50. num. 3. par. 2. recent.* quæ subscriptio de plano operatur, cum partitæ expressę approbentur.

Neque obstat quod isti libri non sunt producti in actis, neque sunt recogniti, quia productio non potest inficiari, cum de ea satis constet, prout nec potest controuerti re-
cognitio, † quia cum non agatur de scriptura testibus 7
munita, sed de partita librorum, & subscriptione debitoris sufficit quod testes recognoscentes habeant notam manum scribentis, Soccin. Sen. *in l. si ita scripsero numer. 3. ff. de cond. & demonstr.* Achill. *decis. 2. numer. 1. de fid. instrum.* Rota *decis. 570. par. 1. diuers.* Seraphin. *decis. 700. numer. 2. in fin.* & prædicta eo magis procedunt
respectu manus Io. Vberti † cum libri fuerint reperti in- 8
ter alias eius scripturas. Barbat. *cons. 58. numer. vlt. lib 4* Vrsil ad Afflict. *decis. 171. numer. 2 ibi quod primo videtur limitare, & seqq.*

Neq; obstat quod census non fuerit extinctus in totum,
quia consentiente creditore † potest extingui pro qua- 9
cunque parte, & eo etiam inuito pro parte considerabili. Sotus *de iust. & iur. lib. 6. art. 3. in fin. versic. quarta conclusio.* Lopez *de contract. lib. 1. cap. 59. versic. igitur* Guttierez *pract. lib. 2. cap. 174. numer. 3.* Folier. *de contractu censuali in 1. vers. in commentaria de vsur. numer. 78. in fin. & numer. 95.* Io. de Sales in *opuscul. de censibus dub 56.* Roderic. *de ann. redd. lib. 1. quæst. 18. numer. 36. & 38.* Boccac. *de censibus par. 1. numer. 12. & 13.* Cenc. *de censibus par. 3. cap. 1. quæst. 3. ad 8. & 16.* latè Accend. *de censibus cap. 107. numer. 8.* vbi alios cumulat, & fuit resolutum in causa *Romana census 16. Nouembris 1618. coram me, & in alia Romana census 10. Maii 1621. coram Buratto.*

Neque est verum quod Hieronymus noluit compensare, cum sub dicta die 9. Martij 1590. constituerit se debitorem Io. Vberti per acta Ricchetti in scut. 350. quia hoc instrumentum fuit factum antequam describeretur partita in libro, & per consequens antequam partita subscriberetur à Hieronymo, & partita libri non discordat ab instrumento, cum in ea dicatur, vt supra relatum est, quod computa fuerunt solidata, & quod Hieronymus remanebat debitor in scutis 350 & quod de hoc fuerat confectum instrumentum illa eadem die per manus Ricchetti, vnde cum postmodum Hieronymus subscripserit
dictas partitas, per d. subscriptionem † duo sequuntur, 10
approbatio extinctionis census de quo erat creditor, & extinctio debiti pro quo se obligauerat eadem die per acta Ricchetti.

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO DECANO.

Auximana Fideicommissi.

Die Lunæ 4. Martij 1630.

A R G V M E N T V M.

Filij in conditione positi, licet non censeantur vocati, tamen quando plures coniecturæ concurrunt, de quibus hic in decisione, tunc à dicta opinione receditur. Voluntas testatoris, quando est indaganda, tunc debent inspici mos, consuetudo, & statuta loci, & regionis, in qua commoratur, & alia, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Filii in conditione positi non censentur vocati, secundum opinionem, quam seruat Rota.*
2 *Filii in conditione positi quoties sunt ex descendentibus testatoris, vt censeantur vocati admittuntur leuiores coniecturæ.*
3 *Filii in conditione positi censentur vocati quando inter filios primo loco institutos adest reciproca substitutio.*
4 *Substitutio reciproca potissimum exigit æqualitatem inter vicissim grauatos.*
5 *Filii in conditione positi quando censeantur vocati.*
6 *Filii in conditione positi censentur vocati, quando testator digressus ad plures gradus substitutionum.*
7 *Filii in conditione positi censeantur vocati, quando fuit prohibita omnibus substitutus detractio Trebellianicæ.*
8 *Filii in conditione positi censentur vocati, quando testator filiis compendiosè substituit.*
9 *In coniecturali materia prudenter procedendum est.*
10 *In coniecturali materia Rota ex pluribus coniecturis simul iunctis desumit voluntatem defuncti, & admittit aggregatas coniecturas, quas singulas, & diuisim reiiceret.*
11 *Filii in conditione positi censentur vocati secundum statut. Vrb. lib. 1. cap. 142.*
12 *Testator præsumitur se conformasse cum statuto loci.*
13 *Testatoris voluntas, quando indagatur, debet, inspici consuetudo loci, & regionis, in qua ipse commoratur.*
14 *Quod procedit, etiam respectu bonorum extra territorium sitorum.*
15 *Statutum non porrigit suas vires extra territorium, ex defectu iurisdictionis.*
16 *Actus nullus, & inualidus inseruit pro declaranda, & indicanda voluntate.*
17 *Statutum quamuis nullum, & inualidum adhuc tamen benè confert ad assequendam mentem testatoris, qui censentur se cum illo conformasse, dummodo de facto obseruaretur.*
18 *Bona emphyteutica Ecclesiæ, non subiacent statutis laicorum.*
19 *Ecclesiastica bona conducens pro filiis masculis, & fœminis, censetur primò stipulasse pro masculis, & illis deficientibus pro fœminis, quoties ibi extet statutum exclusiuum fœminarum.*
20 *Emphyteusim recipiens pro se, filiis masculis, & fœminis, stante statuto, quod masculis præferantur fœminis, intelligitur facta concessio secundum ordinem statuti.*
21 *Fœminæ, stantibus masculis censentur exclusæ, etiam ab emphyteusi Ecclesiastica, stante statuto fœminas excludentes propter masculos.*
22 *Forensi, si testamentum faciat more veneto hoc est minori numero testium, quàm à iure sancitum est, testamentum tamen sustinetur, & habet executionem, etiam respectu bonorum extra statum Venetum sitorum, & in quo ius commune, vel municipale seruatur, & num. 32.*
23 *Actum gerens in aliquo loco, censetur se accomodasse ad contrahendum secundum statutum illius loci.*
24 *Et sufficit, quod illius loco solemnitates seruauerit.*
25 *Forensis tenetur seruare solemnitates præscriptas à statuto loci, in quo contrahit.*
26 *Forum sortiri, et statutis ligari paria sunt.*
27 *Decis. Rotæ 834. par. 4. diuers. declaratur.*
28 *Loca montium non vocabilium, inter bona immobilia connumerantur.*
29 *Decis. 1329. num. 12. Card. Seraph. declaratur.*
30 *Bona, quoties quis habet in diuersis territoriis, tunc vniuscuiusque territorii statutum dispositiuum attenditur.*
31 *Statutum disponens, quod filii in conditione positi censeantur vocati, non est dispositiuum, sed interpretatiuum.*

DECISIO CCCLV.

HVGOCCINVS Campanus, qui fuit primarius professor in Gymnasio Romano, & Aulæ Consistorialis Decanus, condidit testamentum in Vrbe, hæredemque scripsit Ioannem Baptistam primogenitum, & alios filios sibi nascituros, quibus sine filijs legitimis quandocunque decedentibus substituit Prosperum fratrem, & Victoriam sororem; Huguccino defuncto, decessit etiam Io. Baptista filius sine filijs, & demum Henricus secundogenitus, superstite Cornelia filia, vnde fuit dubitatum, an constet de fideicommisso in fauorem eiusdem Corneliæ, tanquam in conditione positæ, & Domini bis disputata causa responderunt affirmatiuè, scilicet constare de fideicommisso.

Quamuis enim Rota adhæreat *glos. in l. Lutius la secunda, ff. de hæred. instituen.* nempe quod filij in conditio-
ne † positi non censeantur vocati, attamen etiam ex co- 1
niecturis recedit à dicta opinione, & quoties filij in condi-
tione positi sunt ex descendentibus testatoris, admittit le-
uiores coniecturas ad firman. illorum vocationem, vt post 2
alios tradunt Thesaur. *decis. 95. nu. 7. vers. non erit* Surd.
cons. 67. num. 34. Bellon. Iun. *cons. 50 num. 14* Giouagn.
cons. 79. num. 7. 34. & 99. & fuit dictum coram Cardin. Seraphino, decis. 1329. numer. 2. & coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 315. num. 5. & 329. num. 3. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 267. nu. 6. & in recent. decis. 476. nu. 20. part. 1. & in Imolen. fideicomm. 2. Martij 1622. coram bon. mem. Vbaldo, atque in Bonon. fideicomm. de Turri 14. Maij 1621. coram Illustriss. D. Cardin. Verospio, & aliàs sæpius. In casu autem præsenti plures concurrunt coniecturæ, quæ vocationem Corneliæ in conditione positæ DD. suadebant.

Prima est coniectura, quia inter filios † primo loco 3
institutos adest reciproca substitutio, vnde sequitur, vt & filij ipsorum reciprocè grauatorum, dum positi fuerunt in conditione, fuerint etiam dispositiuè vocati, quemadmodum dixerunt, Zanch. *in l. hæredes mei, § cum ita, par. 7. num. 70.* Rimin. Sen. *cons. 78. num. 7. & seqq. lib. 1.* Gozad. *cons. 64. nu. 12.* Decian. *cons. 28. n. 21. lib 2. & cons. 44. num. 20. vers. secunda ergo coniectura lib. 3.* Menoch. *cons. 135. numer. 6. & cons. 613. num. 6.* Giouagnon. *d. cons. 79. num. 8. lib. 1.* Fusar. *de substitut. quæst. 437. num. 82.* Rota *in d. Imolen. coram bo. mem. Vbaldo, & in d. Bonon. de Turri coram Illustriss. Card. Verospio, & in eadem 25. Februar. 1622. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo,* & ratio
præcipua esse videtur, quia cum reciproca substitutio † 4
potissimum exigat æqualitatem inter ipsos vicissim grauatos *ad l. nam hoc iure, & ibi glos. in verb. sola, ff. de vulg. & pupil. & in l. testamento la prima C. de test. milit.* Menoch. *præsump. 60. num. 22. lib. 4. & cons. 647. num. 11.* si filij positi in conditione non essent grauati, sequeretur inæqualitas, quia qui decederent sine filijs, tenerentur superstiti fratri, siue alij cohæredi partem suam restituere, qui verò cum filijs decederet, nec teneretur substituto fratri, siue cohæredi, quia existentia filij excluderet substitutum, nec etiam teneretur restituere filio in conditione posito, sed solum illi esset reseruatum Ius succedendi ab intestato, & sic claudicaret hæc reciproca substitutio.

Secunda est coniectura, quia testator post substitutionem fratrum vocauit sorores, & sororum filias, vnde videtur absurdum, quod vocauerit filias sororum, quæ minus dilectæ erant, & vltimo loco admissæ ad hæreditatem prætermiserit autem vocationem filiorum ex
filijs masculis primo loco vocatis, † prout in terminis ex 5
hoc desumunt filios in conditione positos censeri vocatos, Hond. *cons. 54. n. 41. lib. 2.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 76. numer. 34. plenè* Fusar. *de subst. d. quæst. 437. numer. 178.* Giouagnon *d. cons. 79. numer. 13.* Bellon. Iun. *d. cons. 50. num 30 & pluries* Rota *in recent. decis. 146. numer. 6. & decis. 133. num. 5. par. 1. & coram san. mem.* Greg XV. *decis. 551. num. 5. & in d. Bonon. de Turri coram Illustris. D. Card. Verospio.*

6 Ter-

6 Tertia coniectura desumitur ex eo, quia † adest di-
gressio ad plures gradus substitutionem, quę potissimum
ponderatur ad inducendam vocationem in filijs in condi-
tione positis, Anchar. *cons.* 74 *num.* 2. Crass. § *fideicomm.*
quæst. 14. *num.* 3. Surd. *cons.* 67. *num.* 39. Laderch. *cons.* 150.
num. 1. *vers. tertia est* Bellon. Iun. *qui plures cumulat. cons.*
19. *num.* 11. *cons.* 50. *num.* 28 *& cons.* 86 *num.* 3. Giouag. *d.*
cons. 79. *nu.* 11. *&* 28. Rota *coram Card Seraph. decis.* 1329.
num. 10. *& in recent. decis.* 146. *num.* 8 *par.* 1. *& in d.* Imo-
len. *fideicom. coram bo. mem. Vbaldo.*

7 Quarta accedit coniectura, quod fuit † prohibita omni-
bus substitutis detractio Trebellianicæ, ex qua prohibitio-
ne benè infertur ad vocationem filiorum in conditione
positorum, *vt tradit* Gozadin. *cons.* 64. *nu.* 13. Rimin. Sen.
cons. 243. *nu.* 9. *vers. & maximè* Decian. *cons.* 103. *nu.* 27. *lib.*
2. *cum alijs per* Intrigliol. *de subst. cent.* 3. *q.* 26. *nu.* 113. *&*
Fusar. *d. q.* 437. *nu.* 215. *&* 217.

8 Quinta potest addi coniectura ex eo † quod filijs com-
pendiosè substituit, vnde quemadmodum in vulgari sunt
vocati filij in conditione positi, ita etiam debent censeri
itidem vocati in fideicommissaria, quæ pariter contine-
tur in eadem compendiosa, vt vniformis in vtraque sub-
stitutionis parte fiat determinatio, Soccin. Iun. *cons.* 174.
numer. 24. *lib.* 2. Rimin. Iun. *cons.* 21. *numer.* 48. Honded.
cons. 54. *num.* 46. *lib.* 2. Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 3. *nu.*
17. Bellon. Iun. *cons.* 86. *num.* 13. Giouagn. *d. cons.* 79 *nu.*
25. Fusar. *d. quæst.* 437. *nu.* 222.

Et quamuis aliqua ex prædictis coniecturis à nonnullis
Doctoribus reijciatur, & etiam Rota aliquando non ad-
miserit aliquam ex illis in alijs causis, attamen in hac ma-
9 teria prudenter † agendum est, & coniecturæ singulæ de
per se, non sunt ponderandæ, sed insimul, quia ad inuicem
fulciuntur, & Rota in hac materia coniecturali ex pluri-
10 bus simul iunctis † desumit voluntatem defuncti, &
admittit aggregatas coniecturas, quas singulas, & diui-
sim reijceret *iuxta tradita per* Card. Mant *de coniect. vlt.*
vol. d. l. 11. *tit.* 3. *num.* 28. Hunded. *cons.* 65. *numer.* 43. *lib.*
1. *& cons.* 54. *nu* 53 *lib.* 2 Bellon Iun. *d. cons.* 50 *n.* 33. *&*
cons. 86. *numer.* 14. Giouagn. *d. cons.* 79. *numer.* 33. *&* 102.
Card. Seraphin. *decis.* 1329. *num.* 13. *in recent. decis.* 266.
num. 2. *&* 19 *par.* 1. & aliàs sæpius, pręsertim cum verse-
mur in descendentibus, in quibus, vt dictum est, leuio-
res sufficiunt coniecturę.

11 Denique Domini pręcipuè moti sunt † ex statuto Vr-
bis *lib.* 1. *cap.* 142. vbi sancitum est filios in conditione posi-
tos censeri vocatos cum quo statuto Hugoccinus, qui per
plures annos degit Romę, & iuris prudentiam publicè
12 docuit, atque in foro versatus est, pręsumitur † se con-
formasse, *ad l. cum de Lanionis*, §. *Item Cacabos ff. de*
fund. instruct. Crauet. *cons.* 250 *num.* 1. Menoch. *præsump.*
202. *num.* 17. *vers.* 7. *extenditur lib.* 4. Dec. *cons.* 26. *numer.*
67. *lib.* 2. Card. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 14. *nu.*
15. Ioseph. Rustic. *ad l. cum Auus lib.* 3. *cap.* 10. *numer.* 27.
& 28. *& cap.* 15. *num.* 2. *& seqq. ff. de cond. & dem.* & in
his terminis dixit Gabr. *cons.* 115. *num.* 1. *& seqq. lib.* 1 in
13 indaganda enim voluntate † defuncti inspici debet con-
suetudo loci, & regionis, in qua ipse commoratus est, vt
inquit *I. C. in l. si seruus plurium*, §. *si numerus ff. de leg.* 1.
Alexand. *cons.* 131. *num.* 4. *lib.* 7. Corn. *cons.* 244. *num.* 18.
lib. 2. *& melius* Card. Mantic. *de coniect. lib.* 6 *tit.* 8. *num.*
14 13. & quod idem procedat † etiam respectu bonorum,
quæ extra territorium statuentium sita sunt, dixit in his
terminis Rota *coram Card. Seraph. d. decis.* 1329. *nu.* 12.
& secutus est etiam Fusar. *d. quæst.* 437. *nu.* 229. *& confert*
Signorol. *cons.* 166 *num.* 6. *inncto num.* 4

15 Nec obstat, quod statutum non † porrigat vires suas
extra territorium ex defectu iurisdictionis, & censeatur
primariò afficere ipsa bona iuxta tradita per Brun. *de sta-*
tut art. 8. *quæst.* 25. *num* 119. *& seqq.* Curt. Iun. *cons.* 110.
num. 9 *plenè* Alderan. Mascard. *de generali interpretatio-*
ne statutorum conclus. 6. *numer.* 102. & Rota *in Terracinen.*
bonorum coram bo. mem. Card. Blanchetto, quæ est decis.
304. *par.* 1. *diuers. & apud san. mem. Gregor. XV. decis.*
225. *num.* 3. *in Collen. hæreditatis* 10. *Iunij* 1616. *&* 5. *Maij*
1617. *coram bo. mem. Burat. & nuper in Narn. success.* 22.
Maij 1628. *coram me.*

Quoniam obiectum intraret, si Cornelia ad bona Hu-
goccini vellet admitti ex dispositione statutorum vrbis,
quia tunc benè posset opponi de defectu iurisdictionis res-
pectu territorij Auximani, sed cum instet admitti ad hæc
bona ex voluntate, & dispositione Hugoccini, vtitur
solummodo statuto pro simplici interpretatione dictæ vo-
luntatis coniecturatæ ex eo, quod Hugoccinus voluerit
se conformare cum consuetudine, seu statuto loci, in
quo tandiu commoratus est, & testamentum condidit,
& obijt: pro qua inferenda coniectura non est opus iu-
risdictione, quia etiam † actus nullus, & inualidus in- 16
seruit pro declaranda, & indicanda voluntate, *l. fin. ff. de*
reb. cor. Crauet. *cons.* 113. *num.* 6. *ad med.* Decian. *cons.* 41.
num. 11. *lib.* 1. Laderch. *cons.* 78. *num.* 9. & quamuis aliàs
statutum esset † inualidum, & nullum (& sic nulla ni- 17
teretur iurisdictione) adhuc tamen benè confert ad asse-
quendam mentem testatoris, qui censetur se conformas-
se cum dispositione statuti etiam inualidi, dummodo de
facto obseruaretur, Alciat. *cons.* 53. *num.* 4. 5. *&* 6. *lib.* 9.
Peregr. *de fideicomm. art.* 28. *num.* 92. Menoch. *præsumpt.*
83. *n.* 53. *lib.* 4. Quemadmodum etiam † bona emphyteu- 18
tica Ecclesiæ non subiaceant statutis laicorum iuxta tra-
dita per Menoch. *cons.* 1129. *num.* 3. Viu. *com. opin. c.* 812.
num. 36 Surd. *cons.* 338. *num.* 6. *& decis.* 95. *num.* 22. *&*
plenè fuit dictum in Romana domus de Scapucciis ad S. Au-
gust. 19. *Ianuar.* 1601. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*,
attamen si quis conducat bona † Ecclesiæ pro filijs mascu- 19
lis, & fœminis censetur prius stipulasse pro masculis,
& solummodo illis deficientibus pro fœminis, quoties
ibi extet statutum fœminarum exclusiuum, quia † re- 20
ceptator præsumitur se conformasse cum dicto statuto,
etiam respectu bonorum, quæ illius dispositioni non sub-
iacent iuxta theoricam. Bart. *in l. vt iusiur.* §. *si liberi nu.*
5. *ff. de oper. libres.* Decian. *cons.* 30. *num.* 40. *lib.* 3. Aldo-
brand. *cons.* 22. *num.* 28. *lib.* 2. Rimin. Iun. *cons.* 295. *num.*
50 & masculi non dicuntur venire ex dispositione statuti,
sed ex voluntate stipulantis, solumque ex statuto desu-
mi, & depromi latentem voluntatem receptoris, cum † 21
dicatur se conformasse cum dicto statuto, vt Rota per-
pendit coram bon. mem. Card Caualerio *decis.* 583. *num.*
8. *&* 9. *& in d. Romana domus de Cappucciis coram Reue-*
rendiss. D. meo Decano, & hinc etiam videmus, quod si
forensis † testamentum faciat more Veneto, hoc est mi- 22
nori numero testium, quàm à iure sancitum fuerit, te-
stamentum tamen sustinetur, & habet executionem,
etiam respectu bonorum, extra statum Venetum, & in
quo ius commune, vel aliud municipale seruatur, vt per
Bart. *in leg. cunctos populos*, *nu* 36 *&* 37. *C. de Sum. Trin.*
& fid. Cathol. Gabr. *de testib. concl.* 4. *num.* 1. Card. Mant.
de coniect. lib. 6. *tit.* 8 *num.* 14. Magdalen. *de nu. testium in*
testamento requisit. par. 1. *cap.* 2. *num.* 86. *&* 87. & gerens
† actum in loco, censetur tacitè se accommodasse ad con- 23
trahendum secundum statuta illius loci *cap.* 1. vbi Anch.
& Imol. *de empt. & vendit.* Aret. *cons.* 11. *num.* 5. Alder.
Mascard. *d. conclus.* 6. *num.* 187. & illius † loci solemnita- 24
tes sat est seruasse, Bald. *l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. in re-*
petit. Lamberteng. *de contract. glos.* 2. *verb. mulierum*
num 43 *in fin.* Aret. *cons.* 73 *num.* 6. 7. *& seqq.* & tene-
tur etiam forensis seruare solemnitates præscriptas † à sta- 25
tuto loci in quo contrahit Bart. *in l. cunctos populos num.*
25. *& seqq.* Castr. *num.* 11. Purpur. *nu* 98. *C. de Sum. Trin.*
& fid. Cath. Mascard. *d. concl.* 6. *num.* 22. *& seqq.* Et
quemadmodum Hugoccinus testator commorando in
Vrbe erat astrictus foro Vrbis, ita etiam contrahendo,
vel testando, iure censeri debet se conformasse, & ad-
hæsisse statutis Vrbis, cum paria sint † forum sortiri, & 26
statutis ligari, circa actus in loco statuti faciendos, *glos. in*
c. quæ contra verb. aut Peregrini 8. *dist.* Alex. *cons.* 19. *n.* 8.
lib. 6. Thes. *dec.* 123. *n.* 11. Surd. *cons.* 2. *num.* 14. *vers. nam*
paria sunt, *& cons.* 343. *n.* 33.

Nec applicatur decisio in Spoletana bonorum 13. Mar- 27
tij 1599. coram bon. mem. Card. Mellino in fine, quæ est
decis. 834. *part.* 4. *diuers.* quia ibi testator, nec Romæ te-
status fuerat, nec ibidem commorabatur; & sic pro inter-
pretanda mente defuncti, an scilicet voluerit filios in con-
ditione positos vocare, consuetudo, & statuta Regionis, in
qua commorabatur, exquirenda non erant.

Non obstat, quod non constet Hugoccinum bona ha-
buisse in Vrbe prout erat in casu *dec.* 1329. *num.* 12. Card.
Seraph. Quoniam vltra quod dicitur, & hic Romæ Hu-
goccinum loca montium † non vacabilium possedisse, quæ 28
inter bona immobilia connumerantur, Feder. de Sen.
cons. 12. *num.* 4. Alciat. *in l. mouentium ff. de verb. si-*
gnific. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 6. *nu.* 5. *&* 7. Pe-
regr. *cons.* 9. *num.* 29. *lib.* 1. *& fuit dictum in Veneta pretii bo-*
norum 13. *Nouemb.* 1602. *coram bonæ mem. Card. Pamph.*

& in d. Narnien. successionis coram me, obseruandum est,
29 † *quod* Rot. *in d. decis. Card. Seraph.* vim non facit in eo,
quod testator ibi bona haberet, vt etiam deducitur ex Fusar. *dict. quæst. 437. num. 229. in fine* quia reuera tutum non fuisset motiuum, quoties enim quis in diuersis territorijs
30 habet bona vniuscuiusque † territorij statutum dispositiuum attenditur, ac si diuersa essent patrimonia, Alex. *cons. 56. num. 128. nu. 2. vers. allegabat* Salicet. *lib. 1.* Aldobrand. *cons. 2. nu. 13. & 14. lib. 2.* Surd. *cons. 553. nu. 16 & dec. 329. nu. 17. & fuit dictum in præallegata Narnien. successionis 22. Maij 1628. coram me.* Sed verum motiuum erat, quia hoc statutum de filijs in conditione positis non est disposi-
31 tiuum, † sed tantummodo interpretatiuum, quia solum antiquam illam, & ancipitem Doctorum controuersiam definiuit, & opinionem pro vocatione filiorum in conditione positorum canonizauit, & sic statutum declarat tantum dubiam voluntatem testatoris, & cum hoc statuto præsumitur se conformasse testatorem, ex quo Romæ testamentum condidit, & diu commoratus est, Cornelia autem non innititur statuto principaliter, sed dispositione, & voluntate Hugoccini declarata à statuto, & ex alijs coniecturis supra ponderatis, & dispositio testamentaria Hugoccini ritè facta in Vrbe indiuidua dicitur, &
32 vna tantum, adeo † vt æqualiter vbique seruanda sit, vt post alios benè declarat idem Surd. *d. decis. 329. num. 25.*

R. P. D. DVNOZETTO.

Ariminen. Hæreditatis.

Die Lunæ 4. Martij 1630.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore directi Saluiani interdicti contra quem competat. Vxoris obitus qualiter probetur. Pater, quando non habeat vsumfructum in bonis relictis filijs.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore directi saluiani competit contra cohæredem, & principalem debitorem.*
2 *Instrumentum facit probationem probatam.*
3 *Vxoris obitus eo ipso probatur, si doceatur maritum illius transiuisse ad secunda vota.*
4 *Possessio probatur ex substentatione litis.*
5 *Pater, quando fuit institutus hæres vna cum filiis æquis portionibus, tunc in portione filiorum, non habet vsumfructum.*
6 *Vxor, quando æquis portionibus instituit hæredes, maritum, & filios, colligitur voluisse, quod maritus solam medietatem consequeretr, et nihil posset prætendere super alia medietato filiorum.*
7 *Hæredes duo quando fuerunt instituti, tunc eis datur immissio pro medietate.*
8 *Testator instituens tres hæredes, si obitus vnius probetur, datur immissio reliquis duobus æqualiter, perinde ac si duo hæredes tantum fuissent instituti.*

DECISIO CCCLVI.

CVM D. Diotalleus Lallius, vti hæres scriptus pro medietate in testamento q. Magdalenæ eius matris intentasset remedium saluiani contra D. Hieronymum Lallium eius patrem pro altera medietate cohæredem, & bonorum dotalium d. Magdalenæ occupatorem pro obtinendam immissionem in possessionem medietatis illorum. Proposui dubium an eidem Diotalleuo esset concedenda immissio in possessionem medietatis præfatorum bonorum pro indiuiso cum Hieronymo patre, & Domini affirmatiuè responderunt.

Moti enim fuerunt, quia cum prædictus Diotalleuus iustificet omnia extrema necessaria, nempè possessionem testatricis de tempore consignationis dotis, creditum dotale cum hypotheca speciali reseruata ad fauorem eiusdem testatricis, & illius hæredum, testamentum de quo supra in quo prædictus Diotalleuus reperitur scriptus hæres pro medietate, mortem Magdalenæ testatricis, & possessionem Hieronymi rei conuenti, meritò venit ei
1 concedenda immissio vigore directi saluiani, † quo
competit contra cohæredem, & principalem debitorem, Honded. *cons. 25. numer. 51. vsque ad 55.* Rota *decis. 25. num 4. & decis. 26. nu. 1. & seq. apud Statil. de saluia. secundum nouam impress.*

Possessio enim Magdalenæ testatricis de tempore consignationis dotis probatur ex instrum. dotali, quod datum
fuit in summ. Diotalleuij nu. 3. Quod quidem † instru- 2
mentum facit probationem probatam *vulg. l. cum precibus, C. de probat.* Tiraq. *de retract. lignag. § 2. gloss. 1. num. 20. & seq.* Rota *decis. 60. nu. 1. par. 1. recent.*

Hypotheca specialis reseruata ad fauorem eiusdem testatricis, & suorum hæredum pro restitutione bonorum dotalium in casu mortis probatur pariter ex eodem Instr.

Institutio hæredis pro medietate facta ab eadem testatrice ad fauorem Diotalleuij patet ex testamento quod datum fuit in eodem summ. n. 1.

Obitus testatricis iustificatur eo ipso, quod docetur † 3
Hieronymum illius virum transitum fecisse ad 2. vota prout ex fide Parochi in eodem sum. nu. 2. Greg. XV. *decis. 344. num. 3. & decis. 390. nu. 7.*

Possessio denique dicti Hieronymi patris, & rei con-
uenti probatur † ex substentatione litis inuocto præfato 4
Instr. consignationis dotis, Rota *dec. 18. nu. 5. decis. 26. n. 2. apud* Statil. *de saluia. secundum antiq. impress.*

Non obstat quod Hieronymus vti pater Diotallaui prætendat vsumfructum in bonis per eum acquisitis, & propterea non possit ei dari immissio. Quia fuit respon-
sum prædictam conclusionem non † procedere quando 5
pater fuit institutus hæres vnà cum filio æquis portionibus prout hic. Quia tunc in portione filij non habet vsumfructum, *auth. de hæred. ab intest. venient. §. si igitur defunctas, vers. si verò, auth. item hæreditas, C. de bon. quæ lib.* Bald. *cons. 168. n. 4. & cons. 324. per tot. lib. 5.* Surd. *cons. 116 nu. 40. & 41. in fin.* Rota *decis. 723. num. 14.*

Neque obstat, quod dictus Hieronymus non acceptauerit testam. Magdalenę vxoris, quo casu potuisset vti beneficio iuris communis. Quia respondetur quod cum ex di-
cta institutione facta à † testatrice æquis portionibus ta- 6
citè colligatur voluisse quod Hieronymus solam medietatem consequeretur, non potest propterea quidquam super alia medietate relicta filio prætendere iuxta *auth. excipitur, C. de bon. quæ lib.* Bart. *in l. 51. vsusfructus, §. si ita quis ff. quand. dies, leg. eod.* Surd. *d. cons. 116. nu. 23. vers. quia ex quo lib. 1.* Molin. *de primog. Hispan. lib. 1. cap. 19. nu. 30.* Boer. *decis. 193. n. 3. vers. & circa primum.*

Denique non obstat quod in dicto testamento Magdalenæ fuerint instituti tres hæredes, & ita Diotalleuo non
sit danda immissio † pro medietate, quia alter cohæres 7
fuit. In vita tantum institutus ac cum expressa substitutione quod eo moriente præfati Hieronymus, & Diotal-
leuus æqualiter succederent. Vnde probato obitu dicti † 8
cohæredis per fidem Parochi in eodem summ. nu. 2. Hieronymus, & Diotalleuus ęqualiter debet succedere perinde ac si ipsi duo tantum fuissent hæredes instituti, Gabr. *conclus. 2. num. 5. de hæred. instit.* Cephal. *cons. 472. num. 12. & 48.* Menoch. *cons. 273. num. 24. & 25.*

Et ita conclusum Diotalleuo tantum informante.

Infra in eadem causa adest alia decisio sub die 4. Maij 1630. ¶
coram eodem R.P.D. Dunozetto est decisio 372.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO

Nouarien. Decimarum.

Die Lunæ 11. Martij 1630.

ARGVMENTVM.

Episcopus ad hoc vt consequatur quartam decimarum ei debitam, an possit agere contra laicos, officio Iudicis nobili.

SVMMARIVM.

1 *Officium Iudicis nobile loco actionis deseruit.*
2 *Episcopo debetur quarta decimarum solum respectu earum, quæ percipiuntur ab Ecclesia.*
3 *Episcopus non potest dirigere actiones contra Parochianos pro consequenda suam quartam decimarum ante*

te

te exactionem ab Ecclesin factam.

4 *Decimas exegisse Rectorem à parochinlibus, quando probatur, non potest Episcopus ab eis, tanquam quod iam liberationem sunt consequuti, denuo eas exigere.*

5 *Decimæ non soluantur, concurrit periculum nnimarum.*

6 *Iudex etinm non requisitus potest ex officio compellere possessores terrarum ad soluen. decimas.*

7 *Rectoris impotentiæ, voluntas, negligentia, aut malitin, non sufficit, ad hoc vt competat officium Iudicis nobile Episcopo, pro consequendo suam quartam decimarum.*

8 *Interesse succedit loco rei debitæ.*

9 *Iudicum officium nobile fundatur in æquitate.*

DECISIO CCCLVII.

CENSVERVNT Domini standum esse in decisis in hac causa 5. Decembr. 1629. * quia etsi veriorem opinionem existimauerint Episcopum non posse pro sua quarta canonica directè contra Parochianos agere, sed contra Parochum esse experiendum, non tamen dixeront aiijs remedijs esse destitutum, & contra homines adhuc
1 decimarum debitores posse agere officio Iudicis † nobili, quod loco actionis deficientis deseruit Abb. Imol. & Fel. *in c. 2. de off. iud.* Bald. *in l. cum mulier, nu.32.ff. de solut. matrim.* Greg. Tolosan. *syntagm. iur. lib. 47. c. 21 n. 10.*

2 Non obstat, quod Episcopo † debeatur quarta decimarum solum respectu earum, quæ percipiuntur ab Ecclesia, Io. Andr. *in c. conquerente, n. 40. de offic. ordin.* Rota *dec. 519. coram Pnpa Greg. XV.* vt propterea Episcopus non
3 possit dirigere actiones † contra Parochianos ante exactionem ab Ecclesia factam, sed officinm Iudicis nobile plus de facto Ordinarijs tribnere non possit, qoàm quod habeant de iure contra iaicos à qnibus non possunt exigere, vt ex verbis *c. conquerente, de offic. ordinarij*, firmatur in *d. dec. 519. cor. Pnpa Greg. XV.* ergo contra eos Iudicis officio nobili experiri non possit.

4 Quia si probatur Rectorem decimas à † Parochianis percepisse, non potest Episcopus ab eis tanquam quod iam liberationem sunt consequuti denuo eos exigere. Cæterum, qnia Parochiani adhuc debirores sunt, in hac parte intrat nfficiom Iudicicis nobile, ne obligati cnm iactura Episcopi per retentionem decimarum locupletentur ob carentiam directę actionis, Imol. *in c. licet causa, num. 23. de probat.* Felin. *in c. ex parte il secondo, n. 18. de offic. deleg.* Calcan. *cons. 28. n. 24* Neuizan. *cons. 5. num. 24.* Barbat. *cons. 36. in fine, lib. 1.* quod officium Iudicis eo magis in mate-
5 tia decimarum intrare debet, in † qua si non soluantur, concurrit periculum animarnm, *c. probibemus de decim.* propterea Card. *in Clem. dispendiosam n. 28. de iud. post* Gogiielm. & alios dicit, quod Iudex etiam non requisitos po-
6 test ex officio † compellere possessores terrarum ad soluen. decimas, si ei constet esse intra limites, & terminos Parochiæ.

7 Non obstat, qnod impotentia, † voluntas, negligentia, aut malitia Rectoris non sufficiat ad hoc, vt competat officiom Iudicis nobile contra Parochianos, cum Episcopus possit dirigere actiones suas ad solutionem quartæ, quę debetur contra Rectorem, nam si exegit dicebatur indnbitatum, ex qoo Parochiani consequuntor liberationem soluendo Rectori, si verò non exigit agere poterit ad
8 interesse, † quod succedit loco quartæ debitæ, Dec. *cons. 2. n. 8.* Cort. Ion. *in l. vinum in fi. ff. si cert. petat.*

Quia in primo casu non versamur, in secundo verò non
9 intrat equitas, in qua fundatur † officiom Iudicis, vt Rectores soluant debitum Parochianorum, aut tanquam non valentes soluere, debitores decimarum locupletentur cum damno Episcopi actione carentis.

Et ita &c.

* Est supra in hac parte decisio 327.

R. P. D. QVEIPO.

Gerunden. Canonicatus.

Die Lunæ 11. Martij 1630.

ARGVMENTVM.

Præsentatio, & electio in Ecclesijs Regularibus ad quem spectet. Ecclesia Regularis si ad statum secularitatis reducatur, retinet primæua iura, nisi aliud disponatur.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio, & electio in Monasterijs Regularium est simultanea inter Capitulum & Abbatem.*

2 *Ecclesia Regularis, quando secularizatur, iurn, exemptiones, & priuilegia Ecclesiæ competentia, illæsn remanent, si non adsit particulnris prouisio.*

3 *Monasterium licet mutet statum de Regularibus ad seculares, non per hoc mutat subiectionem.*

4 *Mutatio nlicuius rei, quando fit, ius antiquum permanet, cuius mutntio non reperitur expressa.*

5 *Quod non mutntur, quare stare probibetur.*

6 *Verba, prout prius, quid importent.*

7 *Subrogatus nssumit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*

8 *Verba, pleno iure, tribuunt plenum ius faciendi, disponendi &c. priuatiuè quoad omnes alios.*

9 *Verba pleno iure, & verbum, liberè, &c. interpretantur ex nlio verbo eis adiecto.*

10 *Verbum in vnn clausula appositum declarationem sumit ex alio verbo in eadem clausula, relato.*

11 *Canonicatuum, & præbendnrum electio in Ecclesijs Collegiatis simultnnea est inter Canonicos, & Prælatum.*

DECISIO CCCLVIII.

ECCLESIA B. MARIÆ Villebertrandi, quæ olim regimini Canonicorum Regnlariom S. Augustini subiacebat per fel. rec. Clem. VIII. in Collegiatam Ecclesiam anno 1592. erecta fuit, & in ea idem Pontifex Archipresbyteratum, & tot Canonicatus, & præbendas, quot ante suppressionem erant loca constitnit, & circa eorum electionem extaot in Bulla erectionis seqnentia verba: *Dictnque erectn Ecclesin, ac dignitates Canonicatus, & præbendæ illius, aliaque beneficia Capitulum, & ministri suo Ordinario subiecti sint, ipsorumque Cnnonicatuum, & prębendarum collatio, prouisio, & quæuis alia dispositio ad pro tempore existentem Archipresbyterum d. Ecclesiæ prout prius locorum, & Canonicalium portionum huiusmodi collatio ad Abbatem suppressi Monasterij Bentæ Mariæ huiusmodi in suis mensibus pertinebat, deinceps excepta hac prima vice cessantibus reseruationibus, & affectionibus Apostolicis pleno iure spectet, & pertinent.*

Cum autem de mense septemb. 1629. vacare Canonicatus, de quo controuertitur, Archipresbyter d. Ecclesiæ solus, absque consensu Capituli, vel maioris partis illins, filom Ioanni Gimbernet contulit. Capitulum autem sob prætextu, quod electio omnium Canonicatuum, & præbendarum eiusdem Ecclesiæ simoltanea esset inter Ipsum, & Archipresbyterum, & præd. electioni per Archipresbyterum factæ contradicen. alium elegit, contendens prouisionẽ ab Archipresbytero factam esse nullam, & causa mihi commissa super inualidirate d. electionis, dedi dubinm an prædictus Ioannes Gimbernet esset instituendus, & Domini responderunt instituendum non esse.

Nam cum de iure communi in † Monasterijs Regula- 1
rium præsentatio, & electio simultanea sit inter Capitulom, & Abbatem secundũ *tex. in c. ea noscitur vbi* Abb. *n. 4. de his quæ fiunt à Præl.* Cass *dec. 22. n. 3. sub ti. de pręb.* & ita in præd. Ecclesia S. Mariæ regularitatis tempore obseruatum fuisse ostendit Capitulũ ex electionibus factis per centum annos, & vltra continuatos ferè ad tempus secularizationis per suppressionem, & secularizationem, status dumtaxat fuit mutatus, iura † verò exemptiones, & a

priuilegia Ecclesiæ competentia illæsa, & immutata remanserunt cum in hac parte specialis prouisio non reperiatur secundum doctr. *text. in cap. dilectus de Capell. monach. vbi* Abb. *nu 9. post* Innoc. docet quod licet monasterium
3 mutet statum, † de Regularibus ad sæculares non per hoc mutat subiectionem, & quod remanet exemptum sicut prius, & ita communiter à Doct. acceptum esse testatur, & conducit *text. in capit. recolentes de stat. regul.* & firmat Rot. *decis. 174. num. 7. par. 1. recent. & coram Reuerendiss. D. meo Decano decis.* 452. *nu.* 4. & in alia causa eiusdem Ecclesiæ S. Mariæ Villebeltrandi *coram D. meo Verospio sub die 16. Februarij 1629.*

. Quod suadetur *ex reg. text. in l. precipimus in fin. C. de ap-*
4 *pellat.* qua traditur permanere ius † antiquum cuius mutatio non reperitur expressa in illis verbis, *quicquid autem hac lege specialiter non videtur expressum, id veterum legum constitutionumque regulis omnes relictum intelligant*, vbi *glos. verb. intelligat*, notat in hæc verba, *& ita, quod non mutatur, stat*, sic *in auth. de administr. offi. §. final. & probatur*
5 *ex text. in l. sancimus*, ibi, *quod enim † non mutatur, quare stare probibetur, C. de testam. & ex l. siue possidetis, C. de probat. vbi not.* Castr. Sanchez. *de matrimon. lib. 3. disput. 1. num. 7.*

Et in nostro casu ex ipsa Bulla erectionis suadetur in il-
6 lis verbis: † *prout prius* quæ antiquum ius, & pristinam consuetudinem respiciunt, & præseruant *glos. in capit. quamuis, in verb. prout, de offic. ordin. libr. 6.* Gemin. *cons. 49 col. 2.* Menoch. *cons. 1. num. 20.* Surd. *cons. 335. nu. 38.* cum alijs latè per Barbos. *de dict. & claus. dict. 249. per tot.*

Præcipuè quia Ecclesia secularis nouiter erecta in locum
7 primæ regularis subrogata fuit, & † ideo eius naturam assumit, & iura conseruat eum omnibus qualitatibus expressè non alteratis, & mutatis, *l. si donatæ, §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Suarez *alleg. 28. &* Baldes. *ibi nu. 25.* Ias. *in l. certi conditio, 9. in princ. n. 27. ff. de reb. eredit.* Matienz. *in l. 1. tit. 4. lib. 5. recept glos. 14. numer. 16.* Ludouis. *decis. 115. nu. 3.*

8 Neque obstat verbum † *pleno iure* in Bulla erectionis suprarelata, quod videtur tribuere in beneficijs ius plenum disponendi priuatiuè, quò ad omnes alios *iuxt. text. in cap. cum & plantare, §. in Ecclesijs, vbi glos. in verb. pleno iur. de priuileg.* nam licet ita de iure procedat, in proposito tamen casu verbum illud debet coniungi cum illo verbo supra relato in eadem Bulla *prout prius*, vt sit sensus, quod electio Canonicatuum, & præbendarum in suis men-
9 sibus † pleno iure, prout prius pertineat ad Archipresb. vt in simili casu agens de verbo *liberè* notauit Cassad. *decis. 3. nu. 3. de priuileg.* Rota *coram Reuerendiss. D. meo Decano in Cremonen. Canonicatus 26. Aprilis* 1624. quia frequens est
10 in iure verbum in vna † clausula appositum declarationem & interpretationem sumere ex alio verbo in eadem clausula relato, *l. hæredes palam, §. 1. in fin.* ibi *vel ex vicinis scripturis, ff. de testam. l. si seruus plurium 50. §. fin.* ibi, *item eorum quæ præcedunt, vel quæ sequuntur, ff. de leg. 1.* & notauit *glos. in l. ille à quo 13. §. quid ergo, verb. verba fideicommissi, ff. ad* Trebell. & ibi Bart. & DD. Ludouis. *dec. 169. n. 6.* Rota *dec. 452. n. 1. par. 1. rec.*

Maximè cum huiusmodi intellectus iuri communi sit
11 conformis, quo in Ecclesijs † collegiatis Canonicatuum, & præbendarum electio simultanea est inter Canonicus, & prælatum ex Cassad. *decis. 22. de preben. numer. 3. dicens communem, & à Rota sequutam*, Put. *decis. 125. libr. 1.* & cum pluribus relatis per Garz. *de benef. 5. part. capit. 4 numer.* 64.

Et ita decisum vtraque parte informante.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Regien. Bonorum.

Die Veneris 15. Martij 1630.

A R G V M E N T V M.

Domino directo datur mandatum de manutenendo in bonis deuolutis ad eum ob finitam emphyteusim. Dominium ad effectum deuolutionis qualiter probetur. Illegitimus non comprehenditur in inuestitura bonorum Ecclesiasticorum. Identitas bonorum qualiter probetur.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio ciuilis ad effectum recuperandi possessionem naturalem sufficit pro manutentione.*

2 *Vsufructu finito competit mandatum de manutenendo proprietario.*

3 *Manutentio, finito vsufructu non solum competit proprietario, sed etiam illius hæredi intra 30. annos, quamuis vsufructuarius alienauerit.*

4 *Manutentio datur proprietario, quando deuolutio est clara, secus si de ea dubitatur, & n. 5.*

Quia tunc datur hæredi, qui possessionem cæpit, n. 4.

5 *Ex inuestitura sola non resultat concludens probatio dominij.*

7 *Inuestitura plenè probat dominium pluribus concurrentibus adminiculis.*

8 *Dominium benè probatur ex confessione partis, & nu. 9.*

10 *Canonum plures solutiones deseruiunt pro adminiculo ad effectum probandi dominium.*

11 *Dominium etiam contra tertium spatio 30. annorum præscribitur.*

12 *Reseruatio consensus Domini in sublocatione, cum effectuatione, deseruit pro adminiculo ad effectum probandi dominium.*

13 *Dominij confessio ad fauorem alicuius, non solum nocet confitenti, sed etiam eius hæredibus.*

14 *Adminicula, quæ de per se non sufficiunt, iuncta tamen simul suffragantur.*

15 *Adminicula simul, & non separatim debent considerari.*

16 *Existentia comprehensorum in inuestitura non præsumitur, nisi probetur.*

17 *Emphyteusis recepta pro hæredibus, & successoribus in infinitum est transitoria ad hæredes etiam extraneos.*

18 *Emphyteusis recepta pro hæredibus, & successoribus an videatur restricta ad hæredes sanguinis.*

19 *Emphyteusis, quando non dicatur pro quibuscumque successoribus accepta.*

20 *Illegitimus non solum de iure communi non succedit in emphyteusi ecclesiastica, sed etiam ex constitut. fa. mem. Pij V & n. 21. & 23.*

22 *Quod procedit etiam si adesset legitimatio Principis secularis, & n. 24.*

25 *Illegitimus, quod quis sit, probatur ex eo, quod pater eum in testamento nominet filium naturalem, & vide nu. 26.*

26 *Illegitimitas habetur pro vera, & probata, quando docetur de legitimatione.*

27 *Emphyteusis à locatione discernitur ex quantitate pensionis.*

29 *Illegitimus est incapax etiam successionis in locatione bonorum Ecclesiæ.*

30 *Contractus merus venditionis bonorum Ecclesiæ potest in illegitimum transire.*

31 *Cephal. cons. 703. n 15. lib. 5. & alij declarantur.*

32 *Permutatio ante effectuationem nullum operatur effectum.*

33 *Permutandi facultas competens alicui vigore pacti, an transeat in filium illegitimum.*

34 *Pactum personalissimum extra personam cui inhæret, non extenditur.*

35 *Pactum censetur personale, quando fuit initum cum certa persona.*

36 *Verbum, ipse, est personalissimum, & demonstratiuum ad oculum.*

37 *Concessio præsumitur personalis, quando nulla mentio hæredum fuit facta.*

38 *Hæredes, si sint expressi in vno casu, & in alio non, signum est, quod in illo, noluit eos comprehendere contrahens.*

39 *Deficiente principali, deficit accessorium.*

40 *Confessio emanata in responsione ad positiones plenè probat contra confitentem.*

41 *Demonstrationes duæ sufficiunt ad probandam identitatem bonorum.*

42 *De-*

42 *Decretum Iudicis, qui pronunciauit articulos haberi pro confessis, operatur, ac si esset seruata forma capit. 2. de confess. in 6.*

Cap. 2. de confess. in §. forma est præcisè seruanda in productione positionum. n. 42.

43 *Canonis solutio integra verè similiter per emphyteutam non fuisset facta, nisi bona in inuestitura expressa integrè possedisset.*

44 *Confinia ad probandam identieatem bonorum plurimum suffraganeur.*

45 *Identitas bonorum probatur per argumenta, coniecturas, & præsumptiones.*

46 *Quod multo magis procedit, quando sumus in antiquis, & amplia n. 47. & 48.*

DECISIO CCCLVII.

DVBITAVI, an D. Iacobo Rogerio moderno Præposito Collegiaræ Ecclesiæ S. Prospeti Ciuitatis Regien̄ danda esset manutentio in bonis, de quibus agitur, tauquam deuolutis ad Ecclesiam ob finitam emphyteusim, & Domini affirmatiuè responderunt, quia finita emphyteusi datur Domino directo vigore possessionis ei-
1 uilis † manutentio ad effectum recuperandi naturalem existenrem apud hæredes vltimo loco inuestiti, Bart. *in l. 1. § quod ait prætor. nu. 17. ff. vti possidet.* Bero. *cons. 102. nu. 43. & seqq. lib. 1.* Honded. *cons. 21. numer. 19. & seqq lib. 2* Menoch. *de retinend. remed. 3. numer. 22.* Ioseph Ludouic. *decis. Perus. 17. num 9. vers. huius autem cum num seq. & passim tenet* Rota, *in Ciuitatis Castelli bonorum 8 Nouembr 1589. coram bon mem. Card. Pamphilio in Ariminen bonorum 16. Februarij 1609 coram bo. mem. Card. Sacrato in Romana deuolutionis 18. Aprilis 1616 coram bo. me. Andrea in Colmbrien̄ prædij 16 Maij 1618. coram bon. mem. Seleucien. in Romana domus de Nocchiellis 27. Ianuarij 1622. & 7 Ianuar. 1623. coram bon. memor. Vbaldo, in Romana subhastationis 10. Maij 1624 coram bon. memor. Buratto, & in Assisien. bonorum 2 Iunij 1627. coram Illustrissimo Virili*, quemadmodum
2 etiam finito † vsusfructu mandatum de manutenendo competit proprietario, Natt. *cons. 419. nu 3.* Menoch *cons. 139. n. 16. & 21 lib. 2.* Castill. *de vsufructu cap. 61. nu. 7.* Cassan. *in consuet Burgundiæ tit. de successione, §. 1 n. 7. vers. plus dico* Tiraq *in tract. le mort saisit le vif. par. 3. declarat. 1 numer. 60.*
3 vbi quod oedum proprietario, † sed etiam illius hæredi competit manutentio iotra 30. annos, quamuis vsufructuarius alienauerit.

Et quamuis Rota alias declarauerit prædicta, tunc de-
4 mum procedere, quando elara est deuolutio, † secus verò vbi dubitari potest, an sit finita emphyteusis, quo casu hæredi, qui cœpit possessionem datur manutentio, vt ex Corn. *cons. 193. nu. 3 lib. 1.* Gabr. *cons. 67. num. 17. lib. 2 & ex decisione in causa Bononien. de Canalibus 11 Ianuarij 1602. fuit resolutum in d. Ariminen. bonorum 27. Iunii 1608. & 16. Februar. 1609. coram Cardinale Sacrato, in d Romana deuolutionis 18. Aprilis 1616 & in Signina bonorum feudalium 22. Iunij 1615. coram Andrea in d. Colimbrien. prædij 16. Maij 1618 coram Seleucien. & ex* Mantic. *de tacit. lib. 22. tit 22. nu. 14. animaduertunt addentes ad decis. 105. san. mem. Gregor. in littera A.* Attamen in casu isto visum fuit Dominis om-
5 nem cessare dubitationem, † cum satis clarè constet de requisitis ad istum effectum, nempè de dominio, de fine, seu deuolotione emphyteusis, ac denique de ideotitate bonorum.

Et quantum attinet ad dominium Ecclesię constat quod de anno 1547. sub die 6 Augusti, Vincentius de Boiardis tunc huius Ecclesiæ Præpositus mediante persona procuratoris locauit, & titulo locationis in emphyteusim concessit Franciseæ matri suæ acceptanti &c. huiusmodi bona, quæ successiuè in Paulum Emilium de Boiardis vltimum emphyteutam deuenerunt. Vnde licèt ex hac sola
6 † inuestitura non resultet concludens probatio dominij ad *text in cap inter dilectos propè finem in verbo per instrumenta verò vbi DD. & gl. in verbo locatio de fid. instrum.* Alexand. *cons. 10. num 3. vol 4* Afflict. *decis. 14. num 8.* Attamen secus est, cum hic plura, & quidem vrgentia concurrant admi-
7 nicula, † quibus iunctis iouestitura dominium plenè probat per doctrinam Bart. *communiter receptam in l. ad probationem C. locat.* quam passim sequitur Rota vt in decisionibus laté cumulatis coram me in causa Ferrarien. *seu Comaclen. bonorum de Nasellis 7. Iunij 1627.* concurrit enim primò antiqua locatio, aliàs aono 1506. de istis bonis facta quibusdam de Maluetijs, vt narrarut in præfata iuuesti-
tura, † ex qua quidem narratiua resultat adminiculum 8
plurium inuestiturarum in hac materia admodum considerabile, Marcambr *cons. 52. nu. 10.* Soccin. *cons. 187. num. 16. lib. 2. & ponderauit* Rota *dec. 193. num. 2 par. 2. recent. in Papien bonorum 28. Aprilis 1595. coram bo. mem. Card. Millino in d. Ferrarien. de Nasellis coram me*, & aliàs sæpissimè, præ-
dicta enim eum habeant vim † expressæ confessionis ope- 9
rantur, vt contra Ecclesiam non possit opponi exceptio dominij, Dec. *in l. patri furioso in fi. ff. si cert. pet. & fuit dictum in Placentina terrarum 21. Aprilis 1600. coram bon. me. Corduba*, secundo concurrunt plures eanonum solutiones
quæ veluti factæ in recognitionem † dominij benè desei- 10
uiunt pro adminiculo ad eiusdem dominij probationem, Alex. *cons. 8. nu. 1 lib. 7.* Roman. *cons. 127 nu. 1.* Abb. *cons. 74. in princ. libr. 1.* Rota *in Neapolitana domus 16. Decemb. 1605. coram bo me. Ortembergo, & in d. Assisien. 2. Iunij 1627. coram Illustriss. Virili*, maximè cum per quadraginta, & amplius annos fuerint continuatæ, & sic vltra spatium 30. anno-
rum quod ad † præscribendum dominium etiam contra 11
tertium suffragatur, *l. si quis emptionis, C. de præscript. 30. annorum*, Alex. *d. cons 8 numer. 2. vers. præterea si Ecclesia lib. 7.* Aym *cons. 434. nu. 5 in fin. vers. si probatur.* Rot. *decis. 290. nu. 4. par. 1. recent.* tertio concurrit subiocatio vnius domus inter alia corpora in hac emphyteusi comprehensæ, facta per præfatam Franciscam primam acquirentem noo solum cum enunciatiua iouestituræ sibi ab Ecclesia ista concessę sed etiam cum reseruatione consensus eiusdem Ecclesiæ
quem constat postea interuenisse. Vnde negari † non po- 12
test, quin ex his resultet adminiculum considerabile ad probationem dominij, vt in his terminis fuit ponderatum in *Sublacen. bonorum 21. Maij 1604. coram bo. me. Litta, & in prædictis Neapolitana domus coram Ortembergo, & Assisien bonorum coram Illustriss Virili*, maximè eum de effectuatione subiocationis istius dubitari non possit ex solutionibus canonum per annos quamplures factis Ecclesiæ per subemphyteutas ad tradita per Gabr. *de locat. concl. 4. num. 17.* quæ etiam solutiones in vim dictæ sublocationis factæ conferunt ad dominij probationem, vt dictum est. Quartò concurrit confessio præfati Pauli Emilij vltimi emphyteutæ, qui in suo testamento de bonis istis, tanquam emphyteuticis, & de Præposituræ istius dominio disposuit,
quæ quidem † confessio in præiudicium ipsius Pauli Emi- 13
lij necnon Cęsaris illius hæredis suffragatur ad probationem dominij Rip. *in l. si aliquam, num 41. ff. de acquir. possess.* Ruin. *cons. 128. nu. 16. lib. 2* Roland. *cons 2 nu 109. lib. 1.* Boer. *dec 211. nu. 24 & 25.* Seraph. *dec. 553 nu 2.* & hæc admioicu-
la, † quatenus etiam singula de per se non sufficerent, iuo- 14
cta tamen simul sufficiunt ad *text. in l instrumenta C. de probat. cum vulg.* prout non separatim, sed simul cooiuncta
† debent ponderari, vt in similibus terminis fuit dictum 15
coram me in causa *Viterbien. Castrorum 21. Iunij 1628.* præcipuè contra habentem causam à primis inoestitis, quo casu satis est probare locationem esse finitam, vt in puncto fuit consideratum in præfata *Assisien. coram Illustrissimo Virili.*

Quantum verò attinet ad finem, seu deuolutionem emphyteusis, illa non videtur posse controuerti, cum ex confessione ipsiusmet Cæsaris hæredis constet Paulum Emilium vltimum emphyteutam decessisse sine filijs legitimis, & sic defecisse omnes iu inuestitura comprehen-
sos, † quorum existentia, neque præsumitur, nisi pro- 16
betur Seraph. *decis. 1487 num 1.* Mantic *de coniect. libr. 15. tit 4. num 2 cum seqq. & fuit dictum in præfata Assisien. coram Illustriss. Virili.*

Nec obstat, quod huiusmodi emphyteusis † tanquam 17
recepta pro hæredibus & successoribus in infinitum est transitoria ad hęredes etiam extraneos, Soccin. *consil. 266. libr. 2.* Rota *apud bon. memor.* Cardin. Caualer. *decis. 243. numer. 3.* Ideoque Paulus Emilius potuit illam transferre in Cæsarem iure hæreditario. Quia quicquid sit an dicta
† receptio dici possit restricta ad hæredes sanguinis ad tra- 19
dita per Declan. *in consil 395 numer. 6. & seq.* Peregrin. *de fideicom. art. 42. num. 5.* Fular. *de substit quæst 339. numer. 79.*
maximè cum noo adsit clausula † cœterata, cuius vigo- 19
re ad quoscomque fieri possit transmissibilis, Seraphin. *decis. 703. num. 2* cessat omnis difficultas ex eo, quod cum prædictus Cæsar sit filius illegitimus Pauli Emilij, vt infe-
rius dicetur, † non solum de iure communi excluditur, 20
tamquā noo compręhensus io inuestitura, io qua Pręlatus

21 propter sui dignitatem non † præsumitor cogitasse de illis
petsonis, quæ sine peccato generari non possuot, Bald. *in*
c. quæ in Ecclesiarum num.42.de constit. Fertet. *conf.* 103. *nu.*
53. Ciar. *in §.emphyteusis, quæst.* 30. *numer.* 1. Calderin. *de*
iur. emphyt. lib 2. *quæst.* 19. *numer.* 9. 29. *&* 66. Tiraquell. *de*
nobilitat. cap. 24. *numer.* 17. Rot. *decis.* 474. *numer.* 1. *par.* 1.
diuers. Seraphin. *decis.* 479. *numer.* 1. Phœb. *decis.* 30. *num.*
22 4. *& seqq. lib.* 1. vbi ampliat etiam † si adesset legitimatio
Principis sæcularis, & latius *decis.* 161. *num.* 4. *lib.* 2. *cum*
alijs per Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 10. *num.* 3. Gratian. *di-*
sceptat. forens. 218 *num.* 35. Sed etiam ex constitutione
sanct. mem. Pij V. 117. in nouo Bullario omninò est ex-
23 clusus; † tanqoam incapax emphyteusis Ecclesiasticæ,
Seraphin. *decis.* 478. Rota *decis.* 417. *&* 505. *part.* 1. *diuers.*
& decis. 435. *num.* 10. *par.* 1 *recent. & decis.* 214. *part.* 2. *di-*
uers. Gratian. *discept.* 477. *num.* 7. *& fuit dictum in Bonon.*
de Maluetij 11. *Decembr.* 1624. *coram R. P. D. meo Pirouano,*
24 quæ procedunt † etiam in spurio postea legitimato, Rota
decis. 474. *num.* 8. *p.* 1. *diuers.*

Quod autem Cæsar. sit illegitimus, satis constat ex te-
stamento Pauli Emilij Patris, qui illum non modo appel-
25 lat filium † naturalem, sed attenta ipsius incapacitate,
casu quo ex dispensatione Apostolica reddatur capax illo-
rum bonorum, eumdem obligat etiam ad solutionem an-
nui legati scotorum 100. ad fauorem Isabellæ vxoris. Vn-
de ex eodem fonte, ex quo deducit iura suæ successionis,
emanat plena probatio incapacitatis ipsius, vt in puncto
igneus in Auth. *ex causa num.* 7. *C. de liber. præterit.* Gra-
tian. *conf. fin. num.* 30. *lib.* 1. *Paris. conf.* 11. *numer.* 10. *lib.* 2.
Menoch. *conf.* 180. *num.* 13. *vers. & dubium, & numer.* 34.
vers. nostro autem casu, & num. 43. *vers. non obstat* Laderch.
conf. 122. *num.* 1. *&* 2. *& fuit dictum in præfata Bononien. de*
Maluetijs 11. *Decembris* 1624. *coram R. P. D. meo Pirouano:*
Et hæc proceduot quamuis Cæsar io dicto testamento
26 nuncupetur † legitimatus, quia qualitas huiusmodi reij-
citur firma remanente patris assertione quoad qualitatem
illegitimitatis Gratian. *dict. conf. fin num* 131. *vers. nec statur*
cum numer. seq. Menoch. *d. consil.* 180. *numer.* 24. *versic.*
nec obstat, & numer. 34. *vers. & primo* Laderch. *dict. conf.*
122. *numer.* 2. *vers. quia omnes.* Quæ quidem qualitas il-
27 legitimitatis habetur pro vera, † & probata quousque do-
ceatur de tali legitimatione, quæ suffragetur, vt bene
in simili Peteira, *decis. Portugall.* 43 *num.* 8. *vers. suffi-*
cit enim.

Non obstat, quod tam ex teuore inuestituræ, quàm
etiam ex quantitate pensionis colligatur bona ista esse con
cessa io locationem, non autem in emphyteusim. Quia
omisso, quod verba inuestituræ potius sonaot in emphy-
28 teusim, quàm locationem, & † quod quantitas pensionis,
seu canonis non correspondet, sed longè est inferior fructi-
bus, vt constat ex nonnullis iostrumentis posteriorum af-
fictuum cessat omnis difficultas, quia datnetiam citra
veri præiudicium: quod versareotur in termiois locatio-
29 nis, † adhuc tamen Cæsar tanquam illegitimus esset inca-
pax, vt ex sententia Rotæ *firmat.* Mant. *de tacit. d. lib.* 22.
tit. 10. *num.* 5.

Minus obstat, quod in inuestitura conuentum fuerit, vt
sit Francisca prima acquirens alia bona prædictis emphy-
teuticis pinguiora, & maioris redditus, Præposito assigna-
set dicta bona, & terræ locatæ essent, & esse deberent per-
petuò franchæ, liberæ, & exemptæ ipsius Franciscæ hæ-
redumque, ac successorum; ideoque ista concessio non
possit cousiderari tanquam emphyteutica, sed potius tan-
30 quam merus contractus † venditioois, qui potest in illegi-
timum transire, vt de bonis concessis eum pacto affrancan-
di ad effectum capacitatis illegitimi ex Cephal. *conf.* 703.
num. 15. *cum seqq. lib.* 5. *& alijs ponderat.* Gratian. *d. discept.*
477. *nu.* 10. *& seqq. cum alijs cumulatis; in causa Romana Re-*
tractus 30. *Martij* 1626. *coram R. P. D. meo Merlino.* Quia
pro responsione ad huiusmodi obiectum aduertendum est
31 prædictos † Doctores posse intelligi, vt loquantur, quan-
do, vel per effectuationem pacti de affrancando iam reso-
lutus est contractus emphyteusis, vel affrancatio ex con-
uentione vsque ab initio est oecessaria; vnde non appli-
cantur ad casum nostrum, in quo cum nullibi constet de
effectuata huiusmodi permutatione non potest considera-
ri aliqua resolotio contractus, qui ante d. resolutionem
semper iudicatur emphyteuticus, vt expresse declarat, Ce-
phal. *d. conf.* 703. *n.* 17. *vers.* quamuis ex prædictis, & io simili
de permutatione beneficiorum latè Paris. *de resignatione*
32 *lib.* 1. *qu.* 14. *nu.* 6. *& seqq.* vbi quod permutatio † ante effe-
ctuationem nullum operatur effectum, pactum autem de
affrancando est facultatiuum tanquam collatum in pote-
statem emphyteutæ, vt io puncto considerat Gratian. *d.*
discept. 477. *n.* 16.

Nec opus est ingredi disputationem, ao saltem, d. fa-
cultas † permutandi competens vigore pacti possit transi- 33
re in Cæsarem licet illegitimum ad tradita per Alciat.
conf. 7 *num.* 9. *vers. secundum principale fundamentum libr.* 5.
Menoch. *conf.* 1186. *numer.* 5. *&* 6. Bursat *conf.* 225. *num.* 7.
& seqq. Mantic. *de tacit. d lib.* 22. *tit.* 10. *num.* 20. Gratian.
discept. 477. *num.* 16. *& discept.* 745. *num.* 77. *&* 84. *& fuit*
dictum in causa Romana domorum 1. *Martij* 1627. *co. R. P. D.*
Pirouano. Quia de hoc hodie non agitur, & quatenus
etiam ageretur, visum fuit dupliciter posse responderi, &
primò, pactum † istud esse personalissimum, ideoque 34
extra personam, cui apponitur ad alios non extendi *l. idem*
in duobus personale l. iuris gentium §. pactorum, ff. de pactis
Bart. *conf* 58 *in fin. vers. supr.* 3. *lib.* 1. Rim. Iun. *conf.* 465.
num. 9. *lib.* 4. Quod autem pactum huiusmodi sit persona-
le, colligitur primò ex verbis illis quod si ipsa Fracisca,
&c. alia bona, &c. assignaret, &c. dicta bona &c. scili-
cet emphyteutica, & terræ sint, & esse debeaot perpetuò
franchæ, &c. ipsius Fraociscæ, & hæredum, ac successo-
rum suorum, &c. cum enim facultas sit concessa soli Fran-
ciscæ, † & sic certæ personæ, pactum censetur personale, 35
l. 1. *§ fin ff. de constit. Princip. l.* 1. *§. personis ff. de iur. immunit.*
cum alijs per Aym. *conf.* 929. *nu.* 2. secundò deprehenditur ex
pronomine illo, ipsa, † quod est personalissimum, & de- 36
monstratiuum ad oculum. Cagnol. *in l.* 2. *num.* 46. *vers.* 2.
principaliter ff. de pact. int. empt. & vend. Aym. *d. conf.* 929.
num 11. Menoch. *conf.* 115. *n.* 50. Tertiò denique colligitur
etiam ex eo, † quod in concessione dictæ facultatis nulla 37
facta est mentio hæredum. Cephal. *consil.* 352. *num.* 3. *&*
seqq. lib. 3. Deciao. *respons.* 1. *num.* 67. *lib.* 2. cum tameo fue-
rint expressè nominati, in casu quo facta permutatione
bona remanebant franca, & libera signum euideos quod
sicuti illos expressit † io secundo casu, in quo voluit illos 38
comprehendere, ita illos in primo expressisset, si eosdem
comprehendere voluisset, Bald. *in capit. venerabilem num.*
21. *de elect.* Soccin. Iun. *conf.* 542. *numer.* 14 *& seqq.* Gerard.
Mazzol *in suo decisiuo conf.* 144. *num.* 26. Secundò, & for-
tius videbatur posse responderi, qood huiusmodi pactum
tanquam simul positum in eadem concessione est corres-
pectiuum, & pars dictæ concessionis io emphyteusim, ita
vt hodie annullatum contractu † principali ob finitam em- 39
phyteusim, dictum etiam pactum annulletur, cum in-
telligatur, vt possit operari durante emphyteusi, vt in
puncto tenuerunt DD, cumulati per Rotam *in decis.* 115.
n. 4. *& seqq. par.* 1. *diuers.* & videtur etiam admittere Grat.
d. discept 477. *n.* 15. *&* 16. & licet præfata decisio loquatur in
termiois pœnæ caducitatis, tamen multo magis procedit
in casu illo in quo deuolutio non est in pœnam, sed proue-
nit ex defectu comprehensorum in inuestitura.

Quantum denique attinet ad identitatem bonorum vi-
sum fuit Dominis illam sufficienter iustificari; nam quo-
ad quindecim corpora ex illis, quæ enumerantur in inue-
stitura probatur ideotitas ex confessione ipsiusmet Cæsa-
ris emanata io † responsione ad positiones, quæ contra 40
ipsum plenè probat Abb. *in capit. quamuis de re iudicat.*
Ayman. *consil.* 217. *numer.* 9 *sanct. memor.* Gregor. *decis.* 42.
numer. 1. *& in his terminis fuit sæpius dictum in causa Bono-*
nien. fideicommissi de Desiderijs coram R. P. D. meo Merli-
no In præfatis enim positionibus articulantur eadem fe-
rè demoostrationes in inuestitura expressæ, † quarum duæ 41
sufficiunt ioxta doctrinam, Bart. *in l. demonstratio falsa n.*
14. *ff. de condit. & demonstrat.* quam passim omnes sequuo-
tur, vt latè fuit ponderatum *coram me in dicta Ferrarien.*
de Nasellis. Quo verò ad tria reliqua corpora in eadem
inuestitura descripta, concurrit decretum † Iudicis, qui 42
pronunciauit articulos haberi pro confessis, quæ pronun-
ciatio operaretur si concurrerent requisita, de quibus *in*
capit. 2. *de confessis in* 6. cuius forma præcisè est seruanda,
Rota *decis.* 3. *de confess. in antiq.* Seraph. *decis.* 408. Sed hoc
omisso concurrit vlterius integra solutio canonis facta
† per Paulum Emilium, qui verisimiliter canonem in 43
inuestitura perscriptum integrè non soluisset, nisi bo-
na in eadem iouestitura expressa integrè possedisset ad
tradita per Gabriel *de locat. d. conclus.* 4. *numer.* 17.
Ac denique appræhensio bonorum hæreditariorum fa-
cta per Cæsarem, in qua nonnulla enumerantur confi-
nia, quæ conueniunt cum expressis in inuestitura, quæ † ad 44
proban-

probandam identitatem plurimum suffragantur, Bald.
cons. 89. *num.* 4 *lib.* 1. Natt. *cons.* 235. *num.* 17. Rota *decis.*
131. *num.* 5. *par.* 1. *recent. sanct. memor.* Greg. *decis.* 575. *num.*
8. *& seqq.* Ex quibus negari non potest, quin sufficienter
45 remaneat probata identitas, †, cum ad illam probandam
argumenta, coniecturæ, & præsumptiones admittantur
Decian. *cons.* 17. *num.* 3. *lib.* 3. Surd. *decis.* 55. *num.* 12. Quæ
46 tanto magis procedunt in casu † isto, in quo versamur in
antiqua concessione vltra 80. annos, *ad text. in cap. cum
causam vbi* Bald. *in princip.* Felin. *num. primo de probation.*
Decian. *cons.* 140. *num. decimoquarto*, Rota *apud sanct. me.*
Greg. *decis.* 175. *num.* 5. & ibi latè addentes, & agitur ad-
47 uersus personam, in quam † bona deueneruot ex succes-
sione comprehensorum in inuestitura, Peregrin. *de fidei-
comm artic.* 44. *num.* 22. *& seqq. & cons.* 48 *num.* 12. *lib.* 1.
Gratian. *disceptat.* 969. *num.* 16. quod non constat in locis
48 † ennunciatis alia bona, quam ista emphyteutica hauisse,
Soccin. Iun. *cens.* 127. *num.* 3. *lib.* 3. Siluan. *cons.* 57. *numer.* 3.
vers. loco, & dixit, Rota *in præfata Ciuitatis Castelli Bono-
rum 5. Martij 1597. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio*, &
aliàs sæpius.

Et ita conclusum vtraque parte informaote, &c.

R. P. D. COCCINO,

Bononien. Fideicommissi de Manzolis.

Die Veneris 1. Martij 1630.

ARGVMENTVM.

Exceptio contra agentes, remedio adipiscendæ, quæ admittatur. Producens scripturas censetur approbare in eis contenta. Hæreditas, quando venit restituenda, quæ sint detrahenda.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dominij incontinenti probati admittitur contra agentem interdicto adipiscendæ.*
2 *Possessor, si excipiat de antiquo fideicommisso, ista exceptie incontinenti probata, admittitur.*
3 *Producens scripturas, fatetur in eis contenta esse vera.*
4 *Productio facta per compulsum non præiudicat in iuribus alienis, licet secus in proprijs.*
5 *Confessio resultans ex prodnctione scripturarum non potest reuocari, nisi docto de errore.*
6 *Principalis, vtendo iuribus productis à suo procuratere censetur ea approbare.*
7 *Testes etiam deponant de auditu, quando versamur in antiquis, probant.*
8 *Tempus antiquum in teste est sexaginta annorum.*
9 *Testes in vno iudicio examinati, quando probent etiam in alio.*
10 *Identitas, quando sumus in antiquis, probatur per præsumptiones, & coniecturas.*
11 *Contradictor legitimus dicitur is, qui in continenti probat ius suum.*
12 *Hæredum appellatione non solum veniunt filij, & descendentes, sed quicunque hæredes.*
13 *Statutum excludens fœminas, non censetur illas simpliciter excludere, sed fauore filiorum masculorum.*
14 *Filijs per adoptionem nullum præiudicium infertur ratione suæ legitimæ.*
15 *Filio legitimato debetur legitima.*
16 *Filius, si non sit natus ex legitimo matrimonio in dubio præsumitur naturalis, & non spurius.*
17 *Legatum relictum filio à patre, ei debet imputari in legitimam, & propterea non excluditur à petitione supplementi legitimæ etiamsi hac causa factum esset tale legatum.*
18 *Hæres potest venire contra factum defuncti, quando est improbum.*
19 *Dos soluta filiæ, est ei imputanda in legitima.*
20 *Dos, quando non succedat loco legitimæ.*
21 *Filio adoptato debetur legitima in bonis adoptantis.*
22 *Fructus non sunt imputandi in legitimam, quod procedit etiamsi testator hoc disponat, & n. 23. & 24.*
23 *Vsusfructus ex dispositione testatoris sunt imputandi in legitimam.*
25 *Legitimæ detractio, in restitutione hæreditatis, si sit certa ratione loci, & quotæ, non impedit immissionem pro indiuiso, & num. 26.*
27 *Legitimæ detractio, quando non possit esse certa ratione loci, & quotæ.*
28 *Dos vxoris, quando hæreditas venit restituenda est detrahenda.*
29 *Cessio iurium hęreditatis, non potest fieri absque aditione.*
30 *Aditio hæreditatis inducitur ex expressione verbali.*
31 *Defuncti factum non tenetur, quis seruare; si non agat hęreditario nomine, sed cessionario.*
32 *Legata soluta sunt detrahenda, quando hęreditas restituitur.*
33 *Testator, si aliquid voluisset, id expressisset.*
34 *Melioramenta sunt detrahenda, quando hęreditas restituitur, & ad ea liquidanda præfigitur certus terminus.*
35 *Item etiam est detrahenda impensa funeris, quę si sit incerta, ratione quantitatis, taxatur arbitrio Iudicis.*

DECISIO CCCLX.

BARTHOLOMÆVS Manzolus habuit filium Georgium seniorem, qui condito testamento de anno 1486. decessit relicto Melchiore, qui etiam obijt condito testamento, de anno 1523. relicto Co. Georgio iuniore qui nuptui tradidit Isottam filiam Com. Alexandro Bentiuolo seniori, ac tandem in filium adoptauit Vlixem filium præfati Alexandri Bentiuoli senioris, ex quo nati sunt Marchio Franciscus, necnon Com. Alexander, qui fuit hæres Comitis Vlixis patris, Marchio Franciscus prædictus egit ad quædam corpora bonorum tanquam subiecta fideicommisso. Com. Georgij iunioris eius Aui, & obtinuit immissionem, quare die 25. Iunij superioris anni dubitaui an esset locus Ægidianæ, & DD. omisso prædio della Riccardina, quod prætendebatur emphyteuticum, & ideo non subiectum constitutioni Ægidianæ, videlicet quoad prædium del Gatto, possessionem nuncupatam della Mezzolara, & possessionem nuncupatam la Palazzina di San Martino, nec obstare detractiones prætensas, quia illis non erat locus. Hodie verò reproposita causa DD. recesserunt à decisis.

Huiusmodi enim bona non sunt subiecta fideicommisso
Co. Georgij iunioris, sed fideicommisso Com. Georgij se-
nioris, & fideicommisso Com. Melchioris, circa quæ ni-
hil habet agere Marchio Franciscus, quæ quidem exceptio
cum incontinenti sit † probata admittitur contra agentem 1
interdicto adipiscendæ, Bart. *in l. fin. nu.* 21. *C. de edict. diu.*
Adrian. *tollen.* Becc. *cons.* 89. *num.* 18 *cum seqq. lib.* 1. Put.
decis. 222. *num.* 3. *& decis.* 308. *num.* 7. *lib.* 1. *in correct.* Sera-
phin *decis.* 83. *num.* 4. *& decis.* 757. *num.* 1. *latè* Menoch. *de
adipiscend. remed.* 4. *nu.* 381. *cum seqq. & n.* 751. & in pun-
cto quando possessor excipit † de antiquo fideicommisso, 2
quod ista exceptio incontinenti probata admittatur. Mo-
dern. *de legit. contradict. qu.* 10. *num.* 278. *& fuit resolutum
in causa Ferrarien. Bonorum de Tassonis 27. Februarij 1617.
coram Illustris. D. meo Cardinali Pamphilio iuniore, & nouis-
simè fuit resolutum in causa Bononien. de Desiderijs 2. Iunij
1628. coram R. P. D. meo Merlino.*

Quod autem ista exceptio incontinenti sit probata satis patet. Nam quantum attinet ad fideicomissum Co. Georgij senioris, de illo constat ex eius testamento condito de anno 1486. & de obitu dicti Com. Georgij senioris, & Com. Melchioris illius filijs, necnon de descendentia non est controuersia inter partes; sola ergo difficultas reducitur ad probandum, quod huiusmodi prædia fuerint in bonis fideicommittentis, & quantum attinet ad prædium del Gatto iustificatur ex articulis datis per Co. Vlixem in alia causa contra fideicommissarios, in quibus articulis ponitur remansisse in hæreditate Com. Melchioris vnam possessionem positam in Communi Sancti Martini cultam per Thomam de Gattis cum suis confinibus. Concordant testes examinati de ann. 1562. ad instantiam fratrum de Manzolis, & aliorum fideicommissariorum Com. Melchioris contra Com. Vlixem. Tertiò suffragatur descriptio fructuum huius prædij facta ad instantiam

dictorum

dictorum fideicommissariorum . Quartò concurrit in-
strumentum diuisionis factæ de anno 1346. de quibus in
summ. à num. 3. vsque ad quintum, quæ omnia benè pro-
bant, vt statim dicetur.
Quantum vero attinet ad possessionem nuncupatam la
Palazzina della Mezzolara, & ad aliam nuncupatam la
Palazzina di San Martino, quod fuerint in bonis anteces-
sorum Com. Georgij iunioris probatur ex dispositionibus
dictorum testium ex dicta descriptione fructuum ad in-
stantiam fideicommissariorum Com. Melchioris , & ex
prædictis articulis, & tandem ex acquisitionibus factis per
Com Georgium seniorem de annis 1469. 1470. & 1477. de
quibus in summ. à num. 7. vsque ad 13.
Ex quibus inficiari non potest quin satis sit probatum,
prædicta fuisse in bonis dicti Com. Georgij senioris , &
Com. Melchioris eius filij Marchio enim Franciscus in
actis produxit articulos prædictos , necnon dictas diuisio-
3 nes, & ideo producendo † fassus fuit contenta in dictis scri-
pturis esse vera. Verall. *decis.* 193. *num.* 3. *par.* 1. quæ loqui-
tur etiam in productione facta à Procuratore. Rota *decis.*
624. num. 3. par. 1. sanct. mem. Gregor. *decis.* 331. *num.* 12. *&*
decis. 353. *& ibi* Adden. *num.* 19. qui alios cumulant , &
fuit dictum in *Romana de Aronijs* 20. *Iunij* 1614. *coram bon.*
mem Vbaldo , & in causa Ianuen. Abbatiæ 24. *Maij* 1624. *co-*
ram bon. mem Buratto.
4 Neque obstat quod productio per † compulsum non
præiudicat in iuribus alienis, licet secus sit in proprijs, Rot.
decis. 3. *de fid. instrument. in nou.* Verall. *decis.* 193. *num.* 1. *p.*
2. quia cum Marchio vsus fuerit dictis iuribus , & obti-
nuerit per duas decisiones *coram R. P. D. meo Pirouano sub*
5 *diebus* 27. *Februarij* 1622. *&* 11. *Maij* 1626. non potest † re-
uocare confessionem , quæ resultat ex productione , nisi
doceat de errore , vt fuit dictum in *causa Foroliuien. census*
13. *Iunij* 1589 *coram Orano* , & hoc procedit etiam in pro-
ductione , facta à Procuratore , quia principalis vsus fuit
in iudicio, vt fuit resolutum in *causa Elnen. minerariorum* 6.
Decembris 1588. *coram Oran.*, quia illa vtendo censetur ra-
tificare, Rot. *decis.* 39. *de procur. in nou.* Surd. *decis.* 199.
num. 7.
Et prædicta coadiuuantur ex multis instrumentis ac-
quisitionum factarum ab ipsis fideicommittentibus , Fu-
sar. *de substitut. quæst* 618. *num.* 4. necnon ex ipsa descriptio-
ne fructuum ex testibus examinatis de anno 1362. inter vo-
catos ad fideicommissum , & Com. Vlixem legitimum
7 contradictorem, qui testes † etiam quod deponant de audi-
tu , probant cum versemur in antiquis, Honded. *cons.* 57.
num. 32. *lib.* 1. Rot. *decis.* 694. *num* 2. *vers. vtique sufficiunt*
8 *par.* 2. Tempus † enim antiquum in teste est sexaginta an-
norum , Seraphin. *decis.* 75. *in fin.* Rot. *decis.* 155. *num* 13.
9 *par.* 1. *diuers. &* 694. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.* & cum in † alio
iudicio fuerint examinati cum legitimo contradictore,
probant etiam in hoc iudicio, Cephal. *cons.* 215. *num* 34 *in*
fin. cum seqq. lib. 2. Fusar. *de substit. quæst.* 618. *num.* 44. &
in omnem euentum ex omnibus simul iunctis habetur
10 perfecta probatio, cum in antiquis † ad probandam identi-
tatem sufficiant præsumptiones , & coniecturæ Soccin.
cons. 86. *num.* 2 *lib.* 1. Seraphin. *decis.* 462. *num* 9. *& fuit ele-*
ganter deductum in Bononien. fideicommissi de Desiderijs 3.
Martij , & 14. *Iunij* 1627. *&* 24. *Martij* 1628. *coram R. P. D.*
meo Merlino , & in causa Ferrarien. seu Comaclen. bonorum
de Naullis 7. *Iunij* 1627. *coram me*.
Quod autem Marchio Franciscus nihil habeat agere in
dictis fideicommissis antiquis satis patet , cum in illis ipse
non sit comprehensus, nec prætendat se esse vocatum, &
Com. Alexander solus sit hæres Com. Vlixis cui vocati
11 cesserunt omnia iura sua , & ideo cum † incontinenti sit
probatum fideicommissum, identitas, & possessio sine vi-
tio Com. Alexander est legitimus Contradictor , Bartol.
& alijs supra allegatis, Rot. apud Pacif. de Saluian. *dec.* 63.
num. 5.
Secundò principaliter fuit dictum quatenus bona fuis-
sent Com. Georgij iunioris adhuc obstare detractionem
legitimæ prædictæ Isottę, quę illam cessit ad fauorem Co.
Vlixis, & ipsius heredum , & ista est vera lectura cessionis
quicquid alias per informantes fuerit suppositum , quo-
12 rum hæredum appellatione † non veniunt solum filij , &
descendentes , sed quicumque hæredes *l. in annalibus C. de*
legat. Bart. *in l. Gallus §. etiam si parente ff. de liber. & post-*
hum. Tiraquell. *de retractat. conuent. §.* 1. *glos.* 6 *num.* 26
Gabriel. *de verbor. significat. conclus.* 2. *numer.* 1. Mantic. *de*
coniect. lib. 8. *tit.* 14. *numer.* 2. Menoch. *præsumption.* 130.
lib. quarto , & propterea cum solus Com. Alexander
heres Vlixis patris ad ipsum solum ista legitima
spectat.
Non obstat quod in Ciuitate Bononię adsit statutum de
successione liberorum, in quo disponitur , quod si fœmi-
næ dotatæ fuerint , sint contentæ de ipsa dote, & de bonis
paternis nihil amplius habere possit, quia huic obiecto fuit
responsum , quod cum Com. Georgius minor reliquerit
solam Isottam filiam nullis relictis masculis , cessat sta-
tutum , & sic Isotta debet habere suam legitimam statu-
tum † enim non censetur simpliciter excludere, sed fauo- 13
re filiorum masculorum . Vnde illis non extantibus pa-
ter non potest illi præiudicare in legitima Decian. *cons.* 296.
num. 3. *& seqq.* Castr. *cons.* 196 *numer.* 3. *vers. quidem verò*,
lib. 1. Peregrin. *de fideicomm. artic.* 36. *num.* 10. *fol. mihi* 27.
Albert. Brun. *de statuto exclusiuo fœminarum artic.* 10. *num.*
38. Roman. *in leg. vt liberis , numer.* 6. *Cod. de collat.* nec est
facienda vis , quod Com. etiam Georgius iunior vltra
Isottam filiam habuerit etiam Com. Vlixem filium ado-
ptatum , quia per talem † adoptionem nullum fuit il- 14
latum præiudicium legitimæ debitæ Isottæ , Peregrin.
de iur. fisc. lib. 3. *tit.* 18. *numer.* 17. *vers. ego verò* Merlin. *de*
legitim. lib. primo , tit. secundo , quæst. secunda , num. deci-
mo in fin.
Minus etiam obstat , quod Isotta non fuerit nata ex legi-
timo matrimonio , quia sufficit , quod † fuerit legitimata 15
ad effectum, quod fuerit legitima, Bald *in cap de causis nu-*
mer. 34. *vers. & spurius legitimatus de offic. delegat.* Cott.
in memor. in verb. spurius legitimatus . Tiraquell. *latè in*
leg. si vnquam in verb. susceperit liberos numer. 79. *C. de re-*
uocand. donat. Rot. *decis.* 653. *num.* 3. *par.* 1. *recent. & fuit*
dictum in causa Ciuitatis Castelli 23. *Ianuarij* 1612. *coram bo-*
næ memoriæ Cardinali Sacrato . Nec est opus probare Isot-
tam fuisse naturalem , non autem spuriam , quia in † du- 16
bio præsumitur naturalis , non autem spuria , Aym.
cons. 166. *num.* 1. Rimin. Iun. *consil.* 187 *num.* 107. *& seqq.*
Thesaur. *quæst.* 83. *numer. secundò lib. secundo*, Barz. *dec.*
91. *numer. primo* , vbi de magis communi maximè cum il-
le, qui hoc allegat sit reus , Guttier. *pract. quæst. lib. secun-*
do , quæst 114. *num.* 4. *de legitimit. tractat. primo tit.* 13. *nu-*
mer. 286.
Neque releuat , quod pater legauit certa bona Isottæ,
quia licet illud legatum debeat imputari , non propterea
excludit † à petitione supplementi legitimæ, etiam quod 17
legatum fuisset factum , ne posset petere supplementum ,
Alex. *cons.* 8. *num.* 21. *lib.* 3. Fulgos. *cons.* 83. *numer.* 2. Berou.
cons. 93. *n.* 9. *& seqq. lib.* 2. *san. me.* Greg. *dec.* 489. *n.* 21. *&*
fuit dictum in causa Romana supplementi legitimæ 13. *Martij*
1579. *cor. san. mem. Clem VIII.* vbi quod propterea filius non
dicitur venire contra factum defuncti, † etiam quod sit il-
lius hæres, sit , cum factum defuncti etiam quod sit il- 18
lius hæres, sit improbum , Merlin. *de legitimit. lib.* 3. *tit.* 3.
quæst. 3. vbi latè . Prout nec releuat quod dos soluta †
Isottæ sit imputanda in dicta legitima, *l. quoniam nouel-* 19
la vers. non secundum dotem , C. de inoff. testam. Bald. *in l. in*
quartam , num. 12. *vers. ego dixi , ff. ad leg. Falcid. & ibidem*
Rip. *num.* 189. Pic. *num.* 182. quia est aduertendum , quod
fuerunt data in dotem scuta 10. mill. auri, & tamen 4. mill.
tantum fuerunt soluta , & sic illa 4. mill. tantum
essent imputanda , supplementum autem peti pos-
set , nec essent imputanda scuta 6. mill. non soluta ,
cum dos non † succedat loco legitimæ , quicquid enim di- 20
cat statutum , illi non est locus , vt dictum est , & ideò ex
supra deductis non est prohibitum petere augmentum,
hoc enim factum satis probatur ex instrumento claro con-
fessionis Com. Georgij iunioris , *& fuit canonizatum in de-*
cisione coram bo. me. Remboldo 12. *Maij* 1623.
Secundò principaliter fuit consideratum detrahendam
esse legitimam Com. Vlixis filij adoptati per Com. Geor-
gium iuniorem , filio † enim adoptato debetur legitima in 21
bonis adoptantis, Dyn. *de success. ab intestat. num.* 8. Spe-
cul. *in tit. qui filij sint legitimi , num.* 9. Americ. *de patr. potest.*
effect. 16. *num.* 15. Buratt. *cons.* 247. *num.* 14. Peregrin. *de*
fideicomm. art. 36. *num.* 42. Gabriel. *cons.* 113. *num.* 32. *lib.* 1.
Lambertin. *de iurepatr. lib.* 3. *quæst.* 3. *art.* 6. Surd. *de alimen.*
tit. 1. *quæst.* 2. *num.* 6. Crass. *de success. ab intest. quæst.* 31.
num. 31.
Neque obstat quod testator mandauerit fructus † im- 23
putari in legitimam , quia ista dispositio non tenet , nam
& si vsusfructus ex dispositione testatoris sit computandus
in legitima , secus autem est , quoad fructus , qui etiam
iuben-

23 iubente, † testatota non sunt computandi in legitimam,
vt distinguei.dndixit Rota *in Ciuitatis Castelli supplementi*
legitimæ 11. *Martij* 1616. *coram bo. mem. Patriarcha Manza-*
nedo, quæ est apud Merlinum *decis.* 21. & quod fructus non
computentur in legitimam est decisio Cassad. 2. *de testam.*
& eandem distinctiooem fecit Rota *in Bononien. fideicom-*
missi 18. *Maij* 1616. *coram Illustriss. D. meo Card. Pamphilio*,
24 & io hoc casu † prohibitio testatoris uihil operatur, *l. quo-*
niam in prioribus, & ibi omne Doct. C. de inoff. testam. Peregr.
de fideicomm. art. 36. *num.* 61. Rota *decis.* 653 *num.* 5. *par.* 1. *in*
recent. Nec In hoc casu agendum est de inuentario, quia
non agitur de concursu creditorum, & de alienatione bo-
norum, an alienata sufficiant, & cui incumbat onus pro-
bandi, de quibus latè Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 24.
num. 12. *cum plur. seqq.* Rot. *ibidem dec.* 99. *n.* 20. *& dec.* 100.
num. 8. *& seqq.*

25 Neque obstat, quod ista detractio † legitimæ Isottæ,
& Vlixis cum sit certa ratione loci, & quotæ non impedit
immissionem pro indiuiso secundum stylum Rotæ, &
pluries fuit resolutum, vt in decisionibus allegatis per Ad-
den. *ad decis.* 185. *num.* 4. *san. mem.* Gregor. quia hoc opinio
26 est † vera quando sola legitima, & Trebellianica sunt de-
trahendæ, secus autem est quando, & aliæ detractiones
sunt faciendæ, quia tunc legitima, & Trebellianica non
sunt certæ, ratione loci, & quartæ, hic autem est detra-
henda dos Semiramidis, & aliæ etiam faciendæ sunt de-
tractiones, de quibus statim dicetur, ideoque antequam
27 fiant istæ detractiones dictæ † legitimæ relictæ, non pos-
sunt esse certæ ratione loci, & quotæ, Surd. *decis.* 333. *nu.*
13. *cum seqq.* Rot. apud Merlin. *decis.* 111. *num* 4. *& fuit*
dictum in causa Romana de Spinosis 10. *Maij* 1623. *& in cau-*
sa Perusina de Baptistis 10. *Martij* 1625. *coram R. P. D. meo*
Pirouano, & in causa Fanen. bonorum 26. *Iunij* 1623. *coram*
me.

28 Est quoque detrahenda dos præfatæ Semiramidis vxo-
ris Com. Georgij, quæ spectat ad Com. Alexandrum,
cum Com. Vlixes illius pater habeat cessionem à sororibus
d. Semiramidis, quæ cessio valuit, *tot. tit. de hæred. vel*
act. vend. & sufficit probare, quod ipsæ essent in gradu suc-
cessibili cum nullus alius prætendat, Tiraquel. *de retract.*
lignag. §. 1. *glos.* 1. *num.* 5. *&* 6. *dixit* Rot. *in causa Aretin.*
4. *Iulij* 1603. *coram bon. mem. Hieronymo Cardin. Pamphilio*
& in causa Tiburtina Cappellaniæ 16. *Nouembris* 1605. *co-*
ram me, ex illa enim cessione satis probatur aditio, cum
29 illa non sit repudiatio, sed iurium † cessio, quæ sine adi-
tione fieri non potest, Bald. *consil.* 224. *lib.* 2. vbi quod etiam
per actum translatiuum inducitur aditio, Signorol. *consil.*
165. *numer.* 31. *& seqq. vbi hoc tenet* Soccin. Sen. *consil.* 183.
numer. 1. *vers. sed tamen præmissis, lib.* 2. Aym. *cons.* 200. *in*
princip. vers. benè fateor, & prædicta eo magis proce-
dunt, quia dictæ sorores tanquam hæredes Semiramidis
30 iura cesserunt. Vnde etiam † ex illa expressione verbali
inducitur aditio, Bald. *d. cons.* 224. & quamuis præten-
ditur, quod huiusmodi dos sit restituenda ex fructibus
iuxta voluntatem Com Georgij iunioris testatoris, atta-
men testator non potuit præiudicare iuri Semiramidis,
quæ habebat omnia bona viri hypothecata, nec Vlixes
heres d. Com. Georgij, nec per consequens Com. Alexan-
31 der eius filius tenetur seruare factum defuncti cum † non
agant hæreditario nomine, sed cessionario nomine soro-
rum dictæ Semiramidis, Bald. *cons.* 452. *hæreditati haben-*
ti in princip. lib. 5. *allegans text in l. an vitrico, ff. de diuers.*
tempor. præscript. & benè ad propositum, Bart *in l. actus*,
col. 1. *ad med ff. de pact.* Corn. *cons.* 92. *in fin. & cons.* 220
num. 5. *lib.* 4.

32 Insuper legata soluta, sunt † detrahenda, *l.* 2. *col. fin. C*
ad Trebell. l. irritum, C. ad leg. Falcid. Doct. in l. deducta, §
qui post, ff. ad Trebell. Paris. *cons.* 38 *num.* 24. *lib.* 2. Peregr.
de fideicomm. art. 35. *numer.* 9. & quamuis testator man-
dauerit illa solui ex fructibus, tamen hoc est verum quo-
ad legata, quæ non habent certam diem, non autem, qu-
ad ea, quæ habent certam diem, quia quoad ista non cons-
33 stat de voluntate testatoris, & si ita † voluisset, expres-
sisset, prout fecit in alijs, *l. vnica*, §. *sin autem ad deficien-*
tis. C. de caduc. tollen. & in simili dixit Rota *in causa Se-*
nogallien. prædij 18. *Martij* 1616. *coram bon. memor. An-*
drea.

34 Sunt quoque detrahenda meliorameta, † quæ debent
liquidari, cum de eis constet in genere, & ideò iuxta sty-
lum Rotæ est præfigendus terminus ad liquidandum, de
quo per Put. *decis.* 461. *lib.* 2. *in nou. sæpius canonizata* Pro-
ut est quoque † detrahenda funeris impensa, quæ cum sit 35
certa, licet non constet de quantitate est taxanda arbitrio
Iudicis, *tradita per* Cern. *in cons.* 221. *numer.* 23. *post med.*
vers. quod interesse, lib. 2. Rot. *Ianuen. dec.* 194. *num.* 3 *col.* 2.
ad fin. vers. & dixit.

Quantum attinet ad dotes filiarum Vlixis Com. Geor-
gius iunior mandauit eas condecenter dotari, videndum
est igitur an fuerint dotatæ ex bonis subiectis fideicom-
misso, an de bonis Com. Vlixis patris, de quo hodie non
liquet.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Dotis.

Die Veneris 15. *Martij* 1630.

ARGVMENTVM.

Subhastationis nullitas, quando euitari non possit, Alienatio rerum mulieris facta absque debitis solemnitatibus, quando substineatur.

SVMMARIVM.

1 *Subhastationis nullitas non potest euitari, quæ processit ab excessu, tanquam à radice inficiente mandatum executiuum vltra summam debitam relaxatum.*

2 *Alienatio facta à muliere absque solemnitatibus requisitis est nulla.*

3 *Alienatio rerum mulieris facta ab eius procuratore absque debitis solemnitatibus tenet.*

Si quando constitutus fuerit d. procurator fuerunt adhibitæ solemnitates, cum expressa facultate alienandi num. 3.

4 *Alienatio rerum mulieris facta sine debitis solemnitatibus tenet, si in eius ratificatione illæ solemnitates fuerint adhibitæ.*

5 *Dotalia iura, quando dicantur extincta.*

DECISIO CCCLXI.

OBTINVIT D. Sulpitia ab A. C. relaxari manda-
tum executiuum pro restitutione integræ suæ do-
tis, & cum deinde ipsa peteret mandatum de deliberan-
do pignora capta in executione. Dubitaui an huiusmodi
mandatum esset relaxandum, & Domini negatiuè respon-
derunt.

Quamuis enim constet de quantitate dotis scutorum
quinque millium promissæ quondam Iacobo eius viro in
quadraginta sex locis Montis Baronum; Attamen cum
ipsa per procuratorem seruatis solemnitatibus constitu-
tum, & ex integro pretio dictorum locorum montium
bona stabilia emerit, vtique huiusmodi bona in locis præ-
dictis Montis Baronum fuerunt subrogata. Et insuper
per eandem Sulpitiam ex dicta dote scutorum quinque
millium, summa scutorum mille Franciscæ eius filiæ dum
nuptui traderetur, numerata fuit.

Vnde non potest euitari † subhastationis nullitas, quæ 1
processit ab excessu tanquam à radice inficiente manda-
tum executiuum pro integra dotis quantitate, & sic vl-
tra debitum relaxatum, Bart. *in l. si non sortem*, §. *si cen-*
tum, num. 6. *ff. de condict. & indeb.* Rot. *decis.* 630. *num.* 3.
part. 2. *in recent. & apud* Greg. XV. *san. mem. decis.* 198.
num. 1. *& decis.* 319. *num.* 3. *ac in Romana spolij* 21. *Februar.*
1600. *coram bo. me. Iusto.*

Non obstat, quod dicta † alienatio facta fuerit absque 2
solemnitatibus in mulierum contractibus requisitis, quia
non modo adhibitæ fuerunt solemnitates in actu constitu-
tionis procuratoris, † cui fuerat expressè concessa alienan- 3
di facultas, quod sufficit Gabr. *de reg. iur. conclus.* 2. *nu.* 35.
Lamberteng. *de contract. mulier glos.* 20. *numer.* 2. *&* 4. *fuit*
dictum in Romana hæreditatis 26. *Nouemb.* 1602. *coram bon.*
mem. Litta, sed etiam in actu receptionis bonorum stabi-
lium insolutum pro residuo doris, ac impositionis censuum
super eisdem bonis subrogatis factæ, † vnde sufficiens di- 4
ctæ alienationis ratificatio resultat Socein. *conf.* 62. *cum ibi*
cumulatis

cumulatis num. 11. *lib.*3. Gregor. XV. *san.me.decis.*395.*num.*
12. *vbi aliæ decis. allegantur.*

Minus obstat pactum appositum in instrumento dationis inilulutum, quod in euentum litis, molestia, vel euictionis, liceret Sulpitiæ redire ad primæua iura, vnde infertur ei licuisse agere ad integræ dotis repetitionem ex eo, quod Catherina dicti quondam Iacobi filia actionem instituit pro consecutione dotis sibi in patris testamento legatæ nam fuit responsum, quod huiusmodi pactum nihil operatur respectu quantitatis, quam Sulpitia prius à viro suo
5 accepit, & in emptionem stabilium erogauit, cum † iura dotalia remanserit extincta, iuxta *text. in l. si iu venditione ff. comm. præd.* Menoch.*cons.* 341. *numer.* 18. *& seqq. lib.*4. Greg. XV. *fel. rec. decis.*85. *num.*22. *& seqq.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum &c.

REVERENDISS. P.D. MERLINO DECANO

Romana Iurispatronatus.

Die Veneris 15. Martij 1630.

A R G V M E N T V M.

Controuersia, quando adest inter plures præsentatos ad iuspatronatus, quis eorum præferatur - Appellatione familiæ an veniat effectiua, vel contentiua.

S V M M A R I V M.

1 *Inter præsentatos plures, quoties est contentio, tunc præsentatus ab existente iu possessione præsentandi præfertur.*
2 *Et si euincatur iuspatronatus non inde huiusmodi præsentatus remouetur, sed veris patronis in futurum præseruatur exercitium præsentandi.*
3 *Præsentandi quasi possessio ex vnico actu acquiritur.*
4 *Præsentatus ab existenti iu quasi possessione præsentandi non præfertur, quando vel ex re iudicata, vel confessione, vel instrumento dotationis apparet de proprietate.*
5 *Proprietas absorbet possessionem, & n.* 16.
*Veritas debet præferri opinioni, seu præsumptioni, n.*5.
6 *Familiæ appellatione an veniat solummodo famili. effectiua, scilicet descendentes, vel contentiua, hoc est etiam transuersales.*
7 *Concessio facta alicui familiæ, quando intelligatur facta familiæ tantum effectiuæ.*
8 *Familia testatoris quoties vocatur intelligitur, de eius familia effectiua.*
9 *Iuspatronatus in dubio censetur hæreditarium, & non gentilium.*
10 *Linea transuersalis antiquior præfertur iuniori in præsentando.*
11 *In iurepatronatus qualitas senioris attenditur.*
12 *Obseruantia est optima interpres omnium dispositionum.*
13 *Iuspatronatus acquiritur familiæ contentiuæ, quando deficit effectiua.*
14 *Iuspatronatus in postremo descendente desinit esse gentilitium, & efficitur hæreditarium.*
15 *Cap. consultationibus de iurepatron. quando non habeat locum.*
17 *Institutus nimis properè ad iuspatronatus, cadit ab illo.*
18 *Consuetudo loci est seruanda.*
19 *Reo, & possessori sat est vincere per non ius actoris.*
20 *Reus victoriam meretur deficientibus probationibus actoris.*

D E C I S I O CCCLXII.

ORTA controuersia inter D. Angelum præsentatum à DD. de Iacobacijs, & D. Dominicum præsentatum à DD. Millinis, & Palutijs, isque cum reus esset, & possessor, dedi dubium an esset danda institutio D. Angelo, siue potius absolutoria D. Dominico, & Domini denegandam putarunt institutionem illi, huic, autem concedendam esse absolutoriam.
1 Quoties enim contentio † est inter plures præsentatos,
præfertur, qui præsentatus est ab existente in quasi possessione præsentandi, sicque euincatur iuspatronatus, non inde tamen huiusmodi præsentatus remouetur, sed veris
patronis † in futurum dumtaxat reseruatur exercitium 2
eorum præsentationis, *cap. consultationibus, cap. ex litteris, vbi Doct. de iurepatr. cap. querelam, de elect. cap. cum olim, & cap. cum Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & propr.* Rot. *coram Cardin. Seraphin. decis.* 875. *num.* 5. *& decis.* 884. *num.* 3. Cardin. Mantic. *decis.* 86. *u.* 1. *& in receut. decis.* 181. *num.* 1. vbi etiam monet Sacr. Concilium Tridentinum quoad hoc nihil immutasse, & *dec.* 274. *n.* 6. *par.* 2.

Constat autem DD. Millinos, & Palutium, esse in quasi possessione præsentandi ad istas Cappellanias, cum iam præsentauerunt D. Io. Baptistam, per cuius obitum hæc
vltima contingit vacatio, & ex vnico actu † inducitur qua 3
si possessio ad effectum beneficij *dicti cap. consultationibus glos. in d. c. cum Ecclesia Sutrina, verb. in trium, & verb. breuitatem, & ibi* Abb. *num.* 22. *de caus. poss. & prop.* Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 5. *num.* 59. Ruta *decis.* 174. *num.* 1. *& dec.* 758. *num.* 4. *par.* 2. *recens.*

Non obstat constare de proprietate euidenter, nempè hoc iuspatronatus spectare ad DD. de Iacobacijs iuxta Bullam Alexandri VI. in qua iuspatronatus reseruatur in antiquioribus viris familiæ de Iacobacijs, quales se profitētur DD. Prosper, & Dominicus de Iacobacijs, Dominos autem Millinos, & Palutium esse tantummodo cognatos, cum per fœminarum successionem prætendant ad se spectare hoc iuspatronatus, & non præferri præsentatum
ab existente in quasi possessione, quando † vel ex re iudi- 4
cata, vel ex confessione, vel ex instrumento fundationis incontinenti apparet de proprietate tradunt Abb. *in d. cap. consultationibus, num.* 9. Roch. *de iurepatr. verb. competens, qu.* 19. *num.* 45. & luculenter *dictum fuit in Lucana iurispatronatus* 13. *Iunij* 1612. *coram bon. mem. Peuia, quæ est decis.* 374. *numer.* 4. 5. *&* 6. *par.* 1. *recent.* Proprietas enim
† absorbet possessionem, & veritas præferri debet opinio- 5
ni, seu præsumptioni, quæ resultat ex dicta quasi possessione.

Quoniam respondebant Domini non ita euidenter constare de hac proprietate DD. de Iacobacijs, adeout remouendus sit præsentatus ab existente in quasi possessione. Dato enim (veritate illæsa) DD. de Iacobacij esse saltem contentiuè de eadem familia Christophori Iacobacij patris bo. me. Dominici olim Rotæ Auditoris, ac postea Cardinalis, necnō Andreæ Iacobacij Episcopi Nucerini, & eiusdem Alexandri VI. Vicarij, dictumque Christophorum fuisse fratrem Laurentij, à cuius stipite proueniunt DD. Prosper, & Dominicus (in quo erit tota difficultas, cum de proprietate principaliter agendum erit) nihilominus dubium est, an ad ipsos spectet hoc iuspatronatus, cum fuerit reseruatum antiquioribus viris familiæ huiusmodi de Iacobacijs, licet enim sit controuersia inter Doctores,
an † appellatione familiæ veniat solummodo familia ef- 6
fectiua, scilicet descendentes, an autem contentiua, hoc est etiam transuersales, & quod sub familiæ nomine intelligatur solum de effectiua docuerunt Bart. *in l. peto, §. fratre, num.* 1. *de leg.* 2. Paris. *cons.* 51. *num.* 5. *& seqq. lib.* 2. Surd. *cons.* 247. *num.* 12. Menoch *cons.* 106. *num.* 226. *& seqq. & cons.* 233. *num.* 15. *& cons.* 633. *num.* 10. Peregrin. Iarè *cons.* 57. *num.* 6. *lib* 6. Fusar. *de substit. quæst.* 351. *num.* 3. *& seqq.* Attamen quicquid sit vbi absolutè nominetur familia, quam multi Doctores etiam contentiuè accipiunt in casu præsenti solum comprehendi descendentes, & sic intelligi de familia effectiuè suadere videtur pronomen il-
lud, *huiusmodi* † per quod deprehendimus, Papam præcisè 7
designasse ad oculum, & indicasse Colunellum Cardinalis, & Andreæ oratorum, atque intra eundem restrinxisse ius præsentandi ad *l. huiusmodi, ff. de leg.* 1. *cap. nemo, vbi glos. in verb. huiusmodi, & de elect. in* 6. Paris. *cons.* 52. *num.* 32. *lib.* 3. Cardin. Seraphin. *decis.* 606. *numer.* 3. Rota *decis.* 373. *num.* 6 *par.* 2. *recent.* Videturque verbum illud, *huiusmodi*, idem importare, ac si dixisset ipsius Christophori patris Dominici Cardinalis, & Andreæ Episcopi, de quibus
superius meminerat Papa, quoties † autem vocatur fami- 8
lia ipsius testatoris venire solum familiam effectiuè tradunt Ruin. *cons.* 153. *num.* 10. *lib.* 2. Paris. *d. cons.* 51. *num.* 5. *vers. item propter. lib.* 2. Soccin. Iun. *cons.* 97. *num.* 62. *lib.* 2. Cephal. *cons.* 310. *num.* 13. Menoch. *præs.* 88. *num.* 2. *lib.* 4. *& cons.* 233. *num.* 25. *& cons.* 1177. *num.* 5. Peregrin. *cons.* 31. *num.* 3. *lib.* 4. *& cons.* 149. *num.* 18. *vers.* 3. *& lib.* 5. *& decis.* 134. *num.* 5. *&* 24.

Quibus etiam accedit, quod hoc iuspatronatus licet ex dispositione Iacobi patris Paulinæ fundatum fuerit, attamen in eadem Bulla asseritur, & Iacobum educatum fuisse in domo Christophori, illiusque præsidio facultates adeptum, necnon Dominicum Cardin. & Andream Episc. propinquiores fuisse agnatos eiusdem Iacobi, & Paulinæ, vnde quasi ex bonis eiusdem Christophori videtur fundatum iuspatronatus. Et cum Iacobus pater Paulinæ non determinauerit, quibus personis acquireretur dictum ius præsentandi eisdem Cardinali, & Andreæ tanquam proximioribus, & sic hæredibus ipsius Iacobi disponentis videtur relictum, nam in du-
9 bio † iuspatronatus, censetur inductum hæreditarium, non autem gentililium, *clem. plures de iurepatr.* Calder. *cons. 4. eod. tit.* Couar. *var. resol. lib. 2. cap. 18. num. 6.* Cardin. Seraph. *decis. 378. num. 1. & decis. 456. num. 1.* Rota *in recent. decis. 707. num. 8. part. 1.* & Papa in Bulla motus est præcipuè meritis Dominici, & Andreæ, illius enim industria in munere Rotæ, huius autem in officio Vicarij vtebatur, & ita congruum erat, vt familiæ effectiuæ Christophori patris dd. Cardinalis, & Andreæ Episcopi faueret, adeo vt iuspatronatus istius familiæ descendentes non egrederetur, & familia si hoc in loco contentiuè etiam acciperetur; absurdum
10 posset considerari, quod si antiquiores † extitisset in linea transuersali isti fuissent potiores, & præferendi alijs iunioribus ex Colonello Cardinalis, & Episcopi, ad *text. in l. vnum ex familia, §. si de falcidia vers. neque si cum forte, vbi glos. in vers. vni, ff. de leg. 2.* & si semel etiam ad seniores de Colonello Christophori peruenisset iuspatronatus, non tamen in descendentibus eorumdem seniorum perseuerasset, sed ad seniores al-
11 terius Colonelli, etiam transuersalis transiuisset, † cum attendatur qualitas illa senioris, Calder. *cons. 48.* Lambertin. *de iurepatronat. libr. 1. part. 2. articul. 33. quæst. 2. in fin.* Rota *in Ianuen. iurispatr. 25. Iunij 1607. coram Cardin. Lancellotto iuniore*, quod sanè repugnaret, & intentioni Iacobi fundatoris, quem solum suis hæredibus, quales erant filij Christophori prouidere voluisse credendum est, & voluntati Papæ, qui Dominico Auditori, & Andreæ Vicario, qui pro Sede Apostolica egregiam nauabant operam prospicere declarauit.

Hancque voluntatem Papæ, quod solum familiam Christophori effectiuè admiserit ad ius præsentandi benè suadet obseruantia obsecuta, cum semper nedum seniores de cippo Christophori solùm præsentauerunt, sed etiam hoc cippo sublato, cognati præsentare continuauerint, nempe Hortensia, Petrus, bon. mem. Cardin. Millinus bis vltra hanc postremam præsentationem, descendentes verò à Laurentio nunquam præ-
12 sentarunt, quæ † quidem obseruantia est optima interpres omnium dispositionum, *l. si de interpretat. ff. de leg.* Rom. *cons. 271. num. 4.* Surd. *cons. 140. num. 43. & cons. 362. num. 10.*

Anxiumque hoc votum conseruandi familiam effectiuam habuerunt posteri eiusdem Cardinalis Iacobacij, cum enim de suo Colonello solum superstes extatet Iacobus iunior, isque iam Ordini Ecclesiastico adscriptus esset, petijt dispensationem à Paulo III. & ibi dicitur, *ne nomen domus, seu familiæ suæ periret*, si enim prospexissent ad lineam transuersalem, non erat opus hac dispensatione, qua tunc temporis extabat Laurentius, vt in remissione obtenta à Clement. VII. & ex alijs iuribus in summario DD. de Millinis, & Palutij num. 13. Vnde benè ex omnibus assequi videmur familiam in casu præsenti accipien. esse effectiuè, non autem contentiuè, & quatenus præmissa aliquam paterentur difficultatem, sat est D. Dominico rem esse dubiam, ac turbidam, iraut non dicatur incontinenti constare de proprietate, prout requiritur, ad effectum repellen. præsentatum ab existenti in quasi possessione, de qua proprietate aliàs videndum erit particulariter pro interesse præsentanrium.

13 Non obstat, quod cum † defeceret familia effectiua, nempè descendentes, apertum fuerit hoc iuspatronatum cæteris de familia contentiua ad tradita per Anchar. *cons. 27.* Ruin. *cons. 110. num. 14. lib. 2.* Cardin. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 15. num. 11.* Quoniam si admittimus iuspatronatum esse restrictum ad descendentes Christophori, & sic intelligi de familia effectiuè, deficientibus descendentibus non inde faciendus erit transitus ad transuersales, quia in postremo † descenden- 14
te iuspatronatus desinit esse gentilitium, & inde efficitur hæreditarium iuxta celebre consilium Anchar. *81. num. 2.* Paris. *cons. 45. num. 22. lib. 4.* Ferret. *cons. 131. num. 10. lib. 1. vbi post* Roch. de Curte dicit, quod non reperijt aliquem tenere contrarium Cassador. *decis. 1. num. 3. de iurepatr.* Rota *decis. 385. num. 1. & seqq. part. 1. diuers. & melius coram* Cardin. Seraph. *decis. 364. num. 3. & seq.*

Minus obstat institutionem Dominici, saltem validè, nondum sequutam esse, & ideo non applicari † dispositi- 15
tionem *cap. consultationibus*, & præferri institutum à proprietario Ita Abb. *in d. cap. consultationibus num. 9.* Dec. *cons. 127. num. 1. & cons. 149. numer. 2.* Garz. *de benef. part. 5. cap. 5. num. 45.* quia proprietas † absor- 16
het causam possessionis; non esse autem validè adhuc institutum D. Dominicum, deducitur ex eo, quod ante institutionem non præcesserint edicta, & nimis properè actum fuerit, † & sic ceciderit ab omni be- 17
neficio, etiam præsentationis iuxta *cap. auaritiæ de elect. in 6.*

Quoniam cessat obiectum, cum in Vrbe non seruetur hæc solemnitas edictorum, prout asseritur etiam à Reuerendiss. D. Vicesgerente in instrumento institutionis Dominici, & Notarij fori Illustriss. Vicarij Vrbis idem deposuerunt, & aliundè etiam Dominis id constabat; † qua stante consuetudine omissio edicto- 18
rum non attenditur Bellamer. *decis. 619.* Lambert. *de iurepatronat. part. 2. lib. 2. quæst. 6. art. 14. per totum, & alij.*

Ex quibus vtraque parte informante per Dominos conclusum fuit D. Angelum non esse instituen. sed D. Dominicum esse absoluendum, cui, cum sit † reus, 19
& possessor, sat est vincere per non ius actori, *l. qui accusare C. de eden. l. fin. C. de rei vind.* victoriamque † 20
meretur deficientibus probationibus eiusdem actoris *l. actor, C. de probat. l. extat. ff. de iur. Fisc. cap. inter dilectos, de fid. instr. cap. fin. de iur. iur.*

R. P. D. QVEIPO.

Florentina Oratorij.

Die Lunæ 18. Martii 1630.

ARGVMENTVM.

Filius natus ex muliere vxorata ex iuris præsumptione præsumitur filius mariti. Hæres, quando licitè possit impugnare factum defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Vltimus de familia potest bona, & iura fideicommisso perpetuò subiecta extraneo hæredi relinquere.*
2 *Filiationis probatio, quando sit insufficiens.*
3 *Filius natus ex vxore etiam adultera, censetur mariti.*
4 *Et ista est præsumptio iuris tantum.*
5 *Infirmitas, vel senectus, vel absentia, aut alia similis impossibilitas accessus ad vxorem, faciunt cessare præsumptionem, quod filius sit mariti.*
6 *Hæres licet possit impugnare factum defuncti, tamen rectius agit si illius voluntati obtemperet.*
7 *Causæ plures, quando assignantur, sufficit vnam esse veram, vt ex illa dispositio substineatur.*
8 *Defuncti factum non potest hæres impugnare.*
9 *Hæres hæredis, dicitur etiam hæres primi testatoris.*
10 *Defuncti factum potest impugnari in eo acta, cui ipse duntaxat consensit, non autem ad eius obseruationem se obligauit.*
11 *Defuncti factum potest impugnari respectu iuris superuenientis post d. factum.*
12 *Hæres succedens iure proprio, & non hæreditario, potest factum defuncti impugnare, & num. 13.*

DECISIO CCCLXIII.

ANTONIVS senior de Puccis anno 1646. in Ecclesia Sanct.ss. Annuntiatæ Ciuitatis Florentiæ ex fun-

fundatione, & dotatione Iuspatronatus sibi, & suis de-
scendentibus masculis per lineam masculinam acquisiuit
in Capella, seù Oratorio S Sebastiani inibi existenti,
ex quo Antonio vltimus descendens, & dicti Iurispatro-
natus possessor extitit Robertus iunior maritus D. Octa-
uiæ Capponiæ, quam etiam in hoc iurepatronatus lega-
tariam reliquit eo quod ex dicto Antonio fundatore nul-
lus masculus per lineam masculinam descendens super-
esset; Atque ita esset locus regulæ *text. in l. infalidum*
88. §. *prædium*, *l. cum pater*, §. *libertis*, *ff. de leg 2. vbi*
1 *glos.* Bart. & Doctor. tradunt vltimum † de familia pos-
se bona, & iura fideicommisso perpetuò subiecta extra-
neo hæredi relinquere, vt tradit etiam Molin. *de primo-
gen. lib. 1. cap. 4. num. 23.* Peregr. *de fideicomm. art. 52. num.*
2. Rota *decis.* 203. *num. 1. part. 2. recent.* & in terminis iu-
rispartonatus post Anchar. *cons.* 81. *num.* 2. pluries te-
nuit Rota, vt per Cassad. *decis. 1. num. 3. de iurepatr.*
Seraphin. *decis. 364. num. 2. in fin. cum seqq & num. 13.
& decis. 378. num. 1. & seqq.* Rot. *decis. 375. num. 4. &
num. 14. part. 1. diuers. & apud* Viuian. *de iurepatro-
nat. decis. 12. sub num. 1. & 13. sub num. 4. & decis. 41.
sub num. 18.*

Sed cum Laurentius de Puccis à prædicto Antonio
descenderet, nec de hoc sit inter partes controuersia, &
is reliquerit Horatium, quem vti filium ex muliere co-
niugata susceptum multis modis agnouit, nempe insti-
tuendu eum in summa scutorum 400. annuorum & le-
gitimando vti filium, & insuper educauit, tractauit,
& nominauit vti talem, & dispensationem super Cleri-
catu obtinuit, ac alios actus similes fecit, de quibus
in Summario Dominorum de Puccis; Et cum dictus
Horatius post mortem Roberti iunioris relictis hæredi-
bus Dominis de Puccis decessisset, qui vti hæredes di-
cti Horatij iuspatronatus in dicto Oratorio S. Sebastia-
ni ad se pertinere contendere cœperunt, & mota li-
te, causaque mihi commissa, proposui dubium super
pertinentia dicti iurispatronatus, & Domini responde-
runt ad Dominam Octauiam Capponiam pertinere.

Nam difficultas præcipua circa filiationem prædicti
Horatij vertebatur, & cum in confesso apud partes sit
2 ex muliere † vxorata natum fuisse probatio filiationis
ex Laurentio Insufficiens apparuit propter iuris præ-
sumptionem deductam ex textu in *l. miles §. defuncto,
ff. ad l. Iul. de adult.* ex qua communiter deducitur ex
3 † vxore etiam adultera natum filium mariti censeri,
quamuis vterque id negauerit, vt docent, Bald. &
Abb. *in cap. per tuas de probat.* Boer. *decis.* 299. Hy-
polit. *in lib. 1. §. ad quæstionem num. 34. ff. de quæstion.* Al-
ciat. *de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 37.* Castr. *cons. 434.
num. 1.* Couar. *de spons. 2. part. cap. 8. §. 3 num. 8.* Mascard.
de probat. concl. 788. ex num. 1. lib. 2. Menoch *de arbitr.*
4 *quæst. 89. ex num. 20.* quamuis † enim prædicta præsum-
ptio iuris tantum sit, vt tenent Emmanuel Cort. *in §.
& quid si tantum 4. part. num. 45.* Paris. *cons. 19. ex num.*
98. Couar. *vbi supra*. Menoch. *in dicta quæst. 89. num.*
104. Achil. *decis. 1. num. 4. sub tit.* qui filij sint legiti-
mi, tamen eas duntaxat probationes in contrarium ad-
5 mitti, ex quibus probetur ex marito susceptum † non
fuisse vel propter infirmitatem, vel senectutem, vel
absentiam, aut aliam similem impossibilitatem accessus
ad vxorem, vt refertur in *l. cum deffinimus*, *ff. de his
quæ sunt sui*, *vel alien. iur.* & post DD. supra relatos
firmauit Rota apud Achil. *d. decis. 1. num. 3. qui fil. sint
legitim. & apud Reuerendiss. D. meum Decanum d. decis.
7. num. 2. & in Romana de Bonellis 29. Nouembris 1613.
& 28. Nouembris 1614. coram bon. mem. Vbaldo*; Ideò
communis reputatio, ac recognitiones Laurentij supra-
dictæ cum illæ impossibilitatem mariti, aut accessus ad
vxorem non tangant ad huiusmodi filiationis probatio-
nem non sufficere visum fuit DD.

Et quamuis Laurentius Horatio in singulos annos scu-
ta 400. vti filio naturali legitimato legauerit, & Ro-
bertus Laurentij hæres voluntatem eius agnoscens persol-
uerit non exinde sequitur agnouisse Horatium esse fi-
lium Laurentij; tum quia licet potuisset legatum ex de-
6 fectu filiationis impugnare, † rectius fecisse voluntati de-
functi obtemperando, dicendum est secundum *text. in
l. mulier 22. in princip. ff. ad Trebell. l. patrem 19.* ibi, *ple-
nam fidem, ac debitam pietatem sequutus*, *ff. quæ in fraud.
credit. lib. 1. C. de fideicomm.* tum quia etiam sublata cau-
sa filiationis potuit legatum ex alijs sustineri, quæ fue-
runt à testatore expressæ, nempè vt libentiùs posset Ho-
ratius diuino obsequio inseruire, & pro anima testatoria
preces effundere, & quando † plures causæ assignantur, 7
sufficit vnam esse veram, vt ex illa dispositio sustineatur
iuxta *text. in §. affinitatis instit. de nupt. l. si non lex Elia
sentit ff. de hæredib. instit.* Ias. *in auth. non licet numer. 11.
C. de liber. præter* Valasc. *consultat. 60. num. 6.* Tiraquel.
in reg. cessante causa limit. 22. Ludou. Gomez *decis.* 91.
Neque obstat non licere † defuncti factum impugna- 8
re ex *l. cum à Matre C. de rei vendic. l. vindicantem, ff.
de euict.* & quod hæc regula æque militet in hærede hære-
dis, † cum etiam primi testatoris hæres esse dicatur ex 9
l. fin. C. de hæred. instit. Nam respondetur primò prædi-
ctam regulam non procedere in eo actu, † cui defun- 10
ctus dumtaxat consensit, non autem ad eius obserua-
tionem se obligauit, vt docet Fulgos. *cons. 67. & in l.
quoties ab omnibus C. de fideicomm. vbi* Ias. *num. 2.* notat
esse dictum quotidianum, & digito ligandum Tiraq. *de
retract. consang. §. 1. glos. 9. num. 94. in fin.* quos sequitur
Surd. *cons. 15. num. 30.* & hæc doctrina æque verificatur
in Laurentio testatore, & Roberto eius hærede.

Secundò respondetur prædictæ regulæ locum non † es- 11
se respectu iuris superuenientis post factum defuncti se-
cundum textum in *lib. 3. & in l. Lucius ff. de euict. lib. 1.
C. de pericul. & commod. rei vend.* vbi notant Bart. Bald.
Castr. & Salicet. Surd. *d. cons. 15. num 27.* Ant. Go-
mez *2. tom. var. cap. 2. num. 40. in fin.* Solis *de censib. 2.
part. lib. 2. cap. 2. num. 15.* Rodriq. *de ann. reddit. lib. 2.
quæst. 9. num. 19.* Ius autem disponendi de hoc iurepatro-
natus ad fauorem extraneorum non cœpit competere, ni-
si à tempore mortis Roberti, quia tunc dumtaxat cœ-
pit esse certum non superesse masculum descendentem per
lineam masculinam ab Antonio de Puccis fundatore, &
prædicta causa eo tempore dumtaxat extitit. Quapropter
Domina Octauia Capponia eo iure vtens, factum de-
functi antecedens impugnare non prohibetur.

Tertiò respondetur, quod cum Robertus † in hoc iu- 12
repatronatus iure proprio, & non hæreditario à Lau-
rentio successerit iuxta *reg. text. in l. vnum ex familia ff.
de leg. 2.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 8. nu. 20. & 21.
& lib. 2. cap. 4. num. 12.* respectu huius iurispatronatus
factum defuncti † potuit impugnare secundum, *text. in* 13
l. Lucius titius 38 ff. sol. matr. & ibi Bart. *in fin. numer. 7.*
Barbos. *num. 24.* Phanucc. *de inuent. 7. part. ex num. 196.*
Alciat. *in l. filius familias §. diui in fin de leg. 1.* Crot. *in l.
si is, qui num. 11. ff. de vsucap.* Natt. *cons. 470. numer. 13.
lib. 2.* Tiraq. *lib. 1. de retract. §. 1. glos. 9. num. 53. & con-
ducit text. pro eorum sententia in l. Seia 73. ff. de euict. l. vlt.
C. eod. tit.* Gramat. *decis. 913. ex num. 8. cum seqq.*
Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Ferrarien. de Tassonis.

Die Lunæ 18. Martij 1630.

A R G V M E N T V M.

Agitur de materia, quod statutum circa forenses nihil potest determinare, cum cesset subiectio personarum, & potestas statuentium in non subditos.

S V M M A R I V M.

1 *Interdictum, Quorum bonorum datur contra possidentem pro hærede.*
2 *Statutum nihil potest determinare cessante subiectione personarum, & potestate statuentium in non subditos.*
3 *Domicilium per habitationem in aliqua Ciuitate, quando non contrahatur.*
4 *Causa habitandi est diuersa ab animo contrahendi domicilium.*
5 *Signa conseruationis domicilij, & non desertionis, quæ sint.*
6 *Domicilia plura ad inuicem se compatiuntur, & ea haberi possunt in pluribus locis.*
7 *Domicilium originis non amittitur etiam si quis abesset per 100. annos.*

8 *Filius*

8 *Filius sequitur originem patris, quoad ciuilitatem.*
9 *Subiectio tam personarum, quàm rerum quando concurrit, tunc non deficit voluntas in statuente conseruandi proprias agnationes, & num. 10.*
11 *Statuentes extra territorium nihil possunt determinare.*
12 *Bart. distinctio in l. cunctos populos num. 32. C. de summ. Trinit. & fid. cathol. communiter reicitur.*
13 *Dec. in causa Recanaten. successionis coram Burat. declaratur, & aliæ decis. ibi adductæ num. 14.*
15 *Decis. in causa Cæsenaten. Prædii coram Ghisilerio declarantur.*
16 *Statuentes nihil possunt disponere circa forenses, siue bona sint sita in territorio, siue extra.*
17 *Statum exclusiuum fœminarum vt habeat locum, requiritur subiectio tam ratione personarum, quàm bonorum.*
19 *Statut. Ferrarien. rub. 139. lib. 3. declaratur.*
20 *Statuere in non subditos, & iurisdictionem extra territoriorum exercere, non licet.*
21 *Statutorum mutua dispositio in quibus rebus verè adscribatur.*
22 *Immissio non retardatur nisi per exceptionem dominii in continenti probatam.*

D E C I S I O CCCLXIV.

DOMINI censuerunt Comiti Iulio Cæsari dandam esse immissionem in possessione bonorum, & hæreditatis Marchioni Herculis Tassoni Ferrariæ existentium.

Quia agnatus est, & intra quartum gradum cum dicto Marchione, quod non controuertitur, cui propterea statutum Ferrarien. de successionibus ab intestato *rubr. 139. lib. 3.* defert successionem exclusis fœminis filiabus ab intestato decedentis, ibi, si autem is decedat nullis relictis filijs, vel descendentibus, vel ascendentibus masculis ex linea masculina, neque fratre, aut filijs masculis fratris, tunc agnati masculi ex linea masculina proximiores secundum gradus prærogatiuam vsque ad quartum gradum inclusiuè præferantur filiabus, & omnibus alijs fœminis cuiuscunque lineæ, & gradus ex iure autem delato per statutum loci in bonis, & hæreditate ab inte-
1 stato decendentis non denegatur immissio ex interdicto † quorum bonorum, cum illud detur contra possidentem pro hærede *l. pro hærede, ff. de petit. hæred.* & competit vocato ex statuto, vt præcisè fuit resolutum *Rauennaten. hæreditatis 14. Aprilis 1606. coram Illustriss. Card. Pamphilio, & in alia Rauennat. bonorum 22. Aprilis 1616. coram bo. me. Vbaldo.*

Non obstat; quod DD. sorores Claudia, & Beatrix Filiæ Marchionis Herculis, de cuius successione agitur, sint forenses contra quas statutum Ferrarien. nihil potest de-
2 terminare † cessante subiectione personarum, & potestate statuentium in non subditos, vt in terminis statuti Ferrarien. dicebatur respondisse Calder. *cons. 34. de testam.* cui se subscripsit Franciscus de Ramponibus Barbat. *cons. 76. lib. 3. per tot.* Anchar. *cons. 169. num. 2.* Alex. *cons. 44 lib. 5.* referens de verbo ad verbum *cons.* Cald. & Barbat.

Quia de hoc præsupposito, quod sint forenses, dubita-
3 runt Domini, nam Marchio Hercules earum † pater per habitationem Mutinæ tentam per multos annos, vel non contraxit domicilium cum sequeretur curiam sui Principis etiamsi per 30. annos habitasset Paris. *cons. 53. num. 91. lib. 3.* quia causa habitandi diuersa est ab animo domici-
4 lium † contrahendi, vt latè fuit ponderatum in *Romana beneficiatos S. Petri 30 Martij 1626. coram me*, vel eo contracto non propterea domicilium originis Ferrariæ præsumitur mutatum, sed retentum dum Marchio, & domum in Ciuitate Ferrariæ, & bona in ditione Ferrarien semper
5 † retinuerit, quæ sunt signa conseruationis domicilij, non autem desertionis Surd. *cons. 343. num. 32. & 346. nu. 12.* Menoch. *cons. 329. nu. 37.* Ceph. *cons. 451. na. 129 & 125.*
6 *lib. 4.* & cum domicilia plura † ad inuicem compatiantur, liceatque ea habere in pluribus locis *l. assumptio §. viris prudentibus ff. ad municipal. cum alijs alleg. per* Menoch. *cons. 329. nu. 36.* in fine sufficit domicilium originis ad excluden.
7 qualitatem forensitatis, † & includen. & conseruan. subiectionem etiamsi per mille annos abfuisset Marchio pater Bart. *in l. quæsitum ff. de leg. 3.* Rol. *de lucr. dot. q. 22. num. 6.* Surd. *cons. 353. nu. 20. in fin.* à quo domicilio, & subiectione non possunt DD. sorores se subtrahere, tanquam natæ Mutinæ, & sic extra ditionem Ferrarien. quia sequuntur † originem patris quoad ciuilitatem Bar. *in l.* 8
assumptio §. filius in princ. & in l. fin. §. Item rescripsit nu. 4. ff. ad municip. Bal. *cons. 334. nu. 1. lib. 4.* Rot. *dec. 279. nu. 17. & 18. 455. num. 12. coram Papa Gregor. XV.*

Sed prætereà si hæc forensitas esset attenden. attamen ex quo tam bona, quàm agnatus excludens fœminas vsque ad quartum gradum sunt in ditione Ferrarien. & sic
vtraque subiectio tam † personarum, quàm bonorum con- 9
currit, tunc quia in statuente non deficit voluntas conseruandi proprias agnationes, neque potestas disponendi, quoad bona sibi subiecta locus erit dispositioni excluden. fœminas, siue subditas, siue forenses Bar. *in l. cunctos populos nu. 32. C. de sum. Trinit. & fid. cathol.* cuius doctrinam in hac parte distincta sequuti sunt Bal. *in d. l. cunctos populos num. 91.* Anch. *in c. Canonum statuta num. 214. & 215. de const.* Felin. *in c. postulasti num. 4. de for. compet.* Brun. *in tract. de statut. art. 8. nu. 130.* Gasp. Anton. Thesaur. *q. for. lib. 2. q. 4. num. 19. 20. & 21. lib. 1.* Beret. *cons. 123. nu. 1.* Rot.. *dec. 295. & 304. par. 1. div.* vbi tota hæc materia per distinctionem casuum fuit ordinata, & postmodum Rota semper sequuta est, vt in causa Ciuitatis Castelli bonorum, quæ est 255. *coram sanct. me. Papa Greg. XV. Collen. hæreditatis 10. Iunij 1616. coram bo. me.* Buratto Narnien. *successionis 22. Martij 1628. coram D. meo Merlino*, quam allegare sufficeret, postquam tota materia hæc diligentissimè fuit discussa, & in hoc primo capite distinctio Bart. comprobata referendo Rotæ decisiones, quæ in illam vsque diem in his terminis emanauerint, quæ omnes cum sint fundatæ in ratione ineuitabili respectu bonorum subiectorum statuto, & agnatorum Ciuium Ferrarien. in quibus firmatur, & potestas, & voluntas disponentis satis patet Calder. & *seu* Franc. de Ramponibus Anchar. Alex. Barbat. minus rectè sensisse existimantes
statuentes † extra territorium nihil posse determinare, 11
quando, vt in præsenti statutum respicit personas illas excludendo à successione, sequendo Bart. doctrinam in eadem *l. cunctos populos no. 32.* in distinctione, seu declara-
tione positam; quia sicuti Bart. † in illa distinctione com- 12
muniter reicitur Pui. *dec. 341. lib. 1.* & Rota nunquam illam admisit in decisionibus supradictis 304. 155. Collen. & Narnien. ita, & sublato principali fundamento contrariam asserentium de illorum auctoritate absque ratione
non est curandum, & quamuis † *Decisio Recanaten. suc-* 13
cessionis 26. Iunij 1617. coram bo. me. Buratto., videatur admittere, quod statutum Castri Ficardi non excludat sorores Forenses de Ciuitate Recanaten. propter existentiam patrui de Castro Ficardi, attamen id contigit; quia bona ad quæ petebatur immissio, non probabantur in territorio Ficardi, & sic deficiebat altera subiectio secun-
dum terminos decisionum *Ciuitatis Castelli, & Collen. hæ-* 14
reditatis in eadem decisione allegatatum, nec erat principale fundamentum resolutionis forensitas, vel ciuilitas sororum, sed possessio propter quam petebant manutentionem, & quia vocata erant ex testamento per quod cessabat dispositio statuti prouidentis in casum intestati. Si-
militer neque contradicunt † *dec. Cesenaten. prædij 25.* 15
Martij 1629. coram me, & 15. Ianuarij præteriti coram D. meo Ghisilerio, in quibus dicitur, quod, siue bona sint in territorio, siue extra territorium, statuentes nihil possunt
determinare contra Forenses, quia semper sunt † intelli- 16
genda, & declaranda deficiente altera subiectione, nempè personarum excludentium dum allegant *decisionem Ciuitatis Castelli Collen. hæreditatis, & Narnien. successionis*, & in casu illarum decisionum prædium controuersum erat extra territorium statuentium.

Quod si replicitur nedum DD. sorores esse Forenses, sed etiam Marchionem Herculem earum patrem esse Forensem, nempe Mutinen. de cuius successione pariter statutum Ferrariæ defectu potestatis nihil potest disponere etiam hoc supposito quod tamen non probatur ex eisdem rationibus, obiectum euitatur, quia statutum Ferrariæ non se extendit ad bona Mutinensia: sed ad ea, quæ sunt sui territorij, & in quibus habet potestatem disponendi pro conseruatione familiarum suæ ditionis; quare dum agnati excludentes, sunt Ferrarienses, & bona sunt in eodem territorio, concurrit vtraque subiectio tam per-
sonarum, quàm bonorum, quæ † potens est tollere om- 17
ne impedimentum voluntati, & potentiæ statuentium, *vt in dec. 255. num. 3. coram Papa Gregor. XV.* & hanc partem sequutam fuisse *Senatum Pedem. refert.* Gaspar. Ant. Thesaur. *eod. quæst. 4. num. 21.*

Nec

Nec prædicta videntur posse euitari ex mutua statu-
torum Mutinæ, & Ferrariæ dispositione, quod idem
ius reddatur Forensibus in Ciuitate statuentium, quod
redditum proprijs Ciuibus in alijs Ciuitatibus infe-
rendo quod sicuti Filiæ fœminæ Ferrarienses agentes
Mutinæ admitterentur ad bona patris, exclusis agna-
tis, vt habetur in statuto *Mutinæ* 81. *lib.* 2. ita e-
18 tiam † debent filiæ Mutinenses admitti ad bona pa-
te na Ferrariæ exclusis agnatis Laderch. *de consimili
statuto cons.* 104. *num.* 9. *&* 10. Rim. Iun. *cons.* 501.
nu. 27. *cum alijs allegatis.*

19 Quia cum hoc in statuto Ferrarien. † *rubr.* 139. *lib.*
3. expressè prohibeatur excludendo fœminas propter a-
gnatos intra quartum gradum, argumentum quidem po-
terit desumi negatiuè, nempè sicuti fœminæ Mutinen-
ses non admittuntur ad successionem bonorum pater-
norum in territorio Ferrarien. existentium propter a-
gnatos, ita nec fœminæ Ferrarien. erunt admittendæ
ad successionem bonorum Mutinæ existentium, affir-
matiuè autem idem argumentum desumi non poterit,
20 quia hoc esset statuere † in non subditos, & iurisdi-
ctionem extra territorium extendere, quod non licet,
vt iam dictum fuit; possunt quidem statuentes Mu-
tinenses dare successionem fœminæ Forensi in bonis in-
tra illorum territorium existentibus, sed non ex eo in-
ferre, quod statuentes Ferrarien. ad idem teneantur,
propterea cum statutum *Ferrariea. rub.* 6. *lib.* 2. de-
terminet casus in quibus Forenses possunt vti statutis
Ferrariæ, & de successione ab intestato non loquatur,
sed tantum de præparatorijs, ordinatorijs, & decisorijs
21 iudiciorum, quibus hæc † statutorum mutua disposi-
tio verè adscribitur. Castr. *in l.* 1. *in fin. ff. quod quisque
iur. & cons.* 156. *in fine* Alex. *cons.* 111. *nu.* 1. *vol.* 2. Soccin.
Sen *cons.* 288. *nu.* 3. *vol.* 2. Merito cessante hac mutua
particulari dispositione, cessare debet omnis argumen-
tatio, ex communicatione desumpta.

Posita autem fœminarum exclusione cætera visa fue-
runt non obstare petitæ immissioni.

Nam & si dubitari possit, An statuta comprehendant
bona feudalia, aut emphyteutica, qualia prætenduntur
ista, quæ controuertuntur, *cap. quæ in Ecclesiarum*,
vbi Decius Card. Bero. *& alijs de constit.* & hoc defectu
potestatis eorumdem statuentium.

Attamen quia de inuestituris, aut concessionibus
adhuc non constat, prout nec etiam constat, quæ sint
detrahenda de hæreditate dicti Marchionis ad fauo-
22 rem DD. sororum, non erit impedienda immissio, †
quæ retardari non potest, nisi per exceptionem do-
mini incontinenti probandam *l. fin. C. quor. bon. vbi*
Bart. Bald. Salicet. & Osasc. latissimè comprobans,
decis. 26. *num.* 1.

Et ita &c.

¶ Infra In eadem causa adest alia decisio sub die 17. Iunij 1630. coram eodem bo. mem. Pirouano, est decisio 391.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Romana Computorum.

Die Mercurii 10. *Aprilis* 1630.

ARGVMENTVM.

Executor testamentarius, quando nequit secundum impositam formam mandata in testamento exequi, qualiter se gerere debet. Et an ad eum spectet supplere, declarare, & interpretari mentem testatoris. Item doctè declaratur quibus casibus legari non possit Fratribus Minoribus Ordinis S. Francisci, & quibus è contra.

SVMMARIVM.

1 *Testamentarij executoris munus, quale sit.*

2 *Ad executorem testamentarium spectat supplere, declarare, atque interpretari mentem testatoris, voluntatem discutere, & ipsius declaratio est omninò attendenda.*

3 *Executoris testamentarij declaratio circa voluntatem testatoris, est præcipuè attendenda, quando apparet testatorem secutum fuisse eius fidem.*

4 *Beneplacitum, iudicium, &c. relictum alicui circa aliquam rem, qualiter intelligatur.*

5 *Verbum, videtur, licet importet arbitrium boni viri, & excludat temeritatem agentis, nullam tamen imponit probationis necessitatem personæ, in quam directum est.*

Nec grauat eam ad iustificandum id, quod fecit, n. 5.

6 *Executoris testamentarij declarationi circa mentem testatoris est standum, ac si esset à testatore facta.*

7 *Fratres de obseruantia Ordinis S. Francisci videntur incapaces omnis successionis, & legatorum, & num.* 12.

8 *Clem. exijt, & clem. exiui. de verb. signif. in sexto, declarantur & nu.* 24.

9 *Fratres Minores Ordinis S. Francisci, tam de familia quàm reformati, sunt capaces legatorum, quæ vnica solutione, seu præstatione adimplentur, & num.* 31.

10 *Legata relicta Fratribus Minoribus Ordinis S. Francisci tenent, si modo licito, & iuxta eorum Constitutiones fiant*

11 *Legata relicta Fratribus Minoribus Ordinis S. Francisci, valent, si quantitas legatorum non sit ingens, & immoderata, quæ sapiat thesaurizationem, & inde violetur votiua paupertas.*

13 *Fratribus minoribus Ordinis S. Francisci, si legatum fiat, ex quo non excluditur eorum mendicitas, tenet.*

14 *Legata Fratribus Minoribus S. Francisci relicta valent, si sint quædam eleemosynæ, quæ nullum tribuunt dominium, proprietatem, aut possessionem.*

Et ista legata non repugnent eorum statui, nec tollunt quin Fratres Diuinæ nitantur prouidentiæ. num. 14.

Legatum est quædam donatio num. 14.

15 *Fratres Minores Ordinis S. Francisci non sunt capaces annuorum redituum perpetuorum, etiamsi illa relinquantur adiecto perpetuo onere celebrationis Missarum. vide contrarium nu.* 20.

16 *Paupertati Minorum Ordinis S. Francisci nihil tam repugnat, quàm redditus annui, qui sunt certi, & determinati.*

17 *Per quorum possessionem in perpetuum prouideretur dd. Fratrum necessitati, & penitus excluderetur paupertas, vel in ea certè mentirentur, quod absonum esset.*

18 *Fratrum Minores Ordinis S. Francisci si reciperent annua legata, etiam pro missis, & anniuersariis celebrandis, tractu temporis non solum mendicitatem desererent, sed apertè ditescerent.*

19 *Legata relicta fratribus Minoribus à modo capiunt substantiam.*

21 *Syluest. in summa in verb. legatum il* 2. *sub n.* 4. *refutatur.*

22 *Fratres Minores sunt incapaces non solum annui redditus non perpetui, sed etiam ad tempus.*

23 *Feder. de Sen. Opinio in cons.* 12. *temperatur.*

25 *Fratres Minores sunt incapaces cuiuscumque annuì redditus, etiam exigui.*

26 *Fratres Minores abstinere se debent à quibuscumque annuis redditibus.*

27 *Legatum factum annui redditus fratribus minoribus, seu potius eius Ecclesiæ, & Sacristiæ substinetur. & num.* 29.

28 *Mendicitas fratrum Minorum in eo, versatur, vt quotidie ex pietate Christi fidelium alimenta mendicent.*

Alimentorum nomine veniunt solum corpori necessaria, vt potus, habitatio, vestes, num. 28.

Ex legato relicto Ecclesiæ, seu Sacristiæ fratrum Minorum non infringitur, nec tollitur eorum mendicitas. num. 28.

30 *Ecclesia aliud est, & aliud Monasterium.*

32 *Sacrificiorum oblatio pro Defunctorum animis, commendabilis est.*

33 *Legata relicta fratribus Minoribus pro cultu Diuino, tenent.*

34 *Legatum est irritum, & inane, si in hæreditate non reperiantur ea, quæ à testatore destinata sunt pro solutione legati. vide num.* 35. 37. *& num.* 40.

36 *Legatum non deficit, quando adest eius substantia licet demonstratio, & designatio adiecta solutioni legati sit falsa*

38 *Legati solutio, si sit adiecta causa taxationis, & limitationis, si pecuniæ illæ non reperiantur, corruit legatum.*

39 *Testatoris voluntas etiam tacita, & coniecturis elicita prædominatur verbis, & est attendenda.*

41 *Missarum sacrificia omninò celebrari debent in Ecclesia, vbi testator sepultus est, si id præcisè disposuerit.*

42 *Pecunias habens destinatus emptioni alicuius rei, stante hac destinatione emptio habetur pro perfecta.*

43 *Exe-*

43 *Executor testamentarius in dubio arbitrari debet fauore piæ causæ, & animæ defuncti.*

44 *Testatoris voluntas, tamquam lex est seruanda.*

45 *Fratribus Minoribus de obseruantia non sunt prohibita legata relicta pro emendis libris, & pro studio, etiam si legentur annui redditus.*

46 *Testator si disposuerit, quod aliquis præesset super aliquo negotio, executor testamentarius non tenetur ab illo cautionem exigere, si testator id non requisiuerit.*

47 *Fratres Minores de Obseruantia Ordinis S. Francisci sunt incapaces cuiuscumque iuris, & obligationis ciuilis.*

48 *Fideiussoris locupletissimi loco est integritas insignis alicuius apud aliquos.*

49 *Operi publico inscribi nomen eius, cuius pecunijs id factum est, licet.*

50 *Munificentia eius, qui legauit municipio est inscriptione notanda.*

51 *Inscriptiones, dummodo nihil contineant, quod à veritate sit alienum, permissæ sunt.*

52 *Voluntatis diuisio fieri non debeo.*

DECISIO CCCLXXV.

DOMINVS Petrus Ioannes Albertus à Petro Elia in testamento executor supremæ eius voluntatis decretus, postquam demandatam executionem ex voto testatoris impleuisse se arbitratus est, ad reddendam rationem testamentariæ administrationis paratum se exhibuit; super qua rationum editione suborta controuersia inter Syndicum Ecclesiæ S. Mariæ de Monteferrato hæredis institutæ, & D. Albertum executorem, causa fuit coram Auditore Cameræ introducta, cui placuit me proponente Rotam consulere, An constet de legitima computorum redditione quo ad tres partitas.

Primò quo ad scuta ducenta soluta Oeconomo sancti Petri ad Montem Aureum.

Secundò quo ad scuta centum nonaginta septem soluta pro impressione libri Fratris Angeli del Paz.

Tertiò quo ad expensas inscriptionis in Elogium testatoris.

Et hodie quo ad omnes affirmatiuè resolutum fuit.

Quod enim attinet ad primam, nempe ad solutionem scutorum ducentorum factam Oeconomo S. Petri ad Montem Aureum, in dubium non videtur posse reuocari, quin dicta scuta rectè fuerint soluta, quoniam Petrus Elias testator disertis verbis mandauit, vt pro cultu diuino in honorem Venerabilis Fratris Angeli del Paz, ad eiusdem sepulchrum situm in Ecclesia S. Petri ad Montem Aureum perpetuò accensa lampas arderes, ad quem effectum legauit vnum ex locis montium in sua hæreditate reperiendum, & consignandum Oeconomo dictæ Ecclesiæ, & alium ex dictis locis montium legauit eidem Ecclesiæ, ad hoc vt tot missarum sacrificia in propitiationem, & suffragium animæ ipsius, & pro requie benefactorum Deo offerrentur. Vnde D. Albertus ad exequendam voluntatem testatoris assumptus, rectè, & iustè soluit scuta ducenta, cum loca montium in hæreditate nulla extarent, & sic quo ad fieri potuit iussa testatoris impleuit, & vt conseruaretur suprema eius voluntas omni meliori modo curauit. Hoc
1 enim est munus † testamentarij executoris, qui, dum nequit secundum impositam formam mandata in testamento exequi, debet secundum id, quod scit, vel præsumit, & speculatur voluisse testatorem, & secundum Legum, & Canonum sanctiones eiusdem testatoris licitam voluntatem ad effectum perducere *ad l. nulli. C. de Episc. & Cleric. c. Ioannes c. tua nobis cap. nos quidem de testam.* & tradit Io. de Canib. *in tract. de execut. vltim. volunt. par. 2. §. 1. num. 21. & seqq.* Gregor Tholosan. *Sintagm. iur. par. 3. lib 42. num. 9.* Spin. *de testam. glos.*
2 *28. num. 2. 18. & 29.* Et ad ipsum executorem † spectat supplere, declarare, atque interpretari mentem testatoris, & voluntatem excurere, & ipsius declaratio est omninò attendenda. Bald. *cons. 259. lib. 4. & cons. 468 nu. 3. vers. super qua etiam executore lib. 1.* Ancar. *cons. 329. num. 2. in fin. & 3.* Simon. de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib. 1. solut. 7. per tot.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt lib. 3. tit. 5. num* 20. Præsertim verò quando apparet
quod testator † expressè fidem executoris secutus est, vt 3
in casu præsenti, vbi testator iussit post solutionem æris alieni, & legatorum, residuum hæreditatis ab Ecclesia B. Mariæ de Monteferrato hærede scripta distribui in pia opera bene executoribus visa, & in specie declarauit, *quod omnia fierent cum consensu, & voluntate Alberti, quia ipse solus sciebat eius mentem, & intentionem:* ex quibus verbis desumi potest amplissima auctoritas Alberto concessa, itaut ex arbitrio, & voto ipsius fue-
rit omninò adimplenda voluntas defuncti, † dummo- 4
do rationabiliter impleretur: hoc enim important beneplacitum, iudicium, & voluntas Alberti à testatore exigita *ad trad. per* Bart. *in extrauag. ad reprimendum in verbo videbitur num. 4.* Coro. *cons. 92. num. 11. & seqq. lib. 2.* Menoch. *de arbitr. iud. lib. 1. quæst. 7. num. 1. & q. 8. num. 10.* & benè in his terminis Capr. *de executor. vlt. volunt. membr. 6. num. 145. & 146.* Borgnin. *decis. 40. numer. 12. & 13. par. 5.* Immo ipsi satest dicere soluisse dicta scuta ducenta, quia ita benè sibi visum fuit, ver-
bum † enim, *videtur*, licet importet arbitrium boni viri, 5
& excludat temeritatem agentis, nullam tamen imponit probationis necessitatem personæ, in quam directum est, nec grauat ad iustificandum id, quod gessit, vt benè docuit Io. Andr. *in cap. 1n. numer. 2. in med. verb. malitiæ de iuram. calumn.* quem sequitur Afflict. *dec. is. 91. num. 7. vers. sed posito.* Castill. *dec. 8. num. 3. & seqq.* & consequenter implementum, & executio mediante solutione
scutor. ducentorum ab † Alberto perfecta nullo modo im- 6
pugnari potest, sed quod ipse declarauit, haberi debet, ac si fuerit à testatore declaratum iuxta tradit. per Capr. *vbi supr. n. 149.*

Nec est ambigendum, quin voluntas Petri licita & valida fuerit, quo ad dictum legatum factum Oeconomo Ecclesiæ S. Petri ad montem Aureum pro lampade in honorem Patris Angeli del Paz, & pro missis in suffragium animæ suæ, licet Fratres Ecclesiæ S Petri in Monte Aureo, tanquam de Obseruantia Ordinis S. Fran-
cisci, † videantur incapaces omnis successionis, & le- 7
gatorum ex Constitutione Nicolai III. in *cap. exiit §. insuper de verb. signif. in 6.* & Clementis V. *in cle. exiui de Paradiso eod. tit. & ex* Sacri Concil. Trident. *dispositione*, quod hanc incapacitatem solum reseruauit Patribus Capuccinis, & Minoribus de Obseruantia, vt in *sess. 25. cap. 3.*

Quoniam visum fuit Dominis in proposito casu non
applicari dictas † Constitutiones *in cap. exiit, & clem. exi-* 8
ui, & non obstare validitati prædicti Legati, pro quarum Constitutionum intelligentia, cum multa inculcarentur ab informantibus congruum putarunt Domini aliquas firmare conclusiones.

Prima est conclusio, quod Fratres † Minores Ordinis 9
S. Francisci tam de familia, quàm Reformati sunt capaces legatorum, quæ nunc solutione, seu præstatione adimplentur, tam in pecunia numerata, quàm in alijs speciebus, vt puta frumenti, vini, olei, & stabilium, dummodo tamen duo copulatiuè concurrant: Primò
quod † legatum fiat modo licito, atque ipsis Fratribus 10
iuxta eorum Constitutiones permisso, hoc est, vt in eorum necessitates conuertatur, vel nullus explicetur vsus, sed absolutè illis legetur: quo casu præsumitur legatum eo modo, qui ad Legati valorem necessarius est: non autem fiat modo illicito, & illis prohibito, vt puta si legentur bona stabilia ad excolendum, vel locandum, tunc enim cum legatum capiat substantiam à modo (siquidem Fratres Minores ex se, non sunt rei immobilis relictæ capaces, sed ratione solius modi illis liciti capaces redeuntur) vtique legatum corruit, nec etiam æsti-
matio debetur. Secundò † quod Legati quantitas non 11
sit ingens, & immoderata, quæ sapiat thesaurizationem, & inde violetur votiua paupertas, & videatur fieri in fraudem, hoc est relinqui hæreditatem sub nomine legati; sed modica, & suppetens ad solam necessitatem, vel executionem officiorum sui Ordinis, quod relinquitur arbitrio Superioris attenta personarum, & temporum qualitate, & conditione locorum, atque alijs cir-
cumstantijs, ita † ad normam Regulæ S. Francisci san- 12
xerunt Summi Pontifices Nicolaus III. in *d. cap. exiit*, & Clemens V. *in d. clem. exiui de verb. signific.* & tradunt Bart. *in tract. Minor. lib. 2. distinct. 1. num. 1. & seqq.* Bald. *in auth*

in auth. ingressi numer.59. C. de sacrosanct. Eccles. Card.
Zabarell. in d. clem. exiui §. proinde numer.11. & ibidem
Anchar. num.13. & 15. Butr. in cap. in præsentia num.25. vbi
& Felin. num.52. ad fin. de probat. Gabr. concl.1. numer.4.
de legat. Nauar. consi.8. num.1. & 2. de testam. Peregr. de
Iur. fisc. lib.3. tit.14. numer.2. & conclus.10. & 11. Me-
noch. consi.1014. numer.41. & seqq. vsque ad fin. Roder.
de regular. tom.2. q.127. art.1. per tot. Corduba super
reg. S. Francisci cap.6. q.8. super 2. puncto Hieronym. à
Politio Capuccin. super dicta reg. cap.6. numer.62. & 72.
benè Sanchez super Decal. lib.7. q.26. à numer.10. ad 19.
& numer.28. Nec deficit ratio, quoniam per receptio-
13 nem huiusmodi † legatorum non prouidetur totali neces-
sitati Fratrum, nec excluditur mendicitas, itaut præca-
rio, & ostiatim sibi quærere victum non cogantur, vt
præcipitur in cap.1. de relig. domib. in 6. cap. nimis il 2.
de excessib. prælat. sed hæc legata sunt quædam eleemo-
synæ, quæ nullum tribuunt dominium, proprietatem,
14 aut possessionem, † quæ repugnent eorum statui, nec
tollunt, quin Fratres diuinæ innitantur prouidentiæ:
& quemadmodum Fratres sunt capaces donationis sub
modo licito, ita etiam legati, quod est quædam donatio §.
legatum in instit. de legat. Sanchez super Decal. d. lib.7. cap.26.
num.10. Sanctes Capuccinus super regula sancti Francisci
cap.6. fol 305.

15 Secunda est conclusio, quod Fratres Minores non †
sunt capaces annuorum redditunm perpetuorum, etiam-
si illa relinquantur adiecto onere perpetuo celebratio-
nis missarum, ita videtur decidere textus in d. clem.
exiui vers. Cumque annui redditus de verb. signif. in 6.
& idem voluit gloss. in c. quorundam verb. mendicantium
de elect. in 6. & in c.1. de relig. domib. eod. lib. Abb. in
cap. nimis il 2. sub num.2. & ibidem Io. Andr. Anchar.
num.2. de excess. prælat. Geminian. consi.40. nu.4. & seqq.
quod est etiam inter consi. Fulgos.104. Bald. in d. auth.
ingressi num.59. C. de sacros. eccles. Bart. in l. legatum num.
2. ff. de capit. diminut. Zabarell. in d. clem. exiui d. §. cumque
annui per tot. Federic. de Sen. consi.12. num.4. & 5. Nauar.
consi.8 num.3. & seqq. ac de testam. Polit. Capuccin. super
reg. S. Francisci c.6. num 59. vbi testatur Capuccinos non
admittere huiusmodi legata. Sanctes Thesaur. Ca-
puccin. super dicta reg. cap.6. Sanch. super Decal. d. cap.26.
num 34. Quæ quidem conclusio illa potissimum ratione
16 subnititur, quia nihil est † quod magis arctissimæ pau-
pertati Minorum repugnet, quàm redditus annui, qui
sunt certi, & determinati, & sapiunt nimiam proprieta-
tem, atque inter immobilia connumerantur in d. clem.
exiui §. cumque annui. Et ibidem notant Doctores, &
latè in his terminis Borell. consi.17. num.23. per quorum
17 † possessionem in perpetuum prouideretur Fratum ne-
cessitati, & penitus excluderetur mendicitas, vel in ea
certè mentirentur, quod est absonum, vt ex l. si quis C.
de censib. & censit. lib.11. deducit in proposito Bald. in d.
authen. ingressi, num.60. ad fin. C. de sacrosan. eccles. Sique
18 Fratres † reciperent huiusmodi annua legata, & obliga-
tiones perpetuas, etiam pro Missis, & Anniuersarijs ce-
lebrandis, tractu temporis nedum mendicitatem desere-
rent, sed conflatis pluribus annnis redditibus, qui supe-
rabundarent ad alimenta, & vitæ sustentationem apertè
ditescerent, quod esset magnum absurdum eorum statui
repugnans, vt perpendit Nauar. d. consi.8. num 6. & San-
ctes Tesaur. Capucc. super. reg. S. Francisci cap.6. fol. 308.
Qui amplius asserit, super hoc emanasse Constitutionem
Leonis X. prohibentem receptionem huiusmodi legato-
rum, & demum modus similis legati, vt quotannis aliquid
soluatur, sempre secundum eorum Constitutiones est illi-
19 citus, † à modo autem capere substantiam legata facta Mi-
norib. dixit Bald. dicta authen. ingressi, nu.59. Sanchez su-
per Decal. d. lib.7. cap.26. nu.28.

20 Et quamuis ab hac opinione, quo † ad anniuersaria
perpetua relicta Minoribus in stipendium missarium, &
diuinorum officiorum celebrandorum dissentire videa-
tur Siluest. in summa verb. legatum il 2. sub num.4. vers.
Tertium Petrus, quem sequitur Roder. quæst. regul. tom.
2. q.127 art.4. & Fr. Thomas à Iesu Maria Discalceatus
Carmelit. in exposit. reg. S. Francisci par.5. cap.3. vers. pos-
sunt præterea. Attamen etiam quo ad ista anniuersaria
bene procedit supra firmata conclusio, & militant præ-
allegatæ rationes, annuusque redditus, ex eo quod sit
debitus intuitu Missarum, non desinit esse annuus reddi-
tus, qui semper Minoribus est interdictus, & sententiam
† Siluestri, atque aliorum doctè reprobat Sanchez d. c.26. 21
num.42. contra quam refert per duo Capitula Generalia,
ita, fuisse definitum, & Capitulares Ordinationes testa-
tur se vidisse Surd. de aliment. tit.3 q.4. nu.13. Addens quod
in vim huiusmodi Ordinationum Guardianus, vel alius
Prælatus protestari debet, quod non intendit legatum ac-
ceptare, immò absolutè repudiat, & concordat Corduba su-
per reg. S. Francisci c.6. q.11. art.4. vers. Si vero legatum. Nec
aduersantur Federic. de Sen. consi.12. Abb. consi.63. lib.2. Za-
barell. in clemen. exiui §. cumque annui. de verb. signif. Me-
noch. consi.1014. num.44. & alij. Quoniam Federic. de Sen.
& Abb. quorum dicto cæteri innituntur, firmant quod
Fratres † Minores sunt capaces annui redditus non per- 22
petui, sed ad tempus vt putà ad vitam vnius Fratris ma-
ximè annosi, vt inquit Abb. Et hæc opinio Federici † tem- 23
peranda est, vt procedat solum, quando legatum annuum
continet præstationem modicæ, seu minimæ quantitatis,
& est ad modicum tempus, quod reputatur decennium,
vel minus, ita declarat Abb. d. consi.63. sub numer.6 vers.
sed ego hanc opinionem sequor. Hieron. à Polit. super reg.
S. Francisci c.6. numer.68. ad fin. vers. Ego vero credo. Cor-
dub. super d. regula c.6. q.11. punct.3. ad fin. vbi quod li-
cet huiusmodi opinio in rigore literæ possit videri contra
clem. exiui; tamen † in sensu æquitatis non est contra 24
eam Sorbus in compend. priuil. Mead. c. verb. legata in suis
annotat. vers. Modicum autem tempus, & cum hoc
temperamento opinionem Federic de Sen. & Abb. vide-
tur etiam amplecti Sanch. d. c.36. ad fin. Immò, quod Mi-
nores † sint incapaces cuiuscunque annui redditus etiam 25
exigui, tenet Gemin. consi.40. quod est inter consi. Fulgos.
104. Dec. in cap. in præsentia n.273. de prob. Tiraq. in tract.
de iudic. in reb. exig. num.158. vers. quinquagesimo quinto.
Quemad. diuers. quæst. iur. c.22. num.39. Socin. de oblat. li-
bell.8. num.35. & seqq. In quam sententiam videtur etiam
inclinare Bart. in tract. Minoricar. lib 2. dist.6. cap.3. vbi
monet Fratres, † vt ab huiusmodi legatis penitus ab- 26
stineant.

Tertia est conclusio, quod legatum annui redditus per-
petui factum Fratribus, seu potius Ecclesiæ, & Sa-
cristiæ Fratrum Minorum, non ad ipsorum victum, † 27
sed ad certum diuini cultus vsum, vt ad frumentum,
vel vinum, necessaria materiæ consecrationis, oleum
pro lampadibus, ornamenta altarium, calicesque omni-
nò sustinetur, vt apertè docuit Feder. de Sen. consi.12. nu.4.
& ibi addens Butr. in cap. in præsentia numer.25. de probat.
Abb. consi.63. num.4. lib.2. Card. Zabarell. in clem. exiui. nu.
13. vbi Anchar. num.13. & 25. de verb. signif. Bald. in au-
thent. ingressi numer.59. C. de sacros. eccles. Anan. consi.30.
num.3. & seqq. Menoch. consi.1014. num.36. & 37. Corduba
in reg. S. Francisci c.6. q.11. puncto 3. Roder. quæst. regular.
tom.2. q.127 art.5. Sanchez, qui alios congerit super Decal.
lib.7. c.26. num.42. Frater Thomas à Iesu Maria super reg.
S. Francisci p.5. c.3. col.3. vers. Sed an fieri possit. Fr. Hie-
ron. Polit. Capuccin. super d. reg. c.7. num.70. Et est ratio,
quia legatum non concernit commoditates Fratrum,
sed diuinum cultum, nec aduersatur eorum paupertati:
Siquidem cum mendicitas † Fratrum Minorum in eo ver- 28
setur, vt quotidie ex pietate Christi fidelium alimenta
mendicent, quorum nomine veniunt solum corpori ne-
cessaria, vt eorum potus, habitatio, vestes, l. legatis
ff. de aliment. & cibar. legat. l. verbo victus ff. de verb. signif.
vtique huiusmodi legato non infringitur, nec tollitur hæc
eorum mendicitas, vtpotè quod non in alimenta, seu
victum, & vestitum ipsorum cedere debeat. Sed † in 29
necessaria cultui diuino, vt benè ratiocinatur Bar. in
tract. Minoric. lib.1. num.18. Abb. d. consi.63. num.2. & alij
supra allegati, & præsertim Sanch. d. c.26. num.42. & ta-
le legatum nullibi reperitur prohibitum, quod non dici-
tur Fratribus relictum, sed sacris ædibus, & Templis, at-
que † aliud est Ecclesia, aliud Monasterium, vt per Sil- 30
uestr. in verbo legatum il 2. num.4. Nauar. consi.9. de testa-
ment. Roderic. quæst. Regular. cap.127. art.5. Ex quo ma-
lè sensisse videtur Azor. institut. moral. lib.12. cap.25.
quæst.15. negans sustineri similе legatum, qui reprobatur
per Sanchez vbi supra nu.42.

Ex quibus conclusionibus Domini inferebant in ca-
su præsenti, legatum factum à Pietro Elia esse vali-
dum, & rectè fuisse persolutum ab Alberto Exequutore.
Quoniam, quo ad scuta centum pro celebratione Mis-
sarum, prima conclusio benè applicatur circa legata,
quæ vnica præstatione adimplentur, † quorum Fratres 31
Mino-

Minores sunt capaces, & conferunt tradita in *c. animæ &
32 cap. abeuntibus 13. q. 2.* vbi sacrificiorum † oblatio pro de-
functorum animis commendatur: Quo verò ad alia scuta
centum pro manutenenda lampade in honorem P.
33 Angeli del Paz, intrat tertia conclusio quoad † legata
respicientia cultum diuinum, & Menoch. *cons.* 1014. *num.*
37 præcisè loquitur de simili legato pro lampade, atque
alij pro dicta conclusione allegati, quòd Fratribus legata-
rijs omninò debetur.

Non obstat modò quod hæc duo legata, alterum nempè
pro lampade accenia, alterum pro celebratione Missarum
34 † irrita sint, & nulla, quia in hæreditate non fuerunt re-
perta loca montium destinata à testatore pro solutione le-
gatorum, & consequenter legata videntur effecta fuisse ca-
duca *ad l. si sic §. si mihi ff. de legat. 1. cum concordant.*

Quoniam quo ad legatum pro lampadis conseruatione,
Domini non dubitarunt, quin fuerit omninò soluen-
dum, licet loca montium non fuerint reperta in hæredita-
te: Siquidem testator primo legauit absolutè, & per ora-
35 tionem perfectam, & deindè separatim mandauit † lega-
tum solui ex locis montium; vndè loca montium non di-
cuntur adiecta taxatiuè, sed demonstratiuè, adeò vt licet
illa non fuerint inuenta, legatum sit præstandum ex re-
liqua hæreditate *iuxta l. quidam testamento ff. de legat. 1.* &
benè distinguendo tradit Castren. *cons.* 338. *num.* 3. *lib.* 1.
Alex. *cons.* 216. *num* 3. *lib* 7. Bero. *cons* 17. *num.* 23. *lib.* 1. Si-
mon de Pret. *con.* 117. *nu.* 14. Gabr. *cons.* 105. *nu* 9. *lib.* 2.; Ma-
nent. *cons.* 6. *num.* 14. *& seqq lib.* 1. Rot. *decis.* 662. *nu.* 1. *par.*
1. *diuers. cum alijs*. Legatum enim huiusmodi non consi-
stit in locis montium, sed in præstatione illa quantitatis in
36 genere, nec deficit † substantia legati licet demonstratio, &
designatio adiecta executioni eiusdem sit falsa Bart. *in d. l.
quidam testamento in princ. ff. de leg.* 1. Bald. *in l. sic legatum,
§. si mihi*, vbi etiam ad *num.* 1 *ff. eod.* Beret. *cons.* 91. *num* 4.
& seqq Gabr. *d. cto cons.* 105. *num.* 1 *& seqq.* licet secus es-
set si eadem oratione, & vnico verborum contextu conti-
neretur legatum, & vnde vel ex quibus pecunijs debeat il-
37 lud solui, & † sic appareret testatorem non habuisse pro
distinctis rem legatam, & solutionem eiusdem, ad quem
effectum considerat Castrensis vnitatem, vel duplicita-
tem orationis, vt scitè ponderat Laderch. *cons.* 159. *per
38 tot.* Tunc enim, quia solutio dicitur adiecta causa †
taxationis, & limitationis, si pecuniæ illæ non reperian-
tur, corruit legatum, vt docent præallegati Doctores, &
bene Rota *decis.* 11. *num* 8. & 9. *de testam. in antiq.* Cardin.
Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 9. *tit.* 3. *num.* 20. Meno-
ch. *cons.* 1163. *num* 15. & 16. plenè Laderch. *d. cons.* 159. *per
tot.* & Modern Mantuan. *controu. forens. c.* 336. *n.* 11. & 12.

Quo verò ad legatum pro missarum sacrificijs in propi-
tiationem animæ suæ Deo offerendis, illud etiam esse de-
bitum, quamuis locus montis non vacabilis in hæreditate
39 non fuerit repertus, DD. censuerunt ex coniecturata †
mente testatoris, quam voluntatem etiam tacitam, & co-
niecturis elicitam prædominari verbis, & esse attenden-
dam est certi iuris, *l. licet Imperator ff. de l. 1. l. cum propone-
batur, ff. de leg* 2. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 3. *n.*
a. & 10. Honded. *cons.* 69. *num.* 7. *lib* 1.

Hæcque voluntas testatoris, vt dictum legatum omni-
nò præstetur à Dominis desumebatur: Tum ex eo quia
idem testator noluit hæreditatem suam deferri Ecclesiæ
40 Sanctæ Mariæ, nisi postquam † fuerint soluta legata,
quæ habuit pro seclusis, & separatis ab hæreditate, &
controuersia præstandis, stantibus illis verbis *solutis le-
gatis, &c. residuum hæreditatis distribuatur ad l. præ-
dijs l. O filius ff. de legat.* 3. Cuman. *cons.* 115. *numer.* 1.
Paris. *cons.* 74. *num.* 61. *lib.* 3. Missarum sacrificia præci-
41 sè † iussit celebrari in Ecclesiæ, in qua sepeliri voluit,
vtpote prædilecta iuxta tradita per Abb. *cons.* 99. *sub nu.*
5. *par* 2. Cardin. Cauaier. *decis.* 494. *numer.* 3. & 4. si-
gnum patens enixæ voluntatis ipsius circa legati præ-
stationem: tum etiam quia, cum idem testator habe-
ret pecunias super bancho destinatas emptioni locorum
montium, quod facto declararunt Exequutores ero-
gando statim huiusmodi pecunias in dictam emptio-
42 nem, † stante hac destinatione emptio habenda fuit pro
facta ad tradita per Becc. *consil.* 60 *numer.* 32. Surd. *con-
sil* 195. *num* 2. & 3. *consil* a 39. *num.* 4. Quæ certiora etiam
euadere videbantur attenta amplissima facultate Alber-
ti Exequutoris, bona fide, atque obligatione eiusdem,
43 & fauore causæ piæ, † & animæ defuncti, in cuius fa-
uorem in dubio Exequutor arbitrari tenebatur, vt tradit

Capra *de executor. vltim. volunt. membr.* 6. *numer.* 146.
Quoad secundam partitam; de qua in dubio, nempe scu-
ta 197. soluta pro impressione libri fratris Angeli del Paz,
habendam esse illius rationem, Domini etiam respon-
derunt, quoniam aperta est testatoris voluntas, † quam 44
pro lege seruandam esse, decernit lex omnium vetustis-
sima, & quæ primo Romanis constituit Rempubli-
cam, nempe XII. Tabularum, vt inquit Iustinianus
in. Nouella de Nupt. Et iustè pro huiusmodi impressio-
ne soluta fuerunt dicta scuta Reu. P. Lucæ Wadingi de
obseruantia, qui ex præcepto testatoris dictæ impressio-
ni præesse debebat: neque id repugnat statui mendicita-
tis, cum in ipsius vsum conuerti non debeant, sed vt ty-
pis mandentur opera dicti Fratris Angeli del Paz: nec si-
mile legatum est illi interdictum, quemadmodum † nec 45
prohibita sunt minoribus legata pro emendis libris, &
pro studio, etiamsi legentur annui redditus, quoniam
non pro eorum alimentis deseruiunt, sed pro litteris addi-
scendis iuxta *glos. in clem. dudum verb. indirectè, de sepultur.*
Menoch. *cons.* 1014. *num.* 38. Sanchez *super decalog. dict. lib.*
7. *cap.* 26. *num.* 45.

Incongrua autem visa fuit prætensio Syndici Sanctæ
Mariæ de Monteserrato, quod nempe Albertus Execu-
tor deberet exigere à P. Fratre Luca fideiussionem de
restituendo dicta scuta, postquam libri fuerint impressi:
tum quia cum testator nullam requisiuerit † satisdatio- 46
nem, nec illam Executor tenebatur requirere, vt est
textus in *l. liberta, §. largius, ff. de annuis leg.* & concor-
dat *l. firmio §. 1. ff. quando dies leg. ced.* Tum quia, cum
Pater Frater Lucas, tanquam Minor de Obseruantia Or-
dinis Sancti Francisci † sit incapax, cuiuscunque iuris, 47
& obligationis ciuilis, vtique non poterat interuenire fi-
deiussor, nec fideiussori promittere, & cauere de in-
demnitate *ad leg. fideiussor §. fideiussor ff. de fideiussor. cap.
penult. eod. tit.* & sic prorsus inutilis fuisset huiusmodi
petitio: tum demum quia, cum Albertus haberet no-
tam mentem defuncti, vt idem testator expresse con-
fessus est, omissa satisdationis exactio ab Albertu de vo-
luntate testatoris omissa censeri debet, & in omnem ca-
sum dicti libri remanent pro cautione dictarum pecunia-
rum, † insignisque integritas Patris Fratris Lucæ Wadin- 48
gi locupletissimi fideiussoris loco fuit iure merito apud Al-
bertum.

Quoad tertiam partitam, nempe scuta 18. impensa pro
excitando lapide in Valetudinario ex pecunijs hæredita-
rijs constructo pro recipiendis infirmis in memoriam ip-
sius Petri testatoris: æquum esse Domini existimarunt,
vt de illa etiam ratio habeatur, quoniam † operi publico 49
inscribi nomen eius, cuius pecunijs id opus factum est,
licere scripsit Marcellus *Iur. Consult. in l. opus nouum ff. de
oper. public.* & Paulus *in leg. 2. ff. eod. tit.* inquit, *Qui libe-
ralitate non necessitate debiti redditus suos ad opera publica
perficienda concessit, munificentiæ suæ fructum de inscri-
ptione nominis sui operibus, si qua fecerit, capere per in-
uidiam non prohibetur*, & Imperator Valens pariter *in l.
legata C. de administr. rer. ad Ciuit. pertin. rescripsit muni-
ficentiam eius, † qui legauit municipio esse inscriptione no-* 50
tandam Alphan. *in leg. 1. num.* 120. *ff. si cert. per.* Pont. *de
potest. Proreg. tit. de diuers. process. rub. de Insignib. & arm.
num. quinto*, Caput *de regim. Reipub. in rubr. numer.* 45.
Cassan. *in Catalog. glor. mund. par. prima considerat.* 38. *con-
clus.* 13. Et huiusmodi inscriptiones, † dummodo nil con- 51
tineant, quod à veritate alienum sit, approbauit etiam
Rota *in Abulen. iurispatronat.* 16. *Iunij* 1628. *coram Re-
uerendiss. D. meo Decano*. Et eo magis in præsenti
casu inscriptio est admittenda, quia ex voluntate of-
ficialium Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Monteserrato ædi-
ficium prædictum pro recipiendis infirmis fuit perfectum,
& Dominus Albertus Executor benè conscius voluntatis
defuncti sub hac conditione consensit prædicto ædificio:
vnde qualitas inscriptionis non videtur posse reijci, cum
actus sit approbatione indiuiduus, nec † debeat fieri vo- 52
luntatis diuisio *ad l. cum in causa ff. verb. oblig. l. in hoc iudi-
cium ff. famil. erciscund.* Doct. *in l. stipulationes non diuiduntur
ff. de verb. oblig.* Crauett. *cons.* 170. *num. sexto*, Cardin. Se-
raphin. *decision* 540. *num.* 5.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Gerunden. Beneficij.

Die Lunæ 15. Aprilis 1630.

ARGVMENTM.

Descendentia ad effectum succedendi in Iure patronatus, qualiter probetur.

SVMMARIVM.

1 *Descendentia in iurepatronatus leuioribus probationibus docetur, quando controuersia est inter duos præsentatos prætendentes se esse de eodem genere fundatoris.*
2 *Descendentia, vt probetur, quid requiratur.*
3 *Probatum non potest dici aliquid per sententiam cuius contrarium apparet, per aliam sententiam definitam.*
4 *Probatio vna, contrariam probationem conquassat.*
5 *Enunciatiua vnica, etiamsi sit antiqua non probat.*
6 *Præsentatio, quæ causam dedit liti, non attenditur.*
Enunciatiuæ non probant sine adminiculis, nu. 6.

DECISIO CCCLXVI.

FVIT dictum sub die prima Martij * præteriti Intrate arbitrium ad effectum supersedendi in executione litterarum subrogationis Stephani Orti donec particulariter discuteretur, An Ioannes Hostench sit de genere Fundatoris, quo dubio hodie per me proposito, Domini negatiuè responderunt.

Nam licet dictus Ioannes Hostench probet se esse natum ex sorore quon. Gulielmi Terradæ prædecessoris, quem Ordinarius Gerunden. per sententiam diffinitiuam pronunciauerat vti ortum de genere Fundatoris fuisse in Beneficio, de quo agitur, instituendum, &
1 huiusmodi probatio quamuis † leuior, vbi non est controuersia inter duos prætendentes se esse de eodem genere fundatoris videatur sufficere iuxta Rotæ *decisionem in Valentina Beneficij de Mercato 6. Martij 1598. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio*, quam refert Garz. de Benef. *par. 7. cap. 15. num 30.* attamen cum de reuocatione prædictæ sententiæ constet ex eo, quod Archiepiscopus Tarraconensis in gradu appellationis pronunciauit dictum Gulielmum præsentatum non probasse eo modo, quo debebat, quod ipse esset de genere, & parentela fundatoris, inde non potest sumi probatio parentelæ, nec quidem generica, quæ Ioanni Hostench suffragetur: non enim constat illius matrem fuisse dicti Gulielmi
2 ex eodem patre sororem, † prout ad effectum probandi descendentiam requiri censuit, Rota *in Satrina Beneficij 18. Decembr. 1588. coram bo. me. Card. Pamphilio.* Neque docetur quod huiusmodi sententia Ordinarij Gerunden. fuerit per aliam sententiam reuocatoriam eius, quam protulit Tarraconen. confirmata. Vnde non po-
3 test dici ex † prima sententia id probatum esse, cuius contrarium apparet per aliam sententiam fuisse definitum, Salicet. *in l. eos, num. 4. & seqq. C. de appellat.* & de communi attestatur Præposit. *in rubr. num. 83. de appellation.* Rot. *decis. 174. nu. 5. ante fin. versic. Quia*
4 *etiam part. 2. in recent.* Et facit etiam quod dicitur † de vna probatione, quæ contraria probatione conquassatur, vt post Bart. *tradit* Surd. *consil. 135. nu. 94. lib. 1. quem* Rota *probauit in Bargen. Abbatiæ de Salas* 20. *Nouemb. 1615. coram bo. me. Vbaldo.*

Non etiam suffragatur præsentatio facta de persona di-
5 cti Gulielmi, tanquam de genere fundatoris, quia † est vnica enunciatiua instrumenti, quæ etiam in antiquis non probat descendentiam, Bal. *in cap. series num. 3. de testibus*, Rota *in dicta Sutrina Beneficij 18. Decembris 1588. coram bo. me. Card. Pamphilio, & in alijs causis relatis in Regien. Capellaniæ 17. Nouembris 1623. coram bon. mem. Baratto.* Ac præterea cum illa præsentatio liti † 6
causam dederit, eo ipso tollit adminicula, sine quibus enunciatiuæ non probant, Riminald. Iun. *cons. 12. nu. 12.* Achil. *decis. 7. in fin. de Iurepatr.* Rota *decis. 130. sub num. 2. part. 2. diuersor. & decis. 176. num. 5. part. 1. in recent.* & coram Gregor. XV. sanct. mem. *decis. 172. num. 3. cum seqq. & fuit etiam dictum in Florentina Iurispatronatus 3. Decembris 1607. coram bon. memoriæ Card. Lancellotta Iuniore, & alibi sæpius.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

* *Est decisio 358. supra in hac parte.*

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Romana Domus.

Die Veneris 19. Aprilis 1630.

ARGVMENTVM.

Concessio bonorum Ecclesiasticorum in emphyteusim, vt substineatur, quæ requirantur, & plura circa beneplacitum Apostolicum, quo ad dictam concessionem.

SVMMARIVM.

1 *Concessio bonorum Ecclesiæ, vt substineatur requirantur copulatiuè iusta causa, & solemnitas legitima.*
2 *Conducens bona Ecclesiastica tenetur concludenter probare necessitatem, seu vtilitatem Ecclesiæ.*
3 *Pensio locationum, licet regulariter non probet verum valorem, multum tamen vrget, & verisimilem rei valoris præsumptionem inducit.*
4 *Homines non sunt fatui ad conducendum res multo pluris, quàm percipere non possunt.*
5 *Ecclesiæ vtilitas in concessione earum rerum debet esse clara, & euidens.*
6 *Capere aliquid non dicitur is, qui illud necessariò est restituturus.*
7 *Concessio, vt dicatur vtilis Ecclesiæ necesse est, vt eius conditio facta fuerit melior, & ipsa facta locupletior.*
8 *Ecclesia ad rescissionem actus inutilis agere non potest, nisi docto de inutilitate, quando exequutor, cui confirmatio d. cessionis commissa fuit, illam approbauit.*
9 *Quod procedit si exequutor seruauerit formam suæ commissionis, secus verò è contra.*
10 *Clausula vocatis vocandis, facit, vt sit procedendum iudicialiter.*
11 *Obseruantia formæ præscriptæ in concessione rerum Ecclesiæ constare debet per acta iudiciaria, quando exequutor procedit iudicialiter, & n. 12.*
13 *Beneplacitum Papæ in concessione rerum Ecclesiæ, operatur, vt aliæ solemnitates non requirantur.*
14 *Beneplacitum Apostolicum in forma commissaria, si dicta commissio non seruetur, beneplacitum non suffragatur circa alienationem rerum Ecclesiæ.*
15 *Beneplacitum Apostolicum circa alienationem bonorum Ecclesiæ non suffragatur circa defectum causæ, licet suppleat solemnitates requisitas.*
16 *Beneplacitum Apostolicum circa concessionem rerum Ecclesiæ, & eius non iustificatio, non nocet, quando fuit impetratum ad cautelam.*
17 *Ecclesiæ domus concessio, solita in emphyteusim dari, valet etiam sine beneplacito Apostolico.*
19 *Domus, vt dicatur solita dari in emphyteusim, quæ requirantur, num. 19. & num. 21.*
20 *Concessio in emphyteusim pro vnica reputatur, licet*
bis

bis fuerit facta eidem personæ.
22 *Bona Ecclesiæ solita dari in emphyteusim, non possunt concedi sine beneplacito Apostolico quando solitum alteratur, & num. 23.*

DECISIO CCCLXVII.

FVIT resolutum non sustineri concessionem in emphyteusim domus, de qua agitur factam per Capitulum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ ad Rotundam de Vrbe, Iulio Pocobello ad ipsius, & personæ successiuè ab ipso nominandæ vitam.

Ratio resolutionis fuit, quia in huiusmodi rerum Eccle-
1 siasticarum concessionibus requiruntur † copulatiuè, causa iusta, necessitas scilicet, seu euidens vtilitas Ecclesiæ, & solemnitas legitima, quibus non concurrentibus eiusmodi concessiones non subsistunt *cap. 1. de rebus Eccles. non alien. in 6. clement. 1. eod. tit.* Abb. *in cap. 2. num. 10. de his quæ vi met. caus. & in cap. 1. num. 17. de restit. in integ.* Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst. 51. cap. 7. num. 17.* Couar. *variar. resolut. lib. 2. cap. 17. num. 2.* Afflict. *decis. 107.* Vincent. de Franc *decis. 33.* Seraphin. *dec. 508. num. 1. &* Rot. *dec. 430. num. 4. par. 1. recent.*

In concessione autem de qua agitur, neutrum supradictorum requisitorum concurrit, in primis enim tantum abest, vt probetur adfuisse iustam causam nimi-
2 rum necessitatem, seu vtilitatem Ecclesiæ † quæ à Iulio vti Conductore concludenter probari deberet Alexand. *cons. 160. num 5. & 6. lib. 6.* Gratian. *discept. forens. cap. 624. num. 23.* Seraph. *dec. 413. num. 3. &* Rot. *dec. 463. nu. 1. par. 1. diuers.* quinimo apparet dictam concessionem fuisse Ecclesiæ præiudicialem, & notabiliter damnosam ex quo domus concessa fuit Iulio pro annuo canone scutorum 36. dumtaxat, cum tamen ex locatione eiusdem domus percipiatur annuatim pensio scutorum 150. vt constat ex partitis formiter extractis ex libro ipsius Iulij & datis in *Summ. Capituli num. 4.* & ex instrumen-
3 to locationis *in eod. sum. num. 5.* quæ & si regulariter † non probent concludenter verum valorem, multum tamen vrgent, verisimilemque veri valoris præsumptionem inducunt Adden. ad Gregor XV. *decis. 101. num. 5.* & saltem demonstrant domum tanti potuisse locari, quia homines non solent esse fatui ad conducendum res
4 multo † pluris, quàm percipere possunt, quod Dominis visum fuit sufficere ad effectum, de quo agitur, cum inde negari non possit, quin Ecclesiæ vtilitas, quæ, vt
5 dictum est debet † esse clara, & euidens, reddatur turbida *ex doctr.* Abb. *in cap. ad aures num. 4. de reb. Ecclesiast. non alienand.* Cæs. de Graff. *decis. 4. num. 7. eod. tit. & in punct.* Rot. *decis. 607. sub num. 1. versic. sed ex facto par. 1. & decis. 65. num. 20. versic. item obiectam par. 2. diuers.*

Neque dici potest concessio vtilis Ecclesiæ, ex eo quod Iulius promisit impendere scuta mille in meliorationem domus, quia cum idem Iulius eadem scuta mille post suum obitum suis hæredibus restitui fuerit stipula-
6 tus, † & interim ipse melioramentis frui deberet nulla inde, vt ad oculum patet, resultat Ecclesiæ vtilitas *ad l. qui sic soluit, ff. de solut. l. aliud est capere, 75. ff. de verbor. signif. & l. non videtur 52. ff. de regul. iur.* cum tamen ad effectum, vt concessio vtilis Ecclesiæ di-
7 ci posset, necesse esset † vt eius conditio inde facta fuerit melior, & ipsa facta locupletior *ad l. si pupilli in prin. ff. de negoc. gest.* Archidiac. *in cap. sine exceptione propè fin. in gloss. sed non ne 12. quæst. 2.* Feder. de Sen. *consil. 249. sub nu. 2.* Fub de Ann. *cons. 38. n. 36. vol. 1.* Rebuff. *in comp. alienat. nu. 73.* Rot. *decis. 65. num. 4. & 23. par. 2. diuers.*

Non obstat quod concessio præsumatur vtilis Ecclesiæ, ex quo Exequutor cui dictæ concessionis confirmatio commissa fuit, illam approbauit, & confirmauit,
8 ita vt † Ecclesia ad illius rescissionem agere non possit nisi doceat de non vtilitate *iuxt. doct. gloss. in l. prædiorum C. de præd. minor.* Bald. *in cap. 1. num. 7. de his qui feud. dar. poss.* Luc. de Penna *in l. 3. præs. 178. C. de Apoc. lib. 10.* Alexan. *cons. 79. num. 18. lib. 1.* Dec. *cons. 142. num. 1. cum aliis apud* Seraphinum *decision. 1073. num. primo & decis. 1125. num. primo.* Quia vltra quod ex supra deductis satis videtur constare cessionem non fuisse vtilem Ecclesiæ, sed damnosam. Respondetur etiam supradictam præsumptionem non intrare, quando vt hic apparet Commissarium processisse non seruata forma
suæ † commissionis, tunc enim cum agatur de solemni- 9
tate extrinseca, qui contrahit cum Ecclesia, tenetur probare Ecclesiæ vtilitatem *gloss. in d. l. prædiorum quam ibi sequuntur* Bart. Bald. & Salicet. Natt. *cons. 631. nu. 7.* Ias. *in l. nam & postea §. si minor. num. 21. ff. de iureiur.* Menoch. *præs. 27. in fin. lib. 6. & alij allegati,* Seraph. *in d. decis. 1073.*

Quod autem in casu nostro solemnitas præscripta seruata non fuerit patet, quia Papa voluit Commissarium ad confirmationem dictæ concessionis procedere seruata forma Constitutionis Paulinæ requirentis receptionem testium, & probationum super veritatem narratorum,
& Ecclesiæ vtilitatem, apposuitque † clausulam vocatis 10
vocandis vigore cuius procedendum erat iudicaliter Modern. *de claus. par. 1. claus. 169. nu. 5. & in punct.* Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. in rub. de caus. cogn.*
in alien facien. n. 64. & sic de obseruantia formę præscriptæ † 11
constare debuit per acta iudiciaria, *cap. quoniam contra de probat.* Ægid. *decis. 377.* Put. *decis. 140. part. 2. in non. impress.* & in similibus terminis Rot. *in Placentina decimarum 16. Februar. præteriti coram me,* cum autem
de præfata † obseruantia formæ in actis non appareat 12
eo ipso probatur inobseruantia *ad l. Titia textores, & ibi* Bart. *num. 2. ff. de leg. 1. & in punct.* Cauale. *decis. 29. alias 73. de contract. &* Rot. *in d. Placentina decimarum coram me,* & consequenter non intrat d. præsumptio.

Non obstat etiam quod fuerit impetratum beneplaci-
tum † Papæ, quod operatur vt aliæ solemnitates non 13
requirantur Abb. *cons. 41. num. 3. lib. 1.* Dec. *cons. 341.* cum beneplacitum esset in forma commissaria, & iuxta supradicta non constet Commissarium processisse ser-
uata † forma commissionis, beneplacitum ad hunc ef- 14
fectum non suffragatur ex deductis per Ferret. *cons. 248. num. 12. vol. 2.* Menoch. *de arbitr. cen. 3. cas. 201. num. 39. à Pont. in tit. qui feud. dar. poss. sub num. 146.* & in omnem casum cum non solum deficiat causa vtilitatis Ecclesiæ, sed imo probetur contrarium, vt supra deductum fuit, beneplacitum quoad habet clausulam quatenus in euidentem Ecclesiæ vtilitatem ad validitatem con-
cessionis non † sufficit, quia licet illud suppleat solemnita- 15
tes requisitas, non tamen supplet defectum causæ, Gemin. *cons. 48. num. 9.* Rodoan. *in d. tract. de reb. Eccles. quæst. 22. num. 45.* Caualer. *dec. 288. num. 6.* Seraphin. *decis. 178. num 2. par. 2. diuers.*

Non obstat tandem si dicatur quod Iulius non teneatur sequi dictum beneplacitum, eiusque non iustificatio ipsi non noceat, cum fuit impetratum ad cautelam dum-
taxat, † & quatenus eo opus esset quo casu illud non 16
debet attendi; nisi probetur opus esse, Corn. *cons. 11. num. 10.* Rot. *in Montis Regalis iurisdictionis 16. Decembr. 1615. coram Penia apud* Marchesi. *de Commiss. part. 1.*
fol. 1313. atque ita cum agatur † de domo solita conce- 17
di in emphyteusim concessionem illius etiam sine beneplacito Apostolico sustineri *cap. 1. & ibi DD. de feud.* Abb. *in cap. vt supr. de reb. Eccles. non alien.* Clar. *in §. emphyteusis quæst. 6. in prin.* Couar. *var. lib. 2. cap. 17. nu. 4.* Cæs. de Graff. *dec. 3. num. 14. dec. 14. num. 20. de reb. Eccl. non alien.* quia non est verum quod probetur hanc do-
mum fuisse solitam concedi in emphyteusim, † nam ad 18
hunc effectum requiritur quod processerint aut vnica concessio solemnis, & à principio valida ex qua illico dicitur res solita locari, ita vt vlterius non requiratur cursus temporis Ruin. *con. 135. num. 30.* Clar. *in §. feudum. q. 13. vers. nunc pro intelligentia* Seraph. *dec. 434. num.*
5. & dec. 1451. num. 2. aut duæ † concessiones effectum 19
sortitæ per spatium quadraginta annorum ita vt ex cursu temporis præsumatur solemnitas, Ruin. & Clar. *vbi supr.* Seraphin. *dec. 1490. num. 4. &* Rot. *dec. 160. num. 2. par. 2. diuers.* in præsenti autem non probatur vnica concessio à principio solemnis, & valida ex supradictis. Deinde, neque duæ concessiones effectuatæ per 40. annos illæ enim, duæ, quæ allegantur, videlicet de anno 1530. & 1534. vna est Apothecæ, altera domus, & sic vnica tan-
tum adest concessio † respectu diuersorum corporum, 20
quæ etiam ex eo pro vnica reputantur, quod ambæ factæ fuerunt eiusdem personis, Seraphin. *d. decis. 1490. num 6.* quæ vnica concessio non potest dici solemnis ex obseruantia 30. annorum ad effectum, † de quo agitur, at

dum de solemnitatibus positiuè non constat ex deductis per Seraph. *in d.decis.434. circa fin.& in dec.145. n.3.& tandem d. decis.*1490. *num.4.*

Et cessat omnis difficultas, quia supradicta conclusio, quod solita concedi in emphyteusim possit absque bene-
22 placito Apostolico † iterum concedi, non procedit quando solitum alteratur, Curt. Iun. *de feud. part.2. q.6.dec. in auth. qui rem. num.22. et ibi* Cagnol. *num.58. C. de sacros. Eccles.* Clar. *in d.§. emphyteusis, q.6. versic. secus tamen, et in §. fundum quaest.13. vers. secus tamen,* Rip. *respons.2. num.17. et 18 sub tit. de iur. emphyt. late* Vrsill. ad Afflict. *decis.305. num.8.* in casu autem nostro solitum fuit
23 alteratum, quia † domus solita concedi ad generationem, concessa fuit ad nominationem, Seraph. *d. decis.* 1490 *num.7.*

Plura alia hinc inde fuerunt deducta, quæ visa fuerunt Dominis non egere particulari discussione, quia in supradictis solum stabat difficultas, ad eaque omnia alia reducebantur.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Perusina Fideicommissi de Cincijs.

Die Veneris 16. Nouembris 1630.

ARGVMENTVM.

Fideicommissarius, quando non oportet, vt capiat bona fideicommissaria de manu hæredis, possessio iure familiaritatis non attenditur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario, quando euenit casus suæ vocationis, conceditur immissio, vel ex remed. l. fin. vel ex remed. Saluiani.*
2 *Fideicommissarius debet capere de manu hæredis bona fideicommissaria.*
3 *Fideicommissarius habens licentiam à testatore capiendi bona propria auctoritate, non oportet, vt illa capiat de manu hæredis.*
4 *Possessio iure familiaritatis non suffragatur, nec lædit possessionem iure proprio, et num.5.*
6 *Descendentium appellatione veniunt etiam fæminæ.*
7 *Prohibitio alienationis debet intelligi iuxta terminos fideicommissi præcedentis, et sic illud non ampliat.*
8 *Et hoc multo minus habet locum, quando præcedit fideicommissum particulare in casu moreis,*
9 *Decis. in causa Cæsenaten. fideicommissi coram R. P. D Durano declaratur.*
10 *Legatarius non comprehenditur sub substitutis.*
11 *Trebellianica censetur prohibita per clausulam, pleno iure, & sine diminutione.*
12 *Æs alienum, vt impediat immissionem fideicommissariam, quid sit necessarium.*
13 *Exceptio supplementi legitimæ non impedit fideicommissario immissionem.*

DECISIO CCCLXVIII.

PROPOSITO dubio coram Illustrissimo D. meo Card. Virili sub die 8. Iunij 1628. cui esset danda immissio in possessionem bonorum, de quibus agebatur, an scilicet D. Ludouico Cincio eam prætendenti ex fideicommissu Petri Hieronymi ad sui fauorem purificato, an verò Dominis de Columbis illam pariter prætendentibus vti hæredibus institutis in testamento Olimpiæ, DD. quoad domos, & census acquisitos, & emptos per dictum Petrum Hieronymum, Ludouico dandam esse responderunt, quò verò ad alia bona mandarunt, vt particulariter videretur.

Hunc verò prosequendo disputationem super resertatis proposui dubium, cui in reliquis bonis esset danda immissio, & Domini vnanimiter ad fauorem eiusdem Ludouici responderunt, ea ratione moti, quia cum ipse Ludouicus doceat de fideicommisso Petri Hieronymi ad sui fauorem purificato (quod inter partes non controuertitur) de identitate bonorum, & de eiusdem Petri Hieronymi possessione vsque ad illius obitum per testes in eius summario nu.5. meritò venit † ei concedenda immissio ex re- 1
med. l. fi. vel ex remed. l. fin. vel ex remed. Saluiani, vt in d. decis. firmatur.

Non obstat, † quod fideicommissarius debet capere de 2
manu hæredis, quia placuit responsio data in d. decis.
quod licentia testatoris tollat hanc † necessitatem, ex 3
qua licentia tollitur etiam id quod opponebatur, Ludouicum non esse legitimum contradictorem ad impediendum, ne daretur immissio Columbis, Menoch. *de adipisc. remed.4.nu.6.33. vers. altera.* Fusar. *de substit. q.613. num.4. & 5.* Argel. *de legit. contradict. quaest.2. art.5. num. 170. & seqq.*

Nec etiam obstat, quod ex testibus datis pro parte dictorum de Columbis constet bona, de quibus agitur viuente Petro Hieronymo, fuisse possessa etiam ab Olimpia simul cum eo. Quia cum sit inconfesso inter partes, quod hæc eadem bona fuerint possessa & relicta in eius hæreditate à Francisco patre communi qui instituto hærede Petro Hieronymo, & Carolo, & facto fideicommisso ad eiusdem Petri Hieronymi fauorem Olimpiam ab hæreditate exclusit cum legato floreno-
rum mille, † vtique dicendum est ipsum Petrum Hie- 4
ronymum iure proprio, Olimpiam vero iure familiaritatis possedisse, *l. qui iure ff. de acq. possess.* Surd. *cons. 221. num.29. & cons. 260. num.16. & seqq* Mantic. *decis.245. nu.*
6. Rota *decis.761. num 4. par.2. recen.* possessio † enim iure 5
familiaritatis non suffragatur, nec lædit possessionem iure proprio *d. l. qui iure. ff. de acq. poss.* Gratian. *discept. 450. nu.15. & seqq.* Rota *d. decis.761. num.4. par.2. recent. & fuit dictum in Spoletana bonorum 22. Aprilis, 12. Decemb. 1616. coram bo. me. Baratto.*

Neque releuat quod dicta Olimpia vti vocata per obitum Petri Hieronymi ad fideicommissum prædicti Francisci communis patris possederit iure proprio non autem iure familiaritatis. Quia ex serie testamenti dicti Francisci tollitur obiectum. Nam licet Franciscus facto particulari legato florenorum mille ad fauorem Olimpiæ cum prohibitione ne aliquid amplius de sua hæreditate prætendere posset de reliquis bonis ita disposuerit (hæredes vero vniuersales instituit Petrum Hieronymum, & Carolum eius filios æquis portionibus, & si Carolus quandocumque decesserit, tunc substituit d. Petrum Hieronymum si superuixerit, aliàs eius filios legitimos, & naturales prohibens alienationem suorum bonorum ita, & taliter, quod si aliquis ex dictis institutis, & substitutis vt supra bona prædicta alienauerit, tunc prædicta bona deuoluantur ad alios hæredes institutos, & substit. vt supra, qui non vendiderint, vel alienauerint; insuper mandauit, vt dicti hæredes vt supra instituti, & substituti ab omni delicto se abstineant, & casu quo aliquis delictum committeret, tunc voluit vt bona deuoluantur ad dictos cohæredes non delinquentes, si extiterint, sin minus ad proximiores agnatos domus de Cincijs, & hoc fecit ad hoc vt prædicti eius hæredes viuant in gratiam Principis & ad hoc vt omnia bona sua conseruentur pro suis descendentibus, & alijs substitutis vt supra) tamen non inde sumi potest talis vocatio quæ suffragetur Olimpiæ.

Quia aut prætenditur Olimpiam fuisse vocatam per substitutionem factam ad fauorem proximiorum de Cincijs, & dicta substitutio non potest ei suffragari, quia illa fuit facta in casu delicti, qui casus non euenit.

Aut verò prætenditur fuisse factum fideicommissum ad fauorem Olimpiæ per illa verba apposita in fine testamenti ibi (ad hoc vt bona sua conseruentur pro suis descendentibus) † quorum appellatione veniunt etiam fœminæ, & minus iste sensus sumi potest ex illis verbis, quia ratio illa conseruandi bona pro suis descendentibus non fuit principaliter posita ad inducendum nouum fideicommissum ad fauorem descendentium, sed fuit posita consecutiuè ad substitutionem factam in casu delicti, ne scilicet in tali casu bona peruenirent ad fi-
scum, sed vt † conseruarentur pro sui descendentibus, & 7
sic ta-

sic ratio prædicta non ampliat fideicommissum supra factum, Dec. *conf.* 639. *num.* 7. *& seqq.* Honded. *conf.* 78. *num.* 35. *& seqq. lib.* 1. Seraph. *decis.* 482. *num.* 3. *decis.* 883. *num.* 4. *& 5. decis.* 1023. *num.* 10. Rot. *decis.* 707. *numer.* 7. *par. 2. recent. in Romana fideicommissi de Millesiis* 15. *No-*
8 *uembris* 1624. *coram R. P. D. meo Pirouano*, & multo † minus quia præcedit fideicommissum particulare in casu mortis, Gabr. *conf.* 132. *num.* 69. *lib.* 1. Honded. *conf.* 69. *nu.* 15. *lib.* 1. Fusar. *de substit. qu.* 688. *num.* 15. *&* 127. Rot. *decis.* 267. *num.* 4. *vers. vltra quod par. 2. recent.*

9 Non obstat, decisio † Cæsenaten. fideicommissi 26. Ianuarij 1627. coram R. P. D. meo Durano, quia ibi testator substituit in casu alienationis, & in casu delicti, & postea in clausula separata, & per se stante dixi hoc ideo fecisse, vt eius bona conseruarentur in sua domo, hic autem clausula vocationis descendentium stat continuatiuè ad casum delicti, & propterea solum ad illud est referenda. Vltra quod cessare visa fuit omnis difficultas ex alijs verbis immediatè sequentibus ibi (pro suis descendentibus, & alijs substitutis vt supra) ex quibus clarè colligitur testatorem sensisse solum de descendentibus, & substitutis vt supra inter quos non comprehen-
10 ditur Olimpia, † ex quo non fuit substituta, sed solum honorata legato scutorum mille *ad tex. in l. cohæredi* 41. §. *qui discretas, ff. de vulg. & papill.* Bart. *in l. Lucius* 45. *nu.* 18. *vers. sed pone, ff. eod. tit.*

Non obstant prætensæ detractiones, quia ratione legitimæ non debetur cum agatur de hæreditate Petri Hiero-
11 nymi transuersalis non etiam ratione Trebellianicæ † cum illa sit prohibita per clausulam pleno iure, & sine aliqua diminutione, vt firmauit Rota *d. die* 8. *Iunii* 1628. *coram Illustrissimo D. Card. Virili, & præter ibi allegat. tenet* Eugen. *conf.* 56. *num.* 38. *lib.* 1. Rot. *decis.* 259. *num.* 5. *in fin. par. 2. recent.*

Non æris alieni fideicommittentis quia quoad dotem Isabellæ illius vxoris eam fuisse restitutam, ex pretio rerum hæreditariarum dicti Petri Hieronymi fuit bis resolutum coram Illustrissimo D. meo Card. Virilli, & tertia vice coram me hac die 19. Aprilis 1630. & de alio
12 ære alieno eiusque solutione † non fuit doctum prout necessarium fuisse firmauit Rota *in d. decis. facta* 8. *Iunii* 1628. *in Romana fideicommissi de Spinis* 18. *Martii* 1602. *coram bon. mem. Card. Millino, & in Ariminen. fideicommissi* 20. *Iunii* 1622. *coram bon. mem. Baratto.*

Non denique ratione supplementi legitimæ debitæ dictæ Olimpiæ in bonis dicti Francisci sui patris, tum quia
13 non constat aliquid esse supplendum, tum etiam quia † huiusmodi exceptio non impedit fideicommissario immissionem Argell. *de legit. contrad. qu.* 13. *art.* 5. *num.* 65. Rota *decis.* 184. *nu.* 1. *&* 2. *par.* 4 *diuers.* cum alijs per informantes pro Ludouico allegatis.

Et ita vtraque, &c.

☞ * Est decis. 184. supra in hac parte, alias decisiones annotaui ad decis. 274. infra part. 3.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Perusina Laudi

Die Lunæ 22. Aprilis 1630.

ARGVMENTVM.

Laudum nullum, vt valeat in vim pacti vigore emologationis, quid sit necessarium.

SVMMARIVM.

1 *Laudum nullum à partibus emologatum nunquam in vim laudi valet.*
2 *Laudi subscriptio ante publicationem habet in se tacitam conditionem, si laudum fuerit validum, & iustum.*
3 *Subscribens laudum si ignoret contenta in eo non obligatur.*
4 *Quod procedit etiam si subscriptio fiat cum iuramento.*
5 *In laudo ignorantia contentorum eo ipso præsumitur, quando fuit subscriptum ante publicationem.*
6 *Laudi subscriptio facta non lecta scriptura, præsumitur subscribens ignorare in ea contenta, & num. 7.*
8 *Laudum emologatum, si sit nullum nunquam valet in vim laudi, licet possit valere in vim pacti.*
9 *Laudi publicatio debet fieri in præsentia partium, ad hoc, vt præsumatur scientia ad effectum, vt laudum nullum valeat in vim pacti.*
10 *Laudum si fuisset lectum parti, in quo continentur plures errores, & læsiones, verisimiliter illi contradixisset.*
11 *Laudi subscriptio erronea si fuerit facta, alia deinde, quæ propter hanc subscriptionem fuerunt acta, præsumantur facta cum eodem errore.*
12 *Error iuris non excusat.*
13 *Error iuris intricati, & obscuri excusat, sicuti error facti, num.* 14.
15 *Error iuris intricati multo magis excusat, quando agitur de damno vitando.*

DECISIO CCCLXIX.

FVIT resolutum standum esse in vltimo loco decisis coram me die 11. Maij 1629. * videlicet non constare de expressa, nec tacita emologatione laudi, de quo agitur, illudque nec in vim laudi nec pacti sustineri, & in primis quod non possit in vim laudi valere parum difficultatis apud Dominos habuit, cum enim de illius nullitate non possit dubitari, ex latè deductis in dicta decisione à vers. sed proposita hodie causa, intrat de plano
nutilissima iuris conclusio, † quod laudum nullum vt- 1
cumque à partibus emologatum nunquam in vim laudi valet *cap. examinata de confirm. vtil.* Bal. *in tit. de pac. constat in gloss. in verb. sententia quoq. collat.* 10. Dec. *conf.* 475. *num.* 31. *cum aliis in decis. allegatis in vers. ex quibus.*

Vnde non obstat subscriptio Iosephi, quia vltra quod
† subscripsit ante laudi publicationem, quo casu sub- 2
scriptio continet in se, & virtualiter tacitam conditionem, si laudum fuerit validum, & iustum ex Bart. *in l. si societatem, §. arbitrorum, num.* 30. *&* 31. *ff. pro socio, cum aliis alleg. in eadem decis. vers. non obstat etiam*, & hoc laudum, de quo agitur fuit nullum, vt dictum est, necnon etiam iniustum, vt in dicta decisione vers. quod autem hic sit læsio, in omnem casum dicta conclusio
non procedit, quando subscribens † ignorat contenta in 3
scriptura subscripta, vt in eadem decisione, *vers. vnde non obstat, & latè Doctores in l. si ita stipulatus, §. Crysogonus*, vbi Alex. *num.* 2. *&* Ias. *num.* 12. *ff. de verb. obligat.* Felin. *in cap. quoniam contra, num.* 48. *de probat.* etiam
quod subscriptio † fiat cum iuramento, vt in his termi- 4
nis, Gutier. *de iuram. confirmat. par.* 1. *c.* 71. *num.* 1. *& fuit dictum in eadem decisione in dicto vers. vnde non obstat*, ex Dec. & Ioseph. Ludouic. *in locis ibi citatis.*

Quod autem in præsenti Iosephus subscripserit cum
ignorantia contentorum in laudo præsumitur eo † ipso 5
quod subscripsit ante publicationem, vt in puncto Barz. *decis. Bonon.* 112. *num.* 11. *& dixi latius in dicta decisione vers. neque obstat*, si dicatur: & propterea hoc idem benè probant testes examinati pro parte Iosephi, qui
concludunt, quod ille subscripsit † non lecta scriptura 6
laudi iuxta *text. in l. fin. C. plus valer. quod agitat* Felin. *vbi supra, & latè* Menoch. *præsumpt.* 66. *num.* 21. *cum seqq. lib.* 3. *& fuit dictum in eadem decisione in d. vers. neque obstat si dicatur, in fin.*

Neque obstant testes exaduerso examinati ad probandam scientiam de tempore subscriptionis, quia aut sunt de auditu aliorum, aut nihil concludunt, cum tamen testes Iosephi benè probent non fuisse ei lectum tempore subscriptionis, quibus propterea standum est, cum Iosephus agat de damno vitando, & probetur læsio ex erroribus arbitrorum de quibus in dicta decisione in supradicto vers. quod autem sit læsio, & tandem
quia, vt dictum est præsumptio † stat pro Iosephi 7
ignorantia, dum subscripsit ante publicationem, ex Barz. *vbi supra.*

Deinde nec etiam laudum valere potest in vim pacti

vigore tacitæ emologationis resultantis ex dimissione
quorumdam stabilium, de quibus io laudo, & tra-
ditione clauium post laudi publicationem sequutis,
& sic post habitam notitiam contentorum in eo, quæ
(vt prætenditur) probatur ex testibus desuper exa-
minatis, quia licet vera sit conclusio, vt laudum, nullum
8 † quod vt dictum est, nec ex emologatione tacita,
aut expressa potest valere in vim laudi, possit vale-
re in vim pacti iuxta gloss. communiter approbatam
in *l. 2. & ibi Doct. C. commun. vtriusq. iudic.* Afflict.
decis. 117. & fuit laté comprobatum in prima decisione
in hac causa etiam coram me facta, die 13. Martij ann.
1628. & in dicta vltima decisione in principio, tamen
in præsenti ex pluribus non procedit, primò quia te-
stes non probant traditionem clauium factam fuisse
per Iosephum, sed per quendam eius famulum, de
cuius mandato non constat non quidem Ioanni Anto-
nio, sed Francisco filio de cuius pariter mandato non
docetur. Secundò quia non est verum quod testes con-
cludant prædicta fuisse facta post habitam notitiam
contentorum in laudo. Tertio, quia nullo modo pro-
batur publicatio in præsentia partium, quæ tamen
9 talis desideratur ad hoc, vt præsumatur † scientia ad
effectum, vt laudum nullum valeat in vim pacti,
Natt. *consil.* 95. *numer.* 3. Vrsill. *in addit. ad dictam
decis.* Afflict. 117. *numer.* 2. *& dixit* Rotâ *in decisione
in hac eadem causa facta super remissoria* 11. *Martii*
1622. *coram bon. mem. Vbalda, & in dicta vltima deci-
sione coram me, vers. non etiam releuat*, quinimò
præsumptio est, quòd publicatio fuit facta in Iosephi
absentia ex tot erroribus arbitrorum, & læsionibus
10 ponderatis in dicta vltima decisione † quibus verisimi-
liter Ioseph si fuisset præsens contradixisset *ad l. cum
de indebito, ff. de probat.* & multò magis ex subscri-
ptione Iosephi ante publicationem facta, qua Nota-
rius visus fuit contentari; si enim ipse coram parti-
bus, laudum in forma publicare destinasset, non esset
cur ante publicationem eo non lecto illud subscribi cu-
rasset, quia hoc facilius fit incontinenti post publica-
tionem, & videtur cessare omne debitum, dum in
publicatione de præsentia partium non attendatur.
Quarto, quia vt benè aduertit vnus ex Dominis stan-
te subscriptione nulliter facta ante publicationem, di-
missio stabilium, & clauium traditio postea sequutæ
censentur consequutiuæ d. subscriptionis, itaut sicut
11 subscriptio † fuit erronea etiam illæ fuerint per Iose-
phum cum eodem errore factæ, quia Ioseph credidit se
teneri ex dicta subscriptione, vt in simili Guttier. *vbi su-
pra, & aptimè conducit, quod in simili resoluit* Couar. *va-
riar. lib. 3. cap. 4. nu. 268. cum seqq.*

Neque obstat, quod dicta credulitas sit error iuris,
12 † quæ ideo videtur non excusare, vt ibidem Guttier.
quia vltra quod habet etiam admixtum errorem facti,
prout etiam dicta subscriptio, ex qua emanauit stante
iuxta supradicta, quod non constet de anteriori publi-
catione vniformiter facta in præsentia partium, ex fa-
13 cti circumstantijs benè conspicitur, quod fuit † error
iuris intricati, & obscuri, & patet ex his, quæ hinc
inde de subscriptione tradunt Doctores in d. §. *Gisse-
genus*, & Menoch. *in dicta præsumpt. 66. lib. 3.* quod
14 propterea excusat, prout error facta † iuxta *text. in l.
si fideiussor, §. quædam, ff. mandat. cap. cum dilectus,
& ibi* Abbas & Imol. *de consuetud.* Menoch. *in cap.
ignorantia de reg. iur. in* 6. Felin. *in cap. de quarta
numer. 27. de præscript.* Nauar. *consil. 4. de vsur. lib. 5.
15 tom. 2. numer. 7.* & præsertim quando, vt hic agitur †
de damno vitando Dyn. *cons. 5. num. 7. cum seqq.* Castr.
cons. 297. puto dicen. in princ. lib. 1.

Et ita decisum vtraque parte sæpius informante, &
causa ab omnibus Dominis visa, & discussa.

☞ * Est supra in hac parte decis. 282. Plures decisio-
nes in hac causa annotaui infra ad decisionem 301.
part. 3.

REVERENDISS. P. D. COCCINO

Gerunden. Iurisdictionis.

Die Lunæ 22. Aprilis 1630.

A R G V M E N T V M.

Beneficiati an de iure possint se congregare, & sic Collegium conficere. Et vtrum Episcopus possit eis dare huiusmodi licentiam absque Capitulo.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficiati, quando in Ecclesia considerantur vt singuli, interdicta est illis facultas se congregandi absque licentia superioris.*

2 *Capitali valde interest, ne Portionarij vel Beneficiati acquirant ius se congregandi.*

3 *Episcopus per se solus absque interuentu Capituli an possit concedere facultatem Beneficiatis se congregandi.*

4 *Subreptitia est gratia non facta mentione litis.*

5 *Gratia Principis non censetur velle tollere ius alteri quæsitum.*

6 *Confirmatio Apostolica non censetur velle supplere ius potestatis, si hoc non fuerit narratum, nec ex verbis potuerit colligi.*

7 *Gratia, quando est subreptitia, & nulla, si in ea sit appositum decretum irritans, tale est quoque, cum dependeat ab illa.*

8 *Illatio non fit ad diuersa.*

D E C I S I O CCCLXX.

INSIGNIS Ecclesia Collegiata S. Fælicis Gerund.
habet Abbatem, & Canonicos, qui Capitulum con-
stituunt, & quatuor dignitates, quæ non habent vocem
in Capit. necnon quamplures Beneficiatos, quibus de
anno 1578. & de anno 1581. Benedictus tunc Episcopus,
& Iacobus immediatè successor concesserunt, vt se
pro libito voluntatis conuocare possint, Syndicos con-
stituere, Arcam communem tenere, & alia facere, &
possidere, quæ Collegio competere consueuerunt, quas
licentias postmodum san. mem. Clemens VIII. in forma
commissaria mandauit confirmari cum clausula, *licita
tamen, & honesta, ac sacris Canonibus, & Concilij Tri-
dentini, decretis, constitutionibusque Apostolicis minimè
contraria, &c.* & cum alia, *irritum, &c.*

Vnde dubitaui, an prædictæ licentiæ essent confir-
mandæ, vel infirmandæ, cuius dubij resolutio pendet
ex tribus. Primò, an illi Beneficiati de iure possint se con-
gregare, & sic Collegium conficere. Secundò, dato
quod non, An Episcopus potuerit concedere huiusmo-
di licentiam. Tertiò, dato etiam quod non, an con-
firmatio concessa per san mem. Clementem VIII. suf-
fragetur.

Et quantum attinet ad primum, res visa est nullam
habere difficultatem pro opinione negatiua, quia cum
† in Ecclesia sint vt singuli, interdicta est illis à iure fa- 1
cultas se congregandi sine licentia Superioris, Abb.
*per illum text. in cap. dilecta, num. 1. & 2. de excess. Præ-
lat.* & notatur *in l. 1. ff. quod cuiusq. vniuers. nom. l. 1. ff.
de Colleg. illic.* Oldrad. *cons. 65. in fin. vers. communiter
tenetur.* Rot. *decis. 455 par. 1. diuers. & in causa Valen-
tina iuris se congregandi 23. Ianuarii 1595. & 4. Decem-
bris 1596. coram bon. mem. Card. Pamphilio*, vbi quod
valde interest † Capitulo, ne Portionarij, vel Bene- 2
ficiati acquirant ius se congregandi, & hanc decisionem
sequuta fuit Rota *in alia Hispalen. contributionis 22. Maij
1615. coram Illustriss. D. meo Card. Pamphilio iuniore*,
& de Beneficiatis Ecclesiæ Gerunden. est decisio Cæs. de
Grass. 4. *num. 14. de his quæ fiant à Prælat. sine cons. Ca-
pitali.*

Quantum attinet ad secundum, an Episcopus † per
se solus absque interuentu Capituli potuerit huiusmodi 3
licentiam concedere, licet pro negatiua videtur *text. in c.*

nouit.

monit. & cap. quanto, de his quæ fiunt à Prælat. sine cons. Cap. tamen quicquid esset dicendum de hoc articulo in abstracto, quem etiam Rota noluit firmare in dict. dec. 455. In casu de quo agitur Episcopus non potuit concedere huiusmodi licentiam, cum illa vsque de anno 1400. per sententiam arbitralem fuerit adiudicata Abbati, quod satis deprehenditur cum in dicta sententia decernatur, quod ob negligentiam Abbatis deuoluatur ad Episcopum, & obseruantia subsequuta hoc declarauit ex licentijs datis ab anno 1454. vsque ad annum 1578. & Abbas habet insuper aliud laudum de anno 1318. in quo ei adiudicatur iurisdictio ciuilis.

Quantum attinet ad tertium, an confirmatio Apostolica suffragetur quod etiam considerauit præcipuè Rota in dicta decis. 455. negatiuè fuit resolutum. Primò, quia
4 † fuit subreptitia, cum non fuerit facta mentio litis pendentiæ coram Metropolitano Tarraconen. *san. mem.* Greg. *decis. 2. vbi addeu. num. 16.* Secundò, quia non fuit nar-
5 ratum ius, † quod competebat Abbati, & ideo gratia non censetur tollere ius tertij, *cap. super eod. de potestat. & offic. iudic. delegat. c. si quando de rescript. l. neque auus. C. de emancip. lib.* & propterea non censetur confirma-
6 tio † Apostolica supplere ius potestatis, cum non fuerit narratum, nec ex verbis potuerit colligi, Rot. *decis. 2. de confirm. vtil vel inutil. in nou.* Brun. *cons. 87. numer. 2.* Rot. *d. decis. 455. num. 4. & in decis. 215. num. 2. coram bo.*
7 *me. Card. S. Eusebij.* Nec potest suffragari decretum † irritans appositum in litteris confirmationis, quia cum gratia sit subreptitia, & nulla, tale est quoque decretum, cum dependeat ab illa Cassad. *dec. 10. sub nu. 4. super reg.* Mohed. *dec. 11. n. 1. de concess. preb.*

Neque est verum, quod lis fuit extincta per rem iudicatam mediante sententia lata ab Archiepiscopo Tarraconen. confirmata ab alijs duobus Iudicibus, quia quatenus hoc esset verum adhuc remanerent alia motiua, sed res iudicata est super causa executionis cuiusdam piæ voluntatis, & circa distributionem quorundam signorum plum-
8 borum, & sic cum † ageretur super re diuersa non potest inferri ad casum de quo agitur, *l. Papinianus, ff. de minor.*

Et ita conclusum vtraque parte informante.

¶ In sequenti parte adest alia decisio sub die 28. Martij 1628. coram eodem bon. mem. Coccin. est decisio 32.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Ferrarien. Bonorum.

Die Lunæ 29. Aprilis 1630.

ARGVMENTVM.

Executor constitutus cum clausula, vocatis vocandis, qualiter in executione procedere debet. Bona emphyteutica Ecclesiastica in Ducatu Ferrariæ vigore Constitutionum Bonifacianæ, & Paulinæ sunt redacta ad instar bonorum allodialium. Et nonnulla circa clausulas, vt asseris, vt asseritur, & vt asserunt, in supplicationibus posita.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, vocatis, vocandi, facit executorem mixtum, & non potest procedere nisi iudicialiter, & præuia causæ cognitione.*

2 *Et consequenter in executione debent citari, qui de iure sunt citandi.*

3 *Nepotes ex filia veniunt etiam appellatione filiorum, & descendentium.*

4 *Ius considerabile habens in actu ei præiudiciali debet citari.*

5 *Emphyteutica bona Ecclesiastica sunt redacta ad instar bonorum allodialium vigore Bonifacianæ, & Paulinæ, & nu. 8.*

6 *Alienare, qui potest inuitis aliquibus, multo potest hoc facere eis ignorantibus.*

7 *Pater quando in vita fecit legitimare filium, ad effectum, vt ei succedat in bonis, de quibus potest liberè disponere, non est necessaria citatio proximorum.*

9 *Constitutio Paulina circa bona emphyteutica Ecclesiastica, non solum vocat filios, & descendentes legitimos, sed etiam legitimatos.*

10 *Clausulæ, vocatis vocandis, an satisfiat per citationem generalem contra omnes sua interesse putantes.*

11 *Legitimatio corruit non constito de substantia, & principali fundamento.*

12 *Clausula, vt asseritur, posita in rescripto Papæ, cum non sit narratiua partis, sed Papæ, non indiget iustificatione, & num. 13. Vbi declaratur Rebuff. Cassad. & alij.*

14 *Narratiua, quando non iustificatur, gratia dicitur subreptitia.*

Clausula, vt asseritur, non solet apponi, quando supplicans est vnus, & impersonalis, numer. 14.

15 *Narratiua Papæ non eget iustificatione.*

16 *Clausulæ, vt asseritur, vel vt asserunt, in supplicationibus solent apponi, quando sunt duo supplicantes, secus si sit vnus.*

17 *Et tunc istæ clausulæ non releuant ab onere probandi.*

18 *Sed ista distinctio vnius, vel plurium supplicantium est nimis subtilis, & nunquam fuit per Rotam canonizata.*

19 *Clausula, vt asseritur, frequentius solet apponi, quando plures supplicantes adsunt.*

20 *Duobus magis est credendum, quàm vni.*

21 *Papa in gratijs frequentius narrat, quando sunt plures supplicantes, quàm vbi vnus supplicat.*

22 *Constitutiones Bonifaciana, & Paulina circa bona emphyteutica ecclesiastica habent tantum locum in Ducatu Ferrariæ, & nu. 24.*

23 *Emphyteutica bona, & feudalia non sunt propria ipsius testatoris.*

25 *Emphyteutica bona ecclesiastica cum sint redacta ad instar allodialium per Constitution. Bonifacianam, & Paulinam potest testator de eis liberè disponere.*

DECISIO CCCLXXI.

IN hac causa duæ emanarunt decisiones coram Illustriss. Cardinali Virili tunc Rotæ Auditore, prima 15. Decembris 1628. * & alia 18. Nouembris 1629. * In quibus tria firmantur. Primum non constare de fideicommisso ad fauorem Alberti, illudque Andreæ non obstare quoad portionem Petri, de qua agitur. Secundum Andream fuisse valide legitimatum. Tertium & vltimum d. Andream sic legitimatum potuisse succedere Alphonso in bonis emphyteuticis Alberto excluso quamuis vocato, & comprehenso in inuestitura, & iuxta dictas decisiones lata fuit sententia Rotalis per R. P. D. meum Merlinum suffectum in locum prædicti Illustriss. D. Cardinalis Cum autem appellationis causa fuerit mihi commissa, & ordinatum, vt omnes Domini eam viderent, fuit hodie pro confirmatione d. sententiæ responsum.

Primum enim quod fideicommissum non obstet Andreæ informantes pro Alberto non impugnarunt, nec impugnari posse videtur, quia motiua d. primæ decisionis sunt adeo clara, & benè fundata vt tollant penitus omnem difficultatem.

Quo verò ad secundum de legitimatione non erat dubitatio, quin Andreas fuerit de facto legitimatus per Vicarium Ferrariensem vigore rescripti Apostolic. impetrati per supradictos Alphonsum, & Andream, sed solum hæsitatum fuit de legitimationis validitate & sufficientia.

Ratio

Ratio dubitandi erat quòd in rescripto Apostolico adest
1 † clausula *vocatis vocandis*, quæ fecit exequutorem
mixtum, ac ideo Vicarius Ferrariensis non potuit ad sen-
tentiam legitimationis deuenire nisi iudicialiter, & præ-
uia causæ cognitione, Abb. *in cap. fin. numer.* 13. *& ibi*
Felin. *num.* 29. *de præsumpt.* Dec. *cons.* 233. *num.* 1. Capu-
taq. *decis.* 244. *num.* 4. *par.* 2. & Greg. XV. *dec.* 46. *num.*
2 5. & consequenter debuerunt citari, qui de † iure
erant citandi, Abb. *in capitul. exhibita numer.* 6. *de*
iud. & Moder. *de clauf. part.* 1. *clau.* 169. *numer.* 4.
& tamen Albertus qui de iure debuit citari, non
fuit citatus.

Quod autem Albertus debuisset de iure citari deduce-
batur, quia Petrus Guaresceus eius auus maternus fuerat
inuestitus de bonis emphyteuticis, de quibus agitur
pro se suisque filijs, & descendentibus legitimis, & na-
3 turalibus quorum † appellatione veniunt etiam nepotes
ex filia ad *l. cognoscere, & ibi glos. ff. de verb. signif. & in*
terminis emphyteusis Gozza. *cons.* 20. *num.* 8. Bero. *cons.*
95. *num.* 6. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 587. *num.* 4. *lib.* 6. *&*
Rot. *decis.* 32. *numer.* 9. *&* 137. *num.* 19. *in impress. apud*
4 *D. meum Decanum*, vnde cum Albertus haberet † ius
considerabile, *l. cum Artemidoram, Cod. vt in poss. le-*
gat. debuit de iure citari *ad l. de vnoquoque ff. de re*
iud. & in specie text. in l. nam ita Diuus 29. *ff. de adopt.*
& ibi glos. verb. qui lederentur c. 1. *in prin. de alien. feud.*
pater. in vsib. feud.

Sed fuit bene responsum in dicta secunda decisione in
hac causa facta *vers. nec facis*, nempe quod Alphonsus
vigore Constitutionum Bonifacianæ, & Paulinæ potuit
de bonis emphyteuticis ab ipso possessis liberè disponere
ad fauorem quorumcumque extraneorum, & descen-
dentium, pro quibus inuestitura fuit expresse concepta,
& hoc ex eo, quia per dictas Constitutiones bona emphy-
5 teutica † prædicta fuerunt redacta ad instar allodialium,
vt sunt verba clara dictarum Constitutionum, & in pun-
cto Marcobrun. *cons.* 26. *num.* 355. Rimin. Iun. *cons.* 447.
num. 16 Bertazz. *cons. ciuil.* 312. *num.* 4. *in* 1. *vol.* & Surd.
cons. 521. *num.* 5. vnde cum idem Alphonsus impetraue-
rit rescriptum de legitimando, & ad eius instantiam fue-
sit exequutum per Vicarium Ferrarien. qui etiam Al-
6 berto † inuito poterat de dictis bonis liberè disponere,
inde fit quod Albertus non debuit citari, iuxta *reg. in*
text. in l. qui potest inuitis, ff. de regul. iur. & in simili est
tex. optimus in l. 4. *§. illud videndum, ff. de fideicom. libert.*
& debet sic intelligi text. ferè in his terminis in l. cum ado-
ptio fit. ff. de adopt. per quem dixit Bart. *in l. Gallus,*
& quid si tantum num. 14. *in fin. vers. respondeo quoque,*
7 quod quando pater † in vita facit filium legitimare ad
effectum, vt ei succedat in bonis de quibus potest liberè
disponere in quoscumque, nemo citari debet, & eodem
argumento, ad effectum, vt citatio non sit necessaria in
simili vtitur idem Bart. *in l.* 3. *§. si causa, num.* 7. *vers.*
sed hodie ff. de bon. poss. & Bart. communiter in his ter-
minis sequuntur Doct. præsertim Soccin. Sen. Albet.
Brun. Bursat. Rimin. Sen. Menoch. & alij *in d.* 2. *decis.*
allegati.

Vnde non obstat, quod Albertus habebat ius conside-
rabile, & probabile ex inuestitura, prout nec clausu-
la *vocatis vocandis*, quia quoad primum non est verum
stantibus supradictis Constitutionibus, quod Albertus
8 tale ius haberet, dum per eas dicta bona † emphyteu-
tica fuerunt redacta ad instar allodialium, & Alphon-
sus sine Alberti iniuria poterat quemcumque quamuis
omninò extraneum hæredem instituere, aut aliter bo-
na emphyteutica condonare iuxt. *tex. in l fratres, & l.*
fratres, C. de inoffic. testam. Paul. de Castr. *cons.* 461.
visis, & diligenter examinatis, *num.* 3. *lib.* 1. Quinimo,
vt benè vnus ex Dominis dicebat, cum Constitutio Pau-
9 lina † non solum vocet filios, & descendentes legitimos
inuestiti, sed etiam legitimatos, & Andreas descendat à
Petro inuestito, & sit etiam legitimatus, verè vocatus
est in inuestitura vigore dictæ Constitutionis, ita vt
succedat in d. bonis emphyteuticis non solum ex perso-
na Alphonsi, sed etiam ex persona propria, vt in puncto
idem Castr. *in d. cons.* 461. *num.* 4. *vers. quo præmisso*.
10 Clausulæ verò † *vocatis vocandis* (cum illa non
importes, quod aliqui sint specialiter citandi, dum non
sunt certi, vt in præsenti qui habent ius considerabile
quod Albertus, vt dictum est, non habet) satisfactum
fuit per citationem generalem contra omnes, & singu-
los sua interesse putantes, de qua in actis iuxta do-
ctrinam Bart. *in d. l.* 3. *§. si causa num.* 10. *ff. de bon. poss.*
& fuit millies decisum. Idem respondetur quoad præ-
tensum interesse Ecclesiæ, quæ pariter stantibus di-
ctis Constitutionibus quoad vtile dominium non habe-
bat considerabile interesse, vt fieret aut non fieret legi-
timatio.

Deinde contra legitimationem opponebatur, quod
illa fuit facta vigore rescripti Apostolici cum narratiua,
quòd Andreas erat filius Francisci, & ex muliere etiam
soluta, quæ propterea debuerunt iustificari, & tamen
iustificata non fuerunt: vnde vt † prætendebatur non 11
constito de substantia, & principali fundamento cor-
ruit legitimatio Paris. *cons.* 10. *numer.* 21. *lib.* 2. Rolan.
cons. 89. *num.* 39. *lib.* 1. Peregr. *de fideicomm. art.* 33. *nu.*
38. Lup. *de illegit. comment.* 3. *§* 5. *num.* 11.

Sed fuit etiam optimè responsum in d. 2. decisione,
quod prædicta fuerunt in rescripto narrata per verba,
† *vt asseritur*, quæ non indigent iustificatione, cum 12
non sit narratiua partis, sed Papæ, Rebuff. *in concord.*
tit. de form. mand. Apostil. *verb. necnon omnia vers. no-*
ta tamen. Modern. *de clauf. par.* 1. *clauf.* 170. *in*
fin. Cassad. *decis.* 4. *de prob. in princ.* Rot. *decis.*
60. *num.* 2. *de rescript. in antiq. & decis.* 412. *numer.* 2. *&*
447. *num.* 1. *par.* 2. *diuers.*

Nec releuat si dicatur quod † Rebuff. Cassad. & Ro- 13
tæ decisiones loquuntur, & procedunt quando vnus
dumtaxat supplicat, quo casu de stylo Cancellariæ ap-
poni solet clausula *vt asseris*, & sic est necessaria iusti-
ficatio, quia censetur narratiua partis, quæ si non
iustificatur, gratia † est subreptitia, non autem quan- 14
do apponitur clausula, *vt asseritur*, quæ cum non soleat
apponi quando supplicans est vnus, & est impersonalis,
intelligitur esse narratiua † Papæ. quæ ideo non est iu- 15
stificanda, in casu autem nostro fuerunt duo supplican-
tes videlicet Alphonsus, & Andreas, in quo casu de sty-
lo Cancellariæ dicitur, † *vt asseritur*, *vel vt asserunt* 16
Hieron. Paul. *in prax. Cancell. in notab. super vacan.*
non reseru. vers. item nota quod vt asserit. quem sequi-
tur Rebuff. *vbi supra*, & dixit Rot. apud Reueren-
diss. D. meum Decanum *decis.* 89. *num.* 4. & propterea in
præsenti clausulam, † *vt asseritur* non releuare ab 17
onere iustificandi, prout releuaret clausula, *vt asse-*
runt.

Nam in primis fuit responsum prædictam distinctio-
nem vnius, vel plurium supplicantium esse nimis subti-
lem, † & nunquam per Rotam canonizatam, quia d. 18
decisio D. mei Decani illam non firmat, sed solum eam
refert, & dixit quod in casu illius decisionis non intrabat;
deinde fuit visum esse parum in iure fundatam, & inter
vnum & alium casum non posse assignari congruam di-
uersitatis rationem, & ex ea sequi absurdum quod quan-
do sunt plures supplicantes, ferè nunquam dignosci pos-
set, An sit narratiua partis, vel Papæ, quinimo semper,
& indistinctè interpretaretur narratiua partium, & sic
plures supplicantes essent peioris conditionis quàm vnus.
Tandem fuit etiam animaduersum quod Hieron. Paul.
& Rebuff. non dicunt, quod vbi sunt plures supplican-
tes, et apponitur clausula, *vt asseritur* narratiua sit iustificā-
da, prout iustificāda est, quando dicitur *vt asseritur*, sed solū
quod quando sunt † plures supplicantes, solet frequentius 19
apponi clausula *vt asseritur*, quam vbi vnus dumtaxat
supplicat, non tamen inde sequitur, quod sicut narrati-
ua per clausulam, *vt asseritur* est iustificanda, idem pro-
cedat quando narratiua fit per clausulam, *vt asseritur*,
cum enim à communiter accidentibus † duobus magis 20
quàm vni credendum sit atque deferendum, propterea
quando duo, vel plures supplicant, crebrius apponitur
clausula, *vt asseritur*, quàm in casu quo supplicat vnus
tantum ad effectum vt etiam sæpius quando plures sup-
plicant appareat, & detur intelligi narratiuam esse Pa-
pæ, qui magis duobus, vt dictum est, quàm vni credere
solet, vnde vis, & differentia inter vnum supplicantem,
& plures supplicantes non stet in eo, quod verbum *asseri-*
tur in vno supplicante importet narratiuam Papæ, secus
autem in pluribus supplicantibus, sed in eo alio, quod
Papa † frequentius ipse narrat, quando sunt plures sup- 21
plicantes, quàm vbi vnus supplicat, & sic etiam frequen-
tius Cancellaria quando sunt plures supplicantes vtitur
verbo *vt asseritur*, quam vbi est vnus dumtaxat.

Tandem quoad tertium. An Andreas, vti supra legi-
tima-

timatus potuerit succedere in prædictis bonis emphyteu-
ticis excluso Alberto in inuestitura nominato: difficultas
stabat primo quod ista bona sunt sita in Romandiola vi-
delicet in Diœc. Imolen. & extra territorium seu Duca-
22 tum Ferrariæ, & † propterea cessant Bonifaciana, &
Paulina, quæ solum loquuntur, & procedunt in bonis sitis
in territorio seu Ducatu Ferrariæ, Ruin. *cons. 167. num.*
18. circa fin. lib. 1. & Peregr. *cons. 11. num. 4. & 5. lib. 6.*
Deinde, quia non sufficit Andream esse legitimatum, sed
etiam necessum est, quod Alphonsus ei dd. bona emphy-
teutica expressè reliquerit, quia non veniunt in generali
hæredis institutione sub verb. vniuersalibus *in omnibus autē*
23 *alijs, &c.* ex quo bona emphyteutica, † & feudalia non
dicuntur propria testatoris Bart. *in l. vt iusiurandi §. si li-*
bertus, ff. de op. libert. Salic. *in l. si quando §. illud adeo,*
C. de inoff. test. Gueitell. de Benedict. *in cap. Rain. verb.*
duas habens filias num. 284. *extra de testam.*

Sed responsio facilius visa fuit, primum enim tollitur
ex euidentia facti, quia licet dicta bona sint in Romandio-
la, & in Diœc. Imolen. Tamen verum, est quod sunt in
Territorio Consilicis, & ideo in Ducatu Ferrarien. vt no-
24 tum est de quo Ducatu † expressè Paulina loquitur. Se-
cundum autem tollitur ex supradictis quia vera est iuris
conclusio, quod idem est iudicium de bonis emphyteuti-
cis, ac de alijs bonis hæreditarijs, & veniunt etiam in ge-
nerali institutione indistinctè prout alia bona, quando, vt
25 in præsenti per dictas Constitutiones sunt † redacta ad
instar allodialium, & de eis testator liberè disponere po-
test, Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 48. *num.* 4. Guliel Be-
ned. *in d. cap. Rain. verb. cætera bona, num. 9 de test.* Dec.
cons. 395. *num.* 5. Bursat. *cons.* 3. Surd *cons.* 63. *num.* 2. Me-
noch. *de præsumpt. lib 4. præsumpt.* 197. *num.* 13. latè Pe-
regr. *de fideicom. art. 6. num. 30. cum seq.* Magon. *decis.*
Lucen. 5. num. 38. Rot. *decis. 172. num. 7. & seq.* apud
Pacif. de Salu. *& decis. 375. num. 7. par. 1. recent.*

Alia autem obiecta, aut visa fuerunt non indigere responsione, aut fuerunt benè sublata in supradictis duabus decisionibus in hac causa factis.

Et ita vtraque parte acerrimè informante fuit resolutum, &c.

* Prima est supra in hac parte decisio 221. Altera verò erit in 2. parte huius Tomi.

R. P. D. DVNOZETTO.

Ariminen. Hæreditatis.

Die Veneris 10. Maij 1630.

A R G V M E N T V M.

Pater, quando non possit prætendere vsumfructum in hæreditate filio relicta à matre.

S V M M A R I V M.

1 *Vxor habet hypothecam pro restitutione dotis, super eisdem bonis datis in dotem.*
2 *Saluiani interdictum competit mediante hypotheca.*
3 *Creditum, cum hypotheca in saluiano, requiritur pro primo extremo.*
3 *Pater non potest prætendere vsumfructum in portione bonorum relicta filio, si testator hoc prohibuerit.*
5 *Dispositio Auth. excipitur, C. de bon. q. lib. quando procedat.*
6 *Pater in bonis maternis delatis filio habet tantum vsumfructum.*
7 *Verba, æquis portionibus, important æqualitatem.*
8 *Iouer. in auth. item hæreditas, C. de bon. quæ lib. Roland. cons. 95. lib. 1. num. 49. declarantur.*
9 *Pater in hæreditate, quæ de iure erat deferenda ipsi filio, si succedat vnà cum filio in ea hæreditate, tunc in portione habita à filio non consequitur vsumfructum.*

D E C I S I O CCCLXXII.

PROPOSITO dubio die 4. Martij prætetiti. * An D. Diotalleuio Lallio hæredi in testamento Magdalenæ matris instituto vnà cum Hieronymo Lallio eius patre æquis portionibus esset danda immissio in possessionem medietatis bonorum dotalium d. Magdalenæ per eundem Hieronymum detentorum fuit affirmatiuè resolutum, hodie reproposito eodem dubio Domini in decisis perstiterunt.

Nam subsistere visa fuit conclusio in dicta decisione firmata nimirum Diotalleuio pro obtinenda immissione
competere remedium directi saluiani. Quia cum præ-
dictus Hieronymus se obligauerit restituere dotem D.
Magdalenæ vxoris in omnem casum eam restituen. pro-
pterea sicuti ipsa Magdalena pro restitutione suæ dotis
habet hypothecam super † eisdem bonis in dotem datis, 1
nedum ex dicta promissione Hieronymi, verum etiam
ex dispositione legis, iuxta *text. in l. in rebus, C. de iur.*
dot. ita pariter Diotalleuus in testamento D. Magdalenæ
matris pro medietate hæres scriptus in sua portione
dicitur habere hypothecam, † qua mediante compe- 2
tit ei remedium saluiani, Gabr. *cons. 46. num. 20. lib. 1.*
Rota *decis. 3. num. 4. & decis. 95. num. 3.* Pacif. de Sal-
uian. *interd.*

Non obstat, quod non probetur primum extremum
requisitum, scilicet possessio prædictæ Magdalenæ de
tempore sui obitus, quia quicquid sit si ageretur de
remedio, *l. fin.* sufficit in præsenti casu quod † pro- 3
betur creditum dotale cum hypotheca, quod in re-
medio saluiani requiritur pro primo extremo, Statil.
de Saluian. *inspect. 1. cap. 5. numer. 4.* Rot. *in Romana*
saluiani interdicti, Veneris 31. Maij 1602. coram lusto,
post d. tract. de salu. decis. 14. num. 1.

Prout etiam subsistere dixerunt Domini responsionem
datam obiectioni circa vsumfructum prætensum per
Hieronymum in portione Diotalleuij filij, quod scili-
cet vbi apparet † de prohibitione dicti vsus fructus fa- 4
cta à testatore, tunc pater ex portione filij illum non
consequitur, iuxta *text. in auth. excipitur, C. de bon.*
quæ lib. cuius auth. dispositio procedit siue † dicta pro- 5
hibitio expressè in testamento legatur, siue illa ex
verbis tacitè inferatur, *l. vsusfructus, §. ita quis, vbi*
glos. in verb. repellendus, ff. quando dies legat. eod. Bart.
ibid. nu. 1. Molin. *de primog. Hispan. lib. 1. cap. 19. num.*
31. Boer. *decis. 193. vers. quoniam secundum, & num. 3.*
vers. & circa primam.

In præsenti autem casu satis visum fuit constare de ta-
cita prohibitione testatricis ex institutione facta Hierony-
mo, & Diotalleuio, æquis portionibus, nam si Hierony-
mus vltra suam portionem in portione filij vsumfructum
haberet, nimis læderetur filius, & locupletaretur pater,
qui tres ex † quatuor partibus hæreditatis consequeretur, 6
cum tamen duas posset prætendere nedum ex dispositio-
ne iuris *l. 1. C. de bon. matern.* sed ex voluntate etiam te-
statricis, quam voluisse inducere, æqualitatem inter pa-
trem, & filium denotant illa verba, † æquis portionibus, 7
quæ important æqualitatem, Bald. *cons. 168. num. 4. lib.*
5. Ruin. *cons. 163. num. 7. lib. 2.* Vnde ad hoc vt disposi-
tio testatricis adimpleatur necessariò dicendum est di-
ctum vsumfructum fuisse tacitè prohibitum, Bald.
cons. 324 per tot. & præcipuè *numer. 1. vers. nam dat in-*
telligere lib. 5. cum alijs in decisione allegat.

Non obstant Iouer. † *in auth. item hæreditas, C. de bon.* 8
qualib. Rolan. *cons. 95. num. 49.* & alij pro contraria opi-
nione citati, quia vltra quod loquuntur in successione ex-
tranei, vel in successione ab intestato, quo casu longe
differunt à præsenti, de quo agitur omnes ferè conue-
niunt, quod vbi pater in hæreditate quæ de iure erat de-
ferenda ipsi filio, prout est hæreditas matris succedit vnà
† cum filio in proprietate, tunc pater tanquam recom- 9
pensatus ex dicta proprietate in altera filij portione, non
consequitur vsumfructum, idem Rolan. *cons. 95. numer.*
49. per tot. lib. 1. Soccin. *cons. 34. in 3. quæst.* Aret. *cons. 72.*
in 3. dub.

Et ita vtraque, &c.

* Est supra in hac parte decisio 336.

R. P. D.

R. P. D. VEROSPIO.

Gerunden. Administrationis.

Die Lunæ 13. Maij 1630.

ARGVMENTVM.

Administratio bonorum Ecclesiæ regularis spectat ad Abbatem, & ad quem si Ecclesia sit Collegiata, & nonnulla circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Ad Abbatem solum spectat administratio bonorum Conuentut præterquam iaarduis.*
2 *Ecclesiæ Collegiatæ bona debent administrari per Archipresbyterum, simul cum Capitulo.*
3 *Bulla Papæ disponens de rebus Ecclesiæ, ex eius potestate in beneficialibus tanquam lex, & forma debet attendi.*
4 *Abbas est legitimus administrator, & caput totius Conuentus.*
5 *Administratio, vel iurisdictio, quando priuatiuè præscripta non præsumatur.*
6 *Ius plura respiciens, habens si vtatur in aliquibus, conseruat ius sibi in totum ideo, quoad alia per non vsum impeditur consuetudo, & præscriptio.*
7 *Clausula sublata, & decretum irritans, non solam abrogat contrariam consuetudinem, si quæ erat stantibus clausulis, quorum tenores, ex certa scientia, &c.*
8 *Sed etiam illam impedit in futurum.*
9 *Præscriptio, stante mala fide non currit.*
10 *Præscriptio quadragenaria requiritur, ad hoc vt inducatur consuetudo contra ius, & Ecclesiam.*
11 *Obligationes fidelium, quæ fiunt in Ecclesijs Monachorum, vniuerso Conuentui acquiruntur.*
12 *Ecclesia Collegiata, dum non habet nisi vnicam mensam Capitularem, ex ea tàm Archipresbyter, quàm Canonici æqualem portionem recipere debent pro sua dote.*
13 *Subrogatio operatur in his, quæ simul conueniri possunt, & in omnibus præterquam in expressis.*

DECISIO CCCLXXIII.

PROPOSITO iterum dubio, quod Capitulo tantum informante fuit coram me resolutum 16. Februarij anni proximè præteriti * super administratione bonorum, & exercitio iurisdictionis Ecclesiæ Villæ Bertrandi, Domini persistendo in decisis responderunt eandem administrationem, & iurisdictionem non ad solum Archipresbyterum priuatiuè, sed ad ipsum simul vnà cum suo Capitulo pertinere.

Quicquid enim esset in statu regularitatis, an scilicet
tunc administratio vniuersa esset solius Abbatis siue de
1 iure, ex quo † ad eundem Abbatem solum spectat ad-
ministratio bonorum Conuentus præterquam in arduis
cap. nullam 18. quæst. 2. c. edoceri, & ibi Abb. *num. 7. de
rescript. idem* Abb. *cons. 44. num. 2. lib. 2.* Feder. de Sen.
cons. 123. num. 2. Rot. *decis. 554. num. 7. par. 1. diuers.*
Siue etiam quia ita de facto obseruaretur, vt ostendere
conabâtur Informantes pro Archipresbytero ex compluri-
bus actibus factis à solo Abbate, certè mutato per Pa-
pam statu regulari in statu secularem, & abrogata regu-
laritate, atque eius institutis bona olim Monasterij regu-
laris, quæ post erectionem effecta fuerunt Ecclesiæ Colle-
2 giatæ, & de † iure administrari debuerunt ab Archi-
presbytero simul cum Capitulo, *cap. nouit, cap. quando,
de his quæ fiunt à Prælat. sin. cons. cap.* Cæs. de Graff. *de-
cis. 4. eod. tit.* Rot. *decis. 26. & decis. 198. par. 4. recent.*
Card. Seraph. *decis. 339. num. 1.* Mantic. *decis. 207. num.
4.* Card. Caual. *decis. 57. n. 2.* Et hoc idem Papa in Bulla
erectionis expressit, concessa iurisdictione eidem Archi-
presbytero, & Capitulo communi. Quæ Bulla, cir-
cumscripto † statu regulari ex potestate Papæ in benefi- 3
cialibus est attendenda tanquam forma, & lex fundatio-
nis Butr. *cons. 4. num. 1.* Verall. *decis. 292. par. 2.* Card.
Seraph. *decis. 1445. num. 6.*

Et ex his cessabant quæ obiecta fuerunt de consuetu-
dine, & diuturniori possessione quæ dicebatur esse in
contrarium, vt tam Abbas in statu regularitatis quàm
Archipresbyter in statu sæculari soli administrauerint,
quia cum bona non essent solius Abbatis, aut præben-
dæ Abbatialis, vt contendebant informantes pro Archi-
presbytero, sed totius Monasterij, & Ecclesiæ, & eorum
curam, & administrationem habuerit Abbas tanquam
legitimus † administrator, & caput totius Conuentus, 4
vt considerant, & concludunt DD. omnes superius ad-
ducti, & præter eos Corn. *cons. 19. num. 7. lib. 2.* Aufrer.
ad Cappellam Tholosan. decis. 79. Nauar. *cons. 1. de his
quæ fiunt à Prælat. sin. cons. Cap.* Rot. *decis. 3. num 4. de
confess. in nou.* & probat etiam limitatio, vt id possit de
iure Abbas in his solum, quæ minima reputantur: con-
suetudo ante secularizationem quicquam tribuere non po-
tuit, conseruatum enim fuit ius Conuentus, & Mona-
sterij, dum eiusdem Monasterij nomine, & tanquam il-
lius administrator ea omnia fecisse censetur. Neque præ-
scripta præsumi poterat † administratio, vel iurisdictio 5
priuatiuè dum cura, quam habebat bonorum Monasterij
conueniebat cum statu regulari, vt ex Innoc. distinguit
Calderin. *cons. 2. de præscript.* Bald. *cons. 439. num. 11.
lib. 3.* Imo non solum ex tot actibus non ostendebatur
aliquis, qui possessionem contrariam iuri, quod Monaste-
rium habebat super ijsdem bonis concluderet, vt daren-
tur etiam aliqui quos idem Conuentus fecerat in statu re-
gularitatis, † & ex quibus retenta ab eodem videri po- 6
terat administratio, & impedita contraria consuetudo,
& præscriptio, *l. vt pomum, ff. de seruit.* Bart. *in l. si vnus,
ff. de seruit. rustic. prædi.* Aym. *cons. 27. num. 2.* Surd.
cons. 323. num. 47. Rot. *in Adrien. iurisd. 27. Iunij 1622. &
30. Ianuarij 1623. coram D. meo Pirouano.*

Non etiam aliqua potuit induci consuetudo post secu-
larizationem cum ex bulla erectionis in collegiatam con-
cederetur simultanea administratio Archipresbytero, &
Capitulo cùm † clausula sublata, & decreto irritanti ex 7
qua non solom abrogata fuit, si quæ erat antiqua con-
suetudo stantibus clausulis, quorum tenores, ex certa
scientia, & similibus, Anchar. *cons. 335.* Ruin. *consil. 126.
numer. 29. lib. 5.* Becc. *cons. 35. num. 20.* Afflict. *decis. 195.
n. 4.* Verum † etiam impedita in sututum, *cap. si eo tem- 8
pore cum ibi not. de elect. lib. 6.* Cassad. *decis. 1. num. 2.
de restit. spoliat.* Rot. *dec. 549. num. 2. & decis. 189. num.
4. par. 2. diuers.* Immò ex titulo erectionis inducta fuit in
Archipresbytero † mala fides, ex qua etiam præscriptio 9
currere non potuit, *cap. vlt. de præscript. c. possess. de reg.
iur. lib. 6.* Aym. *cons. 146.* Gabr. *de præscript. conclus. 1.
num. 57.* & demum deficit ipsa essentia præsctiptionis cur-
sus scilicet legitimi temporis ad præscribendum, qui in
hac materia † contra ius, & contra Ecclesiam debuit sal- 10
tem esse quadraginta annorum deducto tempore litis,
*cap. ad audientiam de præscript. cap. fin. & ibi DD. post
glos. in verb. legitime de consuetud.* Rot. *decis. 355. n.
2. & decis. 497. num 4. part. 1. recent.*

Ex dictis sublata videri poterat diuisio fructuum dedu-
cta per Informantes, quod scilicet alij essent fructus ip-
sius Capituli, alij fructus Archipresbyteratus, neque e-
nim eadem diuisio subsistebat tam ante erectionem huius
Ecclesiæ in Collegiatam, cuius dotatio variæ dotatio-
nes, & oblationes ex piorum eleemosynis (ex quibus ac-
quisitionibus hi fructus comparati sunt) semper † factæ 11
fuerunt Ecclesiæ, & Monasterio, & quæsita vniuerso
Conuentui, *cap. 1. & ibi not. Abb. num. 4. de stat. monach.
cap. nimis vbi DD. communiter de excess. Prælat* Maluet.
de oblat. dub. 4. num. 61. Petr. de Vbald. *de canonic. Episco-
pali cap. 4. quæst. 16. num. 6* Ferrer. *cons. 143. num. 2.* Car-
din. Mantic. *decis. 38. num 4.* Marescot. *var resolut. lib.
2. cap. 42. num. 3.* quam in statu in quo hodie est Col-
legiatæ, dum non habet † nisi vnicam mensam capi-
tularem, ex qua tam Archipresbyter, quàm Canonici 12
æqualem portionem recipere debent pro sua dote, vt præ-
cisis verbis legitur in Bulla erectionis.

Demum neque contrarium continebánt declaratio-
nes, quas fecerat Clemens Octauus post applicationem
dotis

dotis de fructibus huius Abbatiæ dignitatibus Cathedralis Ecclesiæ Celsonen. Quod enim declarauerit idem Clemens in suis litteris, vt ex ea dotis applicatione, & assignationem bonorum iuribus Archipresbyteri detractum non fuerit, cuius iurisdictionem saluam esse volebat tantum abest, vt Capitulo præiudicauerit, vt immo iura eiusdem Capituli præseruasse etiam videatur. Nam præterquam considerauit iurisdictionem Archipresbyteri in bonis donatis respectu dignitatum alterius Ecclesiæ, non autem vti distinctam, & in concursu Capituli, id etiam declaratio continebat, vt per eam applicationem dotis nunquam iurisdictio super eisdem bonis transiuerit ad dignitates: vel enim eandem iurisdictionem pretendit Archipresbyter post erectam Ecclesiam in secularem, & illa tam de iure, quàm ex forma erectionis erat communis etiam Capitulo, vel quia per subrogationem successerit in locum Abbatis, quasi cum ille solus administraret, & secularizatio nihil præterea substulerit, quàm qualitatem regularitatis, ita etiam iurisdictio ad se solum pertineret, & cum suppressus fuerit status regularis, & formæ, ac qualitati status secularis repugnet, vt iurisdictio non communicetur etiam Capitulo, non opus est quærere, quam iurisdictionem Abbas antea habuerit, quia subro-
13 gatio operatur in his † quæ simul conuenire possunt, &c. in omnibus præterquam in expressis, Rebuff. *in prax. tit. de form. erectio. in Collegiat.* Oldrad. *cons.* 330. *in fin.* Menoch. *cons.* 88. *num.* 23. Dec. *cons.* 19. *num.* 135. *lib.* 3. Cardin. Seraph. *decis.* 1445. *num.* 4.

Et ita resolutum fuit vtraque, &c.

* Est supra in hac causa decisio 252. Et plures alias decisiones cumulaui infra in 2. parte ad decis. 309. & ad decisiones 32. part. 3.

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO DECANO.

Romana Census.

Die Lunæ 13. Maii 1630.

ARGVMENTVM.

Procurator constitutus ad exigendum cum clausulis amplissimis an possit extinguere censum latè tractatur. Census, quando extinguitur, quid sit necessarium. Procurator constitutus ad exigendum, an possit recipere. Census an per compensationem extinguatur.

SVMMARIVM.

1 *In mandato generali non venit facultas vendendi, & distrahendi, sed requiritur specialis mentio.*

2 *Procurator constitutus ad exigendum, est solum procurator ad illud factum exactionis, & recipiendi, non autem ad aliud.*

3 *Procurator ad exigendum etiam cum amplissimis clausulis, non potest diminuere redditum census.*

4 *Et sic multo magis cum dicto mandato potest totum alienare, & retrouendere.*

5 *Debitum illud reputatur, quod ab inuito iuris remedijs extorqueri potest.*

6 *Census dominus, non potest dici creditor sortis, nec qui constituit censum, dicitur vere debitor.*

7 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*

8 *Sors census non potest peti à Domino census, sed hoc est positum in arbitrio imponentis censum.*

9 *Censum emens non dicitur creditor illius sed dominus, vendens autem non est debitor sortis, sed fructuum.*

10 *Census dominus potest compellere, censuarium ad sibi restituendam sortem census si hic disdixerit, & denunciauerit ipsi domino.*

11 *Disdictæ denunciatio in censu est inducta fauore, emptoris, & num. 31.*

12 *Census quando extinguitur est necessaria retrouenditio.*

13 *In censu restitutio pretij est actus retrosimilis illius constitutioni.*

14 *Solutione eius, quod debetur, extinguitur omne debitum, & obligatio.*

15 *Pretij solutio de necessitate non infert extinctionem census.*

16 *Census, quando possit extingui ex traditione pretij absque alia expressa retrouenditione.*

17 *Extinctiones, & cassationes virtualiter important reductionem ad pristinum statum.*

18 *Instrumento cassato eo ipso censetur facta retretraditio omnium, quæ tradita fuerunt per ipsum instrumentum.*

Mandatum habens ad aliquod factum dicitur habere etiam ad illud, quod est annexum, & dependens, num. 8.

19 *Antecedentibus commissis dicuntur etiam commissa subsequentia.*

20 *Verba cedendi, & trasferendi iura, & actiones, & similia in mandato procuræ apposita important facultatem etiam retrouendendi censum.*

21 *In mandato procuræ, si adsint clausulæ, generaliter, &c. promittens, &c. & aliæ iuxta solitam Notariorum extensionem, important, vt constitutus possit omnia facere, quæ potest principalis, & num. 36.*

22 *Et censetur demandata absoluta potestas absque vlla restrictione.*

23 *Quod multo magis procedit, quando in mandato fuerunt aliqui casus requirentes speciale mandatum specificati.*

24 *Mandati fines sunt diligenter custodiendi.*

25 *Procurator constitutus ad exigendum potest etiam recipere, cum receptio sit executio exactionis.*

26 *Procurator constitutus ad exigendum, potest recipere à sponte soluente.*

27 *Procuratori, cui est commissa exactio iudicialis, & coactiua, multo censetur commissa exactio à sponte soluente.*

28 *Census per compensationem vim solutionis habentem potest extingui, & retrouendi.*

29 *Compensatio idem operatur, ac si quis soluat pecunias.*

30 *Census ipso iure extinguitur per solam compensationem.*

32 *Sors census non dicitur debita, cum non possit cogi venditor ad restitutionem.*

33 *Procurator constitutus ad exigendum credita, non potest exigere debita sub conditione, vel in diem.*

34 *Munoz de ratiocin. cap. 23. num. 51. reprehenditur.*

35 *Clausula rati, &c. non importat facultatem cum libera.*

Bart. in l. procurator num. 3. ff. de procurat. refellitur, num. 35.

37 *Debitor non est in diem, vel sub conditione, si agnoscat debitum, & sponte vult soluere, & renunciare fauori suo.*

38 *Debitor in diem, quo ad veritatem, & substantiam est verè debitor, licet non quoad coactiuam exactionem.*

39. *Debitor in diem, debitor est, & potest etiam inuito creditore in solutione præuenire diem.*

Debitor in diem soluens ante non repetit num. 39.

40 *Procurator recipiens pecunias, tanquam procurator alicuius, statim dominium pecuniarum acquiritur eidem constituenti.*

41 *Soluens procuratori alicuius liberatur, etiamsi procurator postea decoquat.*

42 *Procuratori decocto soluens liberatur, dum soluens eius decoctionem ignorabat, imputet enim sibicon-*

*bi constituens, qui non idoneum procuratorem
sibi elegit.*

DECISIO CCCLXXIV.

BON. mem. Cardinalis Comensis mediante Iulin Al-
bero, emerat, censum annuum scutorum 260. à D.
Duce Iuliano Cæsarino, pretio scutorum 4000. & post an-
nos septem idem Dux Cæsarinus soluit dicta scuta 4000.
Luraghn Procuratori Cardinalis, qui Luraghus fecit
quietantiam, & extinctionem census. Verùm cum hæ-
redes Cardinalis objicerent, Luraghum nequaquam suf-
ficiens, mandatum habuisse pro extinguendo dicto censu,
nec inde hæredes Ducis fuisse liberatos. Proposui dibium,
An constaret de valida extinctione census, & ter disputa-
to articulo, Domini non erant concordes.

Aliqui enim putabant, Luraghum non potuisse extin-
guere censum, quia solum habebat mandatum ad exi-
gendum, quod non sufficit ad extinctionem censuum,
1 cum illa requirat retrouenditionem, & in † generali
mandato non venit facultas vendendi, & distrahendi,
sed specialis requiritur mentio, *l. procurator tutorum,
ff. de procurat. l. pracuratorem, C. eodem*, & ita in ter-
minis census resoluit, Rota coram Card. Seraph. *decis.
831. num. 1. & seqq.* & sequuta est in *Romana census 7.
Febr. 1607. coram bon. mem. Attrebaten. quæ est decis.* 186.
post Modern. Perus. *de censib. & in decis.* 373. *num. 6. in*
2 *fin. par. 1. recent.* Procurator enim ad † exigendum est
solum ad illud factum exactionis, & receptionis, non au-
tem ad aliud, nec mutare potest obligationem, nec acce-
ptum ferre, *l. debitorem meum, l. cui recte, ff. de nouat. l.
quod stipulatus, ff. de solut.* Surd. *decis.* 229. *num.* 27. Sicque
talis procurator ad exigendum, etiam cum amplissimis
3 clausulis non potest diminuere redditum census, puta si
soluantur fructus ad rationem decem pro centenario,
nequaquam reducere potest ad rationem octo, Rota co-
ram sanct. mem. Gregor. XV. *decis.* 311. *num. 1. & seqq.*
4 multo minus poterit cum † illo mandato totum aliena-
re, & retrouendere, vt ponderant Modern. Perus. *de cen-
sib. par. 3. c. 1. q. 3. art. 7. num. 47. 52. & 54.*

Quod eo magis admittendum videbatur in præsenti
mandato, quia Luraghus constitutus fuerat ad exigendum
pecunias dumtaxat debitas, & debendas inter quas non
videbatur posse comprehendi sortem census, cum nul-
la præcedente disdicta ex parte D. Ducis Cæsarini, non
posset Cardinalis compellere ipsum ad restitutinnem
5 sortis; & † debitum illud reputatur, quod ab inuito
iuris remedijs extorqueri potest, *l. debitor, ff. de verbor.
signif.* Alex. *cons. 106. num. 7. lib. 5.* D. Fachin. *controuers.
iur. lib. 11. cap. 74. vers. primo* Gutier. *practicar. quæst.
ciuil. lib. 1. quæst. 148. num. 24. & 25.* Vbi quod Domi-
6 nus † census non potest dici creditor sortis, nec qui
constituit censum verè dicitur debitor.

Quinque hanc tuebatur sententiam, dicebant verba
illa antecedentia *necnon omnes, & singulos fructus, red-
ditus, & prouentus, quorumcunque officiorum, censuum,
montium vacabilium, & non vacabilium, &c.* restricta es-
7 se ad fructus, & inde resultare † exclusionem respectu
sortis ad *leg. cum Prætor. ff. de iudic. l. maritus, & ibi
glos. in verbo præscripserit, C. de procurat.* Gratian.
cons. 53. nu. 54. lib. 1. Verba autem subsequentia, *necnon
omnes, & singulas alias pecuniarum, rerum, & bonorum
summas, qualitatis, & quantitatis, &c.* restricta esse ab
immediata clausula, ibi, *eidem D. Constituenti per quas-
uis personas, quauis de causa, & occasione debitas*, &
8 *in futurum debendas, &c.* Cum autem sors † census
non possit peti à Domino census, & hoc totum sit in
arbitrin imponentis censum, tam ex natura ipsius,
quam ex Constitutionibus Apostolicis, & præsertim
sanct. mem. Pij V. Couar. *var. resol. lib. 3. cap. 2. num.
3. vers. secundo, & cap. 9. num. 4.* Gail. *pract. quæst.
lib. 2. obseruat. 2. num. 14.* Rota *decis. 56. num. 5. par. 1.
recent.* sequitur hanc sortem non fuisse debitam Cardina-
li, & consequanter nec facultatem extinguendi fuisse
demandatam Luragho, cum illius mandatum haberet
restrictinnem ad pecunias debitas, vel debendas, & emens
9 censum non † dicitur creditor illius, sed dominus, ven-
dens autem non est debitor sortis, sed fructuum, Gabr.
cons. 141. num. 8. lib. 1. Surd. *decis. 204. num. 9.* Rot. *in
Tudertina censuum 3. Decembris 1621. coram bon. mem.
Buratto.*

Nec obstare credebatur, Dominum census posse com-
pellere † censuarium ad sibi restituendam sortem cen- 10
sus, si hic disdixerit, & denunciauerit ipsi Domino, vt
in Bulla sanct. mem. Pij V. §. cum verò: hanc autem de-
nunciationem fuisse inductam fauore emptoris, vt intra
illud bemestre possit prouidere † de nouo inuestimento 11
pecuniarum, vt dixit Rota coram Card. Seraph. *decis.
1413. num. 2.* & Molin. *de iust. & iur. quæst. 391. conclus.*
19. Et ideo potuisse Luraghum nomine Cardinalis re-
mittere hanc denunciationem, & illa omissa pecuniam
recipere, & censum extinguere, vt per Card. Seraphin.
d. decis. 1413. num. 3. & Boccac. *de cens. par. 2. numer.* 94.
Quoniam id rectè procederet in ipso Cardinale Domino
recipiente pecunias, in quo non potest considerari defe-
ctus facultatis retrouendendi, & is pecunias recipiendo
à debitore census pro illius extinctione dicitur saltem
implicitè retrouendisse, secus autem in illius Procurato-
re, qui mandatum habet tantùm ad exigendum, & vt su-
pra dictum est, præter solam receptionem pecuniarum
pro fructibus census, nihil aliud facere poterat, & ta-
men † retrouenditio erat necessaria, vt respondit Ro- 12
ta apud Card. Seraph. *d. decis.* 831. & alias sæpius; &
quamuis ex sola receptione pretij inde resultare conse-
quutine videatur ipsa extinctio census, † restitutio quip- 13
pe pretij est actus retrosimilis constitutioni census, & id
deducitur ex d. §. Cum vero, Bullæ sanct. mem. Pij V.
ibi, *cum verò traditione pretij redditus extinguendus erit*,
& regulariter per solutionem eius, quod debetur, ex-
tinguitur, † & tollitur omne debitum, & obligatio, 14
*Inst. quib. mod. tollitur obligatio in principio, glos. fin. in
l. cum plures, ff. de euict.* Nihilominus hoc concluderet,
vbi pro extinctione debiti censualis sufficeret sola solu-
tio, nec aliud requireretur, sique Luraghus quem-
admodum exigere, & recipere poterat pecunias, ita
etiam retrouendere potuisset, quæ retrouenditin neces-
saria est pro census extinctione, nec solutio pretij de
necessitate infert † census extinctionem, sed dum in 15
Luragho Procuratore deerat facultas retrouendendi cen-
sum, per illam solutionem pecuniarum Dux Cæsa-
rinus extitit solummodo creditor Cardinalis pro toti-
dem pecunijs.

Alij autem ex Dominis putabant censum fuisse extin-
ctum, quia hoc pendebat ex voluntate venditoris, &
dum ipse soluit pretium integrum, & sic interuenit actus
retrosimilis, aderatque pactum in instrumento consti-
tutionis, vt quandocunque vellet venditor extinguere,
id ipse posset, iuxta etiam Bullam sanct. mem. Pij V.
consequenter † census videtur extinctus ex ipsa tradi- 16
tione pretij absque alia expressa retrouenditione Boc-
cacc. *de censibus par. 2. num. 94. & 130* Felin. *eod. tract.
tom. 2. lib. 4. cap. 1. num. 22. vers. qualiter*, Valasq. de
Auendan. *de censibus Hispan. cap.* 102. *nu.* 2. Rota *decis.
60. num. 3. vers. quia ad hunc effectum par. 1. recent.* & post
Modern. Perusin. *de censibus decis.* 272 *num. 3. decis.* 273.
num. 1.

Nec obstare credebantur Luraghum non habuisse fa-
cultatem retrouendendi, quæ vt supra dictum fuit,
necessaria est ad hanc census extinctionem: quoniam
non solum constitutus fuit Procurator ad exigendum
omnes, & quascumque pecunias, & sic ad solum exa-
ctionis, & receptionis, sed etiam ad cassandum quod-
cunque instrumentum, & ad consentiendum extin-
ctioni, lacerationi, abolitioni respectiuè, & sic singula sin-
gulis congruè referendo, poterat Luraghus cessare, &
extinguere contractum constitutionis census, quæ † 17
extinctio, & cassatio virtualiter important reductio-
nem ad pristinum statum: & inde ipsam retrouenditio-
nem, quæ connexa est, & correspectiua ipsi cassationi,
vt benè per Angel. *in leg. ab emptione num. 6. vers. & sic,
ff. de pact.* qui dicit, quod cancellato † instrumento eo 18
ipso intelligitur facta retrotraditio omnium, quæ tradita
fuerunt per ipsum instrumentum, atque hoc esse notan-
dum, alibique non reperiri, & mandatum habens ad ali-
quod factum, dicitur habere etiam ad illud, quod est an-
nexum, & dependens, Castren. *in l. ad rem mobilem, ff.
de procurat. & ibid.* Alberic. Rimin. Iun. *cons. 11. num. 8.
9. & seq.* Card. Mantic. *de tacit. lib. 2. tit. 15. nu. 30.* Card.
Seraph. *decis. 1146. nu. 2.* Rot. *decis. 670. n. 1. par. 1. diuers.
& in Perusina ratificationis 21. Maii 1622. coram me, con-
firmata sub die 16. Ianii 1628. coram R. P. D. Verospio*, &
commissis antecedentibus dicuntur † etiam commissa 19
subse-

subſeqnentia, Butr. decis. 44. mum 3. Rota coram Reue-
uerendiſs. D. meo Decano deciſ. 470. num. 3. & ſufficit
ſola veriſimilis mens mandantis Cardin. Mantic. de tacit.
lib. 16. tit. 14. num. 31. iunctis præſertim alijs ſubſequenti-
bus verbis, cedendi, & tranſferendi iura, & actiones,
20 † quæ vel ſimilia verba aliàs Rota cenſuit importare fa-
cultatem etiam retrouendendi cenſum, vt in illa Romo-
na cenſus coram Attrebaten. quæ eſt deciſ. 186. numer. 2.
verſ. maximè, poſt Modern. Peruſin. de cenſib. Concur-
runtque aliæ clauſulæ generaliter, &c. promittens, &c.
21 & aliæ, quæ iuxta ſolitam Notariorum † extenſionem,
important, vt Procurator poſſit omnia, & ſingula fa-
cere, quæ conſtituens poſſet, etiamſi talia eſſent, quæ
requirerent ſpeciale mandatum, & iden cenſetur demanda-
22 ta abſoluta facultas abſque aliqua reſtrictione, † ſed cum
libera adminiſtratione, Bart. in l. procurator cui num. 30.
ff. de procurat. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg.
30. num. 11. verſ. quinimo, Afflict. deciſ. 305. numer. 4.
23 Card. Mantic. deciſ. 11. num. 2. Maximè † cum præceſ-
ſerit expreſſio caſuum, qui ſpeciale mandatum require-
bant, Couarr. var. reſolut. lib. 1. c. 6. n. 3. verſ. quinto, &c.
Seraph. & Mantic. in locis præallegatis; data autem fa-
cultate cum libera, potuit Luraghus etiam exigere ſor-
tem, & retrouendere ad deciſ. Seraph. 238.

Cæterum Domini, qui primam opinionem tuebantur
reſpondebant haſce clauſulas intelligendas eſſe circa præ-
24 miſſa, & eſſe reſtringendas ad ſpecificata, cum † fi-
nes mandati diligenter cuſtodiendi ſint, l. diligenter, ff.
mandati, capitulo qui ad agendum de procurat. in 6. Bal.
in l. quod quis num. 2. verſ. ego dico C. de procurat. Vnde
circa hanc extinctionem cenſus non erant concordes.

In hoc tamen Domini conuenerunt, ſcilicet ſolutio-
nem illam factam Luragho ſuffragari D. Duci Cæſari-
no, itaut hodie poſſit cogere hæredes Cardinalis ad re-
trouenditionem, & extinctionem cenſus, quoniam
Luraghus habuit mandatum, ſi non ad retrouenden-
25 dum, certè ad recipiendum, datus enim † Procurator
ad exigendum, poteſt etiam recipere, quia hæc rece-
ptio eſt executio exactionis, l. inductum C. de ſolut. Bart.
in l. hoc iure in princ. ff. de ſolut. Roder. Suarez in l.
poſt rem iudicatam in declarat. leges Regni quæſt. 3. num. 11.
26 ff. de re iud. & Luraghus in vim iſtius mandati ad † exi-
gendum potuit recipere à ſponte ſoluente iuxta gloſ. in
l. falſus verb. exigendo, C. de furt. & reprobata opinione
Speculatoris tradit Alexand. in leg. non ſolum num. 5. ff.
ſolut. matrim. Caſtrenſ. conſ. 181. num. 3. par. 1. Tiraq.
de retract. lignag. §. 9. gloſ. 3. num. 10. verſ. adeo vt, Au-
guſt. Barboſ. plenè in d. l. non ſolum num. 26. verſ. ſed his
non obſtantibus, & num. 27 ff. ſolut. matrim. vbi de ve-
riori, & communiori teſtatur Suarez vbi ſupra num. 3.
Card. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 14. num. 7. Gratian. di-
27 ſcept. forenſ. cap. 505. num. 57. ſi enim † demandata fuit
Luragho, quæ erat difficilior exactio iudicialis, & coa-
ctiua multo magis exactio à ſponte ſoluente cenſeri de-
bet permiſſa, vt benè probentur Barboſ. & Gratian.
vbi ſupra.

Iacto autem, quod Dux Cæſarinus rectè ſoluerit
Procuratori Cardinalis, & ſic ſaltem euaſerit creditor
ſcutorum 4000. ſequitur, vt hodie ipſius Ducis hæredes
facta intimatione, & diſdicta poſſint proponere quan-
28 dam compenſationem † vim ſolutionis habentem, &
ita cogere ad extinctionem, & plenam retrouenditio-
nem, Valaſq. Auendan. de cenſib. cap. 102. n. 8. verſ.
igitur nulla, Molin. de contract. par. 2. diſput. 394. nu. 7.
Reben. de oblig. iuſt. lib. 10. quæſt. 6. num. 22. Modern. Pe-
ruſ. de cenſib. par. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 6. num. 4. quia hæc
29 compenſatio † operatur perinde, ac ſi Dux Cæſarinus
ſoluerit pecunias, l. ſi debitor, ff. qui potior. in pign.
Gabr. l. amplius, ff. rem rat. haber. l. ſi pecuniam, §. vlt.
ff. de ſtat. liber. Quo caſu quemadmodum hæredes Car-
dinalis non poſſent denegare retrouenditionem, ita nec
propoſita compenſatione, Felician. de cenſib. tom. 2. lib.
30 4. cap. 11. num. 13. vbi dicit extingui † cenſum ipſo iure
per ſolam compenſationem poſtquam hoc emptori cen-
ſus ſignificatum fuit etiam non expectato lapſu duorum
menſium, de quibus in Bulla iuxta opinionem Molin.
de iuſt. & iur. diſput. 39. concl. 10. in quo tamen contra-
rium tenet Ioannes de Salas de cenſib. dub. 12. num. 5. verſ.
ſed exiſtimo, nempe quod venditor teneatur perſeuerare
per totum bimeſtre in cenſu, quia ille terminus duo-
31 rum † menſium eſt in fauorem emptoris, vt interim
aliam inueniat occaſionem idoneam inueſtimenti.

Non obſtat, quod mandatum loquatur de exigendis
pecuniis debitis, & debendis, & ſors cenſus † non ſit de- 32
bita, cum non poſſit cogi venditor ad reſtitutionem: quia
obiectum vrgeret ſi Luraghus pulſaſſet Ducem Cæſari-
num renuentem reſtituere ſortem ad reſtituendum quia
tunc Dux rectè potuiſſet excipere ſe non eſſe debitorem,
ſed dum ſponte Dux voluit ſoluere, fecit ſe debito-
rem, & tunc verè dici poteſt ſortem fuiſſe debitam,
& quemadmodum ſi facta intimatione, & diſdicta
per Ducem ipſe fuiſſet debitor, & Luraghus vigore
mandati ad exigendum pecunias debitas potuiſſet reci-
pere, ita neglecta per Cardinalem, ſeu eius Procura-
torem diſdicta, potuit Dux præuenire terminum duo-
rum illorum menſium, & ſoluere Luragho ante diſdi-
ctam, & ſic pecunia erat debita volente debitore: ſolum-
que in Luragho deficiebat facultas retrouendendi, non
autem recipiendi.

Non obſtat, quod † Procurator ad exigendum credi- 33
ta non poſſit exigere debita ſub conditione, vel in diem,
vt per Munoz. de ratiocin. cap. 23. numer. 51. & ſequen-
tib. Quoniam ipſe non figit pedem, & contrariam opi-
nionem tuetur Ceual. commun. contra commun. quæſt.
790. n. 43. vbi Muzzium † reprehendit qui tamen Munoz 34
admittit rectè etiam ſolui debitum, ante diem Procura-
tori ad exigendum, quando habet mandatum cum li-
bera, vt num. 57. & in caſu noſtro videtur Luraghum
huiuſmodi mandatum habuiſſe, non † quidem ex clau- 35
ſula rati, &c. quæ non importat talem facultatem
cum libera, vt reprobata opinione Bartoli in leg. procu-
rator numer. 3. ff. de procurat. firmat Iaſ. in leg. tranſa-
ctionis numer. 8. C. de tranſact. Addent. ad Bart. litera F.
& Iaſon dicit Bartolum plures illo dicto fefelliſſe, Decian.
conſil. 500. numer. duodecimo, Card. Mantic. de tacit. lib. 7.
tit. 16. numer. 21. ſed ex clauſulis diſtinctis generaliter,
&c. promittens, &c. quæ extenduntur à Salluſt. Tiber.
in formulario inſtrum. lib. tertio, fol. 304. ſecundum vlti-
mam impreſſionem columna ſecunda, verſ. et generaliter,
&c. vt importent facultatem † in procuratore faciendi 36
quod facere poterat Dominus, quod dicitur mandatum
cum libera, Geminian. conſil. 129. nu. ſexto, et ſepti-
mo, verſic. item eſt Alexand. conſil. 43. in princip. lib.
ſecundo, et 143. numer. decimo lib. ſexto, Crauett. conſ.
924. numer. nono, & ſupra etiam fuit dictum. Et ſatiſ-
facit huic motiuo ratio ſuperius aſſignata, quoniam non
eſt debitor in diem, vel ſub conditione, dum debitor † 37
agnoſcit debitum, & ſponte vult ſoluere, & renuncia-
re fauori ſuo, ac præuenire diem præſcriptam ſolutioni,
præſertim in hoc caſu, quia mandatum conceſſum fuit
ad exigendum pecunias quauis de cauſa, & occaſione
debitas, & in futurum debendas, & ſic licet de tem-
pore mandati non eſſet debita, tamen erat debenda, ei,
& poſtquam ille Dux voluerit ſoluere, & debitor † 38
in diem, quo ad veritatem, & ſubſtantiam eſt verè de-
bitor, licet non quo ad coactiuam exactionem leg. in
diem, ff. de cond. indeb. leg. qui in diem, ff. de ſolut. vbi
debitor in diem debitor eſt, † & poteſt etiam inuito cre- 39
ditore in ſolutione præuenire diem, & ſoluens non re-
petit.

Nec obſtat Luraghi decoctio ſequuta poſt huiuſmodi ſo-
lutionem; quoniam cum receperit expreſſè iſtas pecunias
tanquam Procurator Cardinalis, illicò acquiſitum † fuit 40
dominium pecuniarum eidem Cardinali conſtituenti, leg.
ſi procurator, ff. de acquirend. rer. dom. Rota Ianuen.
deciſ. 127. num. 8. Et ſoluens liberatus remanſit, quam-
uis ipſe † Procurator poſtea decoxerit, Stracch. de decoct. 41
par. 3. num. 56 Vbi quod ſoluens Procuratori decocto li-
beratur, dum ſoluens eius decoctionem ignorabat, impu-
tet enim ſibi conſtituens † qui non idoneum Procurato- 42
rem elegit, non autem debitori, qui bona fide ſoluit,
leg. cum mandato, ff. de minoribus Signor. conſ. 229. numer.
2. ad finem, verſiculo, & ſibi imputet Stracch. dicta par. 3.
num. 54. verſ. et magis.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit,
&c.

REVE-

REVERENDISS. P. D VRGELLEN.

Placentina Decimarum.

Die Lunæ 13. Maij 1630.

A R G V M E N T V M.

Bona Ecclesiæ nulliter alienata, sunt restituenda ab emptoribus vnà cum fructibus à die alienationis, & hoc procedit stante mala fide emptoris, secus verò quando fuit in bona fide. Et etiam quando Ecclesia teneatur restituere pretij fructus, rerum nulliter alienatarum.

S V M M A R I V M.

1 *Ecclesiastica bona alienata non seruatis solemnitatibus, & sic nulliter, hoc casu bona alienata debent Ecclesiæ restitui vnà cum fructibus à die alienationis.*

2 *Fructus rerum Ecclesiæ alienatarum nulliter, stante bona fide emptoris non debentur, nisi à die motæ litis.*

3 *Ad fructuum restitutionem de bonis Ecclesiæ malè alienatis quis non tenetur stante bona fide.*

4 *Scientiam si quis habet de aliqua re, non potest se à mala fide excusare prætextu erroris facti, vel iuris ambigui.*

5 *Excusatio, si admitteretur stante scientia, penè nunquam daretur casus, in quo fructus ob malam fidem possessoris ab initio deberentur.*

6 *Contractus nullitate data, ob non seruatam formam in alienatione rerum Ecclesiæ, fructus ab Ecclesia non sunt restituendi, nisi emptores probent fuisse conuersos in vtilitatem, & commodum Ecclesiæ.*

7 *Et ista versio sufficit probari per verisimilem præsumptionem.*

8 *Fructus pretij rerum Ecclesiæ nulliter alienatarum probato, quod fuerunt conuersi in vtilitatem Ecclesiæ, tunc sunt restituendi.*

9 *Ecclesia, cum sit iustitiæ cultrix non debet se locupletari eum aliena iactura.*

D E C I S I O CCCLXXV.

POST quam fuit bis decisum, * confirmandas esse sententias de partibus, quibus declaratum fuit alienationes decimarum, de quibus agitur, fuisse nulliter factas, ob non seruatam formam Rescripti, si in euidentem: Dubitaui, An, & à quo tempore debeantur fructus hinc inde, & fuit resolutum, deberi, vsque ab initio, nimirum Ecclesiæ deberi omnes fructus à die alienationis, & è conuerso Anguissolis esse restituendum, seu compensandum quicquid probauerint soluisse pro fructibus recompesatiuis, necnon omnes fructus per Archipresbyteros perceptos ex bonis eis in solutum datis.

Quo enim ad fructus decimarum, moti fuerunt Do-
1 mini, quia agitur de restitutione fructuum ex † bonis
Ecclesiæ alienatis, non seruatis solemnitatibus, & sic nulliter, vt in prædictis duabus decisionibus in hac causa factis; quo casu recepta est iuris conclusio, vt bona sic alienata debeant Ecclesiæ restitui vnà cum fructibus à die alienationis, *leg. iubemus §. primo, C. de sacrosanct. Eccles.* Bero. *in cap. si quis Presbyterorum numer. 14. de rebus Eccles. non alienan.* Felin. *in cap. Cum causa numer. 27. de re iudic.* Curt. Sen. *consil. 71. colum. septima, numer. 13.* Surd. *consil. 115. numer. 31. & sequentib.* Rodean. *de reb. Eccles. non alienan. qu. 77. cap. 5. num. secundo,* Menoch. *de recuper. remed. 15. numer. 634.* Ric. *decis. 18 per tot. in prax. Archiepisc. tit. de reb. Eccles. non alienan.* Surd. *decis. 45. numer. 10.* Rot. *decis. 14. part. 1. diuersor. & fuit dictum in Placent. Bonorum 26. Iunij 1585. coram Cardin. Blanchetto, & in Vlixbonen. nullitatis locationis, primo Iulii 1593. coram Cardin. Pamphilio, & in Neapolitana Spolii 31. Iunii 1607. coram Cardin. Lancellotto.*

Neque obstat si dicatur, quod DD. de Anguissolis
crediderint venditiones † fuisse factas cum debitis so- 2
lemnitatibus stante sententia Exequutorum litterarum si in euidetem, & ideò non teneri ad fructuum restitutio-
nem nisi à tempore litis motæ; quia tempore anteriori † 3
fuerunt in bona fide, quæ excusat à fructuum restitutionem, vt in terminis firmarunt Felin. *in dict. cap. cum causa num. 27. versic. Procederet de re iudic.* Bero. *dict. cap. si quis Præsbyterorum nu. 45.* Curt. Sen. *d. cons. 71. num. 13.* & alij, quos cumular Ricc. *dict. decis. 18. numer. 3.* Quia responderur, quod cum in instrumento alienationis fuerit insertus tenor litterarum si in euidentem, & Constitutionis Paulinæ, de qua in Extrauag. ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alienandis in quibus præscribitur certa forma in alienationibus rerum Ecclesiæ præcisè obseruanda, DD. de Anguissolis, qui non solum, dicta forma omissa, sed etiam contrafaciendo emerunt, de qua tamen vt di-
ctum est, plenam † habebant scientiam non possunt 4
se à mala fide excusare prætextu erroris facti, vel iuris ambigui, *leg quemadmodum C. de Agric. & Censit. lib. 11. cap. Qui contra de reg. iur. in 6.* Abb. *in cap. de quarta numer. 12. & ibi* Felin. *num. 26. vsque ad num. 35. de præscript.* Curt. Iun. *cons. 185. numer. 5. lib. 2.* Neguf. Iun. *con. 394. num. 6. cum sequentib.* & Surd. *dict.
cons. 115. num. 32.* Si enim in hoc casu execusatio † ad- 5
mitterentur penè nunquam daretur casus, in quo fructus ob malam fidem ab initio deberentur, vt ad sensum patet.

Fructus verò recompensatiuos quinque pro centenario, de quibus in instrumento venditionis, solutos per Anguissolas, nec non fructus perceptos ex bonis datis in solutum, dixerunt Domini esse restituen. vel com-
pensandos, quia licet vera sit conclusio, † quod data 6
nullitate contractus ob non seruatam formam, vt hic, fructus non sunt ab Ecclesia restituendi nisi emptores probent, eos fuisse conuersos in vtilitatem, & commodum Ecclesiæ, *gloss. in leg. prædiorum C. de præbead. min.* quam ibi sequuntur Bart. Bald & Saiicet. Ias. *in leg. nam & postea, §. si minor, ff. de iur. iuran. num. 11.* Riminald. Iun. *consil. 5. num. 76. lib. 1.* Nutt. *cons. 631. num. septimo,* Menoch. *de præsumpt. lib. sexto, præsumpt. 27. in fin.* Quam conuersionem in præsenti dicebatur non probari, tamen Dominis visum fuit, verisimiliter præsumi, & credendum esse, quod dicti fructus deseruierunt pro alendis Archipresbyteris pro tempore, qui alioquin alendi erant ex fructibus dictarum decimarum; hancque ve-
risimilem præsumptionem sufficere pro legitima pro- 7
batione versionis *gloss. in auth. hoc ius in fin. C. de sacrosanct. Eccles.* Dec. *cons. 36. incipit, Et pro senai num. 8. vers. Aduerten.* Pinell. *in repetit. leg. 2. part. 2. cap. 4. num. 66. C. de rescind. vendit.* Cancer. *variar. resolut. lib. 2. cap. 1. num 252.* Vnde cum fructus huiusmodi cesserint, vel præsumantur cessisse in Ecclesiæ commodum,
† sunt restituendi, vel compensandi iuxta doctrinam 8
Bart. *in l. cum ii, §. in transactione, C. de transact.* Caualcan. *decis. 46. num. 81.* Et ratio est, quia non est ferendum, vt
Ecclesia, quæ est iustitiæ cultrix, † & tenebatur alere 9
Archipresbyteros, locupletetur cum aliena iactura, iuxta *text. in cap. saam ibi DD. de pœn.*

Et Ita, &c. decisum Archipresbytero tantum informante.

* Idest sub die 28. Maij 1629. & 18. Februarij 1630. sunt supra decisiones 295. & 350.

REVERENDISS. P. D PIROVANO.

Ciuitatis Castelli supplementum legitimæ.

Die Veneris 17. Maij 1630.

A R G V M E N T V M.

Vsusfructus formalis relictus filio, ei imputatur in legitimam, & qualiter æstimatio illius fiat, & an vigore dictæ æstimationis,

seu

seu liquidationis filius sit legitimus contradictor ad impediendam immissionem fideicommissario.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommissario non denegatur immissio, cessante legitimo contradictore.*
2 *Filius non est legitimus contradictor ad impediendam immissionem fideicommissario vigore sua legitimæ, quando illam consumpsit ex formali vsufructo ei relicto.*
3 *Legitimæ titulus potest consumi ex vsufructu formali, filio relicto.*
4 *Fideicommissarius prius de immissione non potest agere, nisi sequuta liquidatione legitimæ per æstimationem vsusfructus relicti filio.*
5 *Vsusfructus æstimatur iuxta text. in l. hæreditarium, ff. ad l. falcid. & num. 11.*
6 *Legitimæ supplementum semper debetur.*
7 *Valor rei constituitur ex vsufructa spatio viginti annorum.*
8 *Æstimatio vsusfructus formalis relicti filio loco legitimæ, de quo tempore est facienda.*
9 *Veritati rei æstimandæ non autem præsumptioni standum est quando illa haberi potuit.*
10 *Decis. 31. coram Manzanedi penes Merlin. de legit. declaratur.*

DECISIO CCCLXXVI.

RESOLVTVM fuit, standum esse in decisis 23. Ianuarij præteriti: quia fundamenta illius decisionis bene subsistunt.

Vera est enim conclusio in decisione firmata, Reuerendiss. D. Franciscum Fideicommissarium non posse re-
1 pelli à petita immissione, cessante † legitimo contradi-
ctore absque titulo, & possessione, sequendo Bart. *in l. 2. nu. 3. C. quando, & quib. quar. pars deb. lib.* 10. Menoch. *de adipiscend. remed. quarto, num. quarto, cum alijs in eadem decisione allegatis*, & prout D. Iulios neque titulum legi-
2 timæ iustificabat, cum iam † esset consumptus ex formali vsufructu in vita sui auctoris perceptu: & possessio nunquam fuerit ei determinatè quæsita propter iura partium, tam in possessorio, quàm in petitorio in decreto immissionis Clementis Patris D. Iulij præseruata; vt propterea deficiente titulo, contradicens immissioni petitæ non possit se fundare in possessione æquiuoca à iuribus partium nempe subsistentia tituli legitimæ pendente, quę simul cum ipsa tituli consumptione euanescit.
3 Non obstat, quod etsi titulus legitimæ † possit consumi ex vsufructu formali filio relicto, sequendo opinionem iam per Rotam firmatam *coram Cardin. Seraphino in causa Bononien. de Scappis, quæ est in eius impressis* 1365. *& in hac causa coram Patriarcha Manzanedo* 11. *Mercurij* 1616. *& 7. Martij* 1617. attamen non prius de
4 immissione † agendum sit, quàm sequuta liquidatione per æstimationem vsusfructus relicti iuxta *leg. hæreditarium ff. ad leg. falcid.* videlicet habito respectu ad ætatem,
5 & † qualitatem filij de tempore obitus matris, non autem ab euentu, quantum perceperit filius, Munnoz. Escobar. *de ration. comput.* 2. *num.* 5. Maresc. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 86. *nu.* 12. Seraphin. *eadem decis.* 1365. *n.* 12. *& seq.* Menoch. *cons.* 1079. *numer.* 22. Rota *decis.* 186. *n.* 5. *coram Papa Gregorio Decimoquinto*, quæ tamen supputatio neque ex actis desumi dicebatur, neque ex calculo sententiæ bonæ memoriæ Patriarchæ Manzanedi; post-
6 quam ab ea pendet appellatio, itaut supplementum † semper debeatur, vt Rota admisit in decisione causæ, quę est apud Merlin. *de legitima* 31. *nu.* 21.

Quia primò fuit responsum, sufficienter constare de consumptione legitimæ Iulij senioris ex perceptione fructuum hæreditatis maternæ spatio 27. annorum, in quo matri superuixit, nec dubitari potest, quin per id tempus,
7 & etiam minori, nempe 20. annorum † fructus percepti sortem debitam impleant, secundum *glos. communiter receptam in auth. perpetua in verb. iusta vbi* Castr. Salicet. & Fulgos. *C. de sacrosanct. Eccles.* cum alijs allegatis per Surd. *d. cons.* 451. *num.* 39. & idem firmauit Rota *in Foroliuien. datis de Monsignanis* 19. Nouembris 1603. *coram bon. mem. Penia*, vnde cum æstimatio legitimæ debitæ ex vsufructu formali non fuerit petita per Iulium seniorem de tempore illius acceptatione hæreditatis matris sequutæ; vt firmat decisio causæ apud Merlinum, impressæ in ordine 31. sed hodie opponatur de illa detrahenda per illius hæredes, & agatur de ponenda ratione illius, propterea non quid præsumpserit, *leg. hæreditatum* circa vitam hominis, sed quid re vera æstimandum sit † ius 8
tale vsusfructus formalis de tempore rationis legitimę ponendæ, est attendendum, per *l. cum titio, ff. ad leg. falcid.* ex quo veritati rei æstimandæ, non autem præsumptioni
† innitendum est, quando (vt in præsenti) illa haberi 9
potest, & hunc sensum Rota habuit *in alia Ciuitatis Castelli, & Perusina de Alphanis* 162. *&* 128. *in ordine penes eumdem tractatum de legitima*, & idem ex veriori comprobant Cou. *var. resolut. lib.* 3. *ca.* 9. *num.* 8. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 41. *num.* 22. *in fine, & cons.* 451. *num.* 38. nec de-
cisio supra allegata coram Patriarcha Manzanedo 31. † 10
contradicit responsioni datæ, quia nihil aliud infert, quàm vt legitima impleatur, quatenus recepta non ascendant ad valorem, quod non controuertitur, sed superabundanter ex fructu 27. annorum fuit repleta legitima: & cum supradicta distinctione Domini intellexerunt adducta per Marescot. *variar. resolut.* & alios pro contraria opinione allegatos.

Secundò fuit dictum, ex facto cessare obiectum, quia Iulius senior de tempore obitus Angelæ matris, & aditionis eius hæreditatis, quod contigit de anno 1573. non excedebat annum quadragesimum, & visum fuit concludenter probari in instrumento dato deputationis curatorum præsente Angela matre, & consensum præstante de anno 1554. in quo Iulius enunciatur maior annis vigintiocto, & minor annorum vigintiquinque, vnde si rigorosè ab anno decimoctauo desumatur computum, & numerentur cum alij 19. quæ desunt ad annum 1573. attingendum, certè illius ætas erit annorum triginta, &
septem, & non vltra; atque † ita secundum dispositio- 11
nem *leg. hæreditatum*, præsumptio vitæ illius erit annorum 23. quæ semper æquat sortem legitimæ, vt supra dictum fuit.

Non obstat, quod vsusfructus liquidari debeat dempto palatio in Ciuitate Castelli, & fructibus propriæ legitimæ. Quia semper fructus aliarum partium per viginti annos æquant sortem legitimæ, & portio palatij quoad fructus, aut redditus, quales illi fiūt, intrat æqualiter in diuisione ad constituendas partes æquales pro indiuiso, tam respectu legitimę, quàm aliarum partium, itaut Dominus Iulius nullum sentiat damnum in supputatione propter ęqualem diminutionem vniuscuiusque quotæ partis bonorum hæreditariorum.

Et ita resolutum fuit, &c.

* Est supra in hac parte dec. 330.

REVERENDISSIMO P. D. PIROVANO.

Ianuen. Iuris Honorifici.

Die Veneris 17. Maij 1630.

A R G V M E N T V M.

Iuspatronatus honorificum an possit competere in Ecclesia regulari, & ex quo tale ius acquiratur. Leuiores probationes, quando sufficiant ad aliquid probandum.

S V M M A R I V M.

1 *Ius patronatus honorificum potest obtineri in Ecclesia regulari.*
2 *Ius patronatus honorificum acquiritur ex sola constructione.*
3 *Et hoc casu nulla requiritur reseruatio, modo expressè non remittat.*
4 *Præeminentiæ olim in aliquo loco debebantur intuitu munificentiæ, & intuitu operis conspicui construentibus.*
5 *Enunciatiua vnica, quamuis sit antiqua, non probat.*
6 *Probationes leuiores sufficiunt, quando agitur de materia antiqua, et difficili.*

DECISIO CCCLXXVII.

QVÆREBATVR de pertinentia iuspatronatus,&
seu de praemineutijs illius in Choro, & Capella
maiori Ecclesiæ Sanctæ Catherinæ Monachorum Sancti
Benedicti Ciuitatis lanuen. sed Dominis placuit prius vi-
dere de fundamento eiusdem, & hodie hac parte exami-
nata dictum fuit constare de patronatu honorifico reser-
uando quæstionem de pertinentia ad aliam diem.
1 Est enim certum, quod † iuspatronatus honorificum
potest obtineri iu Ecclesia regulari, *cap. nobis de iurepatr.*
Lambert. *eod. tit. lib. 1. par. 1. quæst. 11. art. 7. num. 5. &*
lib. 3. quæst. 1. num. 3. Rocchus *in verb. honorificum num. 99.*
latissimè fuit firmatum in *Calagurituna iuspatronatus*
16. Februar. 1629 coram Eminentissimo Cardinale Vi-
2 *rile*, & similiter † sola constructione acquiritur *d. cap.*
nobis de iurepatr. Cassador. *eod. tit. decis. 6. num. 2.* Lam-
bert. *de iurepatr. lib. 1. par. 1. qu. 11. art. 7. a. 5.* Ioan. de
Anan. *cons. 24. num. 4.* Franciscus Leo *Thesaur. for. Ec-*
3 *cles. par. 2. art. 16. num. 72* nec requiritur † expressa re-
seruatio modo expresse non remittatur, ex quo à canone
conceditur reseruatio, *d. c. nobis de iurepatronatus*, Rota
decis. 5. eodem tit. in antiquis, Lambert. *lib. 1. p. 1. quæst. 2.*
art. 5. numer. 12 & idem fuit firmatum in *lucen. portionis*
10. Decembris 1561. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio se-
niori, & in Florent. Subdecanatus 22. Maij 1628. coram D.
meo Durano, & non immeritò quia olim huiusmodi præ-
4 eminentiæ de † iure debebantur intuitu munificentiæ,
& in præmium Operis conspicui construenti, *l. qui libera-*
litate, ff. de oper. pub. leg. legatum in fine, ff. de administr.
rer. ad Ciuit. pertin. Bald. *in leg. 1. C. vt nemin. liceat sign.*
impon. In præsenti autem sufficienter visum fuit consta-
re de constructione Chori, & Capellæ maioris, quæ in
ipso Choro continetur, quia dantur Codicilli Vincentij
Sauli, in quibus legando multa pro ornatu Chori, &
Capelle, prædictis dixit quem Chorum, & Capellam
ipse codicillaus se fabricare fecisse suis proprijs impensis,
5 quæ † enunciatiua, etsi sola non sufficeret quamuis
antiqua, nempe, &c. anno 1555. Attamen iunctis
alijs, scilicet legato pro ornando Choro, & Capella, ac
reparatione eorundem, & pro victu Monachorum, con-
structione Sepulturæ, appositione insignium inter Ca-
pellæ, & Chori ambitum, & demum concurrente effe-
ctuatione legati, quoad omnia onera in Codicillis con-
tenta probata per successiuas Monachorum exactiones ex
locis montium assignatis in Codicillis, inde resultat pro-
6 batio veritatis enunciatiuæ prædictæ in materia † anti-
qua, & difficilis probationis, quæ contentatur leuioribus
probationibus, & demonstrationibus, Seraphin. *decis.*
1141. & 230. nu. 1. impressis coram D. meo Decano. Felin.
in cap. sicut num. 35. de re iudic. Rota *decis. 697. numer. 2.*
par. 1. recent.

Et ita resolutum, &c.

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO DECANO.

Romana Retractus.

Die Veneris 17. Maij 1630.

ARGVMENTVM.

Bulla iuris congrui, quid disponat, & quando cogat vicinum domum inhabitantem eam vendere. Vendere aliquid coactè, vt quis dicatur, quid sufficiat. Consortium verum quale dicatur. Vendens domum consorti, non dicitur eam extraneo vendere.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Gregor. XIII. de iure congrui disponit, vt volenti ædificare, Camerarius, & Magistri viarum cogant vendi domus vicinas solitas locari, aucto certo pretio.*
2 *Bulla iuris congrui, quando cogat vicinum domum inhabitantem eam vendere.*
3 *Peritis in arte est credendum.*
4 *Dominus fundi, quando offert se ædificaturum ad ornatum Vrbis, iuxta sui soli capacitatem, tunc Bullæ iuris congrui non est locus, fallit nu. 5.*
6 *Socius non potest ædificare in re communi inuito socio.*
7 *Statutum Vrbis cap. 110. lib. 1. declaratur.*
8 *Statutum Vrbis, cap. 110. lib. 1. non habet locum, quando venditio fuit coactè facta præuio monitorio.*
9 *Vendere quis dicitur coactè, si iustè metuens ne compelleretur, vendidit.*
10 *Venditio, vt dicatur necessaria, sufficit monitorium.*
11 *Socius potest alienare partem suam communem.*
12 *Consors domus quis dicitur.*
13 *Consortium verum illud dicitur, quod in singulas partes retrastum, nec separari potest.*
14 *Consorti, quando fuit vendita domus, non dicitur facta venditio extraneo, & ideo non est locus retractui.*

DECISIO CCCLXXVIII.

CVM D. Autonius Carcarasius monitorium, su-
per venditione medietates domus, & apotecæ eius
domui contiguæ, ad effectum fabricandi pro Vrbis orna-
tus, iuxta dispositionem Bullæ fel. rec. Gregorij XIII. de
iure congrui, contra D. Hieronymum filium, & hære-
dem q. Damiani Sauelleschi, ipsius medietatis Dominum
exequi fecisset, idem Sauelleschus videns malum ius fo-
uere, bonam fidem agnoscendo, & condemnationem
Iudicis preueniendo, dictam medietatem vendidit ipsi
Carcarasio, qui deinde iudicium mouit contra D. Am-
brosium Montanum, & Octauium Primolum Procura-
torem hæreditatis, & hæredum q. Olimpij Cestarelli, su-
per veuditione alterius medietatis commuuiter, & pro
indiuiso possessæ, in vim eiusdem Bullæ, & Statutorum
Vrbis, è contra verò hæredes prædicti coram Illustris-
simo D. Card. Camerario, & Viarum Magistris, aliud
iudicium contra ipsum Carcarasium mouerunt, vti con-
sortes super prælatione, & emptione dictæ alterius me-
dietatis per Sauelleschum vt supra venditæ, & in vtro-
que iudicio fuit lata sententia definitiua, duas habens
partes, iu quarum prima fuit pronunciatum, heredes
prædictos teneri, & obligatos esse vendere Carcarasio di-
ctam eorum medietatem, in secunda verò idem Carca-
rasius fuit à petitis per ipsos hæredes super prælatione ab-
solutus, à qua sententia, appellatione interposita, pla-
cuit Rotam consulere, vnde proposui dubium, An sen-
tentia predicta esset confirmanda, & Domini vti iustam
confirmandam esse censuerunt.
Et quoad primam partem moti sunt ex eo, quia dicta
Gregoriana constitutio in §. 6. apertè disponit, vt † vo- 1
lenti edificare Camerarius, & Magistri Viarum cogant
vendi domus vicinas solitas locari, quas futuro edificio
vtiles, vel uecessarias putauerint, aucto certo precio immò
si edificium futurum sit insigne, eique perficiendo aliqua
domus etiam per Dominum inhabitata cohereat, † si 2
edificium ipsum sit cœptum, & à duobus lateribus cohe-
reat domui, illiusque estimationem quadruplum sit ex-
cessurum iubet Dominum etiam inhabitantem cogi ven-
dere volenti domum edificare, & sibi aliam habitationem
parare, vnde cum dicta domus fuerit solita locari, & sit
D. Carcarasij edificio iam cœpto vtilis, & necessaria, im-
mò illi ratione dicte medietatis per eum, vt supra empte
fuerit iam incorporata, & vlterius etiam à duobus lateri-
bus eiusdem Carcarasij domui, & edificio cohereat, &
edificium ipsum futurum sit insigne, & dicte medietatis,
ac totius domus estimationem quadruplo, & vltra exces-
cessurum, vt patet ex Magistrorum inspectione, & † ex 3
peritorum formiter examinatorum depositione, quibus
credendum est, vt per Alex. *cons. 174. nu. 7. lib. 2.* Surd.
cons. 120. nu. 17. & Thesaur. *decis. 41. n. 24.* meritò fuit pro-
nunciatum heredes predictos teneri dictam medietatem
vendere iuxta predicte constitutionis formam, que fuit
pro parte D. Carcarasij in omnibus adimpleta.
Neque obstat, quod etiam dictus Montanus obtulerit
velle in dicta domo ædificare ad Vrbis ornatum, † iuxta 4
sui soli capacitatem, & consequenter videatur constitutio-
ni prædictæ locum non esse, vt fuit latè comprobatum *in*
decis. 475 par. 1. diuers. & in Romana iuris congrui 5. Iu-
nij 1600. coram Reuerendiss. D. meo Decano inter eias
impressas decisione 2. per totum, quoniam, vltra quod
oblatio facta non fuit nisi post biennium, † & senten- 5
tiam prædictam, vt supra latam, ad impediendum ne
D. Carcarasius ædificium iam cœptum perficiat, & ita
non suffragatur dicta oblatio, vt per Rot. *d. decis. 475. n. 13.*

& Mo-

& Modero. Romao. *discept. forens. en. 745. n. 31. & seqq. & cap. 752. num. 52. & 54.* Responsum fuit domum esse cum D. Carcarasio communem, & pro indiuiso possessam, stante dicta emptione medietatis, & consequenter Montanum, qui medietatem huiusmodi non retraxit, nec retrahere potest, vt mox dicetur, frustra offert in ea ædificare, eum possit à Carcarasio prohiberi, quo inuito
6 † in re communi fabricare nequit, *l. parietem, ff. de seruit. Vrban. præd.* & ibi notant Bald. Angel. *& alij*, Alberic. *in l. altius, vers. sed quid si laboret. C. de seruit. & aqua Veronen. de seruit. Vrban. præd. cap. 36. tit. ne luminibus officiatur num. 10. vers. septimo quæro qui, &c.* Natt. *cons. 215. num. 7.* Surd. *cons. 38. nu. 11.*

Quoad secundam verò partem, visum fuit satis constare de dictæ sententiæ absolutoriç iustitia, quia Statutum
7 † Vrbis cap. 110. lib. 1. in quo totum positum erat fundamentum, loquitur tantum de venditione voluntaria, vt patet ex illis verbis, *si quis rem vendere voluerit* iuxta tradita per Alex. *cons. 52. numer. 4. lib. 1.* Roman. *cons. 107. per tot.* Modern. Roman. *discept. forens. cap. 344. num. 40.* Rota *coram san. mem. Greg. XV. decis. 193. num. 12.* & propterea io casu proposito, in quo dictę medietatis domus venditio, non quidem sponte, & voluotariè, sed coactè
8 præuio † monitorio, in vim dictæ Gregorianæ constitutionis facta fuit, locum non habet Roman. *d. cons. 107. nu. 5. & ibi* Adden. *lit. A. & cons. 719. num. 8.* Afflict. *de iur. prætermiss. §. 3. num. 26.* Vegg. *cons. 2. numer. 37. & seqq.* Portol. *de consort. c. 2. num. 8. 9. & seqq.* Modern. Rom. *discept. forens. c. 344. num. 21. & seqq.*

Neque obilat, quod Saueiieschus, paulo post exequutum mooitorium vendiderit nulla desuper lata sententia condemnatoria ad vendendum, & sic spontè, & voluntariè, oon autem coactè vendidisse videatur, nam ex quo concurrentibus omnibus Bullæ requisitis ad vendendum Carcarasio ædificare volenti, cogi poterat, vt superius
9 fuit ostensum, satis † coactus, & compulsus vendidisse censetur, cum iustè metuens ne compelleretur vendiderit *l. nouissimè, & ibi* Bald. *num. 2. ff. quod fals. tut.* Ias. *in l. 2. num. 4. & 5. de transact.* Castr. *cons. 244. num. 3. lib. 5.* Dec. *cons. 22. num. 2.* & in terminis retractus tradit Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos. 18. numer. 62. & 63.* Carpan. *ad statut. Mediolan. cap. 410. numer. 1.* Modern. Roman. *discept. forens. cap. 344. numer. 22. & seqq. & fuit firmatum in decis. Card. Camerarij impress. inter recent. par.*
10 *1. decis. 584. num. 9. & 10.* & quod solum monitorium † sufficiat, vt venditio subsequuta dicatur necessaria, *fuit dictum in Romana deuolutionis 10. Decembris 1587. coram Orano*, nec dubium est Sauelleschum videns malum ius fauore, & agnoscendo bonam fidem potuisse suam por-
11 tionem † vendere, etiamsi domus communis esset, & pro indiuiso cum Cestarellis possideretur, *l. falsò, & ibi* Bald. & Odofred. *C. de com. ser. alien. latè* Portol. *de consortio, cap. 9 nu. 15.*

Prætereà cum domus prædicta habeat aditum, ac portam necnon atrium, seu curtile, puteum, fistulam, & plura alia communia cum domo Carcarasij, quæ partes pro indiuiso, & insolidum possiderunt, adeo vt Montanus, & Carcarasius habeant commune, & commixtum indiuiduum dominium in proprietate, & substantia di-
12 ctarum partium, vt ex summ. num. 10. hinc sequitur † eundem D. Carcarasium esse consortem, iuxta tradit. per. Bart. *in l. re coniuncti num. 23. & ibi* Ias. *num. 103.* Ripa *nu. 3. ff. de leg. 3.* Bald. *in l. 1. nu. 4. C. de com. ser. manum* Molio. *de contract. disp. 371. in princ.* Modero. Roman. *discept. forens. cap. 526. num. 4. & cap. 842. numer. 25. cum alijs congestis in Romana retractus 18. Ianij 1629. coram me*, & hæc communio influit io singulas partes domus, nec se-
13 parari possunt, & sic † verum est consortium iuxta deducta in illa *Romana retractus coram me*, quibus consequens est, quod cum venditio prædicta non fuerit facta
14 extraneo, sed consortium lo re vendita habenti † non intret dicta statuti dispositio, nec est locus retractui, Bald. *in d. l. 1. numer. 5. C. de comm. seru. manumiss.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 11. glos. 6. num. 11.* Decian. *cons. 15. num. 51. lib. 4. & fuit dictum in Romana prælationis 16. Iunij 1604. coram Penia, & in decis. 308. num. 9. & 16. inter impress. penes* Cenc. *de censib.*

Quæ omnia eo magis visum fuit Dominis procedere, stante qualitate maioris ædificij, & Vrbis ornatus, præuentione in ædificando, ac verisimili scientia Montani de ædificio iam cœpto, & alijs latius deductis per informantes pro D. Carcarasio.

Et ita vtraque parte informante decisum fuit &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSPIO.

Gerunden. Personatus, & causæ piæ.

Die Veneris 17. Maij 1630.

A R G V M E N T V M.

Beneficium Ecclesiasticum, licet de iure requiritur, quod sit perpetuum, tamen hoc cessat ex iure speciali, & priuilegio, & alia de quibus in summario.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficium ab officio Ecclesiastico, vel alia causa pia per quæ distinguatur.*

2 *Ordinarij collatio facta semel, atque iterum de Capellania, etiam manuali quid operetur.*

Beneficij status, et qualitas non excluditur propter solam temporalitatem, num 2.

3 *Perpetuitas de iure est de substantia beneficij.*

4 *Beneficia aliqua ex iure speciali, et priuilegio, possunt esse non perpetua.*

5 *Consuetudo immemorabilis habet vim priuilegij.*

6 *Beneficia non debent diuidi.*

7 *Nominandi facultatem habens, si nominatio facta sit nulla, &, inualida perinde ac si facta non fuisset, et vide num. 8.*

9 *Nominatio, quando est indiuidua, non potest ex parte tantum valere.*

10 *Nominationis nullitate data à principio, non potest ab euentu fieri valida, et nu. 11.*

12 *Nominandi facultas non consumitur per nominationem nullam.*

13 *Quod possam nolo, et quod volo non possum.*

D E C I S I O CCCLXXIX.

EX pacto, & lege fundationis in hoc personatu, de quo hodie quæritur, poterat beneficiatus vsque ad tertiam nominationem successorem sibi nominare, postquam nominationem succedere debebat causa pia iuxta synodalem constitutionem Prouinciæ Terraconen. quæ similium beneficiorum erectionem ex consuetudine immemorabilis introductam confirmauerat, cum autem idem personatus de persona Iacobi Rossel fundatoris, ex causa permutationis transierit ad Petrum Margarau, qui successorem sibi nominauit Michaelem Olos, & quo casu ille vel acceptare nollet, vel esset ad hoc beneficium iohabilis, Monserratum Picò, & Iacobum Darder æquis portionibus: Dubitaui an esset factus locus successioni causa piæ vel consisteret nominatio Monserrati, qui recusante Michaele solus fuerat institutus. Et Domini ad fauorem causæ piæ responderunt, vt illa fundaret intentionem in successione huius personatus.

Neque enim dubitarunt, quin personatus huiusmodi esset beneficium ecclesiasticum licet perpetuo durare non deberet, sed ad vitam eorum qui iuxta formam fundationis nominari debebant, cum habeat omnia requisita beneficij ecclesiastici, dum fuit erectum sub nomine beneficij cum auctoritate, & decreto Ordinarij, sit permutabile cum alio beneficio ecclesiastico, vacet per ingressum Religionis, committatur in eo simonia, & demum obtineri non possit nisi à persona ecclesiastica, quæ omnia
distinguunt † beneficium ab officio ecclesiastico, vel alia 1
pia dispositione Felin. *in c. in nostra, n. 9. de rescript.* Selua *de benefic. q. 2. p. 1. n. 75.* Garz. *de benefic. par. 1. c. 2. nu. 61.* & eadem latè examinat subiatis contrarijs argumentis, Nauar. *cons. 8. de iure patronatus.*

Comprobat hoc idem collatio, quæ de hoc personatu semel atque iterum facta fuit per Ordinarium, quæ sola
† satis esse potest, vt Capellania etiam manualis, & 2
amouibilis reputari, & iudicari debeat ecclesiasticum beneficium vt defendit Garz. *de benefic. p. 1. c. 1. §. 1. n. 313. & seq* Rebuff *de pacif. possessoribus n. 349.* Guidop. *q. 187. numer. 1.* Neque obesse potest sola temporalitas ad excludendum statutum, & qualitatẽ beneficij quia licet perpe-

3 tuitas † de iure sit de essentia beneficij, *cap. sanctissimarum 70. distinct. ca. penult. de cleric. ægrot.* Achill. *decis. 1. num. 4.* de officio Vicarij, oon tamen repugnat vt speciali
4 iure, & priuilegio † aliqua beneficia possint non esse perpetua, *cap. si gratiosè, & ibi glos. de rescript. lib. 6.* Lap. *allegat. 9.* Cassad. *decis. 12. numer. 9. de præbend* Garz. *de benefic. par. 1 cap. 2. nu. 75.* cuius priuilegij vim habet im-
5 memorabilis † consuetudo, ex qua in Prouincia Tarraconen. hi personatus inducti sunt, vt etiam defendit idem Nauar *cons. 8. de iurepatron. num. 17.*

His ita constitutis negari non poterat, qoin factus esset locus successioni causæ piæ dum illa vocabatur deficientibus nominationibus, qoas permiserat fundatio, itaut deberet eo casu extingui personatus, & dos fauore eiusdem causæ piæ applicari. Defectus enim nominationum controuerti non poterat, cum nec valeret nominatio Michaelis tanquam inhabilis, & quæ effectum sortita non fuit ex renunciatione ab eo facta neque sustineretur
6 secuoda nominatio in defectum † primæ tanquam facta de duobus diuisio inter eos æqualiter beneficio contra expressam iuris dispositionem, de qua in *cap. maioribus, vbi glos. in verb. diuisionem cap. tuæ fraternitatis, & cap. dilecto de præbend.* Lambert. *de iure patron. lib. 2. p. 3. qu. 5. art. 21.* atque ita cessante nominatione (cum perinde
7 † haberi debeat nominatio nulla, & inualida, ac si facta non fuisset *cap. quæ contra ius de regul. iur. lib. 6. l. non dubium C. de legibus*) deuoluta fuit successio ad piam causam ex pacto expresso fundationis.

Quod verò testator voluerit durare personatum ad quatuor vitas, vel quod hæc sit consuetudo illarum partium, vt non antequam post successionem quatuor personarum terminetur: negarunt Domini obesse. Quia consuetudo induxit quidem erectionem horum personatuum ad tres, siue quatuor nominationes, verum indeterminatè, & secundum dispositionem fundatorum quorum voluntati legem non imposuit, fundatoris autem voluntas non fuit in hoc casu precisè determinata, vt personatus finiri non deberet nisi post quatuor nominationes sed id voluit esse in facultate eorum, qui succedere debebant quibus non aliter quam sub conditione facultatiua permisit vt successorem sibi nominare possent.

Non etiam dici poterat, vt posterior nominatio, quam Petrus fecerat de duobus sustineretut saltem ab effectu, & quia dum eorum alter non acceptauit haberi deberet, ac si nominatus non fuisset, & sustineretur nominatio
8 de persona alterius, & quia idem Petrus, † qui nomioauit mandauerat, vt vno deficienti, alteri eius portio accresceret argumento, *l. vn. §. vbi autem legatarij vers. si verò non omnes, C. de cad. tollen.* cum enim hæc causa no-
9 minationis † tanquam indiuidua non possit ex parte valere, *l. 1. §. item quæritur, ff. de aqua quotid. æstiua l. grege, §. illud, & ibi* Bart. *num. 3. & 4 ff. de fideiussor.* Rot. *decis. 135. nu. 9. decis. 551. num. 10. p. 1. & decis. 631. nu. 7. par. 2.*
10 *rec.* data nullitate nominationis à † principio non potuit ab eueotu fieri valida, *l. 1. ff. de his quæ pro non scripto habentur l. vn. §. in 1. ff. de caduc. tollen.* imò ratione incerti-
11 tudinis neque † nominatio de duobus æqualiter facta fulcioeri posset, ac si insolidum facta fuisset, *l. si ita ff. de reb. dub. l. cum ex pluribus ff. de manumiss. testam gl. in c. quoniam* Abb. *in verb. substitutum de off. deleg.*
12 Et ita licet per nominationem nullam † non consumetur facultas nomioandi, & potuissent Petrus etiam tertio nominare eundem Monserratum, quia tamen id non fecit, & nominationem quam expressit facere non
13 potuit succedit regula textus quod † potuit nolui de qua in *l. multum interest, C. si quis alteri vel sibi c. cum super 23. in fin. de offic. deleg.* & mortuo petro vltimo possessore fuit extincta hæc facultas nominandi, & successit deuolutio fauore piæ causæ sicuti Domini responderunt.

Vtraque parte informante.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Florentina Parochialis.

Die Mercurii 22. Maii 1630.

A R G V M E N T V M.

In hac decisione declaratur, vt Ecclesia dicatur Parochialis, quæ sint necessaria.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficia in dubio præsumuntur simplicia, & non curata.*
2 *Beneficium, quando habet populum, vel Clerum, hoc casu Ecclesia præsumitur curata.*
3 *Beneficium non dicitur curatum, quando Ecclesia pro tempore habet Rectores sæculares deputatos ad exigendas exactiones publicas.*
4 *Argumentum non bene valet à limitibus iurisdictionalibus Ecclesiæ ad decimatorios, hoc est spirituales.*
5 *Parochiæ olim fuerunt diuisæ per Dionysium Papam.*
6 *Argumentum aliquando valet à limitibus iurisdictionalibus Ecclesiæ, ad decimatorios, quod tamen procedit in dubio, num. 7.*
8 *Parochia vt erigi possit, quot incolæ sint necessarij, & num. 23.*
9 *Testes, quando inter se conquassantur, tunc magis est standum illis, cum quibus concurrit præsumptio iuris.*
10 *Probatio dubia non releuat.*
11 *Ecclesia ad hoc, vt dicatur parochialis, quæ sint probanda, & nu. 12.*
14 *Parochialis ad hoc, vt sit Ecclesia non sufficit docere, quod Rector administret Sacramenta, nisi etiam ostendatur, quod de necessitate administret, & populus ab eodem de necessitate recipiat.*
14 *Parochialis Ecclesia omnis licet dicatur habere curam, non tamen è contra omnis Ecclesia habens curam dicitur Parochialis.*
15 *Testis non concludens, non probat.*
16 *Testis, qui iudicat, & deponit de iudicio suo, non attenditur.*
17 *Testis deponens de credulitate non est verus testis.*
18 *Testis dictum non probat, licet concludat, si ratio elidatur.*
19 *Testis, quando deponit super his quæ pendent à iudicio intellectus, etiam non interrogatus, debet afferre rationem.*
20 *Episcopi approbatio in concessione Ecclesiæ, est de iure necessaria.*
21 *Clericus non admittitur ad beneficium curatum, nisi præuio examine.*
22 *Parochus tam frequenter debet celebrare, vt muneri suo satisfaciat.*
23 *Decimæ debent solui ex communi aceruo Domini, et coloni.*
24 *Decimæ possunt acquiri etiam Ecclesiæ non Parochiali ex alio titulo, quàm de iure Diuino, puta præscriptione.*
Parochiali Ecclesiæ debentur decimæ de iure Diuino, num 24.
25 *Ecclesia, quod sit parochialis non probatur ex enunciatiuis.*
26 *Enunciatiua verba non probant aliquid ita esse, maximè absentibus eis, de quibus interesse agitur.*
27 *Parochialis Ecclesia de necessitate debet retinere Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ.*
28 *Aliæ vero Ecclesiæ illud non retinent nisi ex indulto Apostolico, quod Regulares habent.*
30 *Parochialis, quod sit Ecclesia, non probatur ex eo, quia in ea fuerunt contracta diuersa matrimonia, & num. 32.*
31 *Ecclesiæ populum non habentes, de iure communi non habent sepolturam.*
33 *Matrimonij denunciationes debent fieri in propria Parochia.*
34 *Matrimonium de honestate debet in propria Parochia contrahi.*
35 *Matrimonia vbicumque possunt contrahi, & sustinetur dummodo Parochus sit præsens.*
36 *Matrimonium, quando non fuit contractum in propria Parochia, sed in alia Ecclesia, præsumitur hoc factum ex causa maioris commoditatis.*
37 *Sepulturam quilibet potest sibi eligera in loco sacro sibi bene viso.*
38 *Parochialis, quod sit Ecclesia propter corpora defunctorum, hoc vt releuet, debet probari, quod non facta aliqua electione per defunctos, et non existentibus sepulturis maiorum in d. Ecclesia, illic sepultura fuerunt.*
39 *Abb. in clem. dudum col. 4. de sepult. declaratur.*

DE-

DECISIO CCCLXXX.

DVBITAVI, an Ecclesia S. Bartholomæi Oppidi
Montis Alti sit Parocchialis. Et cum quæilio ver-
tatur inter Reuerendiss. D. Archiepiscopum, & Mona-
chos Oliuetanos, ad quos dicta Ecclesia spectat ex dona-
tione Lamberti Episcopi Florentini facta vsque de anno
1026. duæ insurgunt difficultates principales. Prima est,
cui incumbat onus probandi Ecclesiam esse, vel non esse
Parochialem. Secunda est, quatenus onus probandi esse
Parochialem spectet ad Reuer. D. Archiepiscopum, an
ipse illam probet esse talem.

Et quantum attinet ad primam dissienltatem, cum
Monachi contendant Ecclesiam huiusmodi non esse Pa-
1 rochialem, habent intentum de iure cum † beneficia præ-
sumatur simplicia, & non curata, Gabr. *conf.* 191. *nu.* 1.
lib. 1. Steph. *in* 2. *part de statu, & qualit. bene. f. in princip. nu.*
2. Ægid. *decis.* 676. Rot. *decis.* 108. *num.* 2. *& ibi addent. nu.*
13. *& decis.* 175. *n* 3. *& decis* 387. *n.* 4.
2 Nec obilat, quod hæc regula non procedat, † quando
beneficium habet populum, vel Clerum, quo casu Ec-
clesia præiumitur curata, Steph. *loc. cit. num.* 1. *&* 2. Re-
buff *in prax. benef. tit. facul. benef. quotuplex* Ægid. *d. dec.*
676. Seraphin. *decis.* 227. hic autem probatur Ecclesiam
S. Bartholomæi habere Rectorem & Populum, & cum
testes, qui fuerunt dati in summ. num. 1 deponant, quòd
Ecclesia S. Barrholomæi habet Rectorem, & Populum
certis limitibus restrictum: & idem etiam deponuot testes
in summ num. 2. Nam huic fundamento fuit responsum
vim fieri non posse in dicto restium, qui mouentur ea ra-
3 tione, quia Rectores † seculares in Populo Montis Alti
pro rempore fueruot deputati ad exigendas publicas im-
positiones, ita deponit 2. *testis iuxta* 26. *iuxta* 33. *&* 8. *su-
per* 2. 1. *super* 2. 3. *super.* 4. 4. *iuxta* 33. 5. *super* 2. 9. *iuxt.*
33. *vt patet in summ. num.* 16 *&* 17. & ideò isti testes non
4 probant, cum non bene inferarur à † limitibus iurisdictio-
nalibus ad decimatorios, hoc est, spirituales, Hostien. *in
cap. super eo. num.* 3. *&* 11. *de Paroch. & in cap. querimo-
niam, num.* 2. *& ibi etiam* Butr. *num.* 6. *& fuit dictum in cau-
sa Pacen. decimarum dell'Hebreo* 9. *Ianuarij* 1601. *coram me,
& in Sabinen. decimarum* 16. *Martij* 1609. *pariter coram me,*
5 & ratio est, quia † Parochiæ olim fuere diuisæ per Diony-
sium Papam, vt in *c.* 1. 13. *quæst.* 1. *c. Pastoralis de his, quæ
fiunt à Prælatis*, Ioan. Andr. Abb. *& alij in rubrica de Pa-
rochij*, Bertrand. *conf* 350. *vol.* 2. *part.* 1. & sic ex eo quod
Territorium Montis Alti extendatur vsque ad certos fi-
nes, non potest inferri, quòd Eccl. S. Barrholomæi ibi si-
ta, sit Parochialis, & extendarur vsque ad illos fines. Nec
6 huiusmodi responsio eliditur, ex quo aliquando † arguitur
à limitibus iurisdictionalibus ad decimatorios, Butr. *in c.*
1. *num.* 15. *de religi. domib.* Felin. *in c. quia iudicante, num.*
6. *vers. cum istis concordat. de præscript.* Franc. Marcus
7 *decis.* 352. *num.* 2. *part.* 2. quia hoc est † verum in dubio, vt
fuit dictum in causa *Sabinen. decimarum coram me*. Et id
demum procederet si clatum esset Ecclesiam esse Paro-
chialem, & solum dubitaretur, ad quos vsque limites ex-
tenderetur iurisdictio spiritualis: tunc enim licitum esset
arguere à limitibus iurisdictionalibus ad decimatorios. Et
ista eo magis procedunt, quia in hoc territorio ad sunt tres,
8 vel quatuor domus, † & pauci incolæ, itaut vix sufficiant
ad constituendum populum, vt in *cap. vnio* 10. *qu.* 5. & la-
tius infra dicetur.

Et dicta præfatorum testium, qui dantur in eodem
summ Reuerendissimi D. Archiepiscopi nu. 1. & 2. con-
uiocuntur ea dictis aliorum testium, qui dantur in summ.
eiusdem D. Archiepiscopi num. 3. & in summ. Abbatis
pariter num. 3. qui deponunt *Che il passato, e di presente l'-
Abbate di Monte Oliueto hà deputato vn Sacerdote delle Pa-
rocchie vicine, che tenga cura della Chiesa di S. Bartolomeo
à Montalto, come di presente è raccomandata al Prete di S.
Maria d'Acone*. Et qualis sit ista cura, quæ committitur
dd. Curatis vicinis, declarant testes in d. summ. Abbatis
num. 2. & 3. videlicet quòd in die S. Bartholomæi missa
celebrarur, & in diebus feriatis semel in hebdomada, &
9 sic cum testes conquassentur, † magis standum est testi-
bus deponentibus, quod Ecclesia non habeat Rectorem,
neque Populum, cum contrarium deducat D. Archiepis-
cupus ad elidendam probationem iuris, quod omnia bene-
ficia præsumuntur simplica, nisi habeant populum, vel
Clerum, & ideo cum in hac parte d. D. Archiepiscopus
10 sit actor, sufficit quòd eius probatio reddatur † dubia ad ef-
fectum quòd non releuet, *c. in præsentia de probat.*

Quantum attinet ad secundam difficultatem, an Re-
uerendiss. D. Archiepiscopus probet dictam Ecclesiam es-
se Parochialem, † vt talem probet, debet iustificare qua- 11
tuor requisita, de quibus per Steph. *de lit. grat. tit. de qua
litat. & stat. benef.* §. *circa secundam num.* 7. *& seqq. Sar-
nen. in regula de idiomate qu.* 11. Rot. *decis.* 52. *par... diuers.*
Primum enim requisitum est potestas fori Pœnitentialis,
hoc est potestas ligandi, atque soluendi. Secundum est
certa Parochia, hoc est locus certis finibus constitutus, in
quo populus alicuius Ecclesiæ deputatus degit, Tertium,
vt Curatus curam exerceat nomine suo; quod requisitum
conuenit personæ, non autem Ecclesiæ. Quartum, quod
etiam respicit personam, † & non Ecclesiam, videlicet 12
quod Sacerdos tanquam Rectur suo nomine singulariter,
& non cum alijs ad regimen parochialis Ecclesiæ admitta-
tur, vt declarat Rot. *d. decis.* 52. *à num.* 1. *vsque ad num.* 19.
part. 2. Et propterea Rota considerans statum Ecclesiæ
breuiter dixit, ad ostendendum Ecclesiam esse † parochia- 13
lem, non sufficere, quòd Rector administret Sacramenta
nisi etiam ostendat, quod de necessitate administret, &
populus ab eodem de necessitate recipiat; quia & si omnis
Ecclesia parochialis dicatur † habere curam non tamen è 14
conuersu omnis Ecclesia habens curam dicitur parochia-
lis, *Glos. in clement. dudum in verb. impendat de sepult. vbi*
Imol. *num.* 32. Abb. *in cap. de multa num* 24. *vers. sed adde
de præben.* Dec. *in cap. aures num.* 6. *vers. ad Curatum de re-
scriptis*, Gonzal. *glos.* 6. *num.* 36. *& fuit resolutum in causa
Sabinen. decimarum* 30 *Aprilis* 1599. *coram bon. mem. Hie-
ronymo Cardin. Pamphilio, & in eadem coram me* 16. *Martij*
1609. Mant. *decis.* 48. *n.* 5.

In proposito autem ad effectum probandi, quòd ista Ec-
clesia sit parochialis, non docetur de ista actione, & passio-
ne reciproca ex necessitate, licèt enim dentur testes in
summ. Reuerendiss. D. Archiepiscopi num. 4. qui viden-
tur probare d. necessariam, & reciprocam administratio-
nem, & receptionem Sacramentorum attamen quintus
testis dum deponit, *c'hà tenuto cura di detta Chiesa, e c'hà
esercitato officio di detto Parocho*, non † concludit quòd ea 15
necessitate hoc fecerit, & homines ex necessitate recepe-
rint Sacramenta. Et dum subdit, *Et hà tenuto, e tiene d'
essere obligato d'amministrare i Sacramenti à detto popolo, e
che li habitatori d'esso sono tenuti, & obligati riconoscerlo co-
me tale, e di riceuere li Sacramenti da lui come proprio Paro-
cho*, iudicat, † & deponit de suo iudicio, ibi, *hà tenuto, e* 16
tiene, & ideò non probat, Oldrad. *conf.* 209. *num.* 8. *vers &
si prædiæ*, Signorol. *conf.* 241. *num.* 6. Afflict. *decis.* 381. *num.*
7. cum testis deponens de credulitate † non sit verus testis 17
Alexand. *conf.* 91 *num.* 5. *lib.* 6. maximè quia ad ita iudi-
candum mouetur ex eo, quòd vt ipse testis subiungit, ibi,
*quando l'è o. corso, hò fatto tutte quelle cose concernenti la po-
testà del foro penitentiale*; quæ ratio non concludit, quòd
ex necessitate hoc fecerit. Et propterea etiam quod di-
ctum † aliquid concluderet, cum ratio elidatur, corruit 18
dictum, Alexand. *conf.* 166. *in fin. nu.* 16. *vers. super vnde-
cimo lib.* 5. Ex hac responsione tollitur etiam dictum sexti
testis, qui iudicat, ibi, *tiene assolutamente*, *&c.* & moue-
tur etiam ratione, ibi, *e li detti reputati hauer fatto le cose
da Parocho in detta Chiesa*, & sic ista ratio non concludit,
cum non probet quod prædicta fuerint facta ex necessita-
te. Et idem etiam deponit septimus testis, solum enim
ponit primò dictam rationem de administratione sacra-
mentorum, & ea ea iudicat, quod ea necessitate sacer-
dotes administrant sacramenta. Octauus verò testis, qui
habuit curam dictæ Ecclesiæ, clarè de credulitate. Et
nonus simpliciter deponit † nulla allata ratione, quam te- 19
nebatur afferre etiam non interrogatus, cum hoc pendeat
à iudicio intellectus, Card. *conf.* 24. Fulgos. *conf.* 167. *num.*
2. *vers. nec per testes*, Rot. *decis.* 1163. *part.* 3 Alexand. *de
communi conf.* 148. *numer.* 4. *lib.* 2. Et tandem etiam de-
cimus testis deponit de iudicio suo, ibi, *tiene che detti Sa-
cerdoti, &c.*

Et multum mouit Dominos, quòd, vt supradictum est,
huiusmodi Ecclesia S. Bartholomęi vnà cum Castro Mon-
tis Alti vsque de an. 1026. fuit donata per Episcopum Flo-
rentinum Monachis quibusdam, & postmodum deuenit
ad Oliuetanos, & tamen non ostenditur aliqua approba-
tio facta per Episcopos, & successiuè per Archiepiscopos
Florentinos, quæ † tamen de iure est necessaria, vt in *c.* 20
1. *de Cappellis monach.* Et inuerisimile est, quod per tot
secula fuisset neglecta ista cura per Ordinarios, qui passi

21 sint curam regi per Sacerdotes, non præuio † examine contra dispositionem *text. in d. cap. 1. de capellis Monach.* quæ comprobantur ex his, quæ supra dicta fuere, videlicet quod in diebus festiuis non celebratur in d. Eccles. nisi in die S. Bartholomæi, & in diebus feriatis semel in hebdomada, & tamen ex dispositione Concil. Trident. *sess.* 23.
22 *cap.* 14. *de reform.* Parochus † tam frequenter tenetur celebrare, vt muneri suo satisfaciat: quod quidem non adimpleretur, si Ecclesia esset parochialis, & solum in dd. temporibus celebraretur. Nec est verisimile, quod per tot sæcula Ordinarij hoc tollerassent. Et quòd plus est, dicta missa ferialis solita fuit celebrari per vnum ex Rectoribus vicinarum Ecclesiarum parochialium, ita vt modo ab vno, modo ab alio celebretur, vt probant testes in summ. Monachorum num. 3. cui etiam pro eleemosyna antiquitus Monachi consueuerant dare quinque staria grani, vt patet ex antiquissimis libris Monasterij vsque ad an. 1459. vt in summ. num. 4. quæ quidem partitæ coadiuuantur ex testibus vtriusque partis, qui deponunt Monachos hodie soluere staria tria frumenti, vt in summ. Monachorum num. 3. & populum pro eleemosyna dare habenti curam dictæ Ecclesiæ staria tritici, vt deponunt dicti testes Monachorum n. 5.

Nec dicatur quod dicta solutio facta ab hominibus sit pro decima, prout dicitur in secunda visitatione de anno 1591. & 1617. deponit secundus testis in summ. Monachorum num. 5. deponens quòd Sacerdotes prætendunt hanc solutionem nomine decimæ, quia dictus secundus testis deponit solutionem non esse pro decima: nam si pro decima esset, solueretur tantum, vt ipse dixit, *vna mina come hò visto negli altri popoli*. Et primus testis deponit de eadem solutione facta presbytero, qui semel in hebdomada celebrat in die feriato: quæ solutio hoc modo facta repugnat, quod pro decima fuerit facta. Et nonus, & decimus testes deponunt solutionem non fieri pro decima, quia non soluitur ea communi aceruo Domini, & Coloni, sed quilibet ex rusticis soluit de proprio portionem suam. Quæ
23 ratio est optima: decima † enim debet solui ex communi aceruo Domini, & Coloni, *cap. à nobis, & in cap. tua nobis vers. sicut Colonus de decimis*. Et hoc etiam videtur valde verisimile, cum tres tantum domus adsint, etiam vsque de anno 1568. vt patet ex visitationibus Archiepiscoporum, vt statim dicetur. Vnde est valdè verisimile, quod illa solutio fiat pro eleemosyna, cum forsan nullæ parochiæ reperiantur, quæ habeant solum tres domus. Et cessat omnis difficultas, quia ex sola solutione decimarum, non potest perneccesse concludi ad parochialitatem,
24 cum decimæ possint etiam † acquiri Ecclesiæ non parochiali ex alio titulo quam de iure diuino ex quo Ecclesiæ parochiali debentur Exod. *cap.* 22. *in fine, & habetur in cap.* 1. *& cap. cum homines ibi nomen partibus, & in cap. Pastoralis de decimis*: possunt enim, & alijs Ecclesijs acquiri, puta ex præscriptione *cap.* 1. *de præscript. in 6. cap. cum contingat iunct. glos. & cap. cum in sua de decimis*, Rebuff. *de decimis, qu.* 13. *nu.* 6. Couar. *lib.* 1. *cap.* 17. Abb. *cons.* 94. *num.* 2. *vol.* 1.

Non obstat visitationes Archiepiscoporum de annis 1568. 1591. & 1617. in quibus prædicta Ecclesia enunciatur parochialis: quia dd. enunciatiuis non est fidendum,
25 cum principaliter quæratur, † an dicta Ecclesia sic per Archiepiscopos enunciata; sit parochialis, Butr. in *cap. illud numer.* 9. *vers. nota* 4. *de præsumpt.* Alexand. *cons.* 126. *numer.* 11. *lib.* 1. bene Aym. *cons.* 29. *num.* 3. *vers. respondeo*,
26 maximè cum agatur † de præiudicio Monachorum, quibus absentibus d. Ecclesia Parochialis fuit enunciata *leg. non nudis, l. non Epistolis C. de probat. l. ex his verbis*, vbi Decian. *C. de testam. militari*, Aym. *de antiquitat. tempor. in princip. num.* 7. Rot. *decis.* 31. *de probation. in antiqu. & fuit dictum in causa Papien. iurispatronatus* 18. *Aprilis* 1603. *coram me*. Et de contrario expressè apparet ex dictis visitationibus, & ex posteà subsecutis, in quibus dicitur, quòd
27 in dicta † Ecclesia non retinetur Sanctissimum Eucharistię Sacramentum, quod in parochialibus debet de necessitate retineri iuxtà notata in *clem.* 1. *de priuil.* itaut in alijs
28 non † retineatur nisi ex indulto Apostolico, quod habent Regulares *cap. tribus §. sancta de consecrat. dist.* 2. & ita sibi fuisse responsum à sacra Congregatione Eminentiss. Interpretum Concilij de anno 1609. refert. Genuen. *in prax. cap.* 110. & refert etiam *Piasetius in praxi Episcopali in par.* 2. *cap.* 3. *num.* 7. Et in dicta visitatione anni 1568 enunciatur quod cura illius Ecclesię regitur per Rectorem S. Margarię de Anernia: & ordinatur quod officietur per aliom Sacerdotem, & tamen vsque ad hęc tempora, vt dictum est, semper fuit deputatus curatus vicinior, qui Missam qualibet hebdomada in die feriato celebraret, prout etiam dicitur in alijs duabus visitationibus, signum euidens, quod enunciata in dictis visitationibus non subsistebant. Non enim est verisimile, quod si subsisterent, Archiepiscopi non curassent adimpleri contenta in dictis visitationibus: Etiam considerabatur vlterius in prima visitatione dici, quod sub dicta Ecclesia continentur tres domus, & animæ aptæ ad Communionem quindecim. In secunda verò visitatione domus quinque, & viginti animæ aptæ ad communionem. Et ita tertia visitatione continentur quatuor domus, & duodecim animæ aptæ ad communionem, quæ paucitas † animarum, & domorum via sufficit, vt Parochia possit erigi *c. vnio, & ibi glos. Cin. & Doctores* 10. *qu.* 3. 29

Denique non obstat, quod diuersa † matrimonia fuerint
contracta in ista Ecclesia S. Bartholomæi de Monte Alto, 30
vt patet ex scripturis datis in Summ. D. Archiepiscopi nu. 8. & ibidem etiam corpora quorundam mortuorum fuerint sepulta, quod fieri non potuisset, nisi dicta Ecclesia haberet populum, vt dicit Abb. *in clem. dudum col.* 4. *de sepult. ibi*. Ecclesiæ † populum non habentes, non habent de iure communi sepulturam. Quia aduertendum est quòd ad 31
matrimonia, illa fuisse contracta, vel inter incolas † dicti
loci, vel inter masculum forensem, & mulierem dicti lo- 32
ci. Secundò est aduertendum testes in summ. Reuer. D. Archiepiscopi num. 7. deponere, quod denunciationes fiebant in Ecclesia illius Plebani, qui curam huius Ecclesiæ S. Bartholomæi gerebat. Vndè ex his duobus potest inferri, quod cum denunciationes vigore Concilij Trident. *sess.* 24. *c.* 1. *de reformat. matrim.* debeant fieri † in propria
Parochia, Ecclesia S. Bartholomæi non sit parochia. Se- 33
cundò quòd & si matrimonia fuerint contracta in dicta Ecclesia S. Bartholomæi, non indè perneccesse sequi illam Ecclesiam esse parochialem, quia & si matrimonia debeant † de honestate contrahi in propria parochia, non
tamen opus est, quod contrahantur in propria Ecclesia pa- 34
rochiali: imò vbicumque contrahantur, modò † paro-
chus sit præsens, sustinentur, & potuerunt contrahi in 35
dicta Ecclesia S. Bartholomæi, quia, vt dictum est, omnes mulieres, quæ contraxerunt, erant ex dicto loco Montis Alti. Et sic intrat † verisimilitudo, quod ma-
trimonia fuerint illic contracta ex causa maioris commo- 36
ditatis.

Qui verò ad corpora mortuorum in dicta Ecclesia tumulata non inde resultat aliqua præsumptio parochialitatis, cum quilibet † possit sibi eligere sepulturam in loco
sacro sibi beneuiso *cap. cum liberum, & ibi glos. in verb. dis-* 37
posuit de sepulturis cap. 1. *de sepult. in* 6. Et ad effectum releuantiæ deberet doceri, quòd non facta aliqua electione sepulturæ per defunctos, & non existentibus sepulturis maiorum in dicta Ecclesia, corpora fuerint † illic sepul-
ta tanquam in parochiali, in qua, concurrentibus prædi- 38
ctis, defuncti debent sepeliri, *cap. ex parte de sepultur.* Et in istis terminis procedit † doctrina Abbatis in dicta
clem. dudum. 39

Et ita conclusum vtraque parte informante.

R. P. D. COCCINO.

Bononien. Bonorum.

Die Veneris 24. *Maij* 1630.

ARGVMENTVM.

Emphyteutica bona, ad hoc vt dicantur transitoria etiam ad hæredes extraneos, quid requiratur, & præsertim quando agitur de bonis Ecclesiasticis. Vltimus inuestitus quo casu possit bona emphyteutica cedere creditoribus.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura bonorum facta cum eisdem pactis, prout aliàs fuit concessum, ab eis non est recedendum, nisi de expresso consensu partium.*

2 *Emphy-*

2 *Emphyteusis Ecclesiastica non est transitoria ad hæredes extraneos.*

3 *Emphyteusis concessio facta hæredibus in perpetuum, est transitoria etiam ad hæredes extraneos, & nu. 6. vide n. 4. qui contrarium teneant.*

4 *Clausula, ad habendum, in emphyteusis concessione apposita, operatur, vt emphyteusis transeat etiam ad hæredes extraneos.*

6 *Emphyteusis concessio facta pro hæredibus in infinitum, si adsit aliqua coniectura etiam leuis, est transitoria etiam ad hæredes extraneos, & n. 7.*

8 *Extraneus in materia emphyteusi non dicitur ille, qui non est suus hæres, sed qui non sunt ex descendentia primi acquirentis.*

9 *Emphyteusis Ecclesiastica non est transitoria ad hæredes extraneos respectu ipsius principalis concessionis, quam extranei non consequuntur, vide n. 10. & 11.*

12 *Emphyteusis Ecclesiastica semel facta transmissibilis ad hæredes extraneos, semper retinet eandem qualitatem.*

13 *Emphyteusis Ecclesiastica tunc ad hæredes extraneos non transit, quando Ecclesia non vult, vt transeat.*

14 *Pactum in emphyteusi, vt de 29. annis, in 29. annis renouetur, an per hoc dicatur, quod non sit transitoria ad hæredes extraneos.*

15 *Beneplacitum Apostolicum in alienationibus rerum Ecclesiæ spatio 30. annorum præsumitur interuenisse.*

16 *Emphyteutica bona an possit vltimus inuestitus assignare creditoribus, vide distinctionem, & numer. 17. & 18.*

19 *Salicet, in Auth. ei, qui num. 46. C. de bon. auctor. Iud. poss. declaratur.*

20 *Grat. cons. 133. num. 10. vol. 1. intellectus.*

DECISIO CCCLXXXI.

DE anno 1541. Canonicus de Leonoribus directus dominus bonorum, de quibus agitur, præuia narratiua, quod dicta bona erant solita dari in emphyteusim in perpetuum, modis, & forma, prout in instrumento locationis factæ Hieronymo de Fortis rogato de anno 1530. sequendo formam aliarum locationum *eadem bona locauit Nicolao, & Io. Francisco de Virgilijs pro se, & eorum, & cuiuslibet eorum hæredibus, &c.* quæ imbreuiatura est extendenda in perpetuum, vt correspondeat primæ inue-
1 stituræ enunciatæ, à qua † non erat recedendum, nisi de expresso consensu partium ex adductis Caldas *de iure emphyteutico lib. 1. quæst. 3. num. 20.* quod etiam satis deprehenditur ex sequentibus verbis *ad tempus 29. annorum, & illis finitis ad alios 29. annos in perpetuum ad renouandum &c.* & comprobant aliæ inuestituræ de anno 1578. & vltima facta Virgilio de anno 1587. continentes easdem clausulas, & imbreuiaturas, quæ propterea eodem modo sunt intelligendæ ex rationibus prædictis.

Stante hac serie facti, cum d. Virgilius consignauerit in bona præfata suis creditoribus ad illorum instantiam; Dubitaui, an illa sit transitoria ad hæredes extraneos, itaut prædictis creditoribus sis danda licentia illa distrahendi, & cum principalis difficultas consistat in eo, an d. bona sint ad prædictos hæredes extraneos transitoria, in
2 quo articulo regula est, † quod emphyteusis Ecclesiastica non est transitoria ad hæredes extraneos §. *emphyteusim Auth. de non alienand.* per quam ita notat *glos. in l. etiam, ff. solut. matrimon.* Alexand. *cons. 23. num. 14. lib. 1.* Ruin. *cons. 23. num. 74. lib. 5.* Gozzad. *cons. 75. num. 9.* Clar. *in §. emphyteusis quæst. 28. vers. quæ quidem conclusio, & vers. Tertius casus*, latè Caldas *de iure emphyteutico lib. 2. quæst. 23. numer. 25.* vbi alios refert, & fuit resolutum in causa *Imolen bonorum 17. Iunij 1616. coram bo. me. Card. Sacrato*. Ideò pro resolutione totius istius materiæ quatuor sunt consideranda. Primò an ex quo emphyteusis fuit concessa hæredibus in perpetuum; de sui natura sit transitoria ad hæredes extraneos. Secundò quatenus non, an ex d. dictione in perpetuum, iuncta obseruantia emphyteusis possit dici ad eosdem transitoria. Tertiò quatenus sic an illud pactum de renouando de 29. annis in 29. annos alteret illius naturam, itaut dicendum sit non esse transitoriam ad ipsosmet hæredes extraneos. Quartò quatenus non, an Virgilius potuerit consignare d. bona creditoribus.

Quantum attinet ad primum an scilicet ex quo conces-
sio † est facta hæredibus in perpetuum, sit transitoria ad 3
hæredes extraneos affirmatiuam sententiam tenent Co-
uar. *var. resolut. lib. 2. cap. 17. num. 5. vers. quarta conclusio.*
Soccin. *in cons. 266. num. 37. vers. 2. promitto lib. 2.* Curtius
Iun. *cons. 4. in fin.* Bald. *in auth. si quas ruinas numer. 7. vers.*
contrarium de sacros. Eccles. & hanc esse communem opi-
nionem dicit Franc. *dec. 235* Cæterum contrariam † sen- 4
sentiam tenet Decian. *in c. in præsentia numer. 35. vers. sic*
ergo conclusio de probat. qui dicit hanc opinionem esse com-
munem, & magis communem Roland. *cons. 96. numer. 6.*
& 18. & 19. lib. 1. vbi de communi, & magis communi,
& pro illa sententia est *tex. in §. emphyteusim iuncto §. licen-*
tiam Auth. de non alien. quod ponderat Cardin. Mantic. *de*
tacit. & ambig. lib. 22. tit. 19. num. 21. vbi alios allegat, &
propterea Domini existimarunt in hoc articulo non esse
recedendum à communiori opinione, cui non resistunt
decisiones Rotales in contrarium allegatæ, aliquæ enim
loquuntur, quando adest obseruantia, de quibus sta-
tim dicetur, aliquæ verò quando adest clausula † *ad* 5
habendum, &c. quæ operatur, vt emphyteusis sit tran-
sitoria ad hæredes extraneos Curt. Iun. *cons. 40. numer.*
1. Clar. *in §. emphyteusis quæst. 28. in fin.* & in istis terminis
loquitur decisio *Nonantulana bonorum 4. Iunij 1610. coram*
bon. mem Cardin. Sacrato, & in causa *Imolen. bonorum 8.*
Martij 1596. coram bon. mem. Hieronymo Cardin. Pamphilio,
& in alia causa, *Romana domus S. Eustachij 17 Februar.*
1581. coram bon. me. Cardin. Lancellotto sen & aliæ quam-
plures.

Quantum attinet ad secundum an ea d. † dictione in 6
perpetuum iuncta obseruantia emphyteusis sit transitoria
ad hæredes extraneos. In hoc articulo Cephal. *in cons. 9.*
numer. 17. tenet quod si cum concessione facta pro hæredi-
bus in perpetuum adsit aliqua coniectura etiam leuis em-
phyteusis est transitoria ad hæredes extraneos, quod di-
ctum sequitur Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. d. lib.*
22. tit. 19. allegat. numer. 21. vers. sed tamen, & numeris
seqq. multa considerat ad propositum, † quando ex conie- 7
cturis emphyteusis sit transitoria ad hæredes extraneos. In
proposito autem de anno 1530. vt supra dictum est huius-
modi bona fuerunt concessa Hieronymo de Fortis, de an-
no 1541. Nicolao, & Io. Francisco de Virgilijs, & de anno
1578. Opitio de Virgilijs tanquam hæredi d. Io. Francisci
de Virgilijs, & de anno 1587. Virginio Budriolo de Vir-
gilijs vti hæredi d. Opitij, qui omnes fuerunt hæredes ex-
tranei: nam in hac materia hæres extraneus non dicitur
ille, † qui non est suus hæres, hoc est qui in morientis 8
potestate non est, sed qui non sunt ex descendentia pri-
mi acquirentis, (prout sunt omnes prædicti, quorum nul-
lus est ex descendentibus primi acquirentis, vt latè per
Cardinal. Mantic. *d. tit. 19. numer. primo*, vbi declarat ar-
ticulum.

Ex prædictis primò constat, quod d. emphyteusis est
transitoria ad hæredes extraneos. Primò ex quo in dd.
concessionibus adest dictio in perpetuum cum obseruantia
ab anno 1530. vsque ad obitum Virgilij, vltimo loco inue-
stiti, vt dixit Rota *in causa Mediolanen. bonorum de Buffa-*
loria 10. Iunij 1585. coram Bubalo, & meis temporibus in
causa *Romana 1. Decembris 1600. coram præcl. mem. Io. Gar-*
zia Cardinale Millino, tunc Rotæ Auditore: conclusio enim
illa, quod emphyteusis † Ecclesiastica non est transitoria 9
ad hæredes extraneos, intelligenda est respectu ipsius prin-
cipalis concessionis emphyteuticæ, quam extranei non
consequuntur, si autem contingat de consensu domini ean-
dem † emphyteusim in alijs concedi, ad faciem primæ 10
concessionis, hanc extranei obtinebunt Ruin. *cons. 168.*
num. 9. lib. 1. si modo emphyteuta est quidam priuatus, &
hoc dictum refert, & sequitur Caldas. *de iure emphyteu-*
tico lib. 2. quæst. 23. in fin. Hoc enim casu Ecclesia potest ab
hæredibus extraneis auferre, † vel apud eos relinquere, 11
qui tamen tanquam defuncti hæredes tenentur Ecclesiam
recognoscere Ruin. *consil. 161. nu. 32. lib. 1.* Gratian. *consil.*
128. num. 9. lib. 2. Mantic. *d. tit. 19. n. 33.* & quando emphy-
teusis semel transiuit ad hæredes extraneos, semper eandem 12
retinet qualitatem Ruin. *d. cons. 161. n. 33. & 34. lib. 1.* sequi-
tur Caldas *de iure emphyteutico d. lib. 2. qu. 23. in fin. &* Card.
Mant. *d. ti. 19. n. 23.* vbi dicit hoc esse notatu dignum quia in
casibus, in quib. emphyteusis Ecclesiastica ad hæredes ex-
traneos non transit, sanè intelligitur, † nisi Ecclesia volue- 13
rit eam transire, & subdit, quod in hoc casu non est neces-
se probare consuetudinem Ecclesiæ, de tempore celebrati

contractos, quod emphyteusis sit transitoria ad hæredes extraneos, sicuti quis tenetur probare, quando consuetudine nititur.

Quantum attinet ad tertium caput, an pactum de renouando de 29. annos in 29. annis alteret naturā emphyteusis
14 † ita vt propterea non sit transitoria ad hæredes extraneos,
dicendum est, quod non, cum illud pactum operetur quod dominus directus teneatur in perpetuum reuocare, ex quo illi est adiecta dictio in perpetuum, *l. ne cui l. locati, & ibi* Bart. *& DD. C. locati* Decian. *cons.* 328. *col.* 2. *vers. secundo principaliter, & cons* 329. *col.* 2. *in princip.* latè Caldas *de iure emphyteutico lib.* 1. *quæst.* 12. *numer.* 14. qui licet *num.* 15. dicat hoc non procedere in emphyteusi Ecclesiastica, hoc tamen est verum, nisi adsit beneplacitum Apo-
15 stolicum, quod iuncta obseruantia † spatio 30. annorum
præsumitur, (prout ex supradictis in casu isto concurrit) Abb. *in cap.* Albericus *num.* 6. & addentes ad Felin. *ibidem numer.* 3. *de testibus*, Alexand. *consil.* 12. *numer.* 7. *eo cons.* 17. *num* 9. *lib.* 4. *& cons.* 215 *num.* 10. *lib.* 6. & fuit sæpissime resolutum.

Quantum attinet ad quartum, & vltimum caput, an
16 Virgilius vltimo loco inuestitus potuerit assignare † huiusmodi
bona creditoribus in hoc articulo in puncto Alciatus *in cons.* 91 *lib.* 5. sic distinguit, quod, aut emphyteusis non est transitoria ad hæredes extraneos, & creditores non possunt proprietatem bonorum distrahere, sed
17 solum cōmoditatem durante vita inuestiri, Aut † emphy-
teusis est transitoria ad hæredes extraneos, & creditores possunt proprietatem bonorum distrahere, & Ecclesia tenetur illos inuestire iuxta formam antiquarum inuestiturarum, qui secundus est casus noster cum ex supra deductis huiusmodi emphyteusis sit transitoria ad hæredes ex-
18 traneos, † & per vltimum inuestitum bona fuerint assi-
gnata creditoribus, & idem dicit Mandellus *in cons.* 28. *nu.* 5. *& seqq. &* Caldas *de iure emphyteutico lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 7. & ante hos omnes Salic. sanè intellectus *in auth. oi qui iurat num* 45. *vers.* 30. *videndum est C. de bonis auctoritate iudic. possid.* quem, & si reprehendat. Alexand. *in l. si finita §. si de vectigalib. num.* 17. *vers. item in quantum Salicet. ff. de damn. infect.* quasi hoc sit contra mentem Bartoli, *& scri-*
19 *bentium in d. §. si de vectigalibus*, tamen dictum † Saliceti
est intelligendum, vel quando emphyteusis fuit concessa cum pacto, quod possit hypothecari, vel quando est transitoria ad hæredes extraneos, vt dicit Corbulus *de causa pri-*
20 *uationis ob lineam finitam limit.* 19. *num* 2. & ita † etiam est
intelligendus Gratian. *in cons.* 133. *num.* 10. *vol.* 1.

Ex quibus vtraque parte informante conclusum bona emphyteutica, de quibus agitur esse transitoria ad hæredes extraneos, & propterea creditores Virgilij vltimo loco inuestiti, posse illorum proprietatem distrahere, & Ecclesiam teneri inuestire possessores iuxta formam antiquarum inuestiturarum, &c.

REVERENDISSIMO P. D. VRGELLEN.

Meleuitana Pecuniaria.

Die Mercurij 29. *Maii* 1630.

A R G V M E N T V M.

Apoca priuata trino teste subscripta, quam vim habeat, & in ea, licet quando non exprimitur causa, non substineatur, tamen, vt hoc cesset, quid sufficiat.

S V M M A R I V M.

1 *Læsio est fundamentum restitutionis in integrum.*
2 *Apoca priuata trino teste munita etiam in concursu publici instrumenti probat anterioritatem crediti de tempore eius datæ.*
3 *Potior qui est in sorte, est etiam potior in fructibus.*
4 *Quod præsertim procedit, quando illi sunt promissi ab eodem sortis debitore.*
5 *Apoca priuata non probat, dum in ea causa non exprimitur.*
In Apoca priuata verba illa, per ogni resto, e saldo de' conti an habeantur pro causa, num. 5. *& num.* 9.
6 *In Apoca priuata si non sit expressa causa, sufficit aliunde probari eam præcessisse etiam coniecturalem.*
7 *Apoca priuata censetur emanata ex causa, quæ præcessit.*
8 *Text. in leg. cum de indebito §. fin. ff. de probat. quando intret.*
10 *Calculo standum est, nisi error probetur.*
11 *Alex. in cons.* 3. *num.* 1. *vol.* 2. *declaratur.*
12 *Insinuationis defectus tollitur per iuramentum.*
13 *Iuramentum nihil operatur in præiudicium tertij.*
14 *Solutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio.*
15 *Fideiussor siue cessione iurium agere non potest contra principalem.*
16 *Confessio debitoris non probat anterioritatem in præiudicium anteriorum creditorum.*
17 *Solarium non conuentum, non debetur, maximè ei, qui non est solitus locare operas suas.*

D E C I S I O CCCLXXXII.

IN concursu creditorum spolij Fratris Antonij Martelli Prioris Messanæ Florentio, habito fuit per assembleam Religionis Hierosolymitanæ facta graduatio, & in ea fuit primo loco graduatus Vincentius Martellus pro credito scut. 5000. sortis principalis, & interesse promissi quinque pro centenario, sed deinde Ioannes prætendens de dicto Vincentio præferendum esse pro quibusdam assertis creditis, obtinuit Melitæ duas sententias fauorabiles contra dictum Vincentium, quæ fuerunt reuocatæ per Inquisitorem dictæ Insulæ Iudicem Delegatum, qui declarauit Vincentium, seu eius hæredes præferendos esse, cuius sententia cum transierit in iudicatum ob non interpositam appellationem, Ioannes præfatus obtinuit mihi committi causam restitutionis in integrum, quam hodie proposui, & fuit resolutum non constare de causis restitutionis, ratio resolutionis fuit, quia cum sententia dicti Inquisito-
risfuerit iusta, cessat læsio † quæ est fundamentum resti- 1
tutionis, *l. nam & postea, § si minor, ff. de iur. iur.* Abb. *in cap. litteris num* 5. *de restit. in integr.* Rot. *decis.* 1. *eod. tit. in nou. & decis.* 731. *num.* 1. *par.* 2. *recent. & decis.* 194. *num.* 2. *apud* Card. Caualer.

De iustitia autem dictæ sententiæ constat, dum apparet de bono iure Vincentij, & de malo iure Ioannis. De bono iure Vincentij constat, quia eius creditum dictorum scut. 5000. probatur ex apoca priuata trino teste
munita, facta de anno 199. quæ etiam † in concursu cuius- 2
libet publici instrumenti probat anterioritatem crediti de tempore eius datæ, *l. scripturas, C. qui pot. in pignor.* Abb. *in cap.* 2. *num.* 5. *&* 7 *de fid. instr.* Gabr. *conclus.* 10. *num.* 1. *de probat.* Caput. *decis.* 112. *par.* 3. etiam quoad interesse, quia
† qui est potior in sorte, est etiam potior in fructibus, *l.* 3
Lucius, ff. de vsur. latè Alexand. *in l. si cum dotem, §. fin autem in sæuissimo, ff. solut. matrimonio, &* Olaich. *decis* 129. *num.* 11. *& per tot.* præsertim quando illi sunt † promissi ab 4
eodem sortis debitore Seraph. *decis.* 481. *num.* 5.

Neque obstat quod † dicta apoca priuata non probet, 5
dum in ea causa non exprimitur, *cap. si cautio de fid. instr.* nec pro causa haberi illa verba *per ogni resto, e saldo de conti, &c.* Alexand. *cons.* 3. *num.* 1. *cum seqq. lib.* 2. quia respondetur. Primo sufficere † aliunde probari aliquam causam 6
præcessisse etiam coniecturalem, Abb. *in d. cap. si cautio col.* 3. *num.* 2. *& ibi* Felin. *num.* 13. Fanucc. *de inuent part.* 5. *nu.* 113. *cum plurib. seqq.* prout in præsenti benè probatur præcessisse, cum inter Vincentium; & Fratrem Antonium fuerint computa, & hinc inde data, & recepta præsertim ex quodam instrumento, in quo apparet, quod Vincentius prius miserat Commissæ de Martellis pro Fratre An-
tonio scut. 3500. itaut ex dicta † causa præcedenti censeatur 7
dicta apoca emanata argumento, *text. in l. si quis ex argentario, §. si initium, ff. de eden* & his terminis per *d. text in d. §. initium*, Io. Andr. *in Addit. ad Specul. in tit. de disposit. super. rubr.* Iacob. de S. Georg. *in l.* 1. *numer.* 27. *ff. de in integr. restit.* accedente maximè quod Ioannes visus fuit hoc creditum confiteri in libello per eum Melitæ porrecto, itaut
ex dicta confessione, iunctis † alijs supradictis intrare vi- 8
deatur dispositio, *text. in l. cum de indebito, §. fin. ff. de prob.*

Secundo responderur in dicta scriptura contineri, & fuisse expressam † sufficientem causam in illis verbis
ibi, *per ogni resto, o saldo de' conti frà di loro fino à* 9
questo giorno saldo d'accordo, &c. iuxta tex in d. l. si quis ex argentariis, §. rationem, ff. de eden. & in puncto Salicet. *in l. vnica, num.* 6. *vers. sed iuxta prædicta queros C. de confess.*

confess. Alex. *conf.* 83. *numer.* 5. *vers.* 2. *autem instrumentum*
libr. 1. *& consil.* 141. *numer.* 40. *libr.* 6. & ratio est, quia cal-
10 culo † standum est, nisi error probetur, *leg.* 1. *C. de error.*
calcul. & satis est, quod causa sit actu potens, & conue-
niens persuasiuè tantum, licet non concludat obligatio-
nem pernecesse per *doctr.* Bal. *in leg generaliter, in* 4. *quæst.*
*n.*22. *C. de non num pecc.*

11 Ex quibus non obstat supradictum † *Consil.* 3. Alexand.
num. 1. *vol.* 2. quia loquitur in casu multum diuerso, nem-
pè quando instrumentum debiti se refert ad instrumentum
computorum, de quo non apparet, & sic in terminis Au-
th. *si quis in aliquo, C. de eden. & leg. in testamento quidam,*
ff. de condition. & demonstrat. quod propterea non appli-
catur, prout nec pariter, quòd hæredes Martelli ha-
buerint bona patrimonialia Fratris Antonij, & quod ex
eis fuerint satisfacti de dicto credito, quia cum illa ha-
buisse constet vigore denominationis præcedentis, cum
licentia Magni Magistri, atque ideò in dictis bonis habe-
ant titulum separatum non potest dici, quod inde fuerint
satisfacti de credito, de quo agitur Bart. Bald. & Salic.
in l. si quidem C. de transact. contra quam denominationem
12 † cum fuerit iuramento roborata, non potest obijci
defectus insinuationis, Ioan. Andr. *in addit. ad Spe-*
lat. tit. de instr. edit. §. *porro, in addit. incip. de præ-*
dijs, vers. sed quid renuncians, Aym. *cons.* 118. Ga-
br. *de donat. concl.* 1. *numer.* 72. Mancin. *de iurament.*
par. 4. *eff.* 19. Rota *decis.* 165. *num.* 2. *in fin. par.* 1.
recent vbi aliæ allegantur, nec etiam quod dictum
13 † iuramentum nihil operetur in tertij præiudicium *c.*
cum contingat in final. de iur. iur. Bart. *in leg. Titia,*
§. *Imperator, ff. de leg.* 2. quia tollitur ex eisdem
cum credita Ioannis non probentur anteriora dicta
donatione.

De malo autem iure Ioannis, apparet ex singulari de-
numeratione partitarum sui crediti, quæ aut apparent
solutæ, aut posteriores credito dictorum hæredum, quan-
doquidem partita scutorum 400. quæ de anno 1585. fue-
sunt mutuata Fratri Antonio, à Iacobo Patre Ioannis,
apparet soluta ipsi Ioanni ex publico instrumento confe-
14 cto de anno 1609. solutione † autem, sublata fuit om-
nis obligatio, *l.* 1. *ff. de solut. cum vulg.* Partita scutor.
1850. debita DD. de Medices vltra quod non apparet in
qua quantitate fuerit ab ipso Ioanne dictis de Medices so-
15 luta, † nec quod habeat ab illis cessionem, sine qua age-
re non potest, *l. cum alter, vbi glos.* Bart. & Bald. *C. de fi-*
deiuss. Roncheg. *in l. reos in princ num.* 54. *&* 55. *de duobus*
reis, Magon. *decis. Floren.* 94. *num.* 11. cessat difficultas,
quia non apparet, quod creditum dictæ partitæ sit ante-
rius credito dictorum hæredum, nisi ex enunciatiua,
de qua in instrumento concordiæ initæ inter dictos de Me-
16 dices, & Fratrem Antonium de anno 1618. † quæ non
probat anterioritatem in præiudicium aliorum credito-
rum, *l.* 1. §. *si mutuam, vers. planè, ff. si quid in fraud. patr.*
Castr. *in l. Scia municipij, ff. ad Velleian.* Natt *cons.* 438. *n.*
9. *circa medium* Rol. *cons.* 185. *n.* 7. *lib.* 2. Rota *decis.* 460. *num.* 1.
par. 1. *recent.*

17 Creditum Salarij ratione famulatus, † vltra quod non
fuit conuentum, nec apparet quod Ioannes esset solitus
inseruire pro famulo, quod ideò non debetur, Alexand.
cons. 109 *per tot. lib.* 6. Natta *cons.* 376. *n.* 3. *&* 6. Granut. *Teo-*
rem. 12. *a.* 9. Put. *dec.* 45. *lib.* 1. *in correct.* Rota *in Toletana Sa-*
larij 8. *Nouembr.* 1621. *coram bon. mem. Vbaldo, & in Romana*
Pecuniaria 14. *Decembr.* 1628. *coram Reuerendissimo D. meo*
Decano. In omnem casum salarium probatur solutum
mediante donatione scut. 3000. effectum sortita facta per
Fratrem Antonium de anno 1611. in remunerationem
(vt cantat) seruitiorum, & laborum, quæ dictus Ioan-
nes ei præstitit, ex qua donatione mercedem satis amplam
consecutus fuit.

Et demum creditum alterius donationis scut. bis mille
est de anno 1612. & sic posterius credito dictorum hære-
dum, quod propterea non obstat.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. QVEIPO.

Romana Dotis, seu Saluiani.

Die Lunæ 3. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Viduæ fructus lucri dotalis, & interesse dotalis, à quo tempore debeantur, & an pro eis competat hypotheca, sicuti competit pro dote.

SVMMARIVM.

1 *Fructus lucri dotalis, & interesse dotalis debetur à die interpellationis iudicialis, & qualiter fiat secundum statutum Vrbis lib. 1. cap. 137*

2 *Fructus de iure communi veniebant in restitutione dotis consistentis in rebus immobilibus.*

3 *Et quando consistebat in rebus mobilibus, idem dispositum erat.*

4 *Dotis fructus, & interesse an debeantur, quando dos consistit in pecunia, & mulier non habet alia bona, vnde sealat.*

5 *Fructus, & interesse dotis debentur propter damnum emergens, quod ex inopia, & alimentorum carentia resultat.*

6 *Dotis fructus, & interesse taxantur per statutum attento communi Prouinciæ vsu.*

7 *Viduæ interesse non solutæ dotis, ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, debetur amplia n. 14.*

8 *Lucri dotalis interesse debetur.*

9 *Hypotheca dotalis competit viduæ pro interesse retardatæ solutionis, & n. 11.*

10 *Hypotheca pro sorte principali competens, pro vsuris eiusdem sortis etiam competit.*

12 *Hypotheca dotalis pro interesse etiam competit, vbi non adest nisi tacita hypotheca legalis.*

13 *Hypotheca competit viduæ etiam pro lucro dotis.*

15 *Fructus dotis quando peti possunt iure actionis, tunc etiam separatim à iudicio principali dotis peti possunt.*

DECISIO CCCLXXXIII.

CVM D. Domitillæ immissio in possessionem ex Sal-
uiano pro restitutione dotis data fuisset, & de fructi-
bus, & interesse dotalis, & lucri dotalis dubitaretur, &
an pro illis, eorum denique pignorum daretur retentio su-
per bonis Dominæ Iuliæ Balleonæ, in vim facultatis ab
ipsa Adriano filio concessæ hipothecatix, Dominis placuit
respondere lucrum, † & interesse deberi à die interpella- 1
tionis iudicialis, iuxta taxationem Statuti, *cap.* 137. *lib.*
primo, & pro illis retentionem competere. Nam de iure
communi dote in rebus immobilibus consistente omnimo- 2
dè in restitutionem fructus veniebant, *leg. vnica,* §. *exa-*
ctio, C. de rei vxor. act o. & quando consistebant † in rebus 3
mobilibus fructiferis idem dispositum esse per *tex. in leg. v-*
nica, §. *fructibus, leg. diuortio,* §. *interdum, ff. solut. ma-*
trimon. & ibi notarunt Bart. & DD. & Barbos. *aum primo,*
Coras. *lib. quinto,* Miscell. *cap. sexto,* & complures relati,
Gomes. *in l.* 50. *Tauri, n.* 58.

Circa fructus, & interesse † dotis in pecunia consistente 4
controuersum est inter DD. an fructus, & interesse debe-
antur viduę, & in casu quod ipsa sit pauper, neque habeat
alia bona, vnde possit alimenta percipere, vt præsumitur
in *leg. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Palazios
Riuos *in rep. rubr* § 60. *nu. decimonono,* Aleiat. *de præsumpt.*
reg. tertia, præsumpt. 26 *a.* 1. Barbos. *in leg. Caius, n duodecimo,*
ff. solut. matr mon. sine controuersia receptum est † alimen- 5
torum causa fructus, & interesse deberi propter damnum
emergens, quod ex inopia, & alimentorum carentia re-
sultat, vt considerat Card *in clem. prima, numer. octauo,*
de vsur Couar. *lib tertio, var. ca. primo, nu. tertio, vers.*
sexto, Nauarr. *in capit. si fæneraberis* 14. *quæst. tertia, nu-*
mer 67. Thes. *decis* 43. *num. quarto,* Anton. Gomes. *vbi*
supra in dict. num. 48. Pinell. *in leg. vlt. numer. sexto, C. de*
bon. ma-

boa. mater. & complures relat. Matiens. *in leg. 3. glos. secunda, num. 59.* Surd. *cons. 194. num. quinto.* Qua ratione huiusmodi interesse per statutum taxari consueuit, vel per
6 lucrum cessans † attento communi Prouinciæ vsu, propter facilem, & frequentissimam annuorum reddituum, vel locorum montium emptionem, & quamlibet in harum rationem huiusmodi statuta sustineri docent. Cardin. vbi supra. Bald. *in leg. vltim. §. Præterea, C. de iur. dot.* Palazios Riuos *in cap. per vestras octauo, num. quarto,* Couarr. *in d. num tertio, vers. septimo,* & hac consideratione
7 ratione lucri cessantis, vel damni † emergentis, viduæ non solutæ dotis interesse deberi communiter receptum est ex Couar. vt supra, Velasq. *consult. 8. nu. quarto,* Franch. *decis.* 217. Molin. *de primog. lib. quarto, cap. quinta numer. quinto,* Thesaur. *d. decis. 43. num quarto,* Sot. *lib. sexto, de iust. & iure, quæst. prima, art. secundo,* Facchin. *controu. 2. in princip. ex num. 39. ff. solut. matrimon.* Garzias *de exped. cap. 8. ex numer. 34.* Rot. *coram* Mantic. *decis. 171. numer. 3. & coram* Gregor. *decis. 204 numer.* 28.
8 Et quod lucri dotalis † interesse debeatur tenet complur. relat. Grammat. *decis. 103. numer. 98.* Thesaur. *decis. 45.* Coru. *cons. 240. lib. tertio,* Rota *decis. 259. num. octauo, par. quarta diuersorum & 246. num. primo, par. secunda recent. & coram Reuerendissimo Decana, decis. 244 per tot. & in Romana fructuum dotis propter nuptias 31. Ianuarij 1601. coram Iusto,* vbi quod ita passim seruatur, quod autem pro
9 interesse † retardatæ solutionis dotis viduæ hypotheca dotalis competat, docet text. expressus in *leg. Lucius, ff. qui pot. in pign. habeant,* vbi traditur hypothecam pro sorte
10 competens pro vxoris eiusdem † sortis cum eadem relatione accommodari, & ibi notarunt Bart. Bald. & Alberic. & in hypotheca expressa pro dote, & interesse sine con-
11 trouersia † receptum esse docent, Rip. *in leg. priuilegia, numer. decimoquinto, de priuileg. credit.* Franc. Marc. *dec. 921. num. tertio,* idem tamen admittendum esse, vbi non
12 adest nisi tacita hypotheca † legalis, vt etiam pro dotis interesse competat cum eodem iure prælationis, & retentionis, docuit Bart. *in leg. si cum dote, § sin autem, numer. 6. & 7. ff. solut. matrimon.* Neguſ. *de pignor. 5. part. quæst. quinta, n. decimo, cum seqq.* Burs. *cons. 103. ex n. vndecimo,* Surd. *dec. 240. n. decimoquinto,* Rodriq. *de ann. reddit. lib. tertio, quæst. septima, n. 70. per tot.*
13 Et quod hypotheca † competat etiam pro lucro dotis, probat *text. in auth. de qualit. dot. §. 1. leg. etiam, & ibi not.* Bald. & Bart. *C. de iur. dot. & latè trad.* Iason. *in rubr. num. 40 ff. solut. matrimonio,* Thesaur. *decis. 45. numer.* 30. Vincent. de Franch. *decis. 182. numer. 2.* Negusan. *de pignor. 2. part. membr. num 46.* Vasquez *in opusculo, in tract. de pignor. capit. 3. §. 1. numer. 6.* Rodriq. *de ann. redd. lib. 3. quæst. 7. num. 54. vers. amplia secundo, & complur. relat.* Castill. *lib. 3. contr. cap. 4. ex num.* 30. Couarr. *in capit. quamuis pactum, 2. part. §. 1. num. 9. & lib. 1. var. cap. 7. in princ.* Anton. Gomes. *in leg. 52. Tauri num. 41.* Gregor. Lopez *in leg. 57. tit. 11. part. 4. glos. 6.* Suarez *in leg. 1. lib. 3. fori. tit. de....* & Vbald. *num. 59* Barbos. *in leg. 1. part. 6. numer. 16. ff. solut. matrimon.* etiamsi de eo non fuerit expressè facta mentio, vt dixit Rota coram Reuerendissimo Decano, *decis. 244. per tot.*
14 Quod procedere dixerunt DD. etiamsi † in principali iudicio dotis interesse non fuisset petitum, quia licet si deberetur officio Iudicis mercenario haberet locum *reg. text. in leg. 4. C. de posit. leg. terminato, C. de fruct. & lit. expen.* quando verò iure actionis peti potest, vt nostro casu, cum
15 debeatur per statutum, atque ita conditione † ex lege, etiam separatim peti potest, vt not. DD. *in d. l. 4.* Bald. *nouell. tract. de dot. 2. part. n. 10.* Rom. Sen. *cons. 184. n. 36. lib. 1.* Rot. *d. decis. 259. n. 4. par. 1. diuers.*

Ad quam autem quantitatem, fructus, & lucrum ascendunt, DD. voluerunt particulariter videre.

Et ita resolutum, sola D. Domitilla informante D. Iulia sæpius citata, &c.

¶ Plures decisiones in hac causa annotaui supra ad decis. 57. quæ est in eadem causa.

EMINENTISS. ET REVEREND. D. CARD. VEROSPIO.

Florentina canonicatus.

Die Lunæ 3. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus de iure potius præsumitur hæreditarium, quàm gentilitium, & qualiter probetur, quod sit hæreditarium, Actuum pluralitas, quando præsumatur. Hæres grauatus potest alienare bona subiecta restitutioni in extraneos eo viuente.

SVMMARIVM.

1 *Necessitas instituendi cessat in transuersalibus.*

2 *In iurepatronatus hæreditario viuente patre, patronus simul filius esse non potest.*

3 *In iurepatronatus, qualiter gentilia qualitas probetur.*

4 *Testator, quando præsumatur, prius fecisse aliud testamentum.*

5 *Actuum pluralitas præsumitur, vbicumque sub diuersa forma apparent celebrati.*

6 *Diuisia bonorum facta in præiudicium vocatorum, an substineatur.*

7 *Alienatio ex causa diuisionis permissa est inter cohæredes per fideicommissum grauatos.*

8 *Alienatio facta in extraneos ab hæredibus grauatis, substinetur eis viuentibus, cum in hoc tempore non possit considerari aliquod præiudicium vocatorum.*

Cum, & præcedere possint, vel quandocumque consentire, n. 8.

9 *Propter Apoplexiæ morbum, quis ad sacros Ordines promoueri non potest.*

10 *Beneficiorum resignatio intra tres menses debet publicari.*

11 *Præsentatia an effectus fuerit sortita, non est inspiciendum, quando deducitur, vt appareat, quid in iurepatronatus fuerit per patronos obseruatum, & num. 12.*

DECISIO CCCLXXXIV.

DVABVS decisionibus * firmarunt Domini coram me, qualitatem huius patronatus hæreditariam, cum causa inter patronos agitaretur, reuocata decisione R. P. D. bo. mem. Buratti, in quam super hoc eodem patronatu dubitaretur inter præsentatos, probationes tunc datæ, visæ fuerant concludere potius contrariam qualitatem gentilitiam: fundamentum posteriorum resolutionum illud fuit, quod obseruantia, quæ pro qualitate gentilitia deducebatur, verè concludere non poterat cum præter contrariam iuris præsumptionem, iisdem, qui tanquam ex familia de Puccijs dicebantur præsentasse, essent etiam heredes Cardinal. Laurentij de Puccis, apud quem primum in eadem familia probatur fuisse hunc patronatum. Imò non nisi tanquam ipsius Cardinalis hæredes præsentassent. Hoc vltimum decisionis fundamentum cœperunt controuertere Domini de Venturis, qui contrariam qualitatem gentilitiam defendebant, & cum tertio audiri obtinuissent super qualitate huius patronatus, proposui hodie dubium, an esset recedendum à decisis, quòd Domini negatiuè resoluerunt.

Nuuæ huic disputationi occasionem dedit testamentum, quod nouissima, & post resolutiones factas exhibitum fuit à Venturis, in quo cum Cardinalis vocasset, qui aliàs sibi ab intestato successissent, putabant tolli responsiones datas in vtraque decisione, vt filijs, & nepotes licet in gradu posteriores vocati simul censerentur ex testamento Cardinalis, in quo tanquam transuersali non
† cadebat necessitas instituendi, cum secundum formam 1

successionis intestatæ patruis, & patre superstitibus ius
aliquod habere filij, aut nepotes non potuissent, §. 1. *auth. de hæred. ab intestat. venient.* Auth. *de success. C. de suis & legitim.* Atque ita præsentationes, in quibus simul concurrerunt subsistere non possent, nisi tanquam facta in
2 capita, atque vti de patronatu † gentilitio cum in patronatu hæreditario viuente patre, patronus simul filius esse non poterat, Calderin. *cons. 9. de iurepatronat.* Federic. de Sen. *cons. 111. numer. 9. versic. præterea si filius*, Verall. *decis. 184. num. 2 par. 1. & 135. num. 3. par. 2.* sicut hoc argu-
3 mento ad probationem † qualitatis gentilitiæ visa fuit Rota *in Florentin. de Ricasolis 10. Maij 1603. cor. Card. Lancellotto*, eamque sequuta fuit *dec. facta in hac causa cor. bonæ memoriæ Buratto 25. Maij 1616.*

Verum hoc argumentum ex testamento Cardinalis id solum concludebat, vt in successione ea forma eiusdem testamenti ipsius Cardinalis hæreditas proximioribus, & anterioribus in gradu deferretur. Eius verò diuisionis, quæ apud eiusdem Cardinalis hæredes semper seruata fuit, non solum mentio aliqua non fiebat in eodem testamento, sed ea forma succedendi in eo data, eadem diuisio subsistere non poterat, cum ex stipite Alexandri cum Antonio Cardinali Pistorien. & Raphaele admitteretur Ioannes Paulus nepos, & vnà cum Roberto patre Iannottus, & Pandulphus ea stipite eiusdem Roberti. Vnde horum alterum ex his necessariò, & omninò sequebatur. Vel quo aliud testamentum supponendum esset, & quidem diuersum à primo, dum præter temporis diuturnitatem, quæ inter hoc testamentum, & mortem Cardinalis intercesserat alio modo, & forma, quam in eodem
4 † testamento disponeretur, probabatur possessam fuisse Cardinalis hæreditatem, *glos. in l. omnium, C. de testam.* Decian. *cons. 55. num 35.* Menoch. *præsumpt. 15. lib. 6. num. 21.* Mascard. *de probat. conclus. 1174. num. 38.* Rota *in Regien. iurispatronatus 11. Maij 1623. coram Domino meo Piroano*, si cum generatim, & vniuersè hæc actuum plura-
5 litas præsumitur † vbicumque sub diuersa forma appareant celebrati, Bald. *in cap. cum Ioannes Eremita 10. num. 4.* Felin. *num. 8. de fid. instrum.* Menoch. *dict. præsumpt. 15. lib. 6. numer. 15.* Rota *in Nepesina tutelæ 11. Maij 1619. coram Cardin. Verospio.* Vel cum ijdem, qui fuerunt Cardioalis hæres eiusdem Cardinalis hæreditatem inter se partiti fuerint, & secum participes esse voluerint, quos aliàs exclusissent secundum formam successionis intestatæ, neque opus sit eodem testamento ad probationem, an simul cum sui maioribus filij, & nepotes succedere debuissent, si eo non obstante fuerunt ijdem nepotes admissi ad eam hæreditatem ab ijs, qui ea forma eiusdem testamenti erant hæredes Cardinalis, itauuea vtroque capite declararetur præsentatio tanquam de patronatu hæreditario.

Neque hæc facta ideò dici poterant, vt solum eorumdem filiorum, & nepotum consensus adhiberetur in diuisione, quæ facta fuit inter eosdem Cardinalis hæredes,
6 vt cessaret inde dubitatio, an ex † eadem diuisione ipsis præiudicari potuerit, tanquam vocatis ex rationibus, quas ponit Pereg. *de fideicomm. art. 52. num. 87. & art. 53. numer. 61.* Hęc enim procedere possent, si solum eorum consensum apparet fuisse requisitum, non autem, tanquam in effectu participes, & cohæredes admissi fuissent, præterquam neque verum est, vt non potuerit fieri eadem diui-
7 sio † inter ipsos cohæredes sine consensu nepotum, aut filiorum, qui succedere siue in patruorum, siue in patris sui portione debuissent, *leg. cum pater 79. §. hæreditatem, & ibi* Castr. *num. 2. ff. de legat. 2.* Peregrin. *de fideicomm. art. 40. num. 36.* Dec. *cons. 511. numer. 6.* Cum imo sustineatur
8 alienatio, etiam quæ facta sit in extraneum, adeò † vt viuentibus ijs, qui alienarunt considerari non possit præiudicium aliquod vocatorum, cum & prædecedere possint, & quandocumque consentire, *leg. seruum filii 46. §. si quis rei, l. seruo legato 72. §. si testator, ff. de leg. 1.* Pereg. *eod. art. 40. num. 6. & 7. & art. 52. num. 6.* Castr. *in l. filius familias, §. 11. num 7.* Rip. *num. 47. ff. de leg. 1.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita n. 405. ff. ad Trebell.* Gabr. *cons. 118. lib. 1.* Surd. *cons. 73. n. 72. & cons. 238. n. 9.*

Quod verò eadem diuisio, non autem testamentum effectum habuerit, cum probaretur ferè ex omnibus actibus, qui fieri inter eosdem hæredes contigerunt, in quibus vel retenta, & seruata semper fuit eadem forma, atque in laudo apparebat fuisse inter ipsos hæredes diuisam Cardinalis hęreditatem, vel facta fuit mentio eorundem stipitum, & portionum hæreditariarum, vel admissi fuerunt, qui aliàs non successissent secundum formam datam in testamento. Dixerunt tamen Domini, tolli omnes prorsus difficultates ex vltima præsentatione, quæ successit anno 1586. in qua præcisè, & ad vnguem seruata fuit eadem diuisio stipitum, & vocum, sicut in laudo diuisa fuerat Cardinalis hæreditas, cum sicut fuit in alijs omnibus decisionibus consideratum, posset hæc præsentatio inter cæteras ostendere hanc qualitatem hæreditariam, tam ratione vltimi status, quàm quia ea ex stipite Alexandri interuenerat Robertus Ioannis Pauli, à quo immediatè causam habent Lucretia, & Sibilla auctrices Dominorum de Venturis. Neque eadem præsentatio dici poterat successu caruisse, cum Petrus de Nasijs, qui
ex ea Canonicatum obtinuerat propter † morbum apo- 9
plexiæ, & ex quo ad sacros ordines promoueri non potuit resignare coactus fuerit, hunc Canonicatum, & obtinuerit hac etiam de causa absolui à fructibus, quos indebitè perceperat, imò idem canonicatus fuerit alteri collatus, tanquam vacans à principio propter non publicatam resignationem (ea cuius resignationis causa idem Petrus
prouisionem suam obtinuerat) intra † tres menses, iu- 10
xta Constitutionem Gregorij Decimitertij, de publicandis resignationibus. Ea enim noua prouisione, vel sublatum fuit solum impedimentum inhabilitatis ipsius prouisi, & præsentationem patronorum Papa potius confirmauit per prouisionem, quæ non erat præsentationi contra-
ria, vel adhuc non opus est videre, an ea præsentatio † 11
fuerit effectum sortita, cum illa deducatur ad effectum quasi possessionis, quo casu, vt ius ea ea præsentatione quæsitum dici posset, opus esset probare, & eadem præ-
sentatio executionem habuerit, sed tantum † vt ex ea ap- 12
pareat, quid hoc patronatu fuerit per patronos obseruatum, vt benè, & in proposito distinxit Rota *in Florentin. Iurispatronatus de Ricasolis, decima Martij 1603. & vndecima Februarij 1604. co. Card. Lancellotto.*

* Idest sub diebus 14 Maij 1629. & 16. Ian. 1630. sunt supra decisiones 336. & 384.

REVERENDISSIMO P. D. VRGELLEN.

Cęsaraugustana Canonicatus.

Die Lunæ 10. Iunij 1630.

A R G V M E N T V M.

Subcollectorum beneficia sunt reseruata, & quid ad hoc requiratur.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficia subcollectorum sunt reseruata.*
2 *Subcollector Apostolicus ex quo probetur, vt quis sit.*
3 *Subcollector Apostolicus, quis constituitur per solam deputationem, etiam quod illam non viderit, nec receperit.*
4 *Iuramentum, quando est extraiudicialiter præstandum, in dubio presumitur præstitum.*
5 *Subcollector vnicus præsumitur, nisi contrarium probetur.*
6 *Tubcollector primus per deputationem secundi remanet reuocatus.*
7 *Papa, si condonet alicui beneficiorum aliquorum reseruationem, quę prouenit ratione mensis, hoc non impedit, quin stante reseruatione ex alio capite collatio spectet ad Papam.*
8 *Papa non præsumitur velle sibi pręiudicare in reseruationibus.*
9 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis.*
10 *Vacatio beneficij pr obitum dicitur consumpta per prouisionem, cum supplicatione registrata, etiam non apprehensa possessione.*
11 *Beneficia eorum, qui decedunt in Curia sunt reseruata.*
12 *Triennalis possessor pacificus, si quis non sit, iuuari non potest allegat. Lap. 89.*
13 *Successor tenetur iustificare gratiam antecessoris.*
14 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*

15 *Benefi-*

15 *Beneficij valor potest probari per testes.*
16 *Obitus in mense reseruato, qualiter probetur.*

DECISIO CCCLXXXV.

CVM Canonicatus, de quo agitur, vacaret de men-
se Martij per obitum Hieronymi Fernandez de He-
redia, in Ciuitate, & Diœcesi Cæsaraogostana Subcol-
lectoris Apostolici, de eo vti reseruato fuit à Sede Apo-
stolica prouisus Hieronymus de Exea: à Capitulo verò
Cæsaraugostano ad quod vigore Bullæ secularizationis
Clementis octaui spectat collatio Canonicatuum vacan-
tium in meosibus Martij, & Septembris, fuit prouisus,
& in possessionem immissus Petros Hieronymus Marti-
nez. Cum autem præfatus Hieronymus de Exea obierit
in Curia, possessione nondum capta, fuit ab eadem sede
de dicto Canonicatu prouisus Hierooymus Campan, cum
plena subrogatione in omoia iuri dicti Hieronymi de E-
xea, qui propterea veniens tam ex vacatione per eius obi-
tum, quam Hieronymi de Heredia, obtinuit hodie dispu-
tari dubium, cui dictus Canonicatus debeat adiudicari, &
fuit resolutum adiodicandum esse Hieronymo Compan
informanti. Quandoquidem aut vacatio per obitum Hie-
ronymi de Heredia noo fuit consumpta per prouisionem
1 Hieronymi de Exea, & cum ille fuerit vnicus † Subcol-
lector io Ciuitate, & Diœcesi Cæsaraogustana, dictus Ca-
nonicatus est reseruatus per *regul. quartam, hodie quintam
Cancellariæ*, vt sunt clara verba regulæ, Gonzal. *ad reg. octa-
uam, glos. 51. num. 67. cum sequentib.* & pluries decidit Rota,
& signaoter *decis. 715. num. 5 part. prima, & decis. 252. num.
primo, & sequentib. par. 2. recent. & in Licien. Canonicatus 26.
Maij 1629. cor. R. P. D. meo Dunozzetto, & nuper in Cremonen.
Canonicatus 14. Ian. & 15. Apr. presentis anni cor. me.*
Quòd verò Hieronymus de Heredia fuerit Subcollector
2 † Apostolicus, apparet ex litteris patentibus Illustrissimi
Noncij Hispaniarum, Gonz. vbi supra, Rota *dict. decis. 252.
n. 3.* Et licet non requiratur, quod Sobcollectoriam acceptâ-
3 uerit aut exercuerit, † sed sufficiat sola deputatio, etiam
qood illam non viderit nec receperit, iuxta magis veram
sententiam, Mandos. *super reg. ad regul. 4. qu. 4. vbi rationem
assignat Simon. de reseruat. quæst. 33. num. 8. & sequentib.* Æ-
neas de Falcon. *de reseruat. qu. 3. princ. n. 16.* CoKier *super d.
reg. 4. n. 20. quam* Rota *tam antiqua, quàm moderna sequitur, vt
in dec. 12. de præbend. in nou.* Verall. *dec. 141. n. 2. part. 2.* Put.
*decis. 329. n. 4. par. 2. in correct. cum alijs in dicta Cremonen. Ca-
nonicatus cor. me.* Nihilominus quatenus acceptatio requi-
reretur, prout requiri quandoque Rota dubitauit, vt habe-
tur apud Garz. *de benef. par. 5. c. primo, n. 346.* benè probatur,
ex quo dictos Hieronymus Heredia vti Sobcollector ob-
tinuit exemptionem à iurisdictione Illustrissimi Archie-
piscopi Cæsaraogustaoi, & dedit mandatom procuræ ad
præstandum iuramentum de fideliter exercendo, quæ circa
nomen Subcollectoris fieri non possoot, vt ad sensum pa-
tet, & in simili fuit dictum in dicta *Cremonen. Canonicatus*
4 *coram me*, qood ioramentum, vltra quod cum soleat † ex-
traiudicialiter præstari, præsumitur fuisse pręstitum, Cre-
scent. *decis. 2. de iur. iur.* ad effectom reseruationis noo re-
qoiritur, sed solom ad effectum exercitij, Put. *dec. 329. lib. 2.*
5 Quod pariter dictus Heredia fuerit Subcollector † vol-
cus, prout regula exposcit, pręsumitur, nisi contrarium pro-
betur, vt post Mandos. & alios Garz. *de benef. par. 5. c. 1. num.*
356. Rota *dec. 515. n. 5. par. 1. recent. & in dicta Cremonen. cor.
me.* Et cessat difficultas tum quia in litteris deputationis
volcus enunciatur, tom etiam qoia quando de tempore de-
6 putationis adfuisset alius † Subcollector ille per deputa-
tionem secundi censeretur reuocatos, *ad leg. si quis, §. Iulia-
nus, ff. de procurat. & in puncto Bellencin. in tract. de carit. sub-
sid. quæst. 209. in princ.* Mandos. *ad reg. 4. quæst. 10. nu. 2.* Rota
*dec. 9. de offic. deleg. in nou. & in dict. dec. 715. n. 6. & dict. decis.
252. n. 5. par. 2. recent.*
Stante autem dicta reseruatione ex capite Subcollecto-
riæ, quamois dictus Canonicatus vacauerit io mense Mar-
tij, prouisio, & collatio illius non spectat ad Capitulum, sed
ad Papam, nam prædicta Bulla secularizationis cui inniti-
tur Petrus à Capitulo prouisus, indulget quidem Capitulo
collationem beneficiorum vacaotium in mensibus Martij
& Septembr. attamen oon simpliciter, & absolotè, sed cum
clausula, *Dummodo dispositioni Apostolicæ reseruata, vel ex
generali reseruatione affecta non fuerint*, & sic fuit condona-
7 ta. † Capitulo solum illa reseruatio, quæ prouenit ratione
mensis, quæ non impedit quin stante reseruatione, ex alio
capite collatio spectet ad Papam, iuxta ea, quę tradit Gon-
zal. *ad reg. 8. glos. 45. §. 1. n. 67. & dixit* Rota *in Colimbrien.
Canonicatus 24. Maij 1599 coram bo. me. Card. Millino.*
Neqoe obstat si dicatur, quod cum d. claosula *Dummodo
&c.* io Bulla secularizationis sit apposita immediatè post
facultatem conferendi, concessam Archiepiscopo io men-
sibus Ionij, & decembris, ad illam solum sit referenda, non
aotem ad dictam facultatem datam Capitulo, quæ præces-
serat, qoia ex serie, & contextura verborum, iuxta eorum
naturalem seosum, vt DD. videbatur, ad vtramque facul-
tatem refertur, maximè cum sit io fine apposita, & nulla
disparitatis ratio assignari possit, quare Papa voluerit pio-
guiorem collationem Capitulo, quam Archiepiscopo con-
cedere, nec quod † sibi voluerit io reseruationibus præiudi- 8
care, io vno casu, & non in alio. Fel *in c. nonnulli nu. 7. de re-
script.* Sarnen. *in proem. reg. q. 5. nu. 2.* Rot. *dec. 666. n. 8. p. 1. &
dec. 569. n. 6. & 7. p. 2. rec.* Quinimo clarè constare videtor, de
contraria Papæ voluotate, dum inferius in d. Bulla in vers.
& nihilominus conceditur Aragonom Regibus ius nomi-
nandi ad dignitates, & Canonicatos vacantes in quatuor
mensibus, de quibus ibi etiam quod aliàs dispositioni Apo-
stolicę essent reseruati, seu affecti, ita vt hęc † exceptio quo- 9
ad Regem firmet voluotatem Papæ io contrarium quoad
Canonicos, & capitulum ex iuribus vulgatis.
Aut verò vacatio per obitum Hæredíæ fuit consumpta
per prouisionem cum supplicatione † registrata Hierony- 10
mi de Exea, etiam non apprehensa possessione, prout verè
consumpta videtur Rebuff. *cons. 48. n. 1.* Paris. *de resignat. lib.
10. q. 6. n. 54.* Gonzal. *ad reg. 8. glos. 15. §. 1. n. 33. & fuit dictum in
Legionen. Canonicatus 10. Decemb. 1627. cor. R. P. D. meo Du-
nozetto*, & io hoc caso † reseruatio est clarior ex quo dictus 11
Exea decessit in Coria *c. præsenti, de præb. in 6.* Simonet. *de
reseruat. quæst. 30. n. 1.* Gonz. *ad reg. 8. glos. 13. n. 47. & 68.* Ro-
ta *dec. 17. de præb. in antiq.* & multo minus potest intrare
pręteosio Capituli, quamuis dictus Exea decesserit io men-
se Capituli, videlicet io mense Septemb. cum hæc reserua-
tio sit expressè exceptuata io dicta Bulla sæcularizationis.
Neque obstat si dicator, quod quatenus Hieronymus
Compan prætendat vacationem ex persona Hieronymi
de Exea, dum hic non fuit triennalis possessor † pacificus, 12
noo possit ille iuuari allegatione Lap. 89. *de qua etiam* Cas-
sad. *decis. 2. in fin. de caus. poss. & propr.* sed teneatur gratiam
dicti Hieronymi † de Exea, iustificare, Rebuff *in tit. de su-* 13
*brog. n. 15. & super concord. tit. de mand. Apost. §. declarantes
in verb. successores ei, casi. in vers. insuper subrogatos,* Ægid.
dec. 212. Cassad. *d. dec. 2.* & fuit sæpissimè resolutum qoia
vltra quod ex supradictis gratia dicti Hieronymi de Exea
videtur satis iostificata, cessat penitus, cum Hieronymus
Compan sit in iuribus veriosque subrogatus, & possit veni-
re independenter, ex vna aut altera vacatione, ita vt si va-
catio Hieronymi de Heredia non fuit consumpta per pro-
uisionem Hieronymi de Exea, quando illa noo esset iusti-
ficata possit ex iotegro venire ex vacatione per obitom
Hieronymi de Heredia, ex dicta reseruatione ratione Sub-
collectoriæ.
In reliquis autem gratia Hieronymi Compan visa fuit
Dominis io omoibus iustificata, nam illius Clericatus pro-
batur ex litteris † patentibus Ordioarij, *c. 2. vbi* Abb. *in pri-* 14
mo notab. de Cleric. Pereg. Grammat. *dec. 81.* Rot. *decis. 16. de
probat. in antiq. & in Nocastren. Parochialis 16. Ian. proximè
pręteriti cor. me.* Quod si oriundus ex Diœcesi Cæsaraugu-
stana, & quod valor Canonicatus noo excedat ducatos 24.
& computatis distributionibus † ducatos 500. ex testibus 15
desuper examinatis, Greg. XV. *dec. 35. n. 2. & dec. 38. n. 3. &
in Maioricen. beneficij 3. presentis mensis co. R. P. D. Merlino.*
Præsentia eiusdem in Curia ex ijsdem testibus. Et demum
quod Hieronymus de Exea obierit in † mense Septembr. 16
in Curia, probator ex partita libri defunctorum per teno-
rem extracta, Imol. *cons. 110. in fi.* Rota *dec. 605. n. 4. part. 2.
rec. & dec. 72. apud* Greg. XV. & fuit sæpius firmatum.
Et ita &c.

Infra in eadem causa adest alia decisio sub die 1. Iulij 1630. ¶
est decisio 400.

REVERENDISSIMO P. D. PIROVANO.

Montis Falisci Pensionis.

Die Lunæ 10. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Conuentiones super beneficio Ecclesiastico, quando sint nullæ, & improbæ absque beneplacito Apostolico.

SVMMARIVM.

1 *Conuentiones super benefitia ecclesiastico pro argumento pensionis soluendo & ad fauorem eius, qui non est in lite, & cum onere perpetuo Commendæ, semper sunt inualidæ, & improbæ absque beneplacito Apostolico.*

2 *Prælatus regularis tantum potest imponere, aut reseruare pensionem temporalem super beneficio manuali, & amouibili.*

3 *Ordinarius potest ex causa vtili Ecclesiæ, & pro bono pacis reseruare pensiones.*

4 *Et in istis casibus, non potest absolutè pensiones reseruare, sed strictè, & adequatè iuxta Canonum sanctiones, & nu. 6.*

5 *Simoniaca pactio in beneficijs ecclesiasticis sola auctoritate Ordinarij purgari non potest.*

7 *Damnum considerari non potest in eo, qui tractat de lucro captando.*

8 *Ordinaria auctoritate, quis non potest obligari ad soluendum pensionis augumentum nouo pensionario.*

9 *Ordinarius potest reseruare pensionem ad vitam pensionarij. declara num. 10.*

11 *Statuta confirmata à Papa cum decreto irritanti, & clausula sublata, nonnisi eadem auctoritate tolli possunt.*

12 *Contractus celebratus sub conditione, ea non purificata, habetur pro non facta, & nullum potest producere effectum.*

DECISIO CCCLXXXVI.

RESPONSVM fuit non deberi D. Equiti Laofredutio augmentum pensionis, de qua agitur.

Præcesserant enim lites vsque de aono 1601. super Commenda Montis Falisci per obitum Fratris Bernardini Scaliæ Capuæ, tunc Prioris inter Fratrem Federicum Coronatum Vngariæ Priorem, & Fr. Tiberium Campolum Ballium S. Ioannis de Mare Ciuitatis Neapolis, & Fr. Franciscum Laofredutium Commendatorem Turini, Faentiæ, & Palermi, respectiuè prætendentes præferri in assecutione prædictæ Montis Falisci Commendæ, qui postmodum concordarunt sub beneplacito Sedis Apostolicæ, quatenus necessarium esset, ac etiam Magni Magistri, & linguæ Italiæ assensu, conuenientes inter cætera, quod Prior Campolus teneatur consentire reseruationi, & seu vt dicit concordia, soluere pensionem scutorum 130. auri in auro Fr. Francisco Lanfredutio nepoti Commendatoris Lanfredutij supradicti, declarando insuper quod eadem pensio ex tunc censeretur ad commodum prædicti Equitis Lanfredutij aucta ad scuta 300. similia, quando aliæ pensiones maiores, & prius super eadem Commenda Montis Falisci constitutæ per cessum, aut decessum Equitum Aldobrandini, aut Scaliæ cessassent, vnde cum clarè appareant † conuentiones super benefi- 1
cio Ecclesiastico pro argumento pensionis soluendo, & ad fauorem eius, qui non est in lite, ac cum onere perpetuo Commendæ, ille semper absque beneplacito Papæ remanent inoalidæ, & improbæ, *c. cum pridem de pactis, cap. constitutus, cap. super de transf.* Couar. *var. lib. 1. cap. 5. num. 6.* Felin. *in cap. ad audientiam il 2. num. 3. de rescript.* Rebuff. *de pacif. possess. num. 120.* Parif. *de confid. q. 28. num. 120.* Dec. *cons. 141. num. 2.* Garz. *de benef. par. 1. cap. 5. num. 343.*

Non obstat, quod interuenerit beneplacitum Magni Magistri, & linguæ Italiæ, per quæ pensionis augmentum possit sustineri.

Nam si Magous Magister consideretur tanquam habens plenissimas facultates, & sufficientes pro imponendis, aut reseruandis peosionibus super Commendis, illæ ex stabilimentis non colliguntur, nec ex indultis Summorum Pontificum apparent. Vnde semper regulæ sunt contra Magnum Magistrum, & linguam Italiæ, facultatibus carentes.

Si verò habeatur tanquam Prælatus regularis, cum tamen ille possit taotummodo imponere, † aut reseruare 2
pensionem, temporalem super beneficio manuali, & amouibili ad fauorem sui Religiosi obedientiarij, Abb. *in cap. nisi essent. num. 12. de præb.* Mohed. *loquens de Hospitalarijs S. Ioannis dec. 10. de caus. possess. & prop.* Rota *in Militen. hæreditatis 28. Maij 1583. coram bo. me. Card. Mantica, & in Troiana pens. 21. Iunij 1610. coram me,* in præsenti facultates deficiunt, ex quo pensio fuit reseruata perpetuò ad vitam Equitis Lanfredutij.

Demum si reputetur tanquam † Ordinarius, aut com- 3
promissarius inter collitigantes, qui ex causa vtili Ecclesiæ, & pro bono pacis potest pensiones reseruare, Felin. *in cap. ad audientiam il 2. num. 2. de rescript.* Gig. *de pens. q. 6. num. 2.* Caccialup. *de pensionib. q. 5. & 13.* Nauar. *de simonia cons. 4. cum alijs per* Garziam *de benef. par. 1. cap. 5. num. 295.* & in prædictis casibus neque † etiam potuit 4
absolutè pensiones reseruare, sed strictè, & adequatè iuxta canonum sanctiones.

Nam si causa assumatur pro bono pacis cooseruandæ inter Fratres, & Religiosos Equites, & prout hæc vnica fuit in transactione narrata, & approbata, cum reseruatio huiusmodi pensionis non prouenerit motu proprio, vel ex officio † Magni Magistri, sed ex partium conuen- 5
tione, pactio illa tanquam simoniaca sola Ordinarij auctoritate purgari non potuit, sed egebat Apostolica approbatione, *cap. nisi essent. de præbend.* ibi non quidem ex pactione partium, Rebuff. *de pacific. possess. num. 322.* Anania *in c. ad audientiam num. 3. de collus. deteg.* Garzias *eadem c. 5. nu. 340. & seq.* Rota *in Calaguritana pens. 29. Maij 1595 coram bo. me. Penia*, quæ registratur per eumdem Garziam *num. seq. 343.* Mohed. *dec. vlt. de simonia.*

Præterea cum hæc eadem pensio non Equiti ex colligantibus fuerit reseruata, sed alteri non prætendenti, neque voleoti assequi Commendam, nempe nepoti Commendatoris Lanfredutij, non etiam ad hunc casum † se 6
extendit auctoritas Ordinarij Parif. *de cônfid. q. 42. nu. 29.* cessare enim videtur causa, ob quam Ordinario vti compromissario indulgetur facultas reseruandi collitigāti pensionem, ne scilicet in renunciatione proprij iuris nimium damnum sentiat collitigans, quæ in tertio considerari non potest, qui tractat de lucro † acquirendo, non autem de 7
damno sentiendo, atque ita cum agatur magis de cessione iuris ad fauorem tertij, quàm de libera renunciatione, sola Ordinarij auctoritas non sufficit. Sed Papæ necessaria est, Couar. *var. lib. 1. cap. 5. n. 5.* Boer. *decis. 2. num. 45.* Parif. *de resign. lib. 7. quæst. 13. num. 17.* Garzias *de benef. ead. part. 1. cap. 5. num. 341.* Caputaq. *decis. 326. part. 2.*

Et eo minus hæc Ordinaria auctoritas suffragari potest Equiti Laofredutio ad sustinendum augumenti commodum, cum non agatur de præiudicio Prioris Coronati in transactione compreheosi, sed Prioris Gatinariæ, successoris in Commenda Montis Falisci, † qui Ordina- 8
ria auctoritate non potuit obligare ad soluendum pensionis argumentum nouo pensionario, *cap. nisi essent de præben.* Anchar. *cons. 279. nu. 1.* Dec. *cons. 141. num. 4. & 436. num. 11.* Felin. *in cap. ad audientiam num. 2. de rescript.* Gig. *de pens. q. 85. num. 1. & 11.* Garzias *de benef. par. 1. cap. 5. num. 332.* & quamuis multi etiam senserint Ordinarium † posse pensionem reseruare ad vitam 9
pensionarij, Nempè Gigas, Felin. Caccialup. Gambar. & alij relati per eumdem Garz. *num. 333.* attamen id contigit ex causa necessaria, † quæ importat vtilitatem Ec- 10
clesiæ, vel quando renuncians, aut cedens esset infirmus, & ageretur de collitigante non autem de tertio, qui sunt casus ponderati per Felin. & Gigan. supra allegatos, in quibus non versamur.

Demum eadem Ordinarij auctoritas in præseoti cessare videtur, vbi erat necessaria derogatio minoris ætatis Equitis Lanfredutij, ac non residentiæ conoentualis carauanarum, & professionis, quæ conueniantur in ipso instrumento concordiæ, & pro quibus auctoritas Papæ necessaria est cum agatur de transgressione canonis,

&

& ſtatutorum, capitulique generalis confirmati à Papa
11 cum decreto irritanti, & clauſula ſublata, quæ non † niſi eadem auctoritate tolli poſſunt Felin. *in d. cap. ad audientiam nu. 2.* Gig. *de penſ. q. 5. in princ.* Rebuff. *de pacif. num. 131.* Garz. *eadem par. 1. cap. 5. num. 323.*

Quare cum fuerit concordatum ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ, & agatur de conditionibus, quæ partim conſenſu ſuſtineri non poſſunt, omninò erat expediendum beneplacitum, interim autem concordia reſpectu contentorum in ea tanquam ſtipulata ſub conditione,
12 † ea non purificata habetur pro non facta, & nullum poteſt producere effectum, Mohed. *dec. 1. de ſimon.* Rota *deciſ. 166. num. 5. part. 2. recent.* *&* *in Calagaritana penſionis* regiſtrata per *d.* Garziam *ead. par. 1. cap. 5. num. 343.* & pleniſſimè fuit comprobatum *in Romana, ſeu Terracinen. affictus 27. Ianuar. 1627. coram me.*

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Illerden. Canonicatus.

Die Veneris 14. Iunii 1630.

ARGVMENTVM.

Sumpto ex Regiſtro ſupplicationum, an ſtetur, & nonnulla circa hanc materiam. Nominare, quando quis debet aliquem ad beneficium aliquod, tunc vt dicatur facta talis nominatio, quid ſufficiat. Tacens, quando dicatur conſentire, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio eſt attendenda, ita vt expeditores non poſſint illam alterare.*
2 *Sumptum ex regiſtro ſupplicationum iuxta modernum vſum, & ſtylum Curiæ facit fidem.*
3 *Sumpto Bullarum datur fides, etiam ſecundum vſum antiquum.*
4 *Erroris præſumptio omnis, excluditur ex geminatis ſcripturis.*
5 *Collocatio beneficij, quando eſt actus iuſtitiæ, tunc Papa facilius prouidet alicui.*
6 *Narrata in gratia, ſunt iuſtificanda, aliàs talis gratia corruit.*
7 *Verba, quando ſunt dubia, debent accipi in eum ſenſum, vt res de qua agitur ſubſtineatur.*
8 *Iudicium dicitur eſſe fortunæ.*
Iudicium facit rem dubiam, & variam n. 8.
9 *Interpretatio illa eſt amplectenda, quæ eſt rationi conformis, & magis veriſimilis.*
10 *Regiſtrum ſupplicationum, & inde ſumpta debent reformari, iuxta originalem ſupplicationem.*
11 *Inſtrumentum publicum diſcrepans à matrice, ſeu Protocollo debet iuxta illud corrigi, & emendari.*
12 *Originali ſupplicationi ſtatur, & non ſumpto.*
13 *Tranſumpto ſupplicationis, quando non ſit adhibenda fides.*
14 *Deciſ. Put. 230. lib. 3. & deciſ. 407. part. 1. in recent. declarantur.*
15 *Sumpto ex regiſtro ſupplicationis non creditur, quando agitur de canonizanda gratia.*
16 *Narrata in ſupplicatione, debent iuſtificari de tempore datæ.*
17 *Mandatum ad præſentandum, donec à procuratore acceptetur, & ſequatur actualis nominatio, continet in ſe implicitam nominationem.*
18 *Conſenſus alicuius, vbi non præſtatur ob publicum, ſed priuatum fauorem, non debet eſſe formalis, & ſufficit, vt quandocunque, & quomodocunque præſtetur, ſiue antea, ſiue poſt.*
19 *Mandatum ad nominandum, aliud eſt, & aliud nominatio.*
Mandatum de vendendo, non eſt venditio. nu. 19
20 *Mandatum de vendendo vni, ſi quis dederit, poteſt tamen alij vendere, quouſque per procuratorem fiat actualis venditio.*
21 *Mandatum ad nominandum habens, ſi nominet, non eſt neceſſarius alius conſenſus.*
22 *Gloſ. in cap. finis. de elect. in 6. declaratur.*
23 *In alternatiuis, ſufficit alterum verificari.*
24 *Mandatum, ſi quis poſſit reuocare, & illud non reuocat, cenſetur manere in eadem voluntate.*
25 *Conſenſus nominationum, vbi præſtetur.*
26 *Indicia ſufficiunt ad aliquid probandum.*
27 *Pro validitate actus, & Notariorum, legalitate eſt præſumendum.*
28 *Originali ſcripturæ eſt ſtandum, quando ſumpta diſcordant.*
29 *Notarii Romanæ Curiæ ex reformat. fel. record. Pauli V. tenentur quolibet trimeſtre ligare inſtrumenta in ſuis protocolis.*
30 *Conſenſus eſt actus reiterabilis.*
31 *Conſenſus ad nominandum vbi controuertitur, probatur leuioribus probationibus, quando non agitur contra eum, de cuius conſenſu quæritur.*
32 *Negatiua, quod aliquid non ſit factum, non probatur ex eo, quod non reperiatur.*
33 *Conſenſus formalis, vbi non requiritur, ſufficit etiam, quod poſt actum interueniat, & fingitur ab initio interueniſſe, & nu. 34. & 36.*
35 *Terminus ad quem ſit retrotractio, ſufficit quod ſit habilis in potentia, & nu. 37.*
38 *Poſſeſſio capta, lite pendente, eſt nulla, & attentata.*
39 *Lis, nihil aliud eſt quàm diſcordia iudicialis.*
40 *Qualitas narrata, de quo tempore debet iuſtificari.*
41 *Canonicus præſens in Capitulo, & tacens, ex quo ad illud vocatur ad approbandum, vel contradicendum reſolutionibus Capitularibus, habetur pro conſentiente.*
42 *Tacens non videtur conſentire, dum ſciebat, quod ius ſuum ſaluum erat.*
43 *In nocen. in c. 1. de his quæ ſiunt à maior. par. cap.*
44 *Tacens non dicitur conſentire ſtante declaratione præcedenti, vel ſubſequenti.*

DECISIO CCCLXXXVII.

IN Eccleſia Illerden. (in qua collatio, & prouiſio Canonicatuum ceſſantibus reſeruatoribus, & affectionibus Apoſtolicis ad Ordinarium, & Capitulum ad nominationem tamen Canonici Turnarij ſpectare dicitur) vacauit de menſe Septembris 1618. Canonicatus de quo agitur per obitum Petri Roſelio, ſed cum Simon Cortes, & Gaſpar Virgilius fuiſſent vigore Turni in diſcordia nominati, nempe Simon ab Honuphrio Alentorn, Gaſpar verò à Ioanne Paulo Mya Canonicis dictæ Eccleſiæ prætendentibus in Turno exiſtere, Gaſpar præfatus obtinuit de dicto Canonicatu à Papa prouideri, cum narratiua de qua infra. Et mota deſuper lite, eaque in Rota introducta fuit diſputatum coram bon. mem. Vbaldo, An dicta gratia eſſet iuſtificata, & ſub 5. Iunij 1620. Domini reſponderunt, affirmatiuè, deinde ſub 9. Decembris eiuſdem anni reſponderunt negatiuè, & tandem die 29. Maij 1623. recedendo à ſecunda deciſione, ſteterunt in deciſis primo loco: Conceſſa autem Simoni noua audientia, perſtiterunt hodie in dicta vltima deciſione, & ſic pro iuſtificatione gratiæ.

Non fuit quicquam dubitatum, nec dubitari potuit circa iuſtificationem narratiuæ Clericatus, & originis ex Ciuitate Tarraconenſi, nec valoris, & obtentorum, prout nec reſidentiæ in Curiæ, nec tandem quod Gaſpar paruerit decreto, vt intra annum ſuſcipere gradum Doctoratus, hæc enim omnia fuerunt benè iuſtificata ex iuribus, de quibus in ſummario primæ poſitionis, ac per Dominos approbata in dicta deciſione in principio; ſed tota difficultas reducebatur circa iuſtificationem narratiuæ in illa parte ibi, aſſerenti te ad Canonicatum, & Præbendam præfatam à Ioanne Paulo Mya Canonico eiuſdem Eccleſiæ in turno exiſtere, nonnullis vero alijs turnum huiuſmodi ad ſe ſpectare prætendentibus, in diſcordia prædicta nominatum fuiſſe in ſeu nobis nominari; quandoquidem pro parte Simonis, contra eius iuſtificationem tria opponebantur; primum non fuiſſe narratum quod Canonicus Ioannes in turno exiſtere prætenderet, & ſic quod exiſtentia turni fuerit narrata per viam prætenſionis, ſed aſſertiuè, quod in turno exiſtebat, & tamen non fuit iuſtificatum; ſecundum non eſſe verum, quod de tempore datæ gra-

tiæ,

tiæ, nec antea Gaspar fuerit nominatus per Cano-
nicum Ioannem, & tandem non verificari discordiam
narratam, & de his fuit principaliter actum in dictis
tribus decisionibus, sed quia hodie fuerunt per in-
formantes plenius excitata, & per Dominos exami-
nata, erit etiam de eisdem plenius agendum.

Quoad primum videlicet non fuisse narratum, quod
Canonicus Ioannes in turno existere prætenderet, sed
certitudinaliter, quod in turno existebat, Simon se
fundabat in quodam sumpto authentico supplicatio-
nis extracto ex registro secreto, vbi legitur: in tur-
1 no existente, supplicatio † autem attendi debet, ita
vt non possint eam expeditores litterarum alterare,
Abb. *in cap. 2. de treg. & pac.* Paris. *cons. 51. num.*
17. lib. 4. Rebuff. *in prax. par. 3. in verb. datum nu.*
9. Mandos. *super reg. 27. quæst. 15. num. 6.* Gratian.
discept 548. num. 28 cum seqq. Caputaq. *dec. 75. nu.*
6. par. 1. & Rot. *dec. 465. num. 4. par. 2. recent.*
& non est dubium, quin iuxta vsum & stylum mo-
2 dernum Curiæ, † sumptum ex registro supplicatio-
num fidem faciat, Mandos. *ad reg. de non iudic.*
iuxta for. supplic. quæst. 6. n. 2. Ald. *ad dec. 28. de*
probat. in antiq. Crescen. *decis. 2. de fid. instrument.*
Rot. *dec. 407. nu. 2. & 3. par. 1. recent.*

Et præterea quod lectura dictæ supplicationis in tur-
no existente, &c. sit vera, non autem erronea confir-
mabat Simon ex pluribus, primò ex alio sumpto au-
thentico Bullarum, ex registro Bullarum extracto, in
quo pariter sic legitur Ioanne Paulo Mya in turno exi-
3 stente, cui Bullatum † sumpto (quicquid sit de sumpto
supplicationis) fides datur etiam iuxta stylum anti-
quum, Sarnen. *ad dictam reg. de non iudic. quæst. 1. num.*
4. vers. hinc est Bellencin. *de carit. subsid. quæst. 113.* Man-
dos. *ibid. in d. quæst. 6. num. 3. &* Add. *ad d. decis.* Rot. *28.*
de probat. in antiq. item ex instrumento consensus reser-
uationis pensionis, vbi etiam Gaspar asseruit fuisse no-
minatum à Canonico Ioanne in Turno existente, & tan-
dem ex instrumento cuiusdam nominationis de eius per-
sona, de qua infra factæ de anno 1619. & ex quadam fide
extracta ex libro Officialis per obitum, in quibus habe-
tur nominationem Gasparis fuisse factam à Canonico
4 Ioanne Turnario, ex tot autem geminatis scripturis †
excluditur omnis erroris præsumptio *ad l. si mulier la se-*
cunda. C. ad Vellei. Cuman. *cons. 160.* Paris. *cons. 9. num.*
21. lib. 3. & Crauet. *cons. 698. num. 2.*

Quod autem huiusmodi narratiua in Turno existere
siue in Turno existente, respiciat substantiam gratiæ, vide-
tur clarum quia si Gaspar fuit nominatus à Canonico Tur-
5 nario, seu existēte in Turno, Papa facilius † ei prouidit, cum
collatio tunc sit actus iustitiæ, *c. ex frequentibus de instit.*
cap. si vero de iurepatr. Ferret. *cons. 33. nu. 4.* Garz. *de be-*
nef. par. 5. c. 8. nu. 85. Rot. *dec. 80. num. 3. par. 1. recen. &*
fuit dictum in Elnen. *beneficij 28. Iunij 1617. coram me.* Si
vero nominatus fuit à Canonico prætendente esse in Tur-
no, tunc collatio fuit de gratia, cum Canonicus posset
non esse in Turno, & ideo Papa difficilius prouidisset, ergo
6 † 6 dum non iustificatur Ioannem fuisse in Turno, prout
fuit narratum gratia corruit, *ex reg. sex. in cap. super lit-*
teris de rescript. Lap. *alleg. 49. num. 4.* Menoch. *de arbitr.*
cas. 201. & Rot. *decis. 150. & ibi Add. apud. Greg. XV.*

Hæc difficultas fuit iam breuiter sublata in dicta
prima decisione in hac causa facta *vers. circa primum.*
Sed hodie plenius ex facto remouetur, tam ex supplica-
tione originali, quàm ex litteris originalibus desuper
expeditis, in quibus leguntur hæc verba. Qui ad dictos
Canonicatum, & præbendam, sic vt præfertur vacan-
tes à deuoto vestro Ioanne Paulo Mya Canonico di-
ctæ Ecclesiæ in Turno existere, nonnullis vero aliis
turnum huiusmodi ad se spectare prætendentibus in
discordia prædicta nominatus fuit, seu nominatur, &
accedit quod ex visione dictæ supplicationis originalis
apparet, quod manu tunc Datarij Dominis nota, fuit
correctum verbum, existente, & fuit mutatum, vt
legeretur verbum, existere, & quidem meritò, quia
Datarius præuidit fuisse scriptum verbum existente per
errorem scribentis, cum iuxta subiectam materiam sup-
plicationis, & congruum sensum, ac modum loquen-
7 di Datariæ & Cancellariæ dicta † clausula debuerit
formari, vt legatur, existere, maximè pro firmiori
actus validitate *ad l. quoties cum vulgaris. ff. de reb.*
dub. & in primis iuxta subiectam materiam, & con-
gruum sensum, quia cum etiam narretur discordia
circa prætensionem Turni immo, vt infra dicetur,
† his iam desuper penderet, quæ iudium dicitur esse 8
fortunæ, *l. seruus. ff. de stat. homin.* remque dubiam,
& variam facit *ad l. quod. debetur, ff. de pecul.* Con-
sequenter, ac dubio procul narrari debuit, quod Ca-
nonicus Ioannes prætendebat esse in Turno, non au-
tem quod in Turno existebat, vt sic supplicatio non
esset sibi virtualiter contraria, itaut inde prædicta le-
ctura, † vti etiam rationi conformis, & sic magis 9
verisimilis veniat amplectenda *ad l. ob carmen. §. vl-*
timo, ff. de testib. Crauet. *cons. 75. num. 20.* Deinde
iuxta stylum Datariæ, & Cancellariæ, vt vno ver-
bo plurali, vt ibi moris est, comprehendantur plu-
res personæ in numero singulari expressæ, ita vt ver-
bum, prætendentibus referatur ad Canonicum Ioan-
nem, & nonnullos alios Canonicos prætendentes,
in Turno existere, vti de facto prætendebant, ac
Papa intellexit, & alia in supplicatione narrata; &
se habent, dum vt dictum est discordia fuit etiam nar-
rata, & Papa non tam Iustitiam, quam Gratiam
fuit Gaspari impertitus; quo fit vt obiectum hoc,
quod supplicationibus standum, sic contra Simonem re-
torqueatur.

Neque obstant sumpta registri supplicationis, & litte-
rarum, & alia supra pro Simone ponderata, cum non
illis, sed potius supplicationi originali, in qua legitur
verbum existere, standum sit; quinimò ipsummet regi-
strum, † & inde sumpta veniunt reformanda iuxta ori- 10
ginalem supplicationem, Mandos. *in d. reg. de non iudic.*
q. 19. num. 6. ex trita regula, quod instrumentum publi-
cum discrepans à matrice seu protocollo, debet † secun- 11
dum illud corrigi, & emendari, *l. si quis ex argenta-*
riis, §. prætor, & ibi Bart. *ff. de eden.* Felin. *in cap. quo-*
niam contra num. 110. de probat. Vnde in casu nostro,
in quo extat supplicatio originalis discrepans ab eius sum-
pto, non procedit modernus stylus, quod sumpto sit ad-
hibenda fides, sed † potius stari debet supplicationi ori- 12
ginali, itaut etiam iuxta modernum Curiæ stylum in-
trent *cons.* Roman. *336. num. 5. vers. cæterum, & decisio-*
nes Rotæ, *antiquæ 10. de fid. instrum. & 28. de probat.*
dum firmant, transumpto † supplicationis non esse fi- 13
dem dandam, quas sequitur Sarnen. *in d. reg. de non iu-*
dic. d. q. 1. num. 4. prout etiam intrant, & procedunt
quando nec supplicationi originali fides datur, quia nec
tunc transumpto ab ea fides dari debet; vt saluando Ro-
tam antiquam optimè distinguit Mandos. *d. q. 6. num. 2.*
vers. aut loquimur, & hoc modo etiam sunt intelligendæ
decisiones † Putei 230. *lib. 3. in nou. impress. & d. decis.* 14
407. par. 1. recent. in quibus habetur quod sumpto ex re-
gistro supplicationis non creditur, si agitur de † canoni- 15
zanda gratia, quia est verum, quando extat supplicatio
originalis discrepans ab eius sumpto, aut quando illa non
probat, quia litteræ non sunt adhuc expeditæ, aut aliàs;
extra autem prædictos & similes casus, soli sumpto sup-
plicationis authentico datur fides iuxta stylum Curiæ
modernum, quoad omnes effectus, etiam canonizationis
gratiæ, sicut & sumpto litterarum, vt latè Mandos. *in d.*
q. 6.

Secundum de quo opponebatur, nempè non iustifica-
ri de tempore datæ gratiæ, nec antea Gasparem fuisse
Papæ nominatum per Canonicum Ioannem vti narra-
tum fuit, † quod tamen debuit iustificari de tempore da- 16
tæ, *cap. si eo tempore de rescript. in 6.* Felin. *in cap. eam*
te. num. 18. extr. de rescript. Caputaq. *dec. 58. par. 2.* fuit
hodie plenius disceptatum, ex quo in eo informantes pro
Simone faciebant præcipuum fundamentum, impu-
gnando tres solutiones datas in dicta vltima decisione in
hac causa facta quas Domini nihilominus amplexi sunt.

Fuit itaque primo loco in dicta decisione responsum,
satis esse, vt datam gratiæ, quæ fuit die 8. Octobris an-
ni 1618. præcesserit mandatum de nominando togatum
sub die 8. Septembris præcedentis, quod mandatum do-
nec à Procuratore acceptetur, & sequatur actualis nomi-
natio continet in se implicitam nominationem, itaut
habeatur pro nominatione, & sit verum dicere ad
effectum iustificationis, quod de tempore datæ gra- 17
tiæ, immo, & de tempore mandati Gaspar erat nomi-
natus, vt in puncto, Crau. *cons. 76. num. 3. vers. non*
obstat, Rot. *apud Seraph. dec. 1165. num. 11. & apud* Card.
Caualer. *dec. 28. nu. 4.* & in simili apud eundem *Seraph*
in

in dec. 5163. & ratio est, quia cum consensus in hoc &
similibus casibus non sit adhibendus ob publicum, sed
priuatum fauorem, & interesse, non debet esse forma-
lis, & sic, aut sic expressus, sed sufficit, quandocum-
18 que aut quomodocumque præstetur siue ante † siue post
datam gratiæ, etiam ad effectum iustificationis prout
de iure, iuxta receptam distinctionem Doctorum in *l. si*
quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred. Bart. *in l.* 2.
§. sed & si filius ff. de leg. 3. Gabr. *cons.* 2. *num.* 12. *vol.* 1.
Bursatt. *cons.* 30. *num.* 43. & ferè in his terminis Gonzal.
in reg. 8. *glos.* 47. *num.* 28. *cum seqq.* Cassad. *dec.* 3. *vers. &*
Papa non magis respicit de renunciat. Achill. *dec.* 12.
de iurepatr. & Seraph. vbi supra, consensus autem Ca-
nonici Ioannis ex solo mandato ad nominandum plenè
probatur ad hunc effectum, vt in fortioribus terminis,
Mohed. *decis.* 5. *de renunciat.* Rot. *dec.* 396. *par.* 1. *&* 586.
par. 3. *diuers.*
19 Neque obstat, quod aliud sit † mandatum ad nomi-
nandum, aliud nominatio, sicuti mandatum de ven-
dendo non est venditio, *l. quod sæpè. §. si quis amico ff. de*
contrah. empt. l. aliud est vendere. ff. de verb. signif. clem. 5.
de renunc. Anchar. *cons.* 28. *num.* 3. *in fin.* Boet. *dec.* 48.
num. 10. *&* Rota *decis.* 725. *num* 7. *par.* 2. *recent.* cum alij
in secunda decisione in hac causa facta allegatis, & ferè in
his terminis *glos. in c. penult. §. absens. in verb. exprimen-*
dus de elect. in 6. quam ibi sequuntur Gemin. *num.* 5. *in fin.*
glos. & Franch. *etiam in fi. super eod. verb.* ac ideo per man-
datum de nominando non iustificari narratiuam, quod
Gaspar erat nominatus de tempore gratiæ.

Quia fuit benè responsum illud procedere ad effectum
vt litteræ non possint expediri ante actualem nomina-
tionem iuxta regulam 45. Cancellariæ, & quoad indu-
cendam obligationem contra constituentem, cum ille
possit pœnitere donec exequatur mandatum, sicut qui
20 dedit mandatum † ad vendendum vni, potest nihilomi-
nus alij vendere, quousque per procuratorem fiat ven-
ditio actualis, ita vt quoad hæc mandatum de no-
minando, non habeatur pro nominatione Crauet. *vbi su-*
pra, Crescent. *dec.* 9. *de procurat.* Rot. *dec.* 396. *num.* 8.
par. 1. *diuers. & dec.* 227. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* Quod au-
tem ad effectum consensus ex parte mandantis, ita vt pro
substantia gratiæ, non sit necesse probare alium consen-
sum de tempore gratiæ, mandatum de nominando ha-
betur pro nominatione requisita de eo tempore, cum in
21 effectu actos procuratoris postea sequutus non tam sit †
nouus consensus quàm declaratio voluntatis sui principa-
lis iam emanatæ in mandato, *ad tex. in l. hæredes palam.*
§. si quid. ff. de testam. & in puncto optimè aduertit. Cas-
sad. *dec.* 1. *num.* 4. *&* 5. *de renunc.* quam solum Papa con-
siderauit ad eamque respexit, & se restrinxit vt in supra-
dictis decisionibus apud Achil. Crescent. Mohed. Seraph.
22 *&* 586. *par.* 3. *diuers.* Vnde non intrat † *glos. in d. cap. fin.*
quia loquitur de mandato ad eligendum in Capitulo, &
per scrutinium, quod ideo non potest haberi pro electio-
ne, quia electio non potuit fieri nisi in Capitulo, & per
scrutinium; nominatio autem Gaspatis vt dictum est, po-
tuit ante, & post datam gratiam fieri.

Secundò fuit in dicta decisione responsum, nedum ve-
23 rificari vnam ex alternatiuis † narratiuæ, videlicet Ga-
sparem fuisse ante datam gratiæ nominatum, quod suf-
ficit *cap. in alternatiuis de reg. iur. in* 6. Sed etiam verifi-
cari illam aliam, quod verè tunc tempore datæ gratiæ
fuit actualiter nominatus tum per ipsummet Canonicum
24 Ioannem vigore mandati, qui dum illud non † reuocauit
censetur de tempore gratiæ esse in eadem voluntate, &
sic continuo nominare, *arg. tex. in c. maiores. in*
fin. de Baptismo & eius effectu, & in his ferè terminis
Mantic. *de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 4. *&*
7. *sentit.* Cassad. *in d. dec.* 1. *n.* 2. *&* Rota *in supradicta dec.*
396. *par.* 1. *diuers.* tum & per eius procuratorem vigore
dicti mandati eadem die gratiæ, vt probatur ex tribus
adnotationibus factis per Notarium Cameræ cum eius-
dem subscriptione; prima à tergo supplicationis origi-
nalis, secunda à tergo litterarum prouisionis, tertia,
25 &. † vltima à tergo litterarum subrogationis gratio-
sæ quæ cum soleant ibi fieri Parif. *de resignat. lib.* 8.
quæst. 7. *num.* 24. & claré cantent; ac sint toties re-
petitæ, constetque de mandato præcedenti, & sup-
plicatio fuerit signata cum narratiua nominationis,
visum fuit Dominis ex eis induci animum ad perfe-
ctè credendum, tunc nominationem fuisse actualiter

factam, † etiam quod dictæ adnotationes sint sine testibus 26
ad tex. in l. indicia. C. de rei vendic. præsertim pro validi-
tate actus, & Notariorum legalitate, qui non solent con-
sensum nisi iam præstitum à tergo adnotare, & † se sub- 27
scribere *iuxta notat. per* Parif. *de resign. lib.* 8. *q.* 8. *num.* 59.
& tandem quia in his adnotationibus de stylo non solent
apponi testes, vt est omnibus notum.

Neque obstat si dicatur, quod in huiusmodi adnotatio-
nibus à tergo, non apponuntur testes propter relatio-
nem quam illæ virtualiter habent ad libros Cancellariæ,
vel Cameræ, in quibus consensus reperitur rogatus cum
testibus, itaut quando in dictis libris reperitur rogatus sub
diuersa † die, tunc stari debeat libro tanquam ma- 28
trici, non autem adnotationi à tergo *glos. in authen.*
de Tabell. in vers. protocollum circa med. Angel. *in l. si duo-*
bus in fin. ff. quemadmodum testam. aper. Surd. 141. *num.*
8. *lib.* 1. Rogitus autem in libris Cameræ, & sic
in matrice cantant, nominationem fuisse factam per
procuratorem 16. Octobris anni 1618. & 8. Octobris
anni 1619. quibus propterea credendum, & standum
est, non autem ad notationibus à tergo, maximè
concurrentibus infrascriptis, primò quod instrumen-
tum dicti consensus præstiti 8. Octobris 1619. repetitur
insertum in protocollo dicti anni, diuerso, & separato à
protocollo anni 1618. Secundo, quia reperitur scri-
ptum, & registratum successiuè post alios actus, & in-
strumenta anni 1619. Tertiò, quia † Notarij Roma- 29
næ Curiæ ex reformatione Pauli Quinti tenentur quoli-
bet trimestre ligare instrumenta in suis protocollis, vn-
de cum non possint hoc per annum differre, necessariò
videtur conuinci, consensum non fuisse rogatum die
8. Octobris anni 1618. sed de anno 1619. Quartò,
quia in margine dicti instrumenti nominationis factæ
de dicto anno 1619. reperitur sic scriptum. Vide man-
datum procuræ ad nominandum aliàs productum sub die
16. Octobris 1618. Si ergo dicta die fuit productum man-
datum, cuius vigore debuit fieri nominatio, non potuit
illa esse facta die 8. præcedenti, & tandem quia in proto-
collo anni 1618. non constat de aliqua nominatione facta
sub dicta die 8. Octobris eiusdem anni.

Quia his omnibus fuit vnico verbo bene responsum,
nominationem, seu consensum † de quo agitur esse 30
actum reiterabilem, Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 47.
num. 40. Put. *dec.* 211. *num.* 2. *& dec.* 257. *n.* 4. *lib.*
3. *in nou. impress.* Caputaq. *dec.* 211. *par.* 1. *& dec.* 58.
num. 4. *par.* 2. & potest probari fuisse præstitum apud No-
tarium Cameræ non solum per publica instrumenta, sed
etiam per præsumptiones & testes præsertim in casu no-
stro in quo † non agitur contra eum de cuius consensu 31
quæritur, Parif. *de resign. d. q.* 8. *num.* 55. Caputaq. *dec.*
212. *&* 213. *par.* 1. Vnde consensus præstiti seu nomina-
tiones factæ die 16. Octobris 1618. & 8. Octobris 1619. de
quibus in libris Cameræ non excludunt, aut remouent
consensum præstitum die 8. Octobris 1618. de quo in
prædictis adnotationibus, prout nec etiam excludunt
eiusdem probationem per aliud genus probationis, quia
non valet consequentia, consensus non reperitur de-
scriptus in libris Cameræ sub die tali, ergo non fuit
præstitus, nec † nec potest probari, quandoquidem po- 32
tuit esse præstitus, & non protocollari, Crauet. *cons.*
112. *num.* 7. Rot. *dec.* 483 *num.* 5. *par.* 2. *recent.* & potest
etiam alibi quam ex libris probari ex allegatis. Vnde ces-
sat, quod debeat recurri ad matricem, quia foret verum,
si esset idem consensus, cum autem sit diuersus, & de
matrice non constet, non potest ad eam recurri: Præte-
rea Domini dicebant, quod dicta nominatio matricis,
in eo, quod cantat sub 8. Octobris 1619. continet pro-
babilem errorem, cum videatur debuisse in ea apponi
annus 1618. ex quo litteræ prouisionis fuerunt productæ
in Rota 27. Martij 1619. cum dicta adnotatione à tergo
quæ cantat sub die 8. Octobris 1618. quæ ideò videtur
prius facta, & verior, dum conformat cum alijs duabus
adnotationibus supradictis etiam à tergo factis, data au-
tem libri erronea, & multo minus releuat illa adnota-
tio supradicta facta in margine instrumenti, nominatio-
nis de anno 1619. in illis verbis. Vide instrumentum
procuræ &c. quia est vnica, & sine Notarij subscriptione,
quinimo nescitur à quo fuit scripta, & tandem prepon-
derant tres adnotationes supradictæ cum circumstan-
tijs ponderatis, itaut istæ sint veræ, illa autem videatur
erronea.

Ter-

Tertia, & vltima dictæ decisionis responsio fuit, quod
io omnem casum, circumscriptisque omnibus supradi-
ctis, narratiua nominatum seu nominari iustificatur de
tempore gratiæ, idest dicta die 8. Octobris 1618. ex actna-
li, & explicita nominatione postea sequuta apud Nota-
33 rium Cameræ die 16. eiusdem mensis † & anni, ex quo
dicta nominatio retrotrahitur, & perinde habetur ac si
dicta die 8. fuisset facta *ex reg. tex. in l. fin. C. ad Macedon.*
l. bonorum, ff. rem ratam haber. c. suggestam de iurepatr.
Bart. *in d. §. iussum, num.* 5. Gonzal. *d. glos.* 47. *numer.* 33.
Cassador. *decis.* 2. *num* 8. *& decis.* 3. *nu.* 2. *&* 3. *de renun-*
ciat. Crescent. *d. decis.* 9. *de procurat.* cum alijs in dicta
tertiam decisione cumulatis: cum enim vt dictum est non
34 requiratur consensus pro forma, sed sufficiat † de con-
sensu quomodocumq; constet, siue ante siue post gratiam,
censetur qnandocumque præstetur perinde ac præstitus
de tempore gratiæ, & in casu nostro procedit sine dif-
ficultate stante mandato præcedenti, quod operatur, vt
35 dubitari non possit, quin terminus ad † quem fit re-
trotractio, sit habilis in potentia, quod sufficit ex doctr.
Bart. *in l. si is qui pro emptore, num.* 8. *ff. de vsucap. &*
in casu simili Ioan. Baptista Costa *de retrotract. cap.* 8. *cas.*
26. *in princip.* vnde merito reprobatur distinctio, quæ
quoad retrotractionem fiebat pro Simone inter consen-
sum explicitum, & actualem ex casu resignationis per
procuratorem præstitum post gratiam, & casum no-
strum, cum in effectu non adsit ratio differentiæ, sed
eadem penitus sit, ex quo in vtroque casu talis consensus
non requiritur pro substantia gratiæ, & ad publicum fa-
uorem, sed ad effectum vt constituens non possit pœnite-
36 re, & expeditionis litterarum, qui † ideo potest quan-
documque præstari ex Gonzal. Cassad. Crescent. & alijs
supra citatis.

Nec releuat si dicatur, quod retrotractio fieri non po-
test propter ius medio tempore Simoni quæsitum ex nomi-
natione eius persona facta per Canonicum Honuphrium
die 11. eiusdem mensis Octobris cum possessione sequu-
ta, ita vt terminus à quo retrotractionis idest dies
37 16. sequens † non fuerit habilis, vt in ea fieri potue-
rit nominatio de persona Gasparis *iuxta text. in d. l. bo-*
norum, vbi Bart. *num.* 1. *in fin. c. quamuis de rescript. in*
6. idem Bart. *in d. l. si is qui pro emptore, num.* 4. Surd.
cons. 157. *num.* 17. *& decis.* 206. *num.* 4. quia procederet ar-
gumentum si esset verum, quod Simoni, per dictam
nominationem, & possessionis traditionem fuisset ius
aliquod quæsitum, sed quia tàm nominatio, quàm pos-
38 sessio † fuerunt nulla, & attentata vti lite pendente fa-
cta *tot. tit. ff. & C. vt lit. pend* cum alijs per Lancell. *de*
attent. lit. pend. par. 2. *c.* 4. *num.* 346. nullum ei fuit ius
quæsitum; de lite autem & quod non cessauerit, necnon
quod de illa dari non possit contra nominationem Gaspa-
ris non potest dubitari, dum ipse discordiam narrauit in
supplicatione ex infra dicendis, prout nec pariter de eo,
quod hodie obiter dicebatur, nempe Gasparem non po-
tuisse nominari in Canonicum, qui non erat Doctor iux-
ta statutum Ecclesiæ Illerden. siquidem statutum non re-
quirit Doctoratum de tempore nominationis, sed de tem-
pore receptionis, & adeptæ possessionis vt sunt verba sta-
tuti clara.

Superest tandem vltimum, & tertium obiectum, vi-
delicet, an nominatio Gasparis fuerit in discordia facta,
circa quod nunquam fuit dubitatum, quin à principio
39 fuerit lis mota, quæ † nihil aliud est quàm discordia
iudicialis, vt in dicta vltima decisione in hac causa fa-
cta, sed solum prætenditur quod de tempore nominatio-
40 nis Gasparis lis, & discordia cessauerint, † & tamen vi-
detur quod debet probari de eo tempore, cum fuerit sic
narrata ibi in discordia nominatum seu, &c. *ex reg. tex.*
in dilectus, §. 1. *ff. de noxa. actione*, & in puncto firmauit
Rota *in Hispalen. portionis* 20. *Iunij* 1594.

Quod verò cessauerit discordia prætenditur ex tribus
actibus Capitularibus. Primus fuit die 12. Septembris,
quo Capitulares habuerunt pro bona, & valida acce-
ptatione Turni facta per Canonicum Honuphrium.
Secundus die 11. Octobris anni 1618. in qua præsente eo-
dem Canonico Ioanne fuit admissa nominatio ad fauorem
Simonis, & tandem Tertius die 12. eiusdem mensis Octo-
bris, in quo præsente etiam eodem Canonico Ioanne Si-
41 mon fuerit Capitulo admissus ad osculum pacis, præsens †
autẽ in Capitulo, & tacens, ex quo ad illud vocatur ad ap-
probandum vel contradicendum, resolutionibus Capitu-
laribus habetur pro consentiente, Innoc. *in c.* 1. *num.* 4.
vbi Abb. *num.* 13. *de his quæ fiunt à maior. part. Cap.*
Paris. *cons.* 76. *num.* 6. *cum pluribus seqq. lib.* 4. Seraph. *de-*
cis. 708. *num.* 4. & videtur ad hoc esse *in cap. dilecto filio*,
ibi eum cum Canonicis alijs ad osculum recepisti, vbi *glos.*
verb. recepisti de præben. & ibi etiam Innoc. *num.* 1.

His omnibus fuit optimè responsum in dicta vltima
decisione, sed prætereà hodie ex supradictis facilius remo-
uentur; nam in primis cum nominatio in discordia fue-
rit etiam narrata de præterito, & alternatiuè, & nar-
ratiua nominationis vt supra dictum est iustificetur ex
illa sola nominatione implicita, de qua in mandato ad
nominandum, quod habet datam sub d. die 8. Septem-
bris, & sic multo ante tres actus Capitulares supradictos,
& de eo tempore non possit de lite, & discordia dubita-
ri, non est cur vlterius discordia verificetur, pro iustifica-
tione gratiæ.

Deinde quando discordia esset iustificanda de tempore
nominationis factæ die 16. Octobris, non obstat primus
actus Capitularis factus sub dicta die 12. Septembris,
quia in eo non solum non fuit præsens Canonicus Ioan-
nes, vt dicitur in dicta tertia decisione, sed illi cohabita no-
titia dicti actus, institit coram Episcopo eum reuo-
cari, vti attentatum in præiudicium litis pendentiæ,
& die 1. Octobris obtinuit reuocari.

Non obstant etiam secundus, & tertius facti die 11. &
12. Octobris. Tum quia Canonicus Ioannes licet præ-
sens, non fuit visus consentire, † cum sciret ius suum 42
saluum esse propter litem iam motam, & sic ex decla-
ratione præcedenti per eum facta *ad l. sicut, §. non vide-*
tur, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solut. cum alijs per Surd.
cons. 290. *nu.* 59. *lib.* 2. & plenius in dicta tertia decisione,
itaut † non intret doctrina Innocentij, & Panor. *in d* 43
c. 1. *de his quæ fiunt à maior. par. c. quæ procedit* in dubio,
non autem stante, † declaratione præcedenti aut subse- 44
quenti Seraph. *d. decis.* 708. *num.* 5. In præsenti autem
declaratione antecedenti, & subsequenti, non dubitatur
ex lite prius mota, & vsque ad dictos actus continuo agi-
tata, & postea prosequuta. Quibus accedunt testes de fa-
ma publica deponentes de contradictione tunc in eodem
Capitulo facta per dictum Canonicum Ioannem, tum
in omnem casum, quia iuxta supradicta, nominatio
fuit facta de tempore datæ gratiæ, quæ fuit 8. Octobris
eiusdem mensis, vt ex supradictis tribus adnotationibus,
cum adminiculis, & sic ante dictos duos actus Capitulares,
& ex hoc cessat omnis difficultas, quia aderat discordia
tam de tempore nominationis, quàm de tempore datæ
gratiæ.

Et ita decisum vtraque parte informante.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Romana Successionis.

Die Veneris 24. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

In hac magistrali decisione terminatur illa insignis quæstio inter Doctores, & in Rota diu ventilata, & non resoluta, An statutum Vrb. lib. 1. cap. 146. deferens successionem hæreditatis fraternæ solis fratribus, exclusis sororibus, locum etiam habeat in hæreditate sororis defunctæ.

SVMMARIVM.

1 *Soror de iure communi æqualiter, cum fratribus succedit sororibus, vel fratribus defunctis.*
2 *Casus omissus à statuto remanet reijciendus ad dispositionem iuris communis.*
3 *Sorores veniant appellatione fratrum.*
4 *Ius commune, quando per statutum corrigitur cautè est procedendum.*
5 *Sorores, quo casu non veniant appellatione fratrum, nec masculinum concipiat fœmininum, & num. 6.*

7 *Masculinum non concipit fœmininum , vbi diuersis nominibus vnumquodque nominatur .*

8 *Masculinum tunc facilius concipit fœmininum , quando datur procliuior transitus in intellectu nominum symbolorum .*

9 *Statutum loquens discretiuè , & separatim de aliquibus personis , debeat intelligi singuli secundum eorum germanum nomen .*

10 *Soror potest venire appellatione fratrum ex identitate rationis , nec ex hoc dicitur extensio , sed comprehensio , & num. 15.*

12 *Legis virtus est ratio intrinseca .*

Legis ratio , illi prædominans magis attendi debet , quàm ipsa lex , num. 12.

13 *Ius efficitur ex ratione .*

14 *Lex est ipsamet ratio , quæ impulit legislatorem ad sic faciendum .*

Lex , quodammodo dicitur esse interpres rationis , num. 14.

15 *Dispositiones humanæ regulariter debent intelligi , secundum id , quod naturalis ratio dictat .*

16 *Frater magis præsumitur diligere fratrem , quàm sororem , & hoc nedum ob æqualitatem sexus , verum etiam ob votum conseruandæ agnationis .*

17 *Frater dicitur , quasi alter , & vnus , & idem sanguinis , in quo eadem militat ratio Charitatis , quam in filijs .*

18 *Soror an præsumatur magis diligere sororem , quàm fratrem , & num. 20.*

19 *Soror dicitur quasi seorsim à fratre nascens , & ab eius domo separanda .*

21 *Agnatio in sororibus expirat .*

22 *Portio alienari prohibita , si semel legitimè alienetur , efficitur alienabilis , nec amplius reuiuiscit dictum onus , & num. 23.*

24 *Mater æquè censetur diligere fœminas , & masculos .*

25 *Statutum deferens successionem hæreditatis fraternæ solis fratribus , quod non comprehendat hæreditatem sororis , qui hoc teneant .*

26 *Statutum antiquum Vrbis , de successione fratrum , erat magis dubium , quàm nouum , an haberet locum in successione sororis defunctæ .*

27 *Rot. decis. 548. par. 5. in recent. in quibus loquatur .*

28 *Statutum Rauennaten. de success. fratr. declaratur .*

29 *Statutum exclusiuum sororum propter fratres est fauorabile .*

30 *Statutum non debet extendi contra mentem statuentium .*

31 *Statuti extensio non debet admitti , quando adest magna differentia inter vnum casum , & alium .*

32 *Curt. Sen. cons. 9. n. 22. & 23. & eius sequaces reprobantur .*

33 *Statuentes vnius loci , non censentur se velle curare conseruationem familiæ non subditæ .*

34 *Renunciatio est stricti iuris , nec extensionem recipit .*

DECISIO CCCLXXXVIII.

CELEBREM apud Doctores , olimque sæpius in Rota discussam , & non resolutam quæstionem , An Statutum Vrbis cap. 146. lib. 1. dum hæreditatem fratris decedentis ab intestato defert fratribus , excluditque sorores , locum sibi vendicet in hæreditate sororis , hodie Domini negatiuè definierunt , & non obstante dicto statuto , Isabellam æqualiter admittendam esse ad successionem Anconæ cum Prospero fratre , responderunt .

Ipsa enim fundatam habet intentionem de iure com-
1 muni , secundum cuius † dispositionem , soror æquali-
ter cum fratribus succedit sororibus , vel fratribus defun-
ctis , §. *si igitur il secondo authent. de hæred. ab intest. venien. auth. post fratres la prima , C. de legit. hæred.* & sta-
tutum cum expressè ad oculum non loquatur de hæredi-
tate sororis , hic casus † tanquam omissus à statuto reij- 2
ciendus est ad dispositionem iuris communis , *l. commodissimè , ff. de liber. & posthum. l. si extraneus , ff. de condit. caus. dat.* Anchar. *cons. 26. num. 2.* Dec. *cons. 451. num. 6.* Soccin. Sen. *cons. 228. sub num. 2. lib. 2.* Afflict. *decis. 24. num. 13.* cum alijs.

Et quamuis appellatione † fratrum veniant sorores , 3
vt in l. tres fratres , ff. de pactis , l. Lucius 78. ff. ad Trebell. l. Lucius , & Titia 38. ff. famil. ercisc. l. Lucius Titius 91. §. quæsitum , ff. de legat. tertio . Attamen cum versemur in
materia † correctoria iuris communis , cautè proceden. 4
est in extensionibus de persona ad personam , nec de facili
secedendum à clara dispositione iuris communis , &
in simili materia fratrum appellatione non † veniunt 5
sorores , nec masculorum concipit fœmininum Soccin. Iun. *cons. 1. numer. 102. lib. 1.* Honded. *cons. 8. numer. 4.* Manent. *cons. 1. nu. 52. lib. 5. & fuit dictum in Bonon. successionis 10. Martij 1597. coram Litta impress. apud* Giouagn. *cons. 5. lib. 1.* Præsertim verò quia statutum
non in plurali numero † loquitur respectu eorum , 6
quibus est succedendum , sed in numero singulari , ibi , *Defuncta fratri ab intestato* , quo casu intelligitur de fratre tantùm , non autem de sorore , vt egregiè distinguit Castrens. *d. l. tres fratres num. 2.* Alexand. *cons. 85. num. 7. lib. 4.* Dec. *in l. 2. num. 12. ff. de reg. iur.* Corn. *cons. 94. num. 4. lib. 2.* Carpan. *ad statut. Mediolan.*
cap. 288. sub num. 7. nec masculinum † concipit fœmini- 7
num , vbi diuersis nominibus vnumquodque denominatur , frater enim dicitur frater , & soror nuncupatur soror , licet secus sit in his , quibus diuersa nomina attributa non sunt , sed solum per qualitatem , vel femininam , vel masculinam distinguuntur , vt sunt filius , filia , nepos , neptis ,
auus , auia , hoc casu facilius masculinum † aptum est 8
concipere fœmininum , & datur procliuior transitus in intellectu in istis nominibus symbolis . Ita post Bald. *in l. quicunq. C. de seru. fugit. obseruat.* Capra *cons. 62. n. 9.* Bolognett. *cons. 9. num. 84.* vbi de communi testatur Menoch. *cons. 1146. num. 7.* Quod eo magis dicendum est , quia statutum Vrbis discretiuè loquitur de fratribus , & de sororibus , ibi *defuncto fratri* , & ibi , *excludant*
etiam sorores , & ità † intelligi debent singuli sexus sub 9
eorum germano nomine , nec confundi , ad tradita per Ias. *in l. tres fratres num. 13. ff. de pact.* Zaccard. *in repet. l. fin. num. 70. C. de edict. diu. Adr. tolle.* Siluan. *cons. 5. nu. 21.* Gabr. *de verb. signif. concl. 6 num. 63.* Honded. *cons. 8. n. 31. lib. 2.* Menoch. *cons. 990. n. 4.* Rim. Iun. *cons. 782. num. 92. & 93.*

Verùm quia difficultas istius quæstionis posita est in
ratione statuti ; nam ex identitate rationis soror † po- 10
test venire appellatione fratris , nec dicitur extensio , sed comprehensio , ad tradita per Curt. Sen. *cons 9. num. 22. & 23.* qui intuenda opinione , quod huiusmodi statu-
tum sibi † locum vendicet etiam in hæreditate sororis 11
potissimum nititur hac identitate rationis , quemadmodum , & Alciat. *cons. 200. lib. 9.* Aldobran. *cons. 101. num. 3. lib. 1.* Menoch. *cons. 342. num. 28.* & quotquot Curtium sequuntur ; sique ratio ipsa latius , quam lex pateat , ratio
tanquam † intrinseca virtus legis , & spiritus illi prædo- 12
minans magis attendi debet , quam lex *glos. in l. qua ratione §. licet , ff. de acquir. rer. domin.* Bart. *in proem. ff. §. hæc autem tria* . Ang. *cons. 221. num. 3. vers. nam licitum est* cum alijs per Tiraq. *in l. si vnquam verbo Libertis nu. 45. C. de reuoc. donat.* Molin. *de Primog. Hispan. lib. 1. cap.*
5. nu. 8. & 9. Ex ratione enim efficitur † ius , vt inquit 13
Bald. *in cap. cum dilectus el primo de rescript.* & lex quidquid in ratione consistit , ait Abb. *in cap. ratio nulla num.*
1. de præbend. Imò ratio est ipsamet lex , quæ impulit † 14
legislatorem ad sic faciendum , & rationis quodammodo interpres dicitur esse lex Bald *in l. 1. de interdict.* Ancharan. *in cap. Canonum statuta de constit.* Port. Imol. *cons. 183. num. 20. 23. & seq.*

Ideò Domini putarunt indagandam esse differentiam rationis , & cur sororem excludere non intellexerint statuentes ab hæreditate sororis , quemadmodum excluserunt ab hæreditate fratris , & visum fuit duplicem posse assignari rationem .

Prima est , quia si statutum fundatur in præsumpta , dilectione defuncti , erga personam succedentem , sicuti illud
fundari censendum est , cum regulariter † humanæ di- 15
spositiones intelligendæ sint secundum id , quod naturalis

ralis ratio, & necessitudo sanguinis dictat Bald. *in l. Titius in sum. ff. de hæred. instituen. & cons. 156. num. 1. lib. 2.* Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 11. num. 5.*
16 certè præsumi † potest fratrem magis diligere alium fra-
trem, quam sororem, nedum ob æqualitatem sexus, ve-
rùm etiam ob votum conseruandæ agnationis, vterque
17 enim frater est in agnatione, & illam conseruat, & †
frater dicitur quasi ferè alter, vnus: & idem sanguinis,
in quo eadem militat ratio charitatis quæ in filijs, vt post
Agellium *lib. 13. c. 10.* & Brisson. *de verb. significat. in ver-
bo frater*, inquit Decian. *cons. 83. num. 69. lib. 4.* Bardellon.
cons. 16. nu. 16. & 25. Et propterea iure meritò statuentes
ad successionem fratris defuncti vocarunt alterum fra-
trem dumtaxat, exclusa sorore, interpretando mentem
ipsius defuncti iuxta naturalem affectionem, quæ ratio-
nes non ita vrgent in defuncta sorore, quæ vel præsumi-
18 tur † minus diligere fratrem, quam sororem, quippè
19 quod soror dicitur quasi seorsim à fratre nascens, † & ab
eius domo separanda, vt Antistius Labeo magnus I. C.
putabat teste Agellio *d. l. 13. cap. 10.* Brisson. *in verbo so-
ror. il primo de verb. signific.* Tiraq *de legibus connub. in
l. 1. glos. num. 31.* vel saltem æqualiter præsumitur dilige-
re sororem, ac fratrem, vltra enim sanguinis coniunctio-
20 nem, additur inter sorores † sexus communio, & mu-
liebris indigentiæ experimentum, & inde in sociam fa-
21 cilis commiseratio, cumque in ipsis sororibus † expiret
agnatio *l. Pronunciatio in fin. ff. de verbor. significat.* non
ità anxiè paternæ familias consulere voluisse censen-
dum est, & consequenter ex interpretata à statuto soro-
rum voluntate ad ipsarum successionem vna cum fra-
tribus admittendæ sunt eædem sorores pro æquis por-
tionibus.

Altera est ratio, qoia cum agitur de bonis fraternis,
maior est ratio, vt ad alios fratres superstites solum per-
tineant, vt detur continuatio bonorum in eadem fa-
milia; dum verò sorores nuptæ sunt, eisque assignata
earum portio pro dote, hæc portio diuulsa est à patrimo-
nio familiæ paternæ, nec tanta vrget ratio, vel æquitas,
vt de familia mariti reuertantur ad paternam, quanta
militat in conseruanda, & continuanda id eadem fami-
22 lia, quemadmodum dicitur, † quod prohibita alienari,
si semel legitimè alienetur efficitur alienabilis etiam in
alias personas prohibitas, nec reuiuiscit onus reuertendi
23 † ad familiam alienantium *l. 1. l. Pater filium §. quindecim*,
vbi Bart. *ff. de legat. 3.* Ita considerant Salicet. *in l. 2. num.
27. vers. non idem C. de noxal.* Soccin. Iun. *cons. 23. num. 51.
& 52. lib. 1.* Surd. *decis. 9. num. 9.* huicque motiuo mul-
tum accedere videtur statutum vrbis, dum in fine ad
successionem bonorum maternorum æqoaliter admittit
24 sorores, & fratres, qnia † mater æquè censetur diligere
masculos, & fœminas, nec ita sollicita præsumitur circa
conseruationem masculorum, prout ipsi masculi.

Demum hanc senteotiam quòd statutum deferens suc-
25 cessionem hæreditatis fraternæ † solis fratribus, non
compræhendat hæreditatem sororis in terminis tradi-
derunt Castrens. *cons. 119. num. 1. 2. & 3. lib. 1.* Capr. *cons.
62. num. 2.* Ias. *in rubr. ff. de acquir. poss. num. 22.* Crauet.
cons. 743. num. 7. latissimè Carpan. *ad statut. Mediol. cap.
288. num. 4.* Caball. *cons. 54. num. 7.* qui plures alios con-
gerunt, & de veriori, & communiori testantur Menoch.
cons. 990. num. 2. & 3. & cons. 1146. nu. 6. & 7. & in hanc
sententiam inclinauit Rota teste Caputaq. *decis. 334. alias
331. lib. 1. in manuscript.* & tamen ibi agebatur de statuto
antiquo Vrbis sub *lib. 5. cap. 24.* vbi quæstio erat magis
26 dubia, quia illud statutum † antiquum non vtebatur
verbo fratris, sed alio masculinæ quidem significationis,
at magis generali, & indefinito, nempè, *defuncto suc-
cedant germani fratres*, quod verbum *defuncto* commo-
dius referri poterat ad sororem etiam defunctam, se-
cus autem est in hoc statuto nouo, vbi signanter ad-
ditur verbum *fratri*, & discretiuè nominantur fratres,
& sorores, quod videtur factum cum misterio, vt sta-
tuentes indicarent, quod de hæreditate fratris, non
27 autem sororis loquebantur, & in his † terminis loqoitur
etiam *decis. 348. par. 1. recent.* quæ fuit confirmata, vt in
decis. 644. par. 2. recent. in eadem causa emanata. Quia
statutum Rauennaten. ibi loqoebatur de hæreditate cuiu-
scumque intestati quod verbum, *cuiuscumque* rectè referri
poterat etiam ad hæreditatem fœminæ, & vlterius adde-
bat statutum *defuncta persona, &c.* qoæ tàm ad mascu-
lum, quam ad fœminam referri poterat, & Rota ibi mul-
tum insistit, quod † ratio conseruandæ agnationis expres- 28
sa fuerat, & quod aderat aliud statutum Rauennæ dispo-
nens agnatos præferri etiam in successione fœminæ, vt
in *dicta decis. 644. numer. 3.* quæ deficiunt in statuto nouo
Vrbis, de quo agitur, quod dum veteri statuto addit ex-
pressam illam denominationem, *fratris* videtur voluis-
se remouere dubitationem, de qua in dicta decis. Capu-
taquen.

Nec refert huiusmodi † statutum exclusiuum sororum 29
propter fratres esse fauorabile, tanquam fundatum in
motiuo conseruationis familiarum; Quoniam hic fauor
debet regulari intra suos limites, quos propria verbo-
rum significatio præscripsit, neque † contra mentem 30
statuentium, qui de sorore discretim mentionem faciunt
extendi ad ampliorem exclusionem Surd. *decis. 9. num.
16. vers. non etiam obstat*, & minus hæc extensio † per- 31
mitti debet, cum magna differentia considerari possit inter
casum, quo agitur de excludenda sorore ab hæreditate
fratris, & casum, dum agitur de hæreditate alterius soro-
ris, vt supra dictum est.

Non obstat Curt. Sen. *cons. 9.* Alciat. *cons. 220. lib. 9.*
Gerard. Mazzol. *cons. 8. & 9.* & alij relat. per Gratian.
discept. forens. c. 449. quoniam † Curtius reprobatur à di- 32
cto Soccin. Sen. *cons. 23. nu. 48. & 57.* Et in contrarium
militat receptior, & verior Doctorum sententia, vt su-
pra dictum est, præsertim concurrentibus circumstantijs
particularibus huius statuti noui Vrbis, Gratianus verò
loquitur vti Aduocatus in hac causa, & Gerard. Mazzol.
cons. 9 in princ. testatur contra ipsius consilia suisse iudica-
tum, & rationes pro hac sententia magni facit.

Nec suffragatur Prospero statutum Eugubinum, quia
cum ipse sit forensis, illi statutum non censetur fauisse † 33
nec statuentes Eugubini curarunt conseruationem fami-
liæ Romanæ ipsis non subditæ, vt per Alex. *cons. 112. in
princ. lib. 7.* Paris. *cons. 12. num. 25. lib. 3.* Peregr. *cons. 90.
num. 13. & 20. lib. 1. & fuit dictum in Narnien. successio-
nis 22. Maij 1628. coram me, quam sequuta est* Rota *in
Ferrarien. de Tassonis 18. Martij præteriti coram R.
P. D. meo Pirouano.*

Neque Isabellæ obstat renunciatio, loquitur enim
de bonis dumtaxat paternis, maternis & fraternis, &
cum sit stricti † iuris neque extensionem recipiat, ne- 34
quaquam referenda est ad bona sororum iuxta deducta
per Bald. *cons. 48. per tot. lib. 2.* Aret. *cons. 161. numer. 5.*
Dec. *in his terminis cons. 230. num. 3. in fine vers. & præ-
dicta maximè* Natt. in addit. ad Alex. *cons. 85. lib. 4.* Hon-
ded. *cons. 29 num. 93. & 94. lib. 1.* Eugen. *cons. 88. num. 82.
lib. 1. & in Bonon. hæreditatis de Armis 18. Aprilis, & 22.
Decembris 1622. coram me.*

Et ita Domini vnanimiter censuerunt, † Statutum 35
cap. 146. lib. 1. non compræhendere casum passiuæ suc-
cessionis sororis, & Prosperum teneri soluere Isabellæ eius
portionem, &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Anconitana Florum.

Die Veneris 14. Iunii 1630.

A R G V M E N T M.

Onerum impositiones, cum sint de regalibus, non possunt imponi, nisi à Principe dominante, superiorem non recognoscente, quod tamen non procedit, quando sumus in oneribus leuibus, & exiguis, quo casu Domini inferiores possunt à subditis exigere, & qualiter.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatio annuæ præstationis sine causa non substinetur, ex solo cursu temporis.*

2 *Inuestitus de aliquo loco, non potest in eo imponere onera personalia aut mixta subditis, vel alia non expressa in inuestitum, etiam quod fuerit inuestitus cum mero, & mixto imperio.*

3 *Onerum impositio est de regalibus reseruatis Prin-*

cipi dominanti, superiorem non recognoscenti.

4 *Constitutio Pauli III. de anno 1539. probibet ne inuestiti imponere noua grauamina comitatiuis, vel comitatui absque licentia Gubernatoris.*

5 *Domini superiorem recognoscentes, possunt à subditis exigere onera leuia, & exigua, & præscriptione, aut consuetudine titulum sufficientem acquirere.*

6 *Præstationes, quando non sunt immoderatæ, quæri possunt à Dominis inferioribus consuetudine, vel præscriptione 40. annorum.*

7 *Tempus longissimum, sufficit ad inducendam obligationem, & titulum.*

8 *Consuetudo coactiua, quo casu minori spatio inducatur, quàm per 40. annos.*

9 *Consuetudines piæ debent obseruari, & compescendi sunt illi, qui malitiosè nituntur illas immutare, ad eas obseruandas.*

10 *Consuetudo particularis alicuius loci vbi non appareret, tunc recurritur ad Regionem circumuicinam pro sustinendo titulo ex consuetudine resultante.*

11 *Causa pia sufficit ad sustinendam validitatem consuetudinis, ex qua deinde titulus à quocunque de populo potest fauore piæ causæ allegari.*

12 *Testes non concludentes, non probant.*

13 *Testes deponentes de visu, alia comprobatione non egent, quia sensus visus non decipitur circa proprium obiectum.*

14 *Testis, quando optimè concludat quadragenariam.*

15 *Testis deponens, quod aliquid fecit, dum erat adolescens, ex hoc non excludit aliàs illud fecisset, dum esset maior.*

16 *Dictio, præsertim, non restringit multiplicationem actuum, sed implicat identitatem iuris ad casum expressum.*

17 *Iudicis iurisdictio, quando remaneat firmata.*

18 *Testes extra terminum remissoriæ examinati, sunt nulliter recepti.*

DECISIO CCCLXXXIX.

DIXERVNT Domini sub die 10. Ianuarij 1628.
* sententiam Rotalem esse reuocandam: quia
Ciuitas Anconæ ex deductis non probat expressam
Communitatis Offaneæ obligationem deferendi flores
in die solemnitatis Sanctissimi Corporis Iesu Christi,
neque aliundè eidem Ciuitati fuisse tale ius quæsi-
2 tum, prout necessarium erat: † quia sine causa non
sustinetur obligatio annuæ præstationis solo temporis
decursu Bart. *in l. cum de in rem vers. numer. 2. de
vsur.* Menoch. *præsumpt. 131. numer. 54. lib. 3.* Roder.
*de annuis reddit. lib. 1. quæst. 15. num. 2. cum alijs in
eadem decisione allegat.* hodie tamen ex nouiter pro-
batis, & deductis dictum fuit ab eadem decisione
esse recedendum, quia Ciuitas iustificat Communita-
tis prædictæ obligationem, & causam.

Nam, & si vera sit conclusio, quod Domini Ca-
strorum (prout Anconæ Ciuitas ex Bullis Nicolai
V. & Eugenij IV. probat se inuestitam de Castro Of-
2 faneæ) non † possint imponere onera personalia, aut
mixta subditis, vel alia in inuestituris non expressa,
etiam quòd inuestiti fuerint cum mero, & mixto impe-
rio *l. 2. C. de quibus munerib. vel præstat. lib. 10. l. 2. C.
ne rustica ad vllum obseq. deuo. lib. 11.* Bart. *in l. 1. num.
5. C. de excusat. muner. lib. 10.* Bald. *in l. cum multa in
fine, C. de bon. quæ lib.* & Natt. *cons. 185. num. 5.* ratio-
3 nem afferens: quia † impositio huiusmodi onerum est
de regalibus Principis dominantis, superiorem non
recognoscentis reseruatis *cap. 1. quæ sint regalia, l. pla-
cet, C. de excusat. muner. lib. 10.* Clar. *in §. feudum
quæst. 29.* & iuxta hanc iuris dispositionem videatur
4 emanata Pauli III. † Constitutio de anno 1539. pro-
hibens ne inuestiti possint imponere noua grauamina
comitatiuis, vel comitatui absque licentia Guberna-
toris.

Attamen, quando onera sunt leuia, & exigua, prout
est recollectio florum siluestrium in pascuis communi-
bus, non requirens impensam respectu materiæ, sed
operis tantum, & transportatio eorundem cum tribus
iumentis, quæ pariter ob breuem loci distantiam, non
excedentem milliaria decem, exigui, & ferè nullius
momenti est, possunt † Domini inferiores à subditis 5
exigere, & præscriptione, aut consuetudine titulum suf-
ficientem pro obligatione, & causa acquirere Luc. à Pen-
na *in l. prima numer. 10. C. de superind.* Clar. *in §. feudum
quæst. 29. vers. benè verum est, quod ex consuetudine.* Ro-
sental. *de feud. cap. 5. quæst. 17. num. 2.* Franc. *decis. 56.
num. 13.* dicens propterea ista minima non esse de regalibus
Mastrill. de Magistr. *lib. 3. cap. 10. num. 335.* Capiblanc. de
Baronibus *pragm. 1. num. 113.* firmans huiusmodi præsta-
tiones † quando non sunt immoderatæ, quæri posse à 6
Dominis inferioribus consuetudine, vel præscriptione 40.
annorum.

Vndè cum Ciuitas Anconæ ex testibus nouiter datis
probet Communitatem Offaneæ, seu per homines illius,
flores in die festiuitatis prædictæ, fuisse delatos per 40. &
vlteriores † annos ex hoc longissimi temporis decursu 7
inducta dicitur obligatio, & titulus etiam ratione fu-
turi temporis Bart. *in l. solent §. 1. in fine ff. de offic. pro-
cons. & leg.* Bald. *in l. malo agitur num. 7. C. de præscript.
30. vel. 40. annorum*, Balb. *de præscript. in prima
parte tertia parte principalis quæst. 10. numer. 34. & in
4. parte quartæ par. principalis qu. 9. & 11.* Menoch.
præsumpt. 131. numer. 51. lib. 3. quod eò facilius visum
fuit posse firmari, cum concurrat pia causa, scilicet
solemnitas Sanctissimi Corporis Iesu Christi, pro cuius
honore solent flores deferri, † quæ minori tempore 8
contentatur ad inducendam consuetudinem coactiuam,
etiam quod illa diuturna, & seu decennalis præsta-
tio potuerit habere causam voluntariam ex mera libe-
ralitate prouenientem *cap. ad Apostolicam de simon.* vbi
apertè statuitur † pias consuetudines obseruari, & com- 9
pescendos, qui malitiosè nituntur illas immutare, &
per illum text. ad plura inferunt Paul de Leaza *in rep.
cap. in litteris n. 24. de restit. spol.* Felin. *in d. cap. ad
Apostolicam numer 3.* Tiraquel. *de pia caus. priuil. 60.*
Osasch. *decis. 99 numer. 44.* Sanchez *in Decal. lib. 7.
cap. 26. numer. 54.* Couarr. *variar. lib. 1. cap. 17. num. 3.
& idem firmauit* Rota *in Pampilonen. Tributi de Gar-
da 13. Nouembris 1591. coram bon. mem. Penia, & in
causa Segobien. cantorum 11. Februarij 1604. coram bon.
mem. Cardin. Lancellotto*, & hæc consuetudo maximè
coadiuuatur ex Oppidis circumuicinis, quæ solent pro
eadem solemnitate flores deferre absque aliqua contro-
uersia, vt testes dati deponunt, quo casu etiam quod
non appareret de propria Communitatis Offaneæ con-
suetudine, posset recurri † ad Regionem conuicinam 10
pro sustinendo titulo ex consuetudine resultante Ioan.
Andr. *de reintegr. feud. colum. 4. vers. qualiter ergo per
text. in super eo. de censib.* Franc. *decis. 56. num. 6. &
7.* nec prædicta possunt euitari ex eo quod non agatur no-
mine piæ causæ, sed Ciuitatis Anconæ, quia sufficit
causa pia † ad sustinendam validitatem consuetudinis, 11
ex qua deinde titulus à quocumque de populo potest fa-
uore piæ causæ allegari *Auth. de Eccles. tit. §. si quis au-
tem*, Specul. *de Instrum. edit. §. nunc vero aliqua num. 65.*
Tiraq. *de pia caus. num. 131.*

Non obstat, quod ex depositione testium de nouo exa-
minatorum, non probetur hæc diuturna, aut quadragena-
ria possessio, ex † quo in dicto illam non concludunt, ac 12
etiam fuerint nulliter, & inualidè examinati.

Quia quoad releuantiam dicti eorundem ex facto ces-
sat obiectum, nam primus super tertio dicit Ciuitatem es-
se in possessionem habendi, & consequendi dictos flores
à quacumque vniuersitate illi subiecta, & signanter à
Communitate Offaneæ, & vidisse obseruare per 40.
& 50. annos, 2. 3. 4. testes idem de visu formaliter con-
cludunt per 40. & plures annos, & dum de visu de-
ponant † alia comprobatione non egent, quia sensus 13
visus non decipitur circa proprium obiectum Innoc. *in
cap. cum causam num. 2. de testib.* Bald. *in l. sola num. 1.
& 9. C. eod. tit.*

Nec aduersantur dicto secundi testis, quod non depo-
nat de continuato tempore 40. annorum, ex quo possit
inferri ad præscriptionem, & vlterius sit sibi contra-
rius, dum in articulis super tertio dicat pluries detulisse
flores,

flores, & iuxta xv. interrogatorium responderit se detulisse semel, quia dum dicit vidisse quolibet anno, & per 40. annos obseruare excluditur omne tempus intermedium continuationem impediens; nam si quolibet anno vidit, sufficit, quia solemnitas Sanctissimi Corporis Christi celebratum semel in anno, & si per 40. annos
14 vidit obseruare, optime † concludit de quadragenaria, & nihilominus si aliqua interualla incidissent, non propterea testis posset reprobari Abb. *in cap. cum causam numer. 2. de elect. glos. in Auth. vt determ. sit numerus clericorum in vers. semper Archid. & in cap. sacrosanct. 22. dist.* contrarietas verò etiam tollitur ex ipso summario da-
15 to num. 4. vbi dicitur loquendo de Vicarijs † *me li fecero portare vna volta con la somara de Marino, quando era giouinetto*, quod non excludit alias delationes, dum esset maior, & per alia iuramenta vltra *la Somara de Marino*.

Similiter neque releuant aliæ ponderationes, quæ dantur contra tertium, & quartum testes ad excludendam continuationem temporis 40. annorum, dum tertius dixerit vidisse sæpius flores deferri, & præsertim de anno 1607. quasi restrinxerit dictum ad vnicam transportationem, & actum, & quartus qui iuxta 33. respondit de vna vice, & iuxta 35. non vidisse aliquem particularem de Offanea.

Quia ex contextu examinis tollitur obscuritas in vanum excitata; nam tertius iuxta 33. interrogatorium dicit se vidisse pluries afferre flores ex diuersis locis, & signanter ab hominibus Offaneæ pluries, *& vltimamente l'anno 1607.* non autem dicit, & præsertim in quem ca-
16 sum, non etiam dictio, † præsertim, restringeret multiplicationem actuum, sed implicaret identitatem iuris ad casum expressum *l. fin.* ibi, *præsertim*; dum cæteris tabulis res gesta declaretur, *ff. de his quæ in testam. dele.* Spec. *de disp. & Alleg. §. 4. vers. item clausula numer.* 8. quartus verò dicit iuxta 33. se vidisse pluries afferre flores per homines dictarum Terrarum loquendo de subiectis Ciuitati, subdendo, *& in particolare vna volta da 13. anni sono*, & deinde iuxta 35. respondit se non vidisse particulares homines de Offanea, quos cognouerit, qui flores deferrent, *eccetto nel caso sopradetto*, quando scilicet interpellauit vnde venirent, quæ si ratio recti sermonis intueatur, omnia benè inter se conciliantur.

Quo verò ad validitatem examinis testium de iurisdictione non videtur dubitandum: quia dantur litteræ delegationis, directæ Vicario Lauretano, & Archidiacono, quæ cum emanauerint à Iudice subdelegante nempè ab Auditore Rotæ, qui ex forma suæ Commissionis poterat Iudices deputare, literæque fuerint præsen-
17 tatæ, & per iudices acceptatæ, † indè firmata remansit iurisdictio Felin. *in cap. fin. numer. 37. de præsumpt.* Gabr. *de execut. rei iudic. concl.* 3. Rota *decis.* 143. *num.* 2. *& 546. num. 3. par. 2. recent.*

Non obstat, quod testes nihilominus fuerint exami-
18 nati extra terminum remissoriæ, † & consequenter nulliter recepti Mantic. *decis.* 199. *num.* 1. Rot. *decis.* 128. *par.* 1. *recent.* & coram bon. me. Cardin. Caualerio *decis.* 40. & 63. *num.* 2.

Quia cum litteræ remissoriales fuerint relaxatæ de mense Octobris 1619. cum termino duorum mensium citato Procuratore eiusdem Communitatis sub die 23. dicti mensis Octobris, testesque fuerint examinati die 16. 17. & 18 Nouembris sequentis, vt in process. fol. 107. 121. & 135. inde patet durante tempore fuisse examinatos, ex quo attenta prorogatione alterius mensis terminus non expirabat, nisi de mense Decembris.

Et ita, &c.

* Est supra in hac parte decisio 127.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSPIO.

Romana scutorum 24. millium.

Die Veneris 14. Iunij 1630.

A R G V M E N T V M.

Venditor, quando teneatur de euictione, & quid si emptor ei non denunciauerit motam litem. Conditionem alicuius an quis meliorem facere possit, ita vt ille postea teneatur.

S V M M A R I V M.

1 *In euictionis materia, emptor si vult, potest agnoscere bonam fidem, antequam per sententiam sequatur euictio.*

2 *De euictione agi minimè potest, non facta venditori denunciatione litis motæ.*

3 *Venditor, quando teneatur de euictione non obstante, quod emptor ei non denunciauerit litem motam.*

4 *Prælato, & possessori bonorum fideicommissorum, aut Maioratui subiectorum, super rebus dubijs, dummodo tamen ex transactione rem retineant, non solum est permissum transigere.*

Sed etiam tamquam ex negotio vtiliter gesto repetere possunt eorum hæredes illorum bonorum in restitutione, quicquid in eam, fuit vtiliter impensum num. 4.

5 *Venditor non sequuta legitima euictione, motæ litis nec emptori sit obligatus.*

6 *Venditori non est facienda denunciatio motæ litis ad effectum, vt teneatur de euictione, si simul emptor, & venditor conuenti fuerint.*

7 *Emptori, quod liceat ante sententiam euictionis transigere, & quod non aliter, quam ab ipsa sententia probari possit malum ius venditoris, hæc inuicem contraria sunt.*

8 *Sententia euictionis illa nocet venditori, quæ contra emptorem inuitum lata est.*

9 *De euictione post sententiam arbitri, vel alterius iudicis agi non potest, quando emptor in illos consensit spontè, & nulla necessitate coactus.*

10 *Euictione statim secuta, oritur actio pro consecutione ipsius rei, siue pretij, aut interesse.*

Sicuti emptori competebat, antea quam res sibi vendita traderetur, num. 10.

11 *Conditionem alterius, quis meliorem facere potest, cum id velit, & ciuilis, & naturalis ratio.*

12 *Necessitas, si adsit aliquid faciendi pro aliquo, si fiat, non potest ab eo illud impugnari.*

13 *Quod procedit etiam si illa necessitas non sit præcisa, sed solum causatiua.*

14 *Pater tenetur restituere alteri pecuniam, quam soluit, pro redimendo filio captiuo emancipato, licet pater ad hoc cogi minimè possit.*

15 *Mulieris hæredes non possunt repetere à viro dotem, quam expendit pro redimendo Priuigno, & filio vxoris ex altero matrimonio, siue aliam quamcunque personam defunctæ vxoris coniunctam.*

16 *Euictio, quando est promissa, agi potest ante sententiam, & ex quacunque causa transactionis, aut compromissi illa secuta sit.*

DECISIO CCCXC.

IN decisione, quæ coram me facta fuit 18. Iunij præteriti * firmarunt Domini validitatem, huius transactionis, quæ inter Dominos Marchionem Antonium à Cassano emptorem, & Liuiam Bonellam venditricem intercesserat, ex iure Dominorum de Corbaria, qui cum ex causa fideicommissi maiorum suorum eadem bona vendicarent, & hoc ius suum plenissimè iustificassent, potuit idem ius inducere in Marchione bonam fidem, ex qua idem licuerit non expectare sententiam, & transigendo euictionem ipsam præuenire. Hæc eadem proposito iterum hodie coram me dubio placuerunt, neque potuerunt Domini recedi posse à decisis propter eamdem causam iustitiæ euictionis, quam & ostenderat Marchio in hoc iudicio, in quo repetebat soluta à se ex causa eiusdem transactionis, & videbatur etiam Liuia agnouisse dum super eadem

controuersia , & cum eisdem Dominis de Corbaria
transigere voluit.
Admittunt enim Doctores , vt in iure claro , siue
si eiusdem iuris probationem assumere in se velit possit
1 emptor † agnoscere bonam fidem antequam per senten-
tiam secuta fuerit euictio , vt ex pluribus qui fuerunt
in præterita decisione cumulati præcisè in emptore lo-
quuntur Bart. *in l. empto, ff. de action. empt.* Castrens.
*in l. atqui natura , §. cum me absente post glos. in verb. com-
mittat*, Bart. *numer. 3. ff. de neg. gest.* Mandell. *consil.
345. numer. 6.* Gabr. *cons. 129. numer. 13. volum. 1.* Surd.
decis. 22. numer. 8. Afflict. *decis. 49.* Achill. *decis. 2. de
empt. & vendit. & decis. 1. de concess. præben. &
præter eos* . Bald. & Angel. *in l. si cum quæst. 18. C. de
euiction.* Ioan. de Imol. *in cap. fin. de empt. & ven-
dit.* Tiraquel. *de retract. leg. §. 1. glos. 18 num. 63.* Imò
2 cum † neque euictionis nomine agi possit non facta
venditori denunciatione litis motæ, hanc etiam denun-
ciandi necessitatem eidem remitti voluit, si de non iure
venditoris, aut liquido constet, aut docere idem emptor
3 paratus sit, † cum cessare his casibus videatur causa ,
ob quam venditorem emptor requireret teneatur , &
præiudicium aliquod ipsius venditoris considerari non
possit , dum nulla poterat eidem superesse defensio *l. Im-
peratorem , & ibi Doct. ff. de action. empt.* Soccin. *in l. 2.
§. voluntatem numer. 14.* Rip. *numer. 20. ff. solut. matr.*
Alexand. *in l. non solum §. morte num. 45. ff. de nou. oper.
nunciat.* Ioan. de Imol. *dicto cap. fin. de empt. & ven-
dit. eodem numer. 24.* Alexand. *consil. 67. vol. 3. & cons.
63. num. 10. vol. 6.* Capr. *reg. 87. num. 212.* Cum itaque
præter hanc vnam causam , defensionis scilicet , quam
habet à venditore, alia non possit constitui , cur empto-
ri non liceat quod licere tradunt Doctores, commutatur
4 † Prælato, & possessori bonorum fideicommisso aut Maio-
ratui subiectorum , (quibus etiam super re dubia ,
dummodo tamen ex transactione rem retineant , non so-
lum permissum est transigere, sed , vt fuit in alia deci-
sione coram me comprobatum , tamquam ex negotio
vtiliter gesto repetere possunt eorum hæredes in restitu-
tione fideicommissi quidquid in eam causam impensum
fuerit) Non videbant , siue quidquam Marchioni objici
posse ex transactione quam fecit , siue aliquod præiudi-
cium venditoris ex ea considerari , cuius ratione idem
5 † venditor , quasi non secuta legitima euictione emptori
obligatus non esset .
Vel enim dum etiam Liuia in eo iudicio euictionis in-
terfuit, & præstitit in communi causa defensionem di-
cendum videtur , transactionem ab ea hodie impugnari
non posse , postquam ius suum super bonis venditis
tueri non valuit , cum ex hoc etiam admittant Doct.
6 considerari posse venditoris † præiudicium ex denuncia-
tione ei non facta , si simul emptor , & venditor conuenti
fuerint *leg. Henricus 63. §. Caia , l. si dictam 56 §. si præsen-
te , in verb. possit ff. de euict.* Alexand. *in l. 2. §. voluntatem
num. 15.* Soccin *num. 18. ff. solut. matrim.* Abb. *in cap. fin.
de empt. & vend. quæst. 9. & ibi Apostill.* Nart. *cons. 208.*
Capic. *decis. 206. num. 3.* Vel si adhuc exactior probatio
mali , & nullius iuris venditoris super eisdem bonis ex
Marchione requiritur , etiam id præstitisse videri potest
non solum ex transactione facta à Liuia super bonis, quæ
eidem Liuiæ ex venditione supererant , & quæ aliam de-
fensionis causam non habebant , quam Marchio in bo-
nis à se emptis habere potuisset . Verum etiam cum
ex resolutionibus factis in causa plenissimè docuerit ,
omnia à Corbarijs probata fuisse , vt immissionem ob-
tinerent : adeout dum nihil opponitur contra decisiones
Rotales , quæ exclusis detractionibus firmauerant
identitatem tenutæ, & purificationem fideicommissi ad
fauorem eorundem de Corbaria agentium , vt fuit osten-
sum in eadem decisione non satis sit dicere, quod vel ex-
spectari debuisset sententia , vel quod ea omnia ex re-
scripto, & peculiari gratia Principis iterum examinari
debuissent ; quia si probationes iuris eius , qui rem
euicit aliunde , quam ab ipsa sententia peti non possent ,
nunquam locus esset conclusioni , & opinioni Doctorum,
vt emptor , qui ante sententiam transegerit, huius proba-
tionis onere grauari debeat , cum sibi inuicem contraria
7 sint , † vt liceat ante sententiam transigere, & non ali-
ter , quàm ab ipsa sententia malum ius venditoris probari
possit : Et probato hoc iure admittunt etiam Doctores ,
8 vt quamuis regulariter ea solum sententia nocere †
soleat venditori , quæ contra emptorem inuitum lata
sit *l. si dictum §. si compromisero , ff. de euiction.* Ri-
min. Sen. *consil. 92. numer. 17. vol. 1.* Capr. *reg. 87.
numer. 238.* Papien. *in form. libell. in caus. vend. in
verb. promittens de euict. numer. 9.* agi tamen possit de
euictione post sententiam † arbitri , siue alterius Iu- 9
dicis, in quem ipse emptor sponte , & nulla necessi-
tate coactus consenserit Bald. *in l. libera numer. 9. C.
de collat.* Alexand. *in l. si domus §. de euictione 3. vers.
tertio limita* Ias. *numer. 14. ff. de legat. 1.* Cuman. *in
l. Arist. §. labeo num. 5. ff. de donat.* Caball. *de euict. §. 5.
num. 18.* Surd. *decis. 22. num. 8.*
Sed etiam quod euictionis nomine quidquam Mar-
chio consequi non posset , non tamen exclusus censeri
debet à recuperatione pretij , & interesse , licet enim in
stipulatione duplæ per modum conditionis insit, vt eui-
ctio secura sit , eaque conditione non adimpleta commis-
sa non censeatur stipulatio , secus tamen est in actione
ex empto, in qua sententia non requiritur , cum sta-
tim † re euicta oriatur noua actio pro consequutione 10
ipsius rei , siue pretij , aut interesse , sicut emptori compe-
tebat , antequam sibi res vendita traderetur *glos. in eadem
l. si dictum §. si compromisero ff. de euict. l. non tamen ff. eod.
tit.* Cuman. *in d. l. Aristo §. labeo , nu. 3. & 5. ff. de donat.*
Aret. *in §. actionum num. 49. instit. de action* Fulgos. *in l. si
ideo num. 6. ff. de euict.* Surd. *cons. 36. num. 23.*
Demum cum ea solutione scutorum 24. mill. quam
fecit liberauerit simul Marchio rem venditam à præten-
sione fideicommissariorum , & Liuiam à solutione scu-
torum 54. mil. quæ tanquam bonorum venditorum pre-
tium obligata fuisset restituere , hoc etiam nomine age-
re potest , & tenetur Liuia eam solutionem ratam ha-
bere, cum & ciuilis, & naturalis ratio id velit , vt † 11
possit quis alterius conditionem meliorem facere *l. soluen-
do 41. ff. de neg gest. l. inuito , C. de solut.* Imo † quia hæc 12
necessitas & illi incumbebat , multominus potest ean-
dem solutionem impugnare *l. nam & seruus 22. ff. eod.
tit. l. quamuis & l. sequ. ff. solut. matrim.* Castr. *cons. 444.
lib. 1.* qui ex eisdem iuribus idem concludit etiam quod ea
necessitas † præcisa non sit , sed solum causatiua , vt 13
patet in exemplis per eum adductis, ex hac causa tene-
tur pater restituere alteri pecuniam , quam † soluit pro 14
redimendo filio captiuo , etiam quod pater ad id cogi
non posset , cum idem filius esset emancipatus : ex eadem
causa non possunt hæredes mulieris repetere † à viro do- 15
tem , quam expendit pro redimendo Priuilegio , & filio
vxoris ex altero matrimonio , siue aliam quamcumque
personam defunctæ vxori coniunctam .
Neque difficultatem facere poterat id , quod in omni-
bus disputationibus semper obiectum fuit , & super quo
etiam insistebant hodie aliqui ex Dominis , quod Mar-
chio inuita Liuia transigere voluerit ; cum enim id fue-
rit ex decis. sublatum ex eodem præterea instrumento
transactionis hæc difficultas cessare videbatur , in quo
non solum , vt fuit deductum , ea contradictio Liuiæ
apparebat restricta ad reseruationem , quam contra ip-
sam Liuiam , eaque præsente, Marchio facere volebat ,
& huic solum reseruationi in eodem instrumento dicitur
Liuia consentire noluisse , vt imo ad eandem transactio-
nem deuenerit Marchio , non nisi vt rem gratam Liuiæ
faceret , cui tota summa scutorum 40. mil. quæ habue-
runt Corbarij ex transactione non suppetebat . Quod
cum & exponatur in instrumento , ex eo etiam fit verisi-
mile , quia nulla præterea necessitate ad id cogi potuis-
set Marchio , dum lis fiebat etiam contra Liuiam vendi-
tricem , contra quam propterea euicta sibi re vendita re-
ctè egisset . Et licet solum pro suo dato , & facto teneri Li-
uia voluerit , cum tamen hoc etiam promiserit , quod bo-
na vendita ad hæreditatem Iuliæ Cæsarinę pertinerent,&
quod super bonis eiusdem hæreditatis semper potior om-
nibus futurus esset , hoc etiam seruare tenebatur , & sem-
per Marchioni cautum erat ex iuribus eiusdem hæredita-
tis .
Et hinc cum solum ex eadem hæreditate sibi satisfieri
velit Marchio , cumq; eadem euictio ab alijs executoribus
testamentarijs simpliciter , & sine aliqua exceptione sibi
promissa fuerit , hoc etiam nomine rectè agit , quia
admittunt Doct. vt euictione † promissi agi possit ante 16
sententiam , & ex quacunque causa transactionis ,
aut compromissi illa secuta fuerit *glos. in l. cum
pœna ff. de arbitr.* Alexand. *in d. l. si domus §. de euict.
num. 3.*

num. 3. ff. de leg. 1. Aretin. *in §. fin. instit. de empt. & vendit. num. 5. & in §. actionum nu. 49. instit. de act.* Becc. *cons. 106. num. 22.* Tiraquel. *de retr. leg. ad fin. tit. num. 98.* Caballin. *de euict. §. 5. num. 19.*

Et ita, &c.

* Est supra in hac parte decis. 337.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Ferrarien. de Tassonis.

Die Lunæ 17. Iunii 1630.

A R G V M E N T M.

Agnato agenti vigore statuti exclusiui fœminarum ad immissionem, quid ei obstet. Immissiones, quando retardari non possint.

S V M M A R I V M.

1 *Agnato agenti ex statuto fœminarum exclusiuo, obstat semper exceptio implementi conditionis dotandi fœminas exclusas.*

2 *Et ideo dotes sunt detrahendæ, & interim immissio ad hunc effectum retardatur.*

3 *In legitima constituenda pro quantitate dotis filiæ firmata, omnium rerum ab ea habitarum est habenda ratio, & cuiuscumque generis sint, nu. 4.*

5 *Immissiones non retardantur, quando possidentes retinent corpora bonorum, super quibus possint fieri oppositæ detractiones.*

6 *Perceptio fructuum, per quantum tempus æquent sortem.*

7 *Contra cessionarium competunt eædem exceptiones, quæ contra cedentem opponi possunt.*

8 *Creditum administrantis bona non est detrahendum, nisi reddita ratione.*

9 *Statut. Ferr. cap. 102. lib. 2. disponit, quod vxor non possit exigere ab hæredibus viri donationem propter nuptias, nisi fuerit in testamento viri eidem relicta.*

DECISIO CCCXCI.

PLACVIT Dominis persistere in decisis 18. Martij
præteriti, * quod allodialia ex eiusdem rationibus,
& fundamentis quibus non obstant detractiones dotium
DD. sororum, & Marchionissæ matris, quæ in hac positione magis distinctè deductæ fuerunt, tam ex dispositione
statuti Ferrarien. 139. in fine lib. 2. quàm ex persona
matris, & vigore cessionum eiusdem.

Et quantum ad dotes sororum, quibus videtur prouisum per idem statutum 139. in fin. lib. 2. Ibi (proximiores vsque ad quartum gradum præferantur filiabus, &
omnibus alijs fœminis cuiuscunque lineæ, & gradus,
quæ tamen dotari debeant vsque ad annos 18. ætatis suæ
inclusiuè, constituta tamen ei mulieri dote non minore,
quàm extat legitima si sint filiæ, vel descendentes non
dotatæ, si verò dotatæ essent dote minore legitima, possint cogere ad supplementum legitimæ.) Quamuis
1 agnato agenti † ex statuto fœminarum exclusiuo obstet
semper exceptio defectus implementi conditionis dotandi
fœminas exclusas ex eodem statuto resultantis, non minus quàm agenti ex instrumento in quo adimpleuit *l.
Iulianus §. offerri, ff. de action. empt.* Becc. *cons. 45. num.
6. & seq.* cum alijs allegatis in *decis. 541.* coram Papa
2 Gregorio XV. & per consequens † sint dotes DD.
sororum detrahendæ, & immissio ad eum effectum
interim retardanda.

Attamen visum fuit defectum solutionis dotium
prædictarum non obstare petitæ immissioni: quia cum
DD. sorores sint hæredes Marchionis Herculis earum
patris, & bona in ditione Mutinensi notabilis valoris,
ac mobilia, & localia possideant, vt ex inuentario dato, & insuper decimas, & bona emphyteutica retineant, de quibus nunc non agitur, & quorum † om- 3
nium esset etiam habenda ratio in constituenda ratione legitimæ pro quantitate dotium firmanda, tam ex forma ab
eodem statuto præscripta, ibi, & prædicta locum sibi vendicare tam in bonis prophanis, quàm Ecclesiasticis, & † 4
cuiuscunque generis alterius, non obstante aliqua inuestitura etiam in alieno territorio existentibus, quam de iure
communi, vt tenuit Laderch. *cons. 19. num. 8.* declarando verba finalia eiusdem statuti Ferrarien. inde satis patet
DD. sorores pro earum dotibus sufficienter cautas esse,
& in hoc tribunali passim seruatur, vt immissiones † 5
non retardentur, quando possidentes retinent corpora
bonorum, super quibus possint satisfieri de oppositis detractionibus, *vt in Romana de Comitibus 26. Nouembris
1621. coram bon. mem. Card. Cauallerio, & in Romana de
Victorijs 10. Martij 1627. coram D. meo Merlino, &
& nouissimè in Assisien. fideicommissi 28. Maij 1629. coram me.*

Sed præterea concurrit perceptio fructuum ex bonis
Mutinen. & Ferrarien. & alijs in ratione legitimæ computandis † per tempus decem, & octo annorum, quæ 6
fere æquant sortem prætensam secundum *glos. communiter receptam in Auth. perpetua in verb. iusta, C. de sacros.
Eccles.* Tiraq. *de retract. conu. §. 1. glos. 6. nu. 19.* Ias. *in l.
si fundum per fideicommissum num. 5. ff. de leg. 1.* Surd.
*consil. 451. num. 39. & idem fuit firmatum in Foroliuien.
de Monsignanis* 19. *Nouembris 1603. coram bon. mem. Penia*, & de prædictis est habenda ratio ad tollienda impedimenta immissioni præstita Sim. de Præt. *de vlt. volunt.
lib. 3. dubit. 5. solut. 4. numer. 31.* quod etiam fuit firmatum in *Romana de Victoriis supradicta, & in causa Bonon.
de Bonsignoribus 19. Nouembris 1627. coram Domino meo
Merlino.*

Quo verò ad dotem, & donationem propter nuptias
Marchionissæ matris, de qua opponitur, si ex persona
eiusdem Marchionissæ excipiatur, cum illa non possideat
bona hæreditaria Marchionis Herculis non potest dare
de retentione, sed illi agendum erit contra hæredes, contra quos bona cum onere soluendi dotes transierunt, si
† vero excipitur per DD. sorores tanquam cessionarias 7
matris, cum contra cessionarium competant eædem
exceptiones, quæ contra cædentem opponi possunt
Dyn. *in cap. is, qui in ius numer. 16. de reg. in 6.* Afflict.
decis. 163. numer. 5. Rimin. *consil. 148. numer. 3. volum. 1.*
Thesaur. *decis. 221. num. 1.* Surd. *consil. 82. numer. 28* semper obstabit contra Marchionissam, & eius cessionarios
præsumptio satisfactionis propriæ dotis, ex administratione bonorum tam Mutinen. quàm Ferrarien. pro quibus adhuc † rationem non reddidit, & ea circumscripta 8
non est locus detractioni dotis, aut alterius crediti administrantis, Surd. *cons. 290. num. 33.* Seraph. *decis. 1455.
in fin.* Rota *decis. 407. in princ. par. 4. diuers. & in Romana tutelæ de Boncompagnis 18. Maij 1616. coram bon. mem.
Buratto, & in Viterbien. restitutionis dotis 8. Februarij
1627. coram Card. Virili*, & eo minus cessioni prædictæ
locus esse potest: quia iura donationis propter nuptias,
cedi non potuerunt tanquam inefficaces penes Marchionissam, dum non probauit requisita statuti Ferrariæ *de
donat. propter nupt. cap. 102. lib. 2.* † expressè disponen- 9
tis vxorem ab hæredibus viri donationem propter nuptias non posse exigere, nisi illa fuerint in testamento viri eidem relicta, quod quidem per Marchionissam
verificari non potest, cum Marchio Hercules decesserit intestatus.

Et ita resolutum, &c.

* Est decisio 364. supra in hac parte.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Mediolanen. Pensionis.

Die Lunæ 17. Iunij 1630.

A R G V M E N T V M.

Sentencia simpliciter condemnans ad fructuum restitutionem, de quibus fructibus intelligatur. Faciens aliquid per procuratorem, dicitur quis fictè, & interpretatiuè

per se facere, & quando hoc ita non fit. Sententia est strictè intelligenda „ quod tamen non semper est verum.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia , quando simpliciter condemnat ad fructus , debet intelligi de fructibus verè , & realiter perceptis per condemnatum .*

2 *Sententiæ verba debent accipi in propria significatione .*

Sententiæ verba , sunt strictè intelligenda , & non ad intellectum , quem verba possunt habere , ex lata significatione vocabuli , num. 11. & num. 18.

3 *Faciens aliquid per alium fictè , & quadam iuris interpretatione , facere videtur per se .*

4 *Factum vnius , quod sit factum alterius impossibile est .*

5 *Pecuniæ in genere suo , functionem recipiunt .*

6 *Procuratoris factum , censetur factum principalis , fictè , & interpretatiuè , non autem verè , & realiter .*

7 *Acquisitio facta alicui per Procuratorem , censetur factum verum , & proprium ipsius principalis .*

8 *Acquisitionis adminiculum , vbi vertitur , tunc qui per alium facit , ipse propriè facit .*

9 *Ecclesia , quod per alium acquirit , propriè per se ipsam acquirere dicitur .*

10 *Per Procuratorem aliquid faciens , quando dicatur qui fictè , & interpretatiuè facere , vide distinctionem , & num. 11.*

12 *Procurator post susceptum mandatum , necessitate ciuili , illud exequi tenetur .*

13 *Mandatum rei turpis nullum est , & num. 14.*

15 *Decis. Put. & Achill. declarantur , & nu. 37. & 38.*

16 *Condemnatus simpliciter ad fructuum restitutionem , non tenetur vigore sententiæ , ad fructus perceptos per eum , in quem fuit facta translatio.*

17 *Translationis rei litigiosæ mandatum , vti rei probibitæ , non tenet.*

19 *Cessio facta alicui , non importat mandatum , sed veram , & propriam solutionem .*

20 *Liberatio ipso iure fit per delegationem , & transit omne periculum in cessionarium .*

21 *Cessionis nomen est duplex .*

22 *Cessio simplex illa dicitur , quæ fit ad commodum cedentis , solutionis causa .*

23 *Liberatio à debito per cessionem simplicem non contingit ante factam solutionem , & periculum est cedentis , non autem cessionarij .*

24 *Cessio , illa dicitur vera , & habetur loco solutionis , vt cum nomina debitoris venduntur , in solutum dantur , vel subdelegantur .*

25 *Cessio in dubio præsumitur simplex .*

26 *Nouatio in dubio non fit .*

28 *Delegatio inter contrahentes non dicitur facta , licet vtamur , verbo , delego , nisi interueniat formalis stipulatio , inter debitorem cessum , & cessionarium .*

29 *Datio in solutum non fit , nisi expressè dicatur , & postea sequatur cessio .*

30 *Nouatio de iure canonico etiam solo pacto fit , non minus , quàm de iure ciuili per stipulationem .*

31 *Debitor cessus , dum non soluit , remanet pristina actio .*

32 *Sententiæ verba , sunt strictè accipienda , quod fallit in duobus casibus .*

33 *Sententiæ verba , tunc non sunt strictè accipienda , quando aliàs sententia esset nullius effectus , & momenti .*

34 *Sententia non est strictè intelligenda , quando ex verbis sententiæ necessariò ex mente Iudicis infertur ad alium casum .*

35 *Sententiæ , quæ simpliciter condemnant Capitula , Collegia , Vniuersitates , &c. ad restitutionem fructuum perceptorum , nunquam verificari possent .*

Nam non contra Capitula , & Vniuersitates , quia nunquam verificari posset , quod per se percipiant , num. 35.

36 *Procuratores , & administratores , non possent conueniri proprio nomine , de his , quæ procuratorio , & administratorio nomine perceperunt .*

39 *Ad fructus restitutionem condemnatus de iure , etiam tenetur ad fructus perceptos per eum , in quem , lite pendente , transtulit rem litigiosam .*

Pro possessore habetur , qui alienat res litigiosas , n. 39.

40 *Arbitrium moderatur iuris rigorem , & operatur vt iudicetur secundum iuris æquitatem .*

41 *Fructus , qui per alium percipit , per se regulariter videtur percepisse .*

D E C I S I O CCCXCII.

IN lite mota per beneficiatos Ecclesiæ Mediolanensis,
contra Capitulum eiusdem Ecclesiæ, super immissione
percipiendi integram pensionem, de qua agitur, beneficia-
ti per duas sententias rotales obtinuerunt immitti, necnon
Capitulum condemnari ad restitutionem pensionum per-
ceptarum , à die litis motæ , quæ deinde per Rotam in de-
cisione facta die 15. Maij 1629. coram me fuerunt liquida-
tæ in scutis 1100. quam liquidationem esse veram , & Ca-
pitulum ad illam teneri , fuit etiam hodie habitum pro
constanti, quia licet exactio fuerit facta per Thesaura-
rium , fabricæ maioris, non autem per Capitulum , ta-
men facta fuit per dictum Thesaurarium , vigore cessionis
habitæ à Capitulo, & ad eiusdem vtilitatem, dum totidem
receperat à dicta fabrica maiori ad vtilitatem fabricæ do-
morum canonicalium , ex deductis in dicta decisione .

Solum itaque tunc difficultas stetit in eo , an Capitu-
lum teneatur ad restitutionem dictarum pensionum vigo-
re dictarum sententiarum, itaut eis poterit contra illud agi
executiuè, dum dictæ pensiones non fuerunt per Capitu-
lum , nec per eius Thesaurarium exactæ, sed per dictum
Thesaurarium fabricæ maioris, cum tamen † sententia 1
condemnas simpliciter ad fructus , debeat intelligi de fru-
ctibus perceptis per condemnatum , verè , & realiter , non
autem de ficta perceptione, & sic de ea, quæ fit per alium,
Put. *dec. 197. lib. 3.* Achill *dec. 21. re restit. spoliat.* Ex eo
nempe, quod verba † sententiæ debent accipi in propria 2
significatione, & sunt strictè intelligenda, & non ad intel-
lectum, quem verba possunt habere ex lata significatione
vocabuli, *l. Paulus, ff. de re iud. l. 1. vbi Doctor. C. si plures
vn. senten.* cum alijs in dictis decis. Putei , & Achillis alle-
gatis , qui tamen per alium † facit, fictè, & quadam iuris 3
interpretatione, per se facere dicitur, *l. 1. §. gessisse ff. de vi,
& vi arm. notat. Doctor. in c. qui per alium vbi* Din. *de reg.
iur. in 6. & in l. qui damnum dat. vbi* Dec. *ff. eod.* non au-
tem realiter per se facit, cum impossibile sit † quod fa- 4
ctum vnius sit factum alterius ad *l. inter stipulantem in
princ. ff. de verb. oblig. cum vulgatis .*

Sed nihilominus in dicta decisione coram me fuit reso-
lutum, Capitulum teneri executiuè vigore dictarum sen-
tentiarum , quæ in rem iudicatam transierunt , quæ de-
cisio cum hodie reuideretur , Domini in decisis persiste-
runt, ratio resolutionis fuit, quia cessio facta per Capitu-
lum fabricæ maiori, vim mandati habuit , ac ideo pensio-
nes exactæ per Thesaurarium dictæ fabricæ , vigore dictæ
cessionis, seu mandati habentur vt exactæ à Capitulo, non
fictæ, sed verè, & realiter, dum inde Capitulum consequu-
tum fuit liberationem à mutuo, quod à dicta fabrica acce-
perat, & pecuniæ exactæ per dictum Thesaurarium ex
dictis pensionibus, non diuersæ, sed eædem penitus censean-
tur cum illis , quæ Capitulum ex mutuo acquisiuit , † 5
cum pecuniæ in genere suo functionem recipiant . *l. 2. §.
mutui datio ff. si cert. pet.* Casond. *lib. 7. comment. cap. 1.
num. 4.* cum alijs in dicta decisione allegatis , quandoqui-
dem licet regula sit , quod factum procuratoris † censea- 6
tur factum principalis fictè , & interpretatiuè , non au-
tem realiter, & verè iuxt. doctr. Bart. *in l. si is qui pro em-
ptore n. 56. cum seqq. vers. venio ad secundum col. 15. ff. de
vsusp.* Alex. *cons. 65. num. 13. vol. 4.* tamen fallit , quando
prout

prout in casu nostro, agitur de acquirendo, & de lucro
7 caprando † quia cum acquisitio fiat realiter principali,
censetur etiam factum eiusdem propriè, & verè, *iuxt.
text. in l. certè §. si Procurator ff. precario, ibi si Procurator
meus me mandante, vel ratum habente precarium rogauit,
ego precario propriè habere dicor, quem text. ad
hoc vnicum, & singularem in iure reputat.* Bald. *in l.
vnic. §. ne autem num. 9. vers. existo, & numer. 19. vers.
item nota, C. de caduc. tollen.* vbi quod in omnibus fa-
8 ctis, in quibus vertitur † adminiculum acquisitionis; qui
per alium facit ipse propriè facit, & mirabilem appellat.
Iaſ. *in §. 1. in fin. nu. 14. instit. de act.* vbi magis ad casum
nostrum, quod Ecclesia, quæ per alium acquirit propriè
9 † per se ipsam acquirere dicitur, quos etiam in *d. §. si Procurator
allegat gloſ. marginoria, & prius idem per dictum
text. dixerunt Domini in d. cap. qui per alium, &* Bart. *vbi
sup. nu. 57.*

Præterea, vt benè aduertit vnus ex Dominis, non vi-
10 detur posse firmari regulam, quod faciens † per procu-
ratorem dicatur fictè, & interpretatiuè facere, sed po-
tius esse distinguendum, prout magistraliter distinguun-
tur. Bart. *in l. si vnus. §. seruus meus ff. de iniur. &* Alex.
d. conſ. 65. num. 16. quos Doctores communiter sequun-
tur videlicet inter mandatum rei licitè, & honestæ, &
de genere promissorum vt in præsenti, & mandatum
11 rei illicitæ, † de genere prohibitorum, vt primo casu fa-
ctum procuratoris indistinctè dicatur factum principalis
12 realiter, & verè, dum procurator † post susceptum
mandatum necessitate ciuili illud exequi tenetur, secus
autem esse in secundo casu, cum etiam post susceptum
mandatum procurator liberum habeat arbitrium exe-
13 quendi, aut non exequendi, quia † rei turpis nullum
est mandatum, *l. si non remunerandi §. rei turp. ff. mandat.
leg. si à reo §. fin. ff. de fideiuſſ.* Bald. & Salic. *in leg. non ideo
minus C. de accusat.* cum igitur in nostro casu mandatum
exigendi suceptum per Thesaurarium fabricæ maioris
14 fuerit mandatum rei licitæ, & quod post † illud susceptum
necessitate ciuili exiqui tenebatur, propterea exactio pen-
sionum per eum facta dicitur, vere, & realiter per Capi-
tulum facta.

15 Ex quibus non obstant decisiones † Putei, & Achillis
supra allegatæ, quia loquuntur in casu, in quo reus con-
uentus rem litigiosam lite pendente in alium transtulit,
qui proptera condemnatus simpliciter ad fructuum resti-
tutionem, non tenetur vigore sententiæ ad fructus per-
16 ceptos per eum in † quem fuit facta translatio, quia eum
ille fructus perceperit nomine proprio, & vti absolutè Do-
minus (licet talis non esset stante litis pendentia) non
autem perceperit de mandato, & nomine transferentis,
17 quia translatio † rei litigosæ vti rei prohibitæ mandatum
importare non potuit ex supradictis, proprerea in casu
dictarum decisionum non intrant dispositio *text. in d. l.
certe §. 1. ff. præcar.* nec limitatio, & distinctio supradi-
18 ctæ: quæ mandatum supponunt, sed intrat, quod † ver-
ba sententiæ sunt strictè intelligenda, & si de fructibus per-
ceptis, verè, & realiter per condemnatum non autem per
alium.

Non obstat etiam si dicatur cessionem prædictam per
Capitulum factam Thesaurario fabricæ maioris non im-
portare mandatum, sed veram, & propriam solutio-
19 nem, † ita vt ex tunc fuerit Capitulum penitus libera-
tum, & periculum nominis cessi in fabricam maiorem
translatum. *l. si mandato meo §. quod mihi debe-
bas, ff. mand. l. papil. 96. §. Soror. ff. de solut. & late per*
Surd. *conſ. 145. per tot.* & præsertim quia instrumentum
contractus initi inter Capitulum, & fabricam maiorem,
20 cantat de † delegatione, per delegationem autem fit ip-
so iure liberatio, & transit omne periculum, *l. 3. §. quod si
C. de nouat.*

21 Quia pro responsione est aduertendum duplicem † es-
se nominis cessionem, vnam simplicem, qualis est illa,
22 quæ fit ad commodum cedentis solutionis causa, vt †
cum quis cedit iura sua alteri ad exigendum ab aliquo cer-
tam quantitatem, vt de ea sibi de credito satisfaciat, &
hæc cessio non habetur loco solutionis, aut satisfactionis,
23 sed solum importat simplex mandatum, itaut † nul-
lo modo contingat liberatio ante factam solutionem sed
cedentis sit periculum, non autem cessionarij *iuxt. gloſ.
in l. legom in gloſ. mag. ad fin. ff. de liberat. legat.* Ale-
xand. *in l. si cum emptore numer. 4. post med. versic. vn-
de tenens, ff. de pact. bene declarat* Imol. *in leg. facta §.
si hæres numer. 4. ff. ad Trebell.* Socc. Sen. *conſ. 37. per tot. lib.
4. late* Gabr. *conſ. 115. per tot.* Eugen. *conſ. 73. num. 16. lib. 1.*
Cancer. *var. resol. lib. 2. cap. 16. num. 168.* Osasc. *decis. 62. n.
7. & de hac cessione loquitur text. in leg. 3. in princip. vsque
ad vers. quod si C. de nouat.* dum ibi dicitur quod potest re-
uocari, aut debitum exigi à cedente, dum non concurrit
vnum trium requisitorum de quibus ibi, in qua etiam
procedunt quæstiones quas firmat Gratian. *discept. 336.
per tot.*

Alia verò cessio est cum nomina debitoris venduntur,
in solutum dantur, aut delegantur, † & hæc cessio ha- 24
betur eo ipso loco solutionis, itaut ex tunc debitor cedens
liberetur, dum creditor nominis cessione contentatur, &
de hac cessione loquuntur iura in d. *§. Soror. & in d. §. quod
mihi debeas & in l. inter causas §. abesse ff. mand. l. dele-
gare ff. nouat. & in d. l. 3. §. quod si C. de nouat.* Bal. *in l.
pro debito C. de bon. auct. iudic. poſſ.* Gozzad. *conſ. 38. per
tot.* Cancer. *ibid. num. 174.* Soccin. Gabr. Osasc. & Surd.
vbi supra.

Qua distinctione sic præmissa, facile tollitur difficultas,
si quidem cessio pensionis, de qua agitur, facta per Capi-
tulum fabricæ maiori fuit simplex cessio nempe solu-
tionis causa, & sic importat simplex mandatum, prout
clarè conspicitur ex instrumento dicti contractus, seu ces-
sionis, vbi narratur, quod ad preces Capituli fuit obten-
tum decretum à deputatis venerabilis hospitalis ad effe-
ctum, vt Thesaurarius dicti Hospitalis possit recogno-
scere pro solutione facienda, ibi, *pro solutione faciendo
præfatæ pensionis vt infra assignandæ*, & ibi, *vsque quo
fuerint soluta d. scuta tria millia vt supr*, & ibi *assignaue-
runt, & delegauerunt, & assignant, & delegant ad solu-
tionem infrascriptarum aliarum librorum, &c* & inde fine
ibi, *& hoc ad eam pensionem consequendam, & exigen-
dam, &c.* ex quibus clarè patet quod cessio † fuit sim- 25
plex, & solutionis causa, tum quia talis in dubio cense-
tur Bald. *in l. fin. nu. 5. C. ad l. falcid.* Gabr. *d. conſ. 153.
n. 20. in fin.* tum etiam † quia in dubio non fit nouatio *l. fin.* 26
C. de nouat. ergo fuit simplex cessio, per quam non fit no-
uatio, non autem cessio absoluta, per quam nouatio fit
iuxta supradicta.

Deinde idem apertius probatur à sufficienti partium
enumeratione, quia supradicta secunda nominis cessio il-
la, videlicet quæ importat ipso iure liberationem cedentis,
fit vt dictum est, vno de tribus modis dumtaxat, videli-
cet † per nominis venditionem, per delegationem, aut 27
per dationem in solutum, quæ verò fuit facta per Capitu-
lum dicto Thesaurario in primis non fuit venditio, vt
ad oculum patet, deinde, nec delegatio, quia vt illa fiat
& ex ea contingat nouatio seu liberatio, non stat vis in eo,
† quod contrahentes vt hic vtantur verbo delego, dum 28
non interuenit formalis stipulatio inter debitorem cessum,
& cessionarium *l. 1. C. de nouat. in princ. & d. leg. 3. §. quod
si C. eod* Gabr. *d. conſ. 155. num. 13 cum seq. &* Surd. *d. conſ.
145. num. 4.* Tandem non fuit in solutum datio, † quia 29
illa non fit nisi expressè dicatur & postea sequatur cessio,
Gozzad. *in d. conſ. 38.* Socc. *d. conſ. 37. numer. 8. cum seqq.*
Paril. *conſ. 69. num. 10. cum seq. lib. 1. eo* Surd. *in dict. conſ.
145. num. 28.* Bellon. *dec. Genuæ 2. num. 26. &* Cartar. *decis.
19. nu. 2.*

Non obstat quod dum Capitulum visum fuit manda-
re Thesaurario Hospitalis vt solueret, & Thesaura-
rius acceptando promisit soluere Thesaurario fabricæ
maioris vti creditori, satis videatur in sulutum datio,
& propterea obligationem fuisse nouatam, & sic libera-
tionem sequutam, & maximè † cum de iure canonico 30
etiam solo pacto fiat nouatio non minus, quàm de iu-
re ciuili per stipulationem *iuxt. reg. text. in cap. 1. ext.
de pact. & his terminis* Gabr. *in d. conſ. 155. num. 14.* quia
quicquid fit inter mercatores ex eorum particulari stilo, de
quo Bald. *in d. l. fin. in fin. C. ad l. falcid.* Don. *conſ. 17.* Gabr.
vbi supra num. 18. cum seqq. veritas est, † quod dum, dum 31
debitor cessus non soluit remanet pristina actio, & sulum
obligatio additur obligationis, etiam quod soluere promi-
serit, dum non dicitur expressè quod fiat nouatio, aut
ex coniecturis nouandi animus necessariò colligatur, *iuxt.
d. l. fin. C. de nouat. & in puncto videntur esse optima iura in l.
item illa 18. §. vetus & l. vbi quis pro alio ff. de const. pecun.*
Surd. Gabr. & Osasch. *in loc. citatis, & in his terminis* Alex.
conſ. 173. per tot. lib. 7 & Faber. *in C. diffin. 3.* hic autem
non adsunt pactum nouandi, nec tales coniecturæ ex qui-
bus colligi possit, quod partium intentio fuerit, vt noua-
tio fiat

tlo fiat immo in contrarium ex verbis instrumenti ex allijs supradictis, & patet ad sensum, quia non est verisimile, quod fabrica maioris Ecclesiæ fuerit taliter contentata, vt per consensum soluendi per Thesaurarium Hospitalis præstitum, voluerit in omnem euentum liberare Capitulum, quinimmo, nec contentari potuit dum in decreto interposito super licentia hoc non fuit expressum.

Secundò & in omnem casum quando etiam factum Thesaurarij vigore d. mandati non esset verè & realiter factum Capituli, respondetur prædictis decisionibus Achil-
32 lis, & Putei, quod licet † verba sententiæ regulariter sint strictè accipienda, tamen fallit in duobus casibus, in quibus receditur è propria significatione & fit extensio
33 etiam de vno casu ad alium. Prior est † quando aliàs sententia esset nullius effectus, & momenti, *leg. aduersus 34. vers. quid ergo ff. de recept. arbitr.* Ang. 257. *col. fin. vers. Superest autem videre*: Secundus casus est,
34 † quando ex verbis sententiæ necessariò ex mente Iudicis infertur ad alium casum Bart. *in l. Iulianus verum debitorem nu. 15. ff. de cond. indeb.* Alex. *cons. 125. vol. 1.* Dec. *cons. 43. num 4.* qui duo casus hic bene applicantur, nam in primis condemnatio ad restitutionem pensionum esset superflua, nisi intelligeretur de pensionibus perceptis per Thesaurarium fabricæ maioris, tum quia Capitulum lite pendente non exigit alias pensiones, in quibus condemnari potuerit, tum etiam quia nunquam verificari potest, quod Capitulum possit exigere per se ipsum, sed per medium alterius personæ, ab eo potestatem habentis, ergo sententia debet intelligi, & exequi in pensionibus exactis per dictum Thesaurarium alioquin sequere-
35 tur, quod sententiæ, quæ simpliciter condemnant Capitula, Collegia, Vniuersitates, & similes ad restitutionem fructuum perceptorum, nunquam exequi possent, non contra Capit. & Vniuers. quia numquam verificari posset, quod per se percipiant. Deinde nec con-
36 tra procuratores & administratores, quia † ipsi non possunt conueniri proprio nomine, de his quæ procuratorio, & administratorio nomine perceperunt *l. 2. ff. de administ. tut. l. tutori, ff. quando ex facto tutor. l. 4. §. tutor quoque, ff. de re iudic. & notat* Bart. *& ibi Doctores in l. procurator qui pro euictione ff. de procurat.* non tamen supradi-
37 cti duo casus applicantur prædictis † decisionibus Achill. & Putei quandoquidem in casibus, de quibus ibi, condemnatus ad restitutionem fructuum, qui lite pendente in alium rem litigiosam transtulit, potuit etiam per se ipsum fructus percepisse, tam ante, quàm post translationem, in quibus poterat condemnatio verificari, itaut non esset superflua, & sic termini sunt diuersi.

Tandem fuit sublata omnis difficultas ex quo beneficiati ad tollendas difficultates ortas, & excitatas ex dictis duabus decisionibus Achill. & Putei, necnon Dominorum varias sententias habuerunt recursum ad Signaturam Sanctissimi, quæ mihi rescripsit, vt constito quod termini exacti per Thesaurarium fabricæ maioris cesserint in commodum, & ad vtilitatem d. Capituli, vel fabricæ canonicalis, & quod Thesaurarius fabricæ maioris exegit procedere ad vlteriorem executionem rei iudicatæ, perinde, ac si verè, & non fictè Capitulum exactionem huiusmodi fecisset arbitrio Rotæ, arbitrium autem pro executione intrare (quicquid esset de supradictis) non est
38 dubium: etenim est † clarum, quod decisiones Putei, & Achillis, procedunt de stricto iuris rigore, dum habetur in eis, & est certum quod condemnatus ad fru-
39 ctus, de iure tenetur etiam † ad fructus perceptos per eum, in quem lite pendente transtulit rem litigiosam, & quod potest ad eos de iure condemnari, ex quo habetur pro possessore, quia tamen verba sententiarum sunt strictè intelligenda, fuit dictum in d. decisionibus, sententias de quibus ibi, quæ condemnant ad fructus perceptos, intelligendas esse de perceptione vera, & non
40 ficta: vnde † cum arbitrium moderetur iuris rigorem, opereturque vt iudicetur, secundum iuris æquitatem Bart. *in l. 1. num. 5. C. de legib.* Modern. *de clauf. par. 2. clauf. 13. num. 3. &* Rot. *decis. 85. num. 4. & decis. 179. num. 2. par.*
41 *2. recent.* & de iure † etiam fit quod percipiens per alium per se percepisse dicatur, itaut si petatur possit, & debeat ad eorum restitutionem condemnari, propterea si in casu dictarum decisionum procul dubio intraret arbitrium, quia non esset contra ius, sed potius secundum ius, & solum moderatio, seu declaratio verborum sententiarum, multo magis in casu nostro intrare debet, dum constat, quod exactio cessit in vtilitatem Capituli, adeo quod aut nunquam erit dare casum, in quo possit intrare arbitrium ad moderandum iuris rigorem aut certè intrare debet in hoc casu ad moderanda, seu potius declaranda iuxta iuris dispositionem verba sententiæ, de qua agitur maxime cum semper DD. pro maiori parte per supradicta (etiam circumscripto arbitrio) fuerint pro beneficiatis.

Et ita vtraque, &c. sæpius informante.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Romana donationis de Castellanis.

Die Lunæ 17. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Pactum nudum de iure Canonico producit actionem, & exceptionem. Donatio contemplatione matrimonii facta non eget insinuatione. Liberè donans non potest postea in instrumento apponere pactum reuersiuum, & alias conditiones.

SVMMARIVM.

1 *Pactum nudum de iure Canonico, obligationem, & exceptionem producit.*

2 *Promissio de donando, habetur pro donatione, & agi potest tanquam ex ipsa donatione.*

3 *Dos data, & promissa æquiparantur.*

4 *Donatio est insinuanda, etiam si facta sit contemplatione matrimonij.*

5 *Sed contrarium est verius, & Rota ita sæpe iudicauit.*

6 *Donans liberè, non potest in instrumento apponere pactum reuersiuum, & alias conditiones, sed instrumentum debet esse purum, & simplex.*

7 *Donatio in dubio, præsumitur pura, nec conuenit illius naturæ, vt reuertatur ad donantem.*

8 *In donatione fauore matrimonij, non possunt noua pacta apponi sine consensu filiorum, & vxoris.*

9 *Donatio causa matrimonij, cuius fauore dicatur facta.*

DECISIO CCCXCIII.

CVM ageretur de matrimonio contrahendo inter bo. mem. Bartholomæum Castellanum, & D. Cæciliam de Capitostis, per hæc verba conuentum fuit: *Che Monsignor Gio. Andrea sudetto debba far donatione inter viuos in forma valida, contemplatione matrimonij, al sudetto Sig. Bartolomeo, ò suoi figliuoli di scudi 20. mila, de' quali però sostenendo Monsignore li pesi del matrimonio, egli habbia l'amministratione, e quando detti Signori Sposi non volessero, ò potessero stare con detto Monsignore, in tal caso esso Monsignore sia tenuto consegnarli liberamente detti scudi 20. mila in tanti luoghi di monti, ò censi, ò beni stabili quì in Roma.*

Sub forma autem capitulorum huiusmodi cotracto matrimonio, ex hac vita migrauit postmodum Bartholomęus relicto ex dicto matrimonio Francisco Ambrosio, vnde dubitaui, an præfatus R. P. D. Castellanus teneatur ad dictam donationem, & quatenus sic, an faciendo instrumentum iuxta formam minutæ exhibitæ in Rota, satisfaciat suæ obligationi.

Et quantum attinet ad primum, † nulla adest difficul- 1
tas, quod pactum nudum de iure canonico, obligationem, & actionem producit, *c. quamquam de vsur. in 6.* Couarr. *in c. quamuis pactum, 2. par. § 4. num. 13. vers. decimo* Azeuedus *in leg. 2. tit. 16. lib. 5. recompilat. glos. 1. numer. 1.* & quamuis istud pactum videatur potius conti-
nere promissionem de donando, promissiò † tamen pro 2
donatione habetur, vt in puncto quod pactum de donando pro donatione habeatur Bartolus *in l. quod dicitur la seconda, ff. de verb. obligat.* & latissimè post alios Menoch.

noch. *conf.1. num.134. & seqq. & conf.92. num.27. 34. & 63. & conf.967. num.1.* Alciatus *respons.117. num.100. late* Gratian *disceptat.887. nu.20.* & quod ex pacto de donando possit agi tanquam ex ipsa donatione, Surd. *conf.535. num.*
3 8. quemadmodum hinc etiam videmus, † quod idem statutum est in dote data, ac promissa, *l. vlt. C. de dotis promissione, l. filia dotem, C. de collat.*

Neque obstat, quod hujusmodi donatio non fuerit in-
4 sinuata, prout videtur necessarium, † etiam quod donatio fuerit facta contemplatione matrimonij, Paris. *conf. 26. numer.26. & seqq. lib.2.* Tiraq. *in l. si vnquam, in vers. donatione largitus num.241.* Gabr. *conf.57. num.9. & 13. lib.2.* Surd. *conf.361. numer.3. & seqq.* Nam contrarium
5 † est verius, Dec. *conf.414. num.5.* Alex. *conf.12. num.5. vol.1.* Natta *conf.449. num.20. & 31. & 39.* Menoch. *conf. 261. num.9. & seqq.* Surd. *conf.214. num.16.* Purpuratus *conf.353. num.29.* & pluries resoluit Rota, *vt in causa Beneuentana donationis 11. Octob.1581. coram bo. me. Gipsio, & coram recol. meum. Card. Millino in causa Spoletana Terrarum 21. Iunij 1599. & in alia causa Auximana bonorum 4. Mart. 1604.* san. mem. Gregorius *decis. 563. numer.11. & seqq. & in alia causa Camerinen. donationis de Ottonibus, 17. Febr. 1623. coram bo. me. Remboldo.*

Quantum attinet ad secundum, An si D. Castellanus faciat instrumentum iuxta formam minutæ, satisfaciat suæ obligationi visum fuit, quod non quia cum liberè
6 † donauerit, non potest in instrumento apponere pactum reuersiuum, & alias conditiones, sed instrumentum debet esse purum, & simplex *l. perfecta, C. de donat. quæ sub modo* Bald. *conf.327. in princ. lib.1.* Antonius Gomez *in l. 57. Tauri num.22.* Molina *de primog. lib.1. c.8. n.37.* Castill. *lib.3. controuer. c.10. n.6. & 7.*

Et cessat omnis difficultas, quia etiam si illud pactum non haberet vim perfectæ donationis, nihilominus talis donatio deberet fieri, quæ non repugnet naturæ dona-
7 tionis, † donatio etenim in dubio intelligitur pura, & libera, nec conuenit naturæ illius, vt reuertatur ad donantem. Achill. *decis. vnica num.7. de donat* Put. *decis. 73. num.3. lib 3.* Mant. *de contractib. lib.13. tit.21. numer. 22.* & fuit dictum coram me in causa *Viterbien. Castrorum 21. Iunij 1628.* præsertim, quia cum agatur de pa-
8 cto donationis fauore matrimonij, noua † pacta apponi minimè possunt, nisi de consensu filiorum, & vxoris, de quorum agitur interesse, cum pactum de donando sit
9 etiam ad ipsorum fauorem, † tamquam factum fauore matrimonij, Aym. *conf.985. num.87. vers.11.* Menoch. *conf. 944. num.74.* & donationatio debuisset concipi eisdem verbis, quæ pactum continet, hoc tamen dictum sit ex abundanti, &c.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

¶ Infra in secundo Tomo habentur in eadem causa duæ aliæ decisiones sub diebus 23. Iunij 1631. & 10. Maij 1632. coram eodem bo. mem. Reuerendiss. Coccino sunt decisiones 58. & 117.

R. P. D. GHISILERIO.

Lucana Successiouis.

Die Lunæ 21. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Pater post bannum, an desinat esse administrator bonorum filij, & an possit pro illo agere, & plura circa hanc materiam bannitorum.

SVMMARIVM.

1 *Pater per bannum amittit administrationem bonorum filij, & interim est assignanda curatori, donec pater restituitur, vel filius deuenit ad legitimam ætatem,*
2 *Pater per exilium propriæ Ciuitatis, non amittit patriam potestatem in filium.*
3 *Per exilium, licet quis amittat iura, & bona propriæ Ciuitatis, non tamen amittit iura communia ciuium Romanorum.*
4 *Filio banniti non datur tutor, quia datur ei, qui non est in potestate alterius.*
5 *Filio banniti datur curator ad instar eius, cuius pater est apud hostes.*
6 *Deportato interdicitur totus Orbis, excepta insula, in qua deportatur, & num.16.*
Bannito licet manere in vniuerso orbe, excepta terra vnde exulat, num.6. & 16.
7 *Bannum non afficit, nisi in territorio, vbi quis est bannitus.*
8 *Iurisdictio coarctata quo ad locum, extra ipsum non extenditur.*
9 *Pater licet sit bannitus, nihilominus potest agere pro filio, & num.11.*
10 *Bannitus potest contrahere, & alia facere, quæ cæteris hominibus competunt.*
12 *Iudicium fauore minoris infantis, & pupilli, claudicat.*
Sententia ad fauorem minoris lata, sustinetur etiam si sit lata cum procuratore minus legitimo num.12.
13 *Sententia lata ad fauorem minoris sine curatore, valet.*
14 *Filius banniti in pœna capitali, censetur filius noui hominis, & non potest aspirare ad fideicommissum.*
15 *Banniti nostri temporis cum publicatione bonorum, & qui impunè possunt offendi, non æquiparantur deportatis.*
17 *Banniti nostri temporis, propter crimen læsæ maiestatis diuinæ, humanæ, æquiparantur deportatis.*
18 *Banniti pro crimine capitali, licet impune possint occidi, tamen eorum condemnatio grauat eos solum in ære & iuribus suis.*
19 *Bannum præsumitur latum in contumaciam, ex quo sententia lata est contra absentem.*
Contumacia non probat delictum, num.19.
20 *Statutum disponens, quod contumax habeatur pro confessa, nihilominus talis confessio erit ficta, & non vera.*
21 *Patris factum, non nocet filio, qui non ex persona patris succedit, sed ex propria, vti vocatus à testatore.*
22 *Filius non natus, aut conceptus tempore purificati fideicommissi, an in eo includatur.*
23 *Voluntas in vltimis voluntatibus prædominatur.*
24 *Filius natus post euentum conditionis fideicommissi, quando ad illud admittatur.*
24 *Dominium rerum fideicommissi, quando alicui reuocabiliter acquiratur.*
26 *Defunctorum voluntates non debent stare in suspenso, & nu.27.*
28 *In fideicommissis non est nouum, vt dominium rerum vni reuocabiliter acquiratur.*
29 *Dominium reuocabiliter acquiritur in omnibus conditiobus resolutiuis,*

DECISIO CCCXCIV.

PER mortem Thomæ de Albianes sine filijs, fuit factus locus primogenituræ ab eo constitutæ sub arctissima prohibitione cuiuscunque alienationis, ad fauorem Nicolai primò vocati, qui cum decesserit, relictis tribus filijs, Vincentius primogenitus vti talis successit in dicta primogenitura, & cum à fisco Ducali Florentino fuerit in pœnam capitis damnatus cum confiscatione bonorum, amisit beneficium primogenituræ, verum quia Thomas testator in casum cuiuscunque alienationis, etiam ex delicto substituit alium primogenitum non contrafacientem, Thomas alter frater germanus Vincentij, exhibito testamento à Fisco Florentino obtinuit dicta bona subiecta primogenituræ. Post hæc Vincentius durante d. banno ex sua legitima vxore suscepit filium masculum Ioannem Franciscum, qui prætendens ad se, vti primogenitum Vincentij primogeniti delatam esse suc-

successionem, in Rota obtinuit sententiam fauorabilem,
qua fuit resolutum, fideicommissum fuisse purificatum
ad fauorem filij primogeniti concepti, & nati post bannum
patris, à qua cum fuisset interposita appellatio pro parte
Thomæ tam sub prætextu nullitatis quàm iniustitiæ, du-
bitaui, an esset confirmanda, vel infirmanda, DD. tamen
ex rationibus infra deducendi, eam validam, & iustam
censuerunt.

Nullitatem deducebant ex eo, quod sententia fuerit la-
ta ad instantiam procuratoris dati per patrem durante
banno vti legitimum administratorem bonorum filij, nam
1 per bannum amisit dictam † administrationem, quæ pro-
pterea erat assignanda curatori, quousque vel pater resti-
tueretur in pristinum, vel filius deueniret ad legitimam
ætatem ex tex. in l. fin. §. minores C. de senten. pass. vbi Bald.
num. 12.

Quæ tamen non obstat, quia etiamsi Curator potuisset
dare mandatum ad hanc litem in Curia, tamen si Pater
retinet patriam potestatem, remanet legitimus Admini-
strator, vt potuerit dare mandatum, nam exilium pro-
2 priæ Ciuitatis, † non amittitur ius patriæ potestatis in fi-
lium, quia nulla lege hoc cauetur, & licet pater amittat
iura, & bona propriæ Ciuitatis, tamen non amittit iu-
3 ra communia Ciuium Romanorum, † sicut est patria
potestas, firmat Bald. in l. 1. num. 30. C. de hæred. instit. &
Bursat. cons. 54 num. 2. lib. 1. ex communi sententia, ea
enim est de iure communi Ciuium Romanorum instit. de
patr. potest. in princ. sic concludunt Bald Ang. & Alex. in
l. si eum dotem §. si patri ff. solut. matr. Peregr. lib. 3. tit. 7.
4 num. 23. de iur. fisci, ideoque filio † banniti non datur Tu-
tor, quia datur ei, qui non est in potestate alterius l. fin.
in princ. C. de Curat. Furios. & instit. de tutel. in princ.
5 Sed Curator, † ad instar eius, cuius pater apud hostes
est, l. muto §. ei cuius ff. de tutel. Differunt enim depor-
tati à bannitis, cum deportato interdicatur totus Orbis ex-
6 cepta insula, † bannito verò liceat manere in vniuerso
Orbe, excepta Terra vnde exulat, facit tex. in l. neces-
sarium ff. de orig. iur. nam bannum non afficit personam,
7 † nisi in territorio, vnde est bannitus, cum sit pœna per-
sonæ in loco, & non personæ simpliciter, quia iurisdictio
8 coarctata quoad locum, extra ipsum locum † se non exten-
dit l. 1. ff. de off. Procons. l. 1. §. initio ff. de off. Præfect. Vr-
ban. & l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. Vnde bannitus extra ter-
ritorium, reducitur ad instar priuati, & propterea cum
in hoc casu iudicium agatur Romæ, quæ non est subiecta
sententiæ capitali latæ contra patrem, nil impedit quomi-
9 nus ipse potuerit agere pro filio, † cum effectus banni non
porrigatur extra dictionem bannientis ad l. 3. ff. de off. Præ-
sid. l. 3. ff. de iurisd. omn. iud. Idque in terminis firmat Vant.
de nul. ex defectu inhabilitatis n. 54. Ex quibus apparet, pa-
10 trem etiam bannitum potuisse contrahere, & † alia face-
re, quæ ceteris liberis hominibus competunt de iure com-
muni, Surd. cons. 394. nu 23. Bar. in l. eius qui §. 1. nu 2. ff.
de test. & in l. certa forma, C. de iur. fisc. lib. 10. multos al-
legat Alex. in l. ex facto, num. 7. & seqq. vbi Rip. dicit com-
11 munem ff. ad Trebell. & sic agere pro † filio, quia ratione
patriæ potestatis, habet hanc facultatem à lege.

Sed quatenus etiam Vincentius amisisset patriam pote-
statem, & legitimam administrationem bonorum spe-
ctantium ad filium, non tamen ideo corrueret sententia la-
ta pro Io: Francisco eius filio, quia fauore minoris infan-
12 tis; & pupilli claudicat iudicium, † & sententia in eius
fauorem sustinetur, quamuis lata cum procuratore minus
legitimo, l. non eo minus C. de procur. Vant. de nullit. ex def.
mandat. n. 21. Ibi lata tamen in eius fauorem, &c. Sord. cons.
13 9. n. 13. vbi quod sententia lata fauore minoris sine Curato-
re est valida, Greg. dec 574. n. 3.

Nec DD. visa fuerunt releuare, quæ opponebantur
contra iustitiam sententiæ sub prætextu quòd Ioannes
14 Franciscus, tanquam filius † banniti in pœna capitali,
censeatur filius noui hominis, itaut non potuerit aspirare
ad fideicommissum per tex. in allegata l. ex facto §. ex facto
15 ff. ad Trebell. quia banniti nostri temporis cum † publi-
catione bonorum, & qui impunè offendi possunt non
æquiparantur deportatis per multas differentias, quas
contra glos. in §. relegati inst. quib. mod. ius pat. pot. Sol. in
verb. retinet, adducit Bart. in q. 1. quam disputauit Pisis,
quæ incipit statuto Lucanæ Ciuitatis, cuius dictum se-
quitur, & comprobat Bald. in d. l. C. de hæred. instit. num.
16 30. Ex † quo, vt fuit dictum supra, deportato interdicitur
totus Orbis, excepta insula in quam deportatur, bannito
verò in vniuerso orbe manere licet, dempto territorio, ex
quo exulat. Neque controuerti potest, quin plures Doct.
sentiant contrariam opinionem, ea tamen, vel est reijcien-
da tanquam communiter damnata, vel intelligenda † in 17
bannitis propter hæresim, vel delictum læsæ maiestatis, in
quibus terminis loquitur Bart. in l. si adulterium §. liberto ff.
de adulter. iux. l. minimè ff. de releg. l. post liminium §. filius ff.
de capt. & post limin. reuers. Grat. discep. forens. c. 462. n. 4.
Put. decis. 417. nu. 5. Secus verò in alijs bannitis pro alio cri-
mine capitali etiam quod impunè possint offendi, † cum 18
horum condemnatio non grauet illos nisi in ære & iuribus
suis, Peregr. de iur. fisc. lib. 3. d. tit. 7. num. 13. Farinac. in
prax. q. 102. num. 19. Salic. in l. 1. q 6. C. de hæred. inst. Rip.
in l. fin. q. 23. C. de reuocand. donat. Socc. Iun. cons. 54. lib. 3.
Vltra quod Vincentius non potest reputari nouus homo,
aut nudatus iuribus, & facultatibus prouenientibus ex
iuris communis dispositione, cum bannum præsumatur † 19
latum in contumaciam, ex quo sententia lata est contra
absentem l. Papinianus §. meminisse, vbi Bart. ff. de inoff.
testam. quia contumacia non delictum Bart. in l. absen-
tem, num. 1. ff. de pœn. Castr. in l. cum filius familias num.
3. de verb. oblig. etiam si adsit statutum, vt contumax ha-
beatur pro † confesso talis enim confessio est ficta, no- 20
tant Doct. in d. l. cum filius Bero. cons. 202. num. 43. lib.
3. Tunc magis ob contumaciam, quàm ob delictum di-
citur condemnatus l. si ideo ff. de euict. l. 1. in fin. C. de pe-
ric. & commod. rei vend. Rot. dec. 369. num. 9. par. 1. di-
uers. Et in † omnem casum, factum patris banniti non 21
potest nocere filio, qui non venit ex persona, & successio-
ne patris, sed ex propria vti vocatus à testatore. Bart. in l.
liberorum n. 16. de verb. signif. Bursat. cons. 186. lib. 2. Hond.
cons. 72. n. 43. & seqq. lib. 1. & sic ex prouidentia, & disposi-
tione Thomæ senioris instituentis fideicommissum Socc.
Iun. cons. 174. nu. 29. Gabr. cons. 123. nu. 45. in fin. Gozadio.
cons. 34. n. 14.

Non etiam concluditur iniustitia, ex quo filius tempo-
re † purificati fideicommissi natus, aut conceptus non 22
erat, vnde non videtur includi in dicto fideicommisso per
ea quæ not. Bart. in l. si cognatis ff. de reb. dub. benefacit l.
qui filiabus ff. de leg. 1. Ita vt per eius subsecutam natiuita-
tem, bona nequeant auocari ab aduersario, qui erat pri-
mogenitus tempore purificati fideicommissi; quia prædicta
procedunt, nisi aliàs appareret † de voluntate testatoris 23
quæ in vltimis voluntatibus prædominatur l. in conditioni-
bus primum locum ff. de condit. & demonstr. l. ex facto ff. de
hæred. inst. l. eum virum, C. de fideic. Vnde extantibus co-
niecturis, quod testator voluerit etiam post euentum con-
ditionis, natos primogenitos concurrere, & hi admittendi 24
erunt, ita scribunt Ruin cons. 22. nu. 11. & seqq. lib. 2. Ri-
mio. Iun. cons. 564 n. 14. & seqq. Menoch. cons. 830. nu. 18.
Peregr. cons. vlt. lib. 3 & 7. lib. 5. Socc Sen. cons. 51. num. 41.
& seqq. lib. 4. Fusar. de subst. q 318. nu. 77 Nec potest dubi-
tari de coniecturis, cum habeamus expressam vocationem
omnium descendentium nasciturorum ex Nicolao primo-
genito, cum expressa dispositione, quod donec durat linea
Nicolai, non admittatur secundogenitus, itaut propterea
quousque spes extat, quod ex linea Nicolai primogeniti sit
nasciturus aliquis filius, successio bonorum non fuerit de-
lata, nec acquisita secundogenito † nisi reuocabiliter, 25
quousque nascatur filius ex primogenito iux. cons. Roman.
134. prout in hoc casu quando sunt vocati nascituri, viden-
tur conuenire omnes Doct. Petra de fideic. q. 22. n. 76. testa-
tur de com. Fusar. d. q. 318. n. 86 & 97 q. 11. nu. 383. qui cu-
mulat concord. Pereg. de fideic.

Non obstat quod † defunctorum voluntates non possint 26
stare in suspenso leg. vltim. in fin. ff. com. prædior. leg. si
ex duobus, §. sed & Marcellus ff. de in diem addict. glos.
Doct. in leg. si ego ff. de solut. At si nati post euentum
conditionis possent concurrere cum natis illo tempore
purificatæ conditionis, dominium stetisset in suspenso à
tempore purificatæ conditionis vsque ad natiuitatem na-
torum post: quia placuit responsio, Thomæ non fuisse
ius quæsituro irreuocabiliter, sed reuocabiliter sub con-
ditione, donec nasceretur primogenitus ex primogenito,
iuxta dispositionem testatoris, qui vocauit nascituros;
ideoque Io: Franciscus primogenitus superueniens fe-
cit deficere causam successionis, & Thomas posterior
in gradu occupauit bona, ne fiscus illa caperet, sed
non in præiudicium eorum, qui postea nascuntur quin
postea

postea teneatur eis restituere, Fachin. *controuers. iur. lib. 4. cap.88.per tot.* Castr. *cons.247.* quem fuerunt secuti Ruin. *cons.22. lib.2.* Natt. *cons.675. num.6.* Roland. à Valle *cons. 70. num.47. lib.3.* Rota *in Romana pecuniaria 30. Aprilis 1629. coram R. P. D. meo Merlino*. Et in materia fideicom-
27 missorum † non est nouum, vt dominium rei vni acqui-
ratur reuocabiliter, vt reuocari possit *l. penal. §. sia autem sub conditione. C. communia de leg. idem* Fach. *vbi supra vers. nec difficile est*. Præterea hoc casu dominium de facto non stetit in suspenso, sed solus eius effectus, seu potius continuatio, vt scilicet Thomæ dominium reuocabiliter esset acquisitum, expiraturum tamen statim atque
28 filij nati essent Vincentio, idque † euenit in omnibus con-
ditionibus resolutiuis, ita declarat Ruin. *cons.22. in fin. lib.2.* Decian. *cons. vlt. n.4. lib.1.* Menoch. *cons.1213. n.18.* & declarauit Rota *in d. Romana pecuniaria coram R. P. D. meo Merlino*.

Ex quibus vtraque parte informante, pro validitate, & iustitia sententiæ Rotalis fuit resolutum &c.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Romana, seu Rauennaten. pecuniaria.

Die Veneris 26. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Arbitrium, quando intret pro sanandis nullitatibus. Contractus, vbi dicitur habuisse perfectionem. Mercator non subditus per celebrationem contractus efficitur. Iuramentum calumniæ, quando non sit necessarium.

SVMMARIVM.

1 *Nullitates, quando vel non sunt tales, vel turbidæ, aut leues, semper intrat arbitrium in æquitate fundatum, ad nullitates remouendas.*

2 *Consensus in contractibus vbi iunguntur ibi dicitur perfectus contractus.*

3 *Bald. in l. multum interest. num.28. C. si quis alter vel sib.*

4 *Per contractum in Curia, qui non est subditus, efficitur subditus, et cessat qualitas forensitatis.*

5 *Mercator origine forensis, occasione tamen contractus subditus illius loci, agere potest executiuè contra Mercatorem prædicti loci.*

6 *In repetitione solutorum cessat via executiua, & exactus agere debet via ordinaria.*

7 *Litteræ cambij inter Mercatores, paratam habent executionem.*

8 *Executiua via, quando admittitur, cessant nullitates monitorij, seruationis terminorum, citationis ad sententiam, & sententiæ per cedulam. Iudicium ordinarium, & non executiuum, quæ respiciunt. num.8.*

9 *Calumniæ suspicio cessat, quando constat de iustitia agentis, & tunc iuramentum calumniæ non est necessarium.*

10 *In executiuis prius decerni debet mandatum cum clausula, nisi infra tres, & deinde relaxatur ad primam diem, & hoc secundum stylum A.C. & num.11.*

12 *In Mercatorum causis proceditur ex bono, & æquo.*

DECISIO CCCXCV.

MASPERGII mercatores Rauennaten. direxerunt litteras Palagijs, & Falconerijs in Vrbe commorantibus, vt soluerent certis personis quantitatem pecuniarum, quæ acceptatæ, & completæ fuerunt, mox ijdem Maspergij conuenti pro eadem quantitate restituenda, mandatum executiuum contra eos fuit relaxatum. Appellatione autem interposita, cum multæ nullitates opponerentur emanauit commissio sanatoria arbitrio Rotæ terminanda, & cum hodie in hac parte dubitaretur, fuit responsum arbitrium intrare.

Regulare enim est, quando nullitates vel non sunt ta-
les, vel turbidæ, aut leues, semper intrat arbitrium † 1
in æquitate fundatum ad nullitates remouendas, Crescen. *dec.4. de testibus*. Seraph. *dec.1134. nu.1. cum alijs alleg. in* Add. *decis.189. num.8.* coram Papa Greg. XV. quæ æquitas in præsenti super abundat; dum Mercatores Romani sequendo fidem Rauennatensium eorundem litteras, & ordines adimpleuerunt soluendo personis nominatis.

Quæ igitur ex defectu iurisdictionis A.C. deductis etiam absque arbitrio visa fuit posse euitari.

Nam & si Maspergij prætendant debuisse conueniri in proprio domicilio, non autem coram A.C. in Vrbe, & neque contra eos vti mercatores forenses potuisse executiuè agi defectu facultatum A.C. ac demum viam executiuam, quam habent litteræ cambij de stylo Curiæ non posse extendi in actione contraria mandati, ad repetendum soluta contra Maspergios.

Attamen primum videtur cessare; quia contractus conclusus fuit per epistolam eorundem de Maspergijs, & consensum mercatorum acceptantium in Vrbe; vbi au-
tem consensus † iunguntur, ibi dicitur perfectus contra- 2
ctus, non autem in loco, à quo dirigitur epistola, & ibi valide Maspergij potuerunt conueniri, Bald. *vtrumque determinans in l. multum interest. num.28. &* Salic. *num.17. C. si quis alteri vel sibi* Rota Ianuen. *decis.161. nu. 4.* Alberic. *in l.2. n.4. ff. de procur.* Rota *in Valentina mercedis coram D. meo Decano inter eius impressas 116. num. 2.* neque dicatur quod hoc modo possent conueniri Romæ totius mundi mercatores, à quibus litteræ diriguntur, & è conuerso Romani mercatores alibi dirigentes ordines, & litteras, quod dicebatur absurdum: quia huiusmodi
instantia non tollit fundamentum Baldi † & aliorum, 3
qui Baldum sequuti sunt, quando sub eodem Principe contrahentes domicilium habent, & facultates Iudicis non deficiunt: propterea tollitur, & secundum de carentia facultatum agendi executiuè contra mercatores forenses, prout sunt Maspergij non autem mercatores Curiæ, vt dicunt facultates A. C. impressæ per Salust. post
praxim num.9. quia per contractum † in Curia, qui 4
non est subditus efficitur subditus, & cessat qualitas forensitatis *l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudic.* Alex. *cons.164. num.3. vol.6.* Rolan. *cons.48. n.19. vol.3.* Surd. *cons.204. num.13. & 257. num.3.* & quia ratione mercator origine forensis: occasione tamen contractus subdi-
tus † potest agere executiuè contra mercatorem Curiæ: 5
eodem modo debet curialis posse agere contra alium mercatorem forensem ex eisdem facultatibus, cum concernant ordinatoria, & seruanda in loco iudicij, siue agatur de ordine processus, siue de ordine executionis, Bald. *in l.1. numer.10 C. ne filius pro patre, & in l.1. num.2. C. de execut. rei iud. latissimè idem* Surd. *cons. 204. num.7. lib.3.* nec releuat vltimum, quod cesset via
executiua in repetitione † solutorum, & exactus agere 6
debeat ordinaria, Scacc. *de appell. quæst.17. limit.9. numer.58. cum alijs alleg. in addit. decis.581. num.10.* coram Papa Greg. XV. quia quicquid sit, quando indifferenter fuit actum vigore obligationis Cameralis, & soluens vult repetere ab eo, qui vigore obligationis exegit, attamen vbi agitur inter mercatores, & contra mercatores,
actione contraria mandati, & vigore † litterarum cam- 7
bij, vt in præsenti, sicuti in directa paratam habent executionem aduersus acceptantes litteras Seraphin. *decis.562. num.2.* Bald. *cons.340. nu.4. lib.1.* Rota Ianuen. *decis.2. num.9. & 126. num.8.* ita & in contraria, ad instar fideiussorum eandem habere debent Henringius *de fideiussor. c.26. num.8 &* Coller. *de process. execut. par.
2. c.2. num.4.* admissa autem via † executiua, cessant 8
consequentes nullitates monitorii, seruationis terminorum, citationis ad sententiam diffinitiuam, & sententiæ per cedulam, quæ præsupponitur omissa, cum prædicta omnia respiciant iudicium ordinarium non autem executiuum.

Secunda pariter nullitas, quæ desumitur ex omissione iuramenti calumniæ, vel euitatur, vel ex æquitate sanan-
da est: quia vbi constat de † iustitia agentis, prout in præ- 9
senti ex litteris, & quietãtijs semper cessat suspicio calumniæ, & iuramentum non est necessarium, Bald. *in c.2. n.7. de probat.* & sæpè Rota idem respondit, *vt in Aprutina*

census

censius apud Cincium *de eea*[?]*.215. n.6. in Marsicana affictus post tract. oblig. Camer.*131. *n.6. & in Romana pecun. de Columna* 21. *Aprilis 1617. coram Archiep. Seleucien.*

Postrema nullitas, quæ arguitur ex inordinato proces-
su, & illa momenti non est, nam & si prætendatur io
10 executiuis, quod prius † decernatur mandatum cum clau-
sula nisi infra tres, & deinde relaxetur ad primam diem,
sequendo stylum Curiæ A. C. nec possint inculcari termi-
11 ni, prout asseritur in præsenti factum fuisse, & inde †
causata sit nullitas decreti, *in Romana pecumaria post tract. de oblig. Cam.*103. *num.*3. attamen stylus, qui allegatur
cum respiciat iudicium obligationum Cameralium, vel
non debet extendi ad aliud iudicium, vel intrat æquitas,
12 vt † in causis mercatorum procedatur ex bono, & æquo
Rot. Ianuen. *decis.*23. *n.*15. *&* 641. *in fine par.*1. *recen.*
& sananda fit iuxta arbitrium à Principe indultum.

Et ita &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSPIO.

Veroneo. Iurium Parochialium.

Die Lunæ 26. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Exemplo alicuius scripturæ quando adhibeatur eadem fides, quæ adhiberetur ipsi scripturæ originali.

SVMMARIVM.

1 *Sumpto adhibetur eadem fides, quam ipsi originali, quando constat, quod seruatæ fuerint solemnitates requisitæ in transumptione.*

2 *Sumptum exemplatum, ne scriptura originalis propter vetustatem pereat aut amittatur, fidem facit si esset ipsa scriptura originalis.*

3 *Ad transumptionis validitatem, quæ requirantur.*

4 *Transumpti fides an minuatur ex omissione citationis partis, de cuius interesse agitur.*

5 *Transumptum, quando fit ex sola vetustate originalis, non autem ad alicuius instantiam, non est opus aliqua citatione.*

6 *Partis citatio, quando fuit transumptum instrumentum, ex eo, non videtur omissa, si in instrumento non appareat enunciata, cum tanquam solemnitas extrinseca, aliunde præsumi poterit.*

7 *Transumptum, quando est antiquissimum, præsumitur in eo interuenisse omnes solemnitates.*

8 *Et quod fuerit authenticum etiam ipsum originale.*

9 *Copiæ alterius copiæ fides adhibetur, concurrentibus adminiculis.*

10 *Obseruantia dat robur actui, qui ex illo subsecuta præsumitur, n.*11.

11 *Exemptionum priuilegia, quid contineant.*

12 *Obseruantia in vna parte probata, præsumitur etiam in reliquis.*

13 *Rector in Ecclesia vnita Monasterio Regularium, nullum potest deducere titulum, aut iuris assistentiam, super exercitio iurium Parochialium.*

DECISIO CCCXCVI.

CORAM Eminentissimo Card. Virili negata fuerat manutentio Rectori S. MARIÆ ad Clauicam, super exercitio Iurium Parochialium in Ecclesia S. Margaritæ, quia cum illa esset vnita Monasterio Regularium Congregationis Oliuetanæ non poterat Rector iuuari sola iuris assistentia, quòd eadem Ecclesia esset intra limites suæ Parochiæ. Sed cum ea resolutione illud fuisset à Dominis tamquam pro certo suppositum, vt esset in forma probanti priuilegium Alexandri III. quod continebat vnionem eiusdem Ecclesiæ, & posita iterum causa, visa fuisset deinde dubia fides copiæ exempli eiusdem priuilegij, quæ solum à Monachis exhibebatur, tanquam extractum ex priuato Archiuio, & quæ
nullis iuuari poterat adminiculis: Dederunt ijdem Monachi in actis, ipsum exemplum transumptum ex originali in forma authentica. Super cuius vltimæ scripturæ fide, proposui iterum dubium ad instantiam Procuratoris Monasterij, & ad instantiam Rectoris super concessione manutentionis, quam ipse Rector sibi debitam contendebat, postquam ex duabus decisionibus sublatum videbatur fundamentum vnionis, & sub cuius præsupposito fuerat eidem manutentio denegata.

Et super priore parte dubij, a quá etiam pendebat posterioris resolutio, responderunt Domini ad fauorem Mo-
nasterij propter solemnitates, quas ex eodem instrumen-
to producto videre erat, seruata fuisse in illius transum-
ptione, & † ex quibus eadem omninò fides debebatur 1
huic sumpto, quæ ipsi originali, vt expressè disponitur
in c. fin. de fid. instrum. Cum enim ipsius originalis vetu-
stas sit in causa, imò solius amissionis timor satis sit,
† vt ex originali copia desumi possit, quæ eandem fi- 2
dem mereatur, & sit loco ipsius originalis, Abb. *in d. c. fin. 2. notab.* Card. Seraph. *decis.*1428. *num.*1. Rot. *decis.*412. *num.*3. *par.*1. *recent.* post tercentum, ac decem
annos, qui intercesserunt à tempore dati priuilegij ad tem-
pus, quo fuit extracta copia, de qua hodie quæritur, &
ex quibus satis hæc causæ videri poterat iustificata: appa-
rebat præterea eiusdem transumptationem factam † cum 3
præsentia trium Notariorum auctoritate Iudicis Ordinarij, & demum confirmatam, decreto Patriarchæ Aquilegiensis tanquam Iudicis competentis in hac causa exemptionis; quæ omnia ad validitatem transumptationis præcipiuntur in *eod. c. fi. & ex eo nat.* Dec. *& alij in auth. si quis in aliquo, num.*9. *C. de eden.* Lanfranc. *in cap. quoniam contra de probat. sub tit. de instrum. product. numer.*458. Couar. *pract. quæst. cap.*21. Verall. *decis.*321. *par.*3.

Neque eiusdem transumpti fides, minui † poterat ex 4
omissa citatione partis, de cuius præiudicio agebatur,
& quæ ex eodem instrumento producto probari videba-
tur omissa, dum nunquam apparebat in illo fuisse
enunciatam: Quia vel non fuit opus aliqua citatione,
dum facta fuit exemplatio, ex sola † vetustate originalis, 5
non autem ad alicuius instantiam, qui suspicaretur fu-
turas sibi aduersarias certas personas in ea causa, cuius
gratia priuilegium ex antiquo originali extrahebatur
Bald. *in l. ne quidquam. §. vbi decretum. nu.*22. *ff. de off. Procons. & leg.* Menoch. *cons.*745. *num* 6. vel non licet dice-
re illam fuisse omissam ex hoc solum, quòd non appare-
tet in instrumento enunciatam, † vt immò tanquam so- 6
lemnitas extrinseca aliunde præsumi poterit Felin. *in cap. Albericus. num.*3. *&* 4 *de testib* Put. *decis.*205 *& decis.*
327. *lib.*2. & ex antiquitate centum † & quadraginta an- 7
norum, qui decurrerunt vsque ad hanc diem ab anno 1587.
quo tempore fuit facta transumptatio, præsumi etiam conueniret non solum citationem partis, sed reliquas alias omnes solemnitates, Couar. *eod. cap.*21. *pract. quæst. n.*5. Menoch. *cons.*924. *n.*29. *& præsumpt.*80. *n.*2. Aym. *de antiq. tempor. §. vidimus. n.*21. *& seq.* Vrsil. ad Afflict. *decis.*368.
*n.*5. & quod fuerit † authenticum etiam ipsum originale, 8
vt plenè comprobat *Cuman.*158. *n.*2.

Et illud maximè mouit Dominos, vt fidem huic sum-
pto denegandam non putauerint, quòd plurimis visum
fuit iuuari adminiculis, ex quibus etiam copiæ † alte- 9
rius copiæ fides dari solet Menoch. *cons.*928. *numer.*35.
Verall. *decis.*234. *par.*1. Card. Seraph. *dec.*1192. *num.*
2. Rota *decis.*418 *num.*5. *par.*2. *recent. in Romana vnionis* 1. *Martij* 1599. *coram Orano inter impress. par.*4. *diuers. decis.*543. Constabat enim de obseruantia eiusdem † pri- 10
uilegij, tam ex pluribus visitationibus, & collationibus
vltra annos septuaginta, quæ probabantur effectum sor-
titæ, factis ab Abbatibus Monasterij S. Mariæ in Orga-
no, cui hæc Ecclesia S. Margaritæ dicitur vnita, quam
ex concessione vsus eiusdem Ecclesiæ Confraternitati
Laicorum. Ex quibus omnibus non solum videri po-
terat probata obseruantia, cum non † nisi ex causa 11
eiusdem priuilegij fieri potuerint, Bald. *in l. quædam mulier in fin. ff. de rei vendic.* Alciat. *reg.*3. *præsumpt. præsumpt.*24. Aym *cons.*10. *num.*9. Rota *decis.*598. *n.*5.
*par.*1. *diuersor.* Vt immò satis fuisset probari eamdem
obseruantiam ex actibus negatiuis, & intermissis visi-
tationibus ab Ordinario, dum nihil † aliud contine- 12
bat priuilegium exemptionis, & erat pars executionis
ipsius gratiæ, quòd Ordinarius visitare desierit, prout
sic

sic ratiocinari visa fuit Rota *d. par. 2. diuers. decis. 134. num. 5.* & præ cæteris omnibus adminiculis, quæ deducta fuerunt, illud visum fuit potissimum, quòd originalis huiusmet priuilegij meminit Card. Baron. in suis Annalibus dum anno post Christum natum 1577. recenset, quæ gessit Alexander Tertius in Ciuitate Venetiarum relatis omnibus S. R. E. Cardinalibus, qui in eo se subscripserunt, & eodem loco, & tempore, sicut in hoc transumpto continetur, ac demum persona Abbatis Opizionis, cui fuit concessum priuilegium, & persona Card. Gratiani, per cuius manus dicitur datum, cuius auctoritati plurium Domini detulerunt, tum quia negari non potest, quin sit maxima, tum quia proba-
13 ta obseruantia † in parte, etiam in reliquis illa præsumitur, quæ non possunt non esse eadem, ac similia cum ijs, quæ probabantur obseruata, Paris. *cons. 90. num. 4. & 5. lib. 1.* Garz. *de benef. par. 12. cap. 2. num. 240.* Rot. *decis. 124. nu. 4. par. 2. recent. & in Tirusonen. iuris præsentandi 21. Octobris 1594. coram Litt. relat. apud eund.* Garz. *d. §. 2. num 242. & in Caurien. decimarum, seu iurisdictionis 17. Iunij, & 14. Nouembr. 1583. coram Card. Blanchetto.*

Et ex his probata vnione non poterat Rectori con-
14 cedi manutentio, † cum in Ecclesia vnita Monasterio Regularium, nullum posset Rector deducere titulum, aut iuris assistentiam, tàm de iure, quàm ex dispositione Sac. Congregationis Concilij, & Rituum: & super eo solum posset obtinere, quòd probaret fuisse à se possessum, sicut fuerat præcipiuum, atque vnicum fundamentum decisionis Eminentissimi Cardinalis Virilis, cum qua hodie Domini transierunt vtraque parte informante.

Et ita, &c.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Romana assignationis bonorum.

Die Mercurii 26. Iunij 1630.

A R G V M E N T V M.

Chirographum, vt habeat executionem paratam, & ex eo oriatur actio ciuilis qualiter confectum esse debeat. Donatio inter patrem, & filium in potestate existentem licet non valeat, tamen si sit facta ex causa alimentorum substinetur.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia, vt dicatur valida, quæ requirantur.*
2 *Chirographum factum iuxta formam Statuti Vrb. lib. 1. cap. 83. & obligatione Camerali vallatum habet exequutionem paratam.*
3 *Donatio inter patrem, & filium in potestate existentem, nulla est.*
4 *Donatio inter patrem, & filium ex causa alimentorum substinetur.*
5 *Obligatio Cameralis, continet obligationem pro omnibus, quorum interest.*
6 *Actio ciuilis, oritur ex chirographo ritè confecto,*
7 *Ex contractu vltro, citroque obligatorio, non potest effectualiter agi, nisi quis contractum ex parte sua adimpleuerit.*
8 *Obligatio se ad aliquid intra certum tempus, si fuerit minimè præscriptum, quando incipere debeat, tunc intelligi debet à die interpellationis, vide contrarium num. 9.*
9 *Mora purgari potest, et hoc maximè si ius aduersarij non fuit factum deterius, & nu. 11.*
12 *Debita alicuius, quis promittens soluere, ante illorum liquidationem, non tenetur.*
13 *Ex contractu agens adimpleuisse pro parte sua, tenetur docere.*
14 *Contractus non factus in conspectu rei, ex verbis tradidit, assignauit &c. non probatur vera traditio.*
15 *Chirographum est nullum, quando non est arbitriatum iuxta Bullas Apostolicas.*
16 *Soluenti aliquid ex pecuniæ aliena, non datur repetitio.*
17 *Prohibitio personalis non egreditur personam prohibiti, & maximè si nulla fuerit expressa causa prohibitionis.*
18 *Filius benè potest succedere in bonis patris, quæ sunt de ipsius patrimonio,*

D E C I S I O CCCXCVII.

DOMINI dixerunt esse confirmandam sententiam secundi Collateralis, qua declaratum fuit chirographum, de quo agitur, exequendum esse contra D. Iulium ad fauorem D. Camilli eius filij iuxta liquidationem bonorum per dictum D. secundum Collateralem
faciendam, quandoquidem de validitate d. sententiæ † 1
videtur non posse dubitari, cum concurrant requisita de quibus Caputaq. *dec. 260. par. 2.* prout nec etiam de iustitia quia cum dictum Chirographum sit iuxta formam Statu-
ti Vrbis *lib. 1 cap. 83.* necnon obligatione † Camerali robo- 2
ratum, habet paratam exequutionem vt disponit idem Vrbis statutum Galles. *ad form. Cam. q. 2. nu. 9. & 11. & ibi* Zacch. *n. 4* Rot. *decis. 12. n. 1. apud eundem* Zacch. & Mant. *dec 283. n. 1. in fin.*

Neque obstat si dicatur Chirographum continere donationem dum in eo Iulius pater promisit consignare bona
ibi contenta Camillo eius filio, cum tamen † donatio 3
inter patrem, & filium in potestate nulla sit *l. donationes. §. pater ff. de don. l. 2. C. de inoff. donat. latè* Menoch. *præs. 29. lib. 3. per tot.* Quia vltra quod dicta promissio assignationis bonorum, continet causam alimentorum, ex
† qua donatio inter patrem, & filium sustinetur *gl. in d.* 4
l. 2. in verb. in potestate, verius est, idem d. Chirographum non tàm continere donationem, quàm mandatum susceptum per Camillum filium cum obligatione Camerali de soluendo creditoribus domus, seu familiæ de Bonauenturis, quod mandatum cum egrediatur personas patris, & filij ex quo Camillus vigore obligationis Cameralis
obligatur, ne † dum Iulio patri suo, sed etiam dictis 5
creditoribus quibus interest, Zacch. ad Galles. *de oblig. Ca. q. 5. num. 6.* Rot. *decis. 663. in princ. par. 1. diuers. & dec. 97. num. 1. & dec. 99 num. 7 apud eund.* Zacch. &
alibi sæpius propterea ex dicto Chirographo oritur † actio 6
ciuilis inter dictos patrem, & filium ita vt Camillus etiam antequam soluat, agere possit contra Iulium patrem, vt in puncto Bart. *in l. frater à fratre nu. 55. q. 5. ff. de condit. indeb.*

Non obstat etiam, quod Camillus non adimpleuerit ex parte sua, ex quo intra quindecim dies non fecit ratificare Chirographum à D. Cleria vxore sua, nec etiam soluit debita sibi accollata intra sex menses, prout pro-
miserat, & propterea † veniat repellendus exceptione 7
l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. maximè cum in dicto Chirographo adsit pactum resolutiuum in casum non adimplementi ex parte Camilli, quoad ratificationem Cleriæ.

Quia in primis quoad ratificationem fuit benè responsum, eam iam fuisse factam cum solemnitatibus statuarijs, & suffragari etiam quod facta non fuerit intra quindecim dies, à data celebrati contractus seu Chirographi, cum enim in eo non fuerit præscriptum tempus à quo
quindecim illi dies inciperent, † intelligi debet vt inci- 8
piant à die interpellationis iuxta magis communem, & receptam sententiam per *text. in l. fin. C. vt intra cert. temp. crimin. quæst.* Abb. *in c. penult. num. 19. & ibi* Anton. Butr. *nu. 11. de iudic.* Paul. de Castr. *cons. 100. vol. 2.* Dec. *cons. 2. per tot.* Vrsill ad Afflict. *dec 2. 34. nu. 1. nec dissentit* Osasc. *decis. 49. per tot.* & plures alij quos refert, & magis sequi videtur Farinac. *in praxi quæst 34. nu. 125.*
cum seqq. & præterea quando etiam † quindecim dies cur- 9
rent à die celebrati contractus iuxta aliam opinionem, quam in puncto iuris veriorem dicit Ant. Gomez. *var. resol. lib. 3. c. 9. num. 9.* quæ etiam non displicet Osasc. *vbi supra*, cum tamen dictum pactum resolutiuum in casum quo D. Cleria non ratificaret, non fuerit simpliciter conceptum, sed sub conditione, si D. Iulius voluerit à contractu recedere, interim quo ipse non declarauit velle recedere res fuit integra, itaut D. Camillus faciendo D. ratifi-

50 Cleriam ratificare, prout ratificare fecit, † potuerit moram si quam incurrit purgare, vt in fortioribus terminis Dec. *conſ.138. num.5. & 6.* Cephal. *conſ.25. num.25. cum ſeq.* Grau. *conſ. 59. num.7.* Seraph. *dec.1150. num.1.* & tanto magis, cum inde Iulij ius non fuerit factum deterius,
51 † nullumq. ei ſequutum damnum *ex doctr.* Bald. *conſ.127. lib.1.* Surd. *conſ.101. num.24. & dec.265. nu.38.* Mareſcot. *var. reſol. lib.2. cap.124 num.43. & fuit dictum in Firmana pecuniaria 20. Nouemb.1619. coram bo. me. Seleucien. & in Romana ſocietatis officij ſcut. mille 10. Nouemb.1625. coram me.*

Quo verò ad ſolutionem debitorum intra ſex menſes
52 vltra quod ante illorum liquidationem † Camillus nullam potuit moram incurrere *ad l. qui Romæ. §. eugenius, vbi* Bart. Paul. Iaſ *& alij. ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. acceptam in 6. oppoſ. nu 19. C. de vſur.* Alex. *conſ.49. n. 2. in fin. vol.2* Gratian. *diſcept. foren. cap.851. num.2. & in terminis* Surd. *conſ.38. num.13. cum ſeqq.* in omnem caſum non tenebatur Camillus ſoluere, niſi prius facta per D. Iulium conſignatione bonorum, cum enim iſte iuxta ordinem ſcripturæ prius conſignare, & è contra poſtea veluti in recompenſationem dictæ promiſſionis Camillus, debita ſoluere promiſerit, debuit præcedere ad
53 adimplementum ex parte Iulij, itaut Camillus etiam † antequam ipſe adimpleat poſſit agere contra Iulium, vt adimpleat, & non è contra Iulius contra Camillum Bald. *in l. prima num.23. C. de vſur. & fruct. legat.* Bursatt. *conſ.184. num.48. cum ſeqq.* Surd. *d. conſ.38. nu.16. verſ. ſecundo reſpondeo*, & benè Rota *deciſ.369. n.1. par. 4. diuerſ.*

Nec releuat ſi replicetur quod conſignatio cum effectu facta fuit in ipſomet Chirographo per illa verba *dà, &*
54 *conſegna*, quia quando contractus non eſt factus † in conſpectu rei in contractum deductæ, & ex verbis *tradit, dedit, aſſignauit*, & ſimilibus non probatur vera traditio Bar. *in l. prædia 48. nu.1.* vbi Alex. *& alij ff. de acq. poſſ.* Natt. *conſ.360. num.2.* Menoch. *conſ.663. numer. 10. cum ſeqq.* Gratian. *diſcept.611. num.4.* Put. *deciſ.109. lib. 3. in correct.*

55 Minus obſtat ſi dicatur dictum Chirographum eſſe † nullum, ex quo non fuit archiuiatum iuxta Bullas Apoſtolicas, quia hæc nullitas fuit per S. D N. ſanata per reſcriptum dicto ſecundo Collaterali directum, quo fuit ei ordinatum, vt non obſtante dicto defectu ad vlteriora procederet, & quamuis illud contineat etiam conditionem, *reſtitutis per Camillum pecunijs, qua Iulius de proprio ſoluit in extinctionem debitorum, quæ Camillus in dicto Chirographo ſibi accollauit iuxta liquidationem per Iulium faciendam*, tamen cum Iulius in terminis ſibi aſſignatis non docuerit ſe quidquam ſoluiſſe de proprio, Camillus non fuit in mora, quia interim nihil debuit reſtituere ex dicto §. Augenius cum alijs ſupra allegatis.

Necquicquam facit ſolutio quorumdam debitorum, facta per Iulium ex pretio Caſalium Sancti Viti, & Panzanatæ, quia cum dicta Caſalia ſpectarent ad Camillum, dum Iulius ſoluit ex eorum pretio, non ſoluit de proprio, ſed de bonis Camilli, & ideo non intrat repe-
56 titio, de qua in dicto reſcripto *l. quoties 61. ff. de ſolut. l. de hæreditate in fin. verſ. nam repeti C. de petition. hæredit.* Bald. *in l. vnica num.4. verſ. ſexto nota C. ſi ſeru. exter.* Quod autem Caſalia eſſent Camilli, videtur clarum, quia aut pertinebant ad domum de Bonauenturis, & vtique iuxta conuentionem de qua in dicto Chirographo de conſignandis omnibus bonis tunc ſpectantibus ad dictam domum, illa erant conſignanda Camillo.

Obiectum autem quod licet dicta Caſalia eſſent de dicta domo, tamen fuerunt donata à Iulio Mazzatoſto bo. me. Mario Bonauenturæ cum expreſſa prohibitione, quod Marius donatarius non valeret de eis diſponere ad fauorem Camilli, & eius filiorum, & quatenus decederet ab inteſtato Camillus, & eius filij eſſent pariter ab eiſdem excluſi, & ſuccederent alij proximiores, ceſſat pœnitus, quia dicta prohibitio prout in verbis eſt perſonalis, & ſic reſtringenda ad immediatam ſucceſſionem ex teſtamento, ſiue ab inteſtato dicti Marij dona-
57 tarij † maximè cum nulla fuerit expreſſa prohibitionis cauſa, ex regula quam firmat Bart. *in l. Lucius §. ſemproniæ num.2. ff. de leg. tertio*, Roman. *in l. ſi quis filium §. fin. nu.6. ff. de acq. hæred.* Iaſ. *in l. filius familias § Diui num.152. ff. de legat.1.* Petr. *de fideicom. quæſt.2. num.37.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt 673. num.17. cum ſeqq. &* Surd *deciſ.125. per tot.* Vnde cum Mario in dictis bonis de Mazzatoſtis ſucceſſerit Iulius eius pater, & alij eius fratres, bene potuit deindè idem Camillus ſuccedere Iulio † quia 58
deſierunt eſſe de patrimonio Marij, & effecta de patrimonio Iulij *l. ſed ſi plures, §. fil. impub. ff. de vulg. & pupill. §. primo inſt. de hæred. qualit. & diff.* Afflict. *deciſ.178. nu.4. & fuit in ſimil. dictum in Bononien. ſucceſſionis 19. Nouembris 1627. coram me.*

Aut vero dicta Caſalia ſpectabant ad illos de Caſtro, ex quo Camillus vti procurator Iulij, & eius fratrum ad euitandam executionem ſententiæ Rotalis illa dimiſit dd. de Caſtro, & cum idem Camillus, qui etiam ante dictam concordiam poſſidebat dicta Caſalia tamquam creditor ſcutorum 4500. dotalium D. Cleriæ eius vxoris occaſione vnius cenſus ſuper dictis Caſalibus impoſiti, illa poſteà nomine proprio emerit cum plena ceſſione iurium, & facta à dd. de Caſtro, pretiumq. pro rata ſcutorum 4000. vnius cenſus, quæ ad ipſum ſpectabant ratione primogenituræ ſoluerit; & de reliquis fuerit habita fides, ideò tantò minus pretium redactum ex venditione poſtea facta, & creditoribus domus de Bonauenturis ſolutum, eſt dicto Iulio reſtituendum vigore dicti reſcripti ex *d. l. quoties, & ex reg. text. in l. qui ſic ſoluit. ff. de ſolut.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana dotis de Ximenez.

Die Veneris 28. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

Frater, quando teneatur dotare ſororem. Remedim auth. res quæ C. comm. de legat. eſt ſubſidiarium.

SVMMARIVM.

1 *Fratres ſorores non dotatas, dotare non tenentur, niſi in quantum ipſi ſint hæredes patris.*
2 *Frater teneatur dotare ſororem pauperem.*
3 *Paupertatis in ſorore conſiderata obligat fratrem ad dotem illi conſtituendam.*
4 *Filia, ſi ſit dotata à patre in æquali portione hæreditatis, cenſetur etiam reſpectu fratrum competenter dotata.*
5 *Remedium Auth. res quæ C. comm. de legat. eſt ſubſidiarium, in caſu mulieris, quæ non reperitur dotata.*
6 *In dote exceſſus, & diminutio non conſideratur habito reſpectu ad aliam dotem, ſed ad illam ipſam, quæ conſtituitur.*
7 *Mulieres æquè benè collocantur in matrimonio ſiue cum ampla, ſiue cum mediocri dote, attentis qualitatibus perſonarum, & circumſtantijs.*

DECISIO CCCXCVIII.

IVLIA Ximenez nulla interueniente dotis promiſſione nupſit Honuphrio Macarano, deinde cum prætenderet ſibi à fratre Timotheo dotem deberi, obtinuit committi cauſam in Rota, quam hodie propoſui, & dicto Timotheo ſolum informante DD. reſponderunt dictæ Iuliæ nullam aduerſus fratrem dotis actionem competere, tùm quia ipſa habet aliundè dotem ſibi condecenter conſtitutam in ſumma ſcutorum trium millium, tum etiam quia fuit cum dicto fratre ſuo pro æquali portione hæres inſtituta in teſtamento patris.

Fratres autem ſorores non † dotatas dotare non tenentur, niſi in quantum ipſi ſunt hæredes patris *gloſ. fin. in l. cum plures §. fin. in verb. alio patre, ff. de adminiſtr. peric. tut.* Bald. *in l. fin. numer.3. in fin. C. de dot. promiſſ.* Ruin. *con.200. numer.4. lib.1.* & fuit dictum in *Romana de Ruſconibus* 18. *Aprilis 1603. coram bo. mem.* 1
Card.

2 *Card. Millino*, vel nisi † pauperes sint sorores, idem Bald.
in l. 1. num. 6. ff. solut. matr. sed ex præmissis hic cessat ratio
3 paupertatis, quæ † in sorore considerata obligat fratrem
ad dotem illi constituendam *d. l. cum plures §. fin. & ibi*
glos. in dicto verb. alio patre in fin. ff. de administr. & peric.
tut. Fulgos. qui dicit esse communem, & celebrem penes
Doct. opinionem *cons. 228. nu. 3. & 4.* Boer. *dec. 129. sub*
nu. 7. vers. sed hoc videtur verum, Vincent. de Franch. *de-*
cis. 75. nu. 5.

Minus eidem Iuliæ competit actio congrua dotis ex eo,
quod dictus Timotheus frater de proprio patrimonio aux-
4 erit dotem alterius sororis, quia cum † fuerit dotata à pa-
tre in æquali portione hæreditatis censetur etiam respectu
fratrum competenter dotata. Dec. *cons. 26. sub nu. 3. vers.*
5 *nam cum fuerit.* Remedium enim auth. † res, quæ est sub-
sidiarium io casu mulieris, quæ non reperitur dotata, vt
ibi notat Corn. *nu. 9. C. Commun. deleg.* & excessus, vel di-
6 minutio † in dote non consideratur habito respectu ad a-
liam dotem, sed ad illam ipsam, quæ constituitur. Bald.
cons. 386. lib. 4. Ruin. *cons. 56. nu. 16. lib. 3.* & idem firma-
uit Rota *coram san. me. Gregor. XV. decis. 63. num. 22. &*
seqq. vbi traditur, quod attentis qualitatibus personarum,
7 & circumstaotiis, † mulieres æquè benè collocaotur in
matrimonio siue cum ampla, siue cum mediocri dote,
quod ex *præalleg. cons.* Dec *26. nu. 4. in fin. cum seq.* con-
firmat Alciat *in tract. de præsump. reg. 1. præsumpt. 7. n. 3.*

Et ita Timotheo solum informante fuit decisum.

REVERENDISS. P. D. COCCINO.

Perusina fideicommissi de Gratianis.

28. *Iunii* 1630.

ARGVMENTVM.

Hæreditas, quando venit restituenda fideicommissario, tunc est facienda detractio Trebellianicæ, etiam si hæres non confecerit inuentarium, & aliæ detractiones sunt faciendæ, de quibus in Summariis.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas, quando restituitur, tunc sunt faciendæ detractiones, quæ de iure fieri debent.*
Trebellianica est portio hæreditatis, & non simpliciter bonorum. num. 1.
2 *Actiones tam actiuæ, quam passiuæ pro rata diuiduntur inter hæredem grauatum, & fideicommissarium.*
3 *Trebellianica, quod debeatur hæredi grauato, apertum est.*
4 *Falcidia amittitur ob non confectionem inuentarij.*
5 *Trebellianica non amittitur ob non confectionem inuentarij, licet iste articulus sit valde controuersus.*
6 *Et pro ista opinione stat antiqua, & non moderna opinio Rotæ.*
7 *Hæredi, qui non confecit inuentarium, incumbit onus probandi, quod alienata non sufficiunt pro Trebellianica, vel legitima.*
8 *Trebellianica an dicatur prohibita ex illis verbis, sine diminutione.*
9 *Trebellianica an dicatur prohibita ex illis verbis, sine diminutione.*
10 *Trebellianica, etiam filijs primi gradus prohiberi potest, secundum opinionem, quam seruat Rota.*
11 *Substitutio, quæ non habuit effectum, non est extendenda de vno casu ad alium.*
12 *Trebellianicæ prohibitio facta in vno casu, non extenditur ad alium.*
13 *Funeris impensa est detrahenda, quando hæreditas restituitur.*
14 *Funeris impensa, continet tacitam hypothecam, & omnibus creditoribus tacitas, & priuilegiatas hypothecas habentes, præfertur.*
15 *Funeris impensa præfertur credito dotis.*
16 *Funeris impensa an præferatur creditoribus habentibus expressam hypothecam, iste articulus est valde controuersus.*
17 *Funeris impensarum detractio, quando est facienda, est habenda ratio omnium expensarum iuxta facultates, & dignitatem defuncti.*
18 *Funeris impensa an debeat confundi, & compensari cum mobilibus, & num. 19.*
20 *Æs alienum testatoris, est detrahendum, quando hæreditas restituitur.*
21 *Quod procedit etiamsi debitum esset tantum naturaliter, itaut, nec fructus sunt imputandi, & ista procedunt etiamsi non sit confectum inuentarium.*
22 *Legitima est detrahenda, quando hæreditas restituitur, si fideicommissarius sit filius fideicommittentis.*
23 *Legitima est tertia pars eorum, quæ filius ab intestato esset habiturus, quando est vnus.*
24 *Legitima est pars bonorum, & non hæreditatis, & in hoc differt à Trebellianica.*
25 *Filius non priuatur legitima, ob inobedientiam commissam contra testatorem, vel legem.*
26 *Legitima non amittitur ob non confectionem inuentarij, & num. 30.*
27 *Fideicommissarius excipiens contra inuentarium, in d. exceptione efficitur actor, secus verò si non fuerit confectum. num. 28.*
29 *Probare quis tenetur fundamentum suæ intentionis.*
31 *Dos relicta à testatore filiæ, est detrahenda, quando hæreditas restituitur.*
32 *Dos non succedit loco legitimæ, quando statutum excludit fœminas propter masculos, & mandat dotari, cum legitima sit portio portionis ab intestato debitæ & nu. 34.*
33 *Dos succedit loco legitimæ, quando statutum excludit fœminas ab intestato ab hæreditate patris, si fuerint dotatæ.*
35 *Statutum Perusinum declaratur.*
36 *Dos, quando succedit loco legitimæ, tunc detractio est facienda ex ipsa legitima, non autem ex fideicommisso, & num. 37.*
38 *Legata, quæ non sunt annua debent detrahi, quando hæreditas restituitur.*
Legata annua debent solui ex fructibus hæreditatis, num. 38.
39 *Hæres grauatus, debet detrahere legata non annua soluta, etiamsi non confecerit inuentarium*
40 *Solutio præsumitur prius facta de mobilibus.*
41 *Inuentarium, si non fuerit confectum, & sic non appareat, de argenteis, margaritis pecunijs, &c. hoc casu fideicommissario incumbit onus probandi d. bona adfuisse, & qualiter hoc casu succurratur fideicommissario num. 42.*
43 *Solutio legatorum, & debitorum præsumitur facta de pecuniis hæredis, non autem testatoris et num. 44.*
45 *Melioramenta sunt detrahenda, quando hæreditas venit restituenda.*
46 *Melioramenta non compensantur cum fructibus.*
47 *Melioramentorum refectio, qualiter sit facienda.*

DECISIO CCCXCIX.

VITA functo Vincentio de Gratianis, cum factus fue-
rit locus fideicommisso ad fauorem DD de Gratianis,
de Perrinellis hæredes d. Vincentij, alijque tertij possessores
in restitutione fideicommissi † prætendant esse faciendas 1
detractiones, prout de iure debet fieri *l. restituta ff. ad Tre-*
bell. & latè Peregr *de fideicom. ar. 50. n. 81.* Fusar *de sub-*
stit. q. 672. nu. 1 & seqq. Dubitaui, an & quæ detractiones
sint faciendæ, & Domini censuerunt infrascriptas esse fa-
ciendas, reseruato, vt videatur ad quam summã ascendant.

Et agendum est prius de Trebellianica, cum illa sit
portio hæreditatis, & non simpliciter bonorum, ea ratio-
ne quia omnes actiones † tam passiuæ, quàm actiuæ di- 2
uiduotur inter ipsum grauatum, & fideicommissarium
pro suis partibus & ita communiter seruatur ex adductis
per Crass. *in §. Trebellianica q. 2.* & hanc quidem Trebel-
lianicam esse debitam † d. Vincentio heredi grauato, fidei- 3
commisso vniuersali inficiari non potest *l. debitori ff. quæ*
in frand. credit. Crass. *latè in d. §. Trebellianica q. 1.* Sed
cum Viocentius non confecerit inuentarium, duæ oriun-
tur difficultates. Prima est, an ex hoc perdiderit ius de-
trahendi Trebellianicam. Secunda quatenus non, ex quo
aliqua bona fueruot alienata, cui incumbat onus pro-
bandi alienata non sufficere pro Trebellianica, & le-
gitima, de qua quidem legitima infra dicetur. Et quan-
tum attinet ad primam difficultatem, † licet indubitatum 4
sit falcidiam amitti, ex non confectione inuentarij per
text. clar. in §. si verò non fuerit. Authent. de hæred. & fal-
cid. Auth. sed cum testator C. ad l. falcid Gayl. *obser.* 138.
num 1. lib. 2. Tamen secus est respectu † Trebellianicæ, 5
quæ etiam non confecto inuentario detrahitur. Nam

etsi atticulus sit valdè controuersus, & hinc inde adsit ca-
terua Doctorum ex adductis per Gayl. loc. cit. Crass. in d.
§. Trebellianica q. 7. Itaut Cassad. in dec. 3. in fin. de testam.
dixerit hanc quæstionem egere decisione Principis. Ta-
meo pars negatiua, quod ex non confectione inuentarij
non perdatur Trebellianica est communior, & æquior, à
quo etiam in iudicando non esse recedendum, & supre-
ma Tribunalia illam sequi, dicunt post alios Crass. &
Gayl. & ibi Gresseus in princ. locis citatis, & illa est anti-
6 qua, † & moderna opinio Rotæ, vt videre est apud Cas-
sad. d. dec. 3. nu. 6. de testam. & apud fund. me. Greg. dec.
266. nu. 5. & fuit resolutum in causa Oriolen. bonorum de
anno 1590. coram Orano, & coram eodem in causa Cesenaten.
hæreditatis 2. Iulij 1596. & in causa Bononien. de Cat-
taneis 10. Martij 1619. coram R. P. D. meo Pirouano.
Circa verò secundam difficultatem cum plura bona fue-
rint alienata, & Vincentius non confecerit inuentarium
7 onus probandi alienata † non sufficere pro Trebellianica,
& legitima incumbit hæredibus Vincentij, vt latè infra
dicetur de legitima, & de Trebellianica. Ita innuit Rota
coram Brauo in dec. 210. par. 2. diuers. Modern. de legit. l.
2. art. 2. q. 4. addent. ad prædictam dec. 266. fan. me. Greg.
num. 16.
8 Neque obstat quod † Trebellianica videatur prohibita
ex illis verbis, pleno iure, &c. Grat. cons. 103. num. 15. lib.
2. Gabr. per Trebell. concl. 2. nu. 2. fund. mem. Greg. dec.
9 421. num. 12. & ex alijs verbis sine † diminutione, &c.
Surd. cons. 428. nu 33. Honded. cons. 166. nu. 8. lib. 2. sanct.
mem. Greg. d. decis. 421. nu. 8. & decis. 433 nu. 2. par. 4. di-
10 uers. & quod possit prohiberi etiam filijs primi gradus, †
est opinio Rotæ, vt per Cassad. dec. 4. de testam. Samen.
dec 94 Simonet. dec. 89. Cresc. decis. 2. de testam. & fuit
latè deductum coram me in causa Fulginaten. fideicommissi
5. Decembris 1607 in qua aliæ decisiones allegantur, vbi
dicitur eamdem conclusionem procedere, etiam quod pro-
hibitio tacitè sit facta, & allegata Negusa. con. 2. num. 33.
& 34 & num. 49. vbi in hac opinione residet, & latius
deducitur in dec. 441. num. 1. coram bo. mem. Card. S. Eu-
sebij, fund. mem. Greg. d. dec 421. num. 11. & ibi ad den.
num. 16. Nam huic fundamento fuit responsum, quod
licet sit verum in iure, non tamen applicatur ad factum,
quia prædicta verba non fuerunt apposita substitutioni
DD. de Gratianis, sed sunt apposita substitutioni factæ
ad fauorem Astoris, & Petri Antonij, qui erant magis
11 propinqui testatori, & cum dicta substitutio † non ha-
buerit effectum, non est facienda extensio de vno casu
ad alium, vt fuit dictum in causa Perusina de Alphanis
27. Martii 1626. coram me. Rot. in d. decis. 441. num. 5. co-
12 ram bo. mem. Card. S. Eusebij, regula namque est, † quod
prohibitio Trebellianicæ facta in vno casu, non extenda-
tur ad alium, Rip. in l. Centurio num. 132. ff. de vulgar. &
pupill. Peregr. de fideic. art. 3. num. 122.
13 Est detrahenda quoque † funeris impensa, l. Papinianus
§. quarta ff. de inoffic. testam. l. in restituenda, C. de petit.
hæred. latè Amator Rodriquez de prim. cred. 1. art. 3. nu.
2. Fusar. de subst. quæst 670 num. 2. Hermanus Menrer. de
præferent. credit. lib. 3. tit. 2. num. 1. & indubitatum est
14 hanc † funeris impensam continere tacitam hypothecam,
& omnibus creditoribus tacitas, & priuilegiatas hypothe-
cas habentibus præferri etiam quod sint anteriores, vt
conueniunt omnes Doctores Guttler. pract. q. 80. num. 2.
Gomez ad ll. Tauri l. 30. num. 2. Negus. de pignor. memb.
2. 5. par. nu. 28 Amator Rodriq. loc. cit. Herman. Men-
15 rer. vbi sup. num. 1. & † etiam præfertur credito dotis Greg.
Lop. l. 30. tit. 13. part. 5. glos. fin. Azenedo in l. 7. tit. 16.
glos. 5. num. 2. Nunes de maior. par. 1. q. 26. nu. 2. Amator
Rodriq. loc. cit.
Nec in disputatione ista videndum est, an funeris im-
16 pensa sit præferenda creditoribus † habentibus expressam
hypothecam, cum hic articulus sit valde controuersus;
licet enim Mantic de coniect. vltim. vol. teneat negatiuam
in lib. 12. tit. 23. nu. 25. vbi refert Rip. attestantem de
communi; affirmatiuam tamen sententiam defendit
Grat. discept. 94 nu. 2. & seqq. & hanc opinionem esse
probabiliorem dicit Fachin. controu. iur. lib. 12. c. 49. & il-
lam quoque tenet relatis DD. Amator Rodriq. vbi sup.
num. 4. sed si opus erit de hac quæstione videbitur dum a-
getur ad quam quantitatem ascendant detractiones, &
17 tunc etiam erit viden. an sit habenda † ratio omnium ex-
pensarum funeris, cum in illarum admissione sit habenda
ratio facultatum, & dignitatis personæ defuncti, ex ad-
ductis per d. Rodriq. loco sæpius allegato num. 11. Menrer.
d. loco nu. 6. & 7. vbi etiam nu. 7. dicit quod expensæ in-
telliguntur, quæ ex bono, & æquo pro dignitate defuncti
factæ sunt, & tunc etiam erit videndum † an dicta funeris 18
impensa debeat confundi, & compensari cum mobilibus,
quia Peregr. dec. 47. nu. 1. dicit per conformes pro affirma-
tiua fuisse iudicatum, & latè comprobat cons. 38. num. 27.
lib. 4. vbi dicit hoc verum, nisi grauati hæredes redderent
rationem de omnibus † mobilibus ex sui natura consum- 19
ptibilibus, & alijs bonis hæreditarijs, quia tunc funeris im-
pensam detrahet, & hoc dictum refert, & sequitur Fusar.
vbi supra num. 3.
Est quoque † detrahendum æs alienum testatoris l. em- 20
ptor, ff. de rei vendit. l. filius familias, §. Diui, & ibi DD. ff.
de legat. 1. Fusar. de substit. q. 666. nu. 1. & seqq. vbi etiam
si esset debitum tantum naturaliter itaut nec fructus sint
computandi, † & ista procedunt etiam non confecto in- 21
uentario, Peregr. cons. 78. n. 3. Fusar. multos congerens q.
665. nu. 7. ad quam se remittit in d. q. 666. nu. 4. & hæc re-
gulanda sunt secundum ea, quæ infra dicentur de legatis,
vt aduertit idem Fusar. in dicta quæst. 666. in fin
Est etiam detrahenda legitima dicti † Vincentij, in- 22
specto enim mero iure non est difficultas, quod cum sit fi-
lius fideicommittentis, est detrahenda, l. quoniam in priori-
bus, C. de inoff. testam. l. cum quæritur, ff. eod. cap. Raynu-
tius, de test quæ quidem legitima est † tertia pars eorum, 23
quæ d. Vincentius ab intestato esset habiturus, cum sit fi-
lius vnicus patris Auth. nouissima, C. de inoffic. test. & tertia
pars † quidem non hæreditatis, sed bonorum, & in hoc legi- 24
tima differt à Trebellianica, vt est magis communis sen-
tentia DD. quam etiam Rota sequitur ex latè cumulatis
per Modern. de legitima. lib. 1. tit. 21. q. 2. nu. 1. & per tot.
vbi respondet contrariis, sed cum excipiatur contra fidei-
commissarium vniuersalem, difficultas restringitur ad duo
capita prout supra dictum est de Trebellianica: An scilicet,
primò ex non confectione inuentarij fuerit legitima amis-
sa. Secundò quatenus non, cum diuersa bona fuerint alie-
nata, cui incumbat onus probandi legitimam fuisse, vel
non fuisse consumptam. Et quantum attinet ad primum
caput, cum hæredes grauati excipiant contra fideicommis-
sarium vniuersalem, certum est, ipsos habere intentionem
fundatam, quod d. Vincentius legitimam non amiserit, pe-
rinde ac si inuentarium confecisset, quia † nec inobedien- 25
tia contra testatorem, vel legem commissa priuat filia sua
legitima Auth. de hæred. & falcid. §. si quis autem non imp.
& ita dicit glos. in Auth. de hæred. & falcid. §. & hoc dici-
mus in ver. increato, Oldrad. cons. 242. nu. 9 vbi de communi
Ang. & Imol. in l. 1. §. hæc stipulatio, ff. si cui plus quam per
l. falcid. Gabr. cons. 138. n. 34. vol. 2. Cagnol. in l. Papinian.
§. meminisse nu. 15. ff. de inoff. testam. Vasq. de success. creat.
§. 8. n. 15. Osasc. decis. 144. Surd. dec. 319. n. 4. Soccin. Iun.
cons. 7. nu. 18. lib. 4. Peregr. de fideic. art. 36. nu. 140. in fin.
Phanuc. de invent. par. 7 n. 6. Crass. in §. legit. n. 45. & fuit
dictum in causa Bononien. de Cattaneis 10. Martii 1617. co-
ram R. P. D. Pirouano, & in Maceraten. legit. 29. Ianii 1629.
coram R. P. D. meo Duran. & idem etiam est in fideicomm.
particulari, vt examinato articulo probat idem Modern.
Foroliuien. de legitima lib. 3. tit. 2. q 24. nu. 7. & seqq.
Circa secundum † caput, cum ob non confectionem 26
inuentarij legitima non fuerit amissa, cui incumbat
onus probandi alienata pro legitima sufficere, vel non
in hoc articulo dicendum est, quod licet verum sit,
quod confecto inuentario hæres grauatus habeat in-
tentionem † fundatam in dicto inuentario, & propte- 27
reà si fideicommissarius excipiat contra inuentarium,
cum in dicta exceptione sit actor, illam exceptionem
tenetur probare l. fin. §. licentia, & ibi Bart. Bald.
Corn. Castren. Alex. Ias. & alii C. de iur. deliber. Pe-
regr. de fideic. art. 39. num. 14. Gabr. cons. 118. num. 7.
lib. 1. Natt. cons. 193. num. 8. & 9. & fuit dictum in
causa Romana de Stephanellis 24. Aprilis 1612. co-
ram bon. mem. Remboldn. Attamen secus est quando
hæres † grauatus non confecit inuentarium, & bona 28
alienauit; hoc enim casu si prætendit alia adfuisse bona in
hæreditate, quorum ratione legitima sit detrahenda, vel
quod alias dictæ alienationes non sufficiant, debet hoc pro-
bare, cum sit fundamentum † intentionis suæ ad illius 29
enim fauorem non militat præsumptio inuentarii, vt in
puncto dicunt Bald. in l. cum de lege ff. de probat. Natt.
cons. 199. num. 11. & cons. 238. num. 8. Ruin. cons. 81.
nu. 4. lib. 5 Gabt. cons. 118. nu. 7. lib. 1. Couarr. var. lib. 2.

cap. 6. num. 4. Peregr. de fideicom. art. 39. num. 14. Gargia-
reus patrocinio 70. per tot. lib. 2. & resolutum in causa Pe-
rusina bonorum de Herculanis 17. Iunij 1581. coram Brauo,
quæ est decisio 210. par. 2. diu. in Romana legati 26. Apri-
lis 1613. coram bo. me. Cardin. Sancti Eusebij in Bono-
niea. de Poetis 4. Maij 1615. coram. bo. mem. Francisco
Vbaldo, in Bonon. de Cattaneis 10. Martij 1617. coram
R. P. D. meo Pirouano, in Romana fideicommissi de Victo-
rijs 10. Martij 1627. coram R. P. D. meo Merlino, & co-
ram R. P. D. meo Vbaldo in Maceraten. legitimæ 14. Maii
1627. & 28. Februarij 1628. & in eadem causa 22. Iunij
1629. & 18. Februarii huius anni coram R. P. D. meo Du-
rano, & est decisio Seraphini 609. numer. 7. quare cum
Vincentius grauatus alienauerit plura bona, & non con-
30 fecerit inuentarium, licet propterea non amiserit † le-
gitimam, nihilominus cum, vt dictum est, plura bona
fuerint alienata per Vincentium, illius hæredibus onus
probandi incumbit, quod illa non sufficiant pro legiti-
ma, & sic residuum legitimæ esse detrahendum, quate-
nus constet bona alienata non sufficere pro legitima.

31 Est etiam detrahenda † dos relicta per testatorem So-
rianę eius filiæ l. filia, in princ. ff. ad Trebell. l. pater fi-
lium, in princip. ff. ad l. falcid. & vtrobique Bartol.
Natt. consil. 258. numer. 8. lib. 2. Surd decis. 333. nu-
mer. 18. Menoch. consil. 292. numer. 18. lib. 3. Sed dif-
ficultas est. An huiusmodi dos debeat detrahi ex fidei-
commisso, An verò ex legitima, & pro huius dubij reso-
32 lutione pręmittendum est, quod si † statutum exclu-
dit fœminas propter masculos, & mandat dotari, isto ca-
su cum non sit permissa successio ab intestato, dos non
succedit loco legitimæ, quia legitima est portio portionis
ab intestato debitæ Auth. nouissima, C. de inoffic. testam.
sed hoc casu filia potest agere ad dotem. Vnde illa dos non
succedit loco legitimæ, quia non habet successionem
33 ab intestato. Aut verò † statutum excludit fœminas ab
intestato ab hæreditate patris si erunt dotatæ, & hoc ca-
su dos succedit loco legitimæ, & ratio est, quia cessante
dote non adest difficultas, quod eis est præseruata succes-
sio ab intestato, quare dos succedit loco legitimæ, cum vt
34 dictum est, sit portio † portionis debitæ ab intestato, &
& hæc est magistralis distinctio Castren. in l. Titio centum,
§. Titio genero num. 8. vers. ego pluries, ff. de condit. & de-
monstr. & hanc distinctionem sequuta fuit Rota in termi-
nis statuti Perusini in causa Perusina fideicom. de Alpha-
nit 15. Iunii 1612 coram sanct. mem. Gregorio, quæ est
decisio 565. vbi add. allegant concordantes, & decisiones
Rotales, quæ sęcutæ fuerunt simpliciter hanc distinctio-
nem, & postmodum in terminis eiusdem statuti eamdem
distinctionem secuta fuit Rota coram me in eadem causa
Perusina de Alphanis 17. Maii 1621. quæ est decisio 106.
apud Modern. de legitima, vbi pariter Doctores cumu-
35 lantur, & decisiones Rotales. Et propterea † cum statu-
tum Perusinum excludat fœminas ab intestato ab hęredi-
tate patris, matris, & aliorum ascendentium, si erunt
dotatæ, non adest difficultas, quod dos succedit loco le-
gitimæ attenta distinctione prædicta, vt in puncto fuit
bis resolutum in dicta causa Perusina de Alphanis, nec-
non in prædictis decisionibus.

36 Cum igitur dos succedat loco † legitimæ, communis
sententia est, quod sit detrahenda ex ipsa legitima, non
autem ex fideicommisso Angel. in l. plane 34. §. duobus nu-
mer. 4. Aret. col. 9. vers. & est subtilis quæstio, ff. de legat.
1. Corn. cons. 197. numer. 22. vbi de communi lib. 1. Curt.
Sen. cons. 5. præsertim num. 3. & omnes hanc sententiam
admittere dixit Cephal. cons. 245. numer. 43. vers. 5. lib. 2.
Thes. decis. 159. num. 6. vbi etiam de communi Ludouic.
Morosins cons. 23. nu. 24. Gabr. cons. 11. nu. 10. lib. 1. vbi
pariter de communi Honded. cons. 63. nu. 125. lib. 1. & fuit
resolutum in vtraque decisione Perusina de Alphanis,
37 quare cum ista detractio † dotis debeat fieri ex legitima,
ista detractio debet fieri secundum terminos legitimæ,
prout supra dictum fuit, nempè vt videatur. An hære-
des Vincentij probent alienata non sufficere pro legitima.

38 Sunt etiam detrahenda legata, † quæ non sunt annua,
debeant solui ex fructibus, l. 2. & l. vltima, C. ad Trebell. l.
in imponendam, & l. irritum, C. ad l. falcid. cum alijs per
Fusar. de substit. quæst. 667. num. 1. & hæc conclusio habet
39 locum, etiam † quod hæres non confecerit inuentarium,
ex cumulatis per eumdem Fusar. qu. 665. num. 2. vbi de-
clarat non procedere in fideicommisso particulari; In
hac tamen detractione sunt prius imputandæ pecuniæ in
hæreditate repertæ, mobilia, quæ seruando seruari non
possunt, argentea, margaritę, & fructus, qui tempore
mortis testatoris existebant, saltim qui super extabant
deductis alimentis filiorum; quoad supellectilia, tamen
necessaria pro vsu familiæ, non est facienda † compen- 40
satio, nec etiam in stabilibus, dum extant pecuniæ, mo-
bilia, & fructus, & ita practicari dicit Peregrin. de fidei-
comm. tit. 35 num. 22. & seqq. vbi declarat supellectilibus
etiam necessarijs pro vsu familiæ, si creditum pariter erat
ex causa huiusmodi mobilium, & hoc etiam modo facien-
das esse detractiones dicit Rot. in decis. 680. num. 7. par. 1.
diuers. Fusar. de substit. d. q. 667. num. 54.

Sed difficultas est in hoc casu quando † de argēteis, mar- 41
garitis, fructibus, vel pecunijs non apparet, ex quo non
fuit confectum inuentarium, cui incumbat onus proban-
di prædictæ adfuisse, vel non adfuisse. In hoc articulo
dicunt DD. quod onus probandi incumbit fideicommissa-
rio adfuisse prædicta bona Alexand. cons. 82. col. vlti-
ma lib. 2. & cons. 40. lib. 3. & cons. 51. lib. 6. Peregrin.
de fideicommiss. art. 34. numer. 24. & seqq. vbi quod ita
seruatur in pratica, succuritur tamen fideicommissario
† per iudicem arbitrando mobilium quantitatem consi- 42
derata personarum conditione, & alijs circumstantijs,
admittendo etiam testes de credulitate, Peregrin. de fi-
deicommiss. artic. 35. numer. 28. & artic. 44. numer. 25.
Soccin. Sen. cons. 249. numer. 28. Alciat. cons. 126. nu-
mer. 7. lib. 5. Fusar d. quæst 667. numer. 17. vers. concedit,
Peregrin. numer. 16. & 17. dicit non esse expeditum, an
grauato sit dandum iuramentum in litem, illius tamen
hæredi non esse dandum.

Et prædicta eo magis procedunt, quia secundum rece-
ptiorem sententiam, solutio legatorum, † & debitorum 43
præsumitur facta ex proprio ære hæredis, non autem te-
statoris, Roman. cons. 276. numer. 8. & latè deducit Fu-
sar. quæst. 668. numer. 1. & procedit etiam quod hæres non
confecerit inuentarium, vt in puncto Bardellon. cons. 9.
num. 26. Fusar. loco modo allegato, & hoc est verum, nisi
facto inuentario constaret de mobilibus, quæ restitui de-
berent fideicommissario, vt aurum, argentum, marga-
ritæ, pecuniæ, fructus extantes tempore mortis, & si-
milia, vt per eumdem Fusar. num. 4. & 5. Modern. Bono-
niens. de acquir. possess. quæst. 8 art. 35. num. 1010. & seqq.
vbi loquitur de assertione testatoris facta in testamento;
Ex quibus, cum legata, & debita † testatoris, censean- 44
tur soluta per hęredem ex proprio ære, non est dicendum,
prout in legitima, & trebellianica, quando constat de alie-
nationibus, quod onus probandi, bona alienata non suf-
ficere, spectet ad grauatum.

Tandem sunt detrahenda † melioramenta, glos. in l. 45
domus, & ibi Ias. num. 2. & 4. alij communiter ff. de legat. 1.
latè Trentacinq. de substit. par. 4. cap. 14. num. 4. & alios
congerit Fusar. quæst. 669. vbi n. 2. quod melioramenta † 46
non compensantur cum fructibus, & in illorum refectio-
ne attenditur, quod minus est, vt si æstimatio meliora-
mentorum excedit impensam, ipsa † impensa erit sol- 47
uenda, non ęstimatio, & è contra si impensa excedat æsti-
mationem erit soluenda ipsa æstimatio, Ruin. cons. 112.
col. 1. & 2. lib. 2. Roland. cons. 28. lib. 1. Menoch. de recuper.
possess. remed. 15. n. 557. Pereg. de fideic. a. 80. & dec. 6. n. 4.

De dote Fęlicis vxoris testatoris visũ fuit Dominis non
esse agendum, cũ pro restitutione dotis testator ei assigna-
uerit prædium, quod quidẽ prædium fuit datum in dotem,
& postmodum ex dispositione testatoris restitutum, nec
hodie est agendum, an datio in dotem fecerit emptionem,
& venditionem, quia sat est, quod Fœlix prędium acce-
ptauerit non reclamando, quod etiam hodie possidetur
per Dominos de Perinellis.

Et ita conclusum vtraque parte informante, &c.

REVERENDISS. P. D. VRGELLEN.

Cęsaraugustana Canonicatus.

Die Lunæ 1. Iulij 1630.

ARGVMENTVM.

Papa, non præsumitur velle præiudicare
suis reseruationibus per facultatem con-
cessam alicui, conferendi beneficia sibi

reseruata. Sicuti nec etiam non præsumitur, vt velit aliquid contra se confirmare.

S V M M A R I V M.

1 *Papa per facultatem alicui datam conferendi beneficia in mensibus sibi reseruatis, non censetur velle præiudicare suis reseruationibus.*
2 *Papa, si confirmet concordiam, in qua disponitur de collatione beneficiorum reseruatorum, qualiter intelligatur facta ista confirmatio.*
3 *Papa non præsumitur, vt contra se aliquid confirmare velit.*

DECISIO CCCC.

DIE 10. Iunij præteriti fuit resolutum Canonicatum, de quo agitur, esse adiudicandum Hieronymo Compan prouiso Apostolico, non autem Petro Hieronymo Martinez prouiso à Capitulo Cæsaraugustano: Cum autem pro parte Petri fuerit instutum pro noua audientia, hodie iterum causam proposui, & Domini vnanimiter in decisis persiterunt ex rationibus in decisione desuper extensa cumulatis, & præsertim ex ea de qua ibi in *vers. Neque obstat si dicatur quod cum dicta clausula, &c.* videlicet quod etiamsi in Bulla Secularizationis non adesset restrictiua illa, *dummodo dispositioni Apostolicæ, &c.*
1 Papa † nihilominus per facultatem Capitulo datam conferendi beneficia in mensibus Martij, & Septembris, non censeretur voluisse præiudicare suis reseruationibus. Fel. Sarneo. *& alii in dicta decisione allegat.* & in fortioribus terminis dixit Rota *in causa Vercellen. Archipresbyteratus 6. Iunii 1607. coram Reuerendiss. D. meo Decano, quæ est*
2 *in impress. decis.* 349. *nu.*6. vbi quod si Papa † confirmat concordiam, in qua disponitur circa collationem reseruatorum intelligitur illa concordia, quatenus Episcopus aliàs habeat indultum conferendi reseruata, & non aliter, &
3 hoc ex eo iuxta supradicta, quia Papa † non præsumitur vt contra se confirmare velit, ex doctrina Bal. *in c. venientes nu.* 4. *ante fin. vers. sed quid si Princeps de iure iur.* Menoch. *de præsumpt. lib* 3. *præsumpt.*88. *num.*11.

Et ita resolutum Compan tantum informante, procuratore tamen Petri, qui audientiam petijt citato, & nihilominus informare recusante.

REVERENDISS. P. D. PIROVANO.

Lauden. Iurispatronatus.

Die Veneris 28. Iunij 1630.

A R G V M E N T V M.

De probatione Iurispatronatus, & in Ecclesia an cadat præsumptio vsurpationis iurispatronatus.

S V M M A R I V M.

1 *Iuspatronatus qualiter probetur, quando agitur de ordinaria probatione.*
2 *Præsentationum effectuatio probatur quando vnus per mortem alterius prouisi, fuit institutus.*
3 *Testes quatuor, in quacunque materia, etiam in minori numero sufficiunt ad concludendam probationem.*
4 *Iurispatronatus probatio, secundum Concil. Trident sess 25. de reform. cap. 9. requiritur in personis suspectis de vsurpatione.*
5 *Communitas dicitur persona suspecta, quo ad vsurpationem iurispatronatus.*
6 *Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 9. quando cesset.*
7 *Iurispatronatus præsumptio vsurpationis, non cadit in Ecclesia domina Castri, aut iurisdictionis temporalis.*
8 *Ecclesia dicitur cultrix iustitiæ.*
9 *Ecclesia semper subijcitur suo superiori, absque aliqua contradictione.*
10 *Superior Ecclesiæ acquirendo iuspatronatus, non dicitur bona Ecclesiæ vsurpare.*
*Sicuti contra laicum suspicari potest ex quo eidem Ecclesiæ iuspatronatus acquiratur, non autem hæredibus fundatoris, num.*10.
11 *Iuspatronatus, quando transit ad aliquem cum vitio vsurpationis, non potest cursu temporis conualidari.*
12 *Iurispatronatus vsurpationis vitium quando dicatur purgatum.*
13 *Iurispatronatus vsurpatio, non præsumitur ex sola concessione laicali.*
14 *Procurator, non potest præiudicare Domino.*
15 *Prouisiones Apostolicæ non mutant statum iurispatronatus.*
16 *Beneficij status, vt immutetur, quid requiratur.*

DECISIO CCCCI.

PROVISVS fuit Reu. Dugnanus de Ecclesia Parochiali S. Columbani tamquam de libera, reiecta præsentatione patronorum, scilicet Monachorum Carthusien, & Communitatis dictæ Terræ S. Columbani; Causa ad Ordinarium Papien. per appellationem deuoluta, reuocata fuit prima sententia, & cum ex noua appellatione in Rota commissa esset; Primò firmatum fuit 30. Martij 1629. Sententiam Papien. fauore Monachorum, Communitatis latam, esse validam reseruato particulariter de iustitia videre. Hodieq. super parte reseruata, disputatione suscepta, dictum fuit iuspatronatus spectare ad Carthusiam, & Communitatem, & consequenter secundam sententiam esse confirmandam.

Fundamentum resolutionis fuit: quia Carthusia, & Communitas docent de eorum Patronatu, ex præsentationibus per quadraginta annos, vltra effectum sortitis, & ex fama eorum tituli patronalis, quibus concurrentibus † quando agitur de ordinaria probatione concluden- 1
ter probatur iuspatronatus Rota *decis.* 77. *in fin. &* 312. *n.* 3. 318. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* Gutz. *de benef. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 83.

Præsentationes deducuntur ab anno 1512. de quo tempore, per resignationem Antonij, Apostolica auctoritate prouisus fuit Robertus cum derogatione medietatis patronorum, & cum clausula accedente consensu Prioris, & Conuentu Carthusiæ, prout accessit, decedente postmodum Roberto de anno 1553. & expositis edictis præsentatus fuit Camillus; sed comparente Ioanne Iacobo vti prouiso per resignationem eiusdem Roberti, cum derogatione iurispatronatus fuit admissus, eoque Ioanne Iacobo mortuo de anno 1558. per Carthusiam, & Communitatem fuit præsentatus Annibal de Guencijs, & per Ordinarium Lauden. institutus cum expressa declaratione, quod ex præsentationibus, & illarum confirmationibus productis apparebat iuspatronatus pertinere, & spectare ad Carthusiam, & Comunitatem prædictam, eosque esse in possessione præsentandi, qui possedit vsque ad annum 1573. de quo tempore fuit beneficio priuatus; & alter prouisus, ex quibus patet † de effectuatione præsentatio- 2
num, cum vnus per obitum vlterius prouisi fuerit institutus secundum opinionem Oldradi *cons.* 219 per Rot. Canonizatam, & de tempore vltra quadraginta annos, cum fluxerint ferè 60. ab anno 1512. vsque ad annum 1573. ac demum non vna, sed plures sequutæ fuerint præsentationes; similiter & fama publica probata fuit per quatuor te-
stes † datos, qui in quacumq; materia, etiam in minori nu- 3
mero sufficiunt ad probationem concluden. *l. vbi numerus, ff. de testibus.* Alex. *cons.* 5. *nu.*7. *lib.* 1. *& cons* 47. *nu* 2. *lib.* 2. *cum alijs per* Gabr. *de testib. concl.* 6. *in princ.*

Non obstat, quod versemur in personis suspectis de
vsurpatione, tàm respectu † Communitatis, quam ip- 4
sius Carthusiæ dominæ temporalis iurisdictionis, quo casu intrat conciliaris dispositio *sess.* 25. *de reform. cap.* 9. vt non admittantur nisi probatis continuatis præsentationibus per 50. annos, & immemorabili possessione, quæ probatio dicebatur non adesse.

Quia quoad Communitatem † quamuis sit de vsur- 5
patione suspecta Mantic. *decis.* 234. *numer.* 1. Garz. *de benef. p.*1. *c.*9. *num.* 102. Attamen quando suspectus concurrit cum non suspecto, prout est Ecclesia, tunc quia Ordinarius remoto suspecto nihilominus libertatem beneficij non acquirit, suspicio illa non releuat, vt intret
† forma præscripta per Concilium; sed sufficit probatio 6
ordinaria Rota *in Fesulana iurispatronatus* 12. *Febr.* 1610. *quæ est* 89. *inter impressus bo. mem. Card. Cualerij, &* 224. *nu.*9. *par.* 1. *recent. cum alijs per adden. ad decis.* 222. *num.* 11. *coram PP. Greg. XV.*

Quò verò ad Carthusiam, ad quam tota difficultas reduci-

7 ducitur, † visum fuit præsumptionem vsurpationis non
cadere in Ecclesia domina Castri, aut iurisdictionis tem-
8 poralis, cum sit iustitiæ cultrix, nec † connumeranda
inter magnates, quibus cum Ordinarius ob illorum poten-
tiam cõtradicere non possit, inde oriatur presumptio vsur-
pationis, vt ponderat Put. *decis. 57. & 59. lib. 1. 3. & 8. eod. tit.*
9 *de iurepatronatus*, quia idem dici non potest in Ecclesia, †
quæ semper sobijcitur suo Superiori absque aliqua contra-
dictione, nec acquirendo iuspatronatus, bona Ecclesiæ
vsurpare præsumitur prout contra laicum suspicari potest,
10 ex quo † eidem Ecclesię acquiritur iuspatronatus, non au-
tem hæredibus fundatoris Abb. *in c. ad audientiam nu. 12. de
Eccles. ędific.* Fel. *in c. cum Venerabilis n. 32. de except.* Roch.
de iurepatronatus in verbo, & Dotauit quęst. 17. n. 26. Rota *in
causa Mansuona bonorum 17. Maij 1617. co. bo. me. Patriarcha
Manz. & 658. par. 1. rec.* Et ita etiam respondit *Sacr. Trid.
Congregatio in causa Sublacen. iurispatronatus* ad interroga-
tionem illius Abbatis Domini temporalis iurisdictionis.

Non obstat, quod eadem Carthusia habuerit hoc iuspa-
tronatus à Ducibus Mediolani, contra quos eo maior vige-
bat præsumptio vsurpationis, quanto maior erat illorum
11 potestas in propria ditione, † quod cum transierit, cum suo
vitio non potuerit ille titulus cursu temporis conualidari
Caputaq. *dec. 28. par. 1.* Rota *dec. 416. n. 6. cor. PP. Gregorio
XV.* Gonz. *glos. 18. n. 49. cum alijs allegatis.*

Quia vltra quod Carthusia continuauit in quasi posses-
sione pręsentandi spatio tanti temporis, quo potuit illa sus-
pitio vsurpationis Ordinariorum diligentia in successiuis
12 vacationibus purgari, cessante potentia laicorum, † & suc-
cedente libera Ordinariorum facultate contradicendi Ec-
clesiasticis, vt in causa *Bononien. iurispatronatus de Marsilijs
27. Iunij 1618. cor. bo. me. Card. Sacrato fuit ponderatum*; at-
tamen non etiam fuit probatum Carthusiam habere ius à
Ducibus Mediolani.

Non enim videtur releuare mandatum Communitatis
anni 1484. in quo asseritur, quod iuspatronatus pro vna parte
spectat ad Ducem Mediolani; nec resignatio de eodem an-
no facta cum alia narratiua, quod iuspatronatus pro vna
parte spectat ad Ducem Mediolani, & pro alia parte ad
Communitatem, quia huiusmodi assertiones Carthusianis
absentibus præiudicare non possunt; Similiter neque ob-
stat consensus per Carthusiam præstitus de anno 1551. cum
assertione, quod patronatus spectat ad Carthusiam ex lai-
cali concessione; nec minus resignationis verba de anno
1513. quod iuspatronatus spectet ad Carthusiam pro dimi-
dia ratione Castri: quia sola laicalis concessio non probat
13 pręsumptionem † vsurpationis; sed quando iungitur cum
iurisdictione, & iurisdictio penes Ecclesiam non præbet
præsumptionem vsurpationis, vt supra fuit firmatum; de-
mum Carthusiæ non pręiudicat præsentatio facta de anno
1552. ab eius procuratore asserente iuspatronatus pro me-
dietate spectare ad Monasterium, vti successorem Ducis
Mediolan. quia cum non probetur facultates mandati ex-
14 tendere ad huiusmodi assertionem, non potuit † procura-
tor ille Carthusiæ suo Domino præiudicare Rot. *dec. 285.
n. 4. & 539. n. 4. p. 2. rec. & 270. n. 8. & 467. n. 20. co. P. Greg. XV.*

Denique non obstant prouisiones Apostolicæ ab anno
1573. citra nulla mentione in litteris facta de iurepatrona-
15 tu controuerso: quia † neque mutant statum, Ægid. *decis.
512.* Achill. *dec. 13. de iurepatr.* Verall. *dec. 189. pa. 3.* Decian.
cons. 126. n. 4. Rota *dec. 13. n. 5. par. 2. rec.* Neque mutare po-
tuerunt, cum superuenerint post dictum annum 1573. de
quo tempore cum per quadragenariam, & probationem
famæ, status de patronatu esset iam firmatus, non potest
nouus status imprimi, beneficio controuerso, absque decur-
su temporis legitimi ad præscriben. *c. de quarta, c. ad aures
de præscript. c. cum de beneficio de præben. in 6.* Seraph. *decis.
1227. n. 3. cum alijs allegatis cor.* Papa Greg. XV. *dec. 434. n.
18. & ibi* Adden. *n. 20.*

Et ita &c.

REVEREND. P. D. MERLINO DECANO.

Alexandrina Funeralium.

Die Lunæ 1. Iunij 1630.

ARGVMENTVM.

In transactionibus contenta sunt omninò ser-
uanda. Funeralium emolumenta deben-
tur Parocho, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Concordia facta de rebus Ecclesiæ cum debitis requisitis, est omninò seruanda, & ligat etiam successores.*

2 *Transactio, est seruanda.*
Transactio habet vim rei iudicatæ, & executionem paratam, n. 2.

3 *Transigentes, ad hoc, vt seruent contenta in transactione, executiuè compelli possunt.*

4 *Transactio impedit litis ingressum.*
Transactio dicitur exceptio litis finitæ, n. 4.

5 *Archipresbyter, ad quem spectat exercitium curæ Ecclesiæ, habet intentionem fundatam super omnibus obuentionibus contingentibus intra limites Parochiæ, n. 6. & 7.*

8 *Funeralium emolumenta debentur Parocho, quæ recensentur inter obuentiones, & eleemosynas.*
Funeralium emolumenta sunt de iuribus parochialibus, & ad Parochum solum, qui exerceat curam animarum spectant, n. 8.

9 *Funeralium emolumenta, debentur Parocho in recompensationem laborum, quos substinuit in celebrando diuina officia, & in administrando Sacramenta defuncto, dum viueret.*

10 *Oblationes, quæ Deo à fidelibus secundum pietatis rationem in Ecclesia Cathedrali deferuntur, Parocho dantur.*

11 *Parochus Sacramenta Dei populi exhibet, & preces populi exhibet Deo.*

12 *Ius conuocandi alios Sacerdotes pro obeundis funeralibus, Parocho competit.*

13 *Conc. Mediol. quart. in tit. de funer. §. illud præpositi, & §. qui in funere, & §. funeribus, idem ferè disponit, quod ius commune in hac materia funeralium.*

DECISIO CCCCII.

Dissidebant inter se Capitulum, & Archipresbyter Ecclesię Cathedralis Alexandrinæ, circa perceptionem oblationum, & eleemosynarum, quas pro defunctorum ope, vel ad cohonestandum eorum funus, Christi fideles elargiri consueuerunt, necnon circa alia iura parochialia, & funeralia; ad quæ dissidia tollenda, inita fuit concordia de ann. 1610. in qua statuitur, vt omnia emolumenta prouenientia ex funeribus mortuorum, & aliæ oblationes, quæ religionis causa Deo offeruntur, spectent ad Archipresbyterum tanquam habentem curam animarum, iniuncto illi onere faciendi expensas ceræ in die Purificationis Beatiss. V. & Oliuæ in Dominica Palmarum, alijsque pactis adiectis, de quibus in d. concordia data *in Sum. n. 1.* Verum cum propter absentiam Archipresbyteri, Capitulum de obseruantia d. concordię recedere prætenderet, dictaque emolumenta funerum, atque oblationes vsurparet, in Rota mihi commissa causa, dubitatum fuit; An dicta concordia sit seruanda, & hodie informante tantum Archipresbytero DD. seruandam esse responderunt.

Quoniam huiusmodi concordia facta fuit ex authoritate decreto Episcopi adhibita causæ cognitione, præuio diligenti tractatu, nomine ipsius Ecclesiæ, super iuribus tantum, & ijsdem dubijs, & in controuersiam deductis,
non autem super bonis stabilibus; vnde † non est ambi- a
gendum, quin ea sit omninò seruanda, & liget etiam Canonicos successores, vt est *text. in capit. statuimus, vbi* Abb. *numer. 2. & seq. capit. de cætero, vbi* Innoc. *numer. 4. & 5. capit. veniens, vbi* Card. *sub num. 2. de transact. cap. fin. de pact. in 6.* Natt. *cons. 442. num. 9.* Rota *in recent. decis.*

759. num 1. par. 2. & in Elnen. distributionum 23. Iunij 1623.
2 *coram R. P. D. meo Durano*; Regulariter † enim seruanda
est omnis transactio, habetque vim rei iudicatæ, & exe-
3 cutionem paratam, adeò vt transigentes † pro contentis
in ea, ad obseruantiam executiuè compelli possint Cra-
uett. *cons. 685. num. 27 vers. simili modo*, Gratian. *discept.
forens. cap. 665. num. 11.* Rota *apud bon. mem.* Card. Caual.
decis. 23. nu. 3. & latius dictum fuit *in d. Elnen. distributio-*
4 *num coram D. meo Durano*, & impedit † litis ingressum,
diciturque exceptio litis finitæ, *cap. 1. de lit. contest. in 6.*
Surd. *cons. 451. num. 16.* Card. Seraph. *decis. 279 num. 3. &
1059. n. 1. cum alijs.*

In quam sententiam eò facilius DD. transiuerunt, quia
eadem concordia, & iuris communis, & Concilij Pro-
5 uincialis Mediolan. dispositioni conformis est, de iure †
enim communi, Parochus, & sic Archipresbyter, ad quem
spectat exercitium curæ Ecclesiæ Cathedralis, iuxta *ca.
5. & cap. officium de offic. Archipresb.* fundatam habet in-
tentionem super omnibus obuentionibus contingentibus
6 † intra limites Parochiæ, & ad eum omnes spectant per
text. in capit. pastoralis, & ibi Canonist. *de his quæ fiunt à
Prælat. sine consens. Capituli capitulo dilectus, de offic. ordi-
nar.* Feret. *cons. 143. numer. 2. & seq.* Rota *in recent. decis.
256. num. 1. par. 1.* & in terminis, de Parocho curam ani-
marum in Ecclesia Cathedrali exercente, fuit dictum in
7 † *Beneuentana spolij 2. Decembris 1585. & 2. Decemb. 1587
coram Orano*, & latius firmatum fuit *in Lunen. Sarzanen.
oblationum 8. Februar. 1627. coram me*, quam secuta etiam
fuit Rota *in Ciuitatis Castelli beneficij 24. Martij 1628. co-
ram Eminentissimo D. Cardin. Virili*, & consequenter eidem
8 Archipresbytero tanquam Parocho debentur † emolu-
menta funeralium, quæ recensentur inter obuentiones,
& eleemosynas, suntque de iuribus Parochialibus, & ad
eum solum, qui exercet curam animarum, pertinent
ex cap. 1. & cap. relatum, de sepult. Abb. *in rubr. de Paro-
ch num. 2.* Vitalin *in clem. dudum, §. verum, nu. 9. & 10.
de sepult.* Sebast. Medic. *in tract. de sepult. quæst. 8. cas. 1.
& 6* Rota apud Cardin. Mantic. *decis. 294. numer. 5. & in
recent. decis. 376. num. 1. ad fin.* dantur enim hæc Parocho
9 in † recompensationem laborum, quos sustinuit in cele-
brando diuina Officia, & in ministrando Sacramenta
defuncto, dum viueret, *glos. in cap. 2. de sepult. in 6.* Se-
bast. Medic. vbi supra *cas. 1. & 6.*

10 Quemadmodum, & aliæ oblationes, † quæ Deo à fi-
delibus secũdum pietatis rationem in Ecclesia Cathedra-
li deferuntur, pari ratione dantur Parocho; vtpote quia
11 Sacramenta † Dei populo exhibet, & preces populi ex-
hibet Deo, *cap. quia Sacerdotes, & capit. Sanctorum 10.
quæst. 1. benè* D. Thom. *in 2. 2. q. 86. art. 2. & in præallegat.
Lunen. Sarzanen. oblationum cor. me.*

Quibus etiam corrolariò consequitur, vt & ius conuo-
12 candi alios Sacerdotes pro obeundis † funeribus eidem Ar-
chipresbytero competat. huiusmodi enim cura videtur in
necessariam consequentiam eidem demandata in *cap. per-
lectis dist. 25 & c. 1. & c. officium, de offic. Archipresb.* Azor.
instit. moral. par. 2. lib. 3 c. 8. q. 3.

Concilij autem Prouinc. Mediol. dispositioni congruens
13 est etiam dicta concordia, quia ipsum Concil. Mediol. †
quartum *titul. de funer. §. illud præpositi, §. qui in funere,
& §. funeribus*, disponit ferè idem quod ius commune, vt
habetur in summ. n. 3. & 4. & sic adstipulatur intentioni
Archipresbyteri.

Ex quibus resolutum fuit pro Archipresbytero infor-
mante, cui fauet ius commune, Concilium Prouincia-
le, & particularis conuentio, &c.

¶ Infra habetur alia decisio sub die 1. Iulij 1630. cor. eodem
Illustrissimo Decano, est decis. 410.

R. P. D. QVEIPO.

Romana Saluiani.

Die Lunæ 1. Iunij 1630.

A R G V M E N T V M.

Dispositio generalis comprehendit etiam ea, quæ veniunt in consequentiam, quod in nonnullis casibus exemplificatur. Fructus dotis, qualiter taxentur secundum stat. Vrb.

S V M M A R I V M.

1 *Sub dispositione generali ea, quæ veniunt in consequentiam comprehenduntur.*
2 *Acquirens, licet sit incapax rei, quæ venit, in consequentiam si de eius acquisitione principaliter agatur, tamen eam capere potest, & acquirere.*
3 *Sub venditione prædij continetur pratum ad eius vsum destinatum.*
Sub domus venditione, includitur domus accessoria eiusdem causa parata, nu. 3.
4 *Seruitus intelligitur etiam concessa, quotiescumque res aliqua conceditur, vel legatur.*
5 *Transactio facta super re certa, ad accessorias etiam extenditur.*
6 *Sententia licet sit strictæ interpretationis, accessoria tamen comprehendit, licet illa non fuerint expressa, n. 7.*
8 *Contractus claudicare non debet.*
9 *Dotis lucrum vtrique coniugum, æqualiter potest contingere, vt disponitur in stat. Vrb. lib. 1. c. 131.*
10 *Dispositio etiam generalis, debet intelligi secundum naturam rei, de qua agitur.*
11 *Sententia debet intelligi secundum naturam iudicij, & actionis intentatæ.*
12 *Subiecta qualia demonstrant, talia sunt prædicata.*
13 *Facultas data respectu dotis, comprehendit etiam lucrum dotale.*
14 *Acconcium in eodem instrumento dotali promissum, eiusdem dotis pars existit.*
15 *Viduæ fructus dotis post legitimam interpellationem, taxantur ad rationem septem, cum dimidio pro centenario, secundum statut. Vrb. lib. 1. c. 137.*
16 *Solutiones factæ, si à neutra parte sit expressum in quam causam soluantur, vel recipiantur in causam fructuum, & interesse imputari debent.*
17 *Compensatio, non datur de specie ad quantitatem.*

DECISIO CCCCIII.

CAVSA iterum proposita ad instantiam D. Iuliæ Baleonæ, super resolutis 3. Iunij proximi præteriti, * vnico contextu ad instantiam D. Domitillæ, dubium reseruatum eadem die super quantitate fructuum proposui, & quoad dubium resolutum DD. perstitere in decisis ex rationibus, & fundamentis in decisione adductis quæ DD. placuerunt.

Quibus non obstat, quod pro parte D. Iulię opponeretur, scilicet consensum ab ea præstitum extendendum non esse ad lucrum dotale, neque ad acconcium, cum duntaxat consenserit, bona ab eo donata pro prima dote hypothecari posse, & acconcium, & lucrum dotis sint extra dotem, quoniam obiectum facilè expeditur. Nam cum lucrum dotale propter Statutum c. 131. lib. 1. in consequentiam do-
tis veniat, necessario comprehenditur sub facultate permit-
tente bona pro dote hypothecari, cum sub † dispositione 1
generali ea, quæ in consequentiam veniunt continentur
*l. si is qui duos, ff. de liberat. legat. l. nam quod liquide 4 ff. de pæn.
legat.* vt notauit Bald. *in l. 1. num. 5. C. de secund. nup.* & ibi
Ioan. Agar. *num. 22.* Tiraquell. *de nobilit. cap. 24. n. 6.* quæ
adeo vera sunt, vt licet acquirens incapax esset rei, quæ
venit in consequentiam, si de eius acquisitione principali-
tèr, & separatim ageretur, attamen eã capere potest, & ac- 2
quirere, vt optimis exemplis docet Mol. *de primogen. lib. 1.
cap.*

cap. 13. *num.* 14. *cum duob. seqq. & num.* 67. Mastrill. *de magistrat. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 39. Tiraquell. *de nobilit. capit.* 15.
num 14. *cum pluribus seqq.* & probatur ex *text. in l. prædijs*
91. *§. vltimo, ff. de leg.* 3. *l. seia, §. tyranne, ff. de fund. instruct.* quibus traditur sub venditione prædij contineri pra-
3 tum † ad eius vsum destinatum, & sub venditione domus
principalis includi domum accessoriam eiusdem causa pa-
ratam, vt latè cum pluribus relatis notauit Anton. Gom.
to. 2. *var. cap.* 2. *num.* 13. *& in l.* 17. *tauri n.* 12. & quotiescum-
4 que res aliqua conceditur, vel legatur, † intelligitur etiam
concessa seruitus ad vsum illius destinata, secundum iu-
ra expressa in *l. seruum filij* 44. *§. vltimo, l. si fundum* 81. *§.
qui fundum, ff. de leg.* 1. *l. testatrix* 20. *ff. si seru. vendic. l.* 1.
ff. de seru. leg. & notarunt Bart. *num.* 12. Ias. *num.* 61. Rip.
n. 33. *in l.* 1. *ff. de leg.* 1. Cepoll. *de seruit. vrban. cap.* 21. *nu.*
2. Castill. *de vsufruct. cap.* 8 *num.* 10. & probatur expressè
in l. item 3. *§ qui habet. ff. de seru. rust. vbi glos.* Bart. & Doct.
5 & transactio † facta super re certa, ad accessorias quoque
extenditur, *l.* 2. *in princ. ff. si quis caut. l. fin. ff. de eo quod
cert. loc. l. si pro fure. §.* 1. *ff. de condit. furtiu.* & iuramentum
etiam accessoria comprehendit, *l. iusiurandi à debitore* 40. *ff.*
6 *de iureiur.* quamuis sententia † sit strictæ interpretationis,
l. vnica, C. si plur. vna sent. fuer. condemn. accessoria tamen
7 comprehendere, † licet de illis expressè actum non fuerit
docet *textus in l. si de certa num.* 5. *C. de transact.*
8 Præcipuè quia cum † contractus claudicare non debeat,
l. Iulianus, § si pupillo, ff. de act. empt. l. 1. *ff. de rescind.*
9 *vendit.* & lucrum dotis vtrique coniugum † æqualiter pos-
sit contingere, vt disponitur in dicto cap. 131 lib 1. eaque
ratione dos à muliere data sub hypotheca ad fauorem ma-
riti pro lucro dotis, existat ex deductis in decisione, quæ
reuidetur, propterea dicendum est D. Iuliam facultatem
hypothecandi bona pro prima dote dedisse secundum natu-
ram contractus dotalis, ratione dicti statuti, quia quæli-
10 bet † dispositio etiam generalis debet intelligi secundum
naturam rei, de qua agitur, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de offic. procur.* Cæs.
l. filiusfamilias, ff. de donat. quamuis dispositio sit stricti
11 iuris, vt in sententia quæ debent intelligi † secundum na-
turam iudicij, & actionis intentatæ etiam verba impro-
priando, vt docet Bald. *in l. fin. C. communi diuidun.* Socc.
12 *cons.* 242 *in fin. lib.* 2. talia enim suot † prædicata, qualia
subiecta demonstrant *l. stipulatio ista* 38. *§. hi qui sunt, ff. de
verb. oblig. vbi* Bart. Castren. Ias. & communiter Doctor.
docent l. damni infecti 43. *in princ. ff. de damn. infect. notat*
Bart. *in authentica ingressi in lectura nu.* 10. *& in repetitione
num* 29. *C. de sacros. eccles.* eaque ratione facultatem respe-
13 ctu dotis comprehendere etiam lucrum † dotale, latè tra-
dit Aym. Crauet. *cons.* 186. *ex nu.* 4. Phanuc. *de lucro dotis
glos* 10. *num* 58 *& firmauit* Rota *coram Reuerendiss. D. meo
Decano decis.* 244. *nu.* 2. *& in Romana quarti dotalis* 19 *Iunij*
1628. *&* 7. *Februarij* 1629. *coram eodem Reuerendiss. D. meo
Decano.*

Et qood acconcium in eodem Instrumento dotali pro
14 parte D. Domitillæ promissum eiusdem † dotis pars exi-
stat, itaut ex eo lucrum dotale debeatur, firmauit Rota
cum pluribus DD. relatis *cor. Reuerendiss. D. meo Decano
in Romana acconcij* 28. *Octob.* 1611.

Quo verò ad dubium reseruatum circa quantitatem
fructuum, DD. visum fuit dotem cum acconcio, & lu-
cro dotali ascendere ad scuta 30. mill. nam cum dos sit scu-
torum 22. mill. acconcium vero scutorum 2. mill. conse-
quenter lucrum dotis est scutorum sex millium, ex qui-
bus dempto acconcio, interesse debetur ad rationem, se-
15 ptem cum dimidio pro centenario qoolibet aono, † iuxta
taxationem Statuti in cap. 137. lib 1. atque ideo dum D.
Iulia fuit legitimè interpellata sub die 5. Aprilis 1623. pro
dictæ qoantitatis restitutiooe, Dominis visum est firma-
re interesse dotis, lucrum dotale, & acconcij, & illius
interesse in summa scutorum 28. mill. dinumerando à die
5 Aprilis anni 1623. vsque ad 5. Iunij proximi præteriti,
ascendere ad scuta 21050.

Verum cum D. Domitilla in diuersis solotionibus va-
rijs temporibus receperit à D. Iulia scuta 189. ba. 87. vt con-
stat ex responsionibus per D. Domitillam factis positioni-
bus pro parte D. Iuliæ datis, in qoibus licet non reperi-
retur expressum, in quam causam à D. Iulia soluerentur
dd. pecuniæ, prout reperitur expressum à D. Domitilla,
in causam fructuum recepisse, vt constat ex responsioni-
bus eiusdem D. Domitillæ dictis positionibus factis, ad-
huc tamen etiam si neutra partium esset expressum, in
quam causam soluerentur, vel reciperentur in causam
fructuum, & † ioteresse computari deberent, cum eo 16
tempore maior quaotitas fructuum deberetur iuxta regu-
lam *textus in l.* 1. *C. de solut. l. in his, §. si autem, l. Paulus la
seconda, §.* 1. *ff. eod. tit. l. cum & sortis, ff. de pignor. act.* docet
Bart. *nu.* 9. *in l.* 1. *ff. de solut.* Surd. *cons.* 290. *num.* 61. & latè
prosequitur Gratian. *discept. forens. cap.* 224 *ex num.* 30. &
ita expressè cautum extat per Statutum d. cap. 137. lib. 1.
ibi, *& non computentur in sortem.*

Et vlterius cum ex Castro Graffignani, scilicet ex fru-
ctibus anni 1629 D. Domitilla fateatur percepisse scuta
782. quæ iuncta cum supradictis scutis 2189. ba. 87. consti-
tuunt summam scutorum 2971. 87. quibus demptis D. Do-
mitilla remanet, creditrix pro quarto dotali, & illius
fructibus, ac pro ioteresse, & fructibus dotis in scut. 18078.
13. incipiendo à dicta die 5. Aprilis anni 1623. vsque ad diē
5. Iunij proximi præteriti, pro quibus eidem D. Domitil-
læ competere retentionem eiusdem Castri Domini dixe-
runt ex deductis in vltima decisione.

Et quamuis D. Domitilla percepisset fructus eiusdem
Castri in maiori quantitate; cum tamen adhuc integri,
& in specie existant, non debet illos neque in sortem, ne-
que in prædictum interesse computare, cum de specie ad
† quantitatem non admittatur compensatio, vt traditur 17
in *l.* 3 *C. in quibus caus. pign. tacitè contrahatur, & post* Bald.
Salycet. & alios *plures tradit* Negus. *de pignor* 5. *memb.* 5.
par. principalis n 11. & firmauit Rota *in Ariminen. spolij* 9.
Februarij 1629. *cor. R. P. D. meo Merlino.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit &c.
Plures decisiones anootaui in hac causa supra ad decis. 17. ¶

REVERENDISS. P. D. MERLINO
DECANO.

Corduben. Dimidiæ portionis.

Die Lunæ 1. *Iulij* 1630.

A R G V M E N T V M.

Recursus ad Iudices laicos à quo præsu-
mitur habitus. Impedimentum ad ali-
quid faciendum, quando non prosit.
Contumacia, & inobedientia circa lit-
teras Apostolicas est graue delictum, &
deterrimi exempli, nam eis spretis, actum
esset de iurisdictione, & regimine eccle-
siastico.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum hoc vt dicitur paritum, quid docere neces-
se sit.*
2 *Excommunicationis sententia, ad hoc vt non feratur pro
fructibus illiquidis, opus est, vt pars offerat solutio-
nem, facta liquidatione.*
3 *Recursus ad Iudices laicos, præsumitur habitus ab eo,
cuius interest impedimentum præstare.*
4 *Impedimentum præstitum alicui, ad hoc vt non faciat id,
quod tenebatur facere, ei non prodest si fuit affectatum,
& procuratum.*
5 *Erga litteras Apostolicas ab omnibus debetur consueta
pietas, & reuerentia.*
6 *Declaratoria denegari non potest, quando constat de con-
tumacia partis.*
7 *Inobedientia, & contumacia est graue delictum, & de-
terrimi exempli.*
8 *Litterarum Apostolicarum contemptus alicuius, alios ad
idem contemptum prouocat, & ideo iste est censuris co-
ercendus.*
9 *Apostolicis mandatis spretis, actum est de iurisdictione,
& regimine ecclesiastico.*

D E C I S I O CCCLXXXIII.

DOMINO Ioanne Rubio solùm informante resolu-
tum fuit dandam esse declaratoriam cootra Capitu-
lum: Emanatis enim quatuor decisionibus, & tribus sentē-
tijs Rotalibus fuerunt expeditæ litteræ executoriales,
terq; intimatæ Capitulo, ac reproductę, & demum seruatis
quatuor terminis solitis non fuit doctum de paritione po-

sitiua, prout saltem respectu expensarum in mandato ta-
xatarum necesse erat: Hæc enim restitutio cum factum
1 respectu Capituli † pro obedientia mandati Rotalis expo-
sceret, sola patientia non satisfecit, sed Capitulum posi-
tiuè de actuali traditione docere tenebatur *iuxta tradit per*
Seraphin. *decis.* 1113. *num.* 3. *in recent. decis.* 478. *part.* 2. *&*
in Leodien. Canonicatus Sancti Pauli 8. *Aprilis* 1622. *coram*
me.

Amplius etiam quoad possessionem ipsius dimidiæ por-
tionis, requirebatur eadem paritio; quoniam cum à ne-
mine detineretur, & à solo Capitulo tradi deberet, eius-
dem Capituli partes erant, obediendo sententijs Rotali-
bus, introducere procuratorem D. Ioannis instantem in
ipsam possessionem, & in illa eundem manutenere. Et
2 itidem etiā quoad fructus liquidos: Quo verò † ad illiquidos
opus fuisset quod Capitulum obtulisset solutionem, facta
liquidatione *iuxta decis.* 1. Achill. *de sent. excom.* Et sic pro
his patientia non satisfecit, sed factum positiuè require-
batur.

Verum imò, & depositiua contumacia Capituli, con-
stare Domini censuerunt: Quia recursus habitus fuit ad
Iudices laicos pro impedienda exequutione literarum exe-
3 cutorialium Rotæ: qui quidem recursus † præsumontur
habiti ad instantiam Capituli, cuius intererat hoc impe-
dimentum, ad *cap. constitutis il primo de testib.* Cardin. Se-
raph. 1094. *& fuit dictum in Placentina Cantoriæ* 4. *Iulij cor.*
Litta, *& in Burgen. Abbatiæ de Salat* 20. *Nouemb.* 1613. *co.*
bo. me. Vbaldo.

Neque Capitolum excusari posse videtur à paritione,
eo quod executoriales fuerint per consilium Regium abla-
4 tæ: tum quia huiusmodi † ablatio fuit per ipsum effe-
ctuata, & procurata. Tum quia litteris executoriali-
bus per Consilium Regium restitutis, adhuc Capitulum
5 renuit executionem. Et certè Rota à Capitulo † consue-
tam pietatem & reuerentiam erga litteras Apostolicas de-
siderauit in hoc negocio, cum necdum tot subterfugijs pa-
ritionem protrahere tentauerit, sed etiam Notarium ex-
hibentem litteras Rotales, & decreta Consilij de illis e-
xequendis, & instantem pro exequutione acrioribus ver-
6 bis impetiuerit. Ex quibus vndequaque constat de † con-
tumacia Capituli, & consequenter denegari non debet
declaratoria, Cassad. *decis.* 6. *de caus. possess. & propr.*
Crescent. *decis.* 1. *de sequestr. possess.* Graue enim delictum
7 & † deterrimi exempli est inobedientia, & contumacia,
glos. in cap. duo sunt 96. *distinct.* Abb. *in cap.* 1. *numer.* 10. *&*
ibi Rip. *nu.* 29. *de iudic.* Cou *in cap. Alma mater. par.* 1. §. 9.
8 *n.* 3. *de sent. excom. in* 6. vtpote quæ ex contemptu † profi-
ciscitur, & alios ad contemptu prouocat, & ideo censu-
9 ris coercenda: spretis enim mandatis † actum est de iuris-
dictione, & regimine ecclesiastico.

Et ita D. Ioanne tantùm informante, resolutione fuit; parte verò Capituli sæpius citata, informare renuente, &c.

EMINENTISS. ET REVEREND. D. CARD. VEROSPIO.

Romana Successionis.

Die Veneris 15. *Nouembris* 1630.

A R G V M E N T V M.

Interpretatur statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. quod excludit fœminas propter masculos ab hæreditate ascendentium, an scilicet comprehendat etiam nepotes, & alios descendentes ab ipsis fœminis exclusis.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum excludens fœminas propter masculos, an comprehendat nepotes, & alios descendentes ex fœmina exclusa.*
2 *Ad aui hæreditatem de iure communi admittuatur filius, siue filia cum nepote ex altero filio.*
3 *Fœmina, quando est exclusa, cēsentur etiam exclusi omnes ab eo descendentes, vide distinctionem n.* 4. 5. 35. *&* 36.
6 *Statutum excludens matrem à successione, non præiudicat filijs, qui ex propria persona agunt ad successionem, vide nu.* 51.
7 *Statutum excludens fœminas fauore agnationis ab hæreditate patris, censetur etiam excludere vniuersam illius progeniem à d. hæreditate.*
8 *Dotationis qualitas, non conuenit masculis.*
9 *Successio deferri non debet per saltus.*
20 *Stirps non debet esse melioris conditionis, quàm caput totius lineæ.*
11 *Inclusio vnius, est exclusio alterius.*
12 *Statutum excludens aliquas personas à successione alicuius, est strictè accipiendum, nec potest ad alios casus extendi, & n.* 13.
14 *Vocatio vnius, necessariò includit alterius exclusionem.*
15 *Lex dat actionem ei, cuius fauore est lata.*
16 *Statutum, quando nihil operaretur in sensu directo, & idem contineret, quod ius commune, tunc in eo valet argumentum à contrario sensu, etiam ad correctionem iuris communis, vide n.* 17.
18 *Exclusiuum caput in statutis, semper est correspectiuum ad caput inclusionis, itaut, quod vni fuit concessum, alteri denegatum censetur.*
19 *Causæ diuersitas, quando in aliqua re non possit considerari.*
20 *Statutum excludens fœminas ab hæreditate patris, & & matris, censeri debent propter eandem causam exclusæ ab vtraque hæreditate.*
21 *Agnatio respectu matris considerari non potest.*
23 *Fœminæ, vt à masculis excludantur, ex dispositione statut. Vrb. cap* 145. *lib.* 1. *requiritur, vt eadem fœminæ dotem habeant.*
24 *In fauorabilibus semper attendi debet persona, quæ fuit causa eiusdem fauoris.*
25 *Dos fœminis exclusis à statuto, ad effectum exclusionis, cōsideratur tanquam causa secundaria inducta per statuentes ad effectum moderandi rigorem statuti.*
26 *Dos fęminis exclusis datur quasi in compensationem exclusionis.*
27 *Soror non potest concurrere cum fratre ad successionem patris, vel matris propter statut. Vrb. libr.* 1. *capit.* 145.
28 *Statutum Vrb. lib.* 1. *c.* 145. *necessariò non requirit, vt filia dotata sit tempore delatæ successionis, sed sufficit, quod frater paratus sit eam dotare.*
29 *Frater constituens vnicam dotem sorori, vigore statuti exclusiui fęminarum, an excludatur d. soror ab vtriusque parentis successione.*
30 *Agnatio est vnica, & sola ratio in statutis, quæ excludunt fęminas ab hęreditate paterna.*
31 *Statuta exclusiua fęminarum propter masculos, plurima per vniuersum terrarum Orbem condita reperiuntur.*
32 *Filij non possunt dici agnati ipsi matri, vel auiæ.*
33 *Filij sequi debent familiam patris, non autem matris.*
34 *Masculinitatis qualitas, & non agnatio consideratur in statutis exclusiuis fęminarum propter masculos ab hæreditate matris, vel auiæ.*
37 *Mater est agnata, licet non possit conseruare agnationem.*
38 *Nepotes ex fœminis agnationem conseruare non possunt, cum nec ex eadem agnatione sint.*
39 *Filius, qui sororem exclusit, excludere etiam debet filios eiusdem sororis.*
30 *Mulieres etiam ipsę censentur habere affectionem ad familiam sui viri.*
41 *Mulier transeundo saltem ex vsu in alienam familiam, videtur magis diligere filios masculos, & masculos ab eis descendentes, qui retinere possunt agnationem sui viri, quàm fœminas, & eius descendentes qui d agnationem conseruare non possunt.*
42 *Agnatio in statuto exclusiuo fęminarum propter masculos ab hæreditate materna, non consideratur respectu ipsius fęminę, de cuius successione tractatur, sed respectu masculorum agnatorum quibus d. hęreditas defertur, & n.* 43.
44 *Statuta exclusiua fęminarum propter masculos probibent, ne diuitiæ vnius familiæ deueniant ad extraneos, siue illæ proueniant à masculis agnatis, siue à fœminis cognatis.*

45 *Stu-*

45 *Statuta exclusiua fœminarum propter masculos non possunt dici odiosa.*
46 *Masculinitas considerata à statuto exclusiuo fœminarum, intelligenda est de descendentia masculorum ex masculis, nulla fœmina interposita post primam, & num. 47. & 48.*
49 *Fœmina est finis paternæ agnationis, & caput alterius agnationis sui viri, & num. 52.*
50 *Agnatio, quæ primum cœpit in fœmina, in eadem retinetur per illius filios, & descendentes masculos.*
53 *Decis. 463. par. 1. in recent. declaratur.*
54 *In decisionibus non est faciendum fundamentum, si causa iterum fuerit proposita, & nihil fuerit resolutum.*
55 *Bartol. in l. qui superstitis, ff. de acquir. possess. declaratur.*
56 *Mater, si non sit exclusa ab hæreditate patris, sed si velit ipsa ab ea abstinere, hoc factum non præiudicat filijs declara num. 57.*
58 *Prouisionis factæ ab homine, ac iuris à leg. constituti non est eadem vis, nec virtus.*
59 *Exclusio fœminarum facta à statuto, non habet eam conditionem, quam habet renunciatio facta per eas.*

DECISIO CCCCV.

IN hac causa, quam super successione auiæ maternæ
coram me instituerunt nepotes ex filia fœmina iam defuncta, cum ad eorundem nepotum instantiam proposuissem hodie dubium, an in huiusmodi successione ius illius
competeret, visum fuit Dominus quæstionis istius difficultatem, sicut, & resolutionem pendere ab interpretatione statuti Vrbis, an scilicet cum in cap. 145. lib. 1. pro-
1 pter masculos † excludit fœminas ab hæreditate ascendentium, comprehenderet ipsum statutum etiam nepotes,
& alios descendentes fœmina iam exclusa, tanquam positum, & fundatum in ratione agnationis, quia si niteretur
in sola qualitate masculinitatis, res parum haberet difficultatis, nec istis nepotibus, qui masculi sunt, obesset qualitas sexus, quæ matrem inhabilem fecit, & succederent
2 iuxta dispositionem iuris communis, ex quo † ad hæreditatem, aui filius, siue filia cum nepote ex altero filio pariter admittuntur, vt in §. *si quis igitur auth. de hæred. ab intestat. venient. & in §. cum filius institut. de hæred. qui ab intestat. defer.*

Et non negabant conclusionem hi nepotes, vt exclusa
3 † fœmina censerentur exclusi omnes ab ea descendentes in
casu, quo illa examinarunt Doct. & quotiescumque considerari potest alterius, & lineæ masculinæ fauor, ex cuius causa semal facta fuit exclusio, cum hanc distinctio-
4 nem an ipsa † exclusio respiciat commodum, & fauorem
alterius, siue potius causam, quæ diuidi, & separari non
possit à persona quæ fuit exclusa, quam primus omnium
fecit Bart. *in l. liberorum, num. 16. ff. de verb. signif. & in l. 2. §. viden. num. 3. ff. ad Tertull.* sequuti postea fuerint Salicet. *in l. maximum vitium, num. 5. in fin. &* Bald. *num. 3. Cod. de libert. præte.* Castrens. *in l. illam num. 9. C. de collat. & ibid.* Dec. *num. 13.* Ias. *in l. si mater tua, num. 10. Cod. de success. edict.* Corn. *in l. 1. num. 18. C. de condit. insert.* Bald. *cons. 171. num. 1.* Castr. *cons. 91. num. 1. lib. 2.* Iason. *cons. 221. col. 3. lib. 2.* Dec. *cons. 71. num. 2.* Roman. *cons. 40. num. 4.* Natt. *cons. 581. num. 26. lib. 2.* Soccin. Sen. *cons. 5. num. 7. lib. 1.* Corn. *cons. 57. num. 11. lib. 2.* Albert. Brun. *de statut. fœmin. exclus. artic. 6. num. 90.* Io. Campeg. *eod. tractat. quæst. 21. num. 95.* Crass. *in §. successio quæst. 4. num. 3. & 5.* & alij quos latissime cumulant Tiraqu. *de iure primog. quæst. 12. num. 11.* Molin. *de primog. lib. 3. cap. 5. num. 41.* Valent. Forster. *de success. ab intest. lib. 3. c. 56.* Sed cum hanc exclusionem soli eorum matri
officere contenderent, diuersum esse dicebant hoc ius, ex
quo debita sibi erat auiæ successio à iure eiusdem matris,
5 † vt quamuis illius gradum occuparent, non tamen eodem modo repræsentare deberent ipsius personam, sed
positi ex legis ministerio in locum, siue gradum filiorum,
vt declarat Bart. *in l. 1. §. si sit nepos, ante num. 1. vers. vnde prima solutio, ff. de collat. dot. & in l. 1. §. si sit filius, ff. de coniungen. emancipat. liber.* exponendo verba illa, *in locum sui patris succedant* quæ habentur *in §. cum filius instit. de hæred. quæ ab intestat. defer.* vt intelligenda sint, quasi in gra-
6 dū sui patris succedant, atque ita distingueretur locus, †
quem tanquam vacantem occupare debet filius, ab eiusdem filij iure, quod etiam dixit idem Bart. *in l. qui superstitis 93. num. 2. ff. de acqu. hæred. & in l. si auus. num. 1. Cod. de liber. præterit.* & eamdem distinctionem visi etiam sunt
facere Alexand. *cons. 4. num. 13. lib. 4.* Aret. *cons. 143. num. 3.* Bursat. *cons. 67. num. 24. lib. 5.* Bero. *consil. 120. num. 82. vol. 2.* Matthesil. *de success. ab intest. art. 3. num. 11.* & alij adductis
per Surd. *cons. 85. numer. 2.* Tiraqu. *de iur. primog. quæst. 40. num. 119.*

Id verò ex ipsius statuti dispositione, se assequi etiam
dicebant, cum in posteriori parte eiusdem statuti, quæ excludebat filiam à successione matris, & auiæ, & quæ potissimum ad hoc præsentis controuersiæ caput pertinebat
non solum considerari non posset fauor, & causa agnationis, ex qua moueri forte potuerunt statuentes, vt eamdem filiam, & vniuersam illius progeniem excluderet ab
hæreditate patris, † & ideò non censeretur facta in ipsa 7
stirpe exclusio, vt videntur omnes admittere, quotiescumque cessat causa eiusdem agnationis, vt in his terminis allegabat *decis. inter recent. 463. num. 8. part. 2.* sed ex ipsa
præterea dotarionis causa, quæ solum in hac posteriori
parte fuit per statutum considerata, & quæ in sola eorum
matre verificari poterat, dicebant fieri, & reddi eamdem
exclusionem personalem, dum non poterat porrigi ad nepotes, quibus nec dos aliqua fuit constituta, nec † conue- 8
niebat qualitas dotationis, vt concludit Bald. *in d. l. maximum vitium numer. 20. C. de liber præterit. & in l. scimus, numer. 14. in fin. C. de inoff. testam.* Corn. *cons. 116. nume. 12. volum 2.*

Verum his non obstantibus, ad quæ potissimum reducebantur omnia horum nepotum fundamenta, contrariam sententiam concordibus suffragijs amplexi fuerunt
Domini, & pro eorumdem nepotum exclusione considerarunt, quod non solum in parte exclusiua ipsius statuti,
dum nominatim prohibebat, filias fœminas in hæreditate
patris, aut alterius descendentis concurrere cum fratribus
videri poterant hi nepotes, & ipsi prohibiti succedere ex rationibus, quas in comprobationem distinctionis allatæ
per Bart. considerant Doct. ne successio † deferatur per 9
saltus, vt præcipuè aduertit Bald. *in c. 1. §. & quia vidimus num. 12. qui feud. dar. poss.* Tiraq *de iur. primog. eod. qu. 12. numer. 9.* siue ne melioris conditionis sit ipsa stirps, † quàm 10
caput totius lineæ, dum maior etiam ratio subesse videatur, vt ijdem nepotes, tanquam magis remoti, quam mater, exludantur ex *notat. in l. si viua matre, C. de bon. matern. & dixit Speculat. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua, num. 173. quæst. 146. idem* Ias. *in d. l. si mater tua, num. 10. Cod. de success. edict. & in cons. 141. col. 6. in princip. vers. idem statutum vol. 2.* Salycet. *in d. l. maximum vitium num. 5. Cod. de liber. præterit.* Aret. *in l. Gallus, §. nunc de lege. numer. 52. ff. de libert. & posthu.* & latissime deduxit Surd. *d. cons. 85. nu. 10.* Rub. Alexand. *consil. 16. num. 13.* sed cum in parte, qua
masculos ipsum statutum includebat, non solum exclusis
fœminis vocarentur filij masculi sed etiam nepotes ex eodem filio, hæc qualitas, quàm in nepotibus requirebat
statutum, vt descenderent ex masculis, nominatim visa
fuit continere † aliorum nepotum exclusionem, qui non 11
ex masculis prouenirent, licet enim in capite fœminarum
exclusiuo dicendum videretur, eiusdem statuti exclusionem nonnisi strictè † concipiendam, neque posse ad alios 12
casus porrigi, vt quæ tacitam exhæredationem continebat Alexand. *in l. venia edicti. num. 6.* Ias. *num. 4. C. de in ius vocan.* Alexand. *cons. 7. num. 11. lib. 2.* Dec. *cons. 13. num. 7. circa med.* Corn. *cons. 95. num. 20. vol. 2.* Alciat. *cons. 12. num. 52. lib. 2.* aut etiam, † vt quam minimum ex ea ius com- 13
mune corrigeretur, vt hac ratione inter alias in terminis
statuti mota fuit Rota *d. decis. 463. numer. 4. part. 1. recent. & notat* Bart. *in l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. gest. & in l. omnes populi, num. 53. ff. de iustit. & iur.* Rom. *cons. 599. numer. 4.* Paris. *cons. 110. num. 31. lib. 3.* in altera tamen parte, ex qua
desumebatur vocatio, & dispositio fauore masculorum,
non poterat negari, quin semper, & perpetuò remanerent
exclusi descendentes ex fœminis, cum vnius vocatio necessariò † diceret, & includeret alterius exclusionem, & 14
eadem verba tanquam prolata per statuentes, qui potuerunt super successione disponere, solis masculis darent
actionem, † quorum fauore lata fuit lex, vt etiam ratio- 15
cinatur Bart. *in d. l. 2. §. videndum, num. 2. in fin. ff. Sen. Cons. Tertull.* Bald. *in l. max. vitium, num. 2. C. de liber. præterit. in l. quod vero 14. num. 6. ff. de legib. in l. illam, num. 3. Cod. de collat. & in cons. 171. num. 2. lib. 2.* Natta *cons. 581. num. 28.* Menoch. *cons. 172. num. 32.* Soccin. Sen. *cons. 241. num. 7. & 9. lib. 2.* Capr. *137. num. 3. & 4.* Albert. Brun *de statut. art. 6. nu. 90.* & certè nihil operaretur statutum in sensu directo,

& idem

& idem contineret, quod Ius commune, si eodem modo
nepotes ex masculo, ac nepotes ex fœmina deberent suc-
16 cedere, quo casu † valere argumentum à contrario sensu
etiam ad correctionem iuris communis communiter rece-
ptum est Bald. in l. conuenticulam num. 4. C. de Episc. & Cler.
Dec. in l. 1. numer. 53. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. Aret.
in l. qui testamento num. 8. ff. de testam. Crot. in l. omnes populi
num. 201. ff. de iust. & iur. Ias. in cons. 115. num. 4. lib. 4. Ro-
man. cons. 399. num. 6. & conclusionem in his terminis la-
tè, ac pluribus probat Alderan. Mascard. de statut. inter-
pretat. conclus. 4 num. 73. Immò secum inuicem pugnarent
verba eiusdem statuti, si cum vocat nepotes descendentes
17 ex filio masculo iam defuncto, † admitteret etiam nepo-
tem ex filia, quàm à fratre, & eiusdem fratris filio voluit
excludi, propter quam rationem etiam in proposito dixe-
runt Bart. in d. §. viden. ff. ad S. C. Tertul. Bald. in d. l. ma-
ximum vitium num. 3. C. de liber. præterit. caput exclusiuum
18 † in statutis semper esse correspectiuum, ad caput inclu-
sionis, itaut quod vni concessum fuit, alteri denegatum
censeatur.

Neque his obesse dixerunt Domini distinctionem fa-
ctam inter vtrumque caput ipsius statuti, vt cum in poste-
riori parte, in qua agebatur de successione matris, & auiæ
non posset considerari ratio, & fauor agnationis, causa
huius exclusionis, quæ in eadem parte continebatur,
fuerit aut fauor filiorum masculorum, & sic sola qualitas
masculinitatis, aut etiam dos, quam solui mandabat sta-
tutum filiæ exclusæ. Hæc enim distinctio vix poterat
considerari in casu huius statuti in quo, cum vtraque hæ-
reditas non fuisset considerata principaliter, & distinctè
dispositio, quæ fœminam excindebat ab hæreditate ma-
tris, & auiæ, non videbatur dici posse noua, aut diuersa
ab ea, quæ continebat exclusionē ab hæreditate patris, &
aliorum ascendentium masculorum, quod clarissimè pro-
batum videri poterat ex contextu, & verbis eiusdem
statuti, cum per dictiones relatiuas nominarentur in hac
secunda parte eadem filiæ, quæ fuerunt in prima exclusæ
a patris successione, & continuata, ac non intermissa ora-
tione caueretur, vt eædem filiæ, nec matri, nec auiæ de-
berent succedere. Et quamuis hæc solum viderentur con-
cludere respectu effectus, & modi huius exclusionis, ex
19 quibus † non poterat inferre diuersitatem causæ, propter
quam fuit facta eadem exclusio, vt hanc distinctionem vi-
si fuerunt facere, Dec. cons. 302. num. 7. Ias. cons. 115. num.
4. vers. tertio principaliter lib. 4. Paris. consil. 49. num. 53. lib. 3.
Bero. cons. 120. num. 15. & 62. lib. 2. Panciroi. consil. 188. nu-
mer. 14. Honded. cons. 1. num. 27. lib. 2. & Rot. cor. Greg.
decis. 293. num. 18. qui omnes concludunt non ideò, quod
20 eodem modo fuerint † fœminæ exclusæ ab hæreditate pa-
tris, & matris, censeri debere propter eamdem rationem
exclusas ab vtraque hæreditate, cum non possit agnatio
21 respectu † matris considerari, adhuc tamen hæc distinctio
non poterat probari in casu huius statuti, aut respectu suc-
cessionis, de qua agebatur.

Et quantum ad dotem non fuit illa causa huius exclu-
sionis, dum præter hanc dotis qualitatem fuit etiam spe-
ctatus fauor filiorum masculorum, quo casu admittit idē
Bald. vt cum simplex fuerit exclusio, afficiat non solum
22 matrem cui dos data fuit, † sed etiam ipsius filios, & alios
ex ea descendentes, & hanc etiam distinctionem sequuti
fuerunt Salicet. in d. l. maximum vitium, num. 8. Bald. num.
20. C. de liber. præterit. Fulgos. cons. 54. num. 3. Io. Campeg.
super tract. exclus. fœmin. qu. 21. num. 101. Albert. Brun. eod.
tractat. art. 6. num. 95. qui dicit confundi hoc casu, causam
dotis, cum causa ipsius agnationis Corn. in eadem l. maxi-
mum vitium num. 20. Vbi postquam repetijt omnia, quæ
pro contraria opinione ponderauit in cons. 119. lib. 2. dicit
opinionem Baldi esse veriorem, & praxi sequendam. Nam
23 licet, vt possent fœminæ à masculis † excludi, requira-
tur ex dispositione eiusdem statuti, vt dotem habere debe-
rent eædem fęminæ, tamen solis masculis tribui poterat
hæc exclusio, non solum quia sola persona eorumdem fi-
liorum spectari poterat, quorum fauore fœminæ debe-
24 bant excludi, cum semper in † fauorabilibus attendi de-
beat persona, quæ fuit causa eiusdem fauoris, tanquam
causa principalis, vt arg. notatorum in l. sed si hac, §. vlti-
mo, ff. de in ius vocan. trad. Bald. in l. quod vero num. 3. ff. de
legib. & in l. venia edicti, num. 4. C. de in ius vocan. Iason. in
cons. 115. sub num. 4. vers. nam persona quæ excluditur vol.
4. Natt. cons. 581. num. 26. Albert. Brun. super stat. exclus.
25 fœmin. art. 6. num. 90. Verum etiam † quia nec ipsa dos po-
terat considerari, nisi tanquam causa secundaria inducta
per statuentes, ad moderandum rigorem statuti, & † qua- 26
si in compensationem exclusionis, dum neque succedere
debebat in locum legitimæ, neque eius obligatio esse de-
bebat pura, sed solum in casu matrimonij, & nuptiarum
iuxta distinctionem Castr. in l. Titio centum, §. Titio gene-
ro, ff. de cond. & demonstr. quam in his terminis sequutus
fuit Cephal. cons. 5. num. 73. & in terminis huius statuti Ga-
briel. cons. 5. lib. 1. & cons. 139. lib. 2. Rota decis. 540. num. 1.
part. 1. diuers. & poterant in casu huius statuti videri hæc
eo etiam veriora, quia cum satis habuerit ipsum statutum,
ne posset † soror concurrere cum fratre ad hæreditatem 27
tàm patris, quàm matris, si hanc dotem illi paratus esset
dare idem frater, nec illud necessariò requisiuerit, vt tem-
pore delatæ successionis mulier † dotata esset; satis inde 28
colligebatur, quod non poterat eadem dos esse causa huius
exclusionis, cum propter vnicam dotem, quæ per fra-
trem sorori constituta esset excluderetur soror ab vtriuf-
que successione, & hæc vis vnius, ac solius tantum † do- 29
tis esse non posset, vt esset loco, & expleret vicem dua-
rum hæreditatum, vt in terminis similis statuti arguit Ca-
strens. cons. 91. num. 3. lib. 2. Cephal. d. cons. 5. num. 70. & su-
per hoc eodem statuto dictum fuit in decis. Put. 277. lib. 1.
in correct. & apud Sarnen. decis. 104. lib. 1.

Quo vero ad alteram causam agnationis, † admiserunt 30
illam Doct. tanquam vnicam & solam rationem exclusio-
nis fœminarum ab hæreditate paterna, & semper hoc mo-
do interpretati fuerunt similia statuta, † quæ plurima per 31
vniuersum terrarum Orbem condita reperiuntur, vt ap-
paret ex Cyn. in l. publico in 4. quæst. C. ad l. Iul. de adulter.
qui hanc esse testatur obseruantiam ferè omnium Ciuita-
tum Italiæ, & idem dixerunt Bald. in l. quod vero, num. 3.
ff. de legibus Castr. cons. 40. num 4 lib. 2 Ias. cons. 221. col. 3.
vers. 3. mouetur lib. 2. Soccin. Sen. cons. 63. num. 17. vol. 3. Me-
noch. cons. 95. num. 60. Gabr. cons. 10. nu. 10. lib. 2. Io. Cam-
peg. de statut. exclus. fęmin. quæst. 21. num. 103. Tiraqu. de
iur. primog. quæst. 13. num. 9. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5.
num. 29. & fuit in Cæsenaten. fideicommissi 24. Ianuarij 1628.
coram R. P. D. meo Durano, & in terminis huius statuti in
decis. 770. num. 4. part. 2. recent. & in Romana emphyteusis 18.
Maij 1601. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & cor. Car-
dinal. Caualerio decis. 583. num. 1. In hæreditate verò ma-
tris, & aliarum fęminarum ascendentium ideò negant,
eamdem agnationem dici debere eiusdem exclusionis cau-
sam, quod filij, † qui successuri sunt, non possunt dici 32
agnati ipsi matri, aut auiæ, cum sicut dicitur in l. familiæ
appellatione 196 ff. de verb signif. & in §. 1. institut. de legit.
agnat. tutel. & in §. sunt autem agnati. instit. de legit. agnat.
successionem sequi debeant patris, † non autem matris fami- 33
liam. Sed cum plures dari possint casus, in quibus agatur
de concursu masculorum cum fęminis in hęreditate com-
munis parentis, quorum occasione diuerso modo consi-
derari, & accipi solet à Doct. hæc agnatio, vt apparet
ex notatis, per Bart. qui hanc casuum diuersitatem con-
siderauit in d. l. liberorum nu. 12. 13. 14. & 15. respectu hæ-
reditatis auiæ, quæ in casu huius decis. petitur per nepo-
tes ex filia, duo videntur posse casus contingere, qui etiam
fuerunt per Doct. considerati, ad interpretationem huius
statuti exclusiui fœminarum. Vel enim agitur, vt nepo-
tes ex filia defuncta succedere debeant in hæreditate auiæ
ex eiusis sororibus, & possunt fortasse vera esse hoc casu,
quæ dicuntur, vt non fuerit respectu horum nepotum spe-
ctata agnatio, sed sola qualitas † masculinitatis, cum ea- 34
dem qualitas posset illis dare prælationem aduersus fœ-
minas, vt propter hanc rationem ad fauorem masculo-
rum Consuliti responderunt Ias. cons. 115. num. 5. vers. sed
præmissis non obstantibus libr. 4. Dec. cons. 302. numer. 6. li-
cet ab illis dissenserint Ruin. consil. 18. volum. 3. Gratian.
cons. 26. numer. 16. vol. 1. qui propter eamdem rationem,
quod hi nepotes agnati dici non possint, non putarunt,
ab illis excludi debere sorores. Vel agitur, vt eiusdem fœ-
minæ defunctæ filij, & nepotes auiæ concurrere debeant
cum auunculo, & hoc casu non potest videri, vt satis es-
se debeat eisdem nepotibus, quod masculi sint, cum etiam
hoc casu, quo agitur de hæreditate auiæ, vrgeat † con- 35
tra illos ratio, quam respectu aui considerauit Bart. in d.
l. liberorum, numer. 14. vt nullo modo possint venire
ijdem nepotes: cum si velint admitti ex persona matris;
obstet illis ratio, quæ matrem exclusit; Si verò venire
† velint ex propria persona excludi debeant, tanquam po- 36
steriores ab eorum patruis, aut auunculis, & hanc Bart.
ratio-

rationem fecuti fuerunt Corn. *in l.1.num.20. C. de condit.in*
fert. Alexand. *in l.venia edicti num. 6. C. de in ius vocan.* In.
Andr. *in addit. ad specul in rubr.de testament.in fin.* Roman
conf. 40.*num.*4. Iaf.*conf.* 221.*col.*3.*verf.* 2.*mouetur lib* 2. Natt.
conf 581.*num.*26. immò Rot. *coram* Greg.*decif.*293. *num.*19.
dixit, maiorem etiam fubeffe rationem pro exclufione horum
nepotum, quam fit in eorum matre, cum eadem ma-
37 ter † fit agnata, licet non poffit conferuare agnationem
38 ipfi verò nepotes non folum agnationem † conferuare non
poffint, fed neque ea eadem affignatione fint, quafi duplex
in illis videatur concurrere caufa exclufionis.

Et licet noluerint Doct. hoc cafu, auunculum præferri
in hæreditate fuæ matris, eo quod illi dici deberet agnatus
aut, quod eadem mater hanc rationem agnationis fpectaf-
39 fe videretur, nemo tamen dubitauit, quin ipfe filius, †
fororem exclufit, excludere deberet etiam filios eiufdem
fororis, licet varijs rationibus ad id moti fuerint. Nam
aliqui dixerunt id procedere propter affectionem,
40 quam † videtur habuiffe mulier ad familiam fui viri,
quam rationem fequuta fuit Rota *coram* Greg. *decif.* 514.
*num.*10. & tenuerunt Soccin. Iun. *conf.* 56. *num.*4 *lib.* 4. De-
cian. *conf.* 127. *num.*23.*lib.*3. Pancirol. *conf.* 188.*nu.*14. Hon-
ded. *conf* 1.*num.*28. *lib.* 2. Mantic. *de coniect. lib.*6. *tit.* 10. *nu-*
mer. 7. Franch. *decif.* 182. *num.* 11. cum ipfa mulier tran-
feundo faltim ex vfu in alienam familiam, videatur magis
41 diligere filios mafculos, † & mafculos ab eis defcendentes
qui retinere poffunt agnationem, & familiam eiufdem vi-
ri, quam fœminas, & filios, ac nepotes earumdem fœmi-
narum, per quos eadem agnatio conferuari non poteft; ali-
qui voluerunt, agnationem confiderandam effe non refpe-
ctu ipfius fœminæ, de cuius fucceffione tractatur, fed ref-
42 pectu mafculorum † agnatorum, quibus delata eft fucceffio
per ftatutum, vt in fpecie voluerunt Ruin. *d. conf.* 18.
fub num. 5. *vol.* 3. Gratian. *eod.conf.*26. *num.* 33.*lib.*1. cum eo-
43 rumdem mafculorum, & familiæ conferuationi † profpi-
cere cenfeantur huiufmodi ftatuta, quatenus in vniuer-
fum prohibent, ne diuitiæ deueniant ad extraneos, fiue il-
44 læ proueniant à mafculis agnatis, † fiue à fœminis cogna-
tis, vt hanc interpretationem ad litteram pofuiffe vifus eft
Alciat. *in l. liberorum, num.* 12.*ff. de verb. fignif.* Bart. *conf.*
68. *num.* 2. *lib.* 2. Curt. Iun. *conf.* 150. *num.* 2. Honded. *conf.*
45 1. *num.* 27 & 28. *lib.* 2. Ex quo neque dici poffe † odiofa,
quamuis fœminarum exclufionem contineant, voluerunt
inter cæteros, Bald. *in l. venia edicti, num.*4. Alexand. *num.*
6. Dec. *num.*5 & 8. *C. de in ius vocan.* Caftr. *conf.* 40. *num.* 4.
lib. 2. Curt. Sen. *conf.* 9. *num.* 18. Soccin. Iun. *conf.* 3. *num.* 20.
lib. 1. Gabr. *conf.* 15.*num.* 3. *lib.* 2. Albert. Brun. qui hanc di-
cit communem, & veriorem *fuper ftatut. exclus. fœmin ar.*
4. *num.* 6. & *fuit dictum in Amerina fucceffion* 19 *Ianuar.*
1594. *coram Penia.* Alij demum voluerunt, vt ideo defcen-
dentes ex fœminis, licet mafculi admitti non poffent,
quod mafculinitas confiderata per ftatutum intelligenda
46 † fit de defcendentia mafculorum ex mafculis, nulla fœ-
mina interpofita poft primam, de cuius fucceffione agitur,
vt toto *conf.* 91. *lib.* 2. *probat* Caftrenf. Iaf. *conf.* 115. *num* 2.
*vol.*4. Ruin. *d.conf.* 18. *fub eod. num.* 5. *verf. vltra prædicta*
vol 3. Gratian *d. conf.*26.*num.* 7. quod, vel idem eft in effe-
ctu, atque ipfa agnatio, vt concludit idem Caftr. *eod.conf.*
47 91. *num.* 4 qui ideo dicit, refpectu fucceffionis fœminæ †
idem effe mafculos atque agnatos, & *conf* 422.*num.*3 *lib.* 1.
Curt. Iun. *conf.* 150.*num.*2. Molin. *de primog. lib.*3.*c.* 5.*concl.*
6. *num.* 47. vel certè parum prodeffe poteft hoc cafu ratio-
nis diuerfitas, quæ poffet confiderari pro caufa exclufionis
inter vtramque hæreditatem, fi femper, & eodem mo-
do excludi debent hi nepotes ex fœmina, fiue quia ipfi non
fint de agnatis, fiue quia non defcendant ex mafculis. Et
48 quod in cafu huiufmodi, & fimilium ftatutorum † non
poffit diftingui hæc qualitas mafculinitatis ab ipfa agna-
tione, ex eo prætereà argui poterat, quia eadem fœmina,
49 quæ eft finis paternæ † agnationis, dicitur etiam caput al-
terius agnationis fui viri & ad hanc agnationem videntur
neceffariò, refpectum habuiffe eadem ftatuta, dum con-
ftituendum eft primum aliquod eiufdem agnationis ini-
tium, & non id agitur, vt fuam, ac paternam agnatio-
nem conferuare debeat fœmina, de cuius fucceffione tra-
50 ctatur, fed vt ea † agnatio, quæ primum cœpit in eadem
fœmina, retineatur per illius filios, & defcendentes ma-
fculos.

Ex his fublata videri poterat altera diftinctio, quæ
etiam afferebatur fuper diuerfitate iuris, quod in hac fuc-
51 ceffione habebant nepotes à iure matris, vt tanquam †
ex propria perfona venientibus non obeffet, quod ipfa ma-
ter fuiffet ab eadem fucceffione exclufa. Huius enim vis
argumenti, quod captiofum oftendit, & pluribus refellit,
Surd *in conf.* 83.*num.* 12. poffet fortaffe procedere, fi folam
matris perfonam peteret hæc exclufio non autem illa con-
fideraretur tanquam † principium, & caput totius lineæ, 52
quo cafu admittunt omnes, infici vniuerfam matris ftir-
pem, ac defcendentiam, & fuit refolutum in proprijs ter-
minis huius ftatuti, & de nepote ex filia in *Romana fupple-*
menti legitimæ 8 *Februarii* 1583. *coram Cardin. Arigonio in-*
ter impreff. part. 4. *diuerf. decif.* 415. & in his terminis di-
ctum fuit, † procedere decifionem in caufa *Spoletana hæ-* 53
*reditatis inter recent. decif.*463. *par.* 1. in qua fuæ defenfio-
nis potiffimum fundamentum conftituebant hi nepotes,
cum ficut videre eft ex eadem decif. tota illa fit in proban-
do, vt ad hanc qualitatem non videretur refpexiffe fta-
tutum, de cuius interpretatione in cafu illius decif. age-
batur, & hoc præcipuè defumeretur, cum fœminam, quæ
dotata effet, mandaret excludi per mafculum, qui ef-
fet de progenie aui, patris, matris, fratris, aut fororis, qui-
bus verbis, vt conficit eadem decif. etiam mafculi ex ma-
tre, aut forore nati continebantur; præterquam neque
fuper eadem decif. dixerunt Domini, conftitui poffe fun-
damentum, cum † caufa iterum propofita nihil refolutum 54
fuiffet propter rationes Bart. quæ non obftantibus illis ver-
bis etiam vifæ fuerunt vrgere.

Solum autem non oberit filijs qualitas matris, & diftin-
gueretur vnius ab alterius iure, fi idem ius non habeant fi-
lij à matre, & ficut apparet in cafu, in quo loquitur † Bart. 55
in l.qui fuperftitis, ff. de acquir. hæred. fi mater non fit ex-
clufa, fed velit ipfa abftineri à fui patris hæreditate, cum
enim id ius à lege delatum fit eifdem † filijs, non debet il- 56
lis obeffe factum fuæ matris, & fuit ratio Bart. *in d.l.libe-*
rorum num. 16. *ff. de verb. fignif.* & benè, & in propofito
confiderarunt Menoch. *conf.* 318. *nu.* 28. qui etiam refpon-
det auctoritati eiufdem Bart. *in l.* 1. § *fi fit nepos, ff. de col-*
lat. dot. Surd. *d. conf.* 83. *num.* 13. Aret. *in l. Gallus*, §. *nunc*
de lege, num. 53 *ff. de liber. & pofthum.* Ruin. *conf.* 120. *nu.*
15. *lib.* 1. Alexand. *in l. pactum*, 3. *num.* 7. & 8. *C. de collat.*
& facit etiam altera ratio, quam confiderat Alexand. *in d.*
l. pactum, ne eifdem filijs obeffe debeat hæc matris † re- 57
nunciatio, quia fcilicet videatur habere tacitam condi-
tionem, fi hæreditas eidem matri deferretur, quæ effe-
ctum habere non potuit, dum ipfa mater mortua fuit an-
tequam decederet illius pater, & auus filiorum, de cuius
fucceffione tractatur, cuius contrarium omninò contingit
in cafu, quo fœmina per ftatutum expreffè prohibita fit
fuccedere, vel quia non † eadem fit vis; ac virtus proui- 58
fionis factæ ab homine, ac iuris à lege conftituti pluribus
probat Surd. *conf.* 83. *num* 29. Ruin. *conf* 49. *num.* 4. *vol.* 1.
& latè declarat Imol. *in l. fi verò* (quam legit cum *l.dotalem*
feruum) §. *de vero, ff folut. matrim.* & præcipuè *ex num* 51.
Bald. *in l. maximum vitium, num.* 19 *C. de liber. præterit.*
vel quia exclufio, quamdam quafi legem in ipfius
matris ortu videtur † ftatutum præfcripfiffe, non habeat 59
eam conditionem, quam habuit renunciatio facta per ma-
trem, vt voluit idem Surd. *d. conf.* 83 *num.* 34. Ruin. *conf.*
18. *num.* 10. *conf.* 27. *num.*8. & *conf.* 51. *num.* 13. *vol.*3. Aym.
conf. 127. *n.*4.

Et ita vtraque parte informante refolutum fuit.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Squillacen. Abbatiæ.

Die Mercur. 20. *Nouembris* 1630.

A R G V M E N T V M.

Teftis, quando non præfumatur folemniter iuraffe, & quando è contra.

S V M M A R I V M.

1 *Citationis quicumque defectus fuppletur ex præfentia.*
2 *Citatio procuratoris ad recognofcendum apocas, quando fit fruftratoria.*
3 *Notarius, fi afferat fimpliciter, quod teftis iuratus &c.*

ex hac

ex hac enunciatiua non oritur sufficiens iuramenti probatio.
4 *Et ista opinio in Rota semper fuit seruata.*
5 *Scriptutæ tactus videtur exigi quotiescumque iuramentum defertur à iure.*
6 *Iuramentum eo ipso, quod sufficienter probatur fuisse præstitum, præsumitur solemniter præstitum, hoc est tactis scripturis.*
7 *Ita vt neganti d. tactum scripturarum incumbit onus probandi.*
8 *Notarij enunciatiua, testis iuratus &c. etiamsi contineat, tactis scripturis, attamen non probat sufficientem iuramenti probationem.*
9 *Notario attestanti de actu, de præterito, & non gesto coram se ipso, non creditur.*
10 *Iuramentum testis probatur, quando Notarius de eo testatur per verba dispositiua, scilicet testis iurauit.*
11 *Notario asserenti, testes iuratos, creditur concurrentibus adminiculis, & particularibus facti circumstantijs, & num. 12.*
13 *Qualitas adiecta verbo, intelligitur secundum tempus verbi.*
14 *Testis, vt dicatur solemniter iurasse ex quibus deprehendatur.*

DECISIO CCCCVI.

NON controuertebatur ab informantibut pro D. Sirlero deberi fructus Abbatiæ D. Abbati Marco Antoniu Viano à die litis contestatæ, vt resolutum fuit sub die prima Iulij præteriti coram me, sed impugnabatur dumtaxat eorumdem fructuum liquidatio, & quantitat in decisione raaata, circa quam iospectionem Domini tameo in decisis permanseruot ex rationibus ibi deductit quæ placuere.

Nec obstare visum fuit, qood recepturæ confectæ à procueatore D. Sirleti, & alia iura, ex quibus desumitur probatio quantitatis fructuum perceprurum, fuerint extracta siue partis citatione, quoniam cum idem procurator D. Sirleti præsens fuerit dictæ extractioni, & illas receputas recognouerit, vt in summ. D. Abbatis M. Antonij uu.
1 2. ea hac præsentia † suppietur quieumque eitationis defectus, Rot. *decis.* 11. *de dol. & contum. in antiqu.* Cæs. de
Grass. *decis.* 15. *num.* 6. *de testib.* Surd. *cons.* 227. *num.* 16. & fru-
2 stratoria fuisset eitatio procuratoris, † qui apocas à se conscriptas, & recoguitas impugnare non poterat.

Minus obstat, quod non videatur satit constare de iuramento tellium, dum Notarius simpliciter asseruit *testis iu-*
3 *ratus &c.* ea † qua enunciatiua non oriri sufficientem iurameuti prubationem, fuit opiuio *glos. in cap. vt circa, de elect.* quam passim sequota est Ruta *vt apud* Verall. *decis.* 523. & 246. *part.* 2. & *decis.* 295. *p.* 3. & alia sæpius.

Quoniam Domiui uon dubitaruut de veritate prædictę
4 opinionis, quam *in hoc in casu Tribunali* † semper fuisse seruatam, testatur *bo. me. Penia in decis.* 215. *num.* 2. *post* 2. *vol. cons.* Farinac. prout eam ampiexa est *in decis.* 633. *numer.* 4. *par.* 2. *recent.* & *decis.* 393. *numer.* 8. *ac decision.* 784. *numer. primo part.* 1. & *apud san. mem.* Gregor. XV. *decis.* 39. *num.* 3. & *decision.* 368. *numer.* 5. & *coram bon. memor.* Cardin. Caualer. *decis.* 322. *num.* 3. atque alibi; Non quidem ex ea ratione, quod deficiant verba tactis scripruris, quarum
5 tactus † videtur exigi quotiescumque iuramentum defertur à iure, prout est iuramentum testis, vt post Feiio. & Abb. dicit Paris. *in cap. fraternitatis, nu.* 77. *de testib.* quem viderur sequi Farinac. *de testib. quæst.* 74. *num.* 20. *ad fin.* quia eo ipso, quod sufficienter aliunde probatur fuisse præsti-
6 tum iuramentom, tunc † ob authoritatem Iudicis, & Notarij, ac taciturnitatem partis non opponentis, præsumitur illud solemniter præstitum fuisse, hoc est tactis scripturis, licet soliut ioramenti mentio fiat, ad en vt parti
7 tactum † scripturarum neganti, incumbant onus probandi, vt docuit Imol. *cons.* 86. *num.* 3. Alciat. *in rubr. de iur iuran. num.* 36. *vers. possunt tamen excipi*, Couar. *in cap. quamuis pactum part.* 1. §. 1. *num.* 2. *ad fin* Viu. *com. opin. quæst.* 432. *num.* 3. Thesaur. *decis.* 47. *num.* 18. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 108. *sub num.* 14. *vers. bene tamen verum est*, & ideo Rota *plures* respondit quod etiamsi enunciatiua Notarij *Testis iuratus, &c.* contineat etiam verba *tactis scripturis*,
8 attamen non præbet † sufficientem iuramenti probationem, vt apud Verall. *d. decis.* 246. *part.* 2. & *in recent. dec.* 393. *sub num.* 8. *vers. etiam si dicat*, & *decis.* 704. *numer.* 8. *part.* 1. & *coram bon. mem.* Cardin. Caualerio *decis.* 322. *num.* 3. atque etiam obseruarunt Adden. *ad san. me.* Gregor. XV. *decis.* 39. *num.* 5. Sed ea ea ratione, quia quaudo Notarius scribit simpliciter *testis iuratus, &c.* viderur enunciatiuè loqui, & narratiuè referre id quod autea gestum fuit à parte, uoo autem coram se, & sie narratiua non videtur respicere factum ipsius narrantis, & de illius veritate attestari, sed actum de præterito, Nutario autem atte-
stanti de actu de præterito, & non gestu † coram se ipso in 9
ipso tempore præciso actus, non creditur, quia tunc eius assertio magis viderur esse testimonialis, quàm habens fomentum officij Tabellionatut, Alexand. *cons.* 42. *num.* 9. *lib.* 4. Rimin. Sen. *cons.* 430. *num.* 37. & *seqq. lib.* 3. Curt. Iun. *cons.* 176. *num.* 2. Ruin. *cons.* 159. *num.* 16. *lib.* 3 Hunded. *consil.* 31. *num.* 26 & 27. *lib.* 2. Bec. *cons.* 61. *numer.* 21. & *seqq.* ita respondit Rota *in dd. decisionibus Veralli*, & *in recent. decis.* 393. *num* 8. & 9. & *coram bon. mem.* Cardin. Caualer. *d. decis.* 322. *num.* 3. & *coram san. mem.* Greg. XV. *decis.* 368 *numer.* 5.
vbi quod si Notarius † dispositiuè scripserit *testis iurauit*, 10
&c. ea illa dispositiua assertione tanquam respicientem actum de præsenti, & coram se gestum insurgit legitima ioramenti probatio, & notat etiam Seraphin. *de priuileg. iur. priuil.* 30 *num* 44. *in fin. vers. putarem.*

Verumtamen prædicta non obstare in casu præsenti Domini censueruut, quia Rota concurrentibus adminieulis, & particularibus facti circumstantijs, & quando
aliunde deprehendit † tellem re vera iurasse coram Nota- 11
rio recedit à supra firmata opinione, vt habetur per Seraphin. *decis.* 857 *num.* 25. & *in recent. decis.* 393. & latius *decis.* 704. *part.* 1. vbi plura adminicula, & circumstantiæ ad hanc rem appositæ recensentur, & *coram* Cardin. Caualerio *d. decis.* 322. *num.* 4. & alias decisiones refert, atque ita obseruari io praxi testatur Gratiao. *discept. foren. cap.* 60. *num.* 14.

Hic autem ex pluribus videtur colligi verè interuenisse d. iuramentum, quia à Nutario non dicitur simpliciter *testis iuratus &c.* sed *qui delato iuramento veritatis dicendæ*, *&c.* vel *cum iuramento examinatus*, *&c.* & sic enunciatiua
refertur † ad actum de præsenti, hoc est ad ipsum examen, 12
& similia verba ponderauit Ruta *coram bon. mem.* Cardin. Caualer. *decis.* 322. pro inducenda iuramenti probatione, dictaque verba, & *cum iuramento examinatus &c.* connectenda suot cum verbo *deposuit*, & sic iuramentum censerur de præseoti coram Notario præstitum, quemadmodum etiam verbum *deposuit*, & verbum *examinatus*, ad actum coram Notario, & eodem tempore gestum refer-
tur † qualitat enim adiecta verbo, intelligitur secundum 13
tempus verbi *l. in delictis*, § *si extraneus, ff. de noxal.* Surd. *de alim. tit.* 9 *quæst.* 13. *num.* 5. & prædicti testes fuerunt examinari coram Iudice, cum interuentu partis aduersæ, & tali
tempore quo potuerunt iorare legitimè, ex † quibus præ- 14
sumitur, omnia solemniter fuisse acta, & solemne iurameotum tactis scripturis fuisse interpositom Bald. *in l. iuris iurandi numer.* 2. *vers. sed pone quod reperitur*, *C. de testibus*, & *in auth. si quis in aliquo num.* 9. *C. de eden.* Alciat. *in rub. de iur. iuran. num.* 36. *vers. primus est*, Menoch. *cons.* 114. *num.* 17. Gratian. *discept. for. d. cap.* 60. *num.* 14. Rot. *decis.* 704. *num.* 2. & 4 & *coram bon mem.* Cardin. Caualerio *d. decis.* 322. *num.* 6. & *fuit dictum in Meten. prioratus* 16. *Februarij* 1626. *coram me.*

Alias autem nullitates circa compulsationem ex eo deductat, quod iura non fuerint auscultata, & collationata & quod nullibi appareat de Iudice compulsore, visum fuit bene tolli ex summario Abbatis M. Antonij oum. 2. & ex inspectione processut.

Et ita vtraque parte informaote resolutum fuit &c.

REVERENDISS. P.D. MERLINO DECANO.

Romana Saluiani.

Die Mercur. 20. *Nouembris* 1630.

ARGVMENTVM.

Saluianum interdictum, vt habeat locum, quæ sint probanda. Hypotecha ad hoc vt præscribatur, quando tempus currere incipiat, & nonnulla circa materiam censuum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ad saluianum interdictum requisita, sunt creditum cum hypotheca, anterior possessio debitoris, & posterior rei conuenti.*
2 *Possessio probatur ex instrumento locationum cum exactione pensionis.*
3 *Locatio iunctis adminiculis probat possessionem locatoris.*
4 *Possessio iunctis adminiculis, probatur per substentationem litis.*
5 *Possessio ex saluiano interdicto non aufertur, & ex illo remedio immissus non sibi possidet, sed pro debitore.*
6 *Euictioni non est locus auocata sola detentione.*
7 *Emptor, quando possit agere de euictione, licet sola detentio euicta fuerit.*
8 *Omne, qui dicit, nihil excludit.*
Saluianum interdictum dicitur possessorium, adipiscendæ possessionis causa comparatum n. 8.
9 *Euictione sequuta, agi potest pro damnis, & interesse.*
10 *Hypotheca inter præsentes spatio 10. annorum præscribitur.*
11 *Saluianum cessat, sublata hypoteca.*
12 *Promittens aliquem manutenere in pacifica possessione, tunc conditio obligationis purificata est quando possessio de facto auocata fuit.*
13 *Præscriptio non currit, antequam orta sit actio.*
14 *Possessor etiam cum titulo non præscribit in conditionalibus.*
15 *Felician. de cens. cap. 4. lib. 3. nu. 12. damnatur.*
16 *Præscriptio tota fundata est in negligentia creditoris differentis exactiones.*
17 *Præscriptio non currit, non valenti agere.*
18 *Præscriptio, ad hoc vt intret in hypotheca, quando incipiat.*
20 *Euictio. Quem de euictione tenet actio eumdem agentem repellit exceptio.*
21 *Cessio, quæ fit tertio possessori ex l. mulier. ff. q. potior in pign non deriuat ex natura rei sed ex quadam æquitate, & legis humanitate, & num. 19.*
22 *Creditor non tenetur contra se cedere actiones quia cessio ei esset obfutura.*
23 *Creditor anterior non tenetur tertio possessori conuento cedere iura contra seipsum.*
24 *Creditor hypothecarius anterior in concursu est præferendus alijs.*
25 *Prior in iure, potior in tempore.*
26 *Dec. in cons. 104. par. 1. declaratur.*
27 *Census impositus super fundo ei inhæret, & quando alienatur transit cum suo onere, & nu. 28.*
29 *Debitum censuale non est proprium emptoris fundi censuati, qui nec illud ab initio contraxit nec postea in se accollauit.*
30 *Sed est debitum ipsorum venditorum, qui tanquam imponentes census ex contractu tenentur absolutionem fructuum, & ipsius census.*
31 *Emptor potest repetere quicquid soluit ad impediendam auocationem fundi venditi, & nu. 32.*
33 *Testis vnicus non probat.*
34 *Testis vnicus nec etiam contra inducentem probat.*
35 *Testis deponens de proprio iudicio non probat.*

DECISIO CCCCVII.

HIERONYMVS pater, & Petrus filius de Ruiz imposuerunt annuum censum scutorum 40. super Castro S. Petri in Sabinis, illumque pro pretio scutorum 500. vendiderunt Christophoro Cabreræ, qui eumdem censum donauit Archiconfraternitati Sanctissimi Sacramenti Basilicæ S. Petri de Vrbe: Nuper vero hæc Archiconfraternitas obtinuit immissionem in vim saluiani ex causa dicti census super quatuor ex nouem partibus dicti Castri empti, & possessi à D. Marchione Asdrubale Matthæio, qui D. Marchio, vt eximeret Castrum ab huiusmodi molestijs, soluit d. Archiconfraternitati, & pretium dicti census, & fructus decursos, cessionemque plenissimam reportauit: pro resarciendo autem hoc damno, & pro euictione conuenit D. Raymundum, ac petebat immissionem super palatio, & domunculis olim à prædictis Petro, & Hieronymo Ruiz possessis; Vnde dedi dubium. An D. Marchioni Matthæio danda esset immissio, & post tertiam disputationem affirmatiuè

Domini responderunt: Requisita enim saluiani visa
sunt iustificari, † nempe creditum, cum hypothe- 1
ca, anterior possessio debitoris, & posterior rei conuenti, quibus concurrentibus est locus saluiano, Rot. *apud Card. Mant. decis. 69. num. 2. apud Seraph. decis. 1200. in princ. in Romana saluiani interdicti 29. Maij 1628. coram Eminentiss. Card. Virili*, & in alijs per *Pacific. de saluian.*

Creditum cum hypotheca deducitur, non solum ex cessione facta per dictam Archiconfraternitatem ipsi D. Marchioni Matthæio, sed etiam ex instrumento emptionis eiusdem Castri S. Petri, in quo dicti Petrus, & Hieronymus Ruiz promiserunt, Castrum esse liberum, & immune, & in hac libertate manutenere, & conseruare, latissimisque clausulis polliciti sunt euictionem, & damnorum refectionem, cum omnium bonorum præcisa obligatione, & hypotheca, & propterea euenit casus istiua conseruationis, & refectionis damnorum, quæ passus est D. Matthæius ob immissionem obtentam in Castro ab Archiconfraternitate.

Possessio eorumdem Ruiz debitorum quoad palatium
probatur ex instrumentis † duarum locationum, cum ex- 2
actione pensionis, Gabr. *concl. 4. num. 2. de locat.* Menoch. *de retin. remed. 3. num. 572.* & in his terminis Modern. Roman. *de saluian. inspect. 1. cap. 6. nu. 11. coram san. me. Gregor. XV. decis. 318. num. 2.* Et ex dispositionibus testium asserentium illos de Ruiz tunc possedisse, recensendo plures actus possessorios. Quo vero ad domunculas dantur etiam locationes effectuatæ, & deponunt primus, & tertius testis, qui saltem tanquam admi-
nicula considerari possunt, & † locatio iunctis admini- 3
culis plenè probat possessionem locatoris, Gabr. *vbi supra num. 6.* Cæsar. de Graff. *decis. 10. in fin. de restit. spoliat.* & Rota *in d. decis. 318 num. 30.* coram san. mem. Greg. XV. Præsens etiam possessio D. Raymundi rei conuenti
satis † iustificatur ex litis substentatione, quæ fulcita 4
adminiculis benè probat Caputaq. *decis. 369. par. 2.* Rota coram Cardin. Seraph. *decis. 1415. numer. 13.* & coram san. mem. Greg. XV. *decis. 491. num. 11.* Adminicula autem desumuntur ex intimatione facta Marchioni Olgiato eius authori, & locationibus, & depositionibus secundi, & tertij testis.

Non obstat Archiconfraternitatem fuisse immissam vi-
gore saluiani, ex quo † non aufertur possessio, & ex 5
illo remedio immissus non sibi possidet, sed pro debitore, Bart. *in l. ab emptione num. 8. ff. de pact.* Surd. *cons.*
481. num. 14. & ideo auocata sola † detentione non esse 6
locum euictioni dixit Rota *in Romana spolij 10. Decembris 1627. coram me*. Quoniam D. Marchio Matthæius prouidè vsus est cautela, Bart. *in l. ratio, num. 1. vers. dic. vt in gloss. ff. de act. empt.* quam sequitur Bald. *in l. 1. quæst. 4. num. 17. vers. & ideo*, vbi etiam Salycet. *num. 7. in fin. C. de priuil. & commod. rei vend.* Caballin. *de euiction. §. 3. num. 152.* qui exemplificat etiam in immisso ex saluiano, & verba stipulationis in fauorem D. Matthæi
cantant, † tàm auocata possessione, quàm non auo- 7
cata, quæ satis inferunt non esse opus emptori ad consequendam euictionem, & releuationem; quod ei possessio auferatur, & sufficiat si auocatur sola detentio, præsertim quia contrahentes vsi sunt verbo
vniuersali in omni † iudicio possessorio, & sic nullum 8
excludit, iudiciumque saluiani dicitur possessorium adipiscendæ possessionis causa comparatum, *§. interdictum quoque instit. de interd. l. interdictorum, §. hic autem vers. adipiscendæ, ff. de interdict.*

Et demum inficiari non potest, quin in emptionis instrumento commissa fuerit stipulatio damnorum, & interesse, & hæc in præsenti iudicio saluiani ex clausulis generalibus, & salutaribus contentis in commissio-
ne deducta fuit. Vnde D. Matthæius † saltem potest 9
agere ratione illorum damnorum, & interesse, quasi in tegro Castro liberè non tradito, Cephal. *cons. 168. num. 22.* coram san. mem. Gregor. XV. *decis. 88. nu. 7* plenè Gratian. *discept. forens. cap. 950. num 20.* pro quibus etiam datur saluianum Card. Seraph. *decis. 935. num. 1.*

Neque obstat D. Olgiatum possedisse palatium, & do-
munculas vltra decennium, † quo temporis spatio præ- 10
scribitur hypotheca inter præsentes, *l. 1. & 2. & ibi Scribentes, C. si aduers. credit. præs. oppon.* Felician. *de censibus lib. 3. cap. 4. num. 12.* Guttier. *quæst. ciuil. cap. 90. numer. 5. lib.* Rota coram Card. Mantic. *decis. 291. numer. 3.*

num. 3. & in Romana saluiani 29. Iunij 1616. coram
bonæ mem. Vbalda, quæ est 300. *num.* 2. post Pacific.
de Saluian. & ideo hac præscriptione putabant Domini
Olgiatum, & Raymundum se posse tueri ab hoc saluia-
11 no, † cum illud cesset hypotheca, quoniam cum solum
de anno præterito Confraternitas Sanctissimi Corporis
Christi obtinuerit immissionem in illis quatnor partibus
Castri S. Petri, & sic solum tunc temporis passus fuerit D.
Matthæius euictionem, nulla præscriptio intrat, nec
12 tempus antecedens haberi † potest in consideratione ad
text. in l. habere licere, l. euicta, ff. de euiction. l. qui rem,
C. eodem, l. vtique, ff. de rei vendit. Bart. *in l. neque natu-*
ra, §. cum me absente, ff. de neg. gest. dum venditores illi
de Ruiz promiserunt conseruare, & manutenere Do-
minos Matthæios in pacifica possessione, tunc solum
purificata est conditio obligationis de conseruando, cum
de facto auocata fuit possessio per Confraternitatem,
& proinde tunc solum etiam nata est actio ijsdem Do-
minis Matthæis agendi pro releuatione, vel contra eos-
dem venditores, & eorum hæredes, vel contra ter-
13 tios possessores, hincque sequitur nullam † præscriptio-
nem prius ante ortam actionem currere potuisse, Sca-
puccin. de Saluian. *lib. 2. cap. 21. num. 8. in princip. vers.*
dubium est, Pacific. de Saluian. *inspect.* 2. *num.* 298. Rota
d. decis. 300. *num. 7. circa fin. vers. & quia, & regula,*
quod non valenti agere non currit præscriptio, l. 1. in prin-
14 *cip. C. de annal. excep.* & possessor † etiam cum titulo non
præscribit in conditionalibus, *l. cum notissimi, §. illud, C. de*
præscript. annual. l. final. §. finnutem, C. commun. de leg.
Alex. *cons.* 101. *num.* 23. *lib.* 7. Natt. *cons.* 437. *num.* 5.
Molin. *de primogen. lib. 4. tit.* 10. *in 3. conclus.* Peregr. *de*
fideicommiss. art. 41. num. 16. vers. quinta conclusio, Rota
dicta decis. 300. *num.* 9.
15 Nec negotium facessit † quod Felician. *de censibus cap.*
4. lib. 3. num. 12. crediderit præscriptionem currere à die,
quo tertius cum titulo, & bona fide cœpit possidere bo-
na hypothecata, quoniam illa opinio tollerari non po-
test, & repugnat principijs, & motiun præscriptionis,
16 quæ tota fundata est in negligentia † creditoris differentis
exactonem, Bald. *in authent. nisi triennale. num. 1. C. de*
bon. matern. vbi quod præscriptio est pœna negligentiæ, &
17 est regula naturalis, quod non valenti agere † non curat
præscriptio, ergo hæc præscriptio non est inchoanda tem-
pore, quo tertius possidet, & etiam cum titulo, & bona
fide, sed à tempore quo creditor potest agere, & negligens
est, & ideo contra Felician. rectè dixit Gratian. *in addit.*
ad decis. Marcb. 15. num. 5. esse magis tutam opinionem,
vt solum præscriptio incipiat à die, quo debitor cessauit in
18 † solutione, & creditor sciens esse distracta bona hypothe-
cæ subiecta, cessauit in petitione, & idem dixerat Pat-
ladot. *lib. 1. rerum quotidian. §. 16.* Ceual. *commun. contr.*
commun. q. 3. n. 10.
Minus etiam obstat, quod D. Marchio Matthæius
19 agendo contra D. Raymundum † tertium possessorem
teneretur eidem cedere actiones, *l. mulier in fine, qui pot. in*
pig. hab. & sic ipsum censum, qui cum sit impositus super
Castro S. Petri, idem quoque D. Matthæius, qui d. Ca-
strum possidet, pulsari posset à D. Raymundo pro re-
leuatione, & solutione fructuum census: vnde ad
tollendos istos circuitus æquius videtur denegare immis-
sionem D. Matthæio, cum onus istius census tandem de-
beat residere penes D. Matthæium, tanquam possesso-
rem fundi, super quo est fundatus census, & confert re-
20 gula, quem † de euictione tenet actio, eumdem agen-
tem repellit exceptio, *l. vendicantem, C. de rei vendic.*
Soccin. Iun. *cons.* 182. *num.* 112. *lib.* 1. Surd. *cons.* 70. *num.*
16. Negabatur enim per Dominos assumptum, quod sci-
licet D. Marchio Matthæius teneatur ad huiusmodi ces-
sionem contra se ipsum, quia cum cessio, quod fit tertio
21 possessori, ex *d. l. mulier.* non † deriuet ex natura rei seu
præcedentis obligationis, sed ex quadam æquitate, &
legis humanitate desumpta ex regula. Quod tibi non no-
cet, & alteri prodest, Bald. *cons. 109. n. 1. vers. quia illud*
est, lib. 3. Saiye. *in l. iubemus. num. 5. vers. quia ista C.*
ad Vell. Grat. *dec. Marcb.* 215 *num.* 13. Rota Interram-
nen. *saluiani 14. Nouembris 1611. coram. bo. me. Manzane-*
da, quæ est 11. post Pacific. *de saluian.* Hinc propterea pro-
22 pterea profectum est, vt regulariter creditor † non tenea-
tur cedere contra se ipsum, quia cessio ipsi esset obfutura,
Bald. *in d. cons. 109. num. 1. vers. propterea.* Franch. *decis.*
260. *num. 2. & dec. 427. nu. 4.* Cost. *de remed. subsid. remed.*
36. nu. 30. Giurba *decis. 87. nu. 6. vers. ergo nec, & n.* 20
vers. immo cedendum, & cessat omnis difficultas in præ-
senti, quia D. Matthæius vsque de anno 1599. pro ma-
nutentione, & conseruatione Castri empti habuit om-
nia bona illorum de Ruiz generaliter obligata, & hypo-
thecata, emptio verò D. Olgiati de hoc palatio, & do-
munculis facta ab ijsdem de Ruiz, est longè posterior
nempè de anno 1605. vnde cum D. Matthæius † anterior 23
creditor non teneatur cedere tertio possessori conuento iu-
ra contra se ipsum, ita in puncto Specul. *de renunc. &*
cond. nu. 22. vers. sed pone, Io. Faber. *in l. iubemus, C. ad*
Velleian. Caballin. Milleloq *iur. c.* 446. summaque ratio-
ne id innititur, quoniam in concursu plurium credito-
rum cum hypotheca in bonis Petri & Hieronymi Ruiz
debitorum prius satisfacien. † est anterioribus, sicque bo- 24
na non suppetant id, cedere debet incommodo posterio-
rum creditorum ad regulam, qui prior in tempore, potior
† in iure; nec profutura esset cessio D. Olgiato, siue D. 25
Raymundo, quia si pro releuatione D. Olgiatus pulsaret
D. Matthæium tanquam possessorem Castri, super quo
impositus est census, rectè se tueri posset suo anteriori cre-
dito, cum hypotheca omnium bonorum ipsorum de Ruiz
pro libera conseruatione, & manutentione Castri per ip-
sum empti, & sic in isto circuitu pro releuatione tandem,
& nouissimè succumberet D. Olgiatus, vti creditor po-
sterior, Victor autem euaderet D. Matthæius tanquam
anterior.
Nec prædictis aduersatur † Dec. *cons.* 104. quia ibi vt 26
apparet ex num. 9. tertius possessor conuentus erat non
posterior, vt in casu nostro, sed anterior, vnde non
solum ei debebat cedi per creditorem exigentem ab eo sa-
tisfactionem crediti, sed immo ille tertius possessor ratio-
ne pignoris obligationis, & hypothecæ habebat ius reten-
tionis, vt firmat Decius.
Neque suffragatur, † quod census esset impositus super 27
Castro, & sic illi inhæreret, vt ad D. Matthæium transi-
uerit affectum cum suo onere, & propterea soluendo
videatur soluisse proprium debitum, quoniam Castrum
transiuit quidem † cum suo onere in emptorem: Itaut Do- 28
minus census, nempe Archiconfraternitas Sanctissimi
Corporis Christi, potuerit agere Saluiano ex hypotheca,
& iure reali transitorio ad quoscumque ad Modern. Pe-
rus. *de censibus par. 2. cap. 2. q. 5. art. 9. nu.* 3. Sed
non inde rectè infertur, quod debitum censuale sit pro-
prium emptoris † fundi censuati, qui nec illud ab initio 29
contraxit, nec postea in se accollauit, sed est debitum ip-
sorum venditorum, qui tanquam impositorem † census 30
ex contractu tenebantur ad solutionem fructuum, & ip-
sius census, & propterea quemadmodum D. Matthæius
emptor potuit à Ruiz venditoribus repetere quicquid sol-
uit ad impediendam auocationem † fundi sibi venditi, 31
Castr. *cons. 333. in 2. dub. in fine vers. & ideo* Gabr. *cons.*
47. nu. 8. lib. 1. Modern. Perus. *d. art. 9 nu.* 79. Itidem e-
tiam pro reintegratione soluti idem D. Matthæius potest
agere † saluiano contra tertium possessorem bonorum sibi 32
hypothecatorum, Milanens. *dec. 1. n. 15. lib.* 2. Roderic. *de*
annuis reddit. lib. 2. qq. nu. 62. ad fin. vers. aduerten. &
Modern. Perusin. *ibid. n.* 80. Præsertim quia ille tertius
possidet ex titulo posteriori.
Nec obstant melioramenta, quia † datur solum vnus te- 33
stis, & sic nihil probat *cap. licet de testib.* licet † inductus à 34
Domino Matthæio, Rot. *coram bo. me. Greg. XV. dec.* 215.
num. 5. maximè cum deponat de † proprio iudicio ad con- 35
gesta per Farinac. *de testibus q. 68. nu.* 27.
Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Domus.

Die Mercurii 20. Nouembris 1630.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione de materia, quod bona subiecta fideicommisso, non possunt alienari in præiudicium vocatorum. Patruus an possit cogi ad præstanda alimenta nepoti.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Immissio datur fideicommissario, quando de fideicommisso constat ex testamento non abolito, neque cancellato, nec in aliqua parte vitiato.*

2 *Mors probatur ex partitis formiter extractis ex libris, in quibus defunctorum nomina describuntur.*

3 *Sine filijs, quis de iure præsumitur decedere.*

4 *Possessio probatur per testes, dicentes vidisse aliquem possidere, & actus possessorios facere.*

5 *Testes de auditu faciunt adminiculum alijs probationibus.*

6 *Remedium l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll. competit etiam fideicommissario.*

7 *Fideicommissario datur immissio, probata existentia fideicommissi, purificatione illius, & res, ad quam agitur fuerit in bonis fideicommittentis, ac demum eius rei identitate.*

8 *Fideicommissario datur immissio aduersus tertios possessores, habentes causam à grauato.*

9 *Bona subiecta fideicommisso in præiudicium vocatorum non possunt alienari.*

10 *Bona fideicommissaria alienari possunt pro alimentis necessarijs, & quando hoc procedat.*

11 *A testatoris voluntate non est recedendum.*

12 *Frater non solum tenetur alere fratrem, sed etiam nepotem ex fratre.*

13 *Decis. in causa Romana alimentorum coram bon. mem. Manzaned. declaratur.*

14 *Text. in auth. quæ res. C. commun de leg. quando intret.*

15 *Filius sicuti ingreditur in locum patris in successione, ita etiam in eiusdem locum ingreditur in commodo percipiendi alimenta.*

16 *Patruus, seu amita, dum viuunt, tenentur filios ex fratre, seu sorore alere, si egeant illis viuentibus.*

17 *Patruus, quod possit cogi alimenta præstare nepoti, lege non cauetur.*

18 *Testatoris prohibitio, quod bona nisi ad certam summam alienari possint, si vltra alienentur, non tenet talis alienatio.*

19 *Alienatio non permittitur, nisi pro quantitate permissa.*

20 *Alienandi necessitas non dicitur adesse, quando adhuc debitum contractum non est.*

21 *Venditio facta ex falsa causa in totum corruit.*

22 *Decretum ex falsa causa, & inde secuta, in totum corruunt.*

23 *Curator non potest donare, nec aliter alienare, nisi cum solemnitatibus iuris.*

24 *In furioso, & demente, non adest ea voluntas, quæ requiritur ad perfectionem donationis.*

25 *Donandi actus, est de sui natura merè læsiuus.*

DECISIO CCCCVIII.

PORTIA Martana hæredem instituit Franciscam sororem cum expressa prohibitione, quod nullo modo posset vendere, nec alienare aliqua de bonis d hæreditatis in totum, nec in partem, nec minus de eis disponere, nisi tantum de eorum vsufructu, saluo tamen in casu necessitatis, quo eueniente de dictis bonis, & hæreditate voluit posse disponi vsque ad summam scutorum 200. monetæ tantum, & non vltra summ num. 1. cui substituit Flaminiam alteram sororem, & Flaminiæ Alexandrum, eiusdem Franciscæ filium cum eisdem prohibitione, & conditione, & in casu obitus dicti Alexandri absque filijs legitimis, & naturalibus, substituit Ecclesiam Sancti Blasij in Monte Citorio, cum ijsdem prohibitione, & conditione de qua supra. Defuncta Francisca hærede instituta, & successiuè Flaminia, vltimo loco decessit Alexander sine filijs, qui cum fuisset acceptus in Hospitali dementium Vrbis, tanquam effectus demens pro victu, & alijs expensis necessarijs, cum consensu curatoris, decreto Iudicis, & alijs solemnitatibus, donauit administratoribus Hospitalis in perpetuum domum positam in Vrbe in Campo Martio, subiectam fideicommisso, quam postea administratores vendiderunt DD. de Cecchinis. Et cum per obitum supradictorum esset factus locus substitutionis ad fauorem Ecclesiæ Sancti Blasij. Dubitaui, an PP. dictæ Ecclesiæ esset danda immissio. Et DD. affirmatiuè responderunt. Quia de existentia fideicommissi constat ex testamento Portiæ
1 †. non abolito, neque cancellato, nec in aliqua parte vitiato summ. num. 1. *gloss. in l. a. verbo publicum, ff. quemadmodum testam. aper.* Socein. Sen. *cons.* 129 *num* 4. *vol.* 2. Corn. *cons.* 319. *num.* 2. *vol.* 1. Mantic. *de coniect. vlt. volum. lib.* 2. *tit.* 12. *num.* 2. Seraph. *decis.* 828. *num.* 1. Et purificatio ad fauorem Ecclesiæ probatur ex eo quod fuit vocata post mortem Franciscæ, Flaminiæ, & Alexandri, in casu quo Alexander decederet sine filijs legitimis, & naturalibus, & de morte tàm testatricis, quàm Franciscæ, Flaminiæ, & Alexandri non dubitatur, cum ea † probetur ex 2
partitis formiter extractis ex libris, in quibus defunctorum nomina describuntur, summ. num. 2. Rebuff. *in Constit. Regni tom.* 2. *in tract. de regist. Baptism. & sepult. artic. vlt. glos. vnic. vers. & sic patet*, Rota *decis.* 16. *de probat. in antiqu. & decis.* 220. *num.* 1. *part.* 2. *diuers.* & cum de iure quis † præsumatur decedere sine filijs, Alex. *cons.* 3
20. *num.* 12. *lib.* 1. Belloo. *cons.* 19 *num.* 3. Capic. *decis.* 159. *num* 11. Rota *decis.* 436. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* Pars aduersa tenetur contrariam qualitatem probare. Existentia domus in bonis Portiæ de tempore obitus probatur ex testibus in causa formiter examinatis, † quorum duo de- 4
ponunt vidisse illam possidere, & actus possessorios in ea facere summ. num. 3. *glos. in l. stipulatio ista habere licere, §. quoque, verbo stipuletur, vbi* Bart. *& cæteri, ff. de verbor. obligat.* Dec. *cons.* 166. *num.* 4. Seraphin. *decis.* 1061. *num.* 1. Quorum dicta confirmantur ex alijs testibus deponentibus † de auditu à vicinis, Ruin. *cons.* 145. 5
num. 18 *lib.* 1. Natt. *cons.* 170. *num.* 2 *&* 4. Cephal. *cons.* 435. *num.* 85. De identitate autem constat ex dictis testibus summ. num. 3. 4. & 5. qui benè concludunt domum istam fuisse post obitum testatricis possessam à Francisca, & Flaminia, ac demum ab Alexandro vltimo substituto, & deponunt illam fuisse eamdem, quam nunc possident DD. de Cecchinis habentes causam à supradicto Hospitali dementium Vrbis. Neque obstat quod dicti testes fuerint examinati non citato Hospitali Dementium, à quo causam habent DD. de Cecchinis mediante venditione eis facta de dicta domo per dictum Hospitale, quia sufficit citatos fuisse dictos Cecchinos possessores, † cum re- 6
medium *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll* quod competit etiam fideicommissario, intentetur contra possessores, vt communiter notant *DD. in d. l. fin.* ad instar actionis rei vendicationis, vt in *l. officium, ff. de rei vendic.* & iudicium fuit cœptum contra detentores præfatæ domus, & contra ipsos fuit facta citatio in quolibet actu. Vnde † pro- 7
bata existentia fideicommissi, purificatione illius, necnon quod res ad quam agitur, fuerit in bonis fideicommittentis, ac demum eius rei identitate, de quibus latè Peregr. *de fideicomm. art.* 43. *&* 44 Fusar. *de substit. quæst.* 614. *& seqq.* Rota *in Romana domus* 27. *Nouembr.* 1625. *coram R. P. D. meo Merlino*, patribus fideicommissarijs, qui iam habuerunt sententiam, ad eorum fauorem pro immissione à Reuerendiss. Vicesgerente, ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* est danda † immissio aduersus 8
tertios possessores habentes causam à grauato, Bart. *in l. penult. §. cum autem, num.* 7. *C. ad Trebell.* Gabr. *cons.* 44. *num.* 6. *lib.* 2. Rot. *decis* 237 *num.* 1 *part.* 1. *recent. & coram san. mem.* Greg. XV. *decis* 194. *num.* 1. *& in d. Romana domus coram R. P. D. meo Merlino.*

Maior tamen difficultas consistit in eo, an Alexander demens, seu eius curator potuerint in vim facultatis concessæ à testatrice, in casu necessitatis donare Hospitali Dementium hanc domum vinculatam fideicommisso, in præiudicium vocatorum, † quam non potuisse 9
alienari fuit resolutum; quia & si ex dispositione *Auth. res quæ, C. communia de leg.* Bona fideicommisso subiecta alienari possint pro alimentis necessarijs, nihilominus hoc procedit † in descendentibus testato- 10
ris, non autem in extraneis, vt communiter notant Doctor. *in d. auth. res quæ, vbi* Bald *num.* 2. *col.* 2. *& Castrens. num* 4. & communem dicit Alex. *in l. filius fam. §. Diui num* 10. *ff. de leg.* 1. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 27. *num.* 6. Fusar. *de substit. quæst.* 336. *num.* 8. quam opinionem tenuit Rot. apud Seraphin. *decis.* 925. *num.* 1. præsertim quando, vt in casu isto concurrit expressa alienationis prohibitio facta à testatrice, quia ab eius dispositione † non est recedendum, Fusar. *vbi supr. num.* 6 Odd. 11
de fideicomm. quæst. 36. *num.* 34. Surd. *de alim. tit.* 8. *priuileg.* 19. *num.* 8.

Non obstat quod frater non solum teneatur alere fratrem, sed etiam nepotem ex fratre, † quando aliunde 12
non habent, ea scilicet ratione quod filius fratris succedit ab intestato patruo in locum sui patris, Surd. *de alim.*

alim. tit. 1. quæst. 28. num. 6. vers. ego vero, Pootan. *eod. tract. lib. 1. cap. 10. num. 2. in fin.* Rip. *in l. filiusfamilias, §. Diui num. 43. vbi* Crot. *num. 30. in fin. ff. de leg. 1.* Rota *in Romana alimentorum 13. Iunii 1616. coram bon. mem. Manzanedo*, Martin. Monter. *decis. Regni Aragon. decis. 16. num. 16. & seqq.* quia contrarium in puncto voluit Rota apud Seraph. *d. decis. 925. vbi supra* nec applicatur re-
13 solutio in *Romana alimentorum coram Manzanedo*, † quia loquitur de bonis primogenituræ prouenientibus à communi stipite, & sic ab ascendentibus nepotis, quo
14 casu pro descendentibus intrat dispositio † *d. Auth. res quæ*, & ex dictis bonis sunt præstanda alimenta non solum patri, sed etiam nepoti, quia sicuti ille ingreditur in locum patris in successione, ita etiam in
15 eiusdem locum † ingredi debet in commodo percipiendi alimenta. Nos autem versamur in bonis prouenientibus à Portia sorore Franciscæ matris Alexandri, & sic in bonis prouenientibus à transuersalibus, non autem in bonis ad ipsam prouentis ab aliquo communi stipite, & propterea in casu dictæ decisionis militat omninò diuersa ratio, quia frater, & nepos non petebant alimenta à fratre, & patruo de bonis proprijs ipsius fratris, & patrui, sed ex bonis primogenituræ ad fratrem, & patruum peruentis à communi stipite, ita tenuit Vinc. de Franch. *decis. 179. num. 9. & seqq. vers. casus autem*, præterea Surd. Pootan. Ripa, & alij alle-
16 gati, non procedunt in hoc casu, sed in multo † diuersis terminis, nempè quod patruus, seu amita, dum viuunt tenentur filios ex fratre, seu sorore alere si egeant illis viuentibus, non autem firmant quod post eorum mortem possint vendi bona hæreditatis eorum pro necessitatibus nepotum superuenientibus etiam post eorum obitum, quandoquidem sequeretur, quod si Portia instituisset penitus extraneum hæredem, aut alias, personæ penitus extraneæ domum iure legati reliquisset, & post mortem Portiæ superueniret necessitas Alexandri, quod pariter iste penitus extraneus teneretur pati venditionem dictæ domus, quod nullo modo est firmandum, ideoque supradicti non obstant. Quinimo Siluan. *cons. 33. num. 12.* refert contrarium Bononiæ in causa maximi ponderatis iudicatum fuisse ea ratione,
17 quia † expressè lege cautum non habetur patruum nepoti cogi alimenta præstare, *§. consideremus in auth. de trient. & semiss. l. illam, C. de collat.* & hanc sententiam tenuit Odofred. *in l. 2. C. de alend. liber.* Ang. Imol. Alex. & alij *in l. 1. ff. solut. matrim.* Alex. *cons. 66. col. 2. vol. 4.* & alij relati ab eodem Surdo *vbi supra num. 5. vers. contrariam tamen.*

Neque releuat facultas alienandi, quia testatrix permisit tantum in casu necessitatis de bonis suis posse disponi vsque ad summam scutor. 200. monetæ tantum, &
18 non vltra, vnde † non potuerunt vltra dictam quantitatem alienari, quia ab eius dispositione non est receden. Surd. *eod. tract. tit. 8. priuileg. 19.* Intrigliol. *de subst. centur. 3. quæst. 73. num. 398.* Fusar. *de substit. quæst. 136. num. 6.* Odd. *de fideic. quæst. 36. num. 54.* & conse-
19 quenter † alienatio non sustineretur nisi pro quantitate permissa.

Nec probata fuit ab Hospitale donatario Alexandri vltimi grauati hæc necessitas, vt præcisè requirebatur ex traditis per Rot. *in Viterbien. fideicomm. 18. Aprilis 1603. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & cum eodem die, quo Hospitale recepit Alexandrum curator d. Alexandri domum, de qua agitur titulo consignationis cessionis, & assignationis dederit, & transtulerit in eum-
20 dem locum, † certè nullo modo poterat tunc temporis constare de necessitate donandi, quia adhuc debitum contractum non erat.

Tandem considerarunt DD. domum non fuisse alienatam vti fideicommisso subiectam, & ex causa d. necessitatis, sed vti in totum propriam ipsius Hospitalis ex causa donationis ei factæ per curatorem Alexandri de-
21 mentis, & cum dicta causa alienationis † fuerit falsa, quia domus ex d. donatione non fuit effecta Hospitalis, corruit in totum venditio, prout etiam decretum Iu-
22 dicis, vigore cuius illa facta fuit, cum † decretum ex falsa causa, & inde secuta in totum corruant, Bald. *in l. certi conditio, §. quoniam, ff. de rebus credit.* Capic. *decis. 51. num. 1. per text. in l. cum vero, §. subuentam, ff. de fideicomm. libert.* Et in donatione facta per curatorem Hospitali non constat de solemnitatibus, nec de legitima constitutione curatoris, & tamen † curator non potest 23
donare, nec aliter alienare nisi cum solemnitatibus iuris, de quibus in *tit. ff. de rebus eorum, & C. de præd. minor.* Ideoque nullo modo potest sustineri donatio, cum in furioso, † & demente non esset ea voluntas, quæ require- 24
batur ad perfectionem donationis, & illa suppleri non potuerit per curatorem, cuius facultas quantumcumque libera esset, & absoluta, nunquam tamen complectebatur facultatem donandi tantum, † actum sui natura me- 25
rè læsiuum, *l. tutor. ff. de administr. tutor. l. qui neque ff. de rebus eorum l. consilio, ff. de curat. furios.* Bero. *cons. 61. num. 20.* Et propterea licet ex dispositione testatricis esset permissa alienatio pro summa scutor. 200. Attamen cum non doceatur de alienatione facta ex d. causa, & cum debitis solemnitatibus, patribus immissionem concedendam vtraque parte informante fuit resolutum &c.

REVERENDISSIMO P. D. MERLINO DECANO.

Romana de Catalanis.

Die Mercurij 27. Nouembris 1630.

A R G V M E N T V M.

Filiationis probatio respectu patris, licet sit impossibilis, vel saltem difficillima, tamen qualiter probetur, & quæ coniecturæ, & præsumptiones hoc casu admittantur. Præsumptio l. miles, § defuncto, ff. de adult. quando cesset.

S V M M A R I V M.

1 *Filiationis probatio certa, & concludens, respectu patris, vel est impossibilis, vel saltem difficillima.*
2 *Filiationis probatio respectu patris iustificatur ex solis præsumptionibus, & coniecturis.*
3 *Et hoc maximè procedit vbi non agitur principaliter super statu, sed incidenter.*
4 *Filiatio, quando est probanda solum ad effectum succedendi, tunc in ea admittenda non ita rigidè est procedendum.*
Cum hoc casu sufficiat nominatio, tractatus, & quasi possessio ipsius filiationis, num 4.
5 *Filiatio respectu patris probatur ex eo, quod tempore conceptionis conuersabatur dictus pater cum matre filij, & ipse natus sacro Baptismatis fonte ablutus fuit, tanquam eius filius, & vti talis descriptus in libro Baptismatis, & num. 32. amplia num. 17.*
6 *Baptismus est actus, qui ad parentes spectat, & professio illa fidei fit in fide parentum.*
8 *Filiatio respecta illius, qui legitimationem procurauit, arguitur.*
9 *Filiatio respecta patris arguitur ex eo, eius filius se profitetur esse nepotem fratrum patris, & dicti fratres pariter profitentur esse patrui dicti nepotis.*
10 *Filiatio respectu patris præsupponitur ex tractata, educatione, & nominatione eiusdem filij.*
Qui actus solum erga filios exerceri solent, & ideo filiationem probant, & constituunt quem in quasi possessione filiationis, num. 10.
11 *Hæredis institutio est actus maximè proportionabilis respecta filij, & num. 14.*
12 *Testator non præsumitur velle subiicere testamentum suum vitio nullitatis.*
13 *Filiatio tunc maximè probatur, quando non perfunctoriè & animo blandiendi quis pluries aliquem filium suum dictauit, sed ex proposito, & serio hanc filiationem pronunciando, & factis confirmando.*
15 *Præsumptio l. miles, §. defuncto, ff. de adult. quando intret.*
16 *Præsumptio d. l. miles §. defuncto est iuris, et de iure.*
17 *Præsumptio d. l. miles §. defuncto, ex potentissimis coniecturis in contrarium eliditur.*
18 *Præsumptio d. l. miles §. defuncto, non est fundata in solo matrimonio, sed in coniugum habitatione, vel saltem accessu mariti ad vxorem.*
19 *Filiatio respectu mariti non probatur vbi præter matrimonium nihil aliud concurrit.*
20 *Coniecturæ, et præsumptiones non de per se debent perpendi, sed omninò debent coniungi.*

21 *Iudex*

DECISIO CCCCIX.

DOMINI dixerunt constare de filiatione Fabritij ad
effectum succedendi iuxta formam testamenti, nem-
pè Petri, quem Fabritius patrem suum asserebat, & moti
1 sunt, quoniam † cum respectu patris probatio filiationis
certa, & concludens, vel sit impossibilis, vel saltem diffi-
cillima, *l. Lutius, ff. de cond & demonst.* Cin *in l. filium, C. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* Hinc profectum est,
vt ad illam iustificandam solæ præsumptiones, & conie-
2 cturæ admittantur, *glos. in d. leg.* Lutius Bart. *in l. 1. num. 1. & 2. C. quorum bonorum* Surd. *cons. 1. num.*
38. & 40. Menoch. *de arbitr. cas. 89. num. 11. lib. 2.* & plu-
ries admisit Rota, & præsertim in *Romana de Iauellis 13. Nouembris 1613. & in Romana de Bonellis. 13. Februarij*
1617 coram bo. me. Vbaldo.
3 Præcipuè vbi non agitur principaliter † super statu, sed
incidenter, vt hic, & lis versatur circa successionem pri-
mario; & ideò non ita rigidè in admittenda filiatione pro-
4 cedendum est, sed † sufficiunt nominatio, tractatus, &
quasi possessio ipsius filiationis, Geminian. *cons. 27. num.*
8. Butr. *in cap. transmissæ col. 2. num. 10. vers. quandoque, qui fil. sint legit.* Paris. *cons. 10. num. 61. circa finem lib. 2.*
Surd. *d. cons. 1. num. 67.* Rota *coram Cardinali Seraphino*
decis. 1282. num. 6 & in Parmen. Status 27. Aprilis 1622.
14. Iunij 1623. & 8. Iunij 1626. coram Reuerendiss. Domino meo Decano, & aliàs sæpius.
In præsenti verò casu plures, & vrgentes proponeban-
tur coniecturæ, quæ Fabritium fuisse filium Petri suade-
bant.
5 Prima quoniam Petrus de tempore † conceptionis Fa-
britij conuersabatur cum Marta matre d. Fabritij, ipse-
que natus sacro Baptismatis fonte ablutus fuit tanquam
filius eiusdem Petri, & vti talis descriptus in libro Baptis-
matis, quod vti vehemens argumentum filiationis con-
siderat Bero. *cons. 162. num. 9. lib. 2.* Nat. *cons. 343. nu. 11.*
Surd. *cons. 1. num. 45.* & sequuta est Rota *in d. Romana de Iauellis 13. Nouembr. 1613.* & prius in *Romana filiationis*
6 *10. Iunij 1611. coram R. P. D. meo Pirouano.* Baptismus †
enim est actus, qui ad parentes spectat, & professio illa
Fidei fit in fide ipsorum parentum, *c. maiorum de Baptismo, c. quæris de consecr. dist. 4.* præsertim quia hæc adno-
7 tatio, & assertio filiationis eodem † Petro patre assentien-
te facta est, vt ponderant Bero. & Surd. *loc. cit.*
Secunda, quia Petrus instetit coram Archiuio Vrbis,
vt Fabritius natalibus restitueretur, & illegitimitatis ma-
cula abstergeretur per legitimationẽ, in qua disertis verbis,
pluries Fabritium suum esse filium asseruit, & profectus est
8 & in terminis legitimationis, quod ex ea † arguatur filia-
tio respectu illius, qui legitimationem procurauit,
notant Bald. *in l. non epistolis. C. de probat.* Paris. *cons. 10.*
nu. 67. lib. 2. Rol *cons. 96. nu. 47. lib. 3.* Surd. *cons. 1. num.*
49. Hippol. Rimin. *cons. 611. num 34. &* Rota *dec. 238.*
num. 10. par. 1. diuers. dixit hanc coniecturam solam suffi-
cere, & alias etiam sæpius.
Tertia est, quia concurrunt plures actus, qui hanc fi-
liationem, vel inferunt, vel præsupponunt, tam gesti
ab eodem Petro, quàm à Fratribus eiusdem Petri, & man-
datum procuræ, in quo Fabritius se eorum nepotem, fra-
9 tres † verò patruos se profitebantur, idque vicissim in lit-
teris missiuis sæpius repetitum est, quos actus ad hanc
filiationem probandam plurimum attendi, dixit Menoch.
d. casu 89. num. 80. Surd. *d. cons. 1. num. 51.* & Rota iunxit
cum legitimatione, vt in *decis. 1331. num. 8. coram Card. Seraph. & in d. Romana de Bonellis, 13. Febr. 1617.*
Quarta demum, & cæteris validior præsumptio dedu-
citur ex tractatu educatione, nominatione eiusdem Pe-
tri erga Fabritium, qui solum actus erga filios † exerceri 10
solent, & ideò filiationem probant, & constituunt in qua-
si possessione, Menoch. *d. cas. 89. nu. 69.* Surd. *cons. 1. nu.*
46. & in tribus testamentis semper filium suum esse asse-
ruit, & hæredem vniuersalem instituit eundem Fabri-
tium, cum tamen tres fratres legitimos haberet, nullum-
que dissidium inter ipsos intercesserit, hæcque ter repetita
hæredis institutio † est actus maximè proportionabilis fi- 11
lio, & alioquin si Fabritius filius illius verè non extitisset,
meritò ignauiæ, & inhumanitatis nota reprehendi potuis-
set Petrus, dum vulgo quæsitum hæredem instituisset, &
fratres honestissimos viros exclusisset, ac etiam tria testa-
menta vitio nullitatis † subiecisset, quia Fabritium filium 12
suum nuncupabat, & tamen validè eum hæredem potuis-
set scribere, nulla facta mentione filiationis: ita ratioci-
nando hanc præsumptionem magnifaciunt, Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 37 num* 10. Ruin. *cons. 53. num. 6*
lib. 5. Paris. *cons. 13. n. 4. lib 2.* Nat. *cons. 235. num. 1.* Surd.
consil. 1. num. 50. qui latè Rimin. Iun. *cons. 611. num. 35. &*
Rota *in d. Romana de Bonellis 13. Februarij 1617. coram bo. mem. Vbaldo.* Maximè quia non perfunctoriè, † & a- 13
nimo blandiendi, toties Fabritium filium suum esse dicti-
tauit Petrus, sed ex proposito, & serio hanc filiationem
pronunciauit, & factis confirmauit, quod multum pon-
derant Ias. *cons. 102. col. 2. vers. confirmatur, & col. 3. vers. non obstat ergo lib. 4.* Peregr *de fideicomm. art. 43. num.*
47. Menoch. *lib. 6. præsumpt. 53. num. 37.* Nec errore,
vel rudi notitia inductus censeri potest Petrus ad tot actus
peragendos, qui filiationem erga Fabritium inferebant,
cum diuersis temporibus, & mortem, supremumque
Dei iudicium in actu testandi meditando, illos peregerit,
adeoque certus saltem moraliter de hac filiatione, & con-
stans in dilectione Fabritij stetit Petrus, vt in secun-
do testamento commoditati filij † consulens, & alio- 54
rum vexationibus occurrens, addiderit filium hæredem se
scripsisse, etiam tanquam extraneum, quatenus illius
filius ab alijs calumniosè negaretur, quam cautelam in
his terminis filiationis obseruant, & quod filiationem, &
enixam voluntatem patris arguant, tradunt Decian. *cons. 1. num. 139. in fin. vers. non obstat modo lib. 3.* Menoch. *d. præsumpt. 53. num. 13. lib 6.* Barz. *cons. vnico post decis. Bonon. num. 62. & seqq. & num. 66. in fine.* Sicque pro-
babilis dubitatio, vel scrupulus de hac filiatione Petro
iniectus fuisset, in postremo etiam testamento eadem cau-
tela verisimiliter vsus fuisset.
Neque illud obstare putarunt Domini (in quo multum
insistebant informantes pro DD. Catalanis) quod scili-
cet Martha mater de tempore conceptionis, & natiuita-
tis Fabritij maritum haberet Federicum, & ideo in-
tret præsumptio iuris, de qua in *l. miles §. defuncto ff. de adult. & l. filium ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* quod
censeri debeat Fabritius filius Federici mariti, non autem
Petri adulteri, hæcque præsumptio iuris, & † de iure di- 16
catur Marsil. *in l. 1. §. ad quæstionem, ff. de quæstionibus.*
Barbat. *cons. 27. col. 3. lib. 1.* Boet. *decis. 299. num. 9.* Barz.
consil. vnico post decis. Bonon. num. 53. vel saltem solum
ex potentissimis coniecturis in contrarium elidatur
dicta præsumptio, † *l. miles §. defuncto*, quales sunt, vel 17
absentia mariti, vel impotentia, Barz *vbi sup. num. 54.* Rota
in d. Romana de Bonellis 29. Nouembris 1613 confirmata 28. Nouembris 1614. coram bon. me. Vbaldo, & in Florentina Oratorij 18. Martii præteriti coram R. P. D. meo Queipo. Quoniam † præsumptio *d. l. miles. §. defuncto*, non 18
est fundata in solo matrimonio, sed in coniugum cohabi-
tatione, vel saltem accessu mariti ad vxorem, quia tunc
proles censetur potius legitima, quàm spuria. Alexand.
cons. 88. num. 14. vers. præterea lib. 7. Soccin. Iun. *cons. 86. num. 40. lib 2.* perbellè Surd. *dict. cons. 1. num. 54.* vbi si præ-
ter matrimonium nihil aliud concurrat, † non probatur 19
filiatio respectu mariti vel saltẽ facilius alijs coniecturis,
& præsumptionibus tollitur illa præsumptio, & *num. 61. circa fin.* Menoch. *cons. 687. num. 15. vers. respondetur secundo, & numer. 12. vers. respondetur quarto, &*
Decian. *cons. 1. n. 128. lib. 3. vers. & quia illud verum.* Bar.
d. cons. vnico post decis. num. 47. vers. dummodo, & conside-

rauit Rota in d. Romana de Bonellis 13. Februarij 5617.
vers. quæ videbantur circa medium. Tunc enim concur-
rit, & possibile, & honestum, & verisimile, vt per
Decian. d. consil. 1. num. 125. lib. 3. At hic solum deducitur
matrimonium inter Federicum, & Martham, nulla au-
tem cohabitatio, nec alia verisimilitudo pro filiatione Fa-
britij respectu Federici mariti vrget, militant autem plu-
res, & vrgentissimæ pro filiatione respectu Petri adulte-
20 ri, quæ supra ponderatæ fuerunt, & quæ iungi omninò, †
non autem de per se tanquam singulæ perpendi debent,
Anchar. cons. 225. num. 6. & Gozzad. consil. 13. num. 44. Paris.
cons. 10. num 68. lib. 3. Surd. cons. 1. num. 53. & 54. Menoch.
cons 687 num 17. & 18. & de arbitr. cas. 89. num. 65. & 66. lib.
2. & Alciat. d. reg. 3. præsumpt. 37. num. 20. vers. limitatur, vbi
21 quod † Iudex potest coniungere præsumptiones ad infor-
mandum animum suum, quòd filius non sit mariti, sed
adulteri, & Decian. dict. cons. 1. num 120. lib. 3. vbi Barba-
22 tium contrarium sentientem refellit, † & hæc præsumptio-
nes tanquam liquidissimæ probationes habendæ sunt l. li-
cet Imperator, ff. de leg. 1. Alciat. dict. reg. 3. num. 4. Meno-
ch. cons. 5. num. 10. & Surd. cons. 1. num. 42 & 43. & profectò
absonum videtur, asserere solam præsumptionem desum-
ptam ex matrimonio, nulla probata cohabitatione mariti,
vel accessu de tempore conceptionis præponderare tot alijs
potentissimis præsumptionibus, nempè amicitiæ Petri
adnotationi Baptismatis, multis tractatibus, denomi-
nationibus, legitimationi, & tribus institutionibus,
23 quod elidatur † præsumptio d. l. miles, ex alijs præsum-
ptionibus, quatenus vrgentes sint, & efficaces, & qua-
les sunt supra adductæ docent Anchar. cons. 225. in 2. du-
bio, Alciat. d. præsumpt. 37 num. 10. Alex. cons. 88. num. 8. lib. 7.
Surd. consil. 1. num. 57. & 61. Decian. cons. 1. num. 126. lib. 3.
Menoch. d. cas. 89. num. 65. & præsumpt. 53. num. 20. lib. 6. &
luculentius idem Menoch. cons. 687. num. 15. qui istasmet
præsumptiones recenset, & pluries sequuta est etiam Ro-
ta, vt apud Mohed. decis. 1. & 2. qui fil. sint legit. Crescent.
decis. 1. eod. tit. Caputaq. decis. 11 2. part. 2. in manuscr. &
coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 7. num. 3. & 4. in
d. Romana de Bonellis 13 Februarij 1617. coram bon. mem.
Vbaldo, & prius etiam admisit in eadem causa 27. Nouem-
br. 1614. coram eodem, præsumptio enim d. l. miles, §. de-
functo est iuris tantum, non autem iuris, & de iure. Paris.
cons. 10. num. 98. lib. 2. vbi Marsil. contrarium dicentem re-
probat Decian. cons. 1. num. 127. lib. 3. Alciat. d. reg. 3 præ-
sumpt. 37. num. 3 Menoch. cons. 687. num. 9. & seqq. & sensit
etiam Rota decis. 1. apud Achill. num. 4. qui fil. sint legit. & in
Florentina Oratorij 18. Martij præteriti coram Domino meo
24 Queipo & ideo tollitur † alijs præsumptionibus, vt supra di-
ctum est, dummodo sint multum vehementes.

Nec restringendæ videntur præsumptiones istæ, & co-
niecturæ quando agitur ad effectum succedendi patri illum
instituenti, & tractanti vti filium ad solam absentiam
mariti, & illius impotentiam, quia hæ non sunt præ-
sumptiones, siue coniecturæ, de quibus loquuntur DD.
citati in hac materia, sed sunt euidentissimæ probatio-
25 nes, imò † demonstrationes, cum absens, & impotens
nullo modo possit generare, & Rota cor. Sarnen. vt ipse
refert super reg. de annal. quæst. 58. num. 2. & in Romana de
Bonellis 13 Februar. 1617. coram bon. mem. Vbaldo, censuit
Alexandrum esse filium adulteri, quamuis maritus, nec
absens, nec impotens esset, & ibi nec tot, nec ita vrgen-
tes militabant præsumptiones pro filiatione respectu adul-
teri, prout hic militant, & decisio illa in Romana de Bo-
nellis 29. Nouembris 5613. coram bon. mem. Vbaldo, licet fue-
rit confirmata sub die 28. Nouembris 1614 coram eod. atta-
men hæc secunda decisio confirmatoria primæ prætermisit
26 conclusionem † illam, quòd requiratur vel absentia, vel
impotentia mariti, & decis. 1. Achil. num. 1. qui fil. sint legit.
non requirit probationem concludentem circa impoten-
tiam, vel absentiam mariti ad firman. filiationem respectu
adulteri, sed contentatur coniectura absentiæ, & admit-
tendo hanc coniecturam, non excludit alias coniecturas,
27 prout istas † coniecturas, etiam sine absentia, vel impo-
tentia mariti admisit Rota in secunda decisione de Bonellis
28. Nouembris 1614. & in postrema 13. Februarii 1617. &
prius coram Sarnen. & Doctores supra citati; & etiam Me-
noch. dict. cons. 687. num 15 nullam mentionem faciunt de
impotentia, & absentia, quando agitur solum de succeden-
do ipsi patri, & tamen ex alijs coniecturis, quæ hic etiam
adsunt, & concludunt pro filiatione respectu adulteri.

Verùm ex abundanti nec hic deficit coniectura absen-
tiæ Federici mariti, de tempore conceptionis Fabritij,
quoniam paulo ante dictam conceptionem, dissidia inter
ipsos coniuges intercesserunt, & à bon. mem. Cotta tunc
Locumtenente Vicarij Vrbis lata fuit sententia super se-
paratione thori, & dantur testes deponentes Federicum
expulsum fuisse à domo Marthæ vxoris, nec amplius re-
ceptum, sed secessisse Venetias vsque ad obitum, & † 28
conceptus post diuortium, non censetur filius mariti, quem
nec ideo ipse maritus tenetur agnoscere, nec alere tan-
quam filium, l. 1. §. idem per contrarium, ff. de liber. agnos.
Specul. in tit. qui fil. sint legit. num. 4. Aret. in cap. per tuas num.
4. de prob. Barbos. in rubr. ff. solut. matr. part. 1. num. 18. nec
ambigi potest, quin & illa sententia, & testes saltem in-
ducant coniecturam absentiæ Federici mariti, cum inter-
uenerit iudicium Ecclesiæ, † & sic intrat præsumptio, 29
quòd filius non sit mariti, licet secus esset, si de hoc iudi-
cio Ecclesiæ non constaret Alber. in l. si vicinis num. 3. ff. de
nupt. & ibi Bellapert. & Cin. Barbat. cons. 58. num. 6. & 7. lib.
2. Alex. cons. 88. num 9. lib. 7.

Et quod potissimum mouit Dominos in hac resolutione
illud fuit, quod hodie strictè agitur ad effectum succeden-
di ipsi Petro, qui & pro legitimatione Fabritij institit, &
toties, eum filium suum esse asseruit, & vti talem ter
eum hæredem instituit; vnde hæ nominationes, & tra-
ctatus gesti à Petro † quoad ipsum nominantem, & 30
tractantem benè probant filiationem, Ias. cons. 106. num.
23. lib. 5. Natt. cons. 473. num. 4. Gsat. cons. 62. num. 9. lib. 2.
Menoch. cons. 687. num. 24 Petr. de fideicomm. quæst. 15. num.
484. Cardin. Mantic. de vlt. volunt. lib. 11. tit. 12. num. 15. vers.
verum, Bursatt. cons. 88. num. 5. Tiraq. de retract. lignag. glos.
16. num. 2. & 3. Becc. cons. 194. num. 21. lib. 2. Surd. cons. 552.
num. 21. Rota coram Reuerendiss. Decano decis. 250. num. 3. &
in d. Romana de Bonellis 13. Februarij 1617. Quicquid sit re-
spectu tertij, & ad effectum succedendi alijs agnatis, &
ad alios effectus in quibus Doctores exigunt absentiam,
vel impotentiam mariti.

Quibus etiam accedit, quod asserere Fabritium esse
filium Petri adulteri, non autem mariti, hoc illi mul-
tum expedit, & est lucrosum, † quo casu non ita mor- 31
dicus inhærendum est præsumptioni, l. miles, § defuncto,
ff. de adult. & facilius admittuntur in contrarium præsum-
ptiones, Riminal. Iun. cons. 611. num. 47. & Decian. cons. 5.
num. 128. lib 3. & sequuta est Rota in postrema decisione de
Bonellis 13. Februar. 1617. coram bon. mem. Vbaldo; & quod
maximè ponderandum est pro filiatione respectu adulteri,
militant tot præsumptiones, pro filiatione verò, respectu
mariti, solum adest matrimonium, nullaque cohabita-
tio, vel accessus mariti de tempore conceptionis proba-
tur, nec alio adminiculo est munitum matrimonium,
prout erat in casu Achillis decis. 1. qui fil. sint legit. ibi enim
erat comprobata cohabitatio coniugum, & in decis. 7. Re-
uerendiss. Dom. mei Decani, filius erat baptizatus tanquam
filius mariti, nec ibi concurrebat, legitimatio ad instan-
tiam adulteri, vt in ea decisione consideratur, † hic au- 32
tem Fabritius fuit baptizatus, tanquam filius adulteri,
& eo instante legitimatus, quibus concurrentibus tam de-
cisio Achill. 1. quàm Reuerendissimi Domini mei Decani
7. assentiunt Sarnensi, scilicet cessare præsumptionem,
l. miles, §. defuncto.

Decisiones verò † in dicta Romana de Bonellis, 29. No- 33
uembris 1613. & 28. Nouembr. 1614. coram bon. mem. Vbaldo,
procedunt, quando agitur de præiudicio tertij, non autem
de ipsius patris nominantis, & instituentis, & dicta secun-
da decisio amittit præsumptionem l. miles, § defuncto, tolli
alijs præsumptionibus, & ita etiam intelligi debet † decis. 34
Florentina Oratorij coram R. P. D. meo Queipo, in qua nec
etiam tot vrgebant pro filiatione, respectu adulteri, nec
ibi agebatur solum de præiudicio instituentis, prout hic.

Et ita vtraque parte pluries informante resolutum fuit,
&c.

REVERENDISS. P. D. MERLINO DECANO.

Alexandrina Funeralium.

Die Veneris 29. Nouembris 1630.

ARGVMENTVM.

Transactio, quando non sustineatur.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Pacta, vt seruentur, nihil tam naturale est, et nihil æquitati magis conuenit.*
2 *Transactio de re certa, et in dubia non subsistit.*
3 *Transactio extorta per dolum, et euidentem calumniam non tenet.*
4 *Transactio, ad hoc vt valeat, lis fingi non potest.*
5 *Transactio, vt valeat, requiritur, quod sit lis vera, non autem temerè conficta.*
6 *Assertio Archipresbyteri in præiudicium Ecclesiæ et successorum non attenditur, dum detegitur falsa.*
7 *Litis futuræ timor, vt sufficiat ad validitatem transactionis, quid requiratur.*
8 *Super Ecclesiæ iuribus dum agitur, requiritur auctoritas Apostolica, vel saltem Episcopi.*
9 *Vicarius Episcopi sine eius speciali mandato, non potest auctorizare concordias factas super iuribus Ecclesiæ.*
10 *Factum proprium quis potest in vim noui tituli superuenientis impugnare.*
11 *Prælatus potest nomine Ecclesiæ impugnare factum proprium, per quod ipsi Ecclesiæ præiudicare poterat.*

DECISIO CCCCX.

CONCORDIAM inter Capitulum, atque Archypræsbyterum Ecclesiæ Cathedralis Alexandrinæ initam de anno 1610 seruandam esse, non autem aliam posteriorem inter eosdem factam de anno 1619 Domini censuerunt, & sic standum in decisis sub die 1. Iulii præteriti coram me. * Concordia enim prima, ad definiendas controuersias super iuribus Parochialibus inter Capitulum, atque Archipresbyterum ortas de ann. 1610. iustè, ac rectè perfecta fuit, accedente auctoritate, & decreto Episcopi, & adhibitis omnibus solemnitatibus à iure requisitis; ideoque ad instar rei iudicatæ pro veritate est habenda, atque omninò obseruanda; cum nihil tam natu-
1 rale sit, † & æquitati magis conueniat; quàm vt seruentur pacta, præsertim ea, per quæ finis litibus imponitur *cap. finem litibus, de dol. & contumac. l. si pro fundo, C. de transact. l. properandum, C. de iudic.* & latius in ea decis. deductum fuit. Non debet autem attendi posterior transactio inita de anno 1619. inter d. Capitulum, & Archipresbyterum, quoniam nulla tunc lis, aut quæstio aderat, quæ transigi posset, sed omnis controuersia ex antecedente concordia fuerat composita, vnde deficiente lite, vel probabili litis timore, & stante clara, & aperta præcedentis concordiæ dispositione, quæ nullam recipiebat du-
2 bitationem, † traosactio vti de re certa, & indubia, non subsistit *l. 1. ff. de transact. l. si causa cognita, C. eodem,* Roman. *cons. 517. nu. 18.* Abb. *cons. 12. nu. 5. vers. item transactio lib. 2.* Nat. *cons. 543. num 43.* Menoch. *cons. 618. nu. 1.* Bell. Iun. *cons. 79. nu. 2.* Rot. *in recent. decis. 462. num. 9.*
3 *& dec. 534. nu. 5. par. 1.* Videtur enim per dolum, † & euidentem calumniam extorta huiusmodi secunda transactio, dum ex publico præcedentis concordiæ instrumento manifestè constabat de pertinentia iurium parochialium in ipsam transactionem deducta, iuxta tradita per Angel. *cons. 94. nu. 6.* Roman. *d. cons. 517. num. 19.* Natta *d. cons. 543. nu. 28. & seq.* Menoch. *cons. 1158. nu. 3. & 4.* Magon. *decis. Florent. 85. nu. 4. & 5.* Riminal. Iun. *cons. 614. num. 72. 75. & sequenti.* Bellon. Iun. *d. cons. 79. nu. 3.*

4 Neque calumnia excluditur † ex assertione trasigentium, aut Notarij, quod lis extet quia illam fingere possunt, & fieri potest, quem sub falsis, & quæsitis prætextibus induci ad transigendum, vel simulatis, suppositis-
5 que difficultatibus, † vera autem, non temerè conficta controuersia requiritur ad hoc, vt legitimè per transactionem decidi valeant, *l. cum lis, §. cum hi,* vbi Angel. *ff. de transact. idem.* Angel. *cons. 66. nu. 4. vers. & licet,* Crauet. *cons. 720. num. 7.* Surd. *decis. 185. nu. 10. & 11.* Bardellon. *consil. secundo nu. 60.* Manent. *consil. 141. nu. 38. 43. sequenti, lib. 2.*

Et assertio Archipresbyteri, tunc concordantis, quod prima concordia cederet in damnum Capituli, non atten-
6 ditur † in præiudicium Ecclesiæ, & successorum; detegitur enim falsa, Roman. *consil. 389. nu. 1.* Dec. *cons. 146. num. 15. vers. quarto.* Rota *decis. 452. num. 3. part. 2. recent. & decis. 522. nu. 14. & seq. coram sanct. me. Greg. XV.*
7 Timor autem litis futuræ, qui sufficit ad † validitatem transactionis debet intelligi de timore litis re vera probabilis, & quodammodo instantis, ac in potentia propinqua, non autem dolosè conficto, aut à mendacijs, vel simulatis suasionibus causam habente, vt per Bero. *cons. fin. n. 34. & 35. lib. 2. Petra de fid. commiss. quæst. 8. num. 73.* Bott. *cons. 67 num. 51.* Bardellon. *d. cons. 2. n. 64.* Manent. *cons. 140. nu. 11. lib. 2.*

Præterea nullam etiam dixerunt Domini esse dictam secundam transactionem, quia solum à Vicario fuit confirmata, & † tamen, cum ageretur super iuribus Eccle- 8
siæ, requirebatur auctoritas Apostolica vel saltem Episcopi, *cap. nulli de reb. Eccles. non alienand. cap. 1. eod. tit. in 6.* Rota *in decis. 755. num. 2. par. 2. recent. & decis. 625. num. 3. par. 1.* Nec ipse Vicarius sine † speciali mandato, 9
de quo hic nullibi constabat, auctorizare potest similes concordias, Capell. Tholosan. *decision. 97. nu. 1.* Redoan. *de rebus Eccles. non alienan. quæst. 41. num. 60.*

Non obstant quod in contractu huius secundæ transactionis de anno 1619. interuenerit ipsemet Archipresbyter, qui propterea modo ad illam impugnandum admitti non debet: quoniam responsum fuit, quod D. Massobrius de illo tempore erat Primicerius, & tanquam vnus de corpore Capituli transactioni consensit; nunc autem, cum sit Archipresbyter, iure merito, † in vim noui titu- 10
li superuenientis tueri debet iura sua, & dictam transactionem sibi, & successoribus præiudicialem valet impugnare, & ipsi agenti tanquam Archipresbytero non obstat quod fecit tanquam Primicerius, seu tanquam vnus de Capitulo, *ad not. per DD. in l. cum quædam, C. de administr. tut.* Batt. *in l. sicut §. non videtur. ff. quib. mod. pignor. vel hypot. sol.* Cephal. *cons. 148 nu. 23. latè* Surd. *dec. 153. num. 17 & cons. 365. nu. 21. & seq.* Immò, etiamsi idem Massobrius, vti Archipresbyter prædictæ transactioni consensisset, adhuc tamen modo ad illam † impugnandam no- 11
mine Ecclesiæ admitteretur, & sic contra factum proprium, per quod ipsi Ecclesię præiudicare non poterat, venire non prohiberetur, vt Batt. *in l. iubemus la 2. §. sanè si hæc nu. 9. vers. tertio quæro, C. de sacrosanct. Eccles. latè* Redoan. *de rebus Eccles. non alienan. quæst. 77. cap. 3. num. 1. & seq. & faciunt trad. per* Cardinal. Seraph. *dec. 1417. nu. 3. & per adden. ad sanct. me. Greg. XV. dec. 116. nu. 5. cum alijs.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

* Est supra in hac parte decis. 402.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARD. VEROSOPIO.

Anconitana Prædij.

Die Veneris 29. Nouembris 1630.

ARGVMENTVM.

Executiones, & subhastationes, quando dicantur nullæ, & alia, de quibus in summario.

S V M M A R I V M.

1 *Executiones, & subhastationes nullæ non auferunt possessionem, si quis se pro spoliato non habeat.*
2 *Cedens postquam cessit actiones, nec ipse, nec eius hæredes illis vti possunt, & num. 3.*
4 *Excessus in executione operatur, vt d. executio in totum annulletur.*
5 *Subhastatio, & deliberatio sunt nullæ, quando vigore decreti nullius factæ fuerunt. & nu. 6.*
7 *Adiudicationes debent fieri pro iusto pretio.*
8 *Creditor non admittitur ad licitandum, nisi in defectum aliorum oblatorum, aut post alios omnes oblatores.*
9 *In subhastatione non est opus rei æstimatione.*
10 *In subhastatione dum res deliberatur plus offerenti, præsumitur vendita pro iusto pretio.*
11 *In subhastatione oblatio, qualiter sit facienda.*
12 *Subhastatione, vt valeat, requiritur quod pecunia sit præsens.*
13 *Tamen hæc solemnitas remitti potest de consensu creditoris.*
14 *Et iste consensus in ipso actu deliberationis debet interuenire.*
15 *Subhastatio auctoritate iudicis est facienda.*

16 *Debitor, quando priuatur dominio rei suæ, est citandus.*

17 *Cessionarius, idem iudicium à cedente institutum potest prosequi, & obtinere eodem modo, ex iure sibi cesso.*

18 *Possessio defuncti non transit in hæredem, sed opus est noua apprehensione.*

19 *Manuteatio possessionis cessæ ex contracta, potest peti ex propria persona.*

20 *Creditor potest vti retentione, quando ei nulliter fuit facta adiudicatio pro vero credito.*

21 *Text. in l. si non sortem, §. si centum. ff. de condict. indeb. quando procedat.*

22 *Bona in subhastatione nulla, & iniusta obtenta, non possunt retineri.*

23 *Retentioni, quando locus non sit spolio iudiceali, num. 27.*

24 *Retentio, vt habeat locum, creditum debet esse liquidum.*

25 *Cessionarius in omnibus censetur eadem persona, quam cedens.*

26 *Executionis, & deliberationis nullitate, et iniustitia stante, nec rei possessione priuatur debitor, nec illius dominium acquirit creditor.*

DECISIO CCCCXI.

HOC dubium, in quo manntentionem petebat Clarix Ferretta, tanquam spoliata possessione prædij à filijs, & hæredibus Zachariæ Cæsarani, cum ad instantiam ipsins Claricis sæpius proposuerim, hodie ea vita functa, iterum proposui ad iostantiam Alnysij eius filij, qui ex eodem iudicio à matre iostituto maouteotionem etiam petebat, tanquam donatarius eiusdem prædij, cuius possessionem dicebat Clarix se spoliatam. Et cum proposita primum causa 18 Iunij 1629. voluissent Domini videre de bono iure Claricis, vtrumque articulum hodie resoluerunt, quod scilicet appareret de hoc Claricis iure, & ex eiusdem persona competeret Aloysio manutentio.

Et huius quidem iuris ipsius Claricis probationem responderunt Domini desumi ex ipsa executione, & subha-
1 statione, quæ cum defeodi non possent † ab innumeris nullitatibus, neque potuit per ipsas auferri possessio à Clarice, quæ se pro spoliata non habuit *l. iuste possidet, & ibi gloss. ff. de acquir. possess. cap. præsentium, vbi etiam gloss. in fin. 7. q* Bald. *in l. fin. in 1. notab. C. vnde vi*, Put. *decis. 419. lib. 2* Cum enim ex causa æris alieni cuius Clarix debitrix erat Zachariæ Cœsarano coacta suisset imponere duos annuos census, quos prætio scutorum 450. vendidit Hieronymo Tellino, cumque eosdem census cessisset Tellious Zachariæ, qui deinde declarauit illos quæsitos à se suisse ex pecunijs Equit. Iacobi Scacchi sui soceri;
2 † Vel post cessionem factam Scaccho non poterat ab eisdem filijs, & hæredibus Zachariæ obtineri ex propria persona mandatum, cum directæ actiones, quæ solum erant apud Tellinum emptorem, illis suffragari non possent, & vtiles, quæ post cessionem in Scacchum transiuerunt, præferri deberent directis Bald. *in l. 1. num. 31. C. de act. & obligat.* Aym. *cons 191. nu. 3.* Crot. *cons. 83. nu. 14. lib. 1.* Rebuff. *de cess. action. art. 1. gloss. 4. vers. sed debitum*, Osasc. *dec 45. nu 7.* Guidopap. *decis. 430. nu. 1.* Imò quia io ortu directarum, astrictus fuerat Tellinus ad ce-
3 dendum eidem Scaccho, ex cuius pecunijs census empti fuerant, directæ actiones effectæ fuerint, inutiles apud ipsum cedentem, Bald. *in ead. l. 1. in 5. q. C. de act. & oblig.* Bart. *in l. facta §. si hæreas nu. 3. ff. ad Trebell.* Guidopap. *dec. 567. nu. 2.* Rot. *dec. 433. nu. 3. par. 2 diuers.* Vel licet ijdem filij, & hæredes Zachariæ dici posset, vt nomine ipsius Equ. Iacobi Scacchi agere potuerint, & vt illi tanquam cessionario fulueretur, oon tamen eisdem licuerit integram summam eorumdem fructum petere, qui vtiliter Scaccho tanquàm vero Domino census fuerant per Claricem; & hinc apparebat de excessu executionis, &
4 ratione indiuiduitatis decreti, quo eadem executio † concessa fuit, neque illa poterat io parte sustineri, quæ verè eidem Scaccho debita esset, *l. 1. §. hæc verba, ff. ne vis fiat ei* Bart. *in l. si non sortem § si centum*, ex qua etiam omnes idem ootant, *ff. de condict. indeb. num. 7.* Bald. *in l. certi conditio, §. quoniam num. 7.* Put. *dec. 323. num. 2. lib. 1.*
5 Rot. *coram Ludouis. decis. 198. nu. 1.* & inferebatur † etiam ad oullitatem subhastationis, & deliberationis, ad quas vigore eiusdem decreti processum fuit, Capic *decis. 51. num. 2.* Rot. *in Romana spolij 21. Febr. & 4. Maij 1600. coram iusto in recent. dec. 545. nu. 6. par. 2.* & in his omninò terminis de creditore, qui ex cessione † sibi facta obtinnerat sub- 6
hastari vineam pro maiori credito, quàm esset ius sui authoris in *Romana vineæ 3. Aprilis 1598. coram Orano.*

Sed si fortè actum fuit oomine cedentis, vt supposita persona posset Scacchus prædium emere, soper quo ad sui ipsius iostantiam fiebat executio, nam illud venditum fuit à filijs, & hæredibus Zachariæ eidem Hieronymo Tellino, cui primum fuetuot venditi à Clarice hi census, & ipsi Tellino cessum, deinde ipsimet Scaccho cum eadem declaratione, ex illius pecunijs emptum à se fuerit. Verùm hæc personarum mutatio siue vt agerent pro fructibus census, sine quibus fieret deliberatio efficere non potuit, quin eadem semper esset persona Scacchi agentis, & ementis, alter etiam defectus ex hac rei gesta serie colligebatur, quia vel non oisi per viam adiudicationis, & à iudice potuisset idem Scacchus prædium obtioere ratione sui crediti, & opus tunc fuisset peritorum æsti-
matione, cum pro † iusto pretio debuisset fieri adiu- 7
dicatio, quod ex subhastatione hoc casu non probatur, *l. 2. C. si in causa iudic.* Bart. *in l. a D. Pio §. si pignora, ff. de re iudic.* Afflict. *dec. 358. num. 4.* Vinc. de Franch. *decis. 57. nu. 7.* Rota *in Romana domorum de Roncionibus 17. Iunij 1615. coram bo. me. Baratto.* Vel etiam quod tanquam tertius admitti voluisset ad licitan-
dum, † tamen id non potuisset nisi aut in defectum alio- 8
rum oblatorum, vt probatum videtur ex *eadem l. 2. & 3. C. si in causa iudic. vbi notant.* Bald. *nu. 2.* Salic. *nu. 1.* Afflict. *ead. dec. 358. nu 5.* Rot. *in Mediolanea. euictionis 4. Februarij 1600. coram Card. Millino*, aut certè post alios om-
nes oblatores, cum ideò in subhastatione non sit † opus rei 9
æstimatione; vt agnoscendo differentiam intet primum, & hunc posteriorem casum, distioxit Surd. *cons. 256. nu. 6. & cons. 39. nu. 26.* Castr. *cons. 156. nu. 1.* Rot. *coram Lud-*
ouis. dec. 12. Quia cùm res † delioeratur plus offerenti, pre- 10
sumitur vendita pro iusto pretio. Et neque hoc casu id factum fuit, cum non constet, vt exposito pignore sob manu Prætoris, alij oblatores comparueriot, & omoium po-
stremus † Scacchus auctionem fecerit, iuxta formam tra- 11
ditam per *Doctores in l. ordo, C. de executione rei iudic. & in l. si quis, C. de rescind. vendit.* Alex. *in l. à D. Pio §. si pignora nu. 11. ff. de rei iudic. & notant* Iodoc. de Demauder *in compend. subhastationum cap. 3. nu. 7.*

Tertius etiam defectus ex eodem fonte sequebatur, cum nullo modo sustineti posset obligatio, quam fecit Tellinus in actu deliberationis, soluendi ipsis de Cœsaraois creditoribus fructus eisdem debitos à Clarice, & residuum
alijs eiusdem Claricis Creditoribus. Cum enim † ad vali- 12
ditatem subhastatioois opus suisset præsenti pecunia, *l. à D. Pio §. sed si emptor ff. de re iudic.* licet hæc solemnitas remitti potuerit de consensu eorundem de Cœsaranis, siue
de conseosu Scacchi † veri creditoris, Imol. *in l. à D. Pio,* 13
§. sic quoque nu. 3 ff. de re iudic. Castr. *in l. eleganter, §. si vendiderit nu. 2. ff. de pignorat. act.* Rot. *dec. 464. nu. 1. par. 2. recent. coram Ludouis. decis. 23. nu. 5. & dec. 430. nu. 4. & in Perus. detis 1. Iulij 1594. coram Penia.* Non tamen potuit hic consensus operari vltrà summam eidem creditori debitam, atque ita io præiudicium suum ipsius Claricis, siuè aliorum creditorum eiusdem Claricis, quibus se Tellinus obligauit soluere quidquid sibi reliquum esset, postquam satisfactum à se fuisset Cœsaranis: Præ-
terquam idem consensus oeque suffragari poterat, † nisi 14
in ipso actu deliberationis interuenisset, Rot. *in Asculana terrarum 22. Iunii 1601. & in Cameriaen. spolii 15. Iunii 1609. coram Card. Sacrato, & coram Ludouis. dec. 28. nu. 2.* Et eadem obligatio neque poterat sustioeri in præiudicium ipsius Claricis, quatenus continebat obligationem redimendi census super eodem prædio impositos, ad quos nullo iure ipsa Clarix cogi potuisset.

Demum præter alias nullitates, quas eadem executio continebat, neque in subhastatione, & declaratione vnquam fuerit Clarix citata, imò oeque ad eandem subhastationem deuentum fuerat auctoritate iudicis, sed priuata creditoris, qui missus io possessione ex primo decreto
rem solo iure pignoris detinebat. Ex quibus † cum nun- 15
quam ammissa fuerit rei suæ possessio per Claricem, vt de subhastatione auctoritate iudicis facien est *textus in l. 2. C. si in causa iudicati, & tradit* Afflict. *eadem decis. 358. n. 4.* & de citatione in impetratione secundi decreti, ex

quo

16 qoo † prioatot debitor rei suæ domloio, habetor io *Lere-
ditor 4. C. de distrnct. pignor. & notant* Bart. *in l. d. D. Pio §. in
venditione num. 4. ff. de re iudic.* Afflict. *eadem decis. 358. nu.
3.* Rota *in Romana subbastationis 10. Maij 1653. coram bon.
memor.* Buratto, *& decis. 476. numer. 4. part. 2. recent.* Ex
eiusdem Claricis persona dixerunt Domini, debitam eise
17 † manutentionem Aloysio illior filio, qui cum idem iudi-
cium à matre institutom prosequeretor, poterat agere, &
obtinere eodem interdicto ex iure sibi cesso, Io. Faber *in §.
retinendæ num. 9. Institut. de interdictis*, Tiraquell. *de retr.
lig. §. 26 glos. 3. numer. 17.* Menoch. *de retin. possess. remed. 3.
numer. 62.* Guidopap. *decis. 552. numer. 3.* Rota *in Bononien.
de Carnilibus 11. Ianuarij 1602. coram Pamphil. in Beneuen-
tana census 9. Iunij 1594. coram Corduba in Anconitana bo-
norum 5. Maii 1620. coram D. meo Pirouano*, & generale es-
se vbicumque vtilis actio euellitur de corpore directæ, di-
xit Bald. *in cap. licet causam numer. 34. de probat.* & discus-
so articulo tenuit Nicol. Noalis *de trnasmiss. cas. 40.* Imò
cum eadem possessio fuerit illi cessa ex cootractu, non au-
tem ex vltima voluntate, noo poterat illa considerari tan-
18 quam possessio desuncti, & quæ iam esse desierit, † cum
ad hæredem traosire debebat, quo casu noua apprehensio-
oe opus esse in hærede, traditor in *l. cum hæredes, ff. de ac-
quir. possess.* Sed poterat etiam ex propria persona peti ab
19 Aloysio † maoutentio cum tuoc eius nomine voluerit, &
se constituerit Clarix possidere, com verè eandem posses-
sionem retineret, Alexand. *in ead. l. cum hæredes num. 9.
ff. de acquirend. possess.* Rota *in Florentina Subdecanatus 27.
Ianuar. 1627. coram D. meo Durnno.*

Neque hanc manuteotionem debitam Aloysio, siuè ex
propria, siuè ex matris persona, dixerunt Domini impe-
diri posse propriam exceptionem reteotionis, quam Ca-
milla Iacobi Scacchi filia, & hæres opponebat. Vt cum
soluisset idem Iacobus parens, & cessionarius Telliol non
solum eam summam, ad quam se ipse Tellinus in de-
liberatione obligauerat, sed longè maiorem plorlbus eius-
dem Claricis creditoribus, ex cessione iurium sibi facta ab
eisdem creditoribus effectus fuerit ipse creditor Claricis,
20 & competere eidem retentio, quæ datur † pro vero cre-
dito etiam data oullitate adiudicationis, ex traditis per
*Doctores in l. si noa fortem § si centum, ff. de conditione inde-
biti*, Surd. *decis. 46. numer. 7.* Rota *coram* Cardin. Caualer.
decis. 543. Huic enim exceptloni adhuc plura visa fuerunt
Domiois obesse, ex qoibus excluderetur hoc ius reten-
tionis. Imò neque probatum dici posset creditum ali-
quod Iacobi, ex cuius causa, illi hæc retentio compe-
21 teret. Noo solum enim dispositio *textus* † *in d. § si cen-
tum*, procedebat io spolio iudiciaii, & lo re, quæ præ-
ter iudicis auctoritatem possideretur à creditore sine vitio,
l. 1. §. redigitur, & ibi glos. & Bartol *ff. quorum legatorum*,
Bald. *in l. fundus, qui Lucij Titij 9. ff. de rescind. vendition.*
Negusant. *de pignor. 2. mem. 3. par. principalis numer. 20. &
memb. 4. 5. par. numer. primo* Cremens. *singul. 93.* vt sanè dici
non poterat retinerl hoc prædium à Camilla, cum pri-
22 uata auctoritate † facta fuerit subhastatio, imò etiam
in spolio iudiciali tanquam priuatos processisset, ipsimet
iudex omissa in subhastatione, & deliberatione citatio-
ne Claricis, Bald. *in l. 1. in princip. C. de Carbonian. edict.*
Soccin. *in l. iustè possidet numer. 8. ff. de acquir. possess.* Ne-
gus. *de pignor. 2. memb. 3 par. principalis num. 22.* Soccin. Sen.
cons. 158 num. 16. Soccio. Iun. *cons. 18. num. 11.* Gabr. *de ac-
quir. possess. concl. 1. num. 43. & 90.* Menoch. *recuper. possess.
remed. 8. num. 19. & fuit dictam in Rom. spolij 28. Iun. 1628.
& 14. Maij 1629. coram me.*

23 Sed adhuc dato spolio iodiciali, † non poterat re-
tentiooi locus esse, cum neqoe ex causa ipsius adiudica-
tionis quæ oulla proponeretur, sed ex cessione sibi facta
à Tellino hoc prædium Scacchus possideret, vt declarat
se idem Bartol. *in d. §. si centum numer. 8. ff. de condition. in-
deb.* Surd. *eadem decis. 46. num. 12.* Castren. *in l. petenti nu.
3. ff. de pignorat. act.* Negus. *de pignor. 4. memb. 3. part. prin-
cipalis numer. 4.* Rota *decis. 115. numer. 3. part. 2. diuers. in
Romana spolij 27. Iunij 1620. coram bon. memor. Buratto*, &
in his omninò termiois in *Romana domus 24. Maii 1619. co-
ram bon. memor. Vbaldo*. Neque creditum ex cuius causa
24 eadem retentio † petebatur, liqoidum dici posset, vt
etiam requirebatur Rota *in dicta Romana spolii 27. Ianuar.
1620. coram bo. mem. Buratto in Maceraten. Saluiani 12. Maii
1608. coram Manzanedo coram bo. me.* Greg. *decis. 254. nu. 3. &
decis. 43. n. 2. par. 2. recent.*

Hoc enim creditum, quod sibi Camilla petit compen-
sari si consideretur respectu ceosuum, qui extincti fuerunt
per Iacobum iuxta obligationem Tellini, illud non potest
dici liquidum, cum neq; vtili negociorum gestorom actio-
ne ipse Iacobus obtinere posset, ex causa earundem solu-
tionum, quas Clarix in vita facere non cogebatur, neque
ex cessione, quam habuit à creditoribus eorumdem cen-
suum, cum hæc exceptio, quæ Clarici competebat contra
eosdem creditores, possit etiam ab ipsa opponi contra Iaco-
bum cessionarium, qui in omnibus † censetur eadem per- 25
sona cum ipsis creditoribus, à quibus cessionem obtiouit,
l. emptor, C. de hæred. vel act. vend. Bald. *in l. & hære-
di 22. §. 1. numer. 8. ff. de pact.* Bero. *cons. 32. numer. 46. lib.
2.* Rota *coram bon. memor.* Cardin. Caualer. *decis. 539. nu-
mer. 3.* Et demum neque sustineri posset hæc sortis restito-
tio, quasi facta foerit, vt liberaretur proprius fundus,
qoi eorum censuum onere grauatus erat, cum stante nul-
litate, & ioiustitia executionis, ac deliberationis, † ne- 26
que eiusdem fundi possessione fuerit Clarix prioata, ne-
que illius dominiom acquisitum creditori, vt in his etiam
termiois considerauit Rota *in Fauentina bonorum 19. Iunij
1595. coram Corduba*. Si verò idem Iacobi creditum con-
sideretur, respectu fructuum, quos soloit ex causa eo-
rundem censuum, & licet ijdem fructus dici possiot liqoi-
di, quia tamen percepit etiam Iacobus fructus ex hoc
prædio, cuius hodie petitor restitotio, ex ea fructuom
perceptione turbatum adeò fuit creditum, quod deduce-
bat ex fructibus à se solutis, vt eorum causa, neque
possit retentio competere, cum sine noua liquidatione,
io qua habeatur etiam ratio fructuum, qui ex prædio col-
lecti fuerunt ijdem fructus soluti ab ipso Iacobi liquidi † 27
dici non possint, vt etiam ad hunc effectum retentionis
dictum fuit in *Anconitana bonorum 1. Martij 1613. coram
D. meo Pirouano, inter recent decis. 433. num. 4 part. 2. co-
ram bon. memor.* Cardio. Caualer. *decis. 539. numer. 7. & in
Romana syluæ, siuè crediti dotalis 21. Iunii præteriti coram
me*. Præterqoam respectu fructuum, quos dicit à se
fuisse solutos Cœsaranis vix potest applicari, vt ex ea so-
lutione effectus fuerit Iacobus creditor Claricis, cum po-
tius dum ipse erat verum creditor eorom fructuum, &
eiusdem Claricis debitum, & proprium creditum extin-
xerit.

Et ita, &c.

EMINENTISS. ET REVERENDISS. D. CARDINAL VEROSPIO.

Toletana decimarum de Capilla.

Die Lunæ 2. Decembr. 1630.

A R G V M E N T V M.

Citatio sola ad dicen. contra commissionem in actis præsentatam, est sufficiens ad excusandum lapsum primi anni, & primi fatalis. Et vide qualiter in Rota concedatur restitutio in integrum.

S V M M A R I V M.

2 *Commissio in actis præsentata, citata parte ad dicendum contra, sufficit ad excusandum lapsum primi fatalis, & primi anni.*
3 *Res iudicata non potest excusari ex non prosequutione appellationis, infra tempus à iure constitutum.*
4 *Quadriennium conceditur à iure ad terminandam causam restitutionis.*
5 *Ecclesia restituitur non obstante lapsu quadriennij.*
6 *Rota probata iustitia causæ restitutionis in integrum supersedere solet in exequutione suarum sententiarum, & hoc ipso habet partem pro restituta.*
7 *Restitutio in integrum tanquam remedium omnino subsidiarium, non competit, nisi data re iudicata.*

D E C I S I O CCCCXII.

POST impetratam commissionem restitutionis io in-
tegrum per Sereoissimum † Cardinalem Infantem 1

Archiepiscopum Toletanum aduersus sententiam, quam R. P. D. Andreas tulerat ad fauorem Excellentissimi Ducis de Bexar super immemorabili cum fama priuilegij quoad ius exigendi decimas in locis Status de Capilla, ad instantiam eiusdem Ducis de Bexar fuit noua commissione mihi rescriptum, vt quatenus constaret de re iudicata illam exequutioni demandarem, quatenus verò eadem res iudicata non probaretur cognoscerem causam appellationis. Vndè cum super eadem re iudicata dubium hodie proposuerim, placuit Dominis illam firmare, reseruato tamen, vt in alia disputatione videretur, an deberet exequutioni demandari.

Et quoad rem iudicatam vix illa poterat controuerti, cum licet à sententia, qua ad fauorem Ducis fuit per bon. mem. Andream pronunciatum, fuisset ex parte Serenis-
2 simi Infantis, & interposita appellatione, † commissa causa, intra legitima tempora, & præsentata in actis commissio citata parte ad dicendum contra, quod sufficit ad excusandum lapsum primi anni, & primi fatalis, Achill. *decis. 11. de appellat.* Put. *decis. 311. lib. 2.* Rot. *decis. 156. part. 2. recent.* Cassad. *decis. 4 de appellat.* Tamen cum non solum biennio, sed neque integro decennio quidquam actum fue-
3 rit in causa, res † iudicata non potest excusari, ex non prosequutione appellationis intrà tempus à iure constitutum, *Auth. ei qui, C. de tempor. appellat. cap. cum sit Romana, de appellat.* Cassad. *decis. 6. eod. tit.*

Et licet appellationis fatalia fuerint prorogata per duas commissiones, quæ 12. Iunij 1621. & 8. Ianuar. 1622. impetratæ fuerunt ex parte Serenissimi Infantis, & in quibus non solum prorogatio eorundem fatalium, sed etiam committebatur causa restitutionis.

Quia tamen etiam à die earum commissionum lapsum
4 erat quadriennium concessum † à iure ad terminandam causam restitutionis *l. fin. C. de tempor. in integr. restit.* Cuius tex. dispositio habet etiam locum in Ecclesia, vt in *clement. 1. eod. tit. cap. 1. de restit. in integr. lib. 6.* Odd. *de restit. in integr. par. 2. quæst. 75. num. 27.* Rota *coram Reuerendiss. D. meo Decano decis. 445. num. 6.* Eiusdem restitutionis causa etiam apparebat deserta, & ex hoc etiam capite aderat res iudicata, cum neque remedio ordinario appellationis, neque extraordinario restitutionis in integrum sententia reuocata esset.

Neque ex hac vltima commissione, quæ præsentata fuerat in actis anno 1627. & in qua concedebatur noua restitutio dici poterat sublata res iudicata, cum non obstan-
5 te lapsu quadriennij † hæc restitutio eidem Ecclesiæ competeret *cap. 1. de in integ. restit. lib. 7.* Cassad. *decis. 2. eod. tit* Felin. *in c. placuit num. 13. de præscript.* Put. *decis. 59. num. 2.*
6 *decis. 60. l. 1. & decis. 370. l. 2.* Imo hic sit † stilus huius Tribunalis, vt probata iustitia ipsius causæ supersedere soleat in suarum sententiarum exequutione, & hoc ipsa habeat partem pro restituta, vt not. in *decis. vlt. de restit. in integr. in nou. num.* 4 quam sequitur Contard. *de moment. possess. lim. 8. ratione restitutionis in integrum numer.* 42. Rota *in recent. part. 2. decis. 13. in Vrbinaten. iurisdictionis* 10. *Februarij* 1620 *coram bon. memor. Buratto, & in Romana restitutionis in integr. 20. Maii 1624. & 18. Aprilis 1625. coram bon. memor. Manzanedo*. Quia quidquid dici posset de iustitia huius causæ, quæ non ostendebatur per Ministros, & Agentes Cardinalis, hoc fuit fundamentum, & ratio resolutionis, vt videretur. An executionem meretur res iudicata, & in eiusdem executionis articulo reseruarunt videre. An probaretur hæc iustitia causæ, quæ eandem executionem posset retardare; hanc verò rem iudicatam, quam sine suo effectu considerarunt Domini hoc casu, ne forte ex ministrorum negligentia, & in causa satis graui damnum Ecclesiæ inferretur, etiam propria confessione visa fuerat pars comprobasse petendo restitutionem in integrum, quæ tanquam remedium omninò subsidiarium
7 non † competebat, nisi data re iudicata, *l. in causæ cognitione 18. ff. de minor. c. ex ratione de appellation. Auth. ei qui Cod. de tempor. & reparation. appellation.* Put. *decision. 59. lib. primo.*

Et ita, &c.

R. P. D. COCCINO.

Cæsaraugustana Distributionum.

Die Lunæ 9. Decembris 1630.

ARGVMENTVM.

Fructus in dubio, an præsumantur aucti, vel diminuti. Rusticus cum Communitate si litiget, an teneatur ad collectam impositam prod. lite. Et quid quando Canonici litigant cum Portionarijs, an expensæ litis debeant extrahi ex massa communi, Ciuis si litiget cum Ciuitate, an pariter teneatur ad collectam imposita prod. lite.

SVMMARIVM.

1 *Fructus censentur aucti, & non diminuti.*
2 *Probatio plena, & concludens requiritur in probando fundamento intentionis alicuius, & maximè si contra se habeat præsumptionem iuris.*
3 *Probatio, vt non concludat, sufficit sola possibilitas.*
4 *Capitulum habens facultatem diminuendi portiones Beneficiatorum, in casu diminutionis reddituum ad hoc, vt istud possit facere, quæ diminutio ad hunc effectum, consideranda est.*
5 *Aduersario suo nemo debet contra se ipsum facere sumptus litis.*
6 *Rusticus si litiget cum Communitate, & imponitur collecta pro expensis d. litis, ipse non tenetur contribuere.*
7 *Canonici, quando litigant cum Portionarijs, expensæ litis non debent extrahi ex massa communi.*
8 *Ciuis, si litigat cum Ciuitate, tenetur ad collectam impositam pro sumptibus dictæ litis.*
9 *Canonici, & Portionarij, non faciunt vnum Collegium, sed diuersa.*
10 *Ciuitatis consilium repræsentatur per totam Ciuitatem.*
11 *Portionarij, dato, quod quando litigant cum Canonicis, teneantur contribuere pro expensis litis, hoc tamen quando procederet.*
12 *In manutentionis iudicio ea, quæ requirunt altiorem indaginem reijciuntur ad petitorium.*
13 *Bursa communis Capituli debet applicari ad vsum destinatum communem, non autem ad particularem.*
14 *Quasi possessio, vt in incorporalibus acquiratur, non sufficit solus animus sed scientia, & patientia illius contra quem, aliquis prætendit possidere.*

DECISIO CCCCXIII.

HVIVSMODI Ecclesia de anno 1605. auctoritate san. mem. Clementis VIII. sæcularizata, fuerunt de anno 1607. applicata bursæ distributionum scut. 3400. & tandem auctoritate eiusdem Bullæ sæcularizationis conditum fuit statutum, in quo disponitur, quod massæ antiquæ distributionum quantitas necessaria ex nouis iuribus, & bonis Canonicorum taliter addatur, vt quilibet Canonicus pro distributionibus quotidianis in qualibet die habeat regalia sex, portionarius verò regalia tria, quod quidem statutum auctoritate Apostolica in Bulla sæcularizationis Nuncijs Sedis Apostolicæ attributa, recol. mem. Cardinalis Millinus tunc Nuncius Hispaniarum confirmauit, cum tractu temporis ob expulsionem Maurorum & alia, Capitulum prætenderet fructus esse dimiontos, & propterea dictas quoque distributiones minui debere, non obstante quod iam tres diminutiones factæ fuerint, vna ante motam litem, & duæ hæc lite pendente; post diuersas alias disputationes dubitaui, An constaret de tali diminutione fructuum, quæ suffragetur Capitulo, & bis negatiuè fuit resolutum sub diebus 6. Iunij 1629. & 23. Ianuarij 1630. quæ sententia, & hodie tertia vice, placuit Dominis, reiecto illo temperamento, de quo in vltima decisione, videlicet donec videantur computa, cum hodie ex

die ex reuisione computorum non constat de tali diminu-
tione quæ suffragetur Capitulo, & hoc non solum atten-
ta relatione peritorum in partibus, & in Curia electorum
sed etiam attento processu de partibus nouiter producto
per Capitulum.

Firmandum est enim, primò quod Capitulum graua-
tur duriori probatione, cum regula sit contra ipsum, vi-
1 delicet quod fructus censeantur aucti, † non diminuti,
Bart. *in l. ex diuerso, §. vltimo numero 15. ff. solut. matrim.*
& latè fuit deductum in decisionibus prædictis, quæ reui-
dentur, vel saltim, quod sicut prius sufficiebant, ita
nunc quoque sufficiunt Seraph *decis. 1385.* & fuit dictum
in causa *Valentina subsidij 14. Martij 1616. coram Eminen-
tissimo D. meo Cardin. Pamphilio tunc Rotæ Auditore*, &
cumulant alias decisiones Adden. *ad decis. 483. sub num. 8.
vers. hæc autem diminutio san. memor. Gregor.* & quamuis
Capitulum alleget, præsumptionem diminutionis fru-
ctuum ex expulsione Maurorum, qui agros colebant,
tamen ista præsumptio per se nihil valet, cum agri pos-
sint per alios coli, nec concludat pernecesse, quod pro-
pter dictam expulsionem Capitulum tantum minimè per-
ceperit, vt dictas distributiones ad quantitatem præscri-
2 ptam non possit soluere, & propterea, cum ista † pro-
batio, non sit plena, & concludens, prout requiritur,
cum sit fundamentum Capituli, maximè habentis præ-
sumptionem iuris contra se, non prodest ipsi Capitulo,
3 cum sola † possibilitas efficiat vt probatio non concludat
cap. in presentia de probat. Dec. *cons. 37. n. 9.* Surd. *cons. 505.
n. 6.* Rota *dec. 323. n. 4. par. 2. in rec.*

Sed cessat omnis difficultas, quia ex relatione perito-
rum constat quod ab anno 1605. de quo fuit facta dismem-
bratio vsque ad annos 1626. & sic spatio 22. annorum exi-
tus ex bursa communi excedunt introitus in scotis 205.
tantùm, quę quantitas non est considerabilis spatio tot
annorum, vt solitum non debeat poni in bursa communi;
diminutio enim ad hunc effectum non est simpliciter con-
4 sideranda, sed debet esse talis, † vt quantitas consueta
in bursa communi minimè possit poni, Ias. *in l. si constante
n. 145. vers. sicut etiam, ff. solut. matr.* Abb. *cons. 69. num. 6. lib. 1.*
Rot. *dec. 48. n. 3. & 4. par. 2.*

Et quamuis videretur Dominis ex huiusmodi relatio-
ne satis iustificari non constare de diminutione redditnum
dictæ bursæ, quæ suffragatur, tamen placuerunt etiam
deducta per portionarios magis in specie ad probandum,
quod quamplures partitæ pecuniarum positæ fuerunt per
Capitulum ad exitum dictæ bursæ, quæ non sunt ponendę
& quod quamplures fuerunt omissæ in introitu, quæ erant
ponendæ per Capitulum, ita quod si detrahenda ab exitu,
& inserantur inferenda ad introitum liquidò constet longè
pinguiorem esse hanc bursam, quàm dicti periti referant,
itaut tanto minus dicatur constare de diminutione reddi-
tuum dictæ bursæ, quæ suffragetur.

Et in primis esse detrahendas ab exitu plures partitas,
ascendentes in totum ad scota 16810 ex relationibus peri-
torum, vt in sum. dato pro portionarijs n. 5.

Præterea esse detrahendas à dicto exitu expensas extra-
ordinarias, & nullam causam expressam habentes, quæ
secũdum dictos peritos faciunt summam scutorum 32782.
de quibus in d. summario num. 6. prout Rota iam admisit
in præcedentibus decisionibus circa quas non suffragatur
Capitulo, quòd quantitas harum expensarum sit longe
maior vtpote ascendens ad scuta 51442. vt in d. summario
numer. 26. quia etiam hoc admisso inducitur ex hoc gra-
uamen, non aut leuamen bursæ, & confirmat magis
intentionem Portionariorum, qui conantur ostendere
hanc bursam esse grauatam indebito exitu, qui quan-
to maior est, tanto grauiùs opprimit ipsam bur-
sam.

Insuper visum est Dominis indebitè poni ad exitum
bursæ pecuniam, quæ in litibus exposita est per Capitu-
lum, aut enim sunt lites propriæ Capituli de rebus non
pertinentibus ad hanc bursam, & tunc euidens est huius-
modi expensas non potuisse fieri ex bursa cum Portiona-
rijs, & alijs participantibus communi, aut sunt lites
pro seruitio huius bursę communis, & hoc in facto non
iustificatur, & per Portionarios negatur; aut exposita
est hæc pecunia pro agitanda præsenti lite, quam per tot
annos exercet Capitulum contra Portionarios & tunc in-
debitè fuit ex hac bursa detracta, quia nemo debet aduer-
5 sario suo contra seipsum † facere sumptus litis, Bald. *in
l. Imperatores, num. 1. vbi* Din. & Alber. *num. 2. ff. de tutel. &
ration. distrahen. qui* Alberic. notat per illum textum quod
si rusticus litigat cum Communitate, † & imponitur col- 6
lecta pro expensis litis, ipse non tenetur contribuere, &
in puncto de Canonicis litigantibus cum Portionarijs, † 7
quod expensæ litis non debeant extrahi ex massa commu-
ni, fuit resolutum in causa *Seguntina expensarum 12. Iun.
1606. cor. bo. me. Litta.*

Neque obstat quod si vnus ex † Ciuibus litigat cum Ci- 8
uitate tenetur ad collectam impositam pro sumptibus di-
ctæ litis, Bald. *in l. ab omnibus, §. si Titio, vers. item est ar-
gumentum de leg. 1.* quem sequitur Thomas Parpalia *in leg.
placet num. 46. C. de sacros. Eccles.* & idem sentit Bart. *in d.
§. si Titio n. 1.* quia hoc dictum non applicatur, cum Cano-
nici & Portionarij † non faciant vnum Collegium, sed 9
sint Collegia diuersa, ex eo enim Ciuis litigans cum Com-
munitate tenetur ad collectas impositas pro dicta lite, quia
Consilium † Ciuitatis repræsentat totam Ciuitatem, *l.* 10
*quod maior, ff. ad municipal. gl. in rubr. C. quæ sit long. con-
suet.* Alex. *in l. omnibus, n. 7. ff. ad Trebell. cons. 101. in prin-
cip. lib. 1.* Corn *cons. 39. ante n. 1. lib. 1.* Dec. *cons. 528. n. 1. & fuit
dictum in causa Pampilonen celebrationis missæ 7. Febr. 1594.
cor. bo. me. Card. Mantica.*

Et in omnem euentum, quatenus etiam esset vnicum
Collegium ad effectum, † quod Portionarij tenerentur, 11
causa litis deberet esse necessaria, non voluntaria nec in-
iusta, Felin. *in c. cum omnes, num. 17. vers. fallit p. 8. num.
18. in decima fallen. vers. & facit de constit.* Ias. *in l. iuris gen-
tium, §. hod.e, num. 8. vers. 7. limita, ff. de pactis, & fuit
dictum in causa Pampilonen.* Vnde cum vt supra dictum est
alia ponantur ad exitum, quæ tamen poni non debent,
apparet quidem quod lis, est voluntaria, & non necessa-
ria, & in omnem euentum hic & nunc de hoc esset cogno-
scendum, cum agatur ad effectum † manutentioni, vel 12
reijciendum esset ad petitorium, cum requirat altiorem
indaginem.

In hoc autem capite expensarum litium, non solum re-
sultat, quod indebitè sint positæ ad exitum huius bursæ,
sed etiam grauata remaneat dicta bursa circa quantitatem
huiusmodi expensarum, quia periti referunt eam ascen-
dere ad scuta 5450. 8. vt in summario Portionariorum nu.
15. Calculus autem ex aduerso sumptus ex prædicto pro-
cessu nouissimè compulsato refert ascendere ad scut. 5921.
7. 6. vt summ. n. 27.

Vlterius fuit consideratum, quod salaria seruientium
Ecclesiæ, & aliorum ministrorum fuerunt extracta ex
bursa communi, quæ spatio 22. annorum ascendunt ad
summam scotorum 7713. & tamen Portionarij non tenen-
tur ad salarium Secretarij Capituli, nec ad salarium No-
tarij Capituli, quia cum huiusmodi seruitium spectet ad
solum Capitulum, ad illud quoque spectat soluere sala-
rium non autem ex bursa communi, † quæ debet applica- 13
ri ad vsum destinatum communem, non autem particu-
larem, *Clem. 2. vbi gl. in verb. non ad alium de relig. dom.* &
propterea cum tota illa summa scut. 7713. fuerit commu-
niter imputata Capitulo & Portionarijs, vtique erat de-
trahenda expensa dictorum Notarij, & Secretarij, quæ
non spectat ad Portionarios.

Neque obstant testes in contrarium examinat, depo-
nunt has expensas Capitulum soluisse ex massa commu-
ni, quia hic agitur de expensis solis Secretarij & Notarij,
de quibus nihil videntur deponere testes, & in omnem
euentum cum Capitulum administraret, nec probetur
scientia, & patientia Portionariorum, ex illa solutione
non fuit illatum præiudicium Portionarij, nec etiam ad
effectum manutentionis, cum in istis incorporalibus ad ac-
quirendam possessionem, † non sufficiat: solus animus 14
sed requiratur patientia, & scientia alterius partis, con-
tra quam quis prætendit possidere Put. *dec. 273. nu. 2. libr.
2. in correct.* & quatenus probaretur scientia, illa non re-
leuaret ad effectum, de quo agitur, quia in petitorio cla-
rè constat quod Capitulum non potuit ex massa commu-
ni soluere dicta salaria, & hoc opponere possunt Portio-
narij, cum sint in possessione exigendi tria regalia.

Vltra quas summas detrahendas ab exitu, probarunt
Portionarij esse ponendas ad introitum dictę bursę sequen-
tes partitæ, iuxta relationem peritorum, quæ tamen in
libris administrationis fuerunt omissæ, & primo.

Fuit consideratum, quod Capitulum extraxit ex bursa
communi scut 3400. annua posita in bursa pro distributio-
nibus vt supra dictum fuit, & Capitulum illa sibi appli-
cauit, quæ summa spatio 22. annorum ascendit ad scuta
46613.

46613. quæ an potuerit extrahi, habet maximam difficultatem, nam & si fuerit extracta auctoritate Archiepiscopi Henriquez de anno 1614. potest controuerti, an hoc fuerit legitimè factum, quia & si bulla sæcularizationis videatur id permittere, cootinet tamen clausulam sine præiudicio Portionariorum, & aliorum Participantium de dicta bursa, maximè cum dicta extractio fuerit facta lite pendente.

Fuit etiam consideratum, quod ex bursa communi Canonici sibi applicarunt pro qualibet missa caotata regalia quatuor, quæ summa spatio 22. aonorum ascendit ad scuta 2904. quæ applicatio, ex qua ratione fuerit facta, adhuc non liquet, & ideò istæ duæ vltimæ partitæ debuerunt poni ad introitum dictæ bursæ, prout etiam alia partira scutorum 14927 & alia scutorum 7707.9 necnon quantitas tritici ascendens ad 52. cofficia, ac redditus infirmariæ, & Cappellaniæ maioris applicati huic bursę, & per Capitulum retenti spatio 22. annorum ad rationem annuorum scutorum 4000. incirca, cuius summæ liquidationem facere non potuerunt periti de partibus ob denegatam exhibitionum librorum huiusmodi redditunm, iactam à Capitulo, vt in summar. Portionariorum nu. 14. & denique aliæ plures partitæ ascendentes ad summam scutorum 54320. vt latius hæc omnia iustificantur in sommario Portionariorum n. 7. 13. 28. 29. & 30. quas omnes partitas prędicti periti referuot pertinere ad introitum dictæ bursę nec fuisse immissas in dictam bursam.

Ex quibus inferebant Portionarij, quod si partitæ primo loco relatæ detrahantur ab exitu bursæ, & aliæ partitæ secundo loco relatæ inferantur ad introitum eiusdem bursę remaneat ista bursa pinguissima. Vnde his omnibus consideratis etiam si aliqualiter fuisset diminuta dicta bursa in redditibus, talis diminutio noo esset considerabilis ad effectum, de qua agitur, ac proinde Domini dixerunt, non obstare expulsionem Maurorum, & deficientiam redditunm de annis 1611. 1612. 1613. pro parte Capituli allegatas, quia nihilominus ex supradictis, & prout dicont periti computato anno sterili cum fertili, non potest considerari talis diminutio, quæ Capitulo non suffragetur; & Portionarijs noceat, & idem dicendum est de aoois 1624. 1625. & 1626. sicut nec visum fuit obstare diminutionem bursæ causatam in amissione plurium censuum, ob recessũ Maurorum, quia placuit responsio, quod hæc diminutio compensata fuit per augmentum aliorum censuum, ad commodum dictæ bursæ factam in maiori summa, vt in sum. Portionariorum n. 18. sicut etiam sublata fuit exceptio per Capitulum allegata, quod ipsimet periti de partibus referunt exitum superasse introitũ in scutis 1322. 10. Io. Nam omisso, quòd hæc summa in spatio 22. annorum dici potest modicæ considerationis, fuit etiam responsum, quod periti de Curia referunt contrarium, quod scilicet fuit maior introitus, quàm exitus in scutis 2529. vt in summ. Portionariorum nu. 22.

Nec visum est Dominis nocere votum de partibus in quo dicitur, quòd diminutio harum portionum fuit necessaria, quia ij, qui dictum votum dederunt, & excesserunt in hac parte facultatem sibi datam à Rota, cum non fuerint requisiti de voto, sed de relatione oudi facti, quod, cum fuerit per Dominos benè consideratum, tertia vice resolutum fuit non constare de tali dimioutione, quæ Capitulo suffragetur, vtraque parte acerrimè informaote &c.

¶ Plures decisiones in hac causa annotaui infra ad decisionem 20. & 246. tom. 3.

REVERENDISS. P.D. COCCINO.

Gerundeñ Administrationis.

Die Mercurij 11. Decemb. 1630.

ARGVMENTVM.

Iurisdictio aliqua si competat duabus personis si Papa dicat d. iurisdictionem spectare ad vnam, an ex hoc excludat aliam. Mortuo Prælato sede vacante fructus ad quem spectent. Et in fine habes quamdam distinctionem Religiosorum.

SVMMARIVM.

1 *Administratio iurisdictionum, est communis inter Episcopum, & Capitulum, & n. 2.*

3 *Regularium proprium est nou sibi acquirere, sed Monasterio.*

4 *Fundum communem, si ego, & pupillus habeamus, licet vterque non vteremur, tamen propter pupillum, & ego viam retineo.*

5 *Præbendarum collatio, quando est simultanea inter Episcopum, & Capitulum, si concedatur indultum Episcopo, suffragatur etiam Capitulo, ex quo est annexum Episcopo.*

6 *Verba sunt intelligenda respectu eius cum quo agitur.*

7 *Episcopo, si tertius inferat molestiam, in iurisdictione, & Papa dicat solus Episcopus procedat, illa verba intelliguntur respectu molestantis.*

8 *Termini taxatiui natura, est excludere extraneo, cuncta autem pertinentia indulgere.*

9 *Papa, si dicat, quod solus Episcopus possit degradare, non tameu excludit Capitulum concurrere in degradatione.*

10 *Papa, si in indulto dicat, quod solus Episcopus possit prouidere de beneficijs, ad quæ prouisus solet per electionem assumi, non propterea excluditur Capitulum, ad quod spectat electio.*

11 *Iurisdictio, si detur alicui, vt solus cognoscat, censetur sublata iurisdictio alterius.*

12 *Rip. de pest. de remed. præseruat. n. 62. declaratur.*

13 *Consuetudini non censetur derogatum, nisi expressè dicatur.*

14 *Angel. in l. 1. §. n. 1. C. vbi, & apud quem, & alij declarantur.*

15 *Dispositum in vno ex connexis, censetur etiam dispositum in alio.*

16 *Statuta debent aliquid operari, nè frustra occupent membrano.*

17 *Declarans, nihil de nouo dicit.*

18 *Declaratio est dependens implicita, & consequens ad declaratum.*

21 *Dispositum de Episcopo, & Capitulo procedit etiam in Prælato, & Capitulo Ecclesiæ inferioris, si adsit eadem ratio*

22 *Mensa Abbatialis est distincta à mensa Conuentuali.*

23 *Ecclesia Cathedralis, vel Collegiata quando est Regularis, sede vacante fructus conseruari debent successori.*

24 *Mensæ Abbatiales, & Conuentuales, quod sint inter se distinctæ, ex quo probetur.*

25 *Abb. in cap. relatum 2. de testam. declaratur, & numer. 27.*

26 *Prælato defuncto fructus spectant ad Capitulum, quando bona sunt Capituli, & portio ex bonis ipsius Capituli fuit assignata Prælato.*

Sed ista est opinio Abbat. quæ respuitur à Rota. numer. 26.

28 *Capitulum, mortuo Prælato, succedit in administratione bonorum communium.*

29 *Capitulum, mortuo Prælato, non facit fructus suos, nisi proueniant ex re indiuidua.*

30 *Capitulum, mortuo Prælato, licet ratione communionis bonorum succedat in administratione, non tamen in fructuum dominio succedit.*

31 *Abbas in ardu s, non potest agere sine conuentu.*

32 *Religiosi aliqui nihil habent, quo ad verum dominium, neque quo ad ius administrandi, nec in particulari, nec in communi.*

33 *Religiosi aliqui sunt, qui habent ius administrandi in communi, & non in particulari.*

34 *Religiosi aliqui habent ius administrandi, quæ suo victui sunt destinata.*

35 *Religiosi aliqui, licet habeant portiones separatas pro suo victu, hoc non intelligitur ratione dominij, sed solum ratione administrationis.*

36 *Religiosis non permittitur habere aliqua bona ad vsum, aliter quàm regula permittit.*

38 *Dominium bonorum Religiosorum, quæ sunt destinata ad eorum victum, remanet semper penes superiorem.*

39 *Re-*

39 *Religiosus qui ita possidet bona destinata ad eius victum, vt non sit animo paratus etiam ad superioris nutum relinquere, peccat manifestè contra solemne votum paupertatis.*

DECISIO CCCCXIV.

SANCTÆ mem. Clemens VIII. suppresso Monasterio
Ordinis S. Augustini Ecclesiæ Beatæ MARIÆ Villæ
Bertrandi, dictam Ecclesiam in Collegiatam sæcularem
erexit pro vno Archipresbytero, & tot Canonicis sæculari-
bus, quot antea existiebant Regulares, qui simul Capitu-
lum constituant; ipsique Ecclesiæ sic in Collegiatam ere-
ctæ, & institutæ applicauit fructus mensæ Conuentualis,
& Officiorum Claustralium, Archipresbyteratui vero fru-
ctus Camerariæ, & Piattariæ dicti suppressi Monasterij
subdens *omnia, & singula fructus, redditus, prouentus, iura,
obuentiones, & emolumenta quæcumque, ita quod liceat dictæ
Ecclesiæ Archipresbytero, & Capitulo prædictis fructuum,
prouentuum, iurium, iurisdictionum, bonorum annexorum, &
applicatorum quorumcumque possessionem suæ, & eorum
mensæ Capitularis, & Archipresbyteralis nominibus &c.
apprehendere.* Anno sequenti idem Pontifex in erectione
Cathedralis Celsonen applicauit dignitatibus illius Abba-
tiam dictæ Ecclesiæ Villæ Bertrandi; sed cum hæc Ecclesia
haberet diuersas iurisdictiones tempore Regularitatis, Ab-
bati, & Capitulo simul fidelium largitione tributas, & di-
gnitates Celsonen. prætenderent dictas iurisdictiones ad
ipsas spectare, idem Sanctissimus Pontifex declarauit suæ
intentionis minimè fuisse applicare iurisdictiones dictis di-
gnitatibus, ac proinde fuit particulariter dubitatum in hac
causa, ad quem spectaret, administratio istarum iurisdictio-
num, aliorumque bonorum mensæ Conuentualis, necnon
1 dictorum Officiorum Claustralium, & cum ista † omnia
sint communia inter Archipresbyterum, & Capitulum,
ad eos simul spectat dicta administratio, *cap. quanto, cap. ea
noscitur, vbi* Abb. *n. 4. de his quæ fiunt à Prælat. sine consensu
Capituli,* Lap. *allegat. 31. & fuit latè deductum in duabus de-
cisionibus coram R. P. D. meo Verospio sub diebus 16. Februa-
rij superioris anni, & 13. Maij currentis anni*, & inde lata
fuit sententia quàm Domini hodie censuerunt esse confir-
mandam.

Et cum respectu bonorum assignatorum Capitulo, &
Archipresbytero simul nulla adsit difficultas; punctus
quæstionis stat circa iurisdictionem, quam etiam censue-
runt Domini esse communem inter Capitulum, & Archi-
presbyterum, quia cum Sanctissimus Pontifex declaraue-
rit suæ intentionis non fuisse, illam applicare dignitatibus
Celsonen. illa spectat ad Capitulum; & Archipresbyte-
rum, quibus bona mensæ Conuentualis fuerunt applica-
ta. Nam quicquid dicendum esset, an illa fuerit expressa
propter verba illa in applicatione bonorum videlicet iuris-
dictionalium quæ videntur restricta ad eorumdem bono-
rum iurisdictionem, nihilominus, cum huiusmodi iurisdi-
ctio esset communis inter Abbatem, & Capitulum, nec
fuerit assignata dictis dignitatibus, quibus fuit applicata
Abbatia remansit penes mensam Conuentualem assigna-
tam dicto Capitulo, & Archipresbytero, quæ quidem com-
munio satis probatur, tum ex eo quod nominatim ex lar-
gitione fidelium fuit acquisita Abbati, & Conuentui: Tum
etiam ex eo quia ex tenore antiquæ fundationis debue-
runt omnia communia esse, de anno enim 1100. fuerunt in
hac Ecclesia introducti Clerici Regulares Sancti Augusti-
ni, qui viuere studerent tanquam nihil habentes, & omnia
possidentes, itaut nullius ex prædictis Clericis aliquid vsur-
2 pare, vel iuri suo appropriare auderet, quod est † proprium
Regularium, cum non sibi, sed Monasterio acquirant Ce-
ned. *quæst. Canonica 20. n. 28. vers. quamuis enim*, qui propriè
loquitur de istis Canonicis Regularibus Sancti Augustini.

Neque obstat, quod Summus Pontifex non solum dixit
suæ intentionis non fuisse, iurisdictionem applicare digni-
tatibus Ecclesiæ Celsonen. sed adiecit, vt illa penes Archi-
presbyterum remaneret, quia cum vt dictum est iurisdi-
ctio esset communis Abbati, & Conuentui, illa verba non
important quod iurisdictio fuerit assignata Archipresby-
tero, cum nihil fuerit actum inter Capitulum, & Archi-
presbyterum, sed inter dictas dignitates, & Archipresbyte-
rum, in quo stat punctus huius dubij, & propterea illa ver-
ba important solum, quod iurisdictio non fuerit concessa
3 dignitatibus, † non autem ipsi Archipresbytero excluso
Capitulo iuxta notata *in cap. cum olim de consuet.* Vnde
cum huiusmodi iurisdictio spectaret ad Capitulum, & Ar-
chipresbyterum, quibus fuerat vnita mensa Conuentua-
lis, & Papa dixerit iurisdictionem spectare ad Archipres-
byterum, non exclusit Capitulum sibi connexum, vt benè
ad propositum probat *text. in l. communem fundum 10. ff.
quemadm. seruit. amit.* vbi si communem † fundum ego, & 4
pupillus habemus, licet vterque non vteremur, tamen pro-
pter pupillum, & ego viam retineo, vt per istum text. plu-
ries Rota resoluit quod quando collatio † præbendarum est 5
simultanea indultum concessum Episcopo suffragatur Ca-
pitulo, ex quo est annexum Episcopo, vt in decisionibus al-
legatis in *causa Cremonen. Canonicatus 26. Aprilis 1624. co-
ram me.*

Neque etiam refragantur alia verba sequentia, *sed eam*
(scilicet iurisdictionem) *pro tempore existenti Archipres-
bytero Collegiatæ Ecclesiæ remanere debuisse, ac eidem Ar-
chipresbyteratui vnitas, & annexas fuisse & esse, necnon li-
berum exercitium, iurisdictiones huiusmodi ad Archipresby-
teram prædictum perpetuis futuris temporibus spectare, &
pertinere decernimus, & declaramus, &c.* Quia ex hoc e-
tiam non censetur sublata iurisdictio Capituli, cum vt di-
ctum est hæc verba non fuerint prolata inter Archipres-
byterum, & Capitulum, sed inter Archipresbyterum, & di-
gnitates Celsonen. & propterea sunt † intelligenda respe- 6
ctu dignitatum Celsonen. non autem respectu dicti Capi-
tuli, cum quo non agebatur, vt benè per Bald. *in l. 1. n. 4. C.
de bonor. possess. contra Tabul.* vbi si tertius inserat † mole- 7
stiam Episcopo in iurisdictione, & Papa dicat solum Epis-
copus procedat, illa verba intelliguntur respectu molestan-
tis, non autem respectu Capituli connexi Episcopo, & ibi
etiam notat. Ias. *nu. 7.* vbi quod natura termini taxatiui est
excludere † extranea, cuncta autem pertinentia indulge- 8
re: hinc etiam si Papa dicat solus Episcopus possit degrada-
re, non tamen excludit Capitulum † concurrens in degra- 9
datione, sed alios Episcopos, *cap. 1. & ibi glos. fin. de hæreticis
in 6.* Io. Monach *n. 1.* Archid. *n. 1.* Io. And. *in princ.* hinc deni-
que si Papa in † indulto dicat, quod solus Episcopus possit 10
prouidere beneficia, ad quæ prouisus solet per electionem
assumi, non propterea excluditur Capitulum ad quod spe-
ctat electio, sed dispositio intelligitur in præiudicium ipsius
Papæ, Put. *dec. 190. n. 2. lib. 3.* Germon. *in indultis in §. ad be-
neficia n. 32. & 39.*

Minus etiam refragatur, quod si iurisdictio † datur ali- 11
cui, vt solus cognoscat censetur sublata iurisdictio alterius
Bero. *cons. 22. n. 28. vol. 1.* Rip. *de peste de remedijs præserua-
tiuis, n. 62.* Cotta *in memorialibus vers. solus.* Mandos. *ad con-
silium Roman. 393. litt. B.* Felin. *in c. pastoralis, n. 2. limit. 3. de
offic. ordin.* qui vna cum Ripa † solum limitat hoc dictum, 12
quando alteri competeret iurisdictio de consuetudine, non
autem de iure communi, ex quo † consuetudini non cen- 13
setur derogatum nisi expressè dicatur, & sic declarat *text.
in l. viros, C. de diuersis officijs lib. 12.* Menoch. *præsumpt. 18.
n. 14. l. 2.* vbi dicit hanc esse veram & receptam sententiam.

Nam huic fundamento fuit responsum, quod contra-
rium tenent † Ang *in l. 1. n. 1. C. vbi & apud quem*, quem sa- 14
nè legendum esse vt loquatur negatiuè quicquid aliqui di-
cant probat Cott. *loc. cit. in fin* Dec. *in cons. 3. n. 7. col. 3. vers.
superest respondere.* Ias. licet videatur dubitatiuè loqui *in
l. quod in veram, § si quis post n. 9. ff. de leg. 1.* Dec. *respons. 118.
n. 23. vol. 2.* Grammat. *cons. 28. n. 6.* Rom. *cons. 393. nu. 3. & 4.*
Menoch *de arbitrarijs lib. 5. q. 80. num 8.* Sed quicquid sit de
hac opinione quatenus opinio affirmatiua esset vera pro-
cedit quando agitur principaliter inter duos, non autem
quando agitur inter duos, & vnus ex illis, ad cuius fauo-
rem † disponitur habet alium connexum, quia disposita in 15
illo, habent locum etiam ad fauorem connexi, & ratio dif-
ferentiæ est, quia quando agitur inter duos simpliciter si
alius non excluderetur, statutum nihil operaretur, & fru- 16
stra occuparet membranas, vt dicit Cotta *loc. cit. modo alle-
gato*, quæ ratio cessat quando agitur cum tertio, quia etiam
quæ præseruetur ius connexo, nihilominus dispositio ope-
ratur, quia ille tertius excluditur.

Neque est verum, quod in hoc casu perinde est, ac si fuis-
set actum inter Capitulum & Archipresbyterum solum,
ex quo Papa declarauit † mentem suam, & sic nihil de no- 17
uo dedit, itaut declaratum trahatur retro, & videatur ines-
se à principio actui declarato Oldrad. *cons. 263. n. 2. & seqq.
vers. & aduertendum est* vbi inquit quod declaratio † est de- 18
ponens implicita, & consequens ad declaratum Anchar.
cons. 7. n. 3. & seqq. vers. non obstat quod declaratio, Bellam.
cons. 33. n. 40. & 41. & n. 39. dicens quod non admittit proba-
tionem in contrarium, Rom. *cons. 482. num. 9. vbi* Appositt. *in
vers.*

vers. emanasse allegat concordantes, quia aduertendum est,
quæ obiectum procederet si declaratio fuisset facta ex con-
trouersia orta inter Archipresbyteratum, & Capitulum,
sed cum declaratio fuerit facta occasione controuersiæ in-
ter Archipresbyteratum, & dignitates Celsonen. declaratio
19 non debet nocere Capitulo, cum illa verba sint prolata †
demonstratiuè ad exclusionem dignitarum, non autem
dispositiuè, ad exclusionem Capituli, cuius respectu pro-
pterea illa verba non sunt consideranda Alex. *in l. si idem §. vlt. n. 4. ff. de iurisd. omn. iudic. Tiber.* Dec. *cons. 4. a 17. vol. 3.*
20 ad quod quidem Capitulum certum † est spectare iurisdi-
ctionem vnà cum Archipresbytero, vt supra dictum est, &
in istis terminis non potest constitui differentia, quando
principaliter quid disponitur in præiudicium tertij, &
quando per viam declarationis mentis vsque ab initio,
quia semper fit in præiudicium tertij, non autem connexi,
21 & benè applicantur, quæ supra dicta fuere de † Episcopo
& Capitulo, quæ etiam procedunt in Prælato, & Capitulo
Ecclesiæ inferioris, cum nulla inter ista, ad propositum pos-
sit afferri ratio differentiæ, immo eadem est ratio, *vt fuit dictum coram me in causa Gerunden. iurisdictionis 31. Ianuarij 1614.*
22 Neque tandem obstat, quod mensa † Abbatialis erat di-
stincta à mensa Conuentuali, quod probatur ex *text. in c. quia sæpè de elect. in 6. & in clem. statutum eod. tit.* quibus lo-
23 cis disponitur, quod quando Ecclesia Cathedralis, † vel
Collegiata est Regularis sede vacante fructus debent con-
seruari successori, *& fuit dictum in causa Salamantin. Residentiæ 12. Decembr. 1578. cor. san. mem. Clemente VIII.* quod
etiam clarè constat in casu, de quo agitur, ex quo mensa
Abbatialis fuit assignata dignitatibus Celsonen. Conuen-
24 tualis verò Capitulo, & Archipresbytero, & quod istæ †
mensæ sunt distinctæ probatur ex eo, quod isti Canonici ab
immemorabili tempore habent portiones separatas, vt di-
cit Petrus Cenedus *dict. q. 20. n. 5. post med. vers. qui modus viuendi, &* Io. Trullo *de Canonicis Regularibus, lib. 1. c. 11.* di-
cit quod viri nobiles, & literati affectant, & ambiunt habe-
re huiusmodi Canonicatus.
25 Nam huic obiecto fuit responsum quod † Abb. *cap. relatum 2. de testam. n. 10. vers. in glos. & ibi etiam glos. in ver. vnus ante finem*, tenent quod defuncto Prælato fructus spe-
26 ctant ad Capitulum, quando bona erant Capituli, † & por-
tio ex bonis ipsius Capituli fuit assignata Prælato, quod
dictum Abbatis non respuit Rota *in d. causa Salamantina cor. san. mem. Clemente VIII.* cum in casu suo ad doctrinam
Abbatis responderit, quod in ipsa fundatione bona Abbati,
& Capitulo fuerunt assignata. Sed quia forte posset dici
27 quod Abb. † non loquitur in Collegiata, aut Cathedrali
Regulari, de quibus loquuntur iura supra allegata, firmi-
ter fuit responsum quod dispositio dictorum iurium non
tollit, quin bona communia desinant esse talia, etiam quod
sede vacante Capitulum non faciat fructus suos, sed de-
beant successori reseruari, quia in terminis dictorum iu-
28 rium, quando bona † sunt communia Capitulum succedit
in administratione, Archid. *in d. c. quia sæpe n. 2. vers. & secundum* Gemin. *n. 6. vers. quæro an iste text.* Franc. *n. 1. vers.*
29 *in glos.* & licet Capitulum non faciat † fructus suos, nisi
proueniant ex re indiuidua, vt est collatio beneficiorum.
Card. *in d. Clem. statutum n. 8.* Vital. *n. 32.* qui dicunt quod li-
cet Capitulum ratione communionis succedat in admini-
30 stratione, non tamen in † dominio fructuum stante disposi-
tione dictorum iurium: vnde sufficit quod bona sint com-
munia, licet administratio spectet ad Abbatem, & fructus
debeant seruari successori ad effectum, quod cum iurisdi-
ctio non fuerit assignata dignitatibus Celsonen. remanserit
in hoc casu suppressa dignitate Abbatiæ penes Capitu-
lum, & hæc eo magis procedunt, cum agatur de iurisdictio-
31 ne, & certum sit, quod Abbas † in arduis non potest agere
sine conuentu, *c. edoceri & ibi* Abb. *num. 7. de rescript. & in cons. 44. n. 2. lib. 2.* Feder. de Sen. *cons. 123. n. 2.* Rot. *dec. 554. nu. 7. & 8. part. 1. diuers. & fuit dictum in hac causa 13. Maij huius anni coram R. P. D. meo Verospio.*
Et ad id quod dicebatur mensas esse separatas, ex quo
Canonici habent suas portiones pro dilucidatione huius
32 materiæ fuit consideratum, quod Religiosi † aliqui nihil
habent, quoad verum dominium, neque quoad ius admini-
strandi, nec in particulari, nec in communi, vt sunt Fratres
33 Capuccini, & de obseruantia, alij vero † sunt qui habent
ius administrandi in communi, & non in particulari, qua-
34 les ferè sunt omnes Religiosi de iure communi, alij † verò
sunt qui habent ius administrandi, quæ suo victui sunt de-
stinata, quales sunt isti Canonici regulares S. Augustini
Hispaniarum Nauar. *in c. nullam, n. 31. vers. 12. 18. qu. 2.* Lu-
douic. Lopez *instructorio conscientiæ par. 1. cap. 154. vers. 4. adijcit* Petrus Nauar. *de restit. lib. 3. c. 1. n. 164.* Cened. *d. q. canonica 20. n. 14.* qui quidem Canonici Regulares non diffe-
runt à cęteris Regularibus capacibus bonorum in commu-
ni, quoad ea quæ communia sunt omni Religioni, sicut vi-
uere sine proprio, abstinere à negotiationibus, & ab officio
aduocandi in causis, & huiusmodi, vt sunt verba formalia
S. Thomæ *opuscul. 19. contra impugnantes Religionem c. 2. col. 7. littera B. vers. Quod autem obijcitur fol. mihi* 150. Io.
Trullus *de Canonicis Regularibus lib. 1. c. 8. n. 7. in fin.* Cened.
loco alleg. n. 15. in fin. & propterea licet habeant dictas por-
tiones separatas, † non habent tamen ratione dominij, cum 35
non sint capaces, sed solum ratione administrationis Na-
uar. *in d. c. nullam 18. q. 2. n. 24. 28. & 29.* vbi latissimè, & per
concessionem dictarum portionum non conceditur, quod
ipsi habeant aliqua bona singulariter, quoad dominium, † 36
immo neque ad vsum, aliter quam regula permittit. Petr.
Nauar. *d. l. 3. c. 1. n. 176. vers. enim alia ratione*, scilicet ad vi-
ctum suum, & ad alia opera pia, & remuneratoria, Nauar.
cons. 70. n. 2. de regul. lib. 3. Sed illæ portiones eis conceduntur
de licentia Superioris ex dicta causa ad vsus suos peculiares 37
honestos, & necessarios, vel conuenientes, & sunt parati di-
cta bona dimittere ad libitum Superiorum, Graff *par. 1. lib. 3. c. 5. n. 55. & in 2. par. lib. 3. c. 30. n. 35.* & sic dominium † bo- 38
norum remanet semper penes superiorem Petrus Nauar.
loc. cit. n. 170. Ideò non licet dictis Canonicis prædictas por-
tiones, neque alia bona, quoad dominium obtinere, Nauar.
in c. non dicatis 12. q. 1. n. 1. & 2. & Canonicus qui dicta bo-
na, vel portionem ita possidet, vt non sit animo paratus
etiam ad † Superioris nutum relinquere, peccat manifestè 39
contra votum solemne paupertatis, & tenetur dictam por-
tionem restituere, & à se animo abdicare, vt est communis
sententia DD. de qua dictus Petrus Nauar. *loc. modo allegat. n. 161. latissimè* Petrus Cened. *d. q. 20. n. 25. & latè* Fr. Io.
Hieronymus Cened *in tract. Pobreza Religiosa c. 49. per tot.*
Ex quibus cum alia benè tollantur ex decisionibus Do-
mini mei Verospij fuit resolutum, administrationem de-
bere esse communem quoad iurisdictiones & alia bona: se-
cus vero quoad ea, quæ propriè Archipresbytero fuerunt
assignata, circa quæ nihil prætendit Capitulum, nec loqui-
tur sententia D. mei Verospij, quia ad ipsum solum spectat
administratio, & sic iuxta prædicta sententiam Rotalem
esse confirmandam, &c.

Quamplures decisiones in hac causa posui infra ad decisio-
nem 279. tom. 3.

R. P. D. QVEIPO.

Souanen. Hæreditatis.

Die Lunæ 16. Decembris 1630.

ARGVMENTVM.

Hæreditas ab intestato defertur proximioribus agnatis. Interdictum, Quorum bonorum, quando competat. Iurisdictio in dubio qualis præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas ab intestato defertur hæredibus proximioribus.*
2 *Hæres, interdicto, quorum bonorum potest agere contra detinentes bona hæreditaria.*
3 *Hæredi, vel cui bonorum possessio decreta est, propria auctoritate licet capere bona existentia sine possessore, & num. 4.*
5 *Hæredi, cui est decreta bonorum possessio, alio existente in possessione, tunc ei non licet illum propria auctoritate expellere.*
6 *Et ideo tunc competit interdictum quorum bonorum.*
7 *Interdictum, quorum bonorum decernitur pro rebus, quas defunctus tempore mortis possidebat.*
8 *Interdictum, quorum bonorum, competit contra quemlibet possessorem vniuersalem hæreditatis defuncti, vel contra quemlibet possessorem, vel detentorem particularem alicuius rei.*
9 *Interdictum, quorum bonorum, non competit contra titulò possidentem.*

10 Iu-

10 *Iurisdictionalia Castro, præsumuntur feudalia.*
11 *Iurisdictio omnis, præsumitur feudalis.*
12 *Castra præsumuntur feudalia ex pacto, & prouidentia, quando de initio non constat.*
13 *Primogenitura in præiudicium descendentium, non substinetur.*
14 *In iudicijs summarijs admittuntur tantum exceptiones, de quarum probatione, & veritate liquet.*

DECISIO CCCCXV.

CVM coram D. meo Vbaldo fuisset resolutum D. Petro non competere immissionem in bonis, quæ de tempore mortis possidebantur à Sinulpho iuniore, ad quæ pro dimidia agebat, dubitaui ad instantiam eiusdem Petri, an esset recedendum à decisis sub die 14. Iunij 1628. coram eodem D. meo Vbaldo, * & post trinam propositionem hodie DD. à decisis recesserunt, & immissionem illi in dictis bonis pro dimidia parte concedendum esse responderunt, nam de morte Sinulphi iunioris ab intestato vltimi possessoris dictorum bonorum, & quod DD. Bartholomæus, & Petrus eius legitimi successores vti proximiores existant,
1 non controuertitur, † vnde Petro pro dimidia parte bonorum possessionem competere docet, *text. in l. 1. in princ. & lex 2. §. hæc autem bonorum possessio, ff. vnd. legit. l. 2. §. hæc hæreditas, ff. de suis, & legit. hæred.* & consequenter inter-
2 dicto quorum † bonorum agere potest secundum *text. in l. 1. ff. & C. quor. bonor. & ibi glos.* Bart. & DD. Menoch. *de adipisc. poss. remed. 1. ex n. 9.* Nam licet hæres, vel cui bono-
3 rum possessio decreta est propria auctoritate in bonis † sine possessore existentibus possessionem capere possit, vt tenet Bart. *in auth. licentiam num. 3. C. de Episc. & Cleric.* Rodriq. Suar. *ad l. fori, tit. de additione hæreditatis, & ibi* Bald. *nu. 1.* Guttier. *pract. lib. 1. q. 79. & in §. sui ex nu. 65.* Modern. Rom. *discept. forens. c. 542. n. 1.* & expressè docet Bart. *in l. fin. §. 1. n. 16. C. de edict.* Diu. Adr. Toll. Menoch. *de adipisc. poss. remed. 4. n. 421.* & quod in prædicto casu, vel propria auctori-
4 tate, † vel licentia Iudicis præcedente permissum sit possessionem capere, tradit Valasc. *de p. c. 3. n. 11.*

Alio verò existente in possessione opus est interdicto, vel
5 alio remedio cum propria † auctoritate illum expellere non liceat *l. si quis in tantam, C. vnd. vi, l. extat, ff. quod met. caus. l. Iulianus, ff. de iudic. l. 1. C. ne quis in sua caus. ius sib. dic. & latè tradit* Farin. *in tract. de furt. q. 173. ex n. 2.* Ideò com-
6 petit † interdictum quorum bonorum, secundum *text. in d. l. 1. ff. & C. quor. bonor.* quod decernitur pro rebus quas de-
7 functus tempore mortis † possidebat, vt in prædictis iuribus traditur, & *in §. sequens, vers. adipiscendæ, instit. de in-*
8 *terdict.* & competit contra quemlibet possessorem † vniuersalem hæreditatis defuncti, vel contra quemlibet particularem possessorem, vel detentatorem alicuius rei, vt traditur in *leg. 1. in princ. ff. quor. bonor.* & ibi notauit *glos. fin in princ.* Angel. & Salicet. Ant. Gomez *in l. 45. tauri, nu. 128* Et propterea si pretium redactum ex venditione Castrorum Otterij, & Sancti Ioannis à nullo possidetur, licebit Petro vel propria auctoritate, vel præuia Iudicis licentia, & permissione partis possessionem capere, si verò à Bartholomæo possidetur interdicto, quorum bonorum contra eundem immissionem consequenter ex proximè traditis.

9 Neque obstat quod † interdictum quorum bonorum non competat contra titulo possidentem secundum *text. in leg. 2. C. quor. bonor.* & ibi notat, Angel. de Perus. *in fin. l. 1. ff. eod. tit.* Specul. *in tit. de testam. §. nunc dicen. vers. & nota quod hoc interdictum, & traditur in d. §. sequens, vers. adipiscendæ, instit. de interdict.* & compluribus relatis docet Ant. Gomez *in d. l. 45. Tauri, n. 128. circa fin.* & propterea Bartholomæus habens titulum primogenituræ factæ per Sinolphum Seniorem hanc immissionem impedire possit, quia respondetur, quod ex quo Castra Otterij, & Sancti Ioannis
10 sunt iurisdictionalia † præsumuntur feudalia, cum omnis iurisdictio fuerit in populo, & ab eo in Principem translata, vt traditur *in §. sed quod Principi placuit, instit. de iur. natural.* & benè notauit Castr. *in l. 1. n. 3. ff. de offic.* eius, cui man-
11 data est iurisdictio, & in specie, quod † omnis iurisdictio præsumatur feudalis, tradit post multos Mant. *de contract. l. 23. tit. 4. n. 5.* vnde sequitur prædicta Castra esse feudalia ex
12 pacto, † & prouidentia, prout præsumitur, dum de origine feudi non constat, *ex c. 1. §. Beneficium, in quibus causis feudum amittatur*, Couarr. *lib. 2. var. c. 18. n. 3. in fin.* Iul. Clar. *in §. feudum, q. 40. & 85.* Osasch. *decis. 161. ex n. 12.* & post mul-
13 tos Mant. *ubi supr. tit. 9. ex n. 8.* Ideoque primogenitura † in præiudicium descendentium non potuit institui, iuxta *reg. text. in l. ab eo, C. de fidei. c. l. vnum ex famil. §. 1. ff. de leg. 2.* & latè prosequitur Peregr. *de fideic. art. 6. ex num. 11. præsertim n. 18* Menoch. *lib. 4. de præsumpt. q. 197. nu. 5.* Iul. Clar. *in d. §. feudum, q. 40. & 85.* Surd. *cons. 108. n. 33.* & ideo cum incontinenti appareat de nullitate tituli primogenitoræ immissionem impedire non debet eum in omnibus † iudicijs sum- 14
marijs admittantur tantum exceptiones, de quarum probatione, & veritate incontinenti liquet *ex l. fin. C. de edict. diu.* Adr. Toll. *l. 3 §. ibidem, ff. ad exhiben. l. ille à quo, §. si de testamento, ff. ad Trebell. c. litteris in fin. de restit. spoliat. glos. in leg. 2. C. de edict. diu.* Adr. Toll. & pluribus relatis Molin. *de primog. lib. 3. c. 13. n. 15.* Gonzal *gl. 15. §. 1. ex n. 87.*

Minus obstat quod dicta primogenitura facta à Sinulpho seniore fuerit effectuata, dum à Sinulpho iuniore bona fuerunt possessa vti supposita primogenituræ, quia respondetur Sinulphum iuniorem potuisse possidere, tam ex titulo feudi, quàm primogenituræ, & ideo non apparet primogenituram in eius persona fuisse executam, & obseruatam, quare cum hæc inspectio altiorem indaginem requirat, in hoc iudicio admitti non debet, ex iuribus proximè relatis.

Et ita vtraque parte informante DD. responderunt, &c.

* Est supra in hac parte decis. 183. & videatur infra ad decis. 207. tom. 3.

R. P. D. QVEIPO.

Romana Dotis, & Saluiani.

Die Veneris 20. Decembris 1630.

ARGVMENTVM.

Articuli, quando non sint admittendi, & licet in Curia eorum admissio nunquam denegari soleat, tamen hoc non procedit data irreleuantia articulorum.

SVMMARIVM.

1 *Probatum, quando aliquid est per publicum instrumentum non est opus probatione per testes.*
2 *Clausula sine præiudicio legitimæ executionis, præseruat iurisdictionem Iudicis, à quo.*
3 *Articuli non sunt admittendi, quando non releuant ad probationem.*
4 *Articuli ad effectum retardationis sententiæ, non debent admitti.*
5 *Articulorum admissio, in Curia nunquam solet denegari.*
6 *Caput decis. 47 par. 1. & decis. 24. de testib. in antiq. declarantur.*
7 *Articuli, quando sunt releuantes, de stylo semper admittuntur in Curia, siue causa sit ordinaria, seu summaria.*
8 *Probatio incontinenti oblata, in omnibus iudicijs, quamuis summarijs admittitur.*
9 *Articuli dicuntur incontinenti probari, quando intra terminum à iure assignatum instantiæ, & processus probantur.*
10 *Articuli in omnibus iudiciis secundum stylum admitti debent, data eorum releuantia, sed data irreleuantia, neque de iure, neque de stylo cautum, & pro eorum admissione.*
11 *Actus inutilis, & frustratorius in iudicio admitti non debet.*

DECISIO CCCCXVI.

PER quatuor vices in hac secunda instantia coram me fuit per Dominos resolutum, pro confirmatione immissionis dat à D. meo Durano super Castro, & Tenutis Graffignani, eorumque pertinentijs pro dote scut. 22. mill. D. Domitillæ Casiæ, & insuper eidem D. Domitillæ retentionem competere pro lucro, ac eius, & dotis fructibus, & interesse, iuxta taxationem Stat. Vrb. in c. 131. l. 1. vt in decis. sub die 3. Iunij, & in alia prima Iulij proximi præteriti, in qua fuit pariter firmatum interesse dotis, lucri dotis, & acconcij, dinumerando à die 5. Aprilis 1623. vsque ad totam diem 5. Iunij proximi præteriti ascendere ad scuta 21050. quibus resolutionibus, cum D. Iulia Balleona non acquiesceret, & pro parte D. Domitillæ instaretur pro causæ expeditione eadem D. Iulia, attenta quantitate fructuum per D. Domitillam perceptorum, ex d. Castro, & alijs vsque ad diem 5. Iunij 1630. quos iuxta calculum à D. Domitilla datum respectu fructuum pecuniarum, & respectiuè ad pe-
cuniam

cuniam redactorum ascendere constabat ad summam scut. 782. dedit in actis articulos, offerendo probationes in Curia incontinenti tam super adepta possessione per Dominam Dimitillam, & excessu executoris sententiæ Dom. mei Durani ratione exercitij iurisdictionis, & aliquorum animalium in quorum possessione prætendebat Dominam Dimitillam fuisse immissam, necnon etiam eamdem D. Dimitillam ex diuersis fructibus eiusdem Castri percepisse maiorem quantitatem pecuniæ, quam in decisione firmaretor, propterea, vt vtrique parti satisfacerem hodie proposui dubium an causa esset expedienda, & quomodu, vel potius artius articuli essent admittendi cum retardatione vel sine, & Domini responderunt causam esse expediendam, tam respectu confirmationis sententiæ Dom. mei Durani, quam retentionis eidem D. Dimitillæ competen. pro fructibus dotalibus, & lucribus, & eorumdem lucrorum interesse, iuxta resolutiones coram me factas, nulla tamen habita ratione calculi dictorum fructuum, seu interesse in vltima decisione firmati, pro tempore tamen à die immissionis D Dimitillæ citra.

Moti fuerunt Domini, quia de iustitia, & validitate sententiæ D. mei Durani plenè apparet, tam ex fundamentis decisionum coram eodem D. meo Durano factarum, quàm coram me, ex quibus apparet causam esse expediendam.

Fundamentum verò expeditionis causæ respectu retentionis competentis D. Dimitillæ deducitur ex decisionibus coram me factis tam sub die 3. Iunij, quàm prima Iulij proximi præteritis, quarum fundamenta DD. placuerunt, & propterea etiam respectu huius retentionis mandarunt causam expediri.

Neque expeditionem causæ retardare potest admissio
articulorum pro parte D. Iuliæ præsentatorum, quia cum
primus contineat adeptionem possessionis D. Dimitillæ
1 vigore sententiæ latæ à D. meo Durano non † indiget pro-
batione per testes, & sic non releuat dum de dicta posses-
sione liquet ex publico instrumento in actis producto, ad
tradita per Rot *d. decis. 314. num. 1. part. 1. & decis. 589. num.*
7. part. 2. in recent.

Secundus, & tertius continen. prætensum excessum in
exequen. nec pariter possunt retardare prædictam expedi-
2 tionem, quia cum causa mihi fuerit commissa cum clausu-
la *sine præiudicio legitimæ executionis*, quæ præseruat iuris-
dictionem Iudicis, à quo latè traditis à Gonzalez *in annot.*
contra nullit. ex num. 224. cum alijs per Rot. *coram bon. mem.*
Greg. *decis. 232. num. 1.* & ibi *adden. num. 4.* debet proponi, &
expediri coram D. meo Durano, cui iam dedit dubium su-
per dd. animalibus.

Quartus verò, & vltimus concernen. maiorem quanti-
tatem fructuum solitam percipi ex d. Castro, & alijs etiam-
si veritati niteretur, & summa fructuum perceptorum à
Dom. Dimitilla ascenderet quantitatem, & valorem in ip-
sis articulis compræhensam, dictique fructus omnes essent
consumpti, vel distracti tamen cum creditum D. Dimitillæ
pro dote, & lucro dotis, & acconcij, & illorum fructibus, &
interesse iuxta taxationem Statuti longè excedat sum-
mam articulatam, non releuat, ideoque iuxta *reg. text. in l.* 3
ad probat. C. de probat. ad effectum † retardationis senten- 4
tiæ non debet admitti, Cassad *decis. 2. de dilat.* Rota *decis.*
126. num 1. part. 2. recent. cum alijs in terminis admissionis
articulorum in Curia *in Maceraten. legitimæ 22. Iunij 1629.*
& 12. Februarij proximi præteriti coram D. meo Durano,
propterea licet admissio articulorum in Curia, † nunquam 5
soleat denegari, vt per Caput. *decis. 47. part. 1. & decis. 24. de*
test. in antiq. nihilominus istæ † decisiones debent intelligi 6
quatenus probatio releuet, vt colligitur ex eadem *decis. 24.*
de test. in antiq. ibi, vt non sint boni, & pertinentes in materia,
& forma, & tradit idem Caputaq. *decis. 68. par. 3. ibi, dummo-*
do sit releuans, quia frustra expectatur probatio, quæ cum
peruenit non releuat, ex Cassad. *d. decis. 2. de dilat.*

Ratio est, quia quando † articuli sunt releuantes ideò de 7
stylo semper admittuntur in Curia, siue causa sit ordinaria,
siue summaria, quia intelligitur probatio eorum oblata in-
continenti, quæ in omnibus † iudicijs quantumcumque 8
Summarijs admittitur, *cap. litteris in fin. de rest. spol. l. 2. in*
fin. C. de edict. D. Adr. Tollen. *l. ille à quo, §. si de testamento ad*
Trebell. Molin. *de Primog. lib. 4. cap. 9. num. 40.* nam inconti-
nenti † dicuntur articuli probari quando intra terminum 9
à iure assignat. instantiæ, & processus probantur secundum
text. in l. scis à quo, ff. vt possess. leg. & ibi Bart. & DD. Alex.
cons. 166. num. 6. 7. lib. 2. Molin. *de primog. cap. 13. num. 16.* ideo
cum articulorum probatio in Curia oblata intra eumdem
terminum possit concludi, propterea † in omnibus iudicijs 10
secundum stylum admitti debet, sed data irreleuantia ar-
ticulorum neque iure, neque stylo cautum est pro eorum
admissione, cum sit actus † inutilis, & frustratorius ex Cas- 11
sad. *d. decis. 2. de dilat.*

Placuit tamen Dominis, quod articuli prædicti admittantur cum solita clausula *si & in quantum, & saluo iure impertinentium, & non admittendorum*, necnon cum clausula *sine retardatione*, & modo prædicto mandarunt causam expediri.

Et ita vtraque, &c.

Decisiones plures in hac causa posui supra in hac parte ad ¶
decisionem 17. quæ est in eadem causa.

FINIS TOM. I. PARTIS QVINTÆ.

IN

INDEX
RERVM, SEV MATERIARVM,
Quæ in hoc Primo Tomo Partis Quintæ Decisionum Recentiorum continentur.

ADIMPLEMENTVM.

ADITIO.

ADIVDICATIO.

ADMINICVLVM.

ADMINISTRATIO.

ADMINISTRATOR.

Admi-

Æ D I F I C I V M.

Æ G I D I A N A.

A F F E C T I O.

A G E N S.

A G N A T I.

A G N A T I O.

Alienata quando ſunt ſemel bona, amplius non cadunt ſub fideicommiſſo, deciſ. 286. num. 9.

Alienatio non permittitur, niſi pro quantitate permiſſa, deciſ. 408. num. 19.

Alienatio rerum mulieris facta ſine debitis ſolemnitatibus tenet, ſi in eius ratificatione illæ ſolemnitates fuerint adhibitæ, deciſ. 361. num. 4.

Alienari quando aliqua res eſt prohibita, poterunt illi, qui ſunt vocati, licet ſint concepti poſt alienationem, eam reuocare, deciſ. 270. num. 14.

Alienatio rerum mulieris facta ab eius procuratore abſque debitis ſolemnitatibus tenet, deciſ. 361. num. 3.

Si quando conſtitutus fuerit dictus procurator, fuerunt adhibitæ ſolemnitates, cum expreſſa facultate alienandi, ibidem num. 3.

Alienatio facta in extraneos ab hæredibus grauatis, ſubſtinetur eis viuentibus, cum in hoc tempore non poſſit conſiderari aliquod præiudicium vocatorum, deciſ. 384. numer. 8.

Cum, & præcedere poſſint, vel quandocunque conſentire, ibid. num. 8.

ex Alienationis ſtrictiſſima prohibitione facta à teſtatore, deſumitur efficaciſſima coniectura perpetui fideicommiſſi, deciſ. 40. num. 5.

Alienatio in præiudicium agnatorum ad ſucceſſionem vocatorum, in feudis eſt prohibita, deciſ. 93. num. 65.

Alienatio ex cauſa diuiſionis permiſſa eſt inter cohæredes per fideicommiſſum grauatos, deciſ. 384. num. 7.

Alienationis prohibitio, & votum conſeruandi bona in familia, quando eſt amplè, & enixè conceptum, inducit abſolutum fideicommiſſum in fauorem omnium agnatorum etiam tranſiterſalium, deciſ. 21. num. 10.

Alienationis prohibitio, & cauſa, vt bona conſeruentur in agnatione, non extendunt fideicommiſſum antecedens, ſed intelliguntur iuxta terminos expreſſæ diſpoſitionis, deciſ. 31. num. 32.

Alienationi feudi per quemcunque vaſſallum in feudum ſucceſſorem, quando Princeps videatur conſenſum præſtitiſſe, deciſ. 167. num. 45.

in Alienatione rerum mobilium minorum, ſi ſint dictæ res prætioſæ, requiruntur eædem ſolemnitates, quæ adhibentur in alienatione immobilium, deciſ. 318. numero 27.

Alienatio licet prohibeatur, non tamen cenſetur prohibita diuiſio, deciſ. 241. num. 28.

Alienatio rerum pupilli, quando in tutorem fit, ipſe tutor non poteſt authorare ad ſui commodum, deciſ. 25. num. 3.

Alienatio bonorum minoris pro dote reſtituenda, vel conſtituenda quando fit, in d. alienatione forma ſtatutorum eſt ſeruanda, deciſ. 25. num. 14.

Alienare qui poteſt inuitis aliquibus, multo poteſt hoc facere eis ignorantibus, deciſ. 371. num. 6.

Alienans rem aliquam ſine mandato Domini tenetur ad intereſſe ei, ad rationem fructuum, qui percepti fuiſſent, ſi non eſſet alienata, deciſ. 80. num. 1.

Alienatio facta à muliere abſque ſolemnitatibus requiſitis eſt nulla, deciſ. 361. num. 2.

Alienationi rei ſuæ factæ ab alio, quando quis dicatur conſenſiſſe, deciſ. 140. num. 12.

in Alienatione rerum minoris, requiritur cauſa, & multæ aliæ ſolemnitates, deciſ. 36. num. 65.

Alienatio, quando de facili conceditur, non dicitur impoſſibilis, deciſ. 54. num. 10.

Alienatio, quando eſt prohibita, tunc quis multo magis poteſt venire contra tranſactionem, deciſ. 147. num. 4.

Alienationis nomine venit etiam tranſactio, deciſ. 147. num. 3.

Alienandi neceſſitas non dicitur adeſſe, quando adhuc debitum contractum non eſt, deciſ. 408. num. 20.

Alienari prohibita, ſi ſemel legitimè alienentur, efficiuntur alienabilia, nec amplius reuiuiſcit dictum onus, deciſ. 388. num. 22.

Alienationi prohibitio, ſi ſit latior ipſa vocatione, & facta poſt omnes ſubſtitutiones, non poteſt vllo modo referri tantum ad primam diſpoſitionem, deciſ. 180. num. 14.

Alienationem omnium bonorum, quando teſtator prohibuit, Trebellianica non poteſt detrahi, deciſ. 226. numer. 14.

Alienare poteſt omnia bona grauatus reſtituere, ſi ei ſit data facultas alienandi, deciſ. 167. num. 38.

Alienare, qui non poteſt, nec minus poteſt tranſigere, deciſ. 306. num. 8.

ALIENVM occupare videtur, qui titulum non habet, deciſ. 17. num. 11.

ALIMENTA.

Alimenta duobus miniſtris, quando duæ Eccleſiæ non præſtiterint, tunc eſt facienda vnio, deciſ. 294. num. 3.

Alimenta, quod patruus poſſit cogi præſtare nepoti iure non cauetur, deciſ. 407. num. 17.

Alimenta debet præſtare frater diues fratri pauperi, etiamſi bona non proueniant ex communi patre, deciſ. 92. numer. 11.

in Alimentis, in dote, & in legitima Auth. res, quæ C. comm. de leg. æqualiter procedere debet, deciſ. 128. num. 10.

Alimenta non poteſt dici, quod ſint relicta vxori, ſi hæres fuerit inſtituta cum onere habitandi, & viuendi cum filijs, dec. 241. num. 11.

pro Alimentis, ſi ſumatur legitima, fortiori vinculo debetur parentibus, quàm liberis, deciſ 62. num. 35.

pro Alimentis neceſſarijs in iure regulariter accipitur legitima, deciſ. 62. num. 23.

Alimenta neceſſaria ſubminiſtrare parentibus, hoc etiam comprehendit quartum præceptum Decalogi, deciſ. 62. num. 25.

Alimenta ſunt præſtanda à parentibus filijs ſpurijs de benignitate canonica, deciſ. 92. num. 8.

in Alimenta poteſt reſolui vxoris inſtitutio, ſi ſit incompatibilis cum ſeparata inſtitutione filiorum, deciſ. 241. numer. 9.

cum Alimentis inſtitutio nihil commune habet, deciſ. 241. num. 12.

Alimenta debentur fratri pauperi à fratre diuite, deciſ. 92. num. 2.

Alimenta ſunt præſtanda in Vrbe, in qua quis natus eſt, & degit, ſi ratio ita poſtulet, deciſ. 92. num. 17.

Alimenta domi relicta, Iudex poteſt cogi ad ea præſtanda etiam extra domum, deciſ. 157. num. 18.

Alimenta, ſi alicui debeantur iure ſanguinis, ei non præiudicat ſi ſuper illis ſit facta tranſactio inter alios, deciſ. 92. numer. 14.

Alimentorum nomine veniunt ſolum corpori neceſſaria, vt potus, habitatio, veſtes, deciſ. 365. num. 28.

Alimenta ſunt præſtanda etiam filijs ſpurijs ſecundum qualitatem, & dignitatem perſonarum, & patrimonij, deciſ. 92. num. 15.

Alimenta, vbi ſint præſtanda, reſidet in arbitrio Iudicis, dec. 92. num. 16.

Alimenta, quando ſunt præſtanda, attenditur ſolum, an ille, cui debentur, tot habeat redditus, ex quibus viuere poſſit, deciſ. 92. num. 13.

ALLODIALITATIS qualitas in emphyteuſi intelligitur tantum durante locatione, deciſ. 86. num. 26.

Allodialia omnia præſumuntur, niſi probentur feudalia, dec. 93. num. 30.

Allodiale in dubio præſumendum eſt, quod ſit aliquod caſtrum, & non feudale, deciſ. 93. num. 29.

Allodialitas multo magis præſumitur, quando pro ea concurrunt coniecturæ, & præſumptiones, & deciſ. 93. numer. 35.

Allodialitas præſumitur in feudo, quando nullum vnquam fuit præſtitum iuramentum fidelitatis, deciſ. 93. numer. 39.

ALTARI, qui ſeruit, de altari viuere debet, deciſ. 287. num. 13.

Altari qui ſeruiunt, de Altari participant, deciſ. 37. num. 7.

ALTERNATIVA.

in Alternatiuis electio eſt debitoris, deciſ. 207. num. 5.

Alternatiua ſufficit, vt verificetur in altera parte, deciſ. 229. num. 8.

in Alternatiuis ſufficit vnam partem eſſe veram, deciſ. 198. num. 4.

Alternatiuæ natura eſt, vt vno contentetur, nec omnium concurſum expoſtulat, deciſ. 321. num. 11.

Alternatiuè, ſi loquatur ſtatutum, ita debet intelligi ſingula ſingulis referendo, deciſ. 321. num. 7.

Alternatiuis ſufficit alterum verificari, deciſ. 387. num. 22.

ANIMA.

pro Animis defunctorum oblatio ſacrificiorum commendabilis eſt, deciſ. 365. num. 32.

Animarum ſecularium cura, penes Monachas reſidere poteſt, per alium tamen exercenda, deciſ. 53. num. 3.

Animæ defuncti, & piæ cauſæ fauore in dubio executor teſtamentarius arbitrari debet, deciſ. 365. numer. 43.

ANIMVS.

Animus requiritur, vt poſſeſſio acquiratur vel retineatur, dec. 35. num. 2.

Animus ſolus non ſufficit ad acquirendam quaſi poſſeſſionem in incorporalibus, ſed requiritur ſcientia, & patientia eius, contra quam præſcribitur, deciſ. 413. num. 14.

Animo ſolo poſſeſſio retinetur, deciſ. 53. num. 47.

Animus compenſandi, præſumitur quoties legatur aliquid ex ca-

Appel-

Arti-

A S C E N D E N S.

A S S E R T I O.

A S S I G N A T I O.

Atte-

AVCTORITAS.

B

BANCHERIA.

BANNITVS.

BENEFICIVM.

Bene-

Bene-

BENEPLACITVM.

BIGAMIA.

B O N A.

ad Bo-

C

CADVCITAS.

C A N O N.

Causa,

C A V T I O.

C E N S V A R I V S.

C E N S V S.

CESSIO.

CESSIONARIVS.

CITATIO.

CIVIS.

CIVITAS.

CLAVSVLA.

Clau-

COMPARATIO.

COMPENSATIO.

CONCESSIO.

Con-

Condi-

Confir-

Con-

CONSORS.

CONSORTIVM.

CONSTITVTIO.

Consti-

CONSVETVDO.

CONTRAHENTES.

CONVENTIO.

CREDITOR.

Credi-

CREDITVM.

CVLPA.

CVRA ANIMARVM.

Curia-

D

DAMNVM.

DEBITOR.

DEBITVM.

Descen-

D E V S.

D I C T I O.

D O M V S.

D O N A N S.

DONATARIVS.

DONATIO.

D O S.

E

EBRIETAS.

ECCLESIA.

E D V C A T I O.

E L E C T I O.

E F F E C T V S.

E M P H Y T E V S I S.

Emphy-

E M P T I O.

E M P T O R.

E N V N C I A T I V A.

Enun-

EPISCOPVS.

Exce-

FIDEICOMMISSVM.

FIDEIVSSIO.

FIDEIVSSOR.

Fide-

F I N I S.

F OE M I N A.

F R A V S.

F R V C T V S.

F V N D A M E N T V M.

F V R I O S V S.

G

G A B E L L A.

GERVN-

GRATIA.

GRAVATVS.

GRAVAMEN.

H

HABILITAS.

HABITATIO.

HÆREDITAS.

HÆRES.

I

IDENTITAS.

Iden-

I G N O R A N T I A.

I L L E G I T I M V S.

I M M E M O R A B I L I S.

I M M I S S V S.

Infe-

INTENTIO.

INTERDICTVM.

INTERESSE.

INTERLOCVTIO.

INTERPELLATIO.

INTERPRETATIO.

INTER-

INTERROGATORIA.

INTIMATIO.

INTRVSIO.

INVENTARIVM.

INVESTITVRA.

ITE-

Iudi-

IVRAMENTVM.

IVRISDICTIO.

Iuris-

Iuris

IVS ANTIQVVM.

IVSPATRONATVS.

LEGITIMATIO.

LEGITIMATVS.

LEGITIMITAS.

LEGITIMVS.

LINEA.

L O C A T I O.

L O C V S.

L V C R V M.

L V D V S A L E A R V M.

M

M A G I S T E R.

M A I O R A T V S.

M A N D A T V M.

Manu-

MATRIMONIVM.

trahe-

MELIORAMENTA.

MERCATOR.

METVS.

MILES.

MINOR.

Reli-

N O V A T I O.

N V L L I T A S.

O

OBIECTIVA MATERIA.

O B I T V S.

O B L A T I O.

Obser-

O R D O.

O R N A T V S.

P

P A C T V M.

P A P A.

P A R E N S.

P A R O C H I A.

PATRIMONIVM.

PATIENTIA.

PATRONVS.

P E C C A T V M.

P A V P E R T A S.

P E C V N I A.

P E N S I O.

PENSIONARIVS.

PERITVS.

PERMISSVM.

PERMVTATIO.

in Per-

PERPLEXITAS.

PERSONA.

PETITIO.

PHILO-

Posses-

POSSESSOR.

PRÆ-

in Præ-

PROBATIO.

Reli-

REMOTIO.

RENVNCIATIO.

RES.

RES IVDICATA.

RESCRIPTVM.

in Re-

quod

R E V S.

R I G O R.

R O T A.

S

S A C E R D O S.

S A C R A M E N T V M.

S A L V I A N V M.

SATISDATIO.

SCIENTIA.

SCRIBENS.

SCRIPTVRA.

Scri-

SENTENTIA.

viro

S E R V I T V S.

S E X A G E N A R I I.

S O R O R.

S P E C I A L I A.

Subdi-

SVBSTITVTVS.

SVBVENTIO.

SVCCESSIO.

ſorores vtrin-

in Te-

TESTATOR.

T E S T I S.

Testes

THORI SEPARATIO.

TITVLVS.

Titulus

Tuto-

Venden-

VERITAS.

VERSIO.

VIA.

VICARIVS.

Vica-

VICINVS.

VIR.

VISITATIO.

VNIO.

VNIVERSITAS.

VOCA-

V O C A T I O.

V O C A T V S.

V O L V N T A S.

V O T V M.

V S V R A.

V S V S.

V S V S F R V C T V S.

V S V R P A T I O.

V T I L E.

VVLGARIS SVBSTITVTIO.

V X O R.

V X O R A T V S.

INDEX DECLARATIONVM CAPITVLORVM CONCILIORVM CONSTITVTIONVM,

seu

Bullarum, Regularum Cancellariæ, Legum, Statutorum, Decisionum, & Doctorum, quæ in hoc Primo Tomo Partis V. Recentiorum continentur.

CONCILIA.

CON-

Tomi I. Partis V. Recentiorum :

CONSTITVTIONES, siue BVLLÆ.

REGVLÆ CANCELLARIÆ.

L E G E S.

STATVTA.

DECISIONES.

D O C T O R E S.

A

B

C

Card.

D

E

F

G

H

I

L

M

Marti-

The-

T

V

Z

FINIS.